n SI ei, *qui capere poteſt* cũ effectu. ſ. ex teſtamẽto: vt ff. de ver. ſign. l. aliud. & in hærede ſuo, vel extraneo. ¶ Quæ tẽpora inſpiciãtur an ſit capax [i], vel non. dic vt no. *Inſt. de hære. quali. & dif. § ſui. & in § extraneis.* hac autẽ lege hic legatarius, ſeu fideicommiſſarius generalis, vel ſpecialis cui tacitè aliquid eſt relictum, duobus temporibus debet eſſe capax. ſ. teſtamẽti, & mortis: & ſic hîc erat: *vt ff. de iu. fiſc. l. non intelligitur. § quando autem.* Si autem primò poterat, ſecundò non poteſt capere, ceſſaret & tunc delatio: niſi fortè in futurum fidem accõmodauit inſtitutus. Item ſi primò non potuit, ſecundò potuit ei relinqui, de benignitate parcitur: *vt d. l. non intelligitur. § quãdo & no. ff. de his, qui vt indig. l. in fraudem. in prin. & §.* [illegible] ¶ Quæ [a] autem faciunt non capacem, not. *Inſti. de lega § incertis.*

o ¶ *Tacitum*, quod [b] eſt, quãdo domeſtica cautio, vel promiſſio eſt: non palàm in teſtamẽto, vel codicillis: & de hæreditate, non de ſuo rogatur: *vt ff. de iu. fiſc. l. non intelligitur. in pr. & § quare. & § ſi quis palàm. & § tacita. & l. ſi a fidei in prin. & in fi. & de lega. j. l. in tacitis.*

p ¶ *Delatio.* aliàs ſi neutro tempore fuerit capax, dodrans relicti aufertur nõ capaci, & quarta rogata, quicũque deferat: *vt ff. de iure fiſc. l. j. & ſ. ad Fal. l. iij & ff. de his, qui. vt indig. l. heres.* ¶ Rogatus autem excuſatur [c], ſi palã rogatur. *vt ff. de iure fiſc. l. non intelligitur.* Itẽ ſi eſt ſeruus rogãtis. *vt ff. ad leg. Falci. l. ſi tacitum.* Itẽ ſi filius *vt ff. de his, qui. vt indig. l. in fraudem. § fi.* Item ſi ſe deferat: *vt infrà, tit. ij. l. j.* ACCVRS.

q ¶ *Non poſſunt.* ergo ſi poſſũt, poteſt tacitè relinqui eis: loco ſumpto à [d] conſequenti deſtructo. ad quod *ff. de pub. l. ſi ego. § partus.*

r MOnente officij. quod [e] geris, quia eras palatinus: *vt ſup. tit. j. l. fin.* 2. Vel pone vt *ff. de iure fiſc. l. ſi ſeius § delatoris.*

ſ ¶ *Procuratoris.* fiſci, vel Cæſaris: qui etiam excuſantur: *vt arg. de his qui. vt indig. l. in fraudẽ. § fi. & de bonis li. l. qui cùm maior. § ſi patris. & ſupr. de iur. fiſc. l. ij. & l. prohibitũ eſt.* Nec ob. *ff. de iu. fi. l. ij. § diuus.* quia ibi mandatũ [f], hic iuſſum eſt inter quæ eſt differentia: *vt Inſt. de Attil. tut. § nos autem. & ff. man. l. j.* Itẽ habet hic ius mandandi.

t ¶ *Attentetur.* id eſt, ne patiaris pœnas delatoris, ita [g] te excuſant: officium, iuſſus, & quòd alius inchoauerat, licet probaueris. alias petteris pœnas quas dic, vt not. *infrà eodem l. ex varia.*

u NVlla macula. infamiæ.

x ¶ *Vel crimine.* id eſt, pœna criminis, quod committit delator non probans: *vt infrà l. proxi.*

y ¶ *Officialibus.* palatinis. *vt ſuprà titu. j. l. fin.*

z ¶ *Monſtrauerit.* aliàs, *non monſtrauerit: vt ff. de iur. fiſc. l. deferre. § ſed & communem.* magis enim videtur delationem contra ſe factam repellere, quàm alium quemquam deferre: *vt ff. de iu. fiſc. l. ij. in prin. & l. ſi ſeit in quaſtione § fin. & l. delator.*

a EX varia ſtatutorum. id eſt, legum ſtatuentium *ſic ſuprà, de* [illegible] *ex pate* [illegible] *l. ſtatuta.*

b ¶ *Defendunt.* in iudicio, alio prouocante, ad quod *ff. quod cu. vni. no. l. j. § fin. & ſuprà, de infam. l. neminem.* vel extra ius: *vt ff. de oper. nou. nunc. l. in prouincialis § fin. & l. ſeq.*

c ¶ *Non teneantur.* Eſt ergo [h] crimẽ, deferre, & non probare, & punitur

¶ Et quidem plures *arg. con. Odofredi ſuprà, de teſtam.*

† Inquiſitione vtimur, hoc eſt in cauſis ciuilib. propter publicam vtilitatẽ, per inquiſitionẽ procedatur. *vt hic. ſum l. ſi quis vos ff. de cuſtod. reor.* interdum quoque ad vtilitatem priuatorũ. *l. j. § præterea. ff. de ſuc. edi. carbo.*

b Incorporationi reſiſtitur, vel titulo dominij, vel poſſeſſionis.

c Antequã res addicantur, cauſæ cognitio præcedere debet.

d Literis officialis creditur.

e Inuentarium initio cauſæ faciendum.

f Bona vacantia idonea fiſci ſunt ſine aditione, vt hac Gl. quod Odofredo non placet. Eſt n. fiſcus extraneus hæres, qui ſine aditione non acquiſit. *l. ſ. ff. de acq. pre. Caſt. ſoh. in bona ff. de iure fiſci.*

g Deferre multis modis dicitur.

h Deferre multi prohibentur

i Capacitas hæredis, vel legatarij quo tempore inſpiciatur. *v. in l. non intelligitur. § quando ff. de iure fiſ.* qui dicantur non capaces. *v. l. j. ff. de iure fi. & §. legatis. Inſt. de le.*

a Non capacem quæ faciant.

b Tacitum fideicõmiſſum quando dicatur, & quemadmodũ probetur.

c Tacitè rogatus quibus caſibus excuſetur a pœna.

† Cæcilio.

d v. Euerardũ in loco a deſtructione cõſequentis, ad deſtructionem antecedentis. *adde Goſ. in l.* [illegible]

† [illegible] Philippus A. &c

e Officium interpellat pro homine, facit *l. diuerſio. ff. de negoti.*

f Mandati & iuſſus differentia

g Quæ excuſent a pœna *d. l. tinuis.*

h Deferre, & non probare, crimen eſt

a Pœna delatoris.

punitur[a] infamia: vt s. l. proxi. & ff. de iur. fiſ. l. vj. in prin. & l. deferre § ſed & communē 2. Item quod tātum dat fiſco, quantum detulit: vt ff. de iur. fiſc. l. ſenatus. § ſenatus. & § diuus. & l. Arrianus. 3. Item alia, vt ſuprà, l. proxi. ab aliis pœnis excuſatur multis modis: quas dic, vt ff. de iu. fiſ. l. ex quibuſdam. & ſuprà, eo. l. monemus.

a ¶ *Execrabiles.* id eſt, odioſos.

b ¶ *Deferunt.* ſcil. inchoando, & ſpe præmij, & non probant, niſi excuſentur aliquo de prædictis modis. ad quod ff. de iu. fiſc. l. deferre. § ſed & communem. Item ciuitati[b] non defertur: vt ſupr. tit. j l. j.

b Ciuitati non fit delatio.

† Co. Th. 10. 5.

c Pœna extraordinaria inſtigi ſolet iis caſibus, quibus ordinaria iure non eſt definita.

c ¶ OMnes.] *Pœnis.* extra ordinem, cùm[c] non dicat quas: vt ff. de pœn. l. ſanctio. & facit ff. de iure fiſc. l. ſi fiſcus alicui. & ſuprà, de aduo. fi. l. ſi & ſuprà eotit. j. l. fina.

d ¶ *Caſum.* ex delicto: vel quia ſine ſucceſſore deceſſit.

e ¶ *Legibus.* vt ſuprà tit. j l. ſi. & l. antep. & de iu. fiſ. l. prohibitum. & l. defenſionis.

f ¶ *Recto.* aliàs, *retro:* & aliàs, *recto*, id eſt, eo ordine, qui hactenus obtinuit, qui eſt in legibus prædictis. ACCVRS.

g ¶ *Exiſtimant.* ex tali delatione.

h ¶ *Implorare.* accuſando, & faciēdo eos puniri diſtrictè cum ferro[d]: nam, vt dicunt cōtineri in Theodoſiano[e] Codice, caput[f] & lingua[g] eis amputātur. ad quod s. de calum. l. noſtrum. & habeas, *diſtrictam.* aliàs, *diſtractā*, id eſt, executam. & habet locū hæc pœna, ſi criminaliter accuſetur, aliàs habent locū illæ, quas notaui ſuprà, l. proxi. ad quod ff. de his, quibus vt indig. l. j. 2. Vel habet locū, quando ex conſuetudine facit: vt infrà, de ſuperexa. l. j. ACCVRS.

d Pœna ferri quæ.

e l. 2. Cod. Theod. de petit. & vitro da.

† C. T. 10. 10. 37.

f Delatoris inqui pœna.

g Pœnæ corporales duæ ſi imponuntur, quarū vna eſt maior, altera minor, minoris primò fit executio. v. Clarum 5. ſent. § vlt. quæſt. 99. n. 5.

** Deſunt hic duæ conſtitutiones Græcæ, ſeptima & octaua, ex prætermiſſis repetendæ infrà.

h Seueriſſimæ ſententiæ quę.

i SErvum. [h] *Subiugari.* fortè metalli: vt ff. de off. præ. vrb. l. j. § quod autē. & § cùm patronus 2. Vel etiā mortis. ad quod ſuprà. qui ac. non poſſ. l. pen. in fi. & l. fi. Item facit infrà, in quib. cau. co. cen. l. vj. & ff. de iu. fiſc. l. 2. § pen. ¶ Item no. in exemplum[i] ad quod C. ad l. Iul. re. l. j. & ff. eo. l. quamuis. & ff. de cuſto. reo. l. diuus, in fi. & ff. depoſiti. l. bona fides. in prin. ¶ Item not. eum puniri[k], etiam ſi probauerit: ad quod ff. de re mil. l. vj. § in bello. & ff. de neg. ge. l. ſi. Sed ar. cōtrà, ff. de bo. lib. l. qui cum maior. in fi. & ad Turpil. l. j. § penul. ¶ Item no. quòd excipit crimen[l] maieſtatis: vt hîc. & ff. ad legem Iul. maieſt. l. famoſi. § ſerui. Sed & torquetur eodem caſu ſeruus, & etiam in aliis quandoque: vt ſuprà, de quæſtio. l. j.

i Pœna ad exemplum ſumitur.

k Punitur interdū aliquis, etiamſi probet ſuam accuſationem.

† C. T. 10. 10. 25.

l Obſerua ſingulare in crimine maieſtatis.

tiſſimum ſit, eos ſolos execrabiles[a] nunciatores eſſe, qui fiſco deferunt[b]. PP. III. Kal. Sept. Carino & Numeriano AA. Coss.

Delator nō admittitur ſine patrono fiſci, & malè deferētes ex cōſuetudine grauiſſimè puniūtur. BAR.

V. Imp. CONSTANTI. A. *ad prouinciales* †.

OMnes iudices inuigilare præcipimus, delatores ſine fiſci aduocato denunciātes, pœnis[c] adficere. Apertiſſimi enim iuris eſt, vt quod ex cuiuſque patrimonio ceciderit in caſū[d], & legibus[e], & recto[f] iuris ordine fiſci aduocatis agētibus vindicetur. Sed quia nōnulli præcipites, ſecundū ius poſſeſſa patrimonia deferre non ceſſant, damus omnibus licentiā, qui ſe læſos exiſtimāt[g], cōtra delatores ſeueritatē iudicū implorare[h] ferro diſtrictam. Dat. XI. Kal. April. Conſt. Conſtantio & Albino Coss.

Seruus punitur, ſi dominum deferat, præterquam in crimine læſæ maieſtatis. BART.

VI. Imppp. GRAT. VALENTI. & THEODOS. AAA. *Palladio conſulari Lydiæ* †.

SErvum domini delatorē iubemus in exēplum omnium proditorū ſeueriſſimæ ſententiæ ſubiugari[i], etiamſi obiecta probauerit: excepto crimine maieſtatis. Dat. VII. Kal. Nou. Conſt. Antonio & Syagrio Coss.**

Deſunt in hoc titulo duæ conſtit. Græcæ. Prioris ſententiam referunt Græci lib. 56. *βασιλ. & Harmenop.* lib. 1. tit. 5. *vbi ait, delatori dari partem octauam τῶν προσκυρωθέντων. Poſteriore continetur, vt bona fiſcalia, quæ quis dicitur poſſidere ſi incertus ſit poſſeſſor, non occupentur ſtatim à fiſco, triginta dies dari, inter quos poſſeſſor contendit de iure ſuo apud comitem R. P. Qua de re etiam debet comes edictum proponere. Poſt dies 30. bona fiſco vindicantur, ita tamen vt cuilibet ſit integra actio contra fiſcum. Vide* c. 10. de præſcript. CVIAC.

DE PETITIONIBVS[a] bonorum[k] ſublatis.

TITVLVS XII.

Bona quæ deferuntur in fiſcum nemo poteſt ſibi impetrare: & confeſſio facta ad petitionem alterius, non valet, ſecus ſi fieret motu proprio principis. BART.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEODO. AAA. *Eutropio præfecto prætorio* †.

k DE PETITIO. BONORVM SVBLA. &c.

Aliàs, bonorū: *& tūc dic,* petitis, *i. petitionibus. aliàs deeſt,* bonorum: *& tūc pone* petitis *nominaliter: vel ſubaudi,* rebus, *ſiue* bonis.

a ¶ Veteres libri, *De petitis:* non malè. nam & petita dixere, pro petitionibus, ſicut indicta, & æſtimata, & nota. Suidas, *[illegible]* CVIAC.

l ¶ QVisquis.] *Conſuetudo.* & lex: vt ſuprà, ad legem Iul. maieſt. l. quiſquis. circa prin. etiam hodie: vt in Authent. vt nulli iu. ſic. § fin.

QVisquis in crimine maieſtatis deprehēſus fuerit, & punitus, bonáque eius (ſicut plectendi conſuetudo[l] criminis habet) fiſcus inuaſerit: nullus eadem[m] ſub ſpecie munificentiæ principalis audeat proprio iure poſcere. qui contra legem[n] id auſus fuerit ſperare, quod non licet, reus violatæ legis habeatur. Sed quoniam † plerumque ita in nōnullis cautis inuerecūda petentium inhiatione[o] cōſtringimur, vt etiam non concedenda tribuamus: nec reſcripto quidem noſtro aduersùs formam latæ legis[p], loci aliquid relinquatur[q]. Si quid autem ex bonis talibus noſtro iudicio, nullo tamē[r] deſiderante, atque poſcente, concedi cuiquam voluerimus: huiuſmodi tantùm valeat liberalitas. Dat. XVI. Kal. Decemb. Theſſalonicæ, Gratiano V. & Theodo. I. AA. Coss.

Nullus admittitur ad impetrandas res delatas in fiſcum, ſiue fiſcales: & impetrans, & officiales curiæ principis, qui in his impetrationibus operam darēt, vel ſcriberent, legitimè puniuntur. BART.

II Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA. *Florentino P. P.* †

OMne ſemē[a] alienas appetendi fortunas, ſtirpitus[t] eruere cupientes, nulli deinceps volumus petitionis rerū eſſe licentiam. Et ſi inteſtatus[u] quiſquam, quædámve[x], ac nullis ex numero propinquorum exiſtentibus, vel vxore, vel marito[y], fati munus impleuerit, cuiuſcunque ſit[z] conditionis, aut ſectæ, ſeu quolibet titulo res fuerit fiſcalis: nemo audeat ad petitionem[a] rerum defuncti, defunctæue, cuiuſcunque fortunę, aut ſectæ ſit, ſi fiſco noſtro locus pateat, adſpirare: cùm ne illis quidem, quorum actu, atque officio petitionum procedebat effectus, impunè liceat ſanctionibus noſtris aduerſari: ſed vir illuſtris quidem, cuiuſcunque temporis quæſtor[b], ſi oblatæ petitioni ſubſcripſerit, vel etiā reſponſum dederit: virq; illuſtris comes rerum priuatarū, ſi vel inſtrui per-

m ¶ *Eadem.* idem ſi ex alio etiam ſunt delata: vel etiam ſucceſſione vt ſuprà, l. prox.

n ¶ *Legem.* ſ. iſtam.

o ¶ *Inhiatione.* id eſt, frequenti petitione.

p ¶ *Legis.* ſcilicet huius: de qua extra ordinem punitur: vt ff. de pœ. l. ſācitio. ¶ Item not. quòd ex ſola[a] petitione (aliàs, *ſupplicatione*) licèt infructuoſa, punitur: vt infrà, qui mili. non poſſ. l. eis quidem.

q ¶ *Relinquatur.* Cuius[b] prohibetur petitio, eiuſdem facta conceſſio non valet: vt hîc & ſuprà, ſi nup. ex reſcript. pe. l. pœna. in fine & infrà, de naui. non excu. l. fin. & in Authent. de non alien. § quia verò. & in Auth. vt omnes obedi. iudi. prouinc. § hanc dicentes. & § ſi verò quiſque. collat. v. niſi ex certa[c] ſcientia dicēdo, non obſtante hac lege: argum. ff. de legatis iij. l. ſi quis, in principio.

r ¶ *Nullo tamen.* ad hoc ſuprà, de cri. ſac. l. fin. & ff. quod quiſque iur. l. iij. in princ. Sed contrà, ſuprà, de bo. vac. l. j. Sol. ibi cum petitione. Item argu. contrà, infrà, de loca. prædi. ciui. l. iij. Sed ibi ab alio poſſidebantur. ¶ Item dic tantùm, id eſt, non[d] petenti. Vel id eſt, res[e], non ius capiendi: vt & res præbendæ, non autem præbenda poteſt cedi. ¶ Et no. hîc, quòd quędam[f] honeſte accipiuntur, quæ non honeſtè petuntur: vt ff. de orig. in l. vj. § fi. & ff. de var. & extraord. cog. l. j. § proinde.

ſ OMne ſemen. aliàs incipit, *omnes enim.* & ſecundùm hoc dicunt continuari cum præcedenti: & ſubaudi, *via*, vel ſubaudi, *initium apud omnes alienas fortunas. a.* Vel meliùs habeas, *omne ſemen*, & cæt. ipſa enim rei princ. &c. vt in Authent. de non alien. § ſi nimus. nec enim leges Codicis continuantur: cùm quælibet per ſe, & certa debeat eſſe: vt ſuprà, de no. Codi. confir. l. j. § quibus.

t ¶ *Stirpitus.* id eſt, in totum, vt non[g] emaneat aliqua radix. ACCVRSIVS.

a Punitur quis interdū ex ſola petitione, licèt infructuoſa ſit.

† *Concord. cum conuenit § contermi. extra de [illegible] quod no. [illegible] ad fin. [illegible] extra de cauſis. lib. 6. & [illegible] fratern. [illegible] extra de præ. & dign. [illegible] ab hac lege extracta.*

b Prohibita rei petitione, eiuſdem non valet cōceſſio.

c Bona ad fiſcum delata ex delicto, princeps non poteſt ex reſcripto donare, ſed ex certa ſcientia ſeu proprio motu, & ſic cōceſſio huiuſmodi bonorū facta proprio motu principis valet.

† Ex Nouell. Theod.

d Non petenti datur quod ex proprio motu dat princeps: ad poſtulationem autē impetrantis aliquid concedi potiùs intelligitur, quàm motu proprio.

e id eſt, quūd exiſtimāt principem donare poſſe ex multis rebus vacātibus vnam, ac non ius eius rei occupandæ. Sed hoc nō placet, quia etiam ius ipſum proprio motu concedi poteſt.

f Honeſtè quædam accipiuntur, quæ inhoneſtè petuntur.

g Principiis remotis remouentur ea, quæ poſt principia ſunt.

u ¶ *Et ſi inteſtatus.* incipit verſus.

x ¶ *Quædámve.* accipe ſcilicet, fati munus, &c.

y ¶ *Marito.* vel alio, qui fiſco præfeƒetur: vt s. t. vj. l. j. & l. vacātia.

z ¶ *Cuiuſcunque ſit.* ſcilicet defunctus, vel ille, cuius bona fuerunt fiſco deuoluta: vt forte quia hæreticus: vt ſuprà, de hæret. l. Manichæos. & l. cognominus.

a ¶ *Ad petitionem.* aſpirare, quod eſt iuſtà.

b ¶ *Quæſtor.* nec enim aliter valet reſcriptum[h], niſi à quæſtore ſubſcriptum:

h Reſcriptare.

quirunt ſubſcriptionem quæſtoris.
a De quo quæſtore hic agatur.

ſubſcriptum : *vt in Auth. vt diui iuſſ. §. j coll. vij.* ¶ Et dic [a] ille qui circa latus principis erat. Alij erant quæſtores, quod dic, *vt ff. de offic. quæſt l. j.* ¶ Et not. hic de Illuſtribus quibuſdam.
a ¶ *Inſinuatur.* i. oſtenditur principi per eum.
b ¶ *Numinis.* aliàs, *numinis*: & aliàs, *nominis*.

miſerit, vel petitionẽ, ſi qua inſinuatur [a], admiſerit : indignationem noſtri numinis [b] ſuſtinebit, cæteriſque [c] fiet vindictæ, & temeritatis exemplum †. Memoriales [d] verò qui excipienda huiuſmodi reſcripta, vel implenda curauerint; & palatinos, qui inſtruxerint, vel geſta admiſſæ petitionis ediderint [e], bonorum proſcriptione [f] puniri decernimus. Pari forma res etiam ciuiles [g], & ad Ius publicũ pertinentes, ab omni petitione muniendas eſſe cenſemus, ſcilicet nec pragmatica [h] iuſſione vel ſacra annotatione, vel quolibet oraculo diuinô, ſeu mandatis (ſi qua contra hãc ſanctionem noſtram fuerint impetrata) quippiam roboris habere valituris. Datum XI. Kalend. Maij. Theod. A. XVIII. & Albino Coss.

DE HIS, QVI SE deferunt [i].

TITVLVS XIII.

Delatores aut alios deferunt, aut ſeipſos. Si alios deferũt, neque calũniantur, pro præmio eorum, quæ denunciarũt, certam partem ferunt, veluti quartam, aut octauam. Si ſeipſos deferunt : vt ſi ij, qui tacitè fideicommiſſaria hæreditas relicta eſt, profiteatur ſe capere non poſſe, ei datur pro præmio dimidia pars ex edicto Traiani: vel aſſis, ſi nondum quicquam reſtitutum ſit, vel dodrantis, ſi reſtitutus ſit dodrans, quam diſtinctionem comprobat l. edict. & l. cũ tacitũ. ff. de iur. fiſc. Quod ſi hæres, à quo tacitè incapaci relicta eſt fideicommiſſaria hæreditas, pœnitentia actus ſe detulerit, tertiam partẽ aſſis habet pro præmio. Maius eſt præmiũ eorum, qui ſe, quàm qui alios deferunt, quo enim difficilius quiſque ſeipſum defert, eò maiore præmio inuitandus eſt, qua ratione etiam fideicommiſſario plus tribuitur præmij, quàm hæredi. Cviac.

Grauatus tacitè de reſtituẽdo nõ capaci, ſi ſe deferat, lucratur tertiã: vxor verò defuncti nõ capax ſe deferẽs, lucratur dimidiam, & facta diuiſione habebit optionem: occultãtes verò legitimè puniũtur. Bar.

b Pœna maiorum, minorum eſt terror.
c Memoriales qui ... Cuia.
† *Caucer ...* circa fin. de off. ... & 2. q. 7. cap. quapropter, ... vt tranſgreſſione vitio fiat, & cæterum interdictio delinquendi.

c ¶ *Cæteriſque.* ſ. minoribus. ¶ Et ſic no. puniri maiores, vt terreãtur minores, ſic quod not. *ſuprà, tit. j. l. fin.*
d ¶ *Memoriales* [c] id eſt, ſcriptores, ſeu exceptores, *vt ſubiicit, & ff. loca. l. ſed addes. §. ſi.* quia reducunt ad memoriam per ſcripturam : *vt ff. de pig. l. contrahitur.*
e ¶ *Ediderint* i. in publicum produxerint.
f ¶ *Proſcriptione.* hoc corrigitur *in Auth. vt nulli iu-l § fi. coll. ix.* Item ad hoc *j. de col. do. l. j. § fi. & infrà, de meta. l. pe.*
g ¶ *Res ciuiles.* vt annonę ciuiles, ſcilicet annui [d] reditus ex publico. *ad quod ĩ. de ſacroſan. eccl. l. priuilegia* ¶ Et not. ar. à ſimili [e], quòd nec præbenda debet peti. 2. Vel dic, dabitur publico : & ſic non poteſt impetrari remiſſio. *ad quod j. de an. & trib. l. in fraudam.*
h ¶ *Pragmatica* [f]. Imò contrà: *vt ĩ. de no. C com. l. j. § q.* Sed ibi loquitur de his, quæ poſita sũt in corpore iuris. Item cõtrà. *ſup. de leg. & con. l. ij.* Sol. ſine alterius læſione hic vel ſine petitione: *vt ĩ. l. prox. in fi.* ¶ Itẽ quid ſi ſemel & bis, hoc eſt quod dicimus, ſecũda [g] iuſſio? Reſpon. vt not. *ĩ. ſi contrà ius vel vtil. pu. l. fi.* ¶ Itẽ no. quòd licèt bonorũ petitio prohibeatur, quædam [h] tamẽ permittuntur : vt [i] bo. poſſeſ. iuris : vt vnde liberi, & ſimiles 2. Itẽ poſ. bonorum facti debitoris ceſſantis: *vt ff. qui. ex cau. in poſſ. ea. l. ij. j.* Item bonorum aditio facti, & iuris: *vt Inſti. de eo, cui li. cau. bo. ad. 4.* Item bona hæredis non parentis, id eſt, non obedientis : *vt ĩ. de fideicomm. Authent. hoc amplius. §.* Item bona captiui & furioſi : *vt Cõd. de epi. audi. Auth. liberi & de epiſc. & cleri. Auth. ſi captiui. 6.* Item ius iniquum poteſt peti, licèt noceat petenti: *vt ff. quod quiſque iuris. l. j.* Accvrs.

d Princeps annuos reditus ciuitatum, aut Eccleſiæ donare non poteſt.
e Argumentum à ſimili.
f Pragmatica ſanctione quẽadmodũ quid concedatur.
g Nota de ſecunda, & iterata iuſſione principis.
h Bonorũ poſſeſſio quib. caſibus admittatur, & quæ peti ſoleant.
i Bonorũ poſſeſſio iuris, & poſſeſſio bonorum facti & iuris.

DE HIS, QVI SE DEFERVNT [i].

Suprà, de delatoribus dixit, quando alius defert alium: hic quando ſeipſum Accvrs.

k ¶ I S, *cuius.* ſcilicet inſtitutus hæres legitimus : vel qui rogatus eſt, vt non capaci det, ſecundùm Bul. aliàs Pla. & dic, cuius ſcilicet fidei hæreditas eſt commiſſa : ſcilicet reſtituenda vxori non capaci. & expone tacitè: *vt not. ſuprà, tit. ij. l. j.* Accvrs.
l ¶ *Statim.* ad id, quod dicitur ſtatim infrà cõtinuò, cõcor. *ff. eo. ſcilicet de iur. fiſc. l. edicto. j. reſp.* Sed contra [k] *in ea. l. §. cùm autem.* vbi dicitur expectandum illum, cui relictũ eſt, vt ille primò deferat, ſi vult. Sol. ſecundùm quoſdã hæc illam corrigit. 2. Vel hic fuerat in mora deferẽdi ille, cui erat relictũ. 3. Vel dic ſtatim poſt tabulas apertas antè enim eſt alius expectãdus: vt ibi. Accvrs.
m ¶ *Tua.* loquitur procuratori Cæſaris : vt ex ſuperſcriptione legis apparet quæ dicit, Rationali mitti.
n ¶ *Tertiam* [l]. Immo videtur medietas dodrantis : *vt ff. de iure fiſc. l. cùm tacitum.* Solu. ibi de illo, cui erat reſtituendum: hic de rogato. Magis eſt contrà. *ff. eo. l. ſenatus. § ſenatus.* vbi etiam hæreditat dimidiam. Solu. ſecundùm P. ibi per Hadrianum: hic per Conſtantinum, qui corrigit, vel hic capax hæres: ibi non capax.

k Deferre ſe ſtatim hæres, verum debeat.
l Delatoris præmium, tertia. & quibus caſibus id verum ſit.

« ¶ *Quòd ſi.* Hic veſtigium eſt decimarum, de quibus Vlpia. *Fragm. tit. 15.* Eſt & veſtigiũ in *l. vlt. in pr. ff. de his, quæ vt indign.* Vide ſcripta *ad l. in tacitu. ff. de legatis j.* Cviac.

1. Imp. Constantinvs A. *Maximo Rationali Hiſp.* †

I S, cuius [k] tacitè fideicommiſſa fuerit hæreditas : ſtatim [l] officio grauitatis tuæ [m] nunciet, & geſta prodat, & continuò, quod actum fuerit, renunciet : & poſt hanc fidem, tertiam [n] ex omnibus defuncti bonis percipiat portionẽ. Quòd ſi « ab vxore [o] defuncti iſtud ad officium deuotionis tuæ fuerit reuelatum, ipſa etiam perſona, quam defunctus eſſe voluit hæredẽ [p], ſi geſta apparuerint [*], tali præmio mancipetur, vt ex omni patrimonio [q] medium conſequatur : & cum fiſco noſtro celebret diuiſionẽ: id etiam habitura priuilegium, vt prior eligat [r] optionem †: & tunc occultator [ſ] ille geſtorum, & fiſci & mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio ſuo, ac fiſco vindicato, in inſulam deportetur. Dat. Idib. Mart. Gall. & Baſ. Coss.

o ¶ *Ab vxore.* ſcil. non capace, cui non erat reſtitutio facienda.
p ¶ *Hæredem* [a]. ſ. fideicommiſſarium, quæ effectu [b] hæres eſt : *vt ff. quod cũ eo. l. ſi fiſco.* Alij, vt P. dicunt, quòd fuit cum alio inſtituta, & aliud rogatus ſuã partem mulieri nõ capaci reſtituere : & hoc ſi habeas in litera, *ipſa etiã, quam, &c.* aliàs eſt, *ipſa etiam perſona, quam defunctus*: & tunc dic, quod ſi vxor detulit, ſi, id eſt, quãuis inſtitutus probet : tamen tali præmio mancipetur vxor prædicta primò deferens.
q ¶ *Ex omni patrimonio.* Contrà. *ff. de iur. fiſc. l. cũ tacitũ.* vbi media dodrãtis. Sol. ſpeciale in vxore [c] non capace, vt hic: licèt quidam dicant illã corrigi. ¶ Item contrà *ĩ. prox. reſp.* Sol. refert, rogatus capax ſe deferat: & tunc obtinet prin. aut rogatus non capax : & tũc dimidiã: *vt ff. de iur. fiſ. l. ſenatus. §. ſenatus.* an verò ille, cui eſt relictũ, qui non eſt capax : & tũc differt vxor ab alio: *vt hic.* ſi autem alius extraneus, nec rogatus, nec alius, cui eſt reſtituendum, tũc fortè tertia: *vt not. ff. de iur. fiſ. l. edicto. §. extat. & fac. eo. l. in prin. §. j. & q.*
r ¶ *Eligat.* [d] ſic *infrà, de meta. l. ij.* At contrà, *infr. quando, & qui. quarta pars debe. l. ij. circa princ.*
ſ ¶ *Occultator* [e]. ſ. hæres, qui non deferebat: quod intellige [f], ſi celabat ſtudioſè, nõ ſi differebat deferre : quia nec feſtinare debebat : *vt ff. de iure fiſc. l. edicto. §. cùm autem.* Sed P. dicit occultator, id eſt officialis: quod nõ placet.

† Cod. Th. l. 2. e. tit. lib. 10.
a Nota de præmio hæredis rogati reſtituere non capaci, ſe deferentis.
b Fideicommiſſarius effectu hæres.
* Apparuerit.
c Præmium vxoris non capacis (cui reſtitutio fieri debet) ſe deferentis.
† Legendum, portionem, vt in Cod. Th.
† Ex Cod. Th. 10 14 1. & 2.
d Electio mulieri (vt & minoribus) in iudicijs diuiſionis datur : verùm id falſum. maior enim minori nõ tribuit electionẽ, niſi certis caſibus. *vt hic, & l. 2. infrà, de metall.* & alias, diuiſio iudicis officio expeditur. *Inſt. de off. iud.*
e Occultatoris pœna.
f Occultator quis.

SI LIBERALITATIS IMperialis ſocius ſine hærede deceſſerit.

TITVLVS XIV.

Inter ſocios liberalitatis imperialis facta etiam inter viuos, eſt locus iuris accreſcendi etiam poſt dominium vtriuſque quæſitum. Bart.

1. Imp. Constant. *ad Mygdonium caſtrenſem Palatij* †.

I Vbemus, vt ſi quis fortè ex his, quibus communiter à nobis aliquid donatum [g] ſit [s], nullo hærede [u] relicto deceſſerit: ad conſortem potiùs ſolatium, quàm ad perſonã aliam pars decedentis perueniat. Dat. XII. Kal. April. Antiochiæ, Conſtan. A. IIII. & Lici. IIII. Coss.

SI [*] LIBERALItatis Imp. ſoc. &c.

In C. Th. ſic titulus cõceptus eſt, *Si petitionis ſocius.* At quia petitiones poſtea ſublatæ ſunt, nõ liberalitates: ita eũ inuertit Tribonianus, *Si liberalitatis Imperialis ſocius* quod idẽ eadẽ ratione fecit in *l. pen. ĩ. de iure fiſ. & l. pen. ĩ. de bon. vac.* quẽadmodũ conſtat ex l. 30. *C. Theod. de petitionibus, & multis alijs.* Cviac.

s ¶ I *Vbemus.*] *Donatum.* Conſors conſorti in eo, quod donatum eſt, ſine competitione ſuccedit, excluſo fiſco: quod etiam in nauiculariis, decurionibus, cohortalibus, militibus, fabricẽſibus, clericis locum obtinet, *tit. de hær. dec. l. ſi quis presbyter. ĩ. de epi. & cle.* Cviac.
t ¶ *Donatum ſit.* nullo petente: *vt ſuprà, tit. j. l. j. in fin.*
u ¶ *Nullo hærede* [g]. i. nullo liberorũ: *vt ff. ad Trebel. l. ex facto. § ſi.* & ſic præfertur ſocius vxori, & aliis præter liberos : & pro hoc, quod ſubiicit, ad perſonam aliã. 2. Vel dic, hęredẽ largè dici: *vt e. l. ĩ. de bo. vac. l. j.* ¶ Et ſecũdũ hoc quod dicit perſonã, dices extraneã, vel fiſcum: illud conſtat, quòd teſtamẽtarius hunc ſociũ præcedit: *vt ĩ. de hær. decuri. l. j. & ff. de acq. re. dom. l. ſi iq. §. pen.* & ſic nec vir. ¶ Et not. quod hic [h] dicitur in ſocio liberalitatis imperialis: idẽ in bonorum poſ. cõſortibus. Item in hæredibus iuris ciuilis. Item legatariis: *vt ſup. quando non pe. par. & de cadu. toll. §. his ita. & §. vbi autem. & Inſt. de leg. § ſi eadem.* Item pluribus patronis: *vt ff. de*

g Quãdo quis dicatur ſine hærede deceſſere.
h Ius accreſcendi quibus caſibus locum habeat.

vt ff.de bo.li.b communi liberto.& de aſſi.lib.l.vtrum. Itē in pluribus eiuſdem corporis:*vt ſuprà,de har.decur.per totum.* ACCVRS.

a DE THESAVRIS.

Quia de theſauris dātur tributa,de quibus ſcilicet tributis eſt dictum:ideo de his præmittit,ſecundùm P. Vel quia inter cætera iura fiſcalia, de quibus cœpit dicere, ius fiſci quãdoq; eſt in theſauris:ideo de eo dicit:

DE THESAVRIS a. TITVLVS XV.

Quærere theſaurum in proprio omnibus licet : in alieno vero ſuo nomine, nullo modo licet:ſi theſaurus inuentus fuerit à fortuna, inter inuentorem & dominum diuidetur. BART.

1. *Imp. LEO A. Eryſthrio præfecto prætorio.* †

NEmo b † in poſterum ſuper requirēdo in ſuo, vel alieno loco theſauro, vel ſuper inuento ab alio, vel à ſe, effuſis precibus pietatis noſtræ benignas aures audeat moleſtare. Nam in ſuis c quidem locis vnicuique, dummodo ſine ſceleratis, ac puniendis ſacrificiis d, aut alia qualibet arte e legibus odioſa, theſaurum f (id eſt, condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia a †) quærere, & inuento vel liberam tribuimus facultatem : ne vlteriùs Dei beneficium † inuidioſa calumnia perſequatur:vt * ſuperfluum ſit hoc precibus poſtulare, quod iã lege g permiſſum eſt:& imperatoriæ maieſtatis videatur præuenire liberalitas h poſtulãda. In alienis verò terrulis nemo audeat inuitis, immò † nec volētibus i vel ignorantibus dominis opes abditas ſuo nomine perſcrutari.

Quòd ſi nobis ſuper hoc aliquis crediderit eſſe ſupplicãdũ aut præter huius k legis tenorē in alieno loco theſaurũ ſcrutatus inuenerit m:totũ hoc locorũ domino reddere compellatur:& velut temerator legis ſaluberrimæ puniatur. Quòd ſi fortè vel arando, vel aliàs terrã alienã colēdo,vel quocũque caſu,nõ ſtudio perſcrutandi,in alienis n locis theſaurũ inuenerit : id quod repertum fuerit, dimidia retēta, altera dimidia y data;cum locorũ domino partiatur o:ita enim eueniet, vt vnuſquiſque ſuis fruatur, & non inhiet alienis †.

b NEmo. permixtum incipit quãdo in ſuo, vel alieno quis inuenerit : ſed poſtea diuidit.

c ¶ *Nam in ſuis.* appellatione ſui a accipe ſiue ſit dominus directò, vel vtiliter b,vt feudatarius, emphyteuta, & ſimiles: licèt [inutiliter] dominus P.dixerit cõtrà:non ergo creditor, non fructuarius, dicatur domini:*ff.de acq re. do.l ſi is.§. pe.& §.nec vir:vt ff. ſol. mat l.diuortio c.§.ſi fundum.* ¶ Itē idem, quod in ſuo eſt, ſi quis in ſacro d, vel religioſo caſu fortuito:*vt Inſtit.de rer. diuiſ §. theſauros.* Sed in his contrà *ff.de iur.fiſc.l. iiij.§ ſi in locis* Sol.vt ibi.

d ¶ *Sacrificiis* e. ad quod ſuprà *de Paga. & ſacrif. per totum.*

e ¶ *Arte* putà magica. ad quod *ſuprà, de math. per totum*: quo caſu totum fiſci erit : cùm hic ſit indignus:ad quod *ff. de iure fiſc l j.circa prin.* ACCVRSIVS.

f ¶ *Theſaurum.* ſ. quærere : quod eſt j. ¶ Et quod inſeritur, eſt definitio f theſauri : *vt ff.de acqui. re.do.l. nunquã.§. theſaurus.* & propriè, & impropriè quandoque: *vt ff. ad ex. l Theſaurus.*

a ¶ *Id eſt,cõdita.* Caſſiodorus theſaurũ definit, depoſitiuam pecuniam, quæ lõga vetuſtate cõpetentes dominos amiſit. CVIACIVS.

a ¶ *Mobilia.* Legēdum, *monilia:vt in l.2.C.Theo.* CVIAC.

g ¶ *Lege.* ſcilicet iſta.

¶ Et not. g *ſic ſ. de epiſ. audien. l. iiij. in prin. & arbi.iu. l.cùm interdicta. & ff.de con.inſti l.quæ ſub conditione §. fi. & de min. l.in cauſa.in prin. & ad mu. l.j. in fi. & de leg.j. l ſi quando.in prin.& vt leg.no æ l.j.§.reſcripto.*

h ¶ *Liberalitas.*ſi habes,*liberalitas*, plana eſt:ſi verò habeas,*liberalitatibus*,tunc habeas,*imperatoria magnanimitate*.2.Et dic, *videatur præuenire cõceſſio*:& dictio,*poſtulãda*, eſt pluralis numeri: & *liberalitatibus*,eſt ablatiui caſus.Itē ſi habeas in genitiuo,*magnanimitatis*,ſeu *maieſtatis imperatoria*, tunc ſubaudi.ſ.*conceſſio*: *vt ſupr.* Tertij habent, *imperatoria maieſtas, & liberalitatibus.*

i ¶ *Volentibus.*¶ No.domini voluntatem h nihil facere,vt alius ſuo nomine quærat.ad quod *Inſt.qui.alie.licet in prin & ff.de vſufruct.l.ſed & ſi quid.in ſ. & ad leg.Corn.de ſic. l.lege Corn.§.ſi.* contrarium i in lapidicinis *vt ff.communia præ.l.venditor.§.j.*

k ¶ *Huius.*quæ dicit ſcilicet domino volente,vel inuito.

l ¶ *Legis.*ſcilicet huius:de quo etiam extraordinariè poteſt accuſari.*ad quod ff.de pœnis.l ſanctio. & de cri ſtel.l.ij.*

m ¶ *Inuenerit.*inueniſſe k dicitur,qui videt,vel percipit,& animum habendi habuit ad quod *ff de acq poſſ.l.iij §.Neratius.* Acc.

n ¶ *Alienis.* ad quod *ſuprà ſinium regun l.ſi conſtiterit.*

y ¶ *Altera dimidia.* Quid opus fuit hac cõſtitutione, cùm iã id eſſet ab Adriano claré cõſtitutũ:nēpe quòd deinde poſt Adrianum dimidiã loci domino conceſſam, ad quartam Imppp Gratianus,Valent & Theod redegiſſent.*d.l.2.*Eſt & hæc de re Leonis Nouel.51. CVIACIVS.

o ¶ *Partiatur.* idõ ſi in loco Cæſaris, vel publico ciuitatis : nam dimidia inuentori,alia ciuitati,vel fiſco:*vt Inſt.de re.diui §.theſauros* Itē cõtrà.*j de metal.l.cũcti.*Solu.vt ibi.¶ Itē quæ actione a dominus cõſequitur dominiũ Reſp.cõd.ex hac lege,vel rei vin.

a Suum quiſque dicere poteſt, cuius dominium habet directum, vel vtile:adde Bar. in l.Quamuis §. argento ff.de auro.vbi de pronominib. poſſeſſiuis. adde Caccialupum tract.de fruct.regimine.art.5.in qual.24. vbi no. ſui appellatione contineri dominium directum, vel vtile habentes. adde Gloſſ. l. ſi fœmina. §. Co. ad Turpillianũ.

b Dominium vtile rei qui habeant, vel non habeant.

c Hoc innuit, bonæ fidei poſſeſſorē, vt hac l. vt & creditorē & fructuarium, vt infra, es non eſſe dominos.

† Zeno & Leo AA. Epinico ſ õl ſic in meis manuſcriptis.

† hac lex corrigit eam,quæ eſt in Co. Th. e.tit.quæ quartã tantum inuētori tribuit.

d Theſaurus in loco ſacro, vel religioſo inuētus, cui cedat.

e Sacrificia quæ vetita.

† monilia, legend. vt in Cod. Th. vbi traditur hæc theſauri deſcriptio l. 2. de theſauris.

† Concor. c. nuper abnatis, media Gloſſ. ſuper verbo, compendium autē ſi. extra de de.

f Theſaurus quid propriè, & impropriè.

* al:ac.cum.

g Superfluum eſt à principe impetrare, quod de iure communi conceditur.

† it ondum, id eſt, nec volentibus.

h Volũtate etiam domini quædã alienari nõ poſſunt.

i Theſaurũ nõ apparentem quærere aliud, & lapidicinas apparētes. Sũt enim lapidicinæ partes rei, & de natura rei, & in fructu rei : at nõ theſaurus.

k Inueniſſe di- cit,qui v . . . & perc . . . animo ha- di, ſeu ad . . . rendi habe

a Qua actione quis dominus conſequatur theſaurũ.

p DE ANNONIS, & tributis.

De alio iure fiſci dicit. & dic de ann. & tri. id eſt, de tributo, quod præſtatur pro annona militũ, & equorũ. Vel b annona in ſpeciebus,tributa in pecuniis: vel dic annona in ſpeciebus,tributũ in auro, & argento, & ære, & dicitur tributum quicquid tribuitur : ſed ſpecialiter quod principi datur. ¶ *Et eſt ſciēdũ, quòd tributũ* c *aliud capitis* : vt ff.de cē. l.ſin *aliud agrorum:*vt j. eo.l.j.*& vtrumque Italicis,& quibuſdã aliis remittitur.* vt ff.de cenſ.l. j.& l.ſi.& ſ.de epiſco. & cle.l.debes. *nec ob.ſ.*ſine cen.vel re.l ſi.& ibi no. *Nec quod dicitur j.de re.diui.§. per traditionē. vt ibidem dixi.* ¶ *Item not. quòd ſec. P.tributum capitis* d *eſt, pro mare integer aureus , pro fœmina medius.* vt ar. ff.de cen. l.ſin.& j.e.l. ſi *ſed P.dicit quodam medio temperandus : & pro eodem* j. de arg.& cen.l.cùm antea.li.xi.*Nomine prædij* e *præſtatur quantitas frumenti,quæ dicitur quinquageſima hordei , quadrageſima vini , & lardi vigeſima in partibus non remotis:vt* j de ſuſ l.inodicos. *pro ſingulis libris argenti.* c.*præſt. aurei:* vt j. de arg pretio , quod the ſauri.l.1. *ſecun. Pla. ſed certè aliud,quod dicit lex illa,ad inſtar* f *argenti, & in auro , & in aliis pecuniis fiat computatio.* ¶ *Item differt hic tit. ab illo ſuprà,* de annonis & capitat. &c. *quia ibi de his , quæ pro ſalariis dabantur officialib. hic fiſco. Item ab inferiore pro. vt ibi no.*

DE ANNONIS p, ET tributis. TITVLVS XVI.

Annona in ſpeciebus conſiſtunt,veluti frumēto,vino,oleo, pane,carne,ſale Tributa in corporibus, veluti auro,argēto,ære, equis, veſtibus, quæ & intributiones, & contributiones dicuntur: & ſunt duplicia, ſoli,& capitis. l.vlt.ff.de cēſ.*Capitis ſunt,quæ ſtipendia vocat.Tertul.in Apolog.*Si agri tributo onuſti viliores, hominum capita ſtipēdio cēſa ignobiliore. *Conferunt autem & annonam, & tributa poſſeſſores, id eſt,domini prædiorum prouincialium quotannis,vel ipſi prædiorum conductores.*l.ſine hærede.§. Lucius.ff.de admin.tu,*per cauſam iudicis exercitus.*l.2.inf.de exact trib. *Exulabat autem huius tituli Conſtitutio, vt & cætera,quòd Græca eſſet , quam ex lib.56. Baσιλικῶν reſtituimus.* CVIAC.

Onus æris alieni eſt perſonale,& ideo inter hæredes diuiditur pro hæreditariis portionibus. Onus annonæ , & tributorum eſt reale : & prout quis poſſidet, & fructus percipit, oneratur. BART.*

1. *Imppp.* VALERIAN. & GALLIEN AA. & *Valerianus Cæſ. Antiocho.*

AEs quidem alienum proportione, ex qua q quiſque defuncto hæres extiterit, præſtari oportet r: annonas s autem is ſoluere debet , qui poſſeſſiones tenet , & fructus t percipit. PP. Secu. & Dona. Coss.

Ad onera realia nõ tenetur quis in plus, quàm de re poſſideat. BAR.

11. *Impp.* † DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Herennio.*

INdictiones u non perſonis ſed rebus indici ſolēt:& ideo

q AEs quidem.] Ex qua.i. ex quibus : *ſic ſuprà de in iut voc. l. ij.* aliàs,*pro portione*:& tunc ponitur propriè,*pro qua.*

r ¶ *Oportet.*vt ſ.*de hæreditariis act.l ij.*ſed fallit in 7.caſi.vt ibi no.

ſ ¶ *Annonas* etiam præteritas g:*vt ff.de pub.l Imperatores.& j.de pre.naui.l ij.& iij.*& dic annonas.i.tributa pro annona:*vt in rub.* Item hoc caſu non opponitur cõpenſatio h:*vt ff.de iur.fiſc.l.auferetur §.qui compenſationem.* ¶ Sed quid ſi i non eſt ſoluendo? Reſp.tenentur cohæredes ex perſona defuncti , quaſi auctores. *Arg.ſ ſine cenſu,vel re.l.ij.& Auth.ibi poſita. & facit in Auth.de man.prin.§.non permittas,& ſuprà,ſine cen.vel re l.omnes.* ACCVR.

t ¶ *Fructus.*nõ autem k illi,qui penſiones recipiunt,niſi ſit conſuetudo regionis:*vt infrà ,de agri & cen.l luibus.§.hæc de redditibus vt ff.de adm.tut.l.ſi ſine hærede.§.Lucius. Al. & ar.ſupr.de vſufruct l.ſi pendentes §.1.Item facit j.l.proxi. & ff. de impen. in rebus do.fa.l.neque ſtipendium.& infrà de col.fund.patri.l.omnes.*

u INdictiones id eſt,munera patrimoniorũ,quæ poſſeſſionibus indicuntur:eſt enim duplex l patrimonij munus. Vnum in rebus:*vt hic*,quod ſoluunt etiã non municipes:item etiam qui fœnus exercent:& præſtabit ſecundùm modũ notatum in rub. Eſt aliud,quod perſonæ pro patrimonio indicitur:& tūc tãtùm municipes:*vt ff de mune.& ho.l.reſcripto,§.ſic.& l ſin.§. patrimoniorũ.*& tunc non præſtabitur ſecundùm formã dictam *in rubr.* ſed prout indicitur per ſingula luſtra : *vt no.infrà , proxi. rubri.* ¶ Item no.quòd quædã leges huius tituli de vno,aliæ de alio,& aliæ

b Tributũ & annona in quibus conſiſtit.

† Concor. c. non remittitur pecuniam. de regu. iur.lib 6.

c Tributorum ſpecies.

d Capitationis quæ quantitas fuerit.

e Tributorum quæ quantitas fuerit.

* Hic inſerenda conſtitutio 1. Græca ex p.z tectaliis, infrà.

f Legendum, inſtar, Annonæ autem in ſpeciebus & edulibus. Tributa in aliis conferuntur numeris, equis, veſtibus.

† Decius A. Scalino:in vet. manuſcri. Contius.

g Tributa etiã præterita ſequuntur poſſeſſorem

h Tributorum cauſa paratam habet executionem, ideoque non ſit ei compenſatio.

i Fiſcus contra alienantem in ſubſidium agit pro tributis præteriti temporis.

k Imò & illi, qui penſiones ſoluunt: cõferunt enim tributa, & annonas etiam ipſi conductores, niſi cõſuetudo ſit contraria.l. ſine hærede. §. § pen ¶ de ad- mini.tut

l Munus patrimonij duplex.

aliæ de vtroque dicunt: *& facit* ĩ. *de mu patri.l.ij.* ¶ Et quod not. infrà, *de mu. & ho.in rub. &* ff *de neg.geſt.l.qui aliena.§.fin.* ¶ Et ſecũdùm quod hic ponitur, eſt hodie ordinarium. *vt infrà, tit.j.l.j.* Itẽm facit *infrà, de immu.nemi.conce.l.fin.*

a ¶ *Ne vltra modum.*i.pro eo, quod non poſſident: *vt* ĩ. *de immu. nemi. con.l.j. & ij. & in Auth.de man prin. §.non permittas.coll.iij.*

ne vltra modũ [a] earundem poſſeſſionũ, quas poſſides [b], conueniaris, prçſes prouinciæ proſpiciet. PP. XVII. Kal. Nouemb. Æmiliano, & Aquilino Coss.

Omnes debẽt ſoluere quod princeps imponit: & officiales non poſſunt augere, vel diminuere. Bar.

III. *Imp.* Con. A. *ad Proculianum.*

Omnes [c] † penſitare debebunt quæ manus [d] noſtræ delegationibus adſcribũtur, nihil amplius exigendi [e], [vel † remittendi] poteſtatem eſſe. Nam ſi quis vicarius [f], aut rector prouinciç aliquid iam cuiquam crediderit remittendum: quod alij remiſerit, de propriis dare facultatibus compelletur [g]. Dat. XV. Kal. Iul. Conſtantino. Conſtant. A. IV. & Licinio IV. Coss.

Omnes coguntur ſoluere publicas functiones, cùm non ſit munus extraordinarium: & ab eo nemo excuſatur. Bart.

IIII. *Imp.* Constantinvs A. *ad Vranium.*

Omnes † omnino [h] ad ablationem functionũ publicarũ oportet vrgeri. Lege enim noſtra [i] ſignatum eſt, nec eſſe extraordinaria, nec vocari [k], quç ſolemniter à prouincialibus deuotiſſimis conferenda ſunt. Datum III. Non. Februar. Conſtantio A. II. & Conſtante Coss.

Qui plus fructus collegit, plus ſoluit: qui minus, minus Bart.

V. *Impp.* Valent & Valens AA. *ad Dracontium Vic. Africæ.*

Pro † locis [l], ac proximitate poſſeſſionum [m], annonam [n] ad limites [o] tranſuehi præcipimus. Dat. XV. Kalen. Iulij. Med. Valẽtinian. & Valẽte AA. Coss.

Reſcriptum in quo immunitas conceditur à muneribus ordinario, non valet. Bart.

VI. *Imppp.* Grat. Valent. & Theod. AAA. *ad Principium præf. præt.* †

In † fraudẽ annonariæ [p] rei, ac deuotionis [q] publicæ elicitũ dãnabili ſubreptione reſcriptum

b ¶ *Poſſides.* pro quantitate fructuum tãtùm: *vt not. in rub & facit ſuprà, de al. l. ij.*

c Omnes. ſcilicet, homines.

d ¶ *Manus.* duntaxat: *vt infrà, tit.ij. l. j.* ¶ Et dicitur [a] delegare, quãdo per ſuum notarium, vel nuncium ſuum ſcribit præſidi, vt exigat: & quandoque præmittit epiſtolam de indictione futura: *vt* ĩ. *de excu.mu. l.placet.* & reddit in quadruplum: *vt* ĩ. *de excu. mu.l.placet.* & dic de legationibus, i. præceptis.

e ¶ *Exigendi.* aliàs reſtituendi, vel remittendi poteſtatem eſſe. & ſic benè ſequitur: nam, & c. ſed ſecũdùm aliã refert ſe ad principiũ, & reddit in quadruplũ. *vt* ĩ. *de excu.mu.l ſi placet.*

f ¶ *Vicarius* [b]. putà palatinus, vel alius vice principis, vel rector prouinciæ: ad [c] cuius officiũ pertinet tributa exigere: *vt* ĩ. *de ca.lar.l.ij. &* ĩ. *de exa.tr.l in fiſcalibus.*

g ¶ *Compelletur.* dic in ſubſidium reſeruari eũ, cui eſt remiſſum: *vt* ſ. *de conue.fi. de l.ij. in fi.* ſecundùm quoſdam. & ſic non valet remiſſio omnino: *vt ſuprà, de tranſa. l. præſes. quæ eſt contrà*, pauperi [d] tamen poteſt remitti, cùm pater [e] debeat agere: *vt in Auth. vt iudi. ſine quo. ſuff. §. vos. coll. ij. & facit* ff. *de pac. l. Imperator. & de publ.l.fi. §.fi. & de decre. ab ord.fa.l.iiij.*

h Omnes omnino ſ. ſcilicet prouinciales: *vt in fi.huius l. & ne ſupe ſine cenſu, vel re. l.6. & facit infrà, de con. l.iij. & de coll. fun. pa.l. omnes. & infr. de immu. ne.con. l. j.* adeò vt nec veterani excuſentur: *vt* ff. *de pri. ve l.pe.*

i ¶ *Noſtra.* quam non habemus.

k ¶ *Nec vocari.* aliàs, vacari: *& facit infrà, tit. j.l. j.* aliàs, *vacare.* q. d. nec extraordinaria conferuntur, nec ordinaria [g] remittuntur: *vt ſuprà l.proxi.*

l Pro locis. i. pro magnitudine [h] locorum.

m ¶ *Poſſeſſionum.* quæ ſunt prope [i] limina, ex quibus tributa penduntur.

n ¶ *Annonam.* in ſingulis locis, & ſpeciebus conſtitutam: *vt infrà, de ſuſc. l. modios.* Accvrsivs.

o ¶ *Ad limites.* vbi de militibus in caſtris cõſtitutis profligabatur, vel ad tempus reponebatur: *vt hic, & infrà, de eroga.mil.an.l. iiij. & infr. de cano lar.l. j. & infrà, de fundis limi.l. j. & facit infrà, eod l.nemo.*

p In fraudem annonariæ. id eſt, tributi ad annonam: vt dixi in rub. Accvrs.

q ¶ *Deuotionis.* id eſt, [k] dicti tributi deuotè ſoluendi.

r ¶ *Sortiri.* niſi ſit præſcriptum quadraginta annis: *vt infrà, de fundis pa. l. fin. lib. xj.*

† C. T. 11. 11. l. 1. §. adeoq; e omnes penſitare.

† Incluſa deſunt in manuſcripo. Cont.

a Delegationes ſunt deſcriptiones exigẽdorum tributorum, & annonarũ, quod à principe delegari, & mitti in prouincias ſolent.

b Vicarij erãt P. Prætorio miſſi à Principe in diœceſim habentem multas prouĩcias, propriam iuriſdictionem habentes, non à præfecto mãdatam.

c Tributa exigere ad quos pertineat.

† l. 3. C. Th. eo. tit.

d Officiales poteſtatẽ habent remittẽdi propter paupertatem.

e Fortè legendũ, patrẽ: hoc eſt, cum pater eſſe debeat.

† l. 11. Cod. Th. eo. tit.

f Omnino de hac dictione v. l. um quaſi. § 2. ff. rem pupilli.

† l. 20. Cod. Theod.

g Ordinaria munera ſunt, quæ à lege imponuntur.

h Itaque qui plus locorum habet, plus ſoluit. Magnitudo autẽ locorum cõſideratur ex quantitate *Lex poſſeſſio ff. de cenſib.*

i Proximitas poſſeſſionum quemadmodũ conſideretur, v. apud Bartol. hic, & ita in indicendis tributis habetur ratio itineris.

k Deuotio publica.

s ¶ *Par.* id eſt, neminem excuſando: *vt ſuprà eo.l.omnes.* pro modo tamẽ poſſeſſionũ: *vt* ſ. *a.l.indictiones. & facit* ſ. *de vect.l.quicquid. & ſi contra ius, vel vtili.publi l.fi. & infrà, de naui.non excu. l.ij. & infrà de cano fru.vrb.Roma.l.ij. & de aquaduct.l.diligenter.* Accvrsivs.

manifeſtũ eſt iure non poſſe vires ſortiri [r]. circa omnes igitur par [s], atq; æqualis illationis forma teneatur. Dat. VIII. Kalend. Octobr. Aquil. Arcad. A. I. & Bautone Coss.

Ad operãdum, vel portandũ non debet quis longius mitti: ſed debet ratio itineris adhiberi. Bart.

VII. *Imppp.* Valen. Theod. & Arcad. AAA. *Cynegio præfect. præt.*

Nemo † poſſeſſorũ [t] ad inſtruendas mãſiones [u], vel cõferẽdas ſpecies, lõgiùs [x] delegetur: ſed omnes itineris, ac neceſſitatis habita ratione delegẽtur. Dat. X. Kal. Ianua. Conſtan. Arcad. A. I. & Bautone Coss.

Non eſt faciendum id, in quo plus expeditur, quàm de commodo percipitur. Bart.

VIII. Idem AAA. *Cynegio præfect. præt.*

Mediterraneç ciuitates [y] antè à maritimis, & maritimæ à mediterraneis onerabantur expenſis [z]: vt plus haberet diſpendij tranſlatio, quàm deuotionis [a] illatio. Hoc non ſolùm in præſens: verùm etiã in poſterum prohibemus, ea lege, vt ſe vltimo nouerint ſupplicio puniendos, qui iſta commiſerint †.

Si vtiliter dominus intra tẽpus hîc ſtatutũ non ſoluerit tributa, dominio priuatur, & ad habentẽ directũ dominiũ reuertitur. Bart.

IX. *Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Mineruio Com. R. P.* †

Obſiſtere [b] commodis [c] publicis & ſtatutis neceſſitatibus non poſſunt priuilegia dignitatum [d]. Vnde vt quiſque de prædiis emolumentum cõſequitur, ſi nõ is euoluto anni [e] ſpatio intra ſex menſes [f] omnẽ, cui eſſe conſtrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum: ad ipſos, qui ſunt domini prædij, exactionẽ [g] volumus pertinere. PP. in programmate Viri clariſſimi vrbis Rom. Honorio A. IIII. & Eutychiano Coss.

t Nemo poſſeſſorum. prçdiorum, propter quæ tenẽtur ad infrà ſcripta.

u ¶ *Mãſiones* [a]. publicas, in quibus fortè annona erat imponenda: vel alias publicas.

x ¶ *Longiùs* [b]. quia illi de vna prouincia nõ debent deferre ad aliã. *& facit ſuprà, eo. l. pro locis. & infr. de pri. do. Aug.l. ij. &* ĩ. *l.proxi.* Accvrs.

y Mediterranea ciuitates. id eſt, homines earum.

z ¶ *Expenſis.* id eſt, inuicem aliæ pro aliis tributa ſoluebant [c], & ſic longiùs portabãt: quod hic remouet: ad quod ſ. *eod l.pro locis.* & facit *infrà, de priu.do. Au.l ij. & ſuprà, l.proxi. & in Authent.de coll.§.nullus autem. & infrà, de metal.l. iiij.* Item videtur contrà quod dicitur *Alter alterius onera portate: ſic adimplebitis*, &c. Sed hîc non reuelatur, immò grauatur alter.

a ¶ *Deuotionis.* i. tributi deuotè ſoluendi.

b Obſiſtere. Pone ſecundùm R. in emphyteuta, & fructuario: qui publicas debẽt ſoluere functiones: *vt ſuprà, de iur.emphyt.l. ij. &* ff. *de vſufruct.l. hactenus.* qui ſi nõ ſoluant intra tempora huius legis, dominus exigit hũc, id eſt, vindicat prædium, non obſtante aliqua dignitate. 2. Vel ſecũdùm M. pone in exactores tributorum, qui niſi inferat fiſco intra tẽpora huius legis, dominus prædij, qui ſoluit repetit: *vt in fine huius legis.* & nihilominus tenebitur fiſco exactor, & exactus in ſubſidium: *vt infrà, de eroga. mili. annon. l.v. & ſuprà, de conue. fiſc. deb. l. fiſco.* 3. Vel veriùs, niſi emphyteuta, vel ſimiles ſoluãt intra tempora huius legis, pertinet exactio ad dominum: id eſt, quia dominus exigit dicta tributa vt fiſco ſoluat: vt differat à primo, in quo primo reuocat fundum ab emphyteuta, & ipſe dominus ſoluet [e].

c ¶ *Commodis.* tributis, quæ fiſco agenti, & neceſſitatem habenti ſoluuntur, vt ſubiicit.

d ¶ *Dignitatum.* ſic ff. *de mu. & ho.l. fina. § ab huiuſmodi. & de vaca.mune l.ſunt munera. & ſuprà, eodem. l.in fraudem.*

e ¶ *Anni.* intra quem debet ſolui exactori: *vt infrà, tit iij. l.miſſi.*

f ¶ *Sex menſes.* ¶ No. purgatur [f] mora commiſſa intra ſex menſes: quod eſt verum quoad dominum: ſed quoad fiſcum, xx. dies ſtatuuntur: *vt infrà, de ero.mili.an l.v.*

g ¶ *Exactionẽ.* id eſt, vindicationem prædij ſecundùm primum. 2. Vel id eſt, repetitionẽ pecuniæ ſolutæ ſecundùm aliũ per cõdictionẽ ſine cauſa. 3. Vel dic, quia dominus exigit etiã pro præterito tempore: *vt* ff. *de public. l.imperatores.* ipſe autem dominus reuocatur ab emphyteuta: *vt* ſ. *de iu.emph.l.ij. vel à fructuario: vt* ff. *de*

a Mãſiones publicæ quid, v. hic apud Cuiac.

b Longiùs delegari quid. *v. de hac Bart.*

† l 21. Co. Th. eod.

c Dic potiùs, Quæ conferebant mediterranei, olim tranſuehebant maritimi, vel è contrà.

d *ad Galat. 6 l. 2. § cùm igitur. ff. ad legem Aquil.*

† Dat. III. No. Sept. Valẽtiæ, Honorio N. I. & Euodio Coſſ.

† C. Theo. lib. & tit. l. 25.

e Nulla harum ſolutionũ mihi ſatisfacit: hoc vult potiùs, Colono, aut emphyteuticario nõ ſoluente tributũ, vel canonem publ cum annuũ, dominũ ipſius prædij quãtumuis in dignitate conſtitutum conueniri.

f Mora an tẽpore, & quo tempore purgetur.

ff. de noxa. act. l. ſi noxale. 4. Vel dic recepta vltima poſitione, quòd dominus exigat, quod debuit emphyteu. ſoluere: cùm ipſe pro eo tempore ſoluere teneatur, & ſic condi. ex hac [a].

a IVdices id eſt, præſides prouinciæ, ad quos pertinet imponere, & exigere: vt *j. titu. 19 l. in fiſcalibus.*

a Nulla etiam harum interpretationũ placet, vult cõſtitutio, colono tributum non ſoluente, dominum prædij conueniri.

† Adriano.

Iudicibus negligentibus totum ſalarium aufertur. BART.

x. IIDEM AA. *Eutychiano † præfecto prætorio.*

IVdices [a], quos circa profliganda [b] ærarij noſtri compendia [c] negligentes, ac deſides fuiſſe conſtiterit: omnia, quæ in adminiſtratione poſiti perceperunt emolumenta [d], reddere compellantur [e]. Dat. III. Kalen. Mart. Mediola. Vincentio, & Frauita Coſs.

xi. *Imp.* THEOD. A. *Iſidoro præfecto prætorio Illyrici* [a].

y Concor. cap. 2. eam Gloſ. ſuper verbo vitium. extrà de cauſa poſ. & propriet. vendicit, quod vltima tẽpora præſcriptionis ſpectãda ſunt.

z ¶ *SEmel.*] *De refuſione* ᵉ. à refundo, dis. ſecundùm P.

e Refuſio munerum, nihil aliud meo iudicio, quã munerum præſtatio.

a ¶ *Emiſſam.* ab his, qui faciendi hoc ᶠ ius habent, non alio, *vt ĩ. de ſol. deb. ai l j. & ĩ. de qua. præſer l y § fin* & ſolenniter: *vt ĩ. l. proxi. & facit ff de pæ l. diui fratres & C. ſen. reſ. in nõ poſ. l. j. & ĩ. de ſuſc. l ſecuritates.*

f Vitium apochæ & actæ prædeceſſoris officialis poſſunt retractari à ſucceſſore. *v. & c. Rebuf. n. 5.*

b ¶ *Refricari.* niſi fuerit gratioſa. *ĩ. de tranſact. l. præſes. & no. ĩ. de an. & tri l 19.*

g Vtrum ſi ſolutus nõ poteſt ſuo nomine, vel pro ſe cõuenitur, pro aliis, qui nõ ſolũt conueniri poſſit *inde hic Rebuf. nu. 5.*

c ¶ *Præceptionis.* huius legis.

c ¶ *Lætari.* ſic & qui fuit tutor, à cura excuſatur: *vt ſupr. de excu tu. l. curator.* P. Item hoc, niſi ᵍ alij nõ ſint idonei ad dicta munera. *vt ff de mu & hon. l. honor § fin.* ¶ Sed ibi in perſonali: & idẽ in patrimoniali: *vt ĩ. no. de ſuperindicto.* Item facit *ĩ. l. fina.*

h Præſumitur de præterito ad præteritũ: vt & de præſenti ad præteritum.

e ¶ *QVicunque de prouincialibus* ſic, ſubaudi.

f ¶ *Poſthac.* id eſt, poſt hanc legem.

g ¶ *Ab eo.* paſſiuè.

* ¶ *Trium cohærentium.* vide cap. 2. *de præſcript.* CVIAC.

h ¶ *Sibi.* ſ. præſenti conuentioni, ſecundum M.

i ¶ *Annorum.* ſ. proximorum. R.

i Ad ſumma. cap. ſunt vnic. in ſ. ſu. d. extremo tempore, h. in tract. de præſcript. 3. par. n. 18.

k ¶ *Superiorum.* præſumptio de ʰ præterito ad plus præteritũ, vel de præſenti ad præteritum. habes *ĩ. de a lul l. ſi quis.* ¶ Item quòd præſumatur ˡ ſolutio eſt: *ſic ff de proba l ſi chirographũ.*

l ¶ *Optio.* maſculinè: quia optatum percipit.

k Actuarius, & actuarius.

m ¶ *Actuarius* ᵏ. Alias *actuarius*: quia cũ actu, & callidirate, & inſtantia extorquet P. Alias *actuarius*: quia aliquid in exigendis tributis agit, ſunt enim hæc nomina exactorum.

l Solutiones non factæ vti probentur.

n ¶ *Cautionem.* quia ˡ promiſit tributa præteriti anni, vel qua confeſſus eſt ſe ea debere: quæ antapocha dicitur. Vel quia tantùm præteritorum annorum dicit hunc recepiſſe. ACCVRS.

m Male Manifeſta ſũt cum aſſertio hic nihil aliud, quã ſactimanifeſta probatio.

o ¶ *Geſtorum.* id eſt ᵐ, probatione teſtium corã geſtis, id eſt, in actis

ĩ. l. 2. C. de di. cuſſoribus. eod. l. tit. x.

† Menaz P.P. eſt enim pace. l. in contractibus ſupr. de non numerata pecunia. § ſin quoniam.

actis receptorum, quod preteritorum annorum nomine debeatur.

β ¶ *Imp Iuſtinianus A.* Adde Menaz P.P. CVIACIVS.

γ ¶ *Securitatibus.* Hæc lex repetita eſt in *l.* 14. §. 1. ī. *de non nu pec* Vnde hic addenda inſcriptio, & ſuſcriptio. Vide ad princip. eius tit. CVIACIVS.

a Exceptio nō numeratæ pecuniæ, quibus caſibus nō opponatur.

a SEcuritatibus.] Cōſcribuntur a. à procuratore fiſci, vel alio, qui habet ius exigendi. ¶ Et no. hac lege, caſum, quo nō opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ: licèt nō ſit numerata & caſus alios habes ſuprà *de non nu. pe l. in contractibus § ſed quoniam. & die vt ibi.* Itē *facit ſupr. eod. l. ſemel & de quadri praſc. l. ij §. fin. & infr. de ſuſc. l. ſecuritates.*

b DE CANONE largitionalium titulorum.

Largitionalium, id eſt, de regulari praſtatione: Largitiones enim ea dicũtur, qua prouinciales fiſco largiuntur, & dependũt: & dicuntur tituli: quia ſpecialibus titulis, id eſt, literis, breuibúſq. chartis leguntur vt ſuprà de cōue. ſi de l. fi. & ſuprà de an. & tri. l. iij.

c OMnem ſummam. id eſt, tributum, quod pro auro & argēto præſtatur: quod dic. vt inf *de arg pretio quod theſ. infertur l.* 2. Vel dic ſummam auri quæ pro tributo prętatur. & pro reliquis ſpecieb. vt quadrageſimas, vel quinquageſimas: *vt* ĵ. *de ſuſce l. modios.*

d ¶ *Sacris largitionibus.* ablatiuè vel datiuè.

e ¶ *Ex more.* ſcilicet illius legis *modios.*

f ¶ *Prouincia.* ſi vnus tantùm ibi ſit theſaurus, aliàs de proxi. vt ſubiicit. a. Vel dic, ſi b prouincia ſua non habet. tunc ad proximos: *vt* ī. *de an & tri. l. pro locis. & facit* ĵ *de auril pu. perſe l. j. & ī. de offi Com. ſacr. lar l j.* ACCVRS.

b Singulis penè prouinciis ſui theſauri fuerunt.

g ¶ *Ad proximos* c. id eſt, proximæ prouinciæ, ſi ille de illa prouincia deceſſit.

c Hinc colligunt officia recipere extenſionem territorij non cōſtatū reſpectu.

γ Ex Cod. Th. 11. 7. 17.

h ¶ *Tabularij* qui ſunt cum ſuſceptore: *vt* ĵ. *de ſuſce. l. duos. & de nu. & actu. l. in prouinciis.*

i ¶ *Solicitos.* ſcilicet præſides, & opinatores, & alios: *vt* ī. *de exact. tri. l. miſſi.*

k ¶ *Conſignari.* ſecundùm ſolennitatem, quā habes *ſuprà de apo pub. l. ij.*

l ¶ *Exinde.* id eſt, his

IIII. *Imp.* IVSTINIANVS A. † β

SEcuritatibus γ quæ publicarum functionum gratia ſiue in ſolidum, ſiue ex parte ſolutæ eſſe conſcribuntur a, nullam exceptionem non numeratę pecuniæ penitus opponi cōcedimus. Dat. Kalen. Iul. CP. Iuſtin. A. II. Coss.

DE CANONE LARGItionalium titulorum b.

TITVLVS XXIII.

Canon largitionalium titulorũ eſt, qui ex more infertur theſauris, vel priuato ærario, ex quo princeps dona & largitiones publicè priuatimve facit, neceſſaria cōparat. l. 2. ĵ. de cupreſſ. l. 1. inf. de metal. *vel exequitur.* l. vlt. ĵ. de pri. do. Auguſt. *atq. ideo idē dicitur Comes theſaurorum, ſacrarum largitionum, ſacrarum remunerationum, vel munerationum.* l. 2. ĵ. de commeat. l. palatinos. ĵ. de palat. ſacr. larg. l. 41. C. Th. de appel. *& interdũ* παρεχῶν *à Græcis, quē Caſſiodor.* lib. 6. *ait præſidere donis imperialibus, & per eũ erigi ſupplicũ fortunas, & Kalend. Ianuariis affatim largitiones fieri: qui dies largitionũ etiam notatur in* l. laudabile. ſup. de adu. diu. iud. *& à Nicephoro* lib. 10 cap. 23. *Eſt & alius Comes priuatarum largitionum.* CVIAC.

Quod particulares exactores exigunt, debet dari theſaurario, qui eſt in illa prouincia, vt totum ſimul deuoluatur ad fiſcum. BART.

I. *Imppp.* GRAT. VALENT & THEOD. AAA *Iuliano.*

OMnem ſummam c auri, vel argenti, & reliquarum ſpecierum, quę ſacris largitionib. d ex more e pendũtur, ſtatim, vt exactio fuerit celebrata, ad theſauros vniuſcuiuſq; prouinciæ f, vel ad proximos g referri ſub obſignatione tabularij h, cęterorúmq; quos ſolicitos i eſſe debere, præcedētia iuſſa decreuerunt, & theſaurorum præpoſitis conſignari k præcipimus: vt exinde l ad ſacrũ comitatum m integer omnium titulorum numerus n dirigatur. Dat. Kalendis Aug. Merobaude II. & Saturnino Coss.

Suſceptoribus ad prouinciā miſſis non debet permitti, vt per ſeipſos exigant: ſed iudices ordinarij exigere debent: quòd ſi permiſerint, punientur. BART.

II. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Anthemio* P.P. †

NEque ſacrarum, vel priuatarum o largitionum palatina officia p, ex quacunque cauſa q, vel ex quocunque titulo fiſcalis debiti, cum ad prouincias mittuntur, poſſeſſores per ſe audeant conuenire r, ſiue id ex præterito reliquum trahatur, ſiue præſentis temporis tributa s ſolui conueniat: ſed rectores prouinciarum frequenter adeundo commoneant t, eorúmque u officiis x incumbant y. Quòd ſi rector prouincię imminentem ſibi memoratorum declinare moleſtiam quæret, vel qualibet alia ratione palatinis iiſdem z propria auctoritate publicæ exactionis permiſerit curam: tam ipſe, quàm officium eius a vicena auri pondo fiſco dependant b. Dat. VII. Id. Dec. CP. Baſſo & Philippo Coss.

Notarij cameræ nō grauantur ad munera, quæ perſonæ laborem iniungũt: & qui eos grauauerint, punientur: & per officium iudicis ſuperioris defendentur. BART.

III. *Impp.* LEO & ANTHEM AA. *Heliodoro Com. ſacrarum largitionum.*

PRæcepit noſtra ſerenitas, neque veloci curſui c, neque alij, præter inueteratam cōſuetudinem grauamini ſubiacere chartularios, qui de d cohortalibus officiis vniuſcuiuſq; prouinciæ largitionales e titulos retractare f conſtituuntur: cùm idem etiam ampliſſima præfectura diſpoſuiſſe perhibeatur: vt his neceſſitatibus liberati fideliter largitionales titulos valeant retractare. Quòd ſi aliquo tempore noſtra iuſſio g temerario auſu ex aliqua fuerit parte violata h: tam rector prouinciæ, quàm apparitor eius, xxx. lib. auri condemnatione plectētur. Inſuper virum ſpectabilem comitem Orientis, eiúſque officium, licentiam habere conatus i nefarios inhibendi tam moderatorum, quàm cohortalis officij, cũ de hac re admoniti fuerint à palatinis: eandem pœnam formidantibus, ſi non omnibus modis pietatis noſtræ decreta congruum mereantur effectum:

Electio & defenſio ſuſceptoris ſpectāt ad proconſulem, & præfectum non tamen ad præſidem. BART.

Illud etiam generali k forma ſancimus, vt in omnibus prouinciis tam nominatio ſpecialiũ ſuſceptorum largitionalium titulorum l quàm defenſio tractatorum m, non tantum per viros clariſſimos moderatores prouinciarũ: ſed etiam per viros ſpectabiles proconſules, & præfectum Auguſtalem, ac laudabiles vicarios vnà cũ eorũ officiis admonentibus ſemper, nec nō imminentibus palatinis procuretur, prouidētibus n, vt poſt nominationē etiā ſpecialium ſuſceptorũ largitionaliũ titulorũ, nulla o minuendæ exactionis ad ſacrum pertinentis ærarium, aut transferendi ad arcarios p, aut quoſlibet alios extraneos titulos, rectoribus prouinciarum, aut eorũ officiis, ſeu etiam q curialibus

ſecutis quæ dicta ſunt.

m ¶ *Comitatũ.* i. id comitem rerum priuatarum.

n ¶ *Numerus.* i. omnis exactio per titulos, id eſt, breues facta, vt in rubr. notaui.

o NEque ſacrarum, vel priuatarum. pro a eiſdē. Vel dic *ſacrarum*, id eſt, fiſcaliũ: *vel priuatarum*, ſ. ſui patrimonij. Et dic, neque hęc officia, i. nedum alij qui mandatum non habent.

a Et Malè. Alius enim Comes ſacrarum largitionum (qui & theſaurorũ, & remunerationum) alius priuatarum largitionum.

p ¶ *Officia.* i. officia, quæ congruunt palatinis.

q ¶ *Cauſa.* ſcilicet debiti quod eſt infra.

r ¶ *Conuenire.* vt & *ſup. de exact trib. l. miſſi.* vbi dicuntur hi palatini b opinatores: *vt* ī. *de offic. recto prouincia l nullum.*

b Palatini erāt officiales Comitis ſacrarũ. vel priuatarũ largitionum, vt hac lege.

s ¶ *Tributa.* aliàs, *tributis*, aliàs, *tributa.*

t ¶ *Commoneant* c. & vt exigant à ſubditis, & ei ſoluant.

c Palatini cōmonebant pręſides ad exigēda tributa nō autem ipſi exigebant.

u ¶ *Eorum.* ſ. prçſidum.

x ¶ *Officiis*, id eſt, officialibus memoratorum exactorum.

y ¶ *Incumbant.* iſti exactores. ACCVRS.

z ¶ *Iiſdem* palatinis.

a ¶ *Officium eius.* ſ. præſidis. i. officiales.

b ¶ *Dependant* d. i. ſoluant.

d Alia pœna [illegible] forte hac aliam corrigit: aut alterutra imponi poteſt. Poteſt enim pœna duplex nalci ſed non in poni denuo [illegible] plenius hac Baldum [illegible]

c PRæcepit.] *Curſui.* munus eſt, de quo habes infrà *de cur. pu. l. curſum.*

d ¶ *Qui de.* No. qui dicantur chartularij e.

e Suſceptor à quo eligebatur.

e ¶ *Largitionales.* hoc expone, vt in rubri.

f ¶ *Retractare.* perfectè tractare, vt ſũt notarij.

g ¶ *Iuſſio.* ſcilicet iſta.

h ¶ *Violata.* quia & coguntur ad aliquod grauamen vltra conſuetudinem veterem.

i ¶ *Conatus.* i. ſi aliquis vellet cogere chartularios, inhibeatur à comite Orientis.

k ¶ *Generali.* i. hac lege, quæ generalis eſt.

l ¶ *Suſceptorum largitio. titulorum.* ¶ Not. ſuſceptorem f eligi à præſide, cũ conſilio aliorum tamen: *vt infrà de ſuſc. & arca l. exactores.*

f Tractatores ſunt, qui anteà Chartularij dicti ſunt, & notarij.

m ¶ *Tractatorũ.* i. ſ notariorum prędictorum, qui à grauaminibus defendi debent. & accipe hic *procuretur*, quod eſt infra.

n ¶ *Prouidentibus.* iſtis officialibus.

o ¶ *Nulla.* licentia permittatur, quod eſt infr. ¶ & quod dicit *minuenda*, facit ī. *de annon. & tribu. l. omnes. & ſupr. de tranſa. l præſes.* ¶ Item quod dicit *transferendi*, facit ĵ. *de ſuſce l. duos.*

p ¶ *Ad arcarios.* i. alios. officiales. ACCVRS.

q ¶ *Seu etiā.* mihi plus placuiſſet, *vel etiam.*

a ¶ Tracta

licentia permittatur: quadrimenſtruis breuibus per idoneũ tractatorem [a] eorundem titulorum, ſuper commendandis ratiociniis publicis, periculo rectorum prouinciarum ad ſacratiſſimam vrbem tranſmittendis. nam quacumque [b] ex parte, quã iuſſit noſtra tranquillitas, ſi minùs fuerit procuratum: pœna ſuperiùs deſignata tam ipſi iudices, quàm eorum officia ſe nouerint eſſe plectenda [c]. Dat. VIII. Kal. Aug. Conſtantinopol. Anthemio A. II. conſule.

Si litera iudicis aliquid vltra veterem conſuetudinem contineant, præſumuntur erroneæ: nec eis eſt credendum. BART.

III. IIDEM AA. *Heliodoro Com.* S.L.

PRæcipimus, vt ſi fortè delegatio [d], quæ ab ampliſſima præfectura in diuerſas prouincias ex more quotannis [e] emittitur, minùs [f] contineat omnes largitionales titulos [g], aut quoquo modo exactio eorũ debet procedere [h], nihilominùs competentem exactionem eorum à viris ſpectabilibus tam proconſulibus, quàm vicariis, & viro ſpectabili comite Orientis, & præfecto Auguſtali: néc-nõ & rectoribus prouinciarum, eorúmque officiis, & curialibus (omnium largitionalium titulorum exactionem †) procurari, vicenarum librarum auri condemnationem præ oculis habẽtibus, ſi quid minùs exactum, vel illatum fuerit ſacro ærario, quàm priſca, & inueterata conſuetudo [i] ſacris largitionibus inferri conſtituit. D Kal. Iul. Cõſtantino. Anthemio II. Conſ.

NE OPERÆ A COLLATORIBUS [k] EXIGANTUR.

TITVLVS XXIV.

Ceſſare præcipit operarum præbitionẽ eã tantùm, quæ exigitur illicitè: non omnẽ l. ad portus. ſup. de oper. pub. *veluti equorum proſecutionem.* l. I. ĩ. ne ruſtic. ad vl. obſe. deu. *nõ tamen equorũ proſecutoribus miniſterium* l. I. ĩ. de tract. & ſtat. *Operæ ſunt, quæ à Gallis dicuntur,* Corueés, *quaſi opera corporalia: nã & Lugdunenſibus* Vec, *operam ſignificat. Sũt igitur veluti angaria quædã. At angariarum nomen latiùs patet, & ſeparantur ab operis in* l. pen. ĩ. de aquæd. l. 4. Cod. Th. de ext. mu. CVIAC.

I. *Imppp.* VALENT. VALENS, & Grat. AAA. *ad Vincentium* P.P. †

OPerarum præbitionem, quæ illicitè [l] à prouincialibus hactenus expetita eſt, ſincẽritas tua [m] ceſſare præcipiat. Dat. X. Kalen. Mar. Treu. Valentinian. N.B.P. & Victore Coſs.

DE IMMVNITATE NEMINI CONCEDENDA.

TITVLVS XXV.

Tabularij ciuitatum, qui rationes tributorum tractant, ſi vnquã cuiuſquam immunitatis profeſſionẽ admittant, viui exuruntur. Tollit hæc lex immunitates à quibuſdam perperam impetratas, vt l. immunitates. ĩ. de agr. & cenſ. *quæ huic coniungenda eſt, & reuocantur omnes ad priſtinam rationem cenſus, cenſitorum, peræquatorum, & præſidum iudicio confirmatam.* CVIAC.

Qui falſum inſtrumẽtum immunitatis conſcripſerit, igne eſt cõburendus: & omnes ad ſolutionem canonis ſunt vrgendi. BART.

I. *Imppp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *ad populum* †.

HIs noſtræ ſerenitatis edictis, ciuitatum tabulariis erit flamma ſupplicium [n], ſi cuiuſquam [o] fraude, ambitu, poteſtate, iniuſtam cuiuſpiam profiteantur [p] immunitatem: ac non ſecundùm pręcedentem definitionem [q] omnes omnino, abolita ſpecialium immunitatũ gratia, neceſſitas tributariæ functionis, firmata [r] cenſitorum, peræquatorúmque prouincialium iudicum peræquatione cõſtrinxerint [s] †. D. III. No. Martias Mediol. Merobau. II. & Saturnino Coſs.

Munitio viarũ, & aggerum debet fieri expenſis pro quantitate patrimonij, poſſeſſorum. BART.

II. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Anthemio* P.P.

PEr Bithyniã, cæteráſque prouincias poſſeſſores in reparatione publici aggeris [t], & cæteris huiuſmodi muneribus [u] pro iugerum numero [x], vel capitum [y] quæ poſſidere noſcuntur, dare cogantur †. D. VII. Kal. Nou. Conſtant. Hono. VIII. & Theodoſ. V. Coſs.

DE CONDITIS [a] IN PVBLICIS HORREIS.

TITVLVS XXVI.

Non debet tangi de fructibus nouis, donec conſumantur antiqui. Item licitum commiſceri fructus corruptos cum incorruptis: & ad prædicta per ſuperiorem officialis ſufficiens deputetur. BART.

I. *Impp.* VALENT. & VALENS AA. *ad Voluſianum* P.V. †

OMnia [a], quæ in horreis habentur expendi [b] volumus: ita vt non priùs ad id frumentum [c] extendatur expenſio, quod ſub præfectura tua vrbis horreis infertur, quàm vetera [d] cõdita fuerint erogata: & ſi fortè vetuſtate ſpecies ita corrupta eſt, vt per ſemet erogari ſine querela [e] non poſſit: eidem †. ex noua portione [f] miſceatur, cuius adiectione corruptio velata [g] damnum fiſco non fa-

a ¶ *Tractatorem.* i. notarium ſic enim dicitur ĩ. *de offic. co. ſa. lar.* l. j. & *facit ſuprà de apo. pub.* l. j. & *quod ibi not.*

b ¶ *Nam quacunque.* conſtrue: Nam ſi minus fuerit procuratum. i. ſi minus fuerit procuratum, quacũque ex parte, quàm iuſſerit, &c.

c ¶ *Plectenda.* ſcilicet officia.

d PRæcipimus.] *Delegatio.* i. [a] litera delegatoria, in qua continetur quòd princeps mittit præſidibus, vt exigant collectas ſuas.

e ¶ *Quotannis.* i. ſingulis annis in Septembri, & Octobri, quando mittitur præfectus vt ſubiectis enunciet, vt ſe ad ſoluendum parent. *vt* ĩ. *de indic.* l. ij. & *in authe. de col in prin. coll.* ix.

f ¶ *Minus.* quàm ſoliti ſunt præſtare.

g ¶ *Titulos.* accipe procurari: & repete, præcipimus, & dic *aut* [b], pro, & *quoquo modo,* &c.

h ¶ *Procedere.* ſubaudi, *procurari.* & etiam ſubaudi, *præcipimus.*

i ¶ *Conſuetudo.* ſecundùm [c] conſuetudinem vectigalia, ſcilicet perſonis pro rebus iniuncta, ſunt præſtanda. *vt ff. de publ. l. ſi publicanus.* §. *fi.* quia iſti magis ſcire poſſunt, quàm præfectus: ideo puniuntur. & *facit* ĩ. *de ſuſcept.* l. j.

NE OPERÆ A collatoribus, &c.

k ¶ A collatoribus. *i. his, qui ſoluunt alia tributa facta.* ACCVRS.

l OPerarum.] *Illicitè.* prouinciales ergo, qui tributa præſtãt, ad operas [d] aliquas non tenentur. nam nec balnea præſidibus ſuccendere ſunt compellendi: *vt* ĩ. *ne tribu. lana præ.* l. j. nec beſtias eorũ commodare: *vt* ĩ. *ne ru. l. ad vllum officium.* l. ij. nec hoſpitium: *vt* ĩ. *de met. l. deuotum* [e], nec ſalgamum *vt* ĩ. *de ſalga. non præ.* l. ij. nec ad angariã, vel parangariam: *vt in auth. de man. princip.* §. *illud.* & *colla.* iv & *de col.* §. *ad hoc. col.* ix. niſi in aduentu principis. *vt* ĩ. *de ſacroſan. Eccl. l. neminem* & niſi, vt ĩ. *tit.* j. l. *fi.*

m ¶ *Tua.* præfecto loquitur: vt patet ex ſupraſcriptione.

DE IMMVNItate nemini, &c.

n HIs] *Supplicium.* Nõ flammam [f] ſupplicium officialis, ſi alicuius profiteatur immunitatem: *ſic ſuprà de ſal. mu.* l. ij.

o ¶ *Cuiuſquam.* ſcilicet tributarij.

p ¶ *Profiteantur.* ſcribendo aliquem [a] immunem ſua auctoritate: nec prodeſt immunitas talis: *vt infrà, de cen.* l. j. *ſuprà de an.* & *tri.* l. *in fraudem* & *infrà de decur. l. vacatis.* & *infrà de agri.* & *cenſi. l. immunitates.*

q ¶ *Definitionem.* quæ eſt, vt omnes ſoluant: *vt ſuprà de an.* & *trib.* l. ij & *de ope pu. l. omnes in fi.* & *de vect.* & *comiſ. l. omnium.* & *ſuprà de interdi.* l. j & *C ſine cen. vel re.* l. *fi.*

r ¶ *Firmata* [b]. quidam libri habent, neceſſitatem tributorię functionis, & firmata cenſitorum prouincialium iudicum. ACCVRS.

ſ ¶ *Peræquatione cõſtrinxerint.* ſ. tributarij. Sed in lib. Azo eſt, neceſſitas cõſtrinxerit: & cenſitorũ peræquatorum. & deeſt prouincialium iudicum. ACCVRS.

t PEr Bithyniã.] *Aggeris.* contra fluminis impetum: *vt ſupr. de allu.* l. j. ACCVRS.

u ¶ *Huiuſmodi muneribus.* vt in vallis ciuitatum faciendis, & ad portus & vias: *vt ſup. de ope. pu. l. ad portus.* & *l. omnes.* & *infrà de priu. do. aug. l. abſit.*

x ¶ *Numero.* quibus inſpectis imponitur patrimonij munus perſonæ, ſcilicet pro nobis: *vt ſuprà, de an.* & *tri.* l. ij. & *l. pro locis.* eſt & aliud pro ipſis rebus: *vt infr. de ſuſce. l. modios.*

y ¶ *Capitum.* id eſt animalium [c].

[a] DE CONDITIS, id eſt, repoſitis: à con. do, dis.

a OMnia. etiam corrupta: *vt infrà hac lege.*

b ¶ *Expendi.* vel dando militibus, vel vendendo.

c ¶ *Ad id frumentum* [d]. ſ. nouum.

d ¶ *Vetera* [e], ſcilicet frumenta.

e ¶ *Querela.* ſ. militum, & aliorum, quibus præſtatur expenſa. Al. z. Vel dic, querela diſtrahentis, in damno ſcilicet fiſci. multum enim quis conqueritur quando rem ſuam malè diſtrahit. Py. 3. Vel querela maxima: *ad quid ff. ne quod in flu. publ.* l. j. §. *ſunt qui.* ACCVRS.

f ¶ *Ex noua portione.* id eſt ex nouo frumento. ACCVRS.

g ¶ *Velata.* quæ velabitur immiſcendo [f] nouum frumentum cum veteri corrupto.

a Delegatio, pro epiſtola delegatoria.

b Diſiunctiua, pro coniunctiua.

c Conſuetudo regionis in vectigalibus attendenda eſt.

† *totum hoc.* omiſ. ic. ti exactionẽ, *varia.*

d Quæ operas prouinciales, præſtare non coguntur.

e Nec ſtabulũ. *Lat. omnium. infr. de cur. ſo publico.*

† C. Theo. tit. I. 4.

f Tabelliones in officio delinquẽtes quẽadmodum puniantur. *vid. hic Rebuffum.*

a Vtrũ omnes omnino officiales ad tributa teneantur, *vide hic Bartol. & Rebuffum.*

† *Cod. Th. l. vn. tit.* x. l. vi. & l. x. *infra de agnoſcẽ. be.* CONT.

b In hac & ſequente Gloſſa Accurſius plurimum ſe torquet, vt veram interpretationem, quã oportet, inueniat. Senſus eſt Hæc aboleri ſpeciales immunitatũ gratias pariter tabulariũ, ſi cuiuſuã immunitate iniuſtam profeſſus fuerit Iniuſtam, id eſt, contra præcedentem rationem cenſus: firmari hic, l. cõfirmari; cõprobari rationes cenſitorũ, cenſitorum, peræquatorum, & præſidum iudicio confirmatas.

c *Adde l. vnicã. infra de* ~~*im*~~ *ſpon. mend. liber. deſer.*

† Peræquatorúmque peræquatione conſtrinxerint.

d v. hic Cuiacium de panibus gradilibus, qui è gradibus piſtrinorum, qui in ſingulis vrbis regionibus erant, præbebantur.

† Aſtringatur. *vet. neciu manuſcript.* CONT.

e Hinc colligunt, Tutores cogi ad vetus frumẽtum pupilli prius diſtrahendum, quàm ad nouum & in huiuſmodi vẽditionibus ſeruãdam eſſe rationẽ temporum. *l. n. eu.* §. *quæri poteſt.* ff. *de re poſſeſ. legat.*

† *ex Co. Th. lib.* xij *tit. unq.* l. I. §. *ante omnia.*

f Hoc fortaſſis nõ liceret priuatis mercatoribus.

† *alias*, eidem noua portio miſceatur, &c.

† v. Menochium lib. de arbitrariis q. 6. num. 31.

a ¶ *Negotium* ſ frumẽtum accipiendum, & expendẽdum, & cuſtodiendum, vt ſubiicit.

b ¶ *Mentis.* alias, *pro integritate mentis*: & alias, *pro integritatis meritis.* & *facit infrà de decurio. l. eum qui.* Accvrsivs

c ¶ *Metiatur.* cùm vendit, vel dat.

α ¶ *Quanta habeantur in condito.* vt ſunt operæ perſequẽdorum equorum, *eod. tit Cod. Theod.* Ergo illicitæ tantùm operę prohibentur Cviacivs.

d ¶ *Condita.* quando totũ, quod eſt in horreo, vni vendit.

e *Cvm ad quamlibet vrbem manſionẽmve.* in qua ſunt horrea pub. & loquitur præſidi, vt ex ſuperſcriptione patet.

† In manuſcriptis deſloratæ. & Ita legit Baldus & Rebuffus hic. Alij legunt, deputatę.

f ¶ *Inſpicere.* ad quod *ff. de offic. procon. l. ſi in aliquam.* Accvr.

g ¶ *Per incuriam* i. negligentiam

h ¶ *Sartorum.* ad quod *ſ. de vſufru. l. eum* & *ff. ad leg. Iul. repe. l. lex Iulia repetundarum §. j.* & *de offic. præſid. l. præſes* [a].

a Adde 4. Reg. 12. 22.

i ¶ *Infecta.* id eſt, corrupta: & aliàs res nudatæ deteriorantur: *vt ff. ad legem Rhod. de iac. l. nauis. § cùm autem.*

† Ex Co. Theo. lib. xj. tit. xiij. l. iij.

k ¶ *Tuum.* Delictum officialis punit [b] dominum, & eſt ratio: *vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. oes.* & *facit ſuprà de an.* & *tribu. l. iij.* & *l. in lices.* Accvr.

b Officia delictum dominũ punit, diſtingue vt per Rebuffum hic.

l *NVlli.*] *Horreothicas.* [c]. i. ſpecies in horreis poſitas, theſis enim Græcè, Latinè dicitur poſitio, inde bibliotheca, & dactyliotheca, vbi reponuntur libri: *vt ff. de contrahend. empt. l. Labeo.* & *ff. de lega. iij. l. librorum. §. fin.* Alias eſt, *horreaticas* [d]. & *fac. ſ. de fru. vrb. Con l. j.*

c Ex falſa lectione ridiculam interpretationem elicit.

† in vno manuſcr. ... compar. leg. cõparatione, in alio coemptione. Con.

* Sitoniæ, vel ſitonici, legendum putat Contius.

d Horreaticæ ſpecies quæ piſtoribus ex publicis horreis dabantur.

m ¶ *Contingendi.* accipiendo eas.

n ¶ *Vſurpare.* id eſt, audendo vſurpet de prædictis ſpeciebus. Accvrsivs.

o ¶ *Iacturam.* ſimilis pœna eſt *ſuprà ad l. Iul. de. vi pub. vel pri. l. ſi quis in ſi.*

VT NEMINI LIceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, &c

α ¶ *Emptione.* legendum, *coemptione* vide ſcripta lib. 1. *Obſeruat. cap. 35.* Cviac

p ¶ *Aliàs deeſt*, de munere ſitocomiæ. & *de hoc munere dic, quod l. hic non* [e] *tractat: ſed in Græco dicitur*: vt ff. de va. mu. l. ij in princi. & de

e Falſum ſitonia, vel ſitonicum eſt, cura emendi frumẽti, & ſimilium, de quibus hac lege.

eſat. Ad iſtud autem negotium [a] arbitratu †, ac iudicio tuo, nobilis, prudens, fidelis, optimè ſibi conſcius, pro integritate mentis [b] apponatur cuſtos, ac menſor: qui vel frumenta modio metiatur [c], vel iuſtis æſtimationibus colligat quanta habeantur in condito α [d]. Dat. VI. Id. April. D. Iouiano, & Varroniano Coss.

Rectores debent per ſeipſos inſpicere domos, & horrea publica ne ex pluuia corrumpantur publica frumenta. Bart.

II. Idem AA. *Anthemio præſidi.*

CVm ad quamlibet vrbem, manſionẽmve [e] acceſſeris, protinus horrea inſpicere [f] te volumus: vt deuotiſſimis militibus deputatæ †, & incorruptæ ſpecies præbeantur. Nam ſi per incuriam [g] officij grauitatis tuæ ſartorum [h] tectorum neglecta procuratione, aliqua pluuiis infecta [i] perierint: ad damnum tuum [k] referẽtur. D. VIII. K. Sep. Arelate, Iou. & Varronia. Coss.

Species in horreis publicis depoſitas, nullus debet in ſuam vtilitatem conuertere: aliter deportabitur. Bart.

III. Impp. Arcad. & Hono. AA. *Anatolio P.P. Illyrici* †.

NVlli poſthac hortheoticas [l] ſpecies contingendi [m] copia præbeatur: ſi verò quiſquam temerator horreorum extiterit, qui ſibi ex prædictis aliquid audeat vſurpare [n]: hanc pœnam ſciat noſtro arbitrio definitam, vt deportationis pœnæ ſubiectus, totius ſubſtantiæ cogatur ſubire iacturam [o]. Dat. VII. Id. Iul. Conſtantinopo. Cæſario, & Attico Coss.

VT NEMINI LICEAT in emptione α † ſpecierũ ſe excuſare [p], & de munere ſitocomiæ γ [*].

TITVLVS XXVII.

Oſtendi Obſeruationum 1. *legẽdum eſſe, coemptione, & quid ſit coemptio, quæ Græcè* [Greek] *, male interpres Nouel. Tiberij de diuinis domibus cõtributionem vel onus. Coemtio autem vndique ſiſcus à prouincialibus etiam inuitis ſpecies annonarias vſui publico, vel exercitui neceſſarias. Boetius 1. de cõſolatione:* Cùm acerbæ famis tẽpore grauis, atque inexplicabilis indicta coemptio profligatura inopia Campaniã videretur, certamen aduerſum præf. prætoris communis cõmodi ratione ſuſcepi, rege cognoſcente cõtendi, & ne coemptio exigeretur, euici. *Cura autem coemen lo frumenti, ſitonia, vel ſitonicum appellatur. itaque hoc tit. ſitonię, an ſitonici, legas nihil refert.* Cviac.

I. Imp. Anastasivs A. *Marcroniano P.P.*

QVoties vrgente neceſſitate [q] comparationes frumenti, vel olei, aliarũmque ſpecierum quibuſlibet prouinciis indicuntur, nulli penitus [r] poſſidentium ſeſe ſub cuiuſcunque priuilegij occaſione excuſandi tribui facultatem cẽſemus: omnique [s] cuicunque poſſidentium, quocũque modo, quocunque tempore per ſacros apices, vel etiam pragmaticam ſanctionem, aut iudicialem fortè diſpoſitionem huiuſmodi excuſatio [t] data eſt, vel poſtea data fuerit: licentia minimè vnquam contra tenorem noſtræ legis ſaluberrimæ valitura: adeò nãque huiuſmodi onera cunctis, pro qua ſingulos portione contigerit, volumus irrogari, vt ab iiſdem comparationibus, nec ſacratiſſimam noſtræ pietatis, nec ſereniſſimæ noſtræ coniugis domum [u] patiamur ſubtrahere. D. III. Kal. Auguſt. Conſtantinop. Olibrio V.C. Conſ.

* * *

DE COLLATIONE DOnatorum, vel releuatorum, aut tranſlatorum, ſeu adæratorum.

TITVLVS XXVIII.

Beneficia principum hæc ſunt, donare poſſeſſiones dẽpto canone: releuare poſſeſſiones tributis: transferre poſſeſſiones in aliud ius, aliámve functionẽ, veluti ex patrimoniali iure in priuatũ, vel ex vna præſtatione in aliã. Adærare, id eſt, æſtimare, & taxare pecunia, quod in annonis inferebatur. Cùm huiuſmodi pleraque principes contuliſſent, neceſſitate vrgente poſtea eis derogatum eſt ſæpe, & remiſſa poſſeſſionibus quantitatis pars alia, atq. alia deſcriptionibus indicta, & impoſita eſt. l. 15. C. Th. de ind. deb. *Nou. Mart.* de ind. rei. *quæ omnes hac Theodoſij Nouella tolluntur, & ſi quæ ſunt ex eis reliqua remittuntur. deincepſque cõſtituitur vt in talibus prædiis ea tãtùm deſcriptio locum habeat, quã Antiochus præf. pratorio ordinauit, cuius & finitio extat in* l. vlt. C. Th. eo. (*fuerat is præf. prætorio ante Hermocratẽ, ad quem hæc lex ſcripta eſt*) & *vt ei deſcriptioni poſthac nihil adiiciatur, ſicut ex* l. pe. ſ. de om. agro deſ. *quam hanc eſſe coniungẽdam ex integra Theodoſij Nouella, quam habemus, didicimus: ſi quis de fundis patrimonialibus ſteriles ſub certo canone ſuſceperit, nulla etiã adiectione onerari poteſt. Adhæc, vt in poſterum releuationẽ poſſeſſionũ ſuarum ex liberalitate principis, nemo petat, petitã ve fruatur: atq; adeò vt ne ex huiuſmodi titulo, releuatarum ſcilicet poſſeſſionum poſthac à præfectianis alij, quam qui ante hanc Nouellam fuerint quaſi debitores exponantur.* Cviac.

I. Impp. Valentin. & Theod. AA. *Hermocrati P.P.*

DIſpoſitionem ampliſſimæ recordationis Antiochi [x], quæ certã quantitatem ante ſe releuatis poſſeſſionibus nomine canonis indixit, nõ imminui decernimus. id enim [y] quoniam in canonem cecidit, & anniuerſaria [z] debet penſitatione perſolui; nec in præteritum, nec in poſte-

admini. re ad ciui. perti. l. fi. §. item reſcripſerunt ſitocomas.

γ ¶ *Sitocomia.* legẽdum, *ſitonici*, aut, *ſitonia.* munus hoc curam gerit emendatum fiſco ſpecierum. Cviac.

q *QVoties.*] *Neceſſitate.* famis, vel guerræ: & ſic eſt ſuperindictum.

r ¶ *Nulli penitus.* niſi [a] ætas lxx an. aut numer. v. liberorum det excuſationem: *vt ff. de mu.* & *ho. l. iij §. cura* 2. Vel dic, hoc corrigitur hic. v. Vel ibi eſt perſonale [b]: *vt in eo. titul. l. §. j.* hic patrimoniale. & facit *infr. de qui mu. vel præſt. l. j.* & *ij.* & *ſi.* & *ſ. de an.* & *tri. l. j.* & *de pe bo. ſub. l. j*

a qui excuſentur à munere ſitoniæ.

b Id eſt, ibi agitur de cura emendi: hic de expenſis conferendis ad emendum frumentum.

s ¶ *Omnique.* habeas que breue, & accipe licentia: & poſtea redeas, quicunque. Accvrs.

* Deſunt duæ cõſtitutiones Græcæ, repetendæ ex prætermiſſis infrà.

t ¶ *Excuſatio.* aliàs, *excuſatio*: aliàs, *excuſationum*: ſed tunc legitur, *huius licentia*: &c. & erit nominatiuus *licentia.* & ſubaudi *erit.*

u ¶ *Domum* i. habitãtes in domo noſtra, quam habemus in ea prouincia, cui indicitur hoc munus. ¶ Et not. quia intelligitur [c] de ea pecunia, quę confertur ad comparationem. Alij, quod de munere perſonali, quo emere [d] cogitur. Alij de munere, quod eſt, vt vendere cogantur.

c Cuius comparationis frumenti fiat hic mentio.

d Vt ſi ciuitati plus ſatis ſit frumenti.

DE COLLATIOne donatorum, vel releuatorum, aut tranſlatorum, &c.

Vocat, & expones in textu.

x *DIſpoſitionem.*] *Antiochi.* qui fuit imperator [e] ſecundùm Pet. ¶ Et dic caſum: ſi tributarius non poteſt vti fundo, prout deſcripſit in cenſũ, quia chaſmate pro parte periit, vel vites ſiccatæ ſunt: ille, qui præeſt cenſui, releuat: *vt ff. de cenſi. l. forma.* Ante tẽpora ergo Antiochi quædam erant releuata [f] prædia: alia erãt donata, vt nihil ſoluerẽt: aliqua adærata, vt aliquid æris ſoluerẽt: aliqua tranſlata in alium: quia primus non ſoluebat pro modico quod ſolueret ſecundus: vnde Antiochus fecit quòd omnia talia ſoluerent certum quid pro præterito, & futuro: & nihil plus pro præterito, vel futuro. quod & Valentinianus hic cõfirmat, nullo obſtante priuilegio: & ſic in certis prædiis tãtùm habet locum hæc lex.

e Falſum fuit, P. Prętorio ante Hermocratem, ad quem hæc lex ſcripta eſt l. vlt. C. Th. hoc tit.

f Prædia releuata, donata, adærata, tranſlata.

y ¶ *Id enim.* indictum.

z ¶ *Anniuerſaria.* Not.

anniuer

De franchis c 2. 9.

anniuerſaria: ex quo collige illum eſſe canonem [a] anniuerſarium, qui ſingulis [b] annis debetur. *ad quod ſuprà de ſacroſanct. eccle l. placet* ¶ Item no. quòd hæc lex [c] conſuetudine approbata non tollitur reſcripto: ſic nec per aliam legem: vt no. ſecundùm quoſdam *C. quæ ſit lon. conſuetu. l. ij.*

rum patimur eſſe conceſſum [a]. Indulgentiam verò memoratæ deſcriptionis, & in anteactũ, & in poſterum tempus non ſolùm in releuatis: verumetiam in donatis, adæratis [b], tranſlatiſque, ſeu quodlibet aliud nomen nouæ deſcriptionis excogitatum eſt, volumus obſeruari: nullamque ſuper his [c] vnquam exactionis moleſtiam formidare: quibus non tãtùm reliqua præteriti temporis relaxamus, ſed nec in poſterum quicquam innouationis, aut oneris adiiciendum eſſe cenſemus: nullique licere deinceps contra diualia ſtatuta releuare ſuas poſſeſſiones [d]. Nouerit tamen ampliſſimæ tuæ ſedis officium [e], quòd ſi aliquando nobis ſuggeſtio huic noſtræ ſanctioni contraria porrigatur, vel ſi ſacris mandatis, ſi qua fortè citra ſuggeſtionem his piis diſpoſitionib. aduerſa emanauerint [f], & obſequatur & aliquos† tanquã debitores ex huiuſmodi titulo crediderit exponendos †: ducentarum librarum auri ſe condẽnatione multandum. Dat. XII. Kalen. Dec. Theod. XVIII. & Albino Coss.

DE COLLATIONE æris.

TITVLVS XXIX.

Sũt quædam prouinciæ quæ æs fiſco inferunt, veluti Cyprus, quã veteres æroſam dixerunt. quo exemplo vtitur Græc hoc loco, eodemque ad l. 1. infr. de arg. pretio. & Theſſalonices metallorum. Cyprus itaque æs, & argentum infert. Pro vtroque ſi malit aurum inferre, id hac ratione facit, vt pro ſingulis libris argenti inferat quinos ſolidos, & pro vicenis libris æris ſingulos ſolidos. CVIAC.

Pro ære poteſt ſolui aurum tanti valoris. BART.

1. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Hilario.*

AEris pretia [g], quæ à prouincialib. poſtulantur, ita exigi volumus, vt pro viginti libris æris vnus auri ſolidus à poſſeſſore reddatur. Da. V. Kalend. Iun. Med. Arcad. IV. & Honor. III. AA. Coss.

DE DISCVSSORIBVS [h].

TITVLVS XXX.

a ¶ *Conceſſum* [d], id eſt, remiſſum

b ¶ *Adæratis.* vacat ad. & dicitur [e] adæratio, vel æratio, quaſi æris præſtatio. vnde prædia adærata, ex quibus æs præſtabatur fiſco. *ad quod* ĵ. *de com. rer. mil. l. ij.* Vel adæratio, quia aliquid ex his ſoluebatur æratio.

c ¶ *Super his.* j. vltrà quàm ſtatuit Antio.

d ¶ *Poſſeſſiones.* ſ. prædictas. nec enim tollitur hęc lex per illam *de cẽſi. l. forma.* ACCVRS.

e ¶ *Sedis officium.* loquitur præfecto.

f ¶ *Emanauerint.* aliàs, *mandauerint*, & alias, *manauerint.* ¶ Et nota non valere reſcriptum etiam proprio [f] motu: *ad quod C. de legi. & con. l. ij.* Sed arg. contrà *ſup. de pe. bo ſub. l. j in ſ.*

DE COLLATIONE æris.

AEris pretia i. dicere, collatores, qui in vno luſtro æs ſoluebant [g], volebant date aliud pro ære. ſcilic. aurum: quod licèt ſit carius, tamen facilius datur: *vt Inſt. de act. § huic.* vnde ſtatuit vt pro xx li æris ſoluant vnum ſolidum. id eſt, vnum aureum: *vt Inſti. de pœ te l. § fi. & ff. de in int. vo l pe. & eſt ſic* ĵ. *de arg. pre. quod theſ. infer. l. j.* & ſecundùm hoc poſtulatur à ſponte ſoluente. 2. Vel dic pro præterito tempore, & tunc propriè poſtulatur ab inuito. 3. Vel pro publica vtilitate: aliàs contrà [h].

h DE DISCVSſoribus.

Multis modis [i] *dicitur diſcuſſor.* 1. *Primò, qui inquirit publicos debitores, & redigit in ſcriptis:* vt hoc ti. l. j. & ij. 2. *Secundò, qui ſtatuit rerum pretia, ne vendantur nimis:* vt ſuprà de Iudæ. l. nemo exterus. 3 *Tertiò, qui inquirit, & æſtimat facultates aliquorũ pro imponẽda collecta:* vt infrà de cen. l. peræquatores. & l. qui grauatos. *& ita etiam poteſt intelligi l. j. huius tit. & de eius officio loquitur* ǯ. de tu. & cu. illu. per. l. j. in fi. & de magi. con. l. ſi. 4. *Quartò, ſecundùm R. qui deſertis agris quærunt colonos, & inquirunt an ſint idonei:* vt ĵ. l. fi. 5. *Item eſt operis diſcuſſor:* vt ǯ. de aduo. di iu. l. ſancimus. 6. *Aliàs dicitur concuſſor: qui terret homines prætextu officij:* vt ǯ. de cond. ob tur. cau. l. quod contrandi. & ff de concuſſ. l. 7. *Item aliàs improbus exactor:* vt ſuprà de fur. l. etiam. & de infa. l. neque. & ſa. infrà in quibus cau. col. cenſ. l. 1.

i QVotiens in diſceptatione [k], id eſt, poſt diſceptationem hoc liquet, ſcilicet iniquè, &c. ACCVRS.

a Canon anniuerſarius.
b Canon indictus, videtur indictus annuatim.
c Lex conſuetudine approbata non tollitur per reſcriptum, etiam proprio motu latum.
d Conceſſum, pro remiſſo.
e Falſum: Adęrare eſt æſtimare, & taxare pecunia, quod in annonis inferebatur: inde adæratio ſimilis eſt error Accurſij, in l. 11. & 12. infrà, de erogatione militaris annonæ. adæratum, vel adæratum quid. l. penul. de omni agro deſerto.
f Proprio motu reſcriptum vtrùm valeat.
g Facit ad leg. Paulus. ff. de ſolutio. & l. 2. § certum. vbi quęritur, vtrùm aliud pro alio ſolui poſſit, etiam inuito.
† Cum alios.
‡ al. exigẽdos.
h vid l 2 & d. l. Paulus.
i Scopum non attingit Accurſius Diſcuſſores hoc titulo ſunt, diſceptatores & cognitores rationũ fiſcalium, vel publi... b alus tractatarum. l. cum poſt. ſuprà, de appel. l. pen. ſup. quorũ appellat. non recep. l. vlt. inf. hoc tit. Diſcuſſor multis modis dicitur.
† Ex Co. The. lib. 11. tit. 31. l. 1.
a quæ vt fiat, v. l. per æquatores infra, de agricolis.

k ¶ *Confectam.* ſcilicet ſcribendo debitorem publicum, qui non erat: vel ſcribendo patrimonium plus valere, quàm valeat, vt per hoc plus de collecta ſoluat: *vt ibi no.*

l ¶ *Facti.* quod ſic ſit vt pronunciauit. ¶ Et no. quòd [a] ab eius ſententia appellatur: *vt* ǯ. *de appell. cùm poſt ſententiam.*

Diſcuſſores ſunt veluti cognitores, & diſceptatores rationũ fiſcalium ab aliis tractatarum. l. cùm poſt. ǯ de appellat. l. pe. ǯ. quor. ap. non rec. *quæ duæ leges coniungendæ ſunt, vel etiam rationum publicarum.* l. vlt. ĵ hoc tit. l. 1. ǯ. de ratioc. op. pub. CVIAC.

Si æſtimator malè æſtimat, ipſe tenetur. BART.

1. *Imppp.* VALENT. VALENS, & GRATIANVS, AAA *ad Artemium, Vic. Hiſpaniarum* †.

QVotiens in diſceptatione [i] conſtiterit iniquè diſcuſſionem fuiſſe confectam [k], & fidem facti [l] non poterit approbare † diſcuſſor: ipſe in eodem titulo [m], & in eodem modo † ad ſoluendum protinus vrgeatur † in quo alterum perperam fecerit debitorem. D. prid. Id. Maij, Valẽtiniano N.B.P. & Victore Coss.

Licèt ſoluens tributa, apochã de ſoluto perdiderit, poteſt tamẽ ex libris commun. ſolutionẽ probare. BAR.

II. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Maſſala P P* †

NE caſu amiſſa ſecuritate publica [n], quædam præda naſcatur collatoribus [o], decernimus, vt quando ſecuritates à diſcuſſoribus, ſeu apparitoribus expoſitæ, ratiociniis publicis continentur: rurſus per iniuriam non petantur [p]. Dat. V. K. Decemb. Med. Stilicone, & Aureliano Coss.

Ab onere diſcutiẽdi, & æſtimandi patrimonia nullus excuſatur, nec etiã miles, nec militans. BAR.

III. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Apollonio P.P.* *

PEr ſingulas [q] prouincias, vel ciuitates, honoratis vſque ad comitiuam conſiſtorianam, necnon etiam militantibus, & ſuis obſequiis non adhærentibus [r], aduocatis quinetiam fori prouincialis mandari [s], diſcuſſionis iugerum [t] ſolicitudinem decernimus. Dat. V. Kal. Ian. Eudoxio & Dioſcoro Coss.

Deeſt conſtitutio Græca ex prætermiſſis repetenda.

DE DECVRIONIBVS [a], & filiis eorum, & qui decuriones habeantur, & quibus modis à fortuna curiæ † liberentur.

TITVLVS XXXI.

m ¶ *Titulo* forte [b] mutui. 2. vel d. e in eo. tit. ſ. collecto, vt quia pro emendo frumento debebat: *vt* ǯ. *titu. eo. l. j.*

n NE *caſu amiſſa ſecuritate publica.* quam habet priuatus, de qua loquitur ǯ. *de apo pu. l ſemel.*

o ¶ *Collatoribus.* id eſt, cõtra collatores. cum [c] dicant officiales, quòd ipſi collatores non ſoluerent 2. Vel dic, quia collatores habẽtes duas ſecuritates, dicerent ſe bis ſoluiſſe, ſicque repetere velle.

p ¶ *Non petantur.* ergo à contrario, ſi nõ ſũt in libro fiſcalium rationũ, poſſunt iterum peti ſecuritates: arg. à [d] contrario ſẽſu: quod eſt validum: *vt ff de offi. eius cui man. eſt iur. l. j.* aliàs eſſet contra id, quod intendit ¶ Et no. hic arg. ſi creditor perdat inſtrumentum debiti, vel debitor ſecuritatis, & non eſt aliàs probatio in ſcriptis, quòd poſſunt petere vt [e] iterum conficiatur: *& facit* [f] *in authen. de man. prin. § cogen. coll. ... & ff. de admi. tutor l. chirographis. & in auth. de here. & Falcidia. § j colla. j.*

q PEr *ſingulas.* Incipe conſtructionem in fin.

r ¶ *Non adhærentibus.* id eſt, illis aduocatis, qui non aduocant in foro comitis conſiſtorij: ſed fori prouincialis ſic: *vt ſubijcit. & ſic concordat ſuprà de aduo. di iudic. l. ſancimus* 2. Vel meliùs [g] iunge, aduocatis, cum ſequenti litera: & ſic eſt contrà. *d. l. ſancimus.* Sol. vt ibi. [h]. Vel ibi operis diſcuſſio.

ſ ¶ *Mandari.* ſcilicet poſſe.

t ¶ *Iugerum.* aliàs *iugorum.* ſcilicet, vt inquirat quot iuga, & agros deſertos, & ipſos cultores inueniat, ſecundùm R. Aliàs *iugerum*, ſcilicet, vt inquirat quot iugera, & quot poſſeſſiones habeant collatores, vt imponatur ſecundùm illorum quantitatem collecta: *vt ſuprà de annonis & trib. l. ij.*

a Appellatur à diſcuſſoris ſententia.
b Dic melius, auro, vel argento.
c Prolate ſecuritatis amiſſio nem ex regeſtis publicis poſſumus.
† Cod. Th. lib. 11 tit. 26 l. 1.
‡ Probandi onus incumbit æſtimanti officiali, ſeu menſuranti
† id eſt, quantitate
† qua actione, v. Bud. hic
d Argumentũ à contrario ſenſu valet.
e Et renouetur. v. Accurſius ... adde Glo. ... Nouell. ... verb. ...
† C. Th. ibid. l. 2. quibuſdam mutatis
f adde l. ſicut dotium, infra, de contrah. ...
* In manuſcriptis ſequitur, præfe. Auguſtorum.
g Onus diſcuſſionis & honoratis, & in actu poſitis Comitibus conſiſtorianis, & aduocatis imponitur, ...
h d. l. ſancimus. nõ ad ordinariorum iudicũ aduocatos referendum, ſed ad illuſtrium, & ſpectabilium.
† al. curialis.
i Falſum à Curia potius dicitur, vnde Curialis. Curia autem in ciuitatibus hoc erat, quod Romæ & Conſtantinopoli ſenatus. Decuriones & Curiales, quod illis locis ſena-

[a] DE DECVRIONIBVS, &c.

De his maximè dicitur ĵ in fi. tit. *in tribus vltimis conſtitutionibus: & dic quia dixit de multis officialibus circa tributa exigẽda & quia inter cæteros decuriones habent quaſdam prærogatiuas, de his dicit.* ¶ *Et not. quòd decurio à* [i] *decem dicitur*, vt ff de ver. ſig. l. pupillus. § decuriones. *Olim enim cũ Romani excreſcerẽt, mittebatur aliquis*

aliqui in aliquam partē,quæ poſtea vocabatur colonia: & decuriales eligebatur pro conſilio [a]. *Vnde ſecundùm hoc conſiliarij* [b] *ciuitatum decuriones vocantur.* ¶ *Et differt* [c] *à curiali quia decuriales* [d] *genus,decurio ſpecies:*vt in d.l.pupillus. *Sed Py. dicit non eſſe differentiam:*vt arg.ꝯ.de inceſt. nupt.l. cum ancillis & ꝯ. de epiſc.& cle. l. ſi quis presbyter.

¶ *Item no. quod decurio habet honorē* [e], *& onus: honorem, quia non torquetur,etiam finito decurionatu:* vt ꝯ.de quæſt. l.nihil ¶ *Item datam curia decurionum naturalis ſit legitimus:* vt ꝯ. de nat. lib.l. quoniam. *De onere conſtat.*

a [S *I cùm te.*] *Voluiſſet.* quod [f] eſt eo ipſo, quòd ſcit, & non contradicit, & ſi eſt in poteſtate:aliàs ſecus:vt ꝯ. *de filiuſa. & quæ ĩmodū l. j. & ff.ad mun.l. ij. §.j. & de dec l honor §.ſi.*

b ¶ *Agēte* ſubaudi maximè, ſi dicas patrē expreſsè voluiſſe: etiamſi poſtea decedit, tamen tenetur: *vt ff.fa. ercif.l. ſi filia. §. Neratius.* Si verò dicas tacitè, nihil ſubaudias.

c ¶ *Republica.* ſi quid geſſit, vt decurio:& da exemplum,*ff.ad muni.l. ij.§ geſtum.* Si autem extra ordinem factus eſt magiſtratus alius, in quo etiam læſit rempu. diſtingue: aut accepit magiſtratū mortuo patre,& non tenentur alij hæredes:*vt ff ad mun l. Lucius. §. idē reſpon. hæredes.* niſi pater fuerat profeſſus filium ſuſcepturum ſua voluntate: *vt ff fam ercif l ſi filia.§. Neratius.* Aut eo viuo,& tenetur pater in ſolidum reipublic. *vt ff.ad muni.l ij.in princ.& ſup. quod cū eo.l j.* Si autem decurio, vel magiſtratus lædat priuatum, nō tenetur pater illi priuato,niſi de peculio:*vt ff. de mag.cō l j.§ ſi.& de pe. l.ij & iij.§ ſi.& l ſeq in ſi.*

d ¶ *Sed non ante.* ſcil.tenentur hæredes, vel etiam pater.

e ¶ *Excuſſis.* Speciale iure iſto [g]: *vt ff.de admini rerum ad ciui.pertin l iij.§.ſi.& ad munic.l.libertus.§ filium.* regulariter contrà:*vt ſuprà,de fideiuſſ. l.non rectè.& l.iure noſtro.* ſic & hypotheca:*vt ff de iure fiſc. l. Moſchus.* & eſt ratio ſpecialitatis in patre, quia facilè obligatur, & ideo non conuenitur niſi excuſſis bonis principalis:*vt ff.de iureiu.l.eum,qui* Sed hodie idem,quòd hic,vbique:*vt in Auth de fideiuſ.§ j coll.j.& facit ad legem iſtam ꝯ.de pericu.ſuc pa l.j.& ff.de admi.rerū ad ciui.pert l. ſi filius & ff fami.ercif.l ſi filia.§.idē ſcribit.& ꝯ.de appel. l.hi qui.*

Pater, ſi ad decurionatum filij conſenſerit, tenetur pro eo, & hæres eius, priùs facta excuſſione de principali. BART.

I. *Imppp.* VALENT. *&* GALIE. AA. *&* VALERIAN. *Caſ. Carteria.*

SI cùm te pater decurionē eſſe voluiſſet [a], & illo in rebus humanis agēte [b] honor tibi iſte delatus eſt:tenētur quidem etiam hæredes eius reip. [c] nā in hac parte vice fideiuſſoris pater accipitur: ſed non ante [d], niſi tuis propriis rebus excuſſis [e]. PP.V.Kalen.Dec. Æmilio & Baſſo Coss.

Ad officiū rectoris ciuitatis pertinet conuocare cōſilium, & facere eligi officiales: vt eis electis nūciare poſſint, ſi velint appellare: & qui malè nominat, tenetur ad ſumptus. BARTOL.

II. *Exemplum ſacrarum literarum.* DIOCLETIA. *&* MAXIM. AA.

OBſeruare [f] oportet magiſtratus [g], vt decurionibus [h] ſolenniter [i] in curiam conuocatis nominationem [k] ad certa [l] munera [m] faciant [n]: eámque ſtatim in notitiam eius qui fuerit nominatus, per officialem pub. perferri curēt [o]: habituro appellandi [p], ſi voluerit, atque agendi *facultatem apud præſidem cauſam ſuam iure conſueto [q]: quem ſi conſtiterit nominari minimè debuiſſe [r]: ſumptum litis [ſ] eidem à nominatore reſtitui oportebit. Sine die, & Conſule.

III. IIDEM AA. *&* CC. *Iulio.*

CVm decurionatus honorem ſponte [t] ſuſceperis: ab albo [u] eximi, licèt annoſum [x] te eſſe dicas, non potes. PP. Id. No. Dioc. A. II. & Ariſtob. Coss.

Filius adoptiuus habet priuilegium filij decurionis. BART.

f [O] *Bſeruare.* id eſt, curare.

g *Magiſtratus* putà defenſorem ciuitatis, vel præſides, vel correctores.

h ¶ *Decurionibus.* loco [i] quorum ſunt conſiliarij:vt in rubri.

i ¶ *Solenniter.* ad [k] ſonum tubæ,vel campanæ.

k ¶ *Nominationem.* i.electionem aliquorum officialium.

l ¶ *Ad certa.* vt ad ſyndicum ordinandum.

m ¶ *Munera* i.officia:quo caſu vnum de ſe eligere poſſunt: *vt ff.de tuto.& curato.da.ab his.l.vbi.*& debēt eſſe in albo ſcripti:*vt ff de albo ſcribēn.l.j.*& duæ partes conuenire: *vt infrà eo l.nominationum.& facit ff.de appell.l.nominationes.*

n ¶ *Faciant.* decuriones,non magiſtratus:*vt ꝯ.quando ap.ſit l j. § ſolent.* quod eſt no. ſed tutores non dant decuriones, niſi in ſubſidium: *vt d l. vbi.* ſed nomina aliquorum præſidi mittere debent:*vt e.ti l.dnne.*

o ¶ *Curent.* decuriones [l], vel dic officiales.

p ¶ *Appellandi.* ¶ Not. appellari [m] ab electione. aliàs [n] videtur cōſentire:*vt ꝯ.de ap.l.hi qui.*& appellat [o] ſecūdùm quoſdā intra duos menſes,ex quo ſcit is ſe nominatū:*vt ꝯ. de temp. & re ap. l j.* quod falſum eſt [a] immò intra biduū,vel triduum:*vt ff quādo ap ſit. l.j.§.quod in ſent.* Sed exercitium ſit [b] intra duos mēſes, quibuſdam tamen remittitur [c] neceſſitas appellandi:vt minoribus,& veteranis:*vt ꝯ.quand.prou.nō eſt ne l.pater. & l.veteranis.*

a Legēdum,Cōſulibus,vel Cōſule, vel Conſiliati.
b Conſiliarij ciuitatis decuriones dicuntur
c Falſum Idem enim Curialis & Decurio.
d Legendum, Curialis.
e In quibus honor,& onus decurionis verſetur.
f Cōſentire ſilio pater quēadmodum dicatur, v tamen hic Bartol.
* Peragendi.
g Reprobatur: ideò dic, hic eſſe ſpeciale ratione indēnitatis, quā patet præſtat excuſſo filio, nō antè vt l j.ſupr. de conue.ſi.dcin. ſecundum Bart. hoc ipſo quòd ſcit,nec contradicit. Sed quia idem dici poteſt in quouis alio fideiuſſore. l.4.in fi.ff.de admin. rerū ad ciuit.pertin. dic ſpeciale id eſſe in fideiuſſore officialis: quia tales fideiuſſores videntur indemnitatem promittere.
i Decurionum loco, conſiliarios hodie habemus.
k Solennis cōuocatio fit tuba, vel campana.
l Sententiam partibus denūciandam,& intimādam hinc colligit Natta, Clemen. ſupe. §. nos ſ t. extrà de verb.ſig. Felin. cap 1. de conſ t. Bal.l.j ſupra.de ſent.ex breui u.le Menochius 2.de arbi.iud. q.66.
m Appellatur ab electione, l.47.11. ſupr.de appellat.
n Conſentit, qui non appellat.
o Appellare intra quod tēpus electus debeat à ſua electione.

gium filij decurionis. BART.

IV. IIDEM AA *&* CC. *Caſiano* S.P.

CVm adoptiuum filium ex adoptantis dignitate [y] decurionis filium effici nulla dubitatio ſit [z]: pro atrocibus iniuriis [a] eum, quem ad vicem naturalis pignoris [b] tibi adſcribebas, à præſide prouinciæ illicitis corporis cruciatibus affici non oportuit [c] †: hocque [d] congruenti pœna coërcebitur. PP. II. K. De. Diocl. A. II. & Ariſtob. Coss.

Filij familias poſſunt eſſe conſiliarij: & pater tenetur pro eis, ſi conſenſerit. Item militans poteſt eſſe conſiliarius. BART.

V. IIDEM AA. *&* CC. *Leontio.*

FIlios in poteſtate patris poſitos, ad munera, ſeu honores non poſſe euocari, falsò tibi perſuaſum eſt [e]. Sanè ſi ad nominationem filij conſenſum non accommodaueris [f], ob adminiſtrationem ipſius minimè conueniri poteris [g]. PP. VI. Id *. Max. II. & Aq. Coss.

Illiteratus poteſt eſſe decurio. BA.

VI. IIDEM AA. *&* CC. *Leontio.*

EXpertes literarum, decurionis munera peragere non prohibent [h] iura. D. VIII. K. M. AA. Coss.

Vnus frater non tenetur pro alio in officio delinquente: licèt bona non ſint diuiſa. BART.

VII. IIDEM AA. *&* CC. *Diogeniano.*

LIcèt indiuiſa bona fratres habent, nihilo minùs tamen ſinguli ſuo nomine [i] ciuilibus tenentur muneribus. PP. IIII. Id. Maij, ipſis AA. Coss.

Qui perdit viſum, non perdit officium: ſecus ſi infamaretur. BAR.

VIII. IIDEM AA. *&* CC. *Platoniano.*

INfamia [k], quæ tibi abomi-

q ¶ *Conſueto.* opponendo excuſationem, & probādo de quibus habes ꝯ.ſpecialem ti.& ff. de va.mu per totū. & ff. de iu.immu per totum.

r ¶ *Debuiſſe* quia maior 55.an. *vt ff eo. l ij. § ſi.* vel aliam excuſationem habet.

NOminationum [p] forma vacillare non debet, ſi omnes, qui albo [q] curiæ detinētur, adeſſe non poſſunt [r]: ne paucorum abſentia, ſiue neceſſaria, ſiue fortuita, debilitet, quòd à maiore parte [s] ordinis ſalubriter fuerit conſtitutum: cùm duæ † partes ordinis in vrbe poſitæ, totius curiæ inſtar exhibeant. Datum xvij. Kalend. Iun. Med. Olybrio, & Probino Coſs.

Dignitas curiali addita non eximit eum à iuriſdictione ſui iudicis. BART.

XLVII. IIDEM AA. *Cæſario præfecto prætorio* †.

CVriales, qui honorariam [t] adepti ſunt comitiuam dignitatem, formidare debent eos, quorum moderationi ſunt commiſſi [u]: nec ſe exiſtimare ideo meruiſſe dignitatem, vt iudicum præcepta deſpiciant: quòd ſi in eadē culpa perſeuerent [x], quinque librarum auri mulctæ obnoxij [y] ſubiungentur: honore quoque, quem prodiderint [z], ſpoliandi.

XLVIII. IIDEM AA. *Florentino P. V.*

IN ſucceſſione curialium decernimus, vt etiamſi patres deceſſerint, teneatur agnatio [a], Dat. vij. Kalen. Ian. Mediolani, Cæſario, & Attico Coſs.

XLIX. IIDEM AA. *Theodoro præfecto prætorio* †.

OMnes, qui quolibet modo curiæ iure debentur, cuiuſcumque ſuperſtitionis [b] ſint, ad implenda munera [c] teneantur. Dat. Id. Septemb. Medio. Honorio A. iiij. & Eutychiano Coſs.

Conſiliarij non poſſunt extra ſuam prouinciam officium acceptare. BARTOL.

L. IIDEM AA. *Eutychiano præfecto prætorio* †.

OMnes omnino curiales in originalibus [d], ac debitis perpetuò curiis perſeuerent: & qui ex his ad prouinciarum regimen, atque adminiſtrationem qualibet fraude, atque ambitione peruenerint, ſciant ſe non ſolùm in ſua curia remanſuros: ſed & cunctis rurſus ab

p NOminationum [a], id eſt, electionum [b] cùm enim magiſtratus aliquis eſt eligendus conuenire debent decuriones: *vt ſuprà l. ij.* & duæ partes debent eſſe præſentes: *vt hic, & ff. de dec. ab or. ſa. l. iij. & ff. quod cuiuſque vni. no. l. nulli* & omnes, vel maior pars in vnum conuenire: *vt ff. de tuto. & cura. da. ab his l. vbi & infr. de præf. vrba. l. ij.* & non niſi de ſe debent eligere: vt & cōſules de ſenatoribus: *vt ff. eo. l. honores. §. ij. ad idem ſup. eo. l. ſi ad magiſtratum. & quādo prouo. non eſt ne. l. ſi vt proponis.* An autē ſufficiat maiorem partem duarū partium conſentire: an ſit opus, quòd tot conſentiant, quòd ſi maior pars totius ordinis: dic vt d. l. nulli notatur.

q ¶ *Albo.* facit. *ſuprà, eod. l. in albo.*

r ¶ *Poſſunt.* *vt inf. de leg. l pe.* ¶ Sed ar. contrà, *C. de auth. præſtand. l. fin.*

s ¶ *Maiore parte.* Statur iudicio maioris [c] partis *ſic ff. ad munici. quod maior. & Cod. qui bo. ce. poſſ. l. ſi. & ſuprà de ſacroſanct. eccl. Authent. hoc ius porrectum; & infrà, de leg. l. pe.* Sed arg. contrà, *C. de auth. præſt. l. ſi.* ACCVRS.

t CVriales, qui honorariam [d]. ſic dictam ab honoro, honoras, & comitor, comitaris, ſcilicet quia comitari debent eos, qui honores gerunt. Py. 2. Vel veriùs expone: *vt ʃ eo. l. Alexandrinus, in fin.* ACCVRS.

u ¶ *Cōmiſſi.* ſcilicet qui præſunt curiæ: *ad quod ſuprà, de iuriſdict. omn. iud. l. fin.*

x ¶ *Perſeuerent.* ſcilicet inobedientiæ, vel deſpectus: & not. *perſeuerent* [e]: ſic *ſuprà, de edict. l. j.*

y ¶ *Obnoxij.* aliàs, *obnoxius*, & ſequentia in ſingulari: aliàs, *obnoxij*, & ſequentia in plurali.

z ¶ *Prodiderint.* aliàs, *prodiderint*, ſcilicet contemnendo: aliàs, *perdiderint*, de iure, vel ſpe [f], ſeu deſtinatione, ſcilicet propter inobedientiam ſpecialiter de facto.

a IN *ſucceſſione.*] *Agnatio.* id eſt, filius [g] ſequitur conditionem patris: *vt ſuprà, eo. l. in filiis.* Eſt [h] enim proximus agnatus patris filius: *vt ff. de ſu. & leg. l. filius.* 2. Vel dic, quòd agnatio, id eſt, ſucceſſores [i] tenentur, ſi anteceſſor malè adminiſtrauit: *ad quod ſuprà, eod. l. j.*

b OMnes, qui.] *Superſtitionis.* vt ludæi. [k] *ad quod ſupr. de Iud. l. cuicumque. & l. iuſſio. & ff eo l. iij. § fin.*

c ¶ *Munera.* quoad onus, non quantum ad vtilitatem: aliàs contrà, *ſuprà, de Iuda. l. fin.*

d OMnes omnino curiales in originalibus. quia filius fuit curialis, originaliter [l], vel debitus per ſententiam, *vt ſuprà, eo. l. quotiens.*

a Addc l. nominationum. ſup. de appellationib.

b Electionum forma quæ.

† Facit ad hoc cap. quod ſicut. extra de elect. vbi per Innoc. & c. eccleſia veſtra. cum gloſſ. Extra, eo tit.

† C. Th. eo l. 150.

c Partis maioris iudicio, vel conſenſui an ſtetur. videlicet apud Rebuffum tres exceptiones v. Bartol. in l. nulli. ff. quod cuiuſque.

d Honorariam comitiuā dignitatem adipiſci, id eſt, titulū Comitis Cōſiſtoriani.

† Co. Th. eo. l. 154.

e Perſeuerans in delicto grauius puniendus.

f Spe noſtrum aliquid dici poteſt.

† Co. Th. eo. l. 159

g Filius ſequitur conditionem patris.

h Filius proximus eſt patris agnatus.

i Succeſſor tenetur ex anteceſſoris mala adminiſtratione.

k Vel hæretici, vt ſectatij l. iij. de hære.

l Curiarum aliæ originales, aliæ aſſignatæ.

a ¶ Seruitu

exordio muneribus ſeruituros [a]. Dat. viij. Kalend. Nouemb. Conſtantinopol. Honori A. iiij. & Eutychiano Coss.

Bona eius, qui quacunque fraude curiam euitat: ſi per annum cõtumax fuerit, applicabuntur curiæ. BART.

L. IIDEM AA. & THEODOS. A. [a] *Meſſale P.P. poſt alia.* †

QVamuis prouiſum fuerat [b] congruæ emẽdationis occurſu, quemadmodum curiales militiæ [c] nomine & honore ſuſpenſo, officiis redderentur: tamen quia hoc callido conſilio repererunt [d], vt euitatis prouinciæ ſuæ finibus, tanquam his eorum [e] tãtùm interdictus fuiſſet acceſſus, peregrinos expeterent commeatus; ne diutius, in perniciem curiarum, latitandi ſpes † perſeueret & ſolatia, eos impunitatis ſequantur, horum cupiditatibus obuiamus: vt ex eorum bonis, qui ſe vel proſecutioni, vel muniis ciuitatum, interdictæ dudum, ambitione militię, vel qualibet fraude ſubtrahere conati fuerint, curiis, quas deſeruerant, conſulatur. Itaque [f] ſi vocati edictis, intra anni metas, hi tamen, qui manifeſtis curiæ nexibus illigantur, latere potiùs, quàm redire maluerint: ſciant poſt emenſum annum [g] interpellatis prouinciarum moderatoribus, ex facultatibus ſuis, curiis, quas deſtituerunt, eſſe conſulendum. Neque enim de immaturo [h] præiudicio temporis poſſunt breuitatem cauſari. Dat. xvij. Kalen. Septemb. Theod. V. C. Coss.

Vbi alij ſunt idonei, & ſufficientes, non coguntur alij continuare officium. BART.

L II. IIDEM AA. *Probino proconſ. Africæ* †.

QVis tam inueniri iniquus arbiter [i] rerum poteſt, qui in vrbibus magnifico ſtatu præditis [k], ac votiua [l] curialium numeroſitate locupletibus, ad iterationem quempiam tranſacti oneris [m] compellat: vt cùm alij necdum penè initiati curiæ ſacris [n] fuerint, alios & continuatio, & repetitæ ſæpè functiones adficiant? Dat. xvj. Kalend. April. Mediol. Cæſario, & Attico. Coss.

Magiſtratus municipalis non debet exire municipium. BART.

LIII. IIDEM AA. *Euchario Procon. Africæ* †.

DVumuirum [o] impunè non liceat extollere poteſtatem faſcium [p] extra metas territorij propriæ ciuitatis. Dat. vj. Idus Mar. Rauẽ. Hon. viij. & Theod. V. AA. Coss.

Vbi non habetur copia iudicis, propria auctoritate capitur curialis, & ad curiam ducitur, & eius quæſtio debet intra tres menſes terminari: aliàs iudices puniantur. BART.

LIIII. IIDEM AA. [a] *Palladio P.P.* †

GEnerali lege ſancimus, vt ſi quis [q] ſuum decurionem curiæ vindicare maluerit: ſi præſidis deſit copia, in eumdem manus iniectione conceſſa, ſciat ad examen cognitoris [r] reſultantem [f] eſſe deducendum: ita, vt moderator prouinciæ (ſi quæſtio fortaſſe, fiducia defenſionis, vlla generatur †, niſi intra tres mẽſes [t] [β] cauſam originis competenti diſceptatione cognouerit, atque conuictum cum pœna [u] reſtituerit debitis [x] muneribus, vel liberũ ab inquietudine pronũciauerit, decem librarum auri mulctam cogatur exoluere: eius etiam officium pari damni irrogatione teneatur. Dat. v. Non. Maij. Rauen. Dn. Theod. A. vij. & Palladio Coss.

Si decurio dedit ſe militiæ, retrahetur, nec iuuabitur præſcriptione. BART.

LV. *Impp.* THEO. & VALENTIN. AA. *Iſidoro P.P. poſt alia.* †

SI quis decurio, aut ſubiecta curiæ auſus fuerit vllã adfectare militiã [y]: nulla temporis [z] præſcriptione muniatur; ſed ad conditionem propriam retrahatur: nec ipſe, vel eius liberi, poſt talem ipſius ſtatum [a] procreati, quod patriæ debetur, valeant declinare. Dat. III. Non. April. Conſtantinop. Iſidoro, & Senatore Coss.

LVI. IIDEM AA. *Iſidoro P.P.* †

ALexandrinis principalibus [b], etſi aduocatione fungãtur, nihilominus [c] [γ] onus

a ¶ *Seruituros.* Idem ſi epiſcopus fieret: *vt ſup. de epiſ. & cler. l. ad ſimilitudinem & in Auth. de epiſ. & cle. § ſed hoc quidem* & ſi quidem in fraudem cauſa vitandę curiæ ſe fecerit eligi per ſeipſum: *vt hic*: alias per ſubſtitutum: *vt d. l. ad ſimilitudinem & in Auth. de ſan. epiſco. § adſcriptitios.* ¶ Sed hodie contrà: *vt infrà eodem l. pen.* Item facit *inf. eod. l. duumuirum.*

[a] ¶ *Et Theodoſ. A.* Dele. hæc coniung. *l. pen. ſup. de reſcinden. vendit.* vide ſcripta, & not. ibi.

b QVamuis prouiſum fuerat. *vt ſupr. l. eod. l. ſi ad magiſtratum, & l. quidam.*

c ¶ *Militiæ.* armatæ: vel etiam inermis, in quam confugerant.

d ¶ *Repererunt.* ſcilicet curiales.

e ¶ *His eorum.* id eſt, aliquibus eorũ curialium, ſcilicet tantùm: non autem omnibus: ſed aliàs deeſt *tantùm.*

f ¶ *Itaque.* quod ſuprà prox. dixit indiſtinctè, ſcilicet ex bonis curialis fugientis, & latitantis, ſ. emẽdari damnum curiæ, quam dereliquit: nunc hic declarat, ſcilicet quod per annũ ſunt expectandi: & ſi non veniant, tũc de bonis eorum reſarcietur damnum curiæ: *vt hic ſubiicit.* Idem declarat in eo, quod dicit, hi tamen, qui manifeſtis curiæ nexibus illigantur.

g ¶ *Annum.* ſic *ff. de requir. re. l. j. & in Authen. de litigio. § omnem.*

h ¶ *De immaturo* [a]. id eſt, valde quandocunque tamen redeat, recuperat officiũ dimiſſum: *vt ſup. eodem l. ſi ad magiſtratum.*

i QVis.] *Arbiter.* id diſpoſitor: *vt C. mand. l. in re mandata.*

k ¶ *Prædit.* vt Bononia propter ſcholares.

l ¶ *Votiua.* vel quia voto ſe offerunt curiæ alicui quandoque: *vt ff. de poll. l. ſi quis rem §. j. 2.* Vel quia hoc voto geritur, vt multi ſint curiales: quod patet: quia remittuntur peccata, id eſt, ſit legitimus, qui fuerat naturalis, per oblationẽ curiæ: *vt in Auth. qui mo. na. eſ. ſui. §. ſi quis igitur. coll. vij.*

m ¶ *Oneris.* ex decurionibus enim, ſeu curialibus eligebãtur ad onera per annum: quæ reiterare non coguntur: vt hic: neque continuè, neque ex interuallo, dũ alij ſunt: *vt hic, & ff. de mu. & ho. l. ſponte.* & idẽ videtur de honoribus: *vt infr. de mu. & ho. non con. l. j & ſi.* ¶ Fallit autẽ hoc, quando alij non ſunt idonei, vt ſubiicit. *& ff. de mu. & ho. l. honor. § ſi.* & in aliis tribus caſibus: vt not. *ff. ad municip. l. diuus.*

n ¶ *Sacris.* id [b] eſt, poteſtate curiæ: quæ poteſtas ſacra eſt, vt patria: *vt Cod. de fideicom. l. pen.* cùm hoc liberet à naturalitate, vt modò notaui.

o DVumuirum. id eſt, magiſtratuum municipij, qui præeſt curiæ.

p ¶ *Faſcium* [a]. id eſt, dignitatum [b]. ſic ponitur *in Auth. vt iud. ſi quoquo ſuf. § neceſſitatẽ* aliter ponitur *ff. de of. procon. l. antepen.* Et dic, quòd non poteſt extollere, id eſt, accipere aliquam adminiſtrationem extra terminos *ad quod ſupr. eo l. curiales. 2.* Vel dic, quòd non licet extollere, i. exercere [c] ſuum officiũ vltrà *ad quod ſup. de iuriſ. omn. iud. l. ſi & facit ad principium: infr. de ſuſcep. l. humilioribus.* Sed & tunc fallit, ſi publica eſt vtilitas: *vt ſupr. eo. l. curiales vltrà. & facit in Authenti. vt omnes obed. iud. §. ſi igitur. colla. v.*

[a] ¶ IIDEM AA.] Reſtituenda inſcriptio, & addenda ſubſcriptio ex C. T. CVIACIVS.

q GEnerali.] Si quis. putà duumuir, qui præeſt eis: *vt ſupr. l. proxi.* ACCVRSIVS.

r ¶ *Cognitoris.* id eſt, præſidis.

f ¶ *Reſultantem.* ſcilicet decurionem, id eſt, reſiſtẽtem. ¶ Et ſic notat [d] quòd in defectum iudicis, licet alicui facere ſe iudicem: *vt not. ſupr. de Iuda. l. nullus.* aliàs non: ſed ſuum ius amitteret: *vt in ar. cõtra. ff. quod met. cau. l. extat. & l. nullus. & C. de iure fiſc. l. prohibitum.* tunc ergo aut contulerat ſe ad militiam armatam, & conuenitur ſub ſuo magiſtro militum: aut ad aliam, & tunc ſub præſide terræ, in quam aufugit: non ſub eo, qui præeſt militiæ inermi: *vt ſupr. vbi decu. vel cohor. l. j. § fin.* ¶ Item facit *ſupr. ſi ſer. expor. ve. l. ij. & ff. de ope. no. nuncia. l. j. in princ. & C. vbi decur. vel cohor. l. j.*

t ¶ *Tres menſes.* Nota ſpeciale [e] contrà *l. properandum. ſuprà, de iudi.* quæ dicit de trien.io, vt & alia ſpecialia ſunt: vt ibi not. in princi ACCVRS.

[β] ¶ *Intra tres menſes.* Vide *cap. 14. de præſcript.* CVIAC.

u ¶ *Pœna.* extraordinaria.

x ¶ *Debitis.* aliàs, *debitis:* aliàs, *propriis.*

y SI quis decurio.] Militiam. armatam, vel inermem.

z ¶ *Temporis.* etiam [f] xl. annis non videtur quòd præſcribatur: *vt ſupr. de præſcr. xxx. ann. l. præſcriptione.* ¶ Sed contrà *infrà, de cohor. l. ſi cohortalis.* quæ dicit, præſcribi xxx. ann. Sed poteſt dici, vbi iuit ad aliam militiam, tunc xxx. annis: vbi non iuit, tunc ſecus.

a ¶ *Statum.* decurionatus: vel dicas, id eſt, militiam prima verior eſt P.y. & *facit C. de agri. & cen. l. cum ſa. nu. §. j. & C. de fabri. l. iij.* ¶ Item facit *infrà, quando, & qui quar. pars. l. fin. § nullo obſtaculo. contra* Solue vt ibi.

b ALexandrinis principalibus, id eſt, decurionibus [g], vel ſimilibus: *vt ſuprà. eo. l. quilibet.*

c ¶ *Nihilominus.* id [h] eſt, non ideo magis.

γ ¶ *Nihilominus.* id eſt, nullo modo. CVIAC.

† Co. The. eo. l. 160.

† Aliàs, ſpecies, recte.

a Immaturum anni tempus præiudicium immaturum, id eſt, breue continet.

† Cod. Th. eo. 12. 5 1.

b Sacra curiæ.

a Duumuiri præferebãt faſces, ſeu bacillos *Cicer. 2. Agraria.* Cæterũ hic extollere poteſtatem faſcium extra metas territorij, nihil aliud eſt, quam poteſtate ſua extra territoriũ vti. Id autem prohibitum duũuiris, vt & vrbanis magiſtratibus.

† C. Th. 12. l. 174.

b Rectè. *Accurſius* nam ſoli faſcibus vtebantur, qui habebant imperiũ, duũuiri autẽ non habebant imperium.

c Citatio, vt executio vtrum poſſit fieri extra territoriũ. *v. hic Bald.*

d Iudicis defectu licet alicui ſe facere iudicem caſus decem in quibus licet ſine iudice propria auctoritate in aliquem ſibi ius dicere *v. de his apud Bartol.*

† Co. Th. 12. l. 181.

† Generatur.

e Inſtantia intentiũ finitur tribus menſibus, vt hic regulariter trienio.

† Co. Th. 12. l. 188.

f Curialis diſcedens à curia, non præſcribit ſe vllo tempore in libertatem, vt ſic ſolutus à curiali conditione [illegible] & tamen curia præſcribit aliquem in decurialem ſuũ, quaſi poſſidẽdo illum xxx. annis ad ſeruitia curiæ. *l. cum, infra, de fundis rei priuatæ. adde Baldum tra. de præſcri. 4. par. 5 quæſt. 7*

† Co. Th. eo. l. 189.

g Hæc Curia Alexandrina inſtituta à Seuero, teſte Spartiano: cũ antea Iuridico uterentur.

h aliàs legunt, nihilo aliàs, nihilominus exponunt, pro, minimè.

peregrinationis [a] incumbat: nec publica cura [b] niſi in ſua tātùm ciuitate cōmittatur: & primus [c] curiæ, quum muneribus vniuerſis expletis [d], ad ſummum peruenerit gradum, comitiuæ [e] primi ordinis fruatur poſt bienniū, dignitate præſtita: in curialibus tamē permaneat. Dat. Prid. No. Iun. Conſtantinop. Iſidoro, & Senatore Coſs.

LVII. Iidem AA. *Iſidoro* P.P. †

QVinque ſummates [f] ordinis Alexandrini à corporalibus iniuriis immunes eſſe cenſemus [g], vt voce libera commoditates patriæ defendant [h]: cùm poſſint, ſi quid egerint criminosè, pecuniariis coërceri diſpendiis [i]: æſtimabuntur [k] autē præſente curia, viri ſpectabilis, Auguſtalis † iudicio. Dat. Prid. Non. Iun. Conſtant. Iſidoro, & Senatore Coſs.

LVIII. Iidem AA. Isidoro P.P. †

EVm, qui triginta annos in Alexandrina ciuitate ciuilibus [l] inhæſerit muneribus: corporalibus iniuriis [m], nō † pecuniariis excuſari conuenit: habita conſideratione videlicet meritorum: vt hoc bene cogniti priuilegium conſequantur [n], nec eo paſſim fruantur indigni. Dat. Non. Iun. Conſtantinopo. Iſidorō, & Senatore Coſs.

Superior tenetur confirmare electionem factam ab inferioribus.

LIX. Iidem AA. *Iſidoro* P.P. †

SI quos ſpontaneos [o] † hypomnematographi [p] † muniticos ſuis exhortationibus ad publicas nominauerint functiones, iubemus non expectandum eſſe conſenſum pro tempore viri ſpectabilis Auguſtalis, qui fit plerumque vænalis [q] ſed vtriuſque [r] patris ſufficere voluntatem, vt incipiat functio, quam nullus incuſat: tunc ad memoratum iudicem tam nominati, quàm etiam creatoris [s] cōſona relatione currētē: quam ſi ſuſcipere, vel confirmare [t] diſtulerit, ſciat ſe vigintiquinque librarum auri condemnatione plectendum. Dat. Pridie Non. Auguſt. Conſtantinop. Iſidoro, & Senatore Coſs.

Non poteſt quis ſeruire per ſubſtitutum: niſi habeat ad hoc priuilegium, vel ſit illuſtris. Bart.

LX. Iidem AA. *Thomæ* * P.P.

NVllus [u], qui nexu generis [x] curiæ tenetur obnoxius, per ſubſtitutam quamcumque perſonam curiales impleat functiones: ſed ipſe per ſe debitum patriæ munus exoluat, etſi ſpectabili dignitate decoratus [y] ſit: niſi hoc ei ſpeciali beneficio ſit conceſſum. Hi verò, qui honorario titulo illuſtrem dignitatem conſecuti ſunt, per ſubſtitutos periculo ſuarum facultatum curiæ muneribus ſatisfacere non vetentur.

LXI. *Imp.* Leo A. *Iuliano* P.P.

NEque [z] Dorotheum virum illuſtrem, & totam eius ſubſtantiam, neque Irenæum virum ſpectabilem tribunum, & notarium, etſi [a] ante paternas illuſtres dignitates natus eſt [b], vllam inquietudinem pro curiali genere, & conditione ſuſtinere decernimus: liberos [c] quoque eorum, qui vel iam ſunt, vel futuri ſunt, eorúmque poſteros, quotieſcumque continuata temporum, & ſucceſſionum perpetuitate naſcentur à conditione curiali, & functione eſſe liberos: lege diuæ memoriæ Iuliani [d], quæ de materno curialium Antiochenæ ciuitatis genere promulgata eſt, nihil in perſona viri illuſtris Dorothei, vel viri ſpectabilis Irenæi, vel aduerſus facultates eorum, vel aduerſus liberos eorumdem, qui vel iam nati ſunt, vel poſtmodum quoque tempore naſcentur, vel aduersùs ſubſtantias eorum, roboris, vel iuris habitura. Circa alias ſanè vniuerſas perſonas de materno genere ad memoratæ Antiochenæ ciuitatis tātummodo curiam pertinentes, eandem legem præcipimus obtinere propriam firmitatem.

Qui eſt obligatus curiæ, ratione originis, eam declinare non poteſt: & ſi curia nō moleſtauerit patrem, filium moleſtare non potuit. Bart.

LXII. *Idem A. Conſtantinop.* P.P.

SI ille, qui ex filia decurionis Antiochenæ ſplendidiſſimæ ciuitatis, & patre qui nullius alterius ciuitatis muniis debebatur [e], procreatus eſt, ſub examine prouincialis iudicis vel ſponte confeſſus, vel certè conuictus fuerit, quòd ex filia ſit curialis progenitus, & albo decurionum adſcriptus

a ¶ *Peregrinationis.* id [a] eſt, per quod coguntur exire territoriū: vt ſubiicit, *& ſuprà de aduo. diuer. iudi. l. qui neceſſariò.* niſi ſit publica vtilitas: *vt ſuprà eod. l. curiales vltra*

b ¶ *Cura.* debent enim facere, quæ alij decuriones, ſeu principales.

c ¶ *Et primus.* id [b] eſt, tyro, qui primò nunc eligitur.

d ¶ *Expletis.* quæ ſubeant decuriones: & ſic eſt nunc antiquior. Accursius.

e ¶ *Comitiuæ.* id eſt, comes eorum, qui ſunt in primo ordine, cùm biennio ſteterit antiquior, *vt hîc.* adhuc tamen eſt curialis ſeu decurio, & ſubeſt ei, cui ſubeunt alij: *vt & ſuprà, in fin. & ſup. eod. l. curiales, qui & facit infr. l. proxi.*

f QVinque ſummates. erant quinque, & vocabatur ſummates, quaſi ſummi: qui præerāt curiæ decurionum in illa terra.

g ¶ *Cenſemus.* ad *hoc ſupr. eod. l. omnes iudices.*

h ¶ *Defendant.* nam agunt pro patria, & defendunt: *vt ſupr. eod. l. procuratores.* Accursius.

i ¶ *Diſpendiis.* Not. crimen [c] pecuniariter puniri ratione perſonæ.

k ¶ *Æſtimabuntur.* [d] cùm eligentur. *ad quod infrà, de profeſ. l. magiſtros & infr. de muneribus & honor. l. ſi quis. & de tyronib. l. fin. & facit infra, eodem. l. proxima.*

l EVm.] *Ciuilibus.* ſcilicet perſonalibus. fuit enim et curialis: & ſic fecit quæ alij curiales.

m ¶ *Iniuriis.* aliàs, *iniuriis*: aliàs, *muneris & facit ſuprà l. proxima. & infrà de fund. rei. pri. l. eū, qui.*

n ¶ *Conſequantur.* præſcribit ergo curia bonos, non malos: vt ſit electio de bono non de malo: *vt ſupr. l. proxi.*

o SI quos.] *Hypomnematographi.* Græcum eſt, & vna dictio, Latinè ſignificat nominatores aliquorum ad publicas functiones: vel veriùs [e] illi, qui accipiebant in emphyteuſim publica prædia. nā emponema, id eſt, melioratio. accipiebant enim ad meliorandum: *vt ī. de iur. emphy. l. fun. in pr.* Accursius.

p ¶ *Hypomnematographi.* ideo ſubiicitur quaſi ſcriptura, quæ in talibus cōtractibus eſt neceſſaria: *vt ſup. eo. tit. l. j.*

q ¶ *Vænalis.* Nota, *ad quod ī. quando proue. non eſt nec. l. vænales.*

r ¶ *Vtriuſque.* i. nominantis, & nominati.

s ¶ *Creatoris.* aliàs, *curatoris*: & aliàs, *creatorum.*

t ¶ *Confirmare.* ¶ Not. quòd ſuperior [f] confirmat, quod facit inferior. ad quod *in Auth. de defen. ciui. §. interim.*

u NVllus. In lege præſenti ponitur caſus talis, & dicitur quòd ſi aliquis tenetur eſſe curialis à ſui origine, per ſubſtitutum non poteſt ſuum officium exercere: niſi fuiſſet ei ſpecialiter hoc conceſſum, etſi ſpectabilis efficiatur: ſed ſi fuerit effectus illuſtris propter aliquam dignitatē, quam adeptus fuerit, ſuo periculo in prædicto officio ſubſtitutum poterit ordinare.

x ¶ *Generis.* ad quod ī. *eodem l. quoties.* Accurs.

y ¶ *Decoratus.* ¶ Not. neminem poſſe ſeruire per ſubſtitutum [a], etiā ſi fiat ſpectabilis, & magis ſi fiat clariſſimus: *vt hîc, & arg. ff. de ſol. l. inter artifices. & de ſtatuli. l. ſicuti. & l. fin. & ſup. de cadu. tol. § ne autem & de eui. empt. l. ſi §. ſi.* ¶ Sed hoc fallit, ſi curialis fuit illuſtris: *vt hîc ſubiicit. & ſuprà de epiſc. & cle. l. ad ſimilitudinem* quod hodie corrigitur in illis caſibus, quos habes *infr. e. l. ſi & l. pe. & ff. quod met. cauſa. l. illud. & de cōſti. pec. l. qui autē. §. j. & de arbi. l. Labeo. § ſi. 2.* Itē ſi primus ſit inutilis, ſupponitur alius: *vt infrà, de princ. agen. in re. l. agentes, in fi. & ſuprà de ſacr. eccleſ. l. qui ſub prætextu.* Item arg. contrà *ſuprà de na. lib. l. ſi quis Sempronio, in fin. & ſuprà, de epiſco. & cler. l. quiſquis. & in Authen. auſcriptitios.* 4. Item fallit propter priuilegium. *vt hîc ſubiicit, & infr. eo. l. neminem.* 5. Item arg. contra *infrà, eodem. l. Doctiſſ.*

z NEque. ¶ Not. quòd hæc lex eſt ſpecialis [b]: quia hoc princeps vult: *vt Inſt. de iur. na. §. planè ſic & infr. eodem. l. Doctiſſ.* nec eſt idem in aliis: licèt in corpore iuris ſit redacta: & ſic eſt contrà *ſuprà, de no. cod. con. §. pen.* ¶ Sed hîc ſpeciale: quia ſic [c] princeps vult: ibi non.

a ¶ *Etſi.* id eſt, quamuis. Accurs.

b ¶ *Natus eſt. ad hoc ff. eo l. ij. § in filiis.*

b ¶ *Liberos.* Liberi [d] dicuntur vſque ad trinepotem: poſteri in infinitum ab inde: *vt ff. de gradi. l. iuriſconſultus §. parentes.* Accurs.

d ¶ *Iuliani.* quę eſt ī. *l. eos indulſerunt*, quę dicit, ex quo filij non trahuntur per conditionem patris ad aliquam ciuitatem, quòd tunc matrem ſaltem ſequuntur: vnde cùm hîc non trahant originem per patrem videbantur trahere per matrem, per illam *l. eos.* quod hîc remouet.

e SI ille.] *Debebatur.* quia nō legitimos: *vt ī eod. l. eos.* & ſic nulli curiæ obſtrictus: & ſi erat

a *dic potius*, legationis.

b Falſùm Primus curio hîc dicitur, qui in curia eſt ſummo loco, vt dixi in meis notis ad hanc legem.

† Cod. Theo. eo. l. 190.

† De hac voce, Auguſtalis pulchrè in hūc locum Alciat. ad 3. lib. C.

c Delictū quandoque pecuniariter punitur.

† Co. Theo. eo l. 191.

d Imò æſtimabuntur, i. condemnabūtur.

† Deeſt in manuſcrip. teſtè Cont.

† Cod. Theo. l. 192.

† De his vide Strabo. *lib.* 17. *Geogra.*

† Hypomnematographi, teſte Alci. in hunc locū, dicuntur, qui cōmentaria ſcribunt: tu illum videto: nugatur enim hîc. Accurs. ὑπομνηματογράφοι, Alexandrini Commentarienſes, quorum munus fuit nominare ad munera ciuilia.

* Al. Theodoro.

f Qui litigant aut contrahūt actum tranſactionis, aut cōtractus confirmari à iudice petere poſsūt.

a Per ſubſtitutum verū quis ſeruire poſſit.

b Specialis lex eſſe poteſt.

c Principis voluntas lex eſt.

d Liberorum & poſterorum differentia.

ſi erat legitimus, materna origo habuit priuilegium: vt ſ. eod l. eos.

a ¶ *Neganda.* ſemel a enim confeſſus b, vel conuictus c non poteſt reſilire: *vt hic, & ſuprà, de non num. pecu. l. generaliter. & c. cùm ſ. l. c. & de exec. rei iud l. ſi* ¶ Sed argu. contra *ſupr. de lib. cau. l. interrogatam. & ff. de confeſſ. l. cùm fidei-commiſſum.*

a Semel confeſſus, vel cõuictus mutare ſententiam nõ poteſt

b Sponte id eſt, in iudicio: at ſi ita confeſſio, quæ tranſiuit in executionẽ, reuocari non poteſt.

c Vt ſcilicet ſi enim conuinc: et nõ confiteri dicitur Bal. vt hinc notemus differentiam confeſſi, & cõuicti.

b ¶ *Incipere.* In vnum filium prætermiſſa conuentione patris *ſic ſ. de re. do. l. 4. & fin.*

c DOctitij. proprium nomen: & idem in eo quod in Dorotheo ſtatuitur: *vt ſ. eo. l. neque* ACCVRS.

d ¶ *Iubemus* aliàs, *monemus*: aliàs, *iubemus*: alias vtrumque. ACCVRSIVS.

e ¶ *Facultatibus.* repete, *ſuper.*

f ¶ *Luituro.* nam diſputare d, &c. *vt & ſuprà, de diuer. reſcript. l. ſacrilegij & de cri ſacri l. diſputare & infrà, vt dign. ordo ſerue. l. 1. & de cro. mili an. l. hac lege.* & eſt pœna huius criminis, *ff. ad leg. Iul. pec. l. ſacrilegij.*

d Diſputare de principis autoritate non licet.

g ¶ *Illuſtrem* Dicti Doctitij, qui & clariſſimus: vt ſuprà, & illuſtris aliquando fuit.

h NEminem. Hæc lex reſpicit vltimam partẽ rubricæ: & Zeno loquitur: & in quo ſtatu inuenict eos, dimittit: *vt C ſi ſer expor. ve l. moneor.* ¶ Et no. *ab initio*, i. poſt initiũ adeptus eſt: ſcilicet dignitatem

i ¶ *Imperij* accipe ĩ. *ad actum*, &c. ¶ Et not. quòd hæc prima pars vſque illuc, *eos*, &c corrigitur per l. ĩ proximã.

k ¶ *Quandocumque.* iſtud, *quandocunque.* ſtrictiùs, quàm ſonet, intelligendum eſt: *vt infrà, de fab. l. iiij.* vt ſic ſit ſenſus: ſiue ante dignitatem, ſiue poſtea, dum tamen poſt patris naturalem fortunã PY. M. *vt ĩ eod tit. l fin.*

l ¶ *Data.* vt ſ. *proxi. & l neque. & l ſi illo.*

m ¶ *Subſtitutos* ad hoc *ſupr. eodem. l. nullus qui. cum concor. ſua.* ¶ Item facit. *in authen. vt ord. pra colla. v.*

n ¶ *Et poſt.* repete, *cum.* ACCVRS

o ¶ *Quocumque.* id eſt, ſiue ante noſtrum imperium, ſiue poſt.

p ¶ *Aut poſtea.* repete, *cum.* & facit, ĩ. *l. proxi. & ĩ. l. fin.* ACCVRS.

† Quo caſu quis per ſubſtitutum ſeruire poteſt, id facere periculo ſuarum fortunarum debet. *ſa. ac. l. decreto. ff. de admuniſt. tut.*

q DIuæ memoriæ.] *Conſtitutionem.* vt ſ. *l. proxima.*

r ¶ *Certas.* quaſi dicat, non omnes: *vt ſ. l. proxi. §. hos autem.* ACCVRS.

fuerit: nullam ſibi ſupereſſe facultatem negandæ a, vel euitãdæ conditionis exiſtimet: & curialem non aſpernari fortunam aui materni ſui pertentet, nec dubitet ſe muniis curialibus ſubiicere. Quòd ſi quem curia, de qua præſens ſanctio loquitur, natum ex filia curialis minimè ſecundùm præſtitutam ordinationem ſibi ſociandum curauerit: prolem eius pulſare nullo modo penitus poterit: nec enim patimur cõuentionem eiuſmodi, prætermiſſo filio, quem curialis filia ediderat, à nepote, vel pro nepote, vel vlterius incipere b.

LXIII. *Idem* AVGVSTVS *ad Senatum.*

DOctitij c viri clariſſimi iubemus d fortunam ſuper curiali conditione nullo modo eſſe inquietandam, nec facultatibus e eius: ſed eo, qui huiuſmodi conamen inierit, ſacrilegij pœnam luituro f, omnes qui poſt peractam illuſtrem g adminiſtrationem, vel adhuc in ea poſito patre ſuo gignuntur, à curialium intentione defendantur vnà cum paternis ſine dubio ſubſtantiis: quas cum perſona patris à curiali nexu liberas eſſe nemo diſſimulet.

LXIV. *Impe.* ZENO A. *Sebaſtiano P.P.*

NEminem h ex his, qui obnoxij curiæ conſtituti ab initio fœliciſſimi noſtræ pietatis imperij i, comites priuatarum noſtræ vel piiſſimæ Auguſtæ partis, ſiue comites largitionũ, vel comites domeſticorum quæſtores, vel magiſtri officiorum, licèt ad actum adminiſtrationis gerendum prouecti ſunt, vel in poſterum prouehentur, ob hoc curialium munerum laqueos volumus euitare: ſed obligatos cum liberis ſuis quãdocũque k progenitis, & facultatibus ſuis, poſt adminiſtrationem depoſitam, curiæ commoditatibus inſeruire: niſi fortè aliis priuilegiis ſuper hoc legibus cognitis muniantur. Nam alia vniuerſa legitima, vel ex cõſtitutionibus data l priuilegia, integra volumus, illibatáque ſeruari. Ne tamen indulti honoris inane nomen retinere videantur: dignitatum titulis potiantur per ſubſtitutos m, ſuarum † periculo facultatum curialibus muneribus reſpondentes; habeántque integra, illibatáque priuilegia dignitatis. Eos verò, qui præfatas dignitates ante initium noſtri imperij conſecuti ſunt: cum facultatibus ſuis, & poſt n eam dignitatem progenitis filiis, à curialibus nexibus, vel onere decernimus liberari. Hos autem, qui quocumque o tempore patricij, vel conſules, aut conſulares facti ſunt, aut in poſterum fuerint, aut magiſtri militum, vel præfecti prætorio Orientis, vel Illyrici, vel vrbis adminiſtrationem in actu poſiti quandoque geſſerunt, aut poſtea p geſſerint: omnimodo cũ facultatibus ſuis, & poſt eam dignitatem progenitis filiis, à curiarum nexibus, vel onere decernimus liberari.

LXV. *Imp.* ANASTASIVS A. *Polycarpo P.P.*

DIuæ memoriæ Zenonis ſacratiſſimam conſtitutionem q, quæ de curialibus poſt certas r excelſas adminiſtrationes, ſeu dignitates conditionis nexu liberandis lata eſt: in hac tantummodo parte duximus corrigendum, qua cauetur, eos etiam ſ, qui ante eamdem conſtitutionem, ab initio t tamen eiuſdem diuæ recordationis Zenonis imperij, comites priuatarum rerum noſtræ, vel piiſſimæ Auguſtæ partis, ſeu comites ſacrarum largitionum, vel comites domeſticorũ, quæſtores, aut magiſtri officiorum, licèt ad actum adminiſtrationis gerendum prouecti ſunt, minimè curialium munerũ laqueos ob hoc euitare: ſed obligatos cum liberis ſuis quandocumquè progenitis, & facultatibus ſuis poſt adminiſtrationem depoſitam curiæ commoditatibus inſeruire, niſi fortè aliis priuilegiis ſuper hoc legibus cognitis muniantur. His etenim u, qui memoratas adminiſtrationes, vel vnam ex his peregerunt, necnon liberis, & rebus eorum, beneficium, quod antè per illuſtrem x adminiſtrationem peractam eis acquiſitum y eſt, intactum, illibatúmque iubemus ſeruari z; vt relaxatione conditionis, & munerum curialium, per anteriores principales diſpoſitiones ſibi conceſſa a, tam ipſi, quàm liberi eorum poſt huiuſmodi adminiſtrationem adeptam procreati, vnà cum propriis ſubſtantiis potiantur b, etſi c contigerit eos poſt diuæ memoriæ Zenonis conſtitutionẽ, ſiue per ſe, ſiue per ſubſtitutos ſuos curiæ competentia munera ſubiiſſe, eadem d videlicet conſtitutione diuæ memoriæ Zenonis ex † die, quo promulgata eſt, ſuas vires obtinente: cùm conueniat † leges futuris regulas imponere, non præteritis calumnias excitare e.

LXVI. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Demoſtheni præfecto prætorio.*

CVrialibus f conſortiis * conſulentes, cenſemus, vt nemo ſibi blandiatur, & non certis modis ſeſe liberum eſſe exiſtimet: ſed pro noſtra forma tantummodo ſciat poſſe libertatem ſibi curialis competere conditionis: omnibus anterioribus modis, quos non comprehendit præſens ſanctio, ex præſenti die antiquandis. Si quis g igitur vel ſummum patritiatus honorem fuerit conſecutus, ſiue inſulis

ſ ¶ *Eos etiam.* hîc refert principium legis ſuperioris.

t ¶ *Ab initio.* loquebatur enim de illis, qui etiam adepti has dignitates ab initio, i. poſt initium imperij, & antequam fieret conſtitutio & ſic ad præterita tempora trahebatur.

u ¶ *His etenim.* bene dico corrigi, *his etenim,* &c.

x ¶ *Per illuſtrem.* ecce omnes ſuperiores adminiſtratores dicuntur illuſtres.

y ¶ *Acquiſitum.* quoad vanum nomen.

z ¶ *Seruari.* ſcil. in plenum.

a ¶ *Conceſſa.* ſcilicet, ante Zenonem.

b ¶ *Potiantur.* vt a non teneantur ſeruire per ſubſtitutum. & ſic in hoc corrigitur in aliquo ſ. eo l *nullus.*

a Per ſubſtitutum ſeruire, vt nun aliquis cogatur,

c ¶ *Etſi* i. quamuis.

d ¶ *Eadem.* non ergo ex toto tollitur lex Zenonis: ſed tantùm in his, qui ſunt adepti dignitates prædictas ante principium imperij, & factam cõſtitutionem. Sed totũ reducitur ad illud, quod infrà, *l. proxima* dicitur.

e ¶ *Excitare.* vt ſ. *de legi. & conſtit. l. leges. & ſ. de ſi inſtr. l. cõparationes.*

f CVrialibus. Hæc lex tractat quomodo curiales liberentur à fortuna curiæ: & ſic reſpicit vltimã partẽ rubricę *& fac. ſ. eo l nemo.*

g ¶ *Si quis.* paterfam. vel filiusfam. *vt ĩ. de conſu. l. fin.* ¶ Et not. quòd nemo b fit patricius, niſi antea habuerit aliã dignita

b Patricius nemo fit, niſi alia dignitate præcedente.

† Lex ligat ex die, quo promulgatur: vel ita, licet conſtitutio noua nõ ſumat effectũ, niſi poſt duos menſes *Nouel. vt noua conſtit.* ſi tamen lex lata eſt in priuilegium alicuius, ſtatim effectũ habet.

†. *Concord. c. 2. & c. ſi. cum ſua Gloſ. extra, de conſt.*

* Huius conſtitutionis ad Demoſthenẽ meminit idem Iuſtinianus.

inſulis conſulatus honorarij [a], aut ordinarij [b] fuerit ampliàtus, vt vel conſul, vel conſularis [c] efficiatur: ſeu præfectorum [d] prætorio infulas ſuſceperit gubernandas: vel vrbicariam [e] (in ipſo tamen actu) meruerit præfecturā, necnon magiſtri militum officium gerendū ſuſceperit: is gaudeat ſe huiuſmodi conditionis [f] eſſe exortem, & liberum cum ſuis facultatibus, ſuáque poſteritate, quam, poſtquam meruerit dignitatem, vel actum geſſerit, ediderit [g]: anterioribus filiis in conditione priſtina remanſuris, tam præfecturæ quæſtoris [h], quàm viri eloquentiſſimi fiſci patroni: tam præfecturæ [i], quæ Orietalibus, & Illyricianis præſident ſedibus, quàm vrbicariæ, nexibus curiæ liberātur [k], cùm ad fiſci [l] patronatum peruenerint, vnà cum ſubſtantiis, & liberis ſuis, quos vel antè habuerint, vel poſtquam [m] ad eundem gradum prouecti ſunt. Viri etiā clariſſimi principes agentium [n] in rebus, curiæ libertatem ex antiquis legibus conſecuti ſunt: & viri ſpectabiles proximi ſacri ſcrinij noſtræ memoriæ [o], & ſacrarum epiſtolarum, necnon ſacri ſcrinij libellorum, ſacrarúmque cognitionum, & diſpoſitionum cū ſubſtantiis ſuis, & liberis, quos poſt emenſa ſtipendia ſuſceperant [p], hoc etiam nos corroborantes intuitu laborum, quos multo, longo, prolixóque tempore [q] pertulerunt, intactum, illibatúmque conſeruamus, vt hi omnes fortuna curiali liberentur cum ſua ſubſtātia, ſuáque ſobole [r], ſecundùm ea, quæ prædiximus. Ex æuo [s] autem ſequente progenitos [t] antea, nullius futuri fiſci patroni liberos concedimus liberandos: vt ne quod ſummis apicibus dignitatum non eſt conceſſum [u], hoc alij ſibi audeāt vindicare: ſed progeniti [x] filij antequam ad fiſci patronatū peruenerint, in conditione priſtina remaneant: aliis autem modis quàm his, quos ſigillatim enumerauimus, ſiue legibus antiquis comprehenſi ſunt (qualis erat is, quem ex tribus maribus [y] conceſſum antè fuerat patri maximo ſenatui † ſociare) ſiue comprehenſi anterioribus ſcitis non fuerant, liberationem competere cuidam curialis fortunæ nullo patimur modo: ſed ſiue pragmatica ſanctio ſuper hoc proceſſit, ſiue ſententia eminentiſſimæ præfecturæ, ſiue alius modus quicunque excogitatus eſt: ea omnia penitus vacuari. & pro infectis haberi, & curialia corpora ſuis reddi ciuitatibus, & ſubſtantias eorū ſubiacere, nulla excuſatione eis penitus competente.

SI SERVVS, AVT LIbertus ad decurionatum. aſpirauerit.
TITVLVS XXXII.

Libertus qui non habet ius annulorum aureorum, nec reſtitutus eſt natalibus: cum pœna à curia remoueatur †. BART.

I. *Imp.* DIOCLET. *&* MAXIM. AA. *&* CC. *Saturnino.*

SI libertus vel ius aureorum [z] annulorum adeptus non eſt, vel natalibus ſuis nō reſtitutus: præſes prouinciæ non tantùm curiæ participare non permittat: ſed iuxta legis [a] ſeueritatem congruenti pœna vlciſcatur.

Si ſeruus ſcienter patitur ſe ad dignitatem vocari, remouebitur, & punietur: ſi autem ignoranter, reuocabitur tantum. BART.

II. IIDEM. AA. *Oremæ* *.

PRæſes prouinciæ ſi eum, qui ædilitate [b] fungitur, ſeruum tuum eſſe cognouerit: ſiquidem non ignarum conditionis ſuæ ad ædilitatem aſpiraſſe perſpexerit, ob violatā ſeruili macula curiæ dignitatem congruenti [c] pœna adficiet. Si verò quū opinione † publica mater eius pro libera haberetur, ex decurione procreatus, ad capeſſendum honorem errore lapſus proceſſit [d], dominio tuo eum ſubiugabit [e].

DE PRÆDIIS DECVRIOnum ſine decreto † non alienandis.
TITVLVS XXXIII.

Decuriones non poſſunt vendere bona immobilia ſine decreto: aliàs non valet venditio, & emptor perdit pretium, & reſtituit rem cum fructibus. BART.

gnitatem: *vt*]. *de conſul. l. antepen.* ¶ Item not. quòd xij. [a] numerantur dignitates, quibus liberatur à curia, & eædem liberāt à patria poteſtate: *vt in auth. con. quæ de digni.* & duæ primæ hic poſitæ liberant ſola electione: *vt hic ſubiicit:* & ſecūdum hoc nō ob. ¯. *de na lib l communium.* nam ibi ſola dignitas fuit collata.

a ¶ *Honorarij.* ſine adminiſtratione.

b ¶ *Ordinarij.* vt adminiſtrent.

c ¶ *Conſularis.* ille eſt conſularis, cui datur dignitas [b] conſulis: cui ſi ſuperadditur adminiſtratio, non dicitur addi dignitas: *vt infrà de conſul. l pen.* ¶ Et nota, quòd cōſul ſtatim poſt principem ponitur in inſtrumentis: *vt in authen. vt præ. no. impe. &c. & in auth. conſtitut quæ de dign. in princ. coll. v.*

d ¶ *Præfectorum.* per diuerſas diœceſes: *vt in auth. conſti quæ de dign. in prin. &* §. j. *ibi,* vt hos, quos nos, &c. præter Orientis, de quo]. ſpecialiter dicit. ACCVRS.

e ¶ *Vrbicariam.* vtriuſque Romæ: *vt*]. *de priuilegiis vrbis Conſtantinopol. l. j.* ACCVRS.

f ¶ *Cōditionis.* ſ. curialis.

g ¶ *Ediderit.* facit ¯. *l. proxi. & infrà de princip. agen. in rebus. l. quicumque & ¯. de lib. & eor. lib. l. ij. & ¯. de nuptiis. l. imperialis. §. his illud. & ſuprà de lib. cauſa. l. fin. & ff de ſen. l. emancipatum.* §. j. ¶ Sed argu. contrà *in eod. titu l ſenatores, in fi. & ff. eod. l. iij. § in filiis. & de pæn. l. moris. §. iſta.* ¶ Et ſunt hæc argu. ad feudum [c], vt delictum patris [d] nō noceat filio iam nato, vel naſcituro.

h ¶ *Præfectura quæſtoris.* Si habeas præfecturam quæſtoris. i. quæſtor ſecundùm Azo. aliàs prętturæ: & tūc ſubaudi, patroni, quod eſt]. & ſecundùm hoc dignitas aduocationis in foro quæſtoris liberat, vt & alij fiſci, vt ſubiicit: qui ſcilicet erāt duo per ſingulos annos: *vt ¯. de aduoca. diuer. iudi. l. ſancimus. & l. binos.*

i ¶ *Tam præfectura.* vt punctum [e] ſit loco copulæ. & aliàs eſt, *præfectura:* & eſt ſēſus, id eſt, præfectus Orientis, ſecundùm Azo. & aliàs, *præfectura.* i. & tunc, dic, *patroni*, dico tam, &c. & ſecundū hoc bene ſubiicit, *vrbicariæ:* quia in foro prçfecti vrbis ſint aduocati. & hoc habent: aliàs oporteret dici repetitum de eo, quia ¯. de eo dixit ante, vel poſt dignitatem habitam patronatus, & ſecundùm hoc not. aduocatos [f] præfectorum habere idem priuilegium, quod aduocati fiſci: *vt ſupr. de aduoc. di. iu. l poſt duos.* §. Vel planiùs repetit, ſi quis fuerit cōſecutus honorem præfecturæ quæſt. &c. & eſt plana: & quod ſubiicit, *cùm ad fiſci,* &c. poteſt legi cum ſuperiori, & inferiori litera.

k ¶ *Liberantur.* hoc ex antiquis legibus.

l ¶ *Cū ad fiſci.* hoc refertur ad cū articulū, vbi de hoc modò dixi.

Cod. lib. poſt.

m ¶ *Poſtquam.* hoc ex antiquis legibus: hodie ſecus: *vt*]. §. *ex æuo.*

n ¶ *Principes agentium.* hi ſunt [a] decorati dignitate proconſulatus, & in ſcriptis conueniuntur: & non ſatis dant iudicio ſiſti: *vt*] *de prin. agen. in re l. iij. & fin.*

o ¶ *Noſtræ memoriæ.* ob hoc. ſ. dicti proximi, quia militabant in ſacris palatiis. horum enim erat trina militia. erāt enim milites [b] memoriç epiſtolarū: erant etiam, qui militabāt in libris memoriæ: aliqui in libellis cognitionalibus, & ſententiis: vt hic dicitur: hi excuſabātur à ſordidis, & aliis quibuſdam muneribus. Itē nec conueniebātur niſi apud magiſtrū officiorum Itē finita adminiſtratione erant comites conſiſtorij: *vt*]. *de prox. ſa. ſcri l. iij. & iv. & l. proximos & l. in ſacris.*

p ¶ *Suſceperant.* recte, ex antiquis legibus ſūt liberati. *hoc etiam*, &c.

q ¶ *Prolixoq; tempore.* ad *quod* ¯. *de offi. ma off. l. ij.*

r ¶ *Sobole.* ante, vel poſt dignitatem nata.

s ¶ *Ex æuo.* i. ab hoc tēpore in antea.

t ¶ *Progenitos.* i. ante dignitatē patris aduocationis fiſci. vel aliam de ſuperioribus.

u ¶ *Non eſt conceſſum.* vt in quinque primis nominatis hac lege.

x ¶ *Progeniti.* ante, ſ. dignitatem habitam patronatus fiſci.

y ¶ *Ex tribus maribus* [c], ſic ¯. *de adop. l cùm adoptiua & Inſt. de her. quæ ab inteſta.* § *admonendi.*

SI SERVVS, aut libertus, &c.

z SI *libertus, vel ius aureorū* per [d] quod habetur vt ingenuus quoad honores: *vt ff. de iur. aur. ann. l pen. & fin.* qd qualiter hat, notaui ¯. *de iure aur. ann. l. ij.* & ibidē *l j.* qualiter natalib. reſtituatur: hodie tamē hoc cōſequitur manumiſſus ex ipſa manumiſſione, & ſic non habet locū hæc lex: *vt in auth vt li. de ca. in princ.*

a ¶ *Legis.* ſ. [e] Viſelliæ, quæ punit in dāno extraordinariè cum infamia: *vt* ¯. *ad leg. Viſel. l. j.* quæ hodie [f] eſt correcta: *vt modò no.* ſed filij liberti ſic: *vt*]. *de dig. l. libertorum.* ¶ Item *vt* ¯. *de epiſ. & cler. l. iubemus.* § *ſeruos.*

b PRæſes.] *Ædilitate.* quorum [g] erat officiū ædes cuſtodire: *vt ff de loc pub. fru l. ædiles. & ff de peri. & cō. rei vēd l. lectos.* ¶ Et no. *ff. de ædil. edic. l. j. in prin* Acc.

c ¶ *Congruenti.* & domino, ſi fuit ignorans, redditur, vt ſubiicit.

d ¶ *Proceſſit.* domino ignorante. ACCVRS.

e ¶ *Subiugabit.* ſ. [h] intra xxx. dies, ex quo ſcieris eum ad talē dignitatē promotū poſtea .n. non audieris: imò liber, & ingenuus erit, nullo iure patronatus ſeruato, quemadmodū ſi te ſciētę ab initio foret adept⁹: ſed ipſe aut ea fruetur, ſi dignus appareat: aut ea tanquā indign⁹ ſpoliabitur: exiſtēs nihilominùs liber, & ingenuus,

a Duodecim dignitates liberāt à curia.

b Conſulis nomen in inſtrumentis ponitur ſtatim.

c In feudis delictum patris filio iam nato non nocet. v. tamen hic Rebuffum.

d Delictū patris an noceat ad feudum filio iam nato.

e Punctum loco eſt copulæ, *vt hoc. ſimile eſt Gl. in l. ij. § ſed ex verb. eiuſ ff. de Carbon. ediu. § vbi planius dixi.*

f Aduocati Præfectorum prętorio habent priuilegium aduocatorum fiſci.

a Principes agentium quæ habeant priuilegia.

† id eſt, verbis Romę CONT

b Milites memoriæ epiſtolarum, memoriç libellorum cognitionaliū, & ſententiarū, & eorum priuilegia.

† Hoc hodie mutatum AVTH.

c v. Alciat in d. parerg. i. & Cuiacium hic.

d Effectus iuris aureorum annulorum.

* Originiæ.

e Lex Viſellia.

† Publica fama quis cōſequitur in quaſi poſſeſſione ingenuitatis.

f Liberti hodie poſſunt in curiam admitti, ceſſant his pœnis legis Viſelliæ.

† ſubaudi præpoſiti, & præcedente quidē reſcripto principis, cuius extat formula apud Caſſiodorum li. 7. varia. pa. 178 CONT.

g Ædituum officiū, ædes cuſtod re.

h Pœna ſerui patientis ſe ad dignitatē promoueri.

genuus, vt ĵ. *qui mi.nõ poſ.l.pen.& ſ.* hoc ita ſi ad dignitatẽ.nã ſecus ſi ad ciuilia munera ſeruũ aſpirare conceſſerit. nã ſeruus tũc cõfiſcabitur cũ verberib: & dominus pro his omnib.quę ſeruus malè egit,cõſtrictus tenebitur: *vt ĵ. de tab.l generali.* ¶ y. Itẽ hæc vera,ſi quinquennium non trãſijt à die mortis martis: alias nõ ſubiugabit: *vt ſ. ne de ſta.defũ l.ſi mater & facit ad hoc C.de ſer.fu.l.ſi & de ſu.& le l.ex libera & de libe.cau.l.non mutat. & ff.de re.iu l.in bis & ĵ. de agr.& ceſ l colonos.& ff.de of præſ.l. Barbarius.*

DE PRÆDIIS decurionum ſine decreto non alienãdis.

a ¶ *Si quis.* Ex hac lege poteſt notari,quod venditio rei facta à curiali nõ tenet,niſi ſit facta cũ auctoritate iudicis: q tamẽ hodie non obſeruatur in ciuitatibus Lõbardię:licet deberet obſeruari,cùm Imperator hoc conſtituerit,vt reſpub. diuites curatores habeat: *vt ĵ.prox.in fin. ibi.ex conſenſu,&c.*

b ¶ *Neceſſitate* a.rei familiaris:de qua neceſſitate loquitur *Coll.de reſcind.ven.l.non idcirco.*

c ¶ *Competentem.* præſidẽ: *vt ĵ* *l.ĵ.& de vend.re ciui.l.vnica,in fin.*

d ¶ *Strangulatur.* i.venditur: & loquitur ironicè b:quaſi malè eſt, quod venditur: ſed neceſſitas cogit; *ſic ff. ad Sil.l.ĵ.§.occiſorum.*

e ¶ *Infirma* c. *ſic ff. de reb.cred.l.mogu.§.ſi as.*

f ¶ *Immoderatus.* i.ſine cauſa d.

g ¶ *Debeat* e. ſic *ff. quod me.cau.l.ĵ.& ſ. de transact.l transactionem.*

h ¶ *Quādoquidẽ.* i.quia.

i ¶ *Suppoſitas* f. ſic *ſ. quod met.cau l ſi per impreſſionẽ.& de auclo.tut. l pupillus §.1.* Accvrs.

k ¶ *Priuãdum.* ſic *ſ. de rei vind.l ſi fundũ & l.domum & ĵ.de agro & cenſ.l.quemadmodum.& ſ.de pas tuſtr.& tur bo ſisci.l.ĵ.& ſ.de præſcrip xxx.an.l.ĵ.* Sed arg. cõtra *ĵ.nõ lic.ha.met.l.ĵ.*

l ¶ *Nec võditio* l.Hic notat qualiter b venditur res curiæ: vt hic. Item qualiter curialis: *vt ĵ.de venere cu.l.ſ.3.* Item qualiter eccleſiæ: *vt in authent.hoc ius porrectum.* Item qualiter fiſci: *vt ſ.de fid. inſtr. & iu.ha.fiſ l.ĵ.& de ve.re.fiſ.cum priuat. comm. l.ĵ.* Itẽ nõ qualiter liberatur debitor curię: *vt hic* Sed Py. intelligit hoc,quando per confeſſionẽ.Si autẽ per ſolutionem,tunc ſufficit ſolui curatori ciuitatis,ſecundùm eum.4.Item not. qualiter ciuitatis debitor liberetur: *vt ĵ.de ſolu & lib.debi. ci.l.ĵ.7.* Item qualiter fiſci: *vt ſuprà de conue fiſci.de l ĵ.* Accvr.

m ¶ *Acta.* forte præſidis.

n ¶ *Maioris partis* h. *ſic ff.de tut.& cura.da.ab his. l.vbi. & ſuprà de decu.l.nominationum.& infr.de leg.l.ſi quid.Item facit in auth. de aliena.emphy.§.emphyteuſis.*

o ¶ *Dictum eſt.* in Græcis legibus.Vel dic hac lege,eo quòd ſolenniter fieri mandauit.

I. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA Cynegio P.P.†

Si quis a decurionũ, vel ruſtica prædia, vel vrbana venditor neceſſitate b coactus addicit, interpellet iudicem cõpetentem c: omnéſque cauſas ſigillatim, quibus ſtrangulatur d, exponat: & ita demũ diſtrahendæ poſſeſſionis facultatem accipiat, ſi alienationis neceſſitatem probauerit. Infirma e enim venditio erit, ſi hæc fuerit forma neglecta: ita enim fiet, vt nec immoderatus f venditor, nec emptor, cuiuſcumque ſit conditionis, inueniatur iniuſtus: denique nihil erit poſtmodùm, quo venditor, vel circumuentum ſe inſidiis, vel oppreſſum potentia cõparatoris queri debeat g, quandoquidem h ſub fide actorum, & de neceſſitate diſtrahentis, & de volũtate pateurit comparãtis. Quòd ſi quis contrà vetitum occultis molitionibus per ſuppoſitas i fraude perſonas, cuiuſlibet loci, quẽ tamen ei decurio diſtrahebat comparator extiterit: ſciat ſe pretio, quod dedit, eſſe priuandum k: & locum, quem comparauit, cum fructibus † eſſe reſtituendum. Dat. viij. K. Decemb. Conſtantinop. Honorio N.B.P. & Euodio Coss.

Venditio rerum, & liberatio debitorum ad curiam pertinentiũ, non debet fieri ſine decreto curiæ: & quicquid redigitur, debet reuolui ad curiam, & eodem modo debent fieri locationes. Bart.

II Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio P.P.

Nec venditio l rei hæreditariæ curiæ acquiſitæ, aut debitores hæreditarij, qui ſoluerit, liberatio aliter admittenda eſt, niſi apud acta m totius, vel maioris partis n ordinis intercedente decreto, ineundi cõtractus, vel diſſoluendæ obligationis cauſa probetur. Ita enim & id quod ex ea redigitur, ad prædiorum iubemus comparationem expendi: quorum reditus omnes (ſicut dictum eſt o) eiuſdem curiæ publicis muneribus, quæ p ſolatio q egere cõſtiterit, iuſtiſſimè ſeruabuntur: ex conſenſu omnium, & maximè ditiorum, vel r idonea f fideiuſſione oblata conductoribus eligendis.

Decuriones non poſſunt vendere ſine decreto: alios autem contractus non prohibentur celebrare: & decretum non poteſt interponi, niſi de conſenſu maioris partis decurionum. Bart.

III. Imp. Zeno. A. Sebaſtiano præfecto prætorio †.

Curiales vendere quidem res immobiles, vel mancipia ruſtica prohibemus ſine interpoſitione decreti t a: donationes verò β, vel permutationes, vel quoſlibet alios, etiam ſine decreto, permittimus u celebrare contractus: quoniam & ſacræ conſtitutiones, quæ ſuper hoc à retro principibus latæ ſunt, in plurimis ſuis partibus de pretio non redhibendo x locutæ ſunt: vt ex hoc apertiſſimè detur intelligi y, ſolùm venditionis decurionibus ſine decreto interdictum fuiſſe contractũ: cùm tamen venditio intercedente z (vt dictũ eſt) decreto agitur: nullum eos, vel qui ab his comparant, diſpendium cuiuſcumque perſonæ, vel cauſæ, vel theatralis a liberalitatis nomine (quod frequẽter fieri dicitur) ſuſtinere decernimus: nec ex tabella b decretũ recitari: ſed curialium, vel maioris partis c curiæ relatione currẽte d, ſine vlla malignitate referentium, vel damno contrahentium, ad confirmandam emptionem competentis iudicis e proferri ſententiam f.

* * *

QVANDO, ET QVIBVS quarta pars debetur ex bonis decurionum, & de modo diſtributionis eorum y.

TITVLVS XXXIV.

Si extraneus ſuccedit alicui decurioni, debet curia habere quartam. Bart.

p ¶ *Quæ munera.*

q ¶ *Solatio.* id eſt, expenſa aliqua, quæ ſolatium eſt illis, quibus datur. *ſic ff. commun. prædi.l. venditor § ſi conſtat.*

r ¶ *Vel.* pro etia. Vel dic ſ quãdo idoneus. hic quãdo nõ idoneus eſt conductor: *ad quod in auth de man.princ.§.no permittas.coll iij.*

ſ ¶ *Idonea.* quæ eſt ex facultate a etiã conuenienti: *vt ff. qui ſatiſd. cogan.l.ij & de publica.l. licitatio.*

t ¶ *Curiales.*] Decernit. nec minoris b venditur res ſine decreto: *vt ſuprà de offic. eius, qui vicem al.l.ĵ. & de epiſc.& cler. Auth.hoc ius porrectum.*

a ¶ *Sine interpoſitione decreti.* Hoc eſt, quod dicitur ſuprà *in l. pen. ſuprà de reſcinden.vend.* Vide ibi. Cviac.

β ¶ *Donationes verò* Vide ſcripta *ad tit. ſuprà de reb.alie.non alie.* Cviacivs.

u ¶ *Permittimus.* ſpecialiſſimum ius. *ſic ſuprà de iur emphyt. l.ſ. in princip. regulariter contrà: vt ff de reg iur.l. cui ius eſt.* Et eſt ratio: quia c faciliùs vendunt, quàm donãt *ſic ff.ad Vell.l vt.* Sed & mulieri donare d permittitur, nõ fideiubere. Item facit *in authenti.de non alien. §. quia verò Leonis.* ¶ Item poteſt hic eſſe alia ratio, quia contra e ius f commune dicitur decretum in venditione exigi.ergo non trahitur ad cõſequentiam: *vt ff. de pign.l.in quorum.*

x ¶ *Non redhibendo.* ſi quis emerit ſine hac forma: *vt ſuprà l.ĵ in f. cum concor.*

y ¶ *Intelligi.* nam in g venditione eſt pre.ium, non in aliis contractibus: *vt ff.de contrah.em. l.ij §. ĵ & eſt ſic Cod de teſta.l.non codicillũ.* A cvrsivs.

z ¶ *Venditione intercedente.* neceſſitate, non ſpõtenea *ſ l.ĵ.*

a ¶ *Theatralis.* i. emptores talium prædiorum conſueuerant aliquid dare ad ludum theatri.

b ¶ *Tabella.* aliâs, *tabello*: alias h, *tabella*, id eſt, per delegatum: quia quæ cauſæ cognit. &c. *vt ff. de officio procon. l. nec quicquam. §. vbi.*

c ¶ *Maioris partis.* ſic *ſ l.prox.*

d ¶ *Currente* i per circuitum: *vt in auth de defen.ciui.§.interim. coll.y.*

e ¶ *Iudicis.* ordinarij.

f ¶ *Sententiam.* id eſt, decretum.

g QVANDO, ET QVIBVS, &c.

Quando debetur, & quid, & quando eſt hæres non curialis, vel quando curialis: ſed non in toto: vt ĵ l.ĵ.& l. ij. in prin. item quibus debetur: Reſpond. à curiali, vt infra, l.ij.in princip. qualiter diſtribuatur, ad eſt, dimidiatur inter curiam, & hæredes, quod habes infra. t.tul.ſ l.iij §.1.

y ¶ Quæ pertinent ad hunc titulum reperies pagin. proxime ſeq.

† Cod. Th.12. 3.

a Ordo ſeruẽdus in incarceratione: & antequã quis in carcerẽ cõiiciatur, cõſtare ad liquidũ de delicto oportet. *vt Lanfrancus in pra. c.3.*

b Ironia.

c Actus ipſo iure nullus eſt, quoties forma per legẽ introducta non ſeruatur.

d Cauſæ enim ſigillatim exponendæ, & probandæ. Bart.

e Suppoſitis perſonis in fraudem legũ vti non licet

† Vbi contractus eſt nullus, poſſeſſor, aut emptor nõ lucratur fructus.

f Pretium emptor nonnunquam amittit.

g Decretũ optatur ne quis poſſit conquẽri de deceptione vltra dimidiũ iuſti pretij de dolo, de metu, vt hic

h Quẽadmodum vendantur res curiæ, curialis Eccleſiæ fiſci.

i Quemadmodũ liberentur debitores curiæ, ciuitatis, fiſci.

k Partis maioris conſenſus, pro omnium conſenſu habetur.

a Fideiuſſor idoneus ex facultate conuenienti æſtimatur.

b Sine decreto res minoris vendi nõ poſſunt.

† Hanc legem accuſat Iuſtinianus Nouel. 38.

c Faciliùs venditur, quàm donatur.

d Donare mulier poteſt: at non fideiubere.

e Decretum in venditionibus contra ius commune requiritur.

f Venditionis verbo non cõtinentur alios cõtractus, quãdo vẽditionis verbũ protertur cõtra ius commune in materia ſingulari, ſecus ſi non contrarius cõmune, hinc colligit Cepola ... ſupr. de ... pro emptore ...

g Vbi pretij mentio habita emptio, & venditio intelligitur ... verbum ...

IV.

h Conſtitutio Græca ... in hic deeſt, qua iubebat, vt tam donatio, quàm omnis actus alienationem cõtinens decreto ſubiaceret a vide ait Nouell 38.

h Malè nõ ex tabella, id eſt, viua voce, ne quid pro ſcriptura exceptoribus dare cõtrahentes ſit neceſſe.

i Sic l.39. ſupra de decurionibus

I. *Impp.* THEOD. & VALENTINIANVS AA.

SI decurionum conſortio ſit alienus [a], qui curiali ſucceſſit: competentis eidem [b] iuris, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte hæres [c] ſit, bonorúmve poſſeſſor [d]: partem quartam iure optimo à curia [e] peti decernimus Dat. V. Id. Ian. CP. Felice, & Tauro Coſs.

Curiales debent habere quartam extraneo ſuccedente curiali: non tamen de ſingulis rebus: ſed facta omnium diuiſione, prout hæc lex exprimit. BART.

II. IIDEM AA. *Apollonio præfecto prætorio* †.

MEminimus nuper emiſſa lege [f] diuali, portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, ex qualibet nouiſſima voluntate, vel ab inteſtato etiam, ad quemcumque [g] (præterquam ſi ad filios curiales) deferatur, curialium deputaſſe corporibus: ſed multi [h], tanquam corrumpendi totius patrimonij occaſione captata, vniuſcuiuſque rei ſibi particulam [i], vindicando, adeò totas dilacerant facultates, vt dum participibus [k] relictarum opum nocere cupiunt, ſua quoque iura præcipitent, quorum nimiam licentiam prouida diſpoſitione refrænantes, ipſis quidem curialibus occupandi ſua auctoritate res mortui, copiam denegamus [l]: hæres autem, ad quem ab inteſtato, vel ex poſtrema voluntate directis, vel fideicommiſſariis verbis decurrit hæreditas, omne patrimonium, quod relictum eſt, in partes quatuor diuidi procuret: vt rebus totis [m] in ſortiũ [n] * caſum deductis, vel curiæ quadrantis, vel hæredi, aut fideicommiſſario per vniuerſitatem dodrantis electio ex ſortis fœlicitate contingat: ita ſcilicet & præfati ſucceſſores, & curia promiſcui rerum dominij liberabuntur incommodo. Naturale [o] quippe vitium eſt negligi, quod communiter poſſidetur: vtq; ſe nihil habere, qui nõ totum [p] habeat, arbitretur: denique ſuam quoque partem corrumpi patiatur, dum inuidet alienæ. Sed vbi quarta pars bonorum mortui curiæ debet offerri: immobiles quidem res, quæ nec latere facilè poſſunt, nec cuiquam (ſi diuulgentur) officiunt [q]: ſub aſpectu etiam curialium æſtimari, diuidique concedimus: mobiles autem res, vel ſe mouentes †, vel inſtrumenta, vel ſi quid aliud etiam in huiuſmodi iure conſiſtat, in medium proferri, diuulgarique non patimur: ſed iuratis ſucceſſoribus, cùm apud ſe diligenter æſtimauerint, quæ, quantique ſint pretij facultates, credi oportere [r] decernimus. Quid enim tam durum, támque inhumanum eſt, quàm publicatione, pompáque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ exponere diuitias [ſ]?

In exigendis verò debitis, ſi pretium, quod pro quarta parte actionum curiæ competit, ſucceſſores præſtare noluerint: cautionibus iurata fide [t] prolatis in medium, vnuſquiſque à debitoribus conuenientem ſibi exigat portionem. Æquè ex diuerſo æs alienum, ſi cui defunctus fuerat obligatus, tã iidem ſucceſſores, quàm curia pro ſua ſorte reſtituere compellantur [u]. Quòd ſi ſæpe dicti ſucceſſores ſacramentum ſibi crediderint excuſandum: tunc verò ad ſimilitudinem rerum immobilium diligentior curialibus omnium rerum indago præbebitur, ſcilicet vt vniuerſis mortui facultatibus in aperto propoſitis, vel æſtimatio [x] rerum, vel diuiſio ſub præſentia curialium celebretur. In omnibus autem caſibus: vbi quarta pars curiæ competit, tranſactiones [y] interpoſitas firmas, illibatáſque manere decernimus.

Deſcendentes maſculi curiales, vel fœmina nupta curialibus, vel extranei curiales ſuccedant in totum: non curiales, vel curialibus non nupta, quartam dare curia debent: & cui nubent, triennium expectatur. BART.

Ad filiorum verò curialium [z], vt nepotum, ac pronepotum, ſcilicet decurionum ſimilitudinem, ad quos integras opes peruenire cenſuimus [a]: filiam, quinetiam neptem, pronептémve, principali [b] eiuſdem ciuitatis, vnde pater, auus, vel proauus oritur, nuptam, rerum, vel ab inteſtato, vel ex diſpoſitione vltimæ voluntatis quæſitarum inte-

mè ſeq. ſub tit. 38. illuc tranſlata operarum in curia.

a ¶ SI decurionũ.] *Alienus*. i. non curialis ſucceſſit curiali: *vt infrà eodem. l. prox. in princip.*

b ¶ *Eidem.* ſcilicet curiali, vel eius hæredi poteſt. ¶ Item excipe quaſdam alias perſonas: *vt infrà, eod. l. ij. §. ſed & ſi & §. extraneum.*

c ¶ *Hæres.* de iure ciuili ex teſtamento, vel ab inteſtato.

d ¶ *Bonorúmve poſſeſſor.* de iure prætorio.

e ¶ *Curia.* id eſt, petet à curia: *vt ſ. de na. li. l. communium. §. ea verò, quæ. & j. de his, qui ſpon. mu. pub. ſub. l. ſi.* ¶ Et nota optimè. nam ſecundùm Py. ius petendi tripartitum eſt. nam aliud eſt bonũ, aliud eſt melius, aliud optimũ. Bonum [a] eſt, ex quo tantùm eſt exceptio: *vt ſ. de vſur. l. quamuis.* Melius, ex quo tantùm iudicis officio eſt petitio: *vt j. eod. l. in bona fidei.* Optimum eſt, quod eſt vndique ex omnibus ſuis partibus circũuallatum: quia etiam petitionẽ inducit per actionem: *vt hic, & ſuprà eod. tit. l. j.*

† Nou. Theodoſij, quę integra hodie extat in breuiario Alarici fol. 92. CONT.

a Ius bonũ dicitur, quod habet exceptionem: melius, quod ab officio iudicis pẽdet: optimum, quod habet actionẽ efficacem. v. Romanum *ſingul.* 16.

f MEminimus nuper emiſſa lege *vt ſ. l. proxi.*

g ¶ *Ad quemcumque.* excipe: *vt j. in fin. l. §. ſed & ſi. & §. extraneũ*, qui videtur contrà.

h ¶ *Sed multi.* ſcilicet curiales, quibus defertur dicta quarta.

i ¶ *Particulam.* ſ. quartam [b] rei. ſic *C. de inoff. teſta. l. ſi quis in ſuo.* vbi appellat minuſculam quartam.

b Quarta, particula minuſcula appellatur.

k ¶ *Participibus.* *, id [c] eſt, hæredibus. ¶ Et no. ar. contra peſſimos, & maleuolos cohæredes: qui propter vnius minimam portionem, vel alterius maximam inuidiam, minutatim [d], putà per ſulcos hæreditatem diuidere, vel etiam per perticas cupiunt. Debet igitur ex vniuerſitate diuiſio fieri, quæ vulgari ſermone apud Italos dicitur in groſſo, ſecundùm Py. & pro hoc facit *ff. ad legem Falcid. l. ij. & quod ibi nota.*

* hæc Gloſſa eſt Azonis. CONT.

c Participes, pro hæredibus.

d Hæreditatis diuiſio fieri non debet in res ſingulas minutatim.

* in ſortium, caſúmque tecti.

l ¶ *Denegamus.* ſic *ſ. de iur. fiſ. l. prohibitum. & l. defenſionis.*

m ¶ *Totis.* id eſt, omnibus. ACCVRS.

n ¶ *In ſortium.* ſic dictum à ſorte. ſubſtantia enim ſic diuiſa ſorte [e] dirimetur, ſi aliàs non conueniat verùm curia quadrantis, an cohæredes, vel fideicommiſſarij dodrantis electionẽ habeant: vt is præferatur, quẽ ſors prætulit in eligendo: *vt ſ. communia de le. l. ſ. in princ.* niſi fortè ſit vxor defuncti, quæ ſucceſſit ex teſtamento, vel ab inteſtato per bo. poſſ. vnde vir, & vxor: *vt ſ. vnde vir, & vxor. l. j.* cui circa illam ſortem ſpeciali priuilegio optio [a] conceditur: *vt ſuprà de his, quæ ſe de fr.* habetur tamen alias, quòd illi eſt optio [b] committẽda, qui maiorem partem in re habere noſcitur: *vt ſuprà de donat. l. ſiminus. §. ſi autem. argu. ff. fam. erciſc. l. cætera. & l. ſi quæ. quæ ſunt contrà.* Item ad idem, *ff. fini. reg. l. de modo.* Sed aliter intelligitur. Item aliàs datur vni electio alia ex cauſa: *vt infrà de metal. l. ij. quæ eſt contrà.* ACCVRS.

e Sorte interdũ datur electio.

† Mobilium appellatione animalia comprehendi hinc colligunt. vide Gloſſam ad l. 15. §. 2. ff. de reſcindata.

a Optio vxori defuncti hęredi interdũ datur

b Optio cui hæredum detur.

o ¶ *Naturale.* Not. [c] *ſic ff. de le. ij. l. cum pater. §. dulciſſimis. & de admi. tu. l. ij. §. apparet. & de ſer. vrb. præ. l. in re communi* Sed argu. contrà, *ff. pro ſoc. l. mariſo.* Item facit *ff. de tute. l. in eos.*

c Communia negligi ſolent. [illegible]

p ¶ *Non totum.* ſic. *ff. commo. l. ſi vt. § ſi.*

q ¶ *Officiunt.* Not. fieri quod [d] alij prodeſt, & nemini nocet: *vt infrà de prępo. ſacri. cu. l. ſi. & ſuprà de preci. impe. offe. l. reſcripto.* ¶ Et nota, quòd inducitur hic, quod pro [e] re immobili non agitur ad exhibendum: quod per ſe patet: *vt hic dicitur.*

d Facere nobis licet quod nobis prodeſt, nocet nemini.

e Immobilium cauſa non agitur ad exhibẽdum: atque ita quæ leges loquũtur de oblatione, & cõſignatione, locum non habent in immobilibus. *l. Marcellus. ff. rerum amotarum.*

r ¶ *Credi oportere.* ſic *ſ. de fideiuſ. l. ſi. & in authen. de coll. § ſuper. & j. proxi. §.*

ſ ¶ *Diuitias.* ſic *ff. ad le. Aquil. l. ſi quis teſtamentum § pe & ſ. de ali. pu. præ. l. ij.*

t ¶ *Iurata fide.* ſic *ſuprà proxi. §.* & eſt argu. quòd vxor [f] iuramento [g] patefacit bona hæredibus: item [h] vaſalli feuda. *ſic ſuprà de his, qui ad ec. confu. l. præſenti. §. ſicubi.*

f Iuramento vxoris creditur de bonis viri defuncti vaſalli, de feudo.

g *Adde Gloſ. in l ſciendum. § licentia ſup. de iure deliber. & in l. Prætor § ſed ſi mſto ff. de edendo.*

h Iuramento quorundã ſtatur in bonis patefaciendis.

u ¶ *Compellantur.* ſic *C. ad leg. Iul. de vi publ. tutoris.*

x ¶ *Æſtimatio.* ſ. ſi diuidi non poſſunt.

y ¶ *Tranſactiones* ſi res ſit dubia: aliàs non: argu. *ſuprà de tranſ. l. præſens.* ACCVR.

z ¶ *Curialium.* id eſt, quòd filij ſint curiales, ad quod eſt ſequens ſimilitudo. ſic eſt contrà, *j. tit. j. l. j. in princip.* ſolue, vt ibi.

a ¶ *Cenſuimus.* vt *ſ. in prin. huius legis.*

b ¶ *Principali.* id eſt,

decurioni, ſeu curiali: *vt* *ſ. de decu. l. quilibet.*

a ¶ *Dominium* non habet enim curia quartam.

b ¶ *Alienum.* contrà *j. tit. j in princ.* Sol. vt ibi.

a Conditio, ſi nupſerit, intra triennium poſt pubertatē impleri debet.

c ¶ *Triennij* a. quadriennio quarta ſtetit in ſuſpenſo.

d ¶ *Fructibus addicatur.* hic videtur matrimonium b vinculo pœnę aliquatenus adſtringi. ſic ſunt argu. c *ſ. de inutil. ſtip. l. libera. & ff. de verbo. oblig. l. Titia. & l. ſtipulatio facta. ſic ff. de condit. & demon. l. Titio. §. j. ibi*, huic ſententiæ, &c.

b An, & quomodo matrimonia vinculo pœnæ adſtringantur.

c Hæ leges loquitur in pœna conuentionali, hic de legatis: vel ibi loquitur de pœna pecuniaria, hic de pœna amiſſionis: vel hic poterat honeſtè nubere.

e ¶ *Conſeruetur.* ſ. hoc caſu, cùm nō nubit curiali, cùm curia habeat quartam: at quādo nubit curiali, curia nihil habet: *vt hic dicitur.* & ſic non eſt locus huiuſmodi iuramento.

* Incluſa deſunt in omnibus manuſcriptis, & perperā inſerta ſunt à sciolis librorū corruptoribus, ex libro Nouellarum Theodoſij.

f *SI quis curialibus*] *Vel filiabus. vel*, pro *&*: vt patet ex ſequentibus.

g ¶ *Querela.* quæ eſt quarta ſuæ portionis ab inteſtato iure iſto: *vt Cod. de inoffic. teſta. l. cùm quæritur.* ſed iure auth. ſecus & dic: *vt C. de inofficio. teſta. authent. nouiſſima.*

h ¶ *Aliis.* ſcil. fœminis, vel extraneis.

i ¶ *Minima.* legitima tamen, omnibus comparatis maribus, & fœminis.

k ¶ *Maſculis.* in minima inſtitutis.

l ¶ *Quarta.* ſic *j. de his, qui ſpon. mu. pub. ſu. l. ſi. §. j. & in authent. de na. li. curia depu. §. j* ſed hodie noniuncium: *vt in authentic. de triente, & ſe. §. exceptuatur. coll. iij. & quibus mo. na. ef. ſui. §. ſi quis autem. coll. vij.*

* Annotation, ſanè nō aſpernandam huic loco commodam repere ex prætermiſſ. inferà.

m ¶ *Ex permixtione.* habentur ergo pro d nihilo fœminæ, quo minùs curiales habeant quartam omniū, niſi ſit nupta curiali: *vt j. proxi.*

† huius ſuæ legis ſententiā Græcè recitat idem Iuſtinianus in Nouel. 38. CONT.

d Fœminarum deterior, quā maſculorum conditio

n ¶ *Non migrauerint.* id eſt, non nupſerint curiali.

o ¶ *Extraneis.* vel datiuus, vel ablatiuus.

p ¶ *In reliquam partem.* ſ. quartam. quam prædicta debet habere inſtar matris curialis: *vt j. proxi. §. & generaliter.*

q ¶ *Theodoſianæ.* quæ eſt ſuprà *l. proxi. §. ad filiorum* volebat enim illa nihil ad curiam pertinere, ſi talis eſt filia inſtituta, quæ ſit nupta curiali. Sed illud intelligitur, ſi ſibi eſt totum relictum: non ſi extraneo, vel filiæ non nuptæ tali: vt hic.

r ¶ *Patrimonij* totius, ſi tātum poteſt auferri extraneis: quia tantum

grum, nullàque parte minutum dominium a habere ſancimus. Quòd ſi poſt parentum obitum inueniantur innuptæ, vel viduæ: in impuberibus quidem poſt tranſactam pubertatem; in aliis verò, quæ pubertatem exceſſerint, vel etiam in viduis poſt mortem parentis triennium dūtaxat volumus expectari: vt interim quarta portio ſuſpenſa, aut apud eam, ſi in matrimonio curialis eiuſdem ciuitatis fuerit collocata, perpetuo iure permaneat: vel ſi intra id tempus alienum b ab eadem curia ſortiatur maritum, penitúſve nupta non fuerit, memorata pars totius ſubſtantiæ curiæ cum triennij c tam vrbanorū, quàm ruſticorum prædiorum duntaxat fructibus addicatur d: ita tamen, vt [&* optionis conditio in offerendis rebus quartæ partis, vel dodrantis] & ſacramenti tam de quantitate, quàm de æſtimatione rerū mobilium, déque actionibus inferendis, vel excipiendis (ſicut in extraneis perſonis dictum eſt) ratio conſeruetur e. Sed & ſi mater mortui, vel auia tempore quo filius, nepóſve moritur, in coniugio eiuſdē ciuitatis curialis inuenta fuerit; ne ipſas quidem patimur quartæ portionis ſubire iacturam. Extraneum quinetiam hæredem propinquitatis quidem iure diſcretū, curiæ tamen eiuſdem ciuitatis obnoxium, ſupradictæ portionis diſpendio liberamus. Dat. VII. Id. Mart. Conſtantinop. Dioſcoro, & Eudoxio Coſs.

* *

III. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menna præfecto prætorio.*

SI quis curialibus † muneribus obnoxius, vno fortè, vel pluribus filiis, vel filiabus f derelictis, filio quidē, vel filiis ſubſtantiæ ſuæ partem minimam dereliquerit (eam tamen, quæ excludere eos ab inofficioſi querela g poteſt) aliis h autem ſuam ſubſtantiam dereliquit, vt ex hac patrimonij diſtributione apud filium quidē, vel filios curiales minima i pars ſubſtātiæ remaneat, totum autem curiale munus maſculis k immineat, ſiue filij ſint, ſiue nepotes, vel pronepotes, curiali tamen conditioni obnoxij: ſancimus huiuſmodi iniquitatem reſecari: & nō minùs quarta l portione in maſculos poſſe teſtatorem tranſmittere: ſiue vnus eſt filius, ſiue plures: nulla deminutione ex permixtione m ſororum eis facienda: vt non ſolū corporibus: ſed etiam ſubſtantiis laborantes, poſſint curiale habere conſortium. Ad hoc ſancimus, ſi quis curialis filiabus pluribus derelictis ab hac luce fuerit ſubſtractus, quārum vna curiali eiuſdem nupſerit ciuitatis: aliis filiabus, quæ ad huiuſmodi vota nō migrauerint n, vel extraneis o in reliquam partem p hæredibus derelictis: non videri curiæ ex ſententia legis Theodoſianæ q ad Appollonium ſcriptæ ſatisfieri: ſed omnino quartam partem patrimonij r curia conſequatur; ſiue vni filiæ, quæ curialibus nuptiis copulata ſit, deputanda eſt: ſiue ex aliis hæredibus colligenda f: filia proculdubio, quæ curiali nupſit, immuni ab huiuſmodi quartæ datione t ſeruanda: cùm per maritum u eius, quantùm ad ipſius perſonam, curiæ ſit ſatiſfactum: & hoc obſeruari non ſolùm ſi vltimo elogio condito teſtator curialis deceſſerit: ſed etiam ſi inteſtatus diem ſuum obierit x.

¶ Sed & ſi quid y minus quarta parte fuerit, vel minimè derelictum: hoc modis omnibus filio curiali, vel filiæ, quæ nupta eſt eiuſdem ciuitatis decurioni, ex ſubſtantia patris curialis modis omnibus vel deputari, vel adimpleri: nullo obſtaculo curiæ opponendo, ſi ſecundùm prædictam legem z filius, nepos, pronepos, pater, auus, proauus curiali morienti fuerint derelicti, qui nexibus curialibus ex quacumque vel dignitate a, vel occaſione b fuerint abſoluti. In hoc enim Theodoſianæ legi apertiſſimè volumus eſſe derogatum.

¶ Et generaliter definimus ex omni cauſa neque maſculos liberos, neque filias copulatas matrimonio curialis c, minus quarta parentis ſubſtantiæ habere: vel non extantibus filiis, vel filiabus d: ſed aliis e hæredibus, ipſam curiam ſecundùm anteriores leges quartæ curialis morientis habere ſolatium. D. Kal. Ian. C P. Iuſtiniano A. II. Coſs.

* * *

DE IMPONENDA LVCRATIVA † DESCRIPTIONE f.

TITVLVS XXXV.

habent: aliàs auferetur quòd habēt. & quod deficit, non auferetur filię, vt ſubiicit. ¶ Sed ſi ſint filię nō nuptæ illę inſtitutę, aut filij nō curiales quomodo aufertur eis totū? Reſpō. hoc quoad curiam, & ad curialem, quę duas quartas habēt integras *vt j co. §. nullo.* & hoc cōtra extraneos, vel contra curialē, quātum eſt vltra quartā: ſed iuuantur filii nō curiales, vt habeant debitum bonorum ſubſidium.

f ¶ *Colligenda.* ſ. ſit quarta, ſubaudi & non filiæ danda. ACCVRSIVS.

t ¶ *Quarta datione.* ſiue ſolam quartam, ſiue etiam plus habeat.

u ¶ *Per maritum.* a ſic *ſ. de na. li. l. ſi quis. §. ſi & ſ. prox. §. ad filiorum & in auth quib. mo. na. eff. ſui. §. & hoc ſimiliter.*

a Mulier, quæ tenetur ad aliqua perſonalia curiæ, videtur ſeruire curiæ per maritum.

x ¶ *Obierit.* vt ſi nō ſuccedat ſolus curialis, vel ſola nupta curiali, curia habeat quartā: & vnam curialis, vel nupta curiali: aliæ autem duæ diuidātur inter omnes filios etiā curiales: *vt arg. C. de bo. proſcrip. l. ſ.* ACCVR.

y ¶ *Sed & ſi quid.* Dixi filium curialem habere integrā quartam, & filiam curiali nuptā habere integram quartā: ſed & ſi, &c.

z ¶ *Legē.* per legē enim ſuperiorem, *§. ad filiorū*, videbatur ſufficere vnū eſſe curialem, vel vnam filiā curiali nuptam, vt curia in totum excludatur: ſed nō eſt ita, ſi alii, quibus eſt relictū, ſunt non curiales: quia tunc curialis quartā, & curia quartam: reſiduū inter omnes liberos diuiditur, vt diximus, & lege, ſecundùm P. ſi filius, &c.

a ¶ *Dignitate.* quod hodie nō fit, niſi per xii. dignitates: *vt ſ. de dec. l. ſi.*

b ¶ *Occaſione.* tali, de quali dicitur *ſ. de dec. l. nemo index. & l. ſi quis decurio.* nō dico præſcriptione: ne ſit cōtra *ſ. de praſc. xxx an. l. praſcript. & infrà. de agri. & cen. l. cùm ſatis, in prin. lib. xi.*

c ¶ *Curialis.* nam ſi non eſſet copulata curiali, non poſſet dicere teſtamentum inofficioſum, licet minus haberet quarta.

d ¶ *Vel filiabus.* ſ. talibus, quæ ſint nuptæ curiali.

e ¶ *Sed aliis.* qui non sūt curiales: aliàs ſecus: *vt ſuprà l. prox. in fi.*

e Videtur hic ſeceſſe, Græca cōſtitutio, cuius meminit Nouel. 38. c. 1. vt curiales filiis ſuis dodrantem relinquant. CONT.

f DE IMPOnenda lucratiua deſcriptione.

Aliàs, lucratiuis, *id eſt, rebus tranſlatis titulo lucratiuo: aliàs*, lucratiuorum.

† Lucratiuorum legendū, vel lucratiuis: vt in manuſcr. CONT.

tiuorum: & ſimiliter exponitur. ¶ Et dic differentiam inter hunc, & ſuperiorem titulum: quia in ſuperiori titulo quarta rei totius datur curiæ, hic quatuor ſolidi tantùm. 2. Ibi illa quarta de omnibus rebus: vt ſ. tit. i. l. ij. hic quatuor ſolidi de immobilibus tantùm: vt in princ. huius legis. ¶ Ibi ibi de titulo ſucceſſionis tãtùm: hic de quolibet etiã inter viuos. per quæ apparet, quòd quandoq; vtraque deſcriptio cõcurrit, quando ſuccedit tur curiali ab extraneo.

1. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. ad Apollonium præfectum prætorio.

DEſcriptionis [a] onere † ſiliquarum [b] quatuor; quas ex lucratiuis iugationib. [c] tantùm: non humanis [d], vel animalium [e] cenſibus, neque mobilibus rebus iubemus indici: & ſi curiales non ſint, maiores [f], ac poſteros liberamus: vt ſi pater, auus, proauus, filio, nepoti, pronepoti, vel filiæ nepti, proneptive (nec intereſt * [g] nuptæ ſint curialibus, necne) poſtrema voluntate, vel inter viuos etiam donatione quicquam de ſuis opibus largiatur, memoratæ deſcriptionis ceſſet indictio. Æquè * ex diuerſo, ſi poſteriores ad maiores [h] prædicta ſibi conſanguinitate deuinctos [i] præfatis titulis ſuas conferant facultates: nullius acceſſione grauaminis huiuſmodi liberalitas oneretur. In tam enim neceſſariis ſibi, coniunctiſque perſonis, ſub liberalitatis appellatione debitum naturale [k] perſoluitur. Cuius [l] auctoritatem iuris pariter valere ſancimus, etiamſi ab inteſtato ſuccedant ſibi præfiniti generis ordine ſociati. Ex his enim ſucceſſionib. maximè debiti potiùs ſolutio, quã muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam dominis ipſa propinquitatis ſerie deferũtur [m]. Cæteri verò, licèt quadam inter ſe cognatione iungantur: nunquã tamen curiale [n] prædiũ ſine prædicto onere lucrabuntur, niſi is fortè, cui lucro res ceſſerit, eiuſdem ciuitatis ordini ſit obſtrictus: qui licèt inter extraneos [o] numeretur, vacuum tamen ea functione, quod datum eſt, conſequatur. nam cùm perſonæ conditio non mutetur: nec rei quidem ſtatum conuenit immutari [p]. Lucratiuas [q] verò res eas tantùm volumus appellari, atque à prædictæ deſcriptionis grauamine excipere, quæ hæreditatis, legati, fideicõmiſſi iure, mortis cauſa donationis, vel cuiuſlibet poſtremæ voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter viuos [r] etiam donatiò ſimplici liberalitate confecta, lucratiuæ merebitur & nomen, & ſarcinam [s].

¶ Si verò vel ſocer futurus, filij, vel nepotis, vel pronepotis ſponſæ affinitatis coëundæ cauſa donauerit [t]: vel parens etiam filiam, vel nepté, vel proneptem curiali, ſeu extraneo nubentem donauerit: licèt caſus euentu, res eius, cui data eſt, vertatur ad lucrum [u]: nec inter lucratiuas numerabitur, nec deſcriptionis oneri ſubiacebit. Nec enim iuris optimi eſt, matrimonium, cùm tot, tantiſque ſuis difficultatibus [x] opprimatur: aduentitiis etiam cumulare ponderibus [y] †.

¶ Res verò, quæ memoratis cauſis [z] lucratiuæ ſemel nomen, exordiũmque ſortita eſt, licèt ab eo, qui ſuſceperat, ad alterum emptionis, vel cuiuſcunque contractus iure migrauerit, cum prædicto deſcriptionis grauamine proculdubio transferetur [a]: vt vel ſciens ſibi imputet [b], qui accepit oneratam: vel ſi ignorauerit, quod intereſt conſequatur [c]. Contráque ſi cuiuſlibet contractus exordio lucratiuæ nomen euaſerit: etſi poſtea lucri titulo in dominium alicuius ceciderit, ſarcinam [d] memoratæ deſcriptionis effugiet.

¶ Nulla enim in huiuſmodi cauſis confuſionis intercedit occaſio, etſi ad primordium tituli [e] poſterior quoq; formetur euentus: niſi fortè res decurionis, quæ ad eum cuiuſlibet mercimonij iure peruenerit [f], ad alterum fuerit poſtrema eius voluntate, vel ab inteſtato, vel inter viuos donatione tranſlata: tunc enim quia ſemel in perſonam cecidit principalis: (veterum titulorum nequaquam ratione perſpecta) conditionem, & onus merebitur lucratiuæ. Dat. vij. Id. Mart. Cõſtantino Dioſcoro, & Eudoxio VV. CC. Coſs.

† Sumpta eſt hæc lex ex eadem Nouella Theodoſij ex qua ſuperior lex, meminimus. ſuper. ti. prox. ex lib. Nouell. Theo. qui hodie extat.

a ¶ Deſcriptionis. id eſt, impoſitionis: deſcriptione, id eſt, præſtatione quatuor ſiliquarum.

b ¶ Siliquarum. id eſt, ſolidorum. quod dic vt ſuprà de epiſc. & cleri. auth. ſed hodie.

c ¶ Iugationibus. id eſt, poſſeſſionibus immobilibus, vel quia ad iugera metiũtur, vel quia iugo arantur. ¶ Et dic ſecundùm M. quòd onus [a] deſcriptionis ſiliquarum eſt, quod imponitur, quando curialis rem immobilem lucratiuo titulo tradiderit, vel reliquerit alicui qui ſit eiuſdem ordinis in eadẽ ciuitate, & imponitur ipſi poſſeſſori lucranti: vt infrà, §. res verò, &c.

* Al. refert.

a Onus deſcriptionis ſiliquarum quale.

* Æquè diu.

d ¶ Humanis. i. hominibus, liberis ſcilicet, vel ſeruis. & quod ſubiicit, vel, pro id eſt.

e ¶ Animalium. ſ. rationalium. nam cætera [b] indubitanter animalia inter mobilia, de quibus ſubiicit, continẽtur: vt ff. de verb. ſign. l. mouentium.

b Mobilibus animalia bruta annumerantur.

f ¶ Maiores [c]. i. ſuperior linea, & inferior lucrans in infinitum: vt hic ſubiicit: licet propriè vltra trinepotem, & tritauum comprehendãt: vt ff. de grad. l. iuriſconſultus. § parentes. ¶ Sed videtur non curialis nõ debere excuſari: vt ſupr. titu. i. l. ii. & ij §. ad ſiliorum. in princ. Solũ hoc corrigit: Vel illud in alia deſcriptione, ſcilicet quartę: hoc ſiliquarum: vt in rubr. modò no. & ſic eſt vna differentia inter hunc titulum, & illum.

c Maiores qui.

g ¶ Nec intereſt. Imò vt ſuprà titu. i. l. ij. §. quòd ſi poſt. Sed illud in quarta: iſtud in ſiliquis: vt modò proxi. dixi. Alij, quòd hic corrigat.

h ¶ Maiores ſ. exiſtentes in ſuperiori linea.

i ¶ Deuinctos. id eſt, diuerſis modis coniũctos, putà ex parte patris, vel matris.

k ¶ Debitum naturale. ¶ No. ſic [d] ſ. de eod. l. ſi. §. j. & ff. pro ſocio. l. & quia & ſ. de cura. fu. l. ſi. autem perpetuis. & ff. de bo. da. l. cùm ratio. & ar. leg. Fal. l. pater. & in authent. de hære §. i. coll. i. & infr. proxi. & in auth. de trien. & ſemiſſ. §. a. coll. iij.

d Naturali iure debetur ſucceſſio proximis, & coniunctis perſonis.

l ¶ Cuius autoritatem iuris. ſ. huius legis.

m ¶ Deferuntur. ſ. ab inteſtato.

n ¶ Curiale. quod datur titulo lucratiuo. ¶ Et not. onus [e] imponi lucranti: vt & j. ea. l. §. res verò.

e Onus imponitur lucrãti.

o ¶ Extraneus. dicitur [f] quandoque extraneus quilibet præter eum, qui habeat in poteſtate: vt dixi ſuprà de rei vxo. act. l. vn. §. extraneum. & Inſtitut. de hæred. qualit. & differen. §. ſui 2. Quandoque ille, qui nullo modo eſt cognatus: vt in authẽti. de hæred. & Fal. §. interlinatum. & Cod. de iure de. l. fin. in princip. 3. Quãdoque omnes prœter ſuperiorẽ, & inferiorẽ lineã: vt hic, & ſ. prox. §.

f Extraneus quis dicatur.

p ¶ Immutari. Item excipe loca venerabilia: vt ſ. de ſacroſ. eccl. l. pen. quæ etiam eſt contrà.

q ¶ Lucratiuas. ſcilicet hæreditatis: licèt & onera hæreditaria contineat: quod ſecus eſt in legato: vt ff. manda. l. ſi hæreditatem.

r ¶ Inter viuos. etiam ſi aliquid in corde geram mihi fieri: vt ff. de cond. cau. da. l. iij. § quanquam.

s ¶ Sarcinam. i. onus de præſtandis iiij. ſiliquis.

t ¶ Donauerit. ante nuptias. quod ſic, quia hodie ante, & poſt dicitur propter nupt. vt C. de do. ante nupt. l. ſi. non autem dicit ſponſalitia: quia eſt lucratiua: & quòd propter nupt. dicatur, probatur ſtatim, cũ de dote [a] d. cat.

u ¶ Ad lucrum. ex pacto, vel ex lege: quia aliquid mulier committat de his, quæ ſunt ſ. de repu. l. conſenſu.

a Dos & donatio propter nuptias non ſunt tituli lucratiui, eius, cui datur, reſpectu.

f. Fiat ad hunc tex. op. ex parte tua extra de cleri. ægro

x ¶ Difficultatibus. ſic ff. ſol. ma. l. ſi cùm dotem. §. ſin autem in ſanißimo. & ff. de iure dot. l. ſi u. §. ibi. ¶ Item facit ff. de act. & obli. l. ex promiſſione. & de except. do. l. apud. §. ſed ſi mulier. & ff. qui. mo. pign. vel hyp. ſol. l. ſicut. §. ſi debitor. & ff. ſi quid in frau. pa. l. j. §. ſi libertus.

y ¶ Ponderibus. ſ. iiij. ſiliquarum.

z ¶ Cauſis. ſ. hac lege,

a ¶ Transferetur. ſi non eſt ſolutũ: quaſi comitetur rẽ, ſicut onus hypothecæ præteriti [b] tributi: vt ff. de pub. l. imperatores.

b Præteriti tributi hypotheca rem comitatur.

b ¶ Imputet. nam tunc non ab alio: ſed à ſe decipitur [c]: vt ff. de rei vin. l. nã ſi. & ff. quod fal. tu. auct. l. j. § ſin. nemo enim, &c. vt ff. de re iu. l. nemo videtur. facit ff. de ac. em. l. j in ſi. ¶ Itẽ facit ſecũdùm Py. in auth. de monachis. §. ſi quis autẽ. coll. j. & ſ. de epiſc. au. l. l. ſi legib. & cõm. vtr. iud. l. ſi fratres ff. de libe. cau. l. ammò. & ſ. de act. emp. l. ſi min. & de euic. l. ſi fundũ. & ff. de cond. ſine cau. l. ſi.

c Decipere ſeipſum, non ab alio videtur, qui ſciẽs quod ſibi noxiũ ſacit. Proinde id ſibi imputare debet.

c ¶ Conſequatur. à venditore.

d ¶ Sarcinam. id eſt, onus. ACCVR.

e ¶ Primordium tituli. ex origine [d] nãque cuiuſlibet contractus, & cauſæ, quid ſit ſtatuẽdum diſtinguitur: vt & ff. ma. l. ſi procuratori, in prin. & ff. depoſ. l. j. §. ſi ſeruus depoſuit, & ad Maced. l. ſi tamen. Nempe origo potiùs obligationis, quàm titulus inſpicitur: vt ſ. ad Maceda. l. iij. & ff. de dona. l. qui id. quod, in princ. & de priuileg. cre. l. iij. ſecundùm Py. ¶ Item facit ſ. ſi cert. peta. l. ſi ex pretio. & ff. de fal. l. de eo. & ſ. de inter ma. l. iij.

d Obligationis origo potius quàm titulus inſpici debet.

f ¶ Peruenerit. de nouo aliquo cõtractu: & ita ratione præcedentis contractus non erit indicenda inſcriptio: tamen ſi ipſe alienaret,

naret, ſeruabitur quod ſuprà: idē ſi aliquādo fuerat ſua, & alienauit titulo non lucratiuo: tandem per plures manus ad eundē decurionē, vel ad alium redit. nā ſi alienet titulo lucratiuo, ſubiacebit oneri deſcriptionis. & facit *in auth. de eccl. tit. §. inter decimus. collat. ix.* ACCVRS.

DE PRÆBENDO SALARIO [a].

TITVLVS XXXVI.

I. *Imp.* CONSTANT. A. *ad Marcellinum Corr. poſt alia* †.

NVlli ſalarium tribuatur ex iuribus reipublicæ, niſi ei, qui iubentibus nobis ſpecialiter [b] fuerit conſecutus [c]. Dat. V. Non. Oct. Conſtantinop. Limenio, & Catulino COSS.

SI CVRIALIS RELICTA ciuitate rus habitare maluerit.

TITVLVS XXXVII.

Omnes curiales reuocantur ad ciuitatem, & ad curiam: & locus, in quo in rure habitant: publicatur. BART.

I. *Impp.* ARCAD. & HONO. AA. *Emychiano P. P. poſt alia* †.

CVriales omnes iubemus interminatione moneri, ne ciuitates fugiant, aut deſerant rus habitandi, cauſa: fundum, quem ciuitati prætulerint, ſcientes fiſco [d] eſſe ſociandum: eóque rure ſe carituros, cuius cauſa impios ſe, patriam vitando, demōſtrauerint [e] Dat. xviij. Kal. Ian. Conſtantinop. Arcad. iiij. & Honor. iij. AA. Coſs.

DE MVNICIPIBVS, ET originariis [f].

TITVLVS XXXVIII.

Tria ſunt, quæ municipes faciūt, Natiuitas, Manumiſſio, Adoptio. l. ciues. j. tit. ſeq. l. i. ff. ad mun. *quæ originis nomine continentur.* l. priuilegio. j. titul. ſeq. *nam originales, ſiue originarij ſunt non nati tantùm ſed etiam manumiſſi, & adoptati.* l. cùm neque. j. tit. ſeq. *quoniā & ij pro natis habētur, & alienæ originis iure cenſentur. Quamobrē non malè ſic quidam Codices habent.* De municipibus originariis. *Alij ſunt municipes voluntarij* l. 3. j. de iis, qui ſpon. mu. ſuſc. *quos facit ad lectio, vel incolatus.* l. ciues. tit. ſeq. l. filij. § municipes. ff. ad municipalem. CYIAC.

In loco originis, & incolatus cogitur quis ſubire munera. BART.

a DE PRÆBENDO ſalario. *Melius dixiſſet, de non Præbendo: vt patet j. vel quæ præſtatur cōſentiente principe.*

b NVlli.] *Specialiter.* nō ergo generaliter [a] cōceſſio ſufficit. *ſic ff. de poc. l. quā Tuber. §. alia.*

c ¶ *Conſecutus.* & niſi [b] ob liberalem artem, vel medicinam: *vt ff. de decre. ab ordi. fa. l. ambitioſa. & facit infrà, vt armorum vſum inſcio principe l. j.* ACCVRS.

SI CVRIALIS relicta ciuitate rus habitare maluerit.

d CVriales.] *Fiſco* [c]. nō ciuitati. hoc autē eſt verū, niſi publica neceſſitas [d] exegerit: *vt ſ. de decur. l. curiales vltra.* Itē ſecundùm Py. niſi ratio incolatus aliud ſuadeat: quo caſu ſeruabitur quod eſt *j. tit. j. ſi & facit ſ. de decur. l. quidā. & ff. de decur. l. j. & de vaca. mu. l. j. § pe & ſ. de edi. priua. l. ſi quis poſt. & de aduo. di. iud. l. ij.*

e ¶ *Demonſtrauerint.* Et ita notari poſſet hic quòd impium eſt relinquere propriā [e] patriā.

f DE MVNICIpibus, & originariis. *Municeps* [f] *genus, originarius ſpecies, ſic ſ. de ſerui. & aqua. nam aliquid ſpeciale eſt in eo, qui eſt municeps origine. eſt ergo municeps* [g] *propriè, qui ſubit munera: ſiue ibi natus ſiue nō: ſed hodie etiā omnes, qui nō ſubeunt vt ff. ad mu. l. j. & dicitur originarius* [h] *ab origine patris, nō ſua: vt j. e. l. filios.* & ff. eo. l. aſſūptio. § i. *vel ſecundùm Azo. ſua etiā: vt ſ. eod. l. origine.*

g CVm te Biblium. nomen ciuitatis, de qua proponens quæſtionem dicit ſe fuiſſe natum.

h ¶ *Incolam.* hoc eſt; quia aliunde illuc iuit cauſa perpetuò habitandi: *vt j. tit. j. l. ciues.*

i ¶ *Berytios* i. aliam ciuitatem.

k ¶ *Muneribus.* nec nō municipali iuriſdictioni parere: *vt ff. eo. l. incola.* 2. Vel dic, vt notaui j. tit. i. l. ciues. ¶ Sed quid ſi vtraque ciuitas munera ſimul imponat? Reſp. potior eſt originis [i] cauſa: *vt ff. eod. l. libertus. § ij. & facit j. tit. j. l. priuilegio.*

l SI *vt proponis.* Titius fecit Arethuſam libertam Seiæ hæredem: & rogauit de manumittendo ſeruum ſuum: hic ſeruus manumiſſus ſequitur domicilium Arethuſæ, quod eſt idem, quod Seiæ: non autem Titij: *vt ff. eo. l. filij.*

m ¶ *Præſtiterint.* quia eorū ſunt liberti, nō teſtatoris: *vt Inſt. de ſing. re. per fidei. re. § pe.* Idē dicas de eo, cui directa in teſtamento fuit relicta libertas in caſu illo, vbi nō teſtatoris ſit libertus ſed alterius, qui ſcilicet petit bona ſibi addici: *vt Inſtit. de eo, cui lib. cauſ. bo. addic. § j.* & habens idē *ff. eod. l. libertus. § ex cauſa.* ¶ Sed quid ſi hæres non manumiſit: ſed per decretū prætoris abſente hærede datum ad libertatem peruenit? Reſpond. ſiquidem [a] ex Rubriano ſenatuſcon. hoc eſt factum, quia Orcinus eſt libertus teſtatoris. eius, non hæredis ſequitur originē: *vt ff. de fideicommiſ. lib. l. cùm verò. §. ſubuentum.* ſi autem ex Damaſiano ad libertatē peruenerit, quod proinde habetur, ac ſi, vt oporteret, manumiſſus eſſet, quia eſſet hæres, infans, vel furioſus, vel ſimilis: hæredis eſt libertus, & eius domicilium ſequitur: *vt ff. de fideicommiſ. lib. l. neque infantes. & facit infrà tit. j. l. ciues. & facit ff. eodem l. ciues & l. de iure. § libertos. & l. aſſumptio. § fin.*

n ¶ *Rogauerint* qui non manumiſerunt.

† Co. Th. lib. 12. tit. 2. l. 1.

a Generalis cōceſſio quandoque nō ſufficit.

b Salaria ex publico, inuſſu principis non præſtanda, niſi artem liberalem vel medicinā profitentibus.

c Pœna curialis ciuitatem ſuam fugiētis, & rus concedentis.

† Cod. Th. 12. 132.

d Neceſſitas excuſat à pœna.

e Patriam ſuā relinquere eſt impium. eſt enim dulciſſima. *l. qui habebat, in pr. ff. de lega.* 2.

f Municipis, & originarij differentia.

g Municeps quis.

h Originarius vnde.

i Originis cauſa potior.

I. *Imp* ALEXAND. A. *Siluano* †.

CVm te Biblium [g] origine †, incolam [h] autem apud Berytios [i] eſſe proponas, meritò apud vtraſque ciuitates muneribus [k] fungi compelleris.

Sortitur quis ſerum ex perſona ſui manumiſſoris, licet de neceſſitate manumiſerit. BART.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Frontoni.*

SI, vt proponis [l], ea, quæ ex cauſa fideicommiſſi te manumiſit, ab ea libertatem iuſtam fueris conſecuta, quæ originem ex prouincia Aquitania ducebat: tu quoque eius conditionis ciuiſque ciuitatis ius obtines, vnde, quæ te manumiſit, fuit. Eorum enim cōditionem ſequi ex cauſa fideicommiſſi manumiſſos pridem placuit, qui libertatem præſtiterint [m], non qui dari rogauerint [n].

Filius ſequitur originē patris, & non matris: niſi ex alia cauſa ciuitati matris ſit adſtrictus. BART.

III. *Imp.* PHILIPPVS A. *Patroclo.*

FIlios apud originē patris [o], non in materna [p] ciuitate, etſi ibi nati ſint (ſi modò nō domiciliis [q] retineātur) ad honores, ſeu munera poſſe compelli, explorati iuris eſt.

IV. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA *Secundo.*

ORigine [r] propria neminem poſſe voluntate ſua eximi, manifeſtum eſt.

V. *Imp.* CONSTANTI. A. *ad Maximum Vic.* † *vrbis.*

SI quis cùm ex maiore, vel ex minore ciuitate originem [s] ducit: eandem euitare ſtudens, ad alienam ſe ciuitatem incolatus occaſione cōtulerit, & ſuper hoc, vel preces dare tētauerit, vel qualibet fraude niti, vt originē propriæ ciuitatis eludat duarum [t] ciuitatum decuriona-

o FIlios.] *Patris.* vbi ſcilicet pater fuit natus: *vt hic. & ff. eodē l. aſſumptio § i.* adeò quòd ſi auus fuit aliunde, non ſequitur eum nepos: alias oporteret nos quærere vbi Adam natus fuit, quod dicitur eſſe ager Damaſcenus. ¶ Et nota quòd dicitur quis naſci in ciuitate [b], qui in territorio [c] naſcitur: *vt ff. eodem l. qui ex vico.* Item dic filios legitimos; & adoptiuos durante [d] adoptione: nam vulgò [e] quæſiti matrem ſequūtur: *vt ff. eodē. l. eius qui iuſtum & l. ordine. § fin. & l. ſi ut & ff. de ſta. hom. l. cùm legitimæ.* ¶ Item nota originem [f] non dici domicilium patris: maximè ſi filius alibi habitet: *vt ff. eod. l. libertus § patris. & l. aſſumptio § filius*

p ¶ *Non in materna.* & ſi ibi nati, dic non ſequuntur vt maternam: ſed [g] vt propriam originem: *vt infrà l. proxi. & ff. eodem l. aſſumptio. in princip.* ¶ Item hoc fallit *infrà de mur. l. hi. & de agri. & man. l. ex ingenuo & ſuprà de decur. l. nati.* Item & quādo priuilegium habet origo materna: *vt ff. eodem l. j. & facit ſuprà de decur l. exemplo & infrà de tabu. l. fin.* ¶ Itē quid de naturali legitimato [h] per principem? Reſpond. idem [i], quod in adoptiuo, vt ſequatur patrem: *vt C. de adopt. l. in adoptionem & ff. eo. l. ordine § ſi* ACCVRS.

q ¶ *Domiciliis.* & niſi in prædictis caſibus. hoc ergo caſu duobus locis tenebitur: *vt j. eo. l. fi.*

r ORigine. *vt & ff. eodem. l. aſſumptio. in princ.* hoc [k] autē fallit propter matrimonium: *vt infrà de mur. & in quo lo. l. j & ff. ad muni. l. fi. § item reſcripſerunt.* ¶ Item quando fit ſenator, quo ad quid: *vt ff. eod. l. filij. § ſenator. & l. municeps.* ¶ Quid in paterna? fortè ſecus. *arg. l. ſuprà proxi.* Sed certè illud ad matrē excipit, non quòd non paternam, vt ibi dixi. Item incolatui [l] poteſt bene renunciari: *vt ff. eodem. l. incola* dummodo re, & facto, non verbis tantùm: *vt ff. eod. l. domicilium. & facit ff. de pa. l. iure agnationis & ff. de re in l. iura. & infrà l. proxi.* Sed ſecundùm P. propriam originem vocat paternam, nam propter ſuam originem propriam non contrahitur domicilium, ſecundùm eum quod [m] non placet: *vt ſ. l. j.*

s SI *quis.*] *Originem.* propriam: *vt ſ. l. proxi.*

t ¶ *Duarū.* ¶ Quid autem ſi vtraque ciuitas ſimul vocet? Reſp. vt dixi

a Differentia Rubriani & Damaſiani ſenatuſcōſulti.

† Antoninus A. ſic in meo manuſcript. CONT.

† Biblius, teſte Alc. in hūc locum vrbs eſt in Phœnicia non longe à Libano, vicina Beryto.

b Territoriū, ciuitatis appellatione venit

c In ciuitate natus dicitur, qui in territorio natus eſt.

d Adoptiui, ſoluta adoptione, adoptiuorū priuilegiis non fruuntur.

e Vulgò quæſiti matrem ſequuntur

f Origo nō dicitur patris domicilium.

g Originē paternā & maternam, an, & quatenus liberi nō ſequantur.

† al. comitem Orientis.

h Legitimatus per principem patrem ſequitur

i Legitimati & adoptiui ſimilitudo.

k Originem quibus caſibus mutare liceat.

l Incolatui quādo renunciatur.

m Domiciliū vtrum cōtrahatur propria origine

a Domicilium duobus in locis quis habere an poſſit.
b Hoc eſt, minorem ciuitatem.

vt dixi ſ. l. j. ¶ Item fallit hoc, ſecundùm Py. ſi publica ſit neceſſitas: vt ſ. de decurio. l. curiales viros. ¶ Item no. quòd in duob.[a] locis haber quis domiciliũ ſic ff. eo. l. ſi quis à pluribus. & l. ſi quis inſtructus & ff. de interdi. & rele. relegatorum. §. dubitatum & ff. de mu. & ho. l. qui originem in prin. Item quòd etiam[b] vilẽ terram propriã nõ poteſt quis deſerere: ad quod ſup. de abols. l. fallaciter.

tus onera ſuſtineat, in vna voluntatis, & in alia originis gratia. PP. viij. Kalend. Ianuar. Paulino, & Iuliano Coss.

a DE INCOLIS, & vbi, &c.

Superiori titulo de originariis, i. de his, qui contrahunt municipatũ origine, principaliter dixit: vt per omnes leges illius tituli patet nunc generaliter qualiter iſto, vel alius modis: & quid ſit incola, dic vt j. eo. l. ciues.

† Paulino.
c Renunciari poteſt incolatus.

b NOn tibi.] *Suſcepiſti*, vt amodò primo incolatui teneatis, cui renunciaſti[c]: vt & ſ. tit. j. l. origine. Si autem eſſet vocatus ante tranſlationem, ſecus. vt hic. & ff. ad muni. l. incola. & de mune. & hono. l. & qui originem. in princip. & de iure immun. l. ſemper. § hoc circa. & ff. de iud. l. ſi quis poſtea. & ff. de iur. omn. iudi. l. cùm quadam. ¶ Quid autem ſi dicat ſe tranſtuliſſe. & ciuitas, quæ reuocat, dicit contra? Reſpon cognoſcit præſes, qui præeſt ciuitati reuocanti: vt ff. ad municip. l. de iure. in princip.

c NEc ipſi.] *creduntur*. ſcilicet ex eo quòd ibi ſtetit: vt hic, & ff. de iniur. l. lex Cornelia § ſi tamẽ. & j. l. proxim. Sed quia ibi[d] contraxit, ſeu deliquit, habere præſumitur domicilium: vt infrà in ſi. legu.

d Contractu vel delicto verum quis domicilium contrahat.

e ¶ *Decem annis tranſactis*. Vide ca. 20 de præſcript. & nota. ad l. miles §. quidam. ff. ad leg. Iul. de adulteriis. CVIAC.

d ¶ *Conſtituerint*. quod præſumitur ex[e] tranſcurſione decennij. vt ff. de vſur. l. cùm de in rem verſo & ſup. de peti. hære. l. ſi filium. ſecũdùm Py. & hoc maximè, ſi emat ibi domum, vel poſſeſſionem: idem tamen ſi conducat. arg. ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. domũ. ¶ Quid autem ſi iuit ad domũ hoc decennio. Reſp. aut iuit, vt cum denatus rediret: aut vt de ſuo receſſu diſponeret. arg. ff. de cap. l. nihil. ¶ Item no. hîc aliquid ex[f] tempore factum, vel non factum præſumi ſic: vt d. l. cùm de in rem verſo & l. ſi filium. & in auth. de teſti. & ea, quæ pa. §. ſi. & j. de ſun. pa. l. ſi.[*] Item quid de alio, qui ſtat per x ann. non cauſa ſtudij? Reſpond. idem, vt præſumatur domicilium animo conſtitutum, ſecus ſi minori tempore: vt j. l. proxi.

† Laodicei. Laodicenum enim legendũ eſt, non Laudicenorum (teſte Alciat. in hãc legem) à Laodicea dicti ſunt. de qua Pom. lib. 5. c. 29.
e Præſumitur domiciliũ ex lapſu decennij.
f Præſumitur aliquid factũ, vel nõ factum ex tempore.

ß ¶ *Nec pater, qui propter filium*. Vide ſcripta ad tit. Cod. ne filius pro patre. CVIAC.

e ¶ *Commeat*. etiam plùs, quàm decennium: nõ interpolatim[g], vt ff. de ſerui. l. ſeruitutes. 2. Item non animo ibi manendi: vt d. l. nihil.

g Interpolata non proſunt.

f ¶ *Rationibus*. quod contingit multis modis: vt j. eo. l. ciues.

g ¶ *Mendacium*. aſſeris enim te ibi non habere domicilium, & tamen habes: ad quod eſt ff. eod. l. aſſumptio. & ſic verbis[h] nec ſit, nec deſinit habere domicilium: vt ff. eod. l. domicilium. & not. ſuprà tit. j. l. origine.

h Nudis verbis nõ contrahitur, nec amittitur domicilium.

h EST verum.] *In territorio* Quid autem ſit territorium[i] dic: vt ff. de verb. ſigni. l. pupillus. §. territorium.

i Territorium quid.
k In territorio commorantes nõ ſunt incolæ.

i ¶ *Incolas*. qui non ſunt incolæ. ſed velut ſtãtes[k] in territorio quaſi non ſint incolæ, niſi qui ſtant in ciuitate, ſecundùm quoſdam, quod non placet; vt ff. de verbo. ſign. l. pupillus. §. incola.

Cod. lib. poſt.

DE INCOLIS, ET VBI a quis domicilium habere videtur: & de his, qui ſtudiorum cauſa in aliena ciuitate degunt.

TITVLVS XXXIX.

Poſtquàm quis tranſtulit incolatum, non poteſt reuocari ad munera. BART.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Paulo* †.

NOn tibi obeſt, ſi, cùm incola eſſes, aliquod munus ſuſcepiſti[b]: modò ſi, antequàm ad alios honores vocareris, domicilium tranſtuliſti.

Scholares non dicuntur conſtituere domicilium, vbi ſtudent: niſi x. an. ſteterint, vel alia ratione conſtituerint. idem in patre filium viſitante. BART.

II. *Imp.* ALEXAND. A. *Criſpo*.

NEc ipſi, qui ſtudiorum cauſa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur[c], niſi x. an. trãſactis[ε] eo loco ſedes ſibi conſtituerint[d], ſecundùm epiſtolam diui Hadriani: nec pater, qui propter filium[ß] ſtudentem, frequentiùs ad eum commeat[e]. Sed ſi aliis rationibus[f] domiciliũ in ſplendidiſſima ciuitate Laodiceorum † habere probatus fueris: mendacium[g], quo minùs muneribus fungaris, non proderit.

Sed dic, quòd hic cõmorantur; non vt ibi habeãt domicilium: vt ff. eod. l. libertus. § poſtliminio. & l. ſerre. ſecus ſi animo ibi ſtãdi vero, vel præſumpto, decennio quia tunc eſt incola, & cogitur: vt infrà l. proxi. & ſuprà l. proxi. ſola enim habitatio[a] non facit, ſic nec domus: vt infra l. proxi.

a Domicilium non facit ſola habitatio.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. *Alexandro*.

EST verum, eos, qui in territorio[h] alicuius ciuitatis commorantur, velut incolas[i] ad ſubeunda[k] munera, vel ad capiendos honores non adſtringi.

Propter ſolam poſſeſſionem quis non vocatur ad munera. BART.

IIII. IIDEM AA. & CC. *Alexandro*.

CVm neque originales, neque incolas vos eſſe memoratis[l]: ob ſolam[m] domus, vel poſſeſſionis, licèt ex ſubſtantia decurionis[n] acquiſita ſit, cauſam, publici iuris auctoritas muneribus[o] ſubiugari vos non ſinet.

V. IIDEM AA. & CC. *Maximo*.

SI in patria † vxoris tuæ, vel qualibet alia domiciliũ defixiſti[p], incolatus iure vltrò te eiuſdem ciuitatis muneribus obligaſti.

Origo, & domiciliũ facit quem vocari ad munera, niſi per priuilegium contrarium ſit expreſſum. BARTOLVS.

VI. IIDEM AA. & CC. *Marcellino* *.

PRiuilegio[q] ſpeciali ciuitatis non interueniente, tamen originis[r] ratione, ac domicilij voluntate[f], ad munera ciuilia[t] quemque vocari certiſſimum eſt.

VII. IIDEM AA. & CC. *Aurelio*.

CIues[u] quidẽ † origo, manumiſſio, allectio[x], vel

k ¶ *Ad ſubeunda*. aliàs, *obeunda munera*, ſcilicet perſonalia: vt infrà, l. proxi. notatur.

l CVm neque.] *Memoratis*. id eſt, nõ oſteñs, quando cogeremini: vt infrà l. ciues.

m ¶ *Ob ſolã*. ſine priuilegio ciuitati dato: aut laribus nõ trãſlatis: vt ff. eo. l. libertus. §. ſola ratio. & ſ. l. prox. & l. ciues.

n ¶ *Decurionis*. vt quia Mutinenſis emit domũ à decurione Bononiẽſi: per quod videbatur facilius fieri Bononienſis municeps.

o ¶ *Muneribus*. ſcilicet perſonalibus: ſed patrimonialia[b] pro his poſſeſſionib[9], quas ibi poſſidet, ſubire debet: vt j. de mu. in quo lo. 19 c l. 4. & not. ff. eo. l. libertus. §. ſola ratio.

b Patrimonij onera rẽ ſequuntur.

p SI in patria.] *Defixiſti*. quod ſit[c]: vt ff eo. l. domicilium. & fieri poteſt: vt ſ. tit. 1. l. 1 in fin. & ff. eod. l. in vtroque. & de mune. & hono. l. 14. in princ. ACCVR.

c Domicilium maritus inſtituere poteſt in vxoris patria.
† Fac. ad hac l. c. nullus epiſcopus iuncta Gloſſ. extra de paroc. & alie. paroc.

q PRiuilegio. poteſt duobus modis intelligi: vt quia ciuitas habeat priuilegiũ, quòd omnes habentes in illa ciuitate domũ, teneantur munera ſubire. 2. vel quòd etiam originarij quidam, vt legum doctores, & decuriones, munera non ſubeant.

* Marcello.

r ¶ *Originis*. paternæ, vel propriæ, nõ maternæ: vt ſupr. tit. j. l. filios.

f ¶ *Voluntate*. ſupple, vel aliis communibus modis vt j. eodem l. ciues q[d] non ſola poſſeſſio: vt ſ. l. cùm neque. §. Item non ſola habitatio vt ſ. eo. l. eſt verũ. non origo materna: vt ſ. tit. j. l. filios. ſimile tamẽ ſ. de iur. om. iud. l. ij.

d Munus perſonale non inducitur, ratione poſſeſſionis, aut habitationis, aut originis maternæ.

t ¶ *Ciuilia* perſonalia aliàs ſecus: vt ſup. l. cùm neque & facit ſuprà de teſt. l. ſi non ſpeciali & ff. eo. l. libertus. §. ſola.

† [illegible]

u CIues. dic quòd[e] municeps eſt genus ciuis, & incola ſunt ſpecies: vt colligitur ff. ad muni. l. 1. ¶ Et hic fit[f] ciuis origine, ſcilicet propria, vel paterna: vt ſuprà, tit. j. l. filios & l. origine. Item manumiſſione, ſcilicet de ſe, vel de patre ſuo facta: vt ff. eod. l. aſſumptio. §. penul. & l. filij. in princ. & l. de iure. § libertos. & ſi à pluribus manumittitur, omnium originem ſequitur: vt ff. eo. l. ſi quis à pluribus.

e Municipis, ciuis & incolæ differentia.
f Ciuis quemadmodũ quis fiat.

x ¶ *Allectio*. id eſt, delatio honoris in aliqua ciuitate: vt j. l. pro. vnde allecti, id eſt, electi. vt ff. de iu. immu. l. pe. in ſ. Quid ergo de Ruffino Guaſco poteſtate Bono. Reſp. Py. idẽ. 2. Vel dic, allectio, ſ. de milite electo: vbi ſtipendia meret: vt ff. eod. l. municeps. §. fin. Item adoptione. ſ. quandiu durãt. vt ff. ad mu. l. ordine. §. ſi. ¶ Incola[h] verò dicitur, i. valde colens, & venerans prouinciam, in quam ſe contulit: tẽpore cùm propter eam, aliã relinquit. vt tamen vtrobiq; habeat æqualiter domiciliũ. vt ff. eo. l. Labeo. & l. aſſumptio. § iure. Et fit incola, etiamſi in territorio ſe conferat: vt ff. de verb. ſig. l. pupillus § incola. Et not. quòd incola fit ſolo animo facto eius qui acquirit domicilium, aut ciuis fit vel alterius facto tãtùm, vel ſuo, vel alterius, vt in prædictis exẽplis in prin. huius legis: & ſecũd. hac ratione patriæ cõmunis fit ciuis, nõ incola: vt ff. ad mu. l. Roma. Sed in muliere videtur cõtrà: quia incola fit: vt ff. ad mu. l. ſi § 3. & domiciliũ dicitur ſortiri: vt j. eo. l. ſi. & tamẽ ex alterius etiam facto pẽdet matrim. ſed impropriè dicitur ibi

g Allectus.
h Incola quis, & quemadmodum fiat.

incolat

Incolam, nec ciuis fit. ¶ Sunt autem quidam modi, quibus nec ciuis, nec incola fit: & tamẽ ibi conuenitur ratione contractus: itẽ ratione ordinis clericatus, & ratione poſſeſſionis: *vt no ff. de iud. l. hæres abſens §. j.* ¶ Sed quid ſi quis eſt ciuis vel incola duob. locis vel altero ciuis, & altero incola, & ab vtroque vocatur ad munera [b]? Respond. qui prior vocat ad munera, præfertur: *vt ff. de iud. l. qui prior.* Quid ſi ſimul? reſpõ. ſi ad originẽ, terra illa præfertur: *vt ff. eo. l. libertus. §. præſcriptio.* aliàs fortè inuicem ſe impedient, donec conueniant: *vt ff. de leg. j. l. huiuſmodi. §. fi. & de vſuf. l. quoties duob.* 2. Vel ſortiri [c] eos oportebit: *arg. ī. communia de leg. l. fin. & de iudi. l. ſed cùm ambo.* 3. Vel gratificationi [d] eſt locus *vt ff. de reli. & ſum. fu. l. fin. & de leg. ij. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter & ff. de adu. unde. l. planè.* 4. vt electus eligat. 4. Vel defertur nobiliori [e], & maiori ciuitati: *vt ar. in auth. de hære. & Fal. §. ſi quis autem & in auth. de defen. ci. § interim coll. iij & ff. de ſi inſtr. l. fina. & Co. de na. li. l. ſi quis.* 5. Vel quod eſt verius, ei ſeruiet, qui minus [f] munus imponit: *ar. ī. qui bo. ce. poſ. l. fi. & ff. de pac. l. maiorem.* ¶ Item quo [g] ad quid eſt ciuis, vel incola? Reſpond. vt no *ff. eod. l. aſſumptio. § filius.*

adoptio: incolas verò (ſicut & diuus Hadrianus edicto ſuo maniſeſtiſſimè declarauit) domicilium facit. Et in eodem loco [a] ſingulos habere domicilium nõ ambigitur, vbi quis larem [a], rerumque, ac fortunarum ſuarum ſummam [b] cõſtituit, vnde ruſus non ſit diſceſſurus, ſi nihil auocet [c]: vnde cũ profectus eſt, peregrinari videtur: quòd ſi redit, peregrinari iam deſtitit.

VIII. *Imppp.* VALENT. THEO. & ARCAD. AAA. *ad Senatum.*

SEnatores * in ſacratiſſima vrbe [d] domicilium dignitatis habere videntur [e]. Dat. K. Mart. Valentin. A. & Neoterio Coſs.

Mulieres ex perſona maritorum ſortiuntur dignitates, & forum. BART.

IX. *Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Martiano comiti Orientis* †.

MVlieres * honore maritorũ erigimus [f] †, & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus [g] †. Sin autem minoris ordinis virum poſteà ſortitæ fuerint: priore dignitate priuatæ [h] poſterioris mariti ſequentur conditionem: & domicilium mutamus [i]. Dat. IIII. K. Febru. CP. Arcadio II. & Rufino Coſs.

a ¶ *In eodem loco.* Legendum, *& in eo domum loco.* CVIAC.

a ¶ *Larem* i. [*] animum habitandi perpetuò, & habitet: nam facto opus eſt: *vt ff. eo. l. domicilium.* & hoc etiamſi non habeat ibi maiorem partem rerum.

b ¶ *Summam* id eſt [h], maximam. ¶ Et dicitur ſumma [i], ſi non habeat alibi plus: *vt ff. eo l. aſſumptio. § iure.* ¶ Sic ergo ſufficit [k] alterum iſtorum, ſcilicet vel larem cõſtituere, vel ſummam rerum habere: *vt ī. vbi ſena. vel cla. l. ij. & fa. ff. de indi. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi ex tes. & ī. de his, qui ſpon. mu. l. iij. in fi. & de verb. ſig. l. in lege.*

c ¶ *Auocet.* ſcilicet eum. nam ſi aliquid eſt, quod facit eum recedere: aut animo redeundi: & dicitur peregrinatio [l]: *vt hic,* aut non, & tunc eſt ſine [m] domicilio: *vt ff. eod. l. ſi quis inſtructam.*

d SEnatores.] *Vrbe* Roma veteri, vt noua.

e SVidentur & habent. ſed & primum retinent quoad honores, non munera: *vt ff. de ſenato. l. pe. & ff. eod. l. municeps.* ¶ Et not. domicilium [n] in ciuitate ratione dignitatis: *vt ī. l. proxi.* Sed ratione communis patriæ, non eſt ciuis: *vt ff. eo. l. Roma.* Sed quoad hoc vt poſſit ibi conueniri, ſecundùm H.

f MVlieres.] *Erigimus* coruſcãt enim, &c. ſed & mater [o] per filium, ſi filius vult, & nurus per ſocrum: ſed non ſoror per fratrem, nec filia radiis patris: *vt in Auth. de conſ. §. ſi verò. coll. iiij. & ī. de digni. l. mulieres. & ff. de ſenato. l. fœmina.*

g ¶ *Statuimus.* vt *ff. de iud. l. exigere. & ff. ad mu. l. filij. & l. ſi. §. ij. & l. de iure. §. fin.* ACCVRS.

h ¶ *Priuata.* vt *in d. ll. & in Auth. de nup. § non tamen. coll. iiij*

i ¶ *Mutamus* referas ad primam partem. 2. Vel dic ad ſecundam. nam ſequitur cõditionem ſecundi, non primi viri *ad quod no. ſup. tit. j. l. origine.* Item facit *ſuprà de nup. l. cum te.*

a Neque ciuis, neque incola, qui.
b Prioris habenda eſt in dubiis ratio.
c Sorte domicilium vnum an alteri præferri poſſit.
d Gratificationi eſt locus.
* Pan. l. 2. ſupr. vbi ſenatores, vel clariſſimi.
e Nobilior, & maior ciuitas præfertur.
f Humanior dominus præferendus.
g Quoad quid ciuis, vel incola.
† Sic in Co. T. 219.
* Extat eadem lex iterum inſtã lib. xij. tit. j. l. xx. ij. CONTIVS.
† Honore maritorum erigimus, &c. nam vir & vxor, cẽſentur vnũ, & idem corpus: vt in c. debitum extrà de big. & 4. q. j. eadem.
† Et domicilia mutamus. Cod. Th.
* Larẽ conſtituere, quid.
h Malè: ſũma hic, quantitas
i Summa rerũ & fortunarũ, quid.
k Domicilium alicubi habere quẽadmodum quis dicatur.
l Peregrinatio quid.
m Sine domicilio eſſe.
n Domicilium conſequitur quis ratione dignitatis.
o Honor alienus quib. per ſumis communicatur. vel nõ cõmunicatur.

---

k DE MVNERIBVS, &c.

Quia ratione originis, & domicilij deferuntur honores & munera: de his dicit vt non continuentur: ſed nec perpetuò excuſentur. & idem ſubiicit de internallis.

l SIcut honores. Honor [p] eſt adminiſtratio reipub. cum gradu dignitatis, & quia aliàs eſt cum ſumptu, aliàs ſine ſumptu: *vt ff. de mu. & ho. l. honor.* ideo hîc loquitur de vtraque in pri. leg.

p Honor quid.

¶ Quid autem ſi ſponte vellet excuſare? Reſp. non poteſt, niſi cum eſt inopia: tũc enim poteſt, & cogitur: *vt ff. de mu. & ho. l. honor. § pe. & fi.* & in legẽ Iuliã de ambitu incidit *vt ī. ad leg. Iul. de ambit. l. j.* à prædictis excipit decurionatũ quia quãuis honor ſit, ab aliis non præſtat vacationem *vt ff. de vaca. mu. l. ad decurionatum.* ¶ Item quod de munere ſubiicit, de mixto dicit. Item & de merè perſonali: & dic quid ſit: *vt ff. de mun. & ho. l. honor. § j.* ſed nõ de patrimoniali merè dicit: nam ibi continuè ſubeunt excuſatione omni ceſſante: *vt ī. tit. j. per totum.* Item & de illo munere, quod principaliter reſpicit publicã vtilitatẽ: de quo habes exempla: *ff. de mu. & hon. l. j. & fin. in princ.* Si autem priuatam [a] principaliter: vt tutela, vel cura: tunc nec ab ipſa, vel ab aliis: *vt infr. de excu. mu. l. iij.* nec alia ab illis, niſi in caſu vſque ad annum: *vt Inſtitut. de excu. tut. §. item qui reipub.* Item alio: *vt in eodem titul. §. qui tutelam. in fin.*

a Tutela munus principaliter priuatam vtilitatem reſpicit ſecũdario, publicam.

DE MVNERIBVS k. ET honoribus non continuandis inter patrem & filium: & de interuallis.

TITVLVS XL.

Continuatio honorum, & munerum impeditur in his qui ſunt idẽ, vel quaſi: interualla verò in his tantum, qui ſunt idem verè. Item in dubio fideiuſſor non tenetur niſi ad id, quod principali poteſt iniungi. BART.

I. *Impp.* SEVERVS, & ANTONINVS AA. *Septimio Zenoni.*

SIcut honores [l], & munera, cùm pater, & filius decuriones ſunt [m], in eadem domo continuari [n] non oportet: ita vacationum conceſſa tempora [o], non aliis [p] prodeſſe poſſunt, quàm his, qui ad eoſdem, vel alios honores, eadémque, vel alia munera [q] denuò vocantur. Pro infante verò filio, quem decurionem eſſe voluiſti, quanquam fidem tuam in poſterum adſtrinxeris [r], tamen onera [s] ſuſtinere non cogeris: cùm ad ea tantùm, quæ mandari poſſunt, voluntatem [t] dediſſe videaris.

II. *Imp.* GORDIAN. A. *Cyrillo.*

AB honoribus [u] ad honores eoſdẽ quinquennij [a] [x] datur vacatio: triennij verò

m ¶ *Decuriones ſunt.* ex quibus eliguntur ad honores *vt ff. de decu. l. honores §. ii qui.* & ad mixta munera *vt ſuprà de decur. l. ad ſubeunda.* ¶ Sed quomodo erant ſimul [b] in honore decurionatus, cùm hoc ipſum hîc prohibet? Reſpond. ſine ſumptu eſt decurionatus, niſi ad aliud munus, vel honorem vocetur. 2. Vel meliùs, ſpeciale eſt in decurionatu: vt ī. dixi.

n ¶ *Continuari.* continuatio [c] dicitur, quãdo idem denuo vocatur. Item quãdo pater poſt filium. Item quãdo ecõtrà. Item multò magis ſi ſimul vocentur: & ſic filius per patrem, & econtrà, vt hic, quod eſt, ſi eſt in poteſtate, non aliàs: *vt infrà de filiuſa. & quemadmodum. l. iij.* Item non frater per fratrem: *vt infrà l. fin.* niſi eſſet in poteſtate eiuſdem. *vt hic.* quia in vna domo ſunt: *vt ff. de mune. & ho. l. iij §. ſi duo.*

o ¶ *Tempora.* quæ [d] ſunt infrà, l. proxi.

p ¶ *Non aliis.* etiam filio per patrem, vel econtrà non prodeſt quoad interualla: niſi [e] eſſet honor cũ ſumptu, vel munus mixtum. quia tũc etiam ad interualla prodeſt vnus alteri: *vt ff. de lega. l. filio.* ſic ergo in continuatione non diſtinguitur ſit cum ſumptu munus, vel honor: vel non: vel in ſeipſo, vel in patre, & filio: vt in princip. legis [f]. Sed in interuallo dic, quia aut de ſeipſo ad ſeipſum: & tunc idem, vt non diſtinguatur, an filio per patrem: vel econtrà: & tunc diſtinguitur, cùm ſumptu, vel ſine: vt dictum eſt. Sed Py. dixit etiam in continuatione, quæ ſit inter patrem & filium, diſtingui ſi cum ſumptu, vel ſine: per l. prædict. *filio.*

q ¶ *Munera.* Idem ſi de munere ad honorem, vel econtrà. *ad quod ſuprà de decu. l. quidam. & ff. de va. mu. l. eos. §. j.*

r ¶ *Adſtrinxeris.* tacitè: *vt ff. ad muni. l. ij in princip.* idem ſi expreſsè.

s ¶ *Onera.* ſcilicet decurionatus. ſ. interim dũ eſt infans: quinimò etiam dum eſt minor xxv. ann. cùm interim nõ poſſit eſſe decurio: *vt ff. ad mu. l. Lucius. §. pro infante. & ff. de mu. & honor. l. rempub. §. j. reſpon.*

t ¶ *Voluntatem.* tacitam, vel expreſſam. at hoc vt infans ſit decurio, mandari non poteſt.

u AB *honoribus.* idem ſi de munere ad munus: *vt ff. de mu. & ho. l. nauicularij* & facit pro hoc, quod excipit de legato, quod eſt munus: *vt ff. de mu. & hono. l. fin. §. legati.*

x [a] ¶ *Quinquennij* præterquam ſi ad decurionatum vocetur: *vt not. ſuprà l. proxim.* item hoc, niſi in ſubſidium: *vt no. infrà l. proxim.*

a ¶ *Quinquennij.* & mox, *triennij.* vide ca. 22. *de praſcrip.* CVIAC.

b Decuriones ſimul eſſe poſſunt pater, & filius.
c Continuatio honorũ quid.
d Vacationum tempora quæ.
e Vacationum tẽpora certis perſonis competentia an, & quando aliis proſint.
f Cõtinuationis, & interualli differentia.
g Interuallo honorum, & munerũ, quinquennium datur.

a ¶ *Lega*

ad alios, legatione [a] autem perfunctis, biennij vacatio conceſſa eſt.

Frater propter fratrem non habet vacationem: ſed propter alios idoneos nondum grauatos rectè excuſatur. BART.

III. *Impp.* DIOCLETIA. *&* MAXIMIAN. AA. *Critia.* †

INterualla [b] temporum, quæ in vnius [c] perſona locum habent, fratribus [d] (licet communia poſſideant bona) minimè prodeſſe, frequenter cõſtitutum eſt. Sanè [e] his miſſis, qui necdum functi muneribus, ad hæc idonei conſtituti vocari debẽt, vos ſi ad obſequium ciuilium munerum repererit paruiſſe: ne interim interpellemini, præſes prouinciæ prouidebit.

DE MVNERIBVS [f] patrimoniorum.

TITVLVS XLI.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *filio* †.

CIuilia [g] munera per ordinem pro modo fortunarum ſuſtinenda ſunt.

II. *Idem* AVGVSTVS *Materno.*

MVnera, quæ patrimoniis publicæ vtilitatis gratia indicuntur [h]: ab omnibus [i] ſubeunda ſunt.

III. *Imp.* ALEXANDER A. *Attilio.*

QVi immunitatem [k] munerum publicorum cõſecuti ſunt, onera patrimoniorũ ſuſtinere debent: in quibus cauſis & hoſpites [l] recipiendi ſunt.

Onus alimentandi equos decurionum, eſt patrimoniale. BART.

IIII. *Impp.* VALERIANVS, *&* GALIENVS AA. *Neroni.*

NOn videtur abhorrere à ratione [m] ſententia, qua præſes prouinciæ equos curiales * [n] alere, non perſonarum ſed patrimonij eſſe decreuit [o]: & tamen ſi iniqua eſſet [p], omiſſo † à te appellationis auxilio, neceſſariò permanet [q].

Nihil eſt, quod tribuat excuſationem à muneribus patrimoniorum. BART.

V. *Impp.* CARVS, CARIN. *&* NVMERIANVS AAA. *Antepiſti.*

NEque tempore ætatis, neque numero liberorum à muneribus, quæ patrimoniorum [r] ſunt, excuſationem quis habere poteſt.

Philoſophi non debent habere immunitatem à muneribus patrimonialibus. BART.

VI. *Impp.* DIOCLETIANVS, *&* MAXIMIANVS AA.

PRofeſſio [ſ] †, & deſiderium tuum inter ſe diſcrepãt. nam cùm philoſophum te eſſe proponas, vinceris auaritia, & rapacitate: & onera, quæ patrimonio tuo iniunguntur, ſolus [t] recuſare conaris: quod fruſtrà te facere, cæterorum exemplo poteris edoceri.

Minores nõ excuſantur à muneribus patrimonialibus. BART.

VII. *Idem* AA. *&* CC.

ETiam minores ætate patrimoniorum muneribus ſubiugari ſolent [u]. Vnde intelligis te fruſtra plenam immunitatem deſiderare: cùm munera, quæ impenſas exigunt, ſubire te neceſſe ſit.

VIII. *Idem* AA. *&* CC.

NEc protoſtaſiæ [x] †, vel ſacerdotij [y], vel decaprociæ [z]

a ¶ *Legatione.* remota non proxima: *vt infrà. de legat. l. ij.* Item ad ſeipſum, non ad alium: *vt ff. de legat. l. filio. & l. filius. & l. Paulus respondit in prin. & §. imperator.* Item facit *ff. ad mun. l. libertus § praſcriptio. & l. diuus.*

b INteruallа. quæ ſunt *ſuprà, l. proxi.*

c ¶ *Vnius.* vel quaſi vnius. *vt not. ſupra, l. proxi.*

d ¶ *Fratribus.* licèt decurionibus. *ad quod ſuprà, de decu. l. licet. 2.* Ex dic, quòd vel erant emãcipati, vel pater mortuus: *vt no. ſup. l. j.* ¶ Sed quid de ſociis [a] omniũ bonorum? videtur idem quod in fratribus: ſecũdùm Py. quia ipſi fratres dicũtur: *vt ff pro ſoc. l. verum.* Sed contrà videtur: quia onus eſt cõmune: quod non eſt in fratribus: *vt ff pro ſocio l. cum duobus. §. Põponius. & l ſi fratres §. idem Põponius.* Idem arg. contrà *ſuprà, de diuer. reſcrip. l. j.*

e ¶ *Sanè.* conſtrue: ſanè præſes prouin. prouidebit, ne interim: & hoc dico *miſſis* id eſt, vocatis, *qui nec,* &c. Vel *miſſis,* ad munus, quod in idem recidit *ad quod infrà, titu. ij. l. iij. & ſuprà, de decu. l. quia tam. & ff. de lega. l. ſciendum. §. penult.*

f DE MVNERIbus patrimoniorum.

De perſonalibus dixit in ſuperiori titulo: nunc de patrimoniali. ¶ *Et dic munus* [b] *tribus modis. Vno, donum: ſecundo, onus. &* ſic hoc tit. *Tertio officium.* & ſic ſuprà, tit. j. & ff. de ver. ſigni. l. munus tribus modis. & l. inter donũ. & l. munus propriè. & l. pupillus §. munus. ¶ *Item diſtingue* [c], *quia munus aliud perſonale, aliud patrimoniale, & aliud mixtum, perſonale, cũ ſolicitudine perſonæ patrimoniale, diſpedio rerum: mixtum ex vtroque procedit: quod dic per exempla.* ff. eo. l. i. & l. fi. in princ. §. patrimoniorũ & §. mixta. *perſonalia alia reſpiciunt publicã vtilitatẽ principaliter, vt legatio ad cenſus: alia priuatã principaliter, vt tutela. Item patrimoniale aliud indicitur perſonis pro rebus, & hoc tantum ciuibus & incolis: aliud ipſis poſſeſſionibus, & hoc etiam alienigenis: qui modò aliquid hic poſſident: vt* ff. eo. l. reſcripto. §. fi. & *ſ.* de an. & tribu. l. ij. & infrã, eod. l. ii. ACCVRSIVS.

g CIuilia. omnia patrimonialia perſonalia, & mixta ciuilia ſunt: *vt ff. de mu. & ho. l. fi. § pen.* & ſic hæc lex de omnibus dicit. Nam in perſonalibus [d] eſt ordo pro modo fortunarũ, id [e] eſt, prout fortuna reddit aliquem diuitem, vel prouidum: *vt ſ. de decu. l. ad ſubeunda. & ff. de decu. l. honores & ff. eo. l. honor. §. de honoribus, & de albo ſcri. l. j.* Idem de mixtis: *vt ff eo. l. iij § præſes & d. l. honores* Idem de mero patrimoniali, vt per ordinem, id eſt, non vnus tantùm grauabitur, vt alius releuetur. Item ſecundùm facultates: *vt infrà, tit. j. l. fin.*

h MVnera. *Indicuntur.* quæ olim extraordinaria hodie ordinaria ſunt: *vt ſuprà, de ſuperindict. l. j.*

i ¶ *Ab omnibus.* etiam alienigenis: dummodo aliquid poſſideãt ibi: *vt not. in rub. & facit ſ. de vet. l. omnium. & j. l. proxi. & l. neque & l. profeſſio & l. etiam. & l. patrimoniorum & l. fin.*

k QVi immunitatem. ¶ Not. generaliter immunitate [f] conceſſa perſonalia munera remitti: *vt j. de exc. mu. per totũ. & ff. de iu. immu. per totum. & de vac. mu. per totum.* Sed nõ patrimonialia: *vt hic:* quæ duobus [a] modis relaxantur: primo ſpeciali conceſſione patrimonialium, vel alicuius patrimonialis: *vt ff. de vac. mu. l. ſunt munera. & j. de his, qui à prin. vac. l. j.* vel [b] lege ſcripta: vt magiſtri liberaliũ artium, doctores legum grammatici, & philoſophi, quib. remittitur munus hoſpitis recipiendi: *vt ff eo. l. fi. §. fi. & j. de profeſ. & med. l. medicos* Item militibus, & veteranis capitis præſtatio remiſſa eſt: *vt ff. e. l. fi. § pen.* Item veteranis conceditur ne fiat tributorum exactores: *vt ff. de priuil. vet. l. fi.* Idémque in aliis, quæ non patrimoniis indicuntur: *vt ff. de va. mu. l. his honoribus.* Item clerici *vt ſ. de epiſ. & cler. l. j.* Item mulieres nõ ſubeunt corporalia munera, licèt ſint patrimonialia, quia mixta: quòd dicas, ſecundùm Py. ſ. adminiſtrãda, ſicut nec minores *vt ff eo. l. ad rẽ.* & adde diſtinctionem, quam fecit ſuper rub. *j. de excu. mu.* ACCVR.

l ¶ *Hoſpites.* quod eſt patrimoniale [c]: *vt ff eo. l. iij. §. munus.* Item *facit ff eod. l. reſcripto § fin.*

m NOn videtur.] *A ratione.* id eſt, non videtur lex eſſe contraria rationi.

n ¶ *Curiales.* l. curialiũ.

o ¶ *Decreuit* cùm fortè prætenderet aliquis excuſationẽ perſonalium. Sed certè, imò malè decreuit: quia eſt perſonale: *vt ff. eo. l. fin. in princ* Solu. vt ibi.

p ¶ *Eſſet.* quia ſumptu publico, tamen ſine appellatione non reſcinditur: *vt ſ. ſen. reſcin. non poſ. l. j. & de fru. & li. ex. l. ut & ff ad Treb. l. ſeruo inuito. § cum prætor. & ſ. de poſtul. l. j.*

q ¶ *Permanet.* ſ. ſententia firma. ACCVR.

r NEque tempore.] *Patrimoniorum.* vt *ff eo. l. reſcripto §. fi. & de va. mu. l. ſunt munera.* ſecus in perſonalibus: *vt j. de his, qui numero li. ſe excu. l. fi. & ff. eo l. iij. §. quamuis. quæ ſunt contrà.* ACCVRS.

ſ PRofeſſio. hoc poteſt dici doctori [d] legum petenti reſtit. in integrum.

t ¶ *Solus.* dic quòd ſolus à perſonalibus excuſatur: ſed à patrimonialibus non: *vt hic, & ff de vac. mu. l. in honoribus. § philoſophi.* præter hoſpitis recipiendi: *vt ſuprà eo. l. qui immunitatem. & infrà, de profeſ. l. reddatur.*

u ETiam ſolent. ſcilicet vt ea ſuſtineant, & perſoluãt: non autem vt ea exigant, & adminiſtrent; *vt ff eodem. l. ad rempublicam.* ſic & in veterano: *vt ff. de priui. vete. l. fin.* ¶ Item quid differt hæc ab illa, *ſuprà eodem. l. neque tempore?* Fortè illa in ſenili: *vt infrà qui ætа.* hæc in iuuenili: *vt d. l. ad rempublicam.*

x NEc protoſtaſiæ. Protos [e] Græcè: Latinè dicitur anterior, vel prima. ... habere protoſtaſiam, qui primũ habent locum in ſtationibus. P. ſoluebãt ergo pro ſe, & pro aliis. Alij dicunt protos, id eſt, maior, vnde munus protoſtaſiæ, id eſt, ea præſtatio, quæ dabatur prouinciali, id eſt, ei, qui ſtabat maior inter curatores prouinciæ. ACCVRSIVS.

y ¶ *Vel ſacerdotij* munus, quod dabatur ei, qui præerat ſacerdotio totius [f] prouinciæ: *vt ff eodem. l. ſponte.*

z ¶ *Vel decaprociæ.* id eſt, munus decimarũ, ſiue præſtatio decimarũ. ſicut decaprotus, primus de decẽ: *vt ff. eo. l. iij. §. decaprotos.*

a Onus eſt cõmune inter ſocios, & non inter fratres.

† al. Aniceto, vel Niceto.

† al. Philino. al. filio Syrio.

b Munus tribus modis dicitur, pro dono, onere officio.

c Munera ſunt in multiplici differentia.

d Perſonalia, & mixta munera indicuntur pro modo fortunarum.

e Pro modo fortunarũ cõuenire quid ſit.

f Immunitate conceſſa, perſonalia: non patrimonialia munera remittuntur.

a Quibus modis patrimonialia munera remittuntur.

b Patrimonialia munera, lege quẽadmodum, & quibus remiſſa.

* legen. curiales.

† al. commiſſa.

c Hoſpitis recipiendi munus perſonale eſt.

† Turpe eſt ſi profeſſio hominis, & deſiderium inter ſe diſcrepant. ...

† Pulchrè in hũc locũ Alc. ...

d Doctor an petere poſſit in integrum reſtitutionẽ.

e ... principalitates, vnde principales ...

f Dic potius ſacerdotij vocabulo hic intelligi ... his enim ſacerdotiis qui fungũtur, ludis præſunt in honorem deorum inſtitutis cum ſumptu aliquo ...

Sed contrà, *in l.fin.§.mixta.* vbi dicitur mixtum. Solu.ille, qui colligit, habet mixtum: ille, qui ſoluit, onus patrimonij ſubit. vel eſt patrimoniale, vt hic, id [a] eſt, naturam patrimonij habet: eſt tamẽ mixtũ: *vt d.l.iij decaprotos.* ¶ Et no. ſecundum P. quod *decaprotia*, non *decaprotissa* debemus dicere, ſicut *decaprotos*, non *decaprotiſſus.*

a Munus naturam patrimonij habere poteſt, & tamen mixtum eſſe

munera corporalia ſunt: ſed tantùm patrimonij eſſe non ambigitur.

a *Patrimoniorum.* ſed & perſonalia munera ſexui [m] congruẽtia non incongruentia: *vt ſuprà de mu. in quo lo. l.j. & ff. eod l. iij. §. corporalia.* & dic quæ ſunt patrimonialia [c], *vt ſ. an nuo.* & quod not. *in l. qui immunitatem.*

b Perſonalia munera ſexui congruentia etiam mulieres ipſæ ſuſtinent.

c Patrimonialia munera quæ.

IX. *Idem AA. & CC.*

Patrimoniorum [a] munera mulieres etiam ſuſtinere debent.

Superindictiones ſunt munera patrimonialia. BART.

X. Exemplum ſacrarum literarum eorumdem AA & CC. ad præſides prouinciarum.

Qvantum ad extraordinarias indictiones [b] pertinet præſidibus ſignificamus, vt omnes poſſeſſores [c], cæteróſque [d] ſciant conueniri debere [e], quandoquidem ea patrimonij munera eſſe conſtet, quæ meritò ab omnibus [f] agnoſci debeant, quò faciliùs obſequiis publicis pareatur.

b *Qvantum ad extraordinarias indictiones.* quæ [d] hodie [e] ſunt ordinariæ: *vt ſuprà, de ſuperindicto l.j.*

d Indictiones hodie ſunt ordinariæ.

e Extraordinarium in ordinarium mutari poteſt.

c ¶ *Poſſeſſores.* immobilium. ACCVRS.

d ¶ *Cæteros* ſcilicet mobilium poſſeſſores: cùm de patrimoniali dicit.

e ¶ *Conueniri debere.* excipe quoſdam in muneribus quibuſdam: *vt ſ. eod.l. qui immunitatem.* vt ibi not.

f ¶ *Meritò ab omnibus.* etiam milite, & veterano, & pontifice [f]: *vt ff. e. l.fi §. patrimoniorum, & § ab eius.*

f Patrimonij munera etiam pontificibus indicuntur.

† Similis eſt tit. in Co. Th.

QVEMADMODVM † Ciuilia munera indicuntur [g].

TITVLVS XLII.

Non debet quis in eodem tempore habere plura officia. BART.

I. *Imppp.* CARVS, CARINVS, & NVMERIAN. AAA.

Cvm te curatorem ad cogendas [h] angarias [i] creatum, appellationem [k] interpoſuiſſe proponas, præſes prouinciæ, ſi alterius curiæ [l] te eſſe animaduerterit, ad alieni corporis munera vocari non ſinet: quia eius patriæ [m] oneribus reſpondere debes, cui te attributum eſſe commemoras.

II. *Impp.* DIOCLETIANVS, & MAXIMIANVS AA. *Dionyſio.*

g QVEMADMODVM ciuilia munera indicuntur.

g Ciuilia munera quæ: & quæ in illis conſiderentur.

Ciuilia [g] *dicuntur* omnia: vt ſupra tit. j. l. [I]. *in quibus inſpicitur perſona eius, qui imponit munus, vel indicit, quòd habeat illud officium: vt ſuprà de* iu. fiſc. l. ſuper creandis, & de decu. l. ii. *Secundò, inſpicitur, quod eſt* infrà, l. ii. *Tertiò, perſona eius, cui indicitur. Quartò origo natalium. Quintò, facultates. Sextò, conſuetudo:* vt ff. de mun. & hon. l. honor. §. de honoribus. (*Perſona, ſcilicet vt ſit habilis, vel non excuſetur. Origo, vt honores ingenuorum non deferantur liberto.* vt ſupra ad leg. Viſel. l. j. *Facultas, vt ſit ſufficiens muneri iniun cto.*) ¶ *Item ſeptimò, vt potiores eligantur:* vt ff. de decu. l. honores. *Item octauò, quod dicitur infrà, l. ij. Nonò, quod dicitur infrà, l. j. Decimò, quod dicitur infrà,* l. pen. *in perſonalibus enim hæc conſiderantur: ſed in patrimonialibus non omnia.*

h *Cvm.*] *ad cogendas.* i. colligendas. ACCVRSIVS.

i *Angarias.* i. [h] operas: *vt ſuprà de ſacr. ſan. eccle. l. nemini.* ACCVRS.

h Angariæ, pro operis.

k ¶ *Appellationem.* quando fieri debet: *vt ff. quando ap. ſit l. j. §. alia cauſa.*

l ¶ *Alterius curiæ.* aliàs *curæ:* aliàs, *curationis.* ¶ Et eſt ſẽſus, vt in [i] vno officio electus, non cogatur ad aliud ire, donec finiatur primũ: *vt hic, & ſ. de ſuſce. l. neminem. & ff. de vac. mu. l. fi.* & tũc habet interualla: *vt ſ. tit. ij. l. ij.* Aliàs eſt, *curia*, & eſt ſenſus, vt decurio vnius curiæ non eligatur ad munera, ad quæ vocãtur alterius curiæ curiales. Vel *curia, ad quod ff. de col. illi. l. prima. § in* [illegible] &c. ſed ſecũdum primum intellectum. ¶ Quid ſi ad duo munera in eadem ciuitate vocatus fuerit, nec apparet ad quod prius? Reſpon. ſi idem eſt nominator vtriuſque, eius ſit electio, qui eligit: *vt ar. ff. de excu. tu. l. ſi duas. in pri.* ſi autem ſunt diuerſi: tunc dic vt no. *ſuprà de inco. l. ciues.*

i Nouum officiũ nemo cogitur ſubire, ſed exercere, niſi eo finito, quo fungitur.

n *Maioribus.*] Fũctos ad quæ nemo venit, niſi habuerit minores: *vt ff. de mu. & hon. l. honor. § gerendũ.* ¶ Et no habeti hic inſpectionem, vt [k] aſcendendo. (*vt ff. de mu. & hon. l. vt gradatim.*) non deſcendendo conferantur honores: *vt hic, & ad hoc ff. de neg. geſ. l. qua vtiliter.* Item hoc, niſi ſit neceſſitas: *vt d. l. honor. in fi.*

k Honores, aſcendendo, non deſcendendo conferuntur.

o *Cvm te,* ſcilicet decurionem, ex quibus ad munera quis vocatur perſonalia, & mixta, quæ publica vtilitate principaliter indicuntur: *vt ff. de cur. l. honores. § is qui*

Maioribus † honoribus functos [n], ad minores deuocari non oportere, rationis eſt.

p ¶ *Copia eſt.* vt ſuprà, *tit. ij l. fi. & ff. de mun. & hono. l. honor. §. fin.* alias ſecus: *ff. de mun. & hon. l. vt gradatim. § quotiẽs. & d. l. honor. in fi.* Itẽ inter vnum, & aliud debet habere interualla: *vt ſuprà, tit. ij. l. ij.* Immò hoc caſu erit comes: *vt ſup. de decu. l. Alexandrinus.* ACCVRS.

† Facit cõtrà, *c. ad ſupplicationem, vt ſ. contrà, de renun. vt in Papa permiſſo Archiepiſcopo Ragnſenſi muneraſe pot vſu pallij quod pallium ſibi Archiepiſcopus compete.*

III. *Idem AA. Eutychiano.*

Cvm te [o] omnibus muneribus functum eſſe adſeueres: ad eadẽ munera, ſi aliorum ciuium copia eſt [p], qui obſequiis ciuilibus fungi poſſunt, præſes prouinciæ deuocari te non permittet.

IV. *Iidem AA. & CC. Regio.*

Vltra [q] modũ ſumptuum [r] te muneribus ciuilibus grauari leuatis aliis, præſes [s] prouinciæ non patietur: ſed æqualitatem [t] tam iuris, quàm cenſuræ [u] memor, circa ordinem [x] cuſtodiet.

q *Vltrà.* hic bene exprimitur rub. intentio: *vt ſup. tit. j. l. j.*

r ¶ *Sumptuum.* faciendorum. nam facta computatione plus ſoluis, quàm te tangat.

s ¶ *Præſes* cuius eſt officium hoc facere: *vt ff. de mun. & hon. l. iij. §. præſes.*

t ¶ *Æqualitatem.* Immò ſi de quantitate fiſcalium collator dubitauerit, vel de ratione poſſeſſionis, pro qua exiguntur fiſcalium deſcriptionũ cuſtodes: vel per iudicem prouincialem, vel per locorũ epiſcopum proferre coguntur, & fiſcaliũ oſtẽdere quantitatem: vt ſecundum æquitatem, vel æqualitatẽ publicæ deſcriptionis pro viribus patrimonij poſſeſſores exigãtur: *vt in Auth. de col. §. hac autẽ iubemus.* Item facit *ſupr. de anno. & trib. l. in fraudem.*

† *al.* Antoninus.

u ¶ *Cenſuræ.* pro [a] eo, id eſt cẽſuræ de iure exigẽdæ: vel iuris ſtrictiſ cẽſuræ, ſcilicet æquitatis.

a Hæc Gloſſa corrupta eſt. Dic cum meliore eſſe cẽſuræ, & iuris, qui in eſſendo ordinem iure conſtitutum ſeruat.

x ¶ *Ordine.* eſt enim ordo, [b] vt nunc vnũ, nunc aliud, nunc ſimul æqualiter, non autẽ vt vnum ſemper grauet: *vt & ſuprà, tit. j. l. j.*

b Ordo æquitatis cõſuetus ſeruandus.

DE HIS, QVI SPONTE publica munera ſubeunt.

TITVLVS XLIII.

Qui patietur ſe decurionẽ creari, videtur ſuo priuilegio renunciaſſe: niſi ſub pacto hoc priuilegium acceptauerit: ſaluo ſuo priuilegio: ſecus ſi ad alium honorem ſe eligi paſſus fuerit. BART.

I. *Imp.* ALEXANDER † A. *Feliciano.*

Veterani, qui cùm poſſent ſe tueri immunitate his conceſſa [a], decuriones ſe fieri in patria ſua maluerunt, redire ad excuſationem [a], quam reliquerunt, non poſſunt: niſi certa lege, & pacto [b] ſeruandæ immunitatis, vel partem eius honoris [c] agnouerint.

y DE HIS, QVI ſponte publica munera ſubeunt.

Dixit de cogendis: nunc de ſpontaneis: & dicas, quòd immunis ſponte decurionatum ſuſcipiens, omnia munera decurioni iniungenda ſubire cogitur: niſi pacto iuuetur: vt infrà eodem. l. 1. ſed aliud munus ſuſcipiens, in aliis non præiudicat: vt l. ij. ſed in eo ſic ſibi, non filiis. vt l. iij. & iiij. *niſi naturalis curia offerat: tunc etiam liberis:* vt infrà l. final. § fin

2 *Veterani, qui.*] *His conceſſa* quæ qualiter [c] concedatur, dic, *vt ſuprà, tit. ij leg qui immunitatem.* habent autẽ & quædam priuilegia: quorum quædam & filiis [d] eorum conceduntur: *vt ff de priuil. veter. per tot & ff. de vac. mun. l. in honoribus. §. vacatione.*

e Priuilegia veteranis quẽadmodũ concedantur.

d Quæ priuilegia filiis veteranorũ conceſſa.

a ¶ *Ad excuſationem.* quam antè habebant, & cui renunciare [e] videntur accipiẽdo decurionatum: *vt hic, & infrà, l prox & l. iij. in fin. & ff de iu immu. l. pen. §. fin. & de priu. ve. l. fi. in fi. & de vac. mu. l. à decurionatu.* & ſunt ſimilia de tacita [f] renunciatione: *vt ff de vac. mun. l. pen. § fin. & de noua. l ſi quis delegauerit. & de ope. lib. l. Campanus. & infrà, de tab. l. iij* ¶ Item not. aliquem non venire contra [g] ſuum factum [h]: *ad quod eſt ſupr. de re. cre. l ſi quis iuſiurandum.*

e Veterani priuilegio renũciare videtur, qui decurionatum adipiſcitur.

f Renũciationis tacitæ quædam exempla.

g Factũ ſuum an quis improbare poſſit.

b ¶ *Pacto.* id eſt, legitimo pacto. valet enim hæc conuentio: *vt ſuprà, de iure immu. l ij. & infrà, l fin in princip.*

c ¶ *Honoris.* alias, *honoris 2.* Et tũc dic immunitatis, id eſt, honoris in totum: alias eſt *oneris.* ¶ Et not quòd idem ſi filio immuni facto decurioni conſenſerit: vt *not. ff. de mun. & hon. l. ſponte §. j.*

h *Contra in contrarium fallaciæ, per Auth. de Euer. ... , de electione*

¶ Item

¶ Item huic legi contrà *Inſtit. de excu. tut. §. pen.* Sed ibi in marito ſpeciale vt ibi notaui.

a Publici muneris appellatione omnia munera continentur.

a ¶ *Vi publici.* omnia [a] comprehendit: *vt ff de mun. & ho l. fin. § hæc omnia.*

b ¶ *Habet* quod qualiter ſit, habes *ſuprà, titu. y l. vlti.*

c ¶ *Competens.* ſcilicet in aliis, vel etiam in eodem, ſi denuo vocetur, *vt ſupr. de excu. tu l. voluntaria. & ff de pri. ve. l. y. in fin. & ſupr. de epiſ. & cle. Authen. presbyteros. & infr. l. prox in prin. & ff de vac. mu. l. in honoribus. §. qui muneris.*

† al. Paco P.P.

† Facit l. j ſuprà, de officio Comitis Orientis.

¶ Item ad hoc, quod dicit decurionatum, facit ſuprà *de Lati. libe. to. l. vnica. §: ſed & ſi. & ff. de pæ. l. reſpiciendum, circa prin.* ACCVRS.

d ¶ *Vi conditioni.*] *curiali.* nō enim eſt curialis, ſeu decurio.

e ¶ *Statúmque.* qui erat vt ad talia ibi nō cogeretur, cùm non eſſet ciuis, vel incola: *vt ſuprà de inco. l. cùm neque.* in aliis ergo ſibi non præiudicat: *vt ſupr. l. proxi.*

¶ Sed quid ſi curialis erat, & in alia ciuitate talia egit? Reſp. reuocatur ad curiam: *vt ſup. de decu l. qui derelicta & l. generalis. & l ſi quis deſerto.* Item & tanquam vilis non habet priuilegium ne ſubdatur tormentis: *vt inf. de tab. l. y.* & ſic præiudicat ſibi in aliquo. *& facit ff. de vaca. mu l. j. § pe.*

f ¶ *Permaneant.* ſi alia cauſa eos non vrgeat.

g ¶ *Accipere.* vt opus putà publicum extruat.

h ¶ *Diſcedant.* vt alia ſcilicet munera non cogantur ſubire.

i ¶ *Ex his.* nō obnoxiis.

k ¶ *Omnia.* indiſtinctè. per quod ſit municeps: vt ſubiicit. *vt ſup. de inco. l. ciues.*

l ¶ *Patrem.* id eſt, decurionem. Vel dic *vt ſuprà de decurio. l. Alexandrinus.*

m ¶ *Os, qui.*] *Manebit*, non autem ipſi: *vt ſuprà l. j & y. & ſuprà, de decu. l. y. & iy.* ſed in filiis eſt ſecus in dignitate: *vt inf. de dignitatib. l. j ſenator.*

n ¶ *Sub hac lege* ſic *ſuprà l. prima. in fin.* ACCVRS.

o ¶ *Properauimus.* ſic *I. de bo. quæ libe. l. iy.*

p ¶ *Succeſſores* etiā non curiales: quod ſecus eſt in eo, qui origine [b], vel ſentētia, vel alio modo fuit curialis: *vt ſ. quando, & quib. quarta pars deb. l. j. & y in prin.*

b Curiales ſūt alij origine, alij ſententia.

q ¶ *Ex quarta portione.* vt quia antequam eſſet curialis, ſucceſſit curiali ſicque quartam debuit curiæ. ACCVR.

II. *Impp.* DIOCLETIA. *&* MAXIMIANVS AA. *Valerio.*

QVi publici [a] muneris vacationē habet [b]: ſi aliquem honorem, excepto decurionatu, ſponte ſuſceperit: ob id quòd patriæ ſuæ vtilitatibus ceſſerit, vel gloriæ cupiditate paulisper ius publicum relaxauerit, competens [c] priuilegiū non amittit.

III. *Imp.* LEO. A. *Puſeo* † P.P.

QVi conditioni † non obnoxius curiali [d], quemlibet honorem, vel munus voluntate propria in quacūque geſſerit ciuitate, nullum præiudicium circa fortunam ſuam, ſtatúmque [e] ſuſtineat: ſed tam ipſe, quàm liberi eius, & qui ex his in poſterum procreandi ſunt, ab omni huiuſmodi nexu cum ſuis facultatibus liberi, alienique permaneant [f]: ita tamen, vt ſi aliqua functio volentibus eis fuerit iniuncta, ex qua neceſſe ſit eos aliquid accipere [g], quod ex data ſibi pecunia in reliquis apud eos manſiſſe conſtiterit: ſoluentes, ſine vlla moleſtia, vel conditionis ſuæ formidine diſcedant [h]. Si quis verò ex his [i] omnia [k] decurionum munera, vel functiones, vel honores nulla imminente neceſſitate: ſed ſua ſponte peregerit: eum pro ſua liberalitate patrem [l] ciuitatis, in qua voluntarius municeps apparebit, ſi hoc libuerit ei, fieri conſtituique hac lege decernimus. Dat. V. Id. Nouem. CP. Baſilico, & Armatico Coss.

Liber homo, qui ſponte curiæ ſeipſum tradidit, ſeipſum obligat, non ſuos liberos quandocunque genitos: ſecus ſi naturalis filius ſe offerat. BART.

IV. Imp. IVSTINIAN. A. *Menna* P.P.

EOs, qui curiali fortuna liberi conſtituti poſtea ſe curiæ cuiuſcunque ciuitatis obtulerint, conſidere volumus, quòd poſteritas eorum non ſolùm iam procreata: ſed etiā poſt talem deditionem procreanda, huiuſmodi fortuna libera manebit [m], ſiue ſpecialiter ſub hac lege [n] curiæ ſe obtulerint, vt ab eis deſcendentes, tali fortuna liberi permaneant: ſiue nullam huiuſmodi fecerint mentionem: nullo audente dicere quòd nati, vel concepti poſt talem deditionem, paternam conditionem ſequi debeant: hoc enim ſpeciali beneficio alacriores omnes ad conferendam ciuitatibus huiuſmodi opitulationem conſtituere properauimus [o]: ita tamen, vt nec occaſione quartæ portionis bonorum huiuſmodi decurionis quicunque ſucceſſores [p] eius aliquam inquietudinem patiantur: vtpotè libera eius ſubſtantia omni curiali grauamine conſeruanda: & ſi quid defunctus vel ex adminiſtratione curialiū munerum, vel ex quarta portione [q] ad eandem curiam ſemel, vel ſæpiùs deuoluta, vel ex alia quacumque cauſa eidem curiæ debuiſſe probetur, hoc eidem ſucceſſores curialibus reddere minimè dubitent: illis ſcilicet, quæ ſuper naturalibus filiis, quos naturalis pater ſub hac lege curiæ dedit, vel poſteà dederit, vel legitimos tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſucceſſores habeat, non ſolùm veteribus [r] legibus; ſed etiam noſtris ſanctionibus [s] diſpoſita ſunt, præſenti lege excipiendis: vt nō ipſi tantùm filij naturales [t]: ſed etiā ex his procreandi mares paternā ſequantur fortunam: vel maribus liberis minimè ſubſiſtentibus [u], quarta pars ſubſtantiæ mortui curiæ deputetur.

DE HIS, QVI A PRINcipe vacationem munerum acceperunt

TITVLVS XLIV

I. *Impp.* THEOD. ARCAD. *&* HONOR. AAA. *Ruffino* P.P.

NVllus † vacationem ... accipiat niſi id fortè veris ac probatis cauſis [y] adnotatio noſtra conceſſerit. Dat. Pr. Id. Nouemb. ... CP. Theodoſiano, & Abundantio Coss.

DE VACATIONE publici muneris [z].

TITVLVS XLV.

Reſcripto ſi concedatur immunitas, ea tantum videntur remiſſa, quæ ad tēpus extra ordinem indicūtur: nam quantum ad ordinaria munera pertinet, inane reſcriptum eſt. l. cui muneris. ff. de mun. & hon. CVIACIVS.

Vacatio ſimpliciter conceſſa non porrigitur ad munera ordinaria. BART.

I. *Imp.* GORDIANVS *Ianuario.*

MVneris publici vacationem ea continere, quæ non lege, non ſenatuſconſulto, non conſtitutionibus principum iniunguntur [a], meritò reſponſum eſt: ad quam formam

r ¶ *Non ſolum veteribus. vt ſuprà de natu. li. l. iy. & .iy.*

s ¶ *Sanctionibus.* vt *ſuprà de na. li. l. communium. & adde in Authen. quib. mo. na. ef. ſui, §. ſi quis igitur. coll. vy.* ACCVRS.

t ¶ *Naturales.* ſcilicet curiæ dati ACCVRS.

u ¶ *Subſiſtentibus.* ſubaudi vel filia nupta curiali: *vt ſuprà, quando, & quib. quarta pars debe. l. y. §. ad filiorum & l. finali. §. j. & y.*

DE HIS, QVI à principe vacationem munerum acceperunt.

x ¶ *Vllus.*] *Curialis.* id eſt, decurio, vt ceſſet à decurionatu.

y ¶ *Ac probatis cauſis.*

¶ Nota tria [a] neceſſaria: vt princeps, vt temporalis, vt cauſa neceſſitatis probata: *vt hic, & ſuprà de decu. l. nemo.* ſi enim cuilibet affectanti concederetur, non eſſet qui munera ſubiret: *vt ff. de vac. mu. l. j. in prin. & facit infr. de agri. & cenſi. l. immunitates.*

a Vacationes munerum cauſa cognita cōceditur à principe, & quidē ad tempus.

z DE VACATIOne publici muneris.

Dictum eſt à quo conceditur vacatio: nunc quid conceſſa operatur.

† Cod. T. 12. 2, 111.

¶ *Et dic munus* [b] *aliud publicum, quod in adminiſtratione reipublicæ ſine titulo dignitatis ſubimus* vt ff de mu. & hono. l. honor. §. 1. *Aliud priuatum, vt tutela, quod etiā publicum eſt quoad quid.* vt Inſtit. de excu. tut. in prin.

b Munus aliud publicū, aliud priuatum.

a ¶ *Vneris.*] *Iniunguntur.* quando conceditur vacatio: aut ſimpliciter, *vt hic*: aut plenius: vt & militiæ detur: cui conceditur immunitas: *vt ff. de vacat. mune. l. penult. §. duo.* Cùm ergo ſimpliciter, extraordinarias [c] collationes duntaxat euitat, id eſt, ex improuiſo à magiſtratibus indictas: ordinarias [d] verò, id eſt, quæ à legibus, vel ſenatuſcōn. vel conſtitutionibus, vel aliqua lege imponuntur, recuſare non poteſt: qualia ſunt omnia patrimonialia ordinaria: *vt hic. & ff. de vac. mu. l. in honoribus. § qui muneris. & l. hi, qui.* de patrimonialibus [e] enim nemo ſe excuſat: *vt ſupra, de mu. pa. l. y. cum concor. & l. quæ immunitatem. & ff de*

c Extraordinariæ collationes, quæ.

d Ordinariæ collationes, quæ.

e A patrimonialibus collationibus nemo ſe excuſat.

Google

ff. de mu. & hon. l. fin. § fin. Item quædam etiam perſonalia à magiſtratibus indicta non euitat: vt qui habent honorem oneri mixtum: *vt ff. de mu. l. cui muneris* & ad idem *de va. mun. l. ſextu. §. numerus.* Item & tutelam fauore pupilli non euitat: *vt ff. de excu. tu. l. ſpadonem § qui acceperint* patrimoniale extraor. euitat: *vt ff. de vac. mu. l. in honoribus. § qui muneris.*

† pertinet.

a ¶ *Pertinens.* quia vocatis ad extraor. & habes vacationem per priuil. & ſic habes ius appellandi: ergo, &c. *vt ſuprà, quemadmod. ciuil. mu. indi. l. j.*

iuris pertinens [a] †, ſi cœperis ad munera extraordinaria à magiſtratibus deuocari, appellatione interpoſita poteris apud præſidem iuris rationibus protegi.

b DE DECRETIS decu. &c.

a Decreta à decurionibus, quarũ rerum fiant. An autẽ requiratur decretum in citatione Conſilis, *adde Gloſ. in l. alter. §. in verbo, quatenus de ſi remouerem habere. Gordonũ Papæ pugnam* 442.

Nam & ſuper [a] *aliis interponitur, vt ſuper alienatione prædiorum ciuitatũ:* vt ſuprà, de præcu. l. ij. *& ſuper eligendo ſyndico, vel actore:* vt ff. quod cuiuſ. vni. l. nulli. *vel alio officiali:* vt ſupr. de decu. l. ij. *Item ſuper ſalariis medicorũ, & magiſtrorum liberalium artium:* vt ff. eo. l. iiij. *Item ſuper bannis. & ſtatutis:* vt ff. eod. l. fin *Quid autem ſi ſtatuerũt vt pater teneatur pro delicto filij, vel aliud cõtra ius Reſp. ſecundum P. ſi cõtra tale ius eſt ſtatutum, cui poſſit derogari pacto, vel renũciatione: tũc* [b] *& per ſtatutum quaſi quilibet renunciet: aliàs non,* quod habes ſuprà, de pac. l. ſi quis in conſcribendo.

b Argumẽtum à pacto ad legem procedit affirmatiuè, & negatiuè interdum, *vt hic adde Bald. in l. de præſcript. 4. par. 4. quæſt. 13. nu. 6.* vt quicquid poſſit fieri per pactum, poſſit etiã fieri per legem, ſtatutum, vel conſuetudinẽ. Vt etiam multis notat Eutard. *in loco a pacto ad legem,* adde Glo. *in non ſolum in fin. ff. de operis noui nunciat.*

c E*Xceptis.*] *Antiſtites.* vt magiſtri, non dico repetitores.

d ¶ *Cura funguntur.* & ſunt intra numerum: *vt ſupr. de epiſc. & cle. l. paraeolani.* & multò magis legũ [c] doctoribus: *vt infr. de profeſ. & med. l. medicos. & de mun. & hon. l. fin. § fin.* ¶ Et dic, quòd etiam in patrimonialibus tenet immunitas conceſſa, ſi [d] modò ſpecialiter dicatur: *vt not ſuprà, de mu. pa. l. qui immunitatem.* cùm etiã de burſa dare poſſunt, & decernere: *vt ff. eodem. l. iij. & iiij* ¶ Item videtur ſolus [e] princeps poſſe concedere immunitatem: *vt s. de his qui à prin. quæ eſt contrà.* Sol. ſpeciale in his duobus. Quis ergo alij præſtabit immunitatem, ſi opus fuerit? Reſpon. ſolus princeps, vt ibi dicitur. ACCVRS.

c Patrimonialium immunitas quẽadmodum detur.

e Quæ hic deſunt, eruit ex manuſcriptis codicibus non potuère.

d Verum ſolus princeps immunitatẽ poſſit concedere.

e Exemplum ambitioſi decreti.

f Qui decreto ordinis intereſſe debeant.

g Decreta reſcinduntur quandoque.

e O*Rdinis ambitioſa.* vt [f] ſi liberent publicũ debitorem, vel ex publico largiantur: *vt ff. eo. l. ambitioſa.* ¶ Et no. quòd duæ [g] partes debent adeſſe. Item maior pars cõſentire: *vt ff. eo. l. lege. & ff quod cuiuſ. vni. l. nulli.* aliàs non valet. ¶ Item & ſi valet, reſcinditur quandoque: *vt ff. eod. l. quod ſemel. & facit ſuprà, de adſeſ. l. nemo. & de epiſc. & cle. l. ſi quemquam. & in Auth. quomodo opor. epiſ. § item. & ſuprà, de re. co. l. magu. § ſi ai.*

a ¶ *Ambitioſa.* id eſt, gratioſa. CVIAC.

DE DECRETIS DECVRIONUM ſuper immunitate quibuſdam concedenda [b].

TITVLVS XLVI.

I. *Impp.* DIOCLE. & MAXIMIN. AA. *Vrſatio.*

EXceptis, qui liberalium ſtudiorum antiſtites [c] ſunt, & qui medendi cura funguntur [d], decurionum decreto immunitas nemini tribui poteſt.

II. *Iidem AA. & CC. Caſſio.*

ORdinis ambitioſa [e] [a] decreta ſacris conſtitutionibus reprobantur.

DE EXCVSATIONIBVS munerum [f].

TITVLVS XLVII.

Qui gerũt negotia principis, non habet immunitatem à muneribus, niſi ſint ex illis officiis, quibus eſt ſpecialiter conceſſum. BART.

I. *Imppp.* CARVS, CARINVS, & NVMERIAN. AAA. *Demetrio.*

ETiam hi, qui noſtra [g] procuraſſe monſtrantur, muneribus ciuilibus, quæ dignitati eorum congruunt, fungi debent.

II. *Pars actorum* DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. & CC.

Induſtis [h] *Firmino, & Apollinario, & cæteris principalib. Antiochenſium adſtantibus Sabinus dixit* [i], *&c. Diocletianus dixit.*

CErtis dignitatibus data à nobis indulgentia eſt muneru ciuilium, & perſonalium [i], id eſt his, qui aut ex protectoribus [k] ſunt, aut ex præpoſitis [l]: hi ergo ad munera perſonalia, aut ciuilia [m] non vocabuntur.

III. IIDEM AA. & CC. *Martiano.*

TVtelæ [n] ſolicitudo à muneribus ciuilibus [o] non excuſat: vtpotè cùm nec tres ſimul iniunctæ diuerſarum domuum, huiuſmodi beneficium præſtent [p].

IV. IIDEM AA. & CC. *Attalo.*

HYdraulæ [q] munerum ciuilium immunitatem ſibi iure conceſſam [r] approbare minimè poſſunt.

V. IIDEM AA. & CC. *Marcellino.*

PRocuratores [ſ] abſentium reipublicæ cauſa, munerum ciuilium vacationem non habent.

VI. IIDEM AA. & CC. *Caio.*

VEnatoribus [t] immunitas ob hanc profeſſionem ſolam nullo iure conceſſa probari poteſt.

VII. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Catullinum Vicarium.*

NEgotiantes [u], veſtiarios linteones, purpurarios, & particularios [x] †, qui deuotioni noſtræ deſeruiunt [y], viſum eſt, ſecundùm veterem conſuetudinem, ab omni munere immunes eſſe.

Præſes, vel alius iudex non poteſt collectã imponere: ſed ſi neceſſitas imminet, debet ſcribere præfecto: & præfectus reſcribit principi qui hoc permittet. BART.

VIII. IIDEM A. CONSTANTINVS, & IVLIANVS *Caſ. ad Taurum P.P.*

f DE EXCVSATIONIBVS MVNERVM.

b Summa huius Tituli

Quid des immunitatem, & cui data proficiat, dixi: nũc de [h] *ipſis cauſis propter quas quis excuſatur.* ¶ *Et dic, quòd electus ante omnia appellet intra decẽ dies, aliàs cõſentire videtur.* vt ff. de vaca. mun. l. j. & s. de ap. l. hi, qui *& proſequatur intra duos mẽſes:* vt ſuprà, de temp. ap. l. j. *licèt alij aliter legẽ illam intelligant. Hoc fallit in veterano, qui non appellat:* vt ſuprà quando prouo. non eſt nec. l. veteranus. ¶ *Item in tutela & cura:* vt ff. quãdo ap. l. j. § ſi quis tutor. & § alia. ¶ *Sed quis interim gerit munus? Reſ. pon collega, ſi habet, aliàs eligitur alius, & ſuo periculo malè agatur, ſi excuſatio non vera inuenitur:* vt ff. de ap. l. imperatores. § j.

¶ *Et dic, excuſatio* [a] *eſt alicuius iuſta cauſa allegatio, propter quã arctari non debet ad ſubeunda munera:* vt ff. de vaca. mu. l. j. j. reſp. ¶ *Et diſtingue* [b], *quia excuſatio alia tẽporalis, & perſonalis:* vt ff. de vaca. mu. l. his, qui naues, & l. in honorib. § j. & ſuprà de his, qui à prin. va. acce. *alia perpetua:* vt ff. de va. mu. l. pe. in prin. *Item alia plenaria: cùm à muneribus tãtum perſonalib. excuſatur: non autẽ ab oneribus plenior, cùm etiã ab honoribus: non autem à patrimonialibus:* vt ff. de vac. mu. l. ij. § qui patrimoniorũ. & l. pe. § duo. *Alia pleniſſima, quod eſt, quãdo à quibuſdam patrimonialibus excuſatur:* vt. ff. eo. l. ab his oneribus, § angariarum. & de mu. & ho. l. fi. § pe. ¶ *Porrò ab omnibus aliquem excuſari nõ memini P. ſe legiſſe, cùm etiam* [d] *imperator, & Auguſta quadã talia ſubeãt:* vt infrà de qui. mu. l. ij. & ſuprà vt in emp. ſpe. l. j. *ſed legitur* ff. de iu. immu. l. ſẽper §. licet. & infrà de priu. co. quain ſa. pa. mi. l. ij. & infrà de profeſ. l. medicos. ACCVRS.

a Excuſatio quid ſit.

b Excuſationum ſpecies.

c Verùm quis ab omnibus excuſetur.

d Imperator à muneribus quandoque non excuſatur.

g E*Tiam.*] *Noſtra.* aliàs, *noſtra:* ſcilicet patrimonia, id eſt, ad vtilitatem: aliàs, *noſtra:* ſcilicet patrimonia, vel negotia: & ſic eſt procuraſſe. interim tamẽ dum adminiſtrãt, excuſant ſe: *vt ff. de excuſa. tu. l. adminiſtrantes.* & ita cautè dicit procuraſſe. *& facit s. de quibus mu. vel præſt. l. j.*

h ¶ *Induſtis.* ſcilicet in palatio.

i C*Ertis.*] *Et perſonalium.* non patrimonialium.

k ¶ *Protectoribus.* de his s. de dome. & prote.

l ¶ *Præpoſitis.* ſcilicet laborum, *vt in proxi. tit. & de prapo. laborum. l. j.* ACCVRS.

m ¶ *Ciuilia.* pro eodem: quia ciuilia ſunt: *vt ff. de mun. & hon. l. fin. §. hæc omnia.*

† Parthiarios *legit Alci. hic Pirrius autem pelliparios: alij pannarios: in diſpute. rectius* Parthicarios.

n T*Vtela.* ſcilicet vnius.

o ¶ *Ciuilibus.* quæ ſunt publica, vtilitate: quod non eſt in tutela: *vt ff. de excuſa. l. athleta. § tutela.*

p *Præſtent.* à ciuili: ſed à quarta tutela bene excuſant: *vt ff. de excuſ. tu. l. tria. & ſuprà, qui nu. tu. l. j. quæ ſunt contrà.*

q H*Ydraulæ.* id eſt, aquam deferentes in aulam principis. 2. Vel dic cuſtos ductus aquæ aulæ imperialis: & dicitur ab hydor, quod eſt aqua, & [e] aula: *vt infrà, de aqua du. l. decernimus. § vniuerſos.*

e Nugæ. *Cũ dicatur ut* Gloſſis organarius.

r ¶ *Conceſſam.* eo quòd ſunt electi ad aliud officium.

ſ P*Rocuratores.* dimiſſos in ciuitate ab abſentibus reip. cauſa. Azo. aliàs debitor ex adminiſtratione, & ex pollicitatione excuſatur ab oneribus: *vt ff de mu. & ho. l. reſcripto. § debitores.*

t V*Enatoribus.* aliàs, *ſenatoribus:* aliàs, *venatoribus. & facit ff. de ſer. ru præ. l. denus.* ¶ Item decretum hoc dicit, quod ſubiicit, nullum [f] venatorem legimus eſſe Sanctum.

f Venator nullus inter Sanctos.

u N*Egotiantes.* in curia principis. præmittit genus.

x ¶ *Et particularios.* [g] quæ circa quoddam genus veſtis negotiabantur.

g *Legendum,* Parthicarios, ſuntque Parthicariarum veſtium negotiatores: adde Trebellium Pollionem in Claudio.

y ¶ *Deſeruiunt.* ſcilicet dum ſeruiunt: *vt ff. de iur. immu. l ſemper. §. negotiatores.* & ante iniunctum munus negotiari cœperant *vt ead. l. § hoc circa vacationes.* nam tunc ab omni: *vt hic,* etiam à patrimoniali munere excuſantur: *vt d. l. § licèt.* niſi forte ab eis, à quibus nec princeps: *vt infrà, tit. j. l. y. in prin.*

Placet.

a PLacet.] *Inferendum*, id eſt, dandum ordinarium, vel delegatum.
b ¶ *Complectitur*. ſcilicet quadrageſimas. t. Item per luſtra, quæ ſunt ordinariæ: *vt ſuprà, de indict. l. j. & ij.*
c ¶ *Inferenda*. ſcilicet extra ordinem, decerni dico. a. Vel delegatione. ſ. per pragmaticam. 3. Vel epiſtolas: *vt ī. de anno. & trib. l. iiij. & de indict. l. particulari. & de ſuperindi. l. j.*
d ¶ *Vrgere*. diſpendij puta.
e ¶ *Celſitudinem tuam*. præfecto prætorio loquitur.
f ¶ *Fieri*. ſcilicet dictæ penſitationis extra ordinem faciendæ.
g ¶ *Roboretur*. quod exactum eſt. & tunc dabitur palatinis, vel cui princeps dixerit: *vt ſ. de bo. va. l. ſi vacantia.*
h ¶ *Quadrupli*. facit ĵ. *de cen. l. peræquatores. & in Authent. vt iu. ſi. quo. ſuf. §. ſic igitur. & ſuprà de in. ſiſc. l. qui in contractibus & ſuprà ad legem Iul. repe. l. j. & fin in fi. & ff. de publ. l. licitatio. §. quòd illicitè & infrà, de decurio. l. ij. in fin.* ¶ Sed cõtrà *ſuprà, de ſuperexa. l. j.* vbi dicit in duplum. Solu. vt ibi.
i ¶ *Seueritas*. ſed non tanta. & ſic de conſentientibus vel non contradicentibus dicit.
k ¶ *Curiales*. aliàs, *curiales*. & iungitur præcedentibus: aliàs, *curiales*, & tunc ſequentibus, & ſupponit pro prædictis iudicibus, & officialibus. *& facit ſuprà, de appel. l. quoniam iudices.* ACCVRS.

* Hæc conſtitutio conflata eſt ex l. 8. & 11. tit. 16. lib. 11. Co. Tho. quare Imp. nomina, & Conſulum illius deſumet.

PLacet * nullum omnino iudicem de cætero prouincialibus inferendũ [a] aliquid indicere, vt ea tantùm ſedulo cunctorum ſtudio penſitentur, quæ canonis inſtituti forma cõplectitur [b], vel noſtra clemẽtia decernit inferenda [c], vel delegatione ſolẽniter ſanciente, vel epiſtolis præcedentibus: ſed ſi quid vrgere [d] forſitan cœperit, referri ad celſitudinem tuam [e] ſtatuimus, & auctorem te fieri [f], & eo perſoluto referri ad ſcientiã noſtrã, vt nobis iubẽtibus roboretur [g]. Si quis autem vſurpatoria temeritate ampliùs aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli [h] repetitione teneatur: quæ ſeueritas [i] iuſſionis ad ordinariorũ iudicũ, officiorúmq; terrorẽ debebit excurrere: vt ſi eorum vel gratioſa conniuentia, vel ignobili diſſimulatione temeritas admiſerit curialis [k], eos quoque damni ſimplicis pœna caſtiget. Datum Kalend. April. Mediolani, Conſtantio A. IX. & Iuliano Coss.

IX *Impp.* VALENT. *&* VALENS AA.

ILlud conuenit præcaueri, ne quis hãc [l], quæ perſonalis eſt functio, pretio [m] putet eſſe taxãdam. Datum Kalend. Dec. Treueris, Valentiniano, & Valente Coss.

Prædia emphyteutica principis extraordinarias præſtationes non ſoluunt. BART.

X. *Imppp* GRATIA. VALENT. *&* THEOD. AAA. *ad Hypatium* P.P. †

PRiuatæ rei noſtræ priuilegiis permanentibus, nihil extra ordinẽ prædia [n] iure perpetuo conſignata ſuſtineãt: neque adiectis [o] ſæpius, ac præter primum delegationis canonẽ [p] poſtulatis [q] afficiantur impendiis [r]: quandoquidem neque autario canoni [s] ſub priuilegiis æſtimato, aliquid ex ea iubentibus nobis præbitionum diuerſitate decutitur [t]: & pari cũ cæteris [u] æſtimari [x] ſorte non cõuenit, quos [y] præter annonarias functiones [z] æſtimatas perpetua [a] penſitationum prærogatiua [b] nexuerunt. PP. Carthagine, Id. April. poſt conſulatum Syagrij, & Eucherij.

l ILlud] *ne quis hanc.* ſcilicet functionem. & ſupponit pro quolibet perſonali munere.
m ¶ *Pretio* vt loco muneris detur pecunia: *vt ff. de mu. & ho. l. æſtimationem.* aliàs, & pecuniã perdit, & munus ſubit: *vt ff. de pollic. l. in priuatis. §. j. & ſic ī de procur. l. itẽ. & ff. de in. l. in eos.* ¶ Item facit quoquo modo *ff de va. & e. g. l. j. §. proinde.* vbi dicitur, quędam honeſtè accipiuntur. &c. Item facit *ſuprà de ceſſio bono. l. propter*

† Ex C. Th. li. 11. tit. 16. l. 13.

n PRiuatæ] *Prædia.* principis, data in perpetuam emphyteuſim non ſoluunt ſuperindicta, etiam iuſſione principis: *vt hic. & infr. eodem l. penultima. & ĵ. de locat. præd. ci. l. ij. & fi.* & hæc ſunt priuilegia, quæ hic dicit.
o ¶ *Adiectis.* [a] ſcilicet ſuperindictis extraordinariis.

a al'. abiectis, id eſt, ſordidis.

p ¶ *Canonem*, à quo non excuſatur: *vt ſuprà, de exact. trib. l. ſi diuina. & de indict. l. j.*
q ¶ *Poſtulatis*. aliàs, *poſtulatis*, aliàs *poſtulantis*.
r ¶ *Impendiis*. ſcilicet extra ordinem prædictis.
s ¶ *Canoni*. id eſt, dicere ſuſceptori autario, quamquam priuilegiato, inter cæteros ſuſceptores nihil decutitur, id eſt, ſoluitur ex ea ſcilicet delegatione, quã faceremus pro ſuperindictis, quacumque ex cauſa facimus et ſolui ab aliis. neque enim etiã aliis imminet hoc onus, niſi principe permittente: *vt ſuprà, de ſuperindicto l. j.*
t ¶ *Decutitur*. aliàs, *diſcutitur*, aliàs, *decurritur*: & tunc dic autario, id eſt, procuratorio.
u ¶ *Cæteris*. ſcilicet priuatis.

x ¶ *Æſtimari*. poſſeſſores prædiorum principis datorum in perpetuam emphyteuſim.
y ¶ *Quos*. ſcilicet cæteros.
z ¶ *Functiones*. ſcilicet, ordinarias.
a ¶ *Perpetua*. aliàs, *perpetuò*, aliàs, *perpetua*.
b ¶ *Prærogatiua*. id eſt, ſuperindicta: quæ ex prærogatiua, & etiam extra ordinem præſtãtur: aliàs, *æſtimatas*, id eſt, taxatas ordinariis, & ſic iungitur cũ ſuperioribus: aliàs, *æſtimata* [a], ſcilicet prærogatiua, id eſt, taxata extraordinaria, & ſic iunge cum inferioribus.

† Ex Co T. 11. 14. 14.
a Ita legit Cuiacius.

Protonotarij, notarij. & referendarij principis habent immunitatem ab extraordinariis muneribus. BART.

XI. IIDEM AAA. *ad Syagrium.* P. P. †

EOs, qui cum honore comitum, nomine magiſtrorum memoriæ [c] præfuẽre [d] vel epiſtolis, vel libellis: item eos, qui ibidem peragendis [e], ſignandiſque reſponſis noſtræ manſuetudinis obſecundant: omnium ciuilium [f] numerum fieri iubemus exortes. Igitur qui ex eo gradu palatio noſtro adhæſerint [g], adeſſe ſibi competentia priuilegia glorientur: qui verò ſuperioribus dignitatibus creuerint [h], nihilominùs eius loci priuilegia præſto [i] ſibi fuiſſe lætentur. Lecta III. Kalend. Septemb. Capuæ, Antoni. & Syagrio Coss.

Palatini in dignitate conſtituti, etiam poſt dignitatem finitam, & magiſtri ſcientiarum, & legati à ſordidis muneribus hîc declaratis ſunt exempti. IO. DE PLA.

XII. IIDEM AAA. *ad Hypatium* P.P. †

MAximarum [k] † culmina dignitatum, conſiſtoriani quoque comites, notarij etiã noſtri, & cubicularij omnes atque excubicularij, ab omnibus ſordidis muneribus vindicentur [l]: cæteros autem palatina, vel militari intra palatium prærogatiua munitos, ita demum priuilegium ſimile contineat, ſi prioribus [m] ſtatutis ſe ad huiuſmodi exceptionem docuerint pertinere: vt non ſingulis indulta perſonis: ſed in commune dignitati, vel corpori huiuſmodi beneficia doceantur fuiſſe conceſſa; circa Rhetores, atque

c EOs] *memoria.* id eſt, fuerũt [b] magiſtri ſcriniorum memoriæ, ſacrarum epiſtolarum, vel libellorum: vt ſubiicit, *epiſtolis, vel libellis*: de quibus habes *ſuprà, de decu. l. fin.* & generaliter omnes magiſtri cuiuſcumque ſcrinij: *vt ĵ. de ma. ſcri. l. j.*

b Magiſtri memoriæ epiſtolis, libellis peragendis, & ſignandis reſponſis præſunt.

d ¶ *Præfuẽre*. dico cum honore comitũ, id eſt, quia comites [c] dici, & eſſe meruerint: vt ſunt comites præſidum, & proconſulum, & procuratorum Cæſaris, & comites conſiſtorij, & archiatri palatij: quibus omnibus data eſt excuſatio: *ff. de vaca. mune. l. legato. §. j.* niſi ſuffragio perceperint dignitates: *vt infrà, de leg. l. vniuerſi.*

c Comitis appellatio quibus tributa.

e ¶ *Peragendis*. de his habes *ſupr. de his, qui ſe deferunt l. fin.*
f ¶ *Omnium ciuilium.* quod ad perſonalia reſtringitur: *vt not. ſupr. de vaca. mun. l. qui immunitatem.*

† C. T. l. 11. tit. 16. l. 15.
† Multa in hanc leg. Alc. hic: & Pyrrhus in pr. huius ti.

g ¶ *Adhæſerint*. aliàs, *deceſſerint*: & aliàs, *acceſſerint*: & aliàs, *abſceſſerint*: ad quam vltimam facit *ſuprà de abo. di. ind. l. j. & infrà, de fabri. l. eos, qui. & infrà, de prepo. ſacri cu. l. ij. & infrà, de comi. qui prouin. re. l. j. & de proxi. ſac. ſcri. l. j.*
h ¶ *Creuerint* id eſt, finita prima eliguntur ad maiorem [d]: retinent quidem priuilegiũ primæ: *vt ĵ. de dign. l. iij. & de agen. in re. l. fi.* ACCVR.

d Priuilegia primæ dignitatis amiſſæ retinere poſſunt, neque paſſim amittũtur adeptione nouæ dignitatis.

i ¶ *Præſto*. id eſt, præſentanea, ac ſi nec maiorem accepiſſent.
k MAximarum [e]. vt illuſtres, & ſuperilluſtres, qui ſunt maximi: *vt infrà, l. fin.*

e Maximæ dignitates quæ.

l ¶ *Vindicentur* ſimiliter porcinarij verbis æternæ: *vt infrà, de ſuariis. l. j.* Item ſilentiarij: *vt infrà, de ſilentiar. l. ij. & iij* & proximi ſacrorum ſcriniorum. *vt infrà, de proxim. ſacrorum ſcrin. l. hac lege.*
m ¶ *Si prioribus*. id eſt, priuilegiis ſibi datis ante hanc legem.

a ¶ *Vtriuſque.*

a ¶ *Vtriuſque*.i.vtraque arte eruditos,ſ.Grāmatica,& Rhetorica.
b ¶ *Vetuſto*.ad hoc *ff. de mu.& ho.l.fi.§.fin.* Item philoſophi [a] à ſordidis excuſantur: *vt ff.de va. mu l.in honoribus.§ philoſophis*

a Philoſopi à ſordidis excuſantur.

c ¶ *Sordidorum*. modò numerare incipit ſordida [b], quibus adde quæ ſunt *ff de mu.& hon.l.fi. §.inter perſonalia.* & ſecundùm hoc dic, *exceptio*, i. acceptio. 1. Vel dic ſecundò, quòd excepit quædam ſordida ſubeunda etiā per prædictas perſonas:antè tamen ſpecificat quædam ſordida de non ſubeūdis: & dic, quòd tributum [c] nō eſt ſordidum: *vt ff ad mu. l. libertus §. ex cauſa.*

b Sordida munera quæ.
* vitia.
* atque.
c Tributū non eſt ſordidum munus.

d ¶ *Pollinis*. aliàs, *polline*,i. [d] tenuis buratatio de ſtaminga,qua detruditur ſubtiliſſima farina ex qua conficitur polla, id eſt, albiſſima farina.

d Polles Iſidoro 20. c.2. genus farinæ cādidiſſimum.

e ¶ *Nec parauere dorum. vt infr. de proxi. ſac ſcri. l.hac lege.*
f ¶ *Rheticus* [e], ſpecies ſordidi muneris. Acc.

e vide hic Cuiac.

g ¶ *Expeditionis* ſic ſup. *de ſa.ſan eccle.l.nemini. & inf.de cur pu l nullus. & infr.tit.j.l y.*
h ¶ *Materiam. vt ff. de leg.iij l.ligni appellatio.*
i ¶ *Tabulata* vt *ff.de ſer. vr præ.l ſeruitus §.ſi an tea.* hæc quidem ad publicas ędes conſtruēdas præſtabātur:*vt j,ſtatim.*
k ¶ *Eum*.i. ille,*ſic ſup. de fideiu l.cauſam, quæ.*
l ¶ *Morem,poſcit*. aliàs, *poſcit*:aliàs,*paſcit*.
m ¶ *Ab huiuſmodi viris* aliàs,*iure*:aliàs,*iuris*.
n ¶ *Sacris ædibus*. in quibus arma reponūtur:aliàs eſſet cōtrà.*ȝ.de ſac. eccl. l. ad inſtructionem.*
o ¶ *Capitalis*.alias,*capitationis*:aliàs,*capitalis* [f].
p ¶ *Temonis*.ſpecies ſordidi muneris.

f Lepidum. Capitulū, quod quid ſit, vide Cuiac.
† Cod.Th.lib. 11. tit.20. l.16.

q ¶ *Poſſeſſio*. vt eſt poſſeſſio rerum priuatarū Auguſti,& Auguſtæ:*vt j de priua.do. Au. l i.* & poſſeſſio ſenatorū:*vt j. de dign. l.quemiā diuerſi.*
r ¶ *Poſſidere*. id eſt, habere in præſenti. Idē & ſi in præteritum habuerunt:vt ſubiicit, *& infr. eo.l.eam.l.gem.*

† Priuilegia perſonalia ad hæredes non tranſeunt contra.*a. mandata, vide gl. l.fin. extrà de præb.*

ſ SOrdidorū.quæ ſint, habes ſuprà.*l.prox. in princ.*
t ¶ *Ad heredem*.ſcilicet extraneū [g]:ſed ad ſuum etiam perſonale priuilegium tranſit:*vt arg ff. ſolu.mat.l.maritum. & l.ſeq & l etiam, & ff de leg.1.l ſcæuidum.§.legati*, ſecundùm i. ¶ Et no. [h] quòd aut defertur perſonæ vni, vel omnibus de militia illa immunitas,vel priuilegium: & non tranſit ad hæredē, *vt hic, & ff.de cenſi.l.ſy. in fin. & ff.de re iud.l.in omnib.& l.priuilegia. & de iur.immu.l.j. §.perſonæ, & ff.de v.ſu, & hab. l.vſus.* Aut rebus,& datur ſuccedentibus in eā rem:*vt ff.de cen.l.iy.cum ſocer.* Aut datur generi, vel perſonis hoc pacto, vt ad poſteros deſcendat:& tunc non deſcendit niſi ad eos, qui ex fœminis nati ſunt. *vt ff. de iur.immu.l.j.§.j. & l. iij.* Aut ciuitati, vel loco,& tūc tranſit:*vt ff.de cenſib.l.forma. §. quamquam.* quia ſemper eſt idem populus: *vt ff. de iud. l propenebatur.*

g Priuilegium perſonale ad ſucceſſorē ſuū tranſit.
† C.T. lib. 11. tit. 16. l.19.
h Priuilegia perſonalia,rebus,generi,loco cōceſſa, an ad ſucceſſores tranſeant.

Grāmaticos eruditionis vtriuſque [a] vetuſto [b] more durante.Sordidorum [c] verò munerum talis exceptio ſit, vt patrimoniis dignitatum ſuperius digeſtarum, nec conficiendi pollinis [d] cura mandetur, aut panis excoctio,aut obſequium piſtrini,nec paraueredorum [e] huiuſmodi iuris [*], aut parangariarum præbitio mandetur, exceptis his, quibus ex more Rheticus [f] limes includitur, vel expeditionis [g] Illyricæ pro neceſſitate, vel tempore vtilitas adiuuatur. Operarum quoque [*] artificum diuerſorum, excoquendæ etiam calcis obſequia, nulla de talibus adiumenta poſcantur. Materiam [h] lignorum, atque tabulata [i] exceptorum virorum patrimonia non præbeant: carbonis quoque, niſi eum [k], quem moneta ſolenniter, vel fabricatio, ſecundùm veterem morem, poſcit [l] larmorum, ab huiuſmodi viris [m] præbitio deſiſtat. Publicis, vel ſacris ædibus [n] conſtruendis, atque reparandis, capitalis [o], atque temonis [p] neceſſitas nulla mandetur: legatis, atque adlectis ſumptus poſſeſſio [q] huiuſmodi priuilegiis munita non conferat: hoc tamen his patrimoniis proſit, quæ dignitatem proprio videntur nomine poſſidere [r]: eos etiam, qui ſimili honore functi ſunt, generali prærogatiua à præbitione ſordidorum munerum vindicamus. Datum V. Idus Decembris, Antonio, & Syagrio Coſs.

Priuilegium perſonale non tranſit in ſucceſſorem. BART.

XIII. *Imppp.* VALENTINIANVS, THEOD. & ARCAD. AAA. *ad Neotherium* †.

SOrdidorum [ſ] munerum excuſatio data perſonis, ad hæredem [t], ſucceſſorémve tranſire non poteſt. Neque enim † poteſt eſſe perpetuum, quod non rebus: ſed perſonis contemplatione dignitatis [u], atque militiæ indulſiſſe nos conſtat. Datum XVIII. Kalen. Maij, Med. Arcad. A.I. & Bautone Coſs.

XIIII. *Imppp.* VALENTINIANVS THEODOSIVS, & ARCADIVS AAA. *Tatiano.* P. P. *Orientis* †.

EAm legem [x], quam de extraordinariis, ſordidiſque muneribus, expreſſis vocabulis functionum, & inſignibus dignitatum, ſine vlla ambage præſcripſimus: ita circa eos, in quos noſtra munera redundarunt, eſſe præcipimus ſeruandam, vt iidem beneficiis, non quamdiu militauerint:ſed quamdiu [y] vixerint, perfruantur. Dat. XI. Kalend. April. Medio, Tatiano, & Symmacho Coſs.

Prædia principis propria, vel emphyteuticaria ab extraordinariis, & ſordidis muneribus ſunt exēpta. BART.

XV. *Impp.* ARCADIVS, & HONORIVS AA. *Meſſiano Comi.R.P* †.

EVidenter, atque abſolutè iubemus, ne fundi ad patrimonium noſtrum pertinentes,ſeu conductionis titulo, ſeu perpetuo iure teneantur [z], aliquid præter ordinem [a] ſuperindicti, vel pretij [b] nomine de ſordidis [c] quibuſcumque muneribus agnoſcant: nam & hoc à diuis principibus imperatum [d] † eſt, & à noſtra ſerenitate reparatum. Quiſquis igitur iudicum cōtra fecerit, quinque pondo auri de facultatibus ſuis, alia de officiis ſuis, totidem & de curialibus, qui exequi malè iuſſa feſtinant, nouerit eruenda. Datum XVII. Kalend.Iul.Mediolan. Olybrio, & Probino Coſs.

XVI. IIDEM AA, & THEOD. A. *Melitio præfecto prætorio poſt alia* †.

AB illuſtribus [e] perſonis ſordida munera, & extraordinariæ neceſſitatis dāna remouemus. Dat. XV. Kalend. Mart. Rau. DD. NN. Honorio IX. & Theodoſio V. AA. Coſs.

DE QVIBVS MVNERIBUS [f], vel præſtationibus, nemini liceat ſe excuſare.

TITVLVS XLVIII.

I. *Impp.* HONORIVS, & THEODOSIVS. AA. *Herculio P.P.* [*] *Illyrici.*

COmparationi [g] tráſuectionique [h] ſpecierum vniuerſi [i] ſine vllo priuilegio coarctentur ad neceſſitates Illy-

u ¶ *Dignitatis*.exempla. *ſupr.l.prox.& ll.andactu.*
x EAm legē. dicit de lege ſuperiori, *maximarum*.nā & hæc, & illa ſunt Valentini. ACCVRS.

† Cod. Th.eo. tit.l.20.

y ¶ *Quamdiu*. ſ.tantùm. *& facit ſu. l.maximarū, in fi.& ff.de conſt. prin.l. fi.& infr.qui mili. nō poſ. l.eos.§. fratres.* ¶ Et hic not.immunitas [a] non cū dignitate: ſed cum perſona extinguitur. *vt ȝ. l.proxi.*

a Immunitas quemadmodū extinguatur.

z EVidenter. Iure teneantur. ſic enim tenentur:*vt infr.de loca. prædi.ci.l.prædia.*
a ¶ *Ordinem*. i.ordinarium canonem.
b ¶ *Pretij*.ad hoc *infrà, tit.j.l.i.*
c ¶ *Sordidis*. quæ ſint habes *ȝ.eo.l. maximarū.*
d ¶ *Imperatum*.vt *ſup c. l.priuata.& infr.de priu. do. Au l.j.& l.ſi.& de locat.prædio.ciuil.l.j.* ¶ Itē contrà,*ſuprà,de ſuperin. l.j.Sol.ve ibi.*

† impetratum

e AB illuſtri.*ȝ.l.maximarū. in prin.*

† C.Th.eo.tit. l.vit.

f DE QVIBVS muneribus,&c.
De his,qui ſe excuſant dixit:nunc qui non. ¶ *Et dic differentiā inter hunc tit.& ſupr. ne immu.nemini cōce.quia ibi ſpecialiter de immunitate tributorum: vel ibi oſtendit in quib.caſibus ſpecialiter immunitas cōcedenda ſit: hic autē in quibus generaliter nō poteſt opitulari.*
g COmparationi. quæ cōparātur ad opus publicum: & curator [b] præficitur, qui dicitur habere perſonale munus:*vt ff.de mu.& hon.l. j §.ſi.& l ſi §.j.& ſa.ff.de vſu l.ſi.pēdētes.§.ſi quid.*
h ¶ *Tranſuectioni*. quæ fit vel cum curribus,vel cum nauibus:nec enim à tali tranſuectione debet quis ſe excuſare: *vt infrà,l.proxi.*
i ¶ *Vniuerſi*. etiam Imperator,& Auguſta: *vt ſuprà*

b Curator cōparādæ annonæ.
* ad temp. Illyrici.

ſuprà, vt nemini lic. l. j. & ſe. & ſuprà tit. j. l. maximarum. §. ſordidorum & infrà l. prox. argu. infr. de præ. naui. l. j. in prin.

a ¶ *Illyricanas.* id eſt, quando Imperator ducit exercitum in Illyricum, id eſt, Sclauoniam. Idem [a] eſſet ſi alibi duceretur exercitus principis. Sed loca tangit, vbi plus neceſſe erat exercitum ducere.

a Frequentiæ cauſa dicta nō reſtringūt, neque excludunt caſus ſimiles: dixi ad Gloſſam l. 2. in fi. ff. de vulgari.

ricanas [a]: nam in his duntaxat titulis [b] nullum ſub quopiam ceſſare priuilegij velamento cenſemus: ſed ſub hac [c] conditione, cùm tempus exegerit, huiuſmodi collationi ſuccumbant, vt non tantùm requiratur idoneus [d]: verùm vniuerſi proportione ſuæ poſſeſſionis, iugationiſque ad hæc munia [e] coarctentur, & à ſummis [f] ſarcinæ [g] ad infimos [h] vſque decurrat [i]. D. III. Id. April. Conſtantinopoli, Baſſo, & Philippo Coſs.

II. Impp. Theodosivs, & Valentinianvs AA. ad Taurum præfectum prætorio.

CVm [*] ad feliciſſimā expeditionem nominis [†] noſtri, omnium prouincialium [k] per loca, quà iter arripimus, debeant nobis ſolita miniſteria exhiberi: neminem ab angariis [l], vel parangariis, vel plauſtris [m], vel quolibet munere penitus excuſari præcipimus: ſed omnes, ſiue ad diuinā noſtram domum, ſiue ad venerabilis Auguſtæ, vel ad ſacroſanctas eccleſias, vel quaſlibet illuſtres domos pertinēt [n], nec lege pragmatica [o], nec diuina [p] adnotatione, ſacróve oraculo excuſatos [q], indictionibus magnificæ tuæ ſedis tempore noſtræ expeditionis obedire, decernimus Dat. XIII. Kalend. Martias, Conſtantinopoli, Valentiniano A. V. & Nonio Coſs.

III. Imp. Leo ad S.

HAc prouidentiſſima lege ſtatuimus, omni excuſatione [r] ceſſante, nullâque perſonali [†] dignitate penitus excepta [s], in quibuſcunque locis adminiſtrationi ſublimitatis tuæ commiſſis, opus exegerit murorum conſtructionem [t], ſeu comparationem [u] frumenti, aliarúmque ſpecierum, ſine vllo impedimento, prout commodum, atque neceſſarium magnitudo tua perſpexerit, fieri.

b ¶ *Titulis.* id eſt, neceſſitatibus ſupradictis, vel tranſuectionibus.

c ¶ *Sub hac.* id eſt, ſub hoc modo, qui ſequitur ibi, *vt non tantùm, &c.* vel propriè ſub hac cōditione, quæ eſt, *dum tempus exigit, &c.*

d ¶ *Idoneus.* quod quæritur in perſonali munere: *vt j. de po. ad mu. no. l. j. & ſup. de decur. l. ad ſubeunda.* Sed non in patrimoniali: *vt hic, & ī. de immu. ne. con. l. per Bythyniā. 2.* Et dic idoneè [b], id eſt, commodè tantùm.

b Idoneè, pro commodè.

e ¶ *Munia.* id eſt, munera, vel onera. Accvr.

f ¶ *A ſummis* [c]. id eſt, diuitibus, vel potentibus, qui dicuntur ſummi: i. in ſummitate rotæ fortunæ exiſtentes.

c Summi qui.

* Iunge cū l. 11. ſuprà, de ſacroſanc. eccleſ.
† numinis.

g ¶ *Sarcina.* id eſt, onus ſupradictum.

h ¶ *Ad infimos.* id eſt, pauperes. Accvrs.

i ¶ *Decurrat.* nam ita tenebitur pauper, vt diues pro modo poſſeſſionum, & facultatum.

k CVm ad.] *Prouincialium.* idem eſt ſi per Italiam: *vt ſuprà, de ſacroſ. eccl. l. iubemus nullam.* nam cùm ipſa lex non diſtinguat [d] Italiam à prouincia, nec nos diſtinguere debemus: *vt ff. de publ. l. de pretio.* Accvrs.

d Lege nō diſtinguēte, homo nō diſtinguit.

l ¶ *Angariis.* dicuntur [e] exhibitio operæ ſine ſumptu: parangariæ [f], quando vtrumque: ſcilicet exhibitio operæ cū ſumptu: & ſic mixtum.

e Angariæ.
f Parangariæ.

m ¶ *Plauſtris.* quando rebus tantùm. & ſic vel, pro id eſt *quolibet*, &c. ſed [p] dixit quolibet etiam perſonali.

n ¶ *Pertinent.* vt ī. de ſacroſ. eccle. l. neminem. & l. iubemus nullā nauem & ī. l. proxi in prin. cum concor. Excipe veteranos, & milites: *vt ff. de mu. & ho. l. fin. § hac omnia*

† aliàs, perſona, vel dignitate.

o ¶ *Pragmatica.* facta [g] cum cōſilio procerum, & ad exhortationem.

p ¶ *Diuina.* facta proprio [h] motu.

g Pragmaticæ ſanctiones dicūtur, quæ factæ cum procerum conſilio, & ad exhortationem.
h Proprio motu principis facta.

q ¶ *Excuſatos.* vt *infrà, de curſu pu. l. nullus.* ¶ Sed hic loquitur præfecto præto. qui debet omnibus ſubditis iſtud prædicere, & manifeſtare, ne aliquis poſſit prætendere excuſationem ignorantiæ.

r HAc prouidentiſſima] *Excuſatione* ſcilicet fieri, quod eſt in aūn. & *facit ī. de ope. pu. l. ad portus & de of. procon. l. ſi in aliquā* hoc munus eſt ſordidum: *vt ī tit. j. l. maximarum. § publicu.* vnde fortè Eccleſia excuſatur: *vt ī. de ſacroſan. eccl. l. placet.*

s ¶ *Excepta.* quantum ad hunc caſum.

t ¶ *Conſtructionem.* vnde tamen auctoritate principis fiat, non publico ſumptu: *vt ff de ope pu. l. xij.*

u ¶ *Comparationem.* ad hoc. *ſupr. l. j. cū concor. & ſuprà, ſine cenſu, vel reli. l. 6. & de mu pa l. ſi.* ¶ Sed contra huic legi, & primæ huius tit. eſt, *ff. de excu. tut. l. ſed reprobari. § ſunt autē.* Sol. illa ſecūdùm iſtam ſcilicet quia hoc eſt neceſſitas. Vel illud ſpeciale in philoſophis: quod non placet: *vt ſuprà, de mu pa. l. profeſſo.*

x. QVI ÆTATE, VEL PROFESSIONE SE EXCVSANT.

QVI ÆTATE, [VEL profeſſione *] ſe excuſant x.

TITVLVS XLIX.

Studentes habent immunitatē à muneribus perſonalibus vſque ad xxv. annum ſuæ ætatis. Bart.

I. Impp. Diocletianvs, & Maximianvs AA. Seuerino, & aliis ſcholaribus Arabiæ.

CVm vos adfirmetis liberalibus ſtudiis operam dare, maximè circa iuris profeſſionem [y], conſiſtendo in ciuitate Berytiorum prouinciæ Phœniciæ: prouidendo vtilitati publicæ, & ſpei veſtræ, decernimus, vt ſinguli vſque ad viceſimum quintum [z] annum ætatis ſuæ à ſtudiis non auocentur.

II. Iidem AA. & CC.

CVm filios tuos patria poteſtate [a] liberatos, adhuc minores legitima ætate eſſe dicas, meritò poſtulas vt liberalibus ſtudiis non auocentur: & ideo muneribus perſonalibus, quæ ad patrimonium non pertineant [b], non adſtringentur, ſi ciuium inopia non eſt [c].

Maiores quinquaginta quinque annis excuſantur à muneribus perſonalibus non patrimonialibus. Bart.

III. Iidem AA. & CC. Plautiano.

MAnifeſti iuris eſt, maiores quinquagintaquinque [*] annos inuitos ad munera perſonalia [d] vocari non poſſe: cùm itaque ſeptuagenario [e] maiorem te eſſe profitearis, ſi à nominatione facta appellationis

x Quidam habent, qui ætate. alij, qui profeſſione. & j. in l. manifeſti. habetur, qui ætate. ſed certè profeſſio ſola non excuſat, ſed ætas ſola 2. Et dic, ... de quibuſdam excuſationibus ... de alia.

y CVm.] *Profeſſionem.* communiter profeſſionem iuris eſſe [a] de liberalibus ſtudiis, quod non eſt verū. ¶ Et not. Berytiorū, quia ibi docetur ius: *vt in proœ. ff. §. hoc autem.*

* Incluſa non habet Cuiac.
a Iuris profeſſio an ſit ex liberalibus ſtudiis.

z ¶ *Viceſimumquintum.* qui ceptus [b], habetur pro completo, fauore honoris: *vt ff. de mu. & ho. l. ad rem.* ¶ Et dic [c], quòd eſt tenera ætas, *vt hic*: & prouecta, quæ excuſat: *vt infrà l. ſi. & ff. de decu. l. non tantùm.* Sed primi volentes etiā non admittuntur, ſecundi dic: *vt ff. de lega. l. l. ſi. & ſuprà, de decu. l. ij.* ¶ Quid ſi veniam [d] ætatis impetrauit? Reſpon. adhuc idem: vt ī. *de his, qui ve. æta. l. ij. &* quia tenera ætas eſt nihilominus. ¶ Quid ſi de facto fuit creatus magiſtratus, vel in officio? Videtur quod licèt habeat ſalarium, non habeat tamen dignitatem: *vt ff. de decu. l. ſpurij. § 1.* Sed ibi quādo ab alio: ſecus ſi à principe: *vt ff. de re iud. l. quidam, in fin.* quæ eſt contra: alias in indice diſtingue: *vt ff. de in ſ. cùm prætor. § pe.* ¶ Item facit hoc ætas, non ſtudium.

b Annus ceptus quandoque pro completo habetur.
c Ætates quæ excuſent.

d Ætatis veniam qui impetrauit ſtudioſus, nō deſinit frui priuilegio ſtudioſis ad certam ætatem dato.

a CVm filios.] *Poteſtate.* hoc ideo dicit, quia ſi eſſet in poteſtate, non eſſet dubitatio. nam pater ſolus vocaretur pro modo patrimonij. non autem filij, cùm nihil haberēt: *vt ar. infr. de his, qui nu. li. l. cùm facultates*: poſſet etiam eſſe alia ratio: quia eadem [e] perſona eſt patris, & filij exiſtētis in poteſtate: vnde cùm vna ſolùm perſona iuris fictione præſumatur, ſufficit patrem ſolum ſubire munera.

* aliàs, ſeptuaginta. Cont.
e Eadem eſt perſona patris, & filij exiſtentis in poteſtate.
f Senectus à quibus excuſet.
g Argumentum à minore ad maius. Si id, quod minus videtur ineſſe, ineſt: & quod magis eſt, inerit: ſimiles Gloſſa in l. 2. ſi quis, de peruenit, quo nunc ... in l. vacca ... de ... qui ... ſecuto immunitat. in l. a. in verbo, vt non ... ff. de ... Gloſſ. l. 1. §. ſed ... & in ... te decurionem ... in Nouel. 72. ... ſormam ... Lunardum in Sec. à muneri.

b ¶ *Non pertinent.* nam quædam pertinent, vt ſunt mixta: & illa ſubiicit. *quod dic vt ff. de va. mu. l. ij. §. muneris. & facit ſup. de mu. pa. l. neque.*

c ¶ *Non eſt.* tunc ergo excuſatur: *vt ff. de mun. & hono. l. vt gradatim §. quotiens.* niſi ſit pupillus: *vt ff de iure immunitatis l. ij. §. j.* Item & quando eſſet etiam conſuetudo patriæ: *vt ff. de vaca. & excu. mune. l. ij. in principio.*

d MAnifeſti.] *Perſonalia.* ſecus in honore, vel munere ei cohærente: *vt ff. de vaca. mune. l. ij. § muneris* niſi ſit decurio: quæ licèt ſit dignitas: *vt ff de va. mu. l. ad decurionatum.* tamen excuſat *vt ff. de decu. l. ij. §. fin.* [g] Et not. lv [f] anni excuſant ab alio perſonali munere: *vt hic, & ff. de decu. l. ij. in fin.* Sed in tutela. & cura lxx. *vt ſuprà, qui æta. l. j. & v.*

e ¶ *Septuagenario* quia ſi lv. ann. excuſant, ergo maior numerus multo magis excuſat: quia ſi id, de quo minus videtur ineſſe, &c.

¶ Et not.

§ Et no. ætati ª deferendũ eſſe, niſi de nouo nunc ſit factus diues, *vt ff. de iu. immu. l. ſemper.* §. j. Vel niſi ſit conſuetudo: *vt ff. de decu. l. nõ tãtum.* §. fi. Vel niſi in inopia: *vt ff. de mu. & ho. l. vt gra natim.* §. *quotiens & fa. ad l. ſupr. de teſt. l. iuſiurandi & ff. de dec. l. non tantum, in princ. & de ter. mo. l. ȷ. in fi. & de dec. l. ſi vltra. & ff. de iure immu. l. mater. & de vac. mu. l. in honoribus & Inſt. de excuſ. tuto. §. fin.*

auxilium interpoſuiſti, tueri te notione præſidis prouinciæ potes iure conceſſo.

ª Incluſa deſunt apud Curtium.

ª QVI MORBO ſe excuſant.

Hoc perpetuò vel ad tempus excuſat: prout temporalis, vel perpetuus: vt ff. de excu. tu. l. non ſolùm. §. ſi & ll. ſeqq. & ff. de va mu. l. pen. & l. ij. §. quem ita.

b ¶ *Si ea.*] *Vtriuſque.* ſecus ſi vnius: *vt ff. de excu. tu. l. frater.* ſic in ſurdo, & minùs audiente: *vt ſuprà, qui mor. & ff. eo. l. ȷ. §. minus.*

† Cæcus excuſatur à cenſu præſtando. *Cod. cum hac l. ... Ge. ... de eiſ.*

c ¶ *Perſonalii.* quæ corpore implenda ſunt, cæterùm ᵒ ea, quæ conſilio prudentis viri, vel patrimonio fiunt, non excuſant: *vt ff. eo. l. ȷ §. corporis.* vnde verſus ᶜ. *Cõſilio pollet, cui vim natura negauit.* Ad quod *ff. de ca. & poſtl. re. l. poſtliminium. §. ſi. & ſupr. de tranſac. l. ſanum & ſupr. qui teſtamen fa. poſ. l. ſenium.* ¶ Item hoc de nouis: nam præterita non euitat, ſecundùm P. *vt ff. de poſtu. l. ij. §. cæcum. & de iud. l. cæcus & ſup. de decu. l. infamia. & Inſt. de agen. in re. l. ſe. in fi.* niſi in tutela, & cura: *vt ff. de excu. tut. l. poſt ſuſceptam.*

b Munerum quædam corpore, quædam animo implẽtur.

c Catonis.

ᵒ Celſe.

d ¶ *Sẽtiet.* aliàs, *ſentiet:* & eſt bona: aliàs, *ſẽtiens:* & tũc dic per hoc, quòd pater leuatur, nõ tu: *vt ȷ. l. fi. & fa. ſuprà, qu. da. in poſ. l. luminibus.* Accvrs.

e ¶ *Cvm auriculari* ᵈ. qui dicitur artetica, quaſi auriculam tenens.

† *Facit ad hanc leg. Gl. ... extra de ... ſtu.*

d Legendum articulari: hic longior, & vehementior, quàm podagricus.

f ¶ *Perſonalibus.* hoc expone, vt not. plenè *ſupr. l. proxi.*

g P*Odagra.* quæ ᵉ nõ impedit. *ad quod ſuprà, de dec. l. à muneribus. & fa. ff. de ædil. edic. l. j. §. proinde.*

e Podagra non excuſat à perſonali munere.

h ¶ *Ad perſonalia.* aliàs, *corporalia*; hoc expone, *vt ſup. l. j. not. & fa. ff. de vac. mu. l. pa. in prin. & l. ij. §. corporis. & ff. de re. iu. l. quæſitum. & Inſt. de excuſa. tu. §. item propter aduerſam.*

QVI MORBO [SE excuſant.*]ª

TITVLVS L.

Orbati vtroque oculo excuſantur à muneribus perſonalibus ſecus ſi vno tantum. Bart.

I. *Imp.* Gordianvs A.

SI ea cæcitate † pater tuus oppreſſus eſt, vt vtriuſque ᵇ oculi aciem prorſus amiſerit, leuamentum perſonalium ᶜ munerum ſentiet ᵈ.

II. *Imp.* Diocl. & Maximia. AA.

CVm auriculari ᵉ morbo debilitatum te eſſe dicas: iuxta iuris publici auctoritatem à perſonalibus ᶠ muneribus vacationem habebis.

III. Iidem AA. & CC. Celas. *.

POdagræ ᵍ quidem valetudo, nec ad perſonalium munerum prodeſt excuſationem: verùm cùm ita te valetudine pedum adſtrictum dicas, vt rebus propriis interceſſum commodare non poſſis: rector prouinciæ, ſi allegationibus tuis fidem adeſſe perſpexerit, ad perſonalia ʰ munera te vocari non patietur.

Infirmitas patris non excuſat filios. Bart.

IIII. Iidem AA. & CC. Regino.

CAſus † corporis patris, munerum perſonalium filio iure nõ præſtat excuſationem ⁱ.

DE HIS, QVI NVMERO ᵏ liberorum, vel paupertate excuſationem meruerunt.

TITVLVS LI.

I. *Imp.* Alexander *Verecundo.*

NVmerus ˡ liberorum ab oneribus ᵐ non excuſat.

II. *Imp.* Philip. A. & Philip. *Caſ. Seuero.*

i C*Aſus.*] *Excuſationẽ.* licèt habeat curare patrem: & hoc in munere, quod ſumptum non exigat: aliàs ſecus: *vt ff. de le. j. l. filio. & no. ſuprà, de bona. non con. l. j.*

k DE HIS, QVI NVMERO, &c.

De ſecunda parte loquitur infrà eodem. l. cùm facultates. & l. eos. *at omnes alia de prima: nec ſuperfluit hic tit. & ſuperiores duo per titulos ſimiles:* ſuprà. v. li. C. *quãdo tibi quoad tutelam.*

l N*Vmerus.* ſcilicet quinque liberorum: *vt infrà l. vi.*

m *Ab oneribus* ſi habes, *ab honoribus*, ſubaudi, & muneribus his cohærẽtibus, & eſt plana: *vt ff. eod. l. ij. §. muneris. & l. in honoribus, in princ.* niſi ſint xij. *vt ȷ. de dec. l. ſi quis decurio* ¶ Si verò habeas, *à muneribus*, dic, ſcilicet pati monialibus, *vt ȷ. de mu. pa. l. neque.* niſi ſint xvj. *vt ff. de iure immu. l. ſemper. §. demonſtratur.* 2. Vel ſecundùm vtramque literam dic, *liberorum*, ſcilicet mortuorum: *vt ȷ. eod. l. de perſonalibus.* Accvrs.

FIlium ab hoſtibus captum, ac necdum reuerſum, ad excuſationem munerum perſonalium patri proficere nõ poſſe ⁿ, magis placuit.

III. *Iidem A. & C. Nemo.*

NEpotes loco parentum ᵒ ſuccedentes, vice eorum prodeſſe conſueuerunt: ideoque ſi quinque numerus ᵖ liberorũ ex amiſſorum ᵠ filiorum nepotibus ſuppletur: à muneribus perſonalibus is, quem patrem tuum eſſe dicis, iuxta conſtituta excuſatur.

Diuitiæ filiorum non onerant patrem. Bart.

IIII. *Imp.* Diocletia. & Maximia. AA.

CVm facultates tuas omnes in filium ʳ tuum contuliſſe te, nec quicquam habere proponas ˢ: reſpectu patrimonij eius, quod tuum eſſe deſiit, muneribus ciuilibus non adſtringeris.

V. *Iidem AA. & CC. Marco.*

DE perſonalibus muneribus, quæ fœminis pro ſexus conditione indicuntur ᵗ: exemplo marium, quinque ſuperſtitum numero liberorum eas excuſari diui parentes noſtri conſtituerunt.

Numerus liberorum excuſat patrem, non filium, ſi ſufficiens reperiatur. Item propter paupertatem à muneribus excuſatur. Bart.

VI. *Imp.* Constantinvs A. *Dalmatio* †.

EOs, qui cuiuſcunque ſexus liberos quinque ᵘ habeant, impetrata ˣ ſemel vacatione potiri conuenit: ita ʸ vt ſi in hoc numero ætatis ᶻ legitimæ filius inueniatur, obeundis ª ſtatim pro ſuo patre muneribus applicetur ᵇ: patribus, qui filios, vel filias quinque habuerint, promiſſa legibus immunitate ſeruãda. Quòd ſi quis propter cenſum tenuiorem ᶜ, vacationem meruerit: atque hoc probauerit;

n F*ilium.*] *Non poſſe.* ſecus ſi mortuus in acie: *vt ff. de va. mu. l. ſi.* Accvrs.

o N*Epotes.*] *Parentum.* matris & patris, *vt infrà, eod. l. de perſonalibus.*

p ¶ *Quinq. numerus* ª dic ſecundùm P. in prouincia quinq; ſcilicet: Romæ iij. in Italia iiij. ſic in tutela: *vt ſuprà, qui nu. li. l. j.* Vel forte in hoc munere aliud, quod eſt publicum auctoritate, & vtilitate, cũ etiam in aliis differant: *& facit infrà, de ſump. re. l. j.* ¶ Item dic, naturales ᵇ, & legitimi, vel etiam emancipati, vel in adoptionem dati: nõ naturales tantùm, vel legitimi tantùm: *vt Inſtit. de excu tut. in princ. & ff. eo. l. ij §. incolumes.* Item mares, vel fœminæ: *vt infrà, eo. l. 5.* Item nati, non naſcituri: *vt ff. de excu tu l ij. §. qui autem in ventre, in principio.*

ª Liberorum numerus quis excuſet.

b Liberorum alij naturales ſimul, & legitimi (& hi vel emãcipati, vel in adoptionẽ dati:) alij naturales tãtùm, alij legitimi tantùm, alij mares, vel fœminæ, alij nati, & naſcituri.

q ¶ *Amiſſorum.* ſecus ſi viuunt: quia ſuo patri proſunt, non auo: *vt ſuprà, qui nu. li. l. ij. & ff. de mun. & hon. l. iij.* Item not. quod filiorũ, non filiarum: *vt ff. de excu tu l. ij §. non ſolùm.* Item no. quòd minor ᶜ numerus, licèt poſtea impletus, non prodeſt: *vt ff. de vaca. mu. l. ij §. quiad munera.* Idem ᵈ plures nepotes ex vno filio pro vno filio computantur: *vt ff. de excu. tut. l. ij. §. quotieſcunque.*

c Quæ ab initio requirũtur, non proſūt, ſi ex poſtfacto fiant, vel contingant.

d Vnius perſonæ vicem plures interdum repræſentant.

r C*Vm facultates.*] *Filium.* ſcilicet, emãcipatum: aliàs non deſineret, vel deſiſteret eſſe patrimonium patris: nec valet donatio: *vt ſuprà, de dona. l. ſiue emancipatus.*

† Cod. Th. lib. 12. ti. 17. l. 1. §. eos.

s ¶ *Proponas.* niſi in fraudem feceris cauſa euitandorũ munerum: *vt argu. ff. ad mu. l. fin. §. antepenult. & ff. eod. l. j. §. qui in fraudem.* hæc tamen excuſatio finitur auctis poſtea facultatibus: *vt ff. eodem. l. his honoribus. § auctis.* & ſic eſt temporalis excuſatio. *& facit inf. eodem, l. fin in fine*

t D*E perſonalibus.*] *Indicuntur.* ſed rarò: quòd dic, *vt infrà, de mun. & in quo lo. l. j. & facit ſuprà, eodem l. nepotes.*

u E*Os, qui.*] *liberos quinque* & plenè dic, *vt ſuprà, eo. l. nepotes.*

x *Impetrata.* ab ipſis legibus.

y ¶ *Ita.* aliàs, *ita aut ſi*, &c.

z ¶ *Ætatis.* maioris xxv. ann. *vt ſuprà, qui ata. l. j.*

a ¶ *Obeundis* id eſt ſubeundis.

b ¶ *Applicetur.* propter hoc enim pater excuſatur, quòd filios habet ſubeuntes: *vt ff. de mu. & ho. l. iij. § quamuis.*

c ¶ *Cenſum tenuiorẽ.* vt quia eſt impar oneri iniuncto. *vt Inſt. de excuſ.*

exu.in §. ſed & propter paupertatem.

a Neceſſitati rerum cōcedi-tur, quod a-lias non con-cederetur.

a ¶ *Potiatur*.ſ.propter rerum anguſtiam ª, *ſi propter*,&c. & facit *quod no.ſuprà eo.l.cùm facultates.*

---

b DE PROFESSORIBVS, ET MEDICIS.

Siue profiteantur Romæ, ſiue in ſua patria, habēt excuſationē: vt ff. de va.mu.l.eos, qui.*in ſi*. ᵇ *Doctores legum, qui tantùm Romæ docentes excuſantur*: vt ff.de excu.tut.l.ſed & reprobari.§ ſi.

b Legum Doctores Romæ tantum docē-tes excuſatio-nem habent.

c Legio adiutrix cur dicta.

c [C]*Vm te.*] *adiutricis*. hoc ᶜ ideo dicit forte, quia illa ſecunda legio erat adiutrix illius legionis, in qua erat princeps. potius enim demonſtrat accidentiá facti, quàm miniſterium iuris.

d Ciuiliū munerū latiſſima eſt ſignificatio.

d ¶ *Ciuilia*. omnia ᵈ comprehendit: *vt ff. de mu. & ho l ſi.§. hac omnia.& j. eo.l.medicos.*

e Tempus ſarcinarum cō-ponendarum medicis legionum vacatio-nem adeptis, annuum.

e ¶ *Vacationem*. quod ᵉ eſt anno elapſo poſt tēpus reuerſionis,quo ſarcinulas ſuas potuit cō-ponere.*vt Inſti.de excu.tu.§ item qui reipu & ff. de vac. mun.l.tempus.in princip.*

f ¶ *Numero*. ¶ No. duo fore neceſſaria. ſ. quòd ſit de numero, qui per ſingulas ciuitates eſt ſtatuendus:*vt ff.de decr ab or fa.l.j.*& quòd immunitatem habeat:*vt j.eo. l.nec intra.*Si autem extra ᶠ numerum eſt, nō, niſi ſit abſens: *vt in pr. huius legis, & ſ. quibus non obiicitur lon.tēp.præſcrip.l.ij. & ff. quibus ex cau. ma. l. inter eos §. ſi.*

f Extra numerum ſolenem ciuitatum, qui ſunt medici, non fruuntur priuilegio ſtatutorum.

g Medicis humani corporis priuilegia cō-ceſſa, non extenduntur ad medicos veterinarios cæterorum animalium.

¶ Item dic medicum ᵍ cuiuſlibet ægritudinis humanæ.*vt ff de va. co. l.j.§.j.*non beſtiæ: *vt j. de excu artific l.j.in prin.*

g ¶ *Cōceſſa*.quæ ſunt *j. eo.l.medicos.& l.fin.*

† Sic propter inſufficiētiam permiſit Papa abbati cedere abbatiæ:*vt extra de renuncia' c.diléctis filius. cum Gloſ j.*

h [G]*Ramaticos.*]*Oratores*.aliàs, *rhetores*, qui docent rhetoricá. & *facit j.l.nec intra.*

i ¶ *Ordinis*. decurionū: *vt j.eo.l magiſtros.*

h Reprobari ex cauſa indignus poteſt.

k ¶ *Vtiles*.ex cauſa ergo

l ¶ *Vtiles*. ex cauſa ergo reprobantur ʰ:*vt hic & ff de decre.ab or.fa l.quod ſemel. & de mu.& ho.l. vt gradatim.§. probari.*Sed nō ſine cauſa:*vt ff.de neg geſ.l.Pōponius.§ ſed eo dicto.* Item ar.contrà ſ. *ſen.reſcin non poſ.l.j.*

i Calculatores qui.

k Nugæ.

l [P]*Oëta* vt Virgil.*vt Inſtit.de in natu §.ſed nec*, nec geometræ: *vt j.l proxi.*ACCVRS.

l Medicorum numerus ſtatuitur à decurionibus interdum à lege.

m [O]*Ratione* qua datur immunitas profeſſoribus quam non habemus: ſed facit *ff. de vac. mu. l ii. §. angariarum.* & *infrà,eo.l.medicos*

m Immunitate ſupernumerarij medici, etiā à decurionibus ſūt electi, eorum, qui intra numerum ſunt, non fruuntur: niſi palam, & expreſſe adiectū ſit, vt iiſdē priuilegiis fruerentur.

n ¶ *Calculatores*. id eſt ᵏ, geometræ: & componitur hoc nomen à ge,quod eſt terra,& metron.quod eſt menſura.quaſi terræ menſuratores.adquod *ff de excu.tu.l geometra.* 2. Vel,id eſt, qui docent abacum,id eſt,computum.ad quod *ſ.de erro.cal l.vna.* 3. Vel etiam qui primas literas docent:*vt ff.de vaca.mul.y §. ſin &* facit *ſuprà de decre. decu ſuper.l.j.*

n Datum non videtur, nec factum, quod non durat.

o [N]*Ec intra* numerus medicorum ſtatuitur à ˡ decurionibus per ſingulas ciuitates:*vt ff.de decre.ab or.fa.l.j in ſi.* niſi in caſu,vbi à lege ſtatuitur:*vt ſ.de epi. & cle l.parabolani.*licèt ᵐ ergo aliquis ponatur in ordine,vel licèt ordo fiat de nouo, nō gaudet immunitate, niſi adiiciatur quòd ſit immunis:*vt hic, & ſ.de decu.l.j.nec obſt ſ.de decu l.vacuatu.*quia hęc lex coadiuuat decretum.idem eſt,ſi fuit data immunitas: ſed reuocata:*vt ſ.eo.l Grammaticos* Nam ⁿ non videtur data,quæ nō durat:*vt ff de in rem ver.l.ſi pro patre §.verſum.*& hoc etiam ſecūdo modo

Cōd.lib.poſt.

DE PROFESSORIBVS & medicis ᵇ.

TITVLVS LII.

Medicus donec ſit in exercitu, habet immunitatem à muneribus perſonalibus,non poſt, niſi alio priuilegio, vel alia cauſa poſſit excuſari. BART.

I. *Imp.* ANTONINVS A.

CVm te medicum legionis ſecundæ adiutricis ᶜ eſſe dicas: munera ciuilia ᵈ, quamdiu reipublicæ cauſa abfueris, ſuſcipere non cogeris. Cùm autem abeſſe deſieris, poſt finitam eo iure vacationem ᵉ, ſi in eorum numero ᶠ es, qui ad beneficia medicis conceſſa ᵍ pertinent, ea immunitate vteris.

Doctor, qui non legit vtiliter ſcholaribus, poteſt reprobari. BAR.

II. *Imp.* GORDIANVS A.

GRammaticos, ſeu oratores ʰ decreto ordinis ⁱ probatos, ſi non ſe vtiles ᵏ ſtudentibus præbeant: denuo ab eodem ordine reprobari poſſe †, incognitum non eſt.

III. *Imp.* PHILIPPVS A.

POëtæ ˡ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur.

IV. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

ORatione ᵐ diui Pij, liberalium ſtudiorum profeſſores; non etiam calculatores ⁿ continentur.

Non ſufficit eſſe de collegio medicorum, niſi ſpecialiter immunitas ſit conceſſa. BART.

V. IIDEM AA. & CC. *Phuidemo.*

NEc intra ᵒ numerum præſtitutum ᵖ ordine inuitos † medicos immunitatē habere ſæpe conſtitutum eſt, cùm oporteat eis decreto decurionum ᵍ immunitatem ʳ tribui ˢ.

VI. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Volaſianum* †.

MEdicos, & maximè archiatros ᵗ, vel ex archiatris ᵘ, Grammaticos, & profeſſores alios literarum ˣ, & Doctores legum vnà cū vxoribus, & filiis ʸ; necnon & rebus, quas in ciuitatibus ſuis poſſident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus ᶻ, vel ciuilibus, vel publicis immunes eſſe præcipimus: & neque in prouinciis hoſpites ª recipere, nec vllo fungi munere, nec ad iudicium deduci ᵇ; nec eximi,vel exhiberi ᶜ, vel iniuriam pati: vt ſi quis eos vexauerit, pœna ᵈ arbitrio iudicis plectatur. Mercedes etiam eis, & ſalaria reddi ᵉ iubemus, quò faciliùs liberalibus ſtudiis, & memoratis artibus multos ᶠ, inſtituant ᵍ. PP. Kalend. Augu. Sirmio, Criſpo & Conſtantino C.Coſs.

beneficio potiatur ª, ſi propter rerum anguſtias ad perſonalia vocatur obſequia. Dat. XIIII. Kal. Febr. Sirm. Criſpo III. & Conſtantino II.Coſs.

poteſt intelligi hęc lex:numerus autem docentium eſt:*vt no.infrà.eod.l magiſtros*

p ¶ *Præſtitutum*.id eſt,ſtatutum.

q ¶ *Decurionum*.in qualibet ciuitate.

r ¶ *Immunitatem*.ſcilicet perſonalium.

ſ *Tribui*.ſpecialiter.

a Archiatri qui.

t [M]*Edicos.*] *Archiatros*.i.ª principes medicorum. ¶ Et no. ꝙ in accuſatiuo, & ablatiuo de iiſdem dicit. ¶ Itē no. maximè ideo: quia alij, ſi modò ſint intra numerum, vel reipubli.cauſa abſint, ſunt immunes:*vt ſ.eod.l.j.*

u ¶ *Archiatris*. ſ.aliquis. putà vnus,vel plures.

x ¶ *Literarum*. No. *literarum*: ſecus in mechanicis ᵇ, niſi in certis:*vt j de exc. ar. l j.&*

b Mechanici profeſſores in quibus excuſentur.

y ¶ Item dic, *literarum*, ſcilicet liberali.m ᶜ artium, non poetæ, non calculatores: *vt ſuprà, eod. l. oratione. & ff. de vaca. mune.l.y. §. fina.*

c Liberalium artium profeſſores

† immunitas.

¶ Itē hic dic, vt *in rub. ſuprà. no.*

y ¶ *Et filiis*. viuentib. ᵈ patribus, non poſt:*vt j. de me. l.archiatros. & ad hoc ſ. de epi.l. & cler l.j*

d Priuilegium patris prodeſt filio, patre viuo.

† Cod. Th. eo tit. l. j. ſed melius ... CONS

z ¶ *Muneribus*. de perſonalibus cōſtat. ¶ Sed quid de patrimonialibus? Reſpon. ſecundùm P.& alios, non ſunt immunes pro quibus *ſ. de mun.pa.l profeſſi. & j.eo. l. ſi.* vbi æquiparantur philoſophis. Item pro eis *ff.de mu.& ho.l.ſi §. ab huiuſmodi. & de vac. mu l.ſunt munera.* Item ſpecialiter remittitur eis receptio hoſpitis: *vt ff.de mu & ho.l.ſi §.ſi.& j.de met.l.archiatros. &* *hic ſubucit*: per ᵉ quod colligitur,quod alia patrimonialia ſubeunt:eſt enim patrimoniale munus, hoſpitis receptio: vt ſtatim dices Itē pro eis *infrà eo. l. fin.* pro eo quòd aliquis plus dare vult archiatris, & militantibus in palatio. Sed dic vt ibi, & ecōtrà poteſt dici, quòd patrimonialia non ſubeant per hanc legem, quæ generaliter dicit cum rebus.& *per hoc j. l.ſi & ff.de va.mu. l.his honoribus §.angariarum.*

e Ex ſingulari remiſſione colligimus, ſeu præſumimus remiſſionē,ſeu immunitatem in aliis nō eſſe conceſſam.

¶ Nec ob.de philoſopho:quia eſt ratio auaritiæ ᶠ,à qua ſe dixit exulem: *vt ff.de va.mu.l.in honoribus.§.philoſophus.* 2. Vel dic in philoſopho,vt dices *j.l ſi quis* ¶ Nec etiā ob. *§ ab eiuſmodi* quia excipe niſi per legem ſpecialem principis:vt eſt hic, & probatur *d l ſunt.in ſi* quæ ſecundùm hoc,eſt pro hac opinione.

f Auaritiæ exules, eſſe debent philoſophi.

a ¶ *Hoſpites*.quod patrimonij eſt:*vt ff.de mu.& ho l.ij § munus.*

b ¶ *Deduci*.inuitum.ſic nec domina:*vt ſ.de offi.ciu iu.l.j.*Sed patietur miſſionem,vt illic,qui de domo nō debet trahi:*vt ff. de in ius.voc.l plerique.& l.ſeq.* 2. Vel d.c,niſi pro ſua cauſa,vel ſuo numero:*vt ſuprà,de epiſc.& cle.l.placet.*

c ¶ *Exhiberi* pro eodē,& ſemper in ciuili 2.Vel dic,eximi in criminali,vbi dabit fideiuſſorē,vel iurabit:& ſic non ᵍ detinebitur, ſicut in domina fit:*vt in Aut.vt nul.in §.ſi verò crimen,coll.ix.*niſi ſit grauiſſimū:vt ibi dicit. 3. Vel dic, niſi pro ſua cauſa:vt ſ.dixi.

g Doctores in carcere non ponuntur, niſi grauiſſimi delicti cauſa. ...

d ¶ *Pœna* ſic *infrà,de ſum.re l.j.*

e ¶ *Reddi*. quoad Doctores eſt ecōtrà.*ff.de var.cog.l.j.§ ij.*Sol.hic de publico:ibi à ſcholaribus:*vt j.eo l archiatri* 2. Vel hic ſpōte promiſerat ibi promittere non volebat. 3.Vel hic refertur ad alios prædictos,non ad Doctores.*& fa.ſ.de exc.mu.l.maximarum.* & *j.de excu.ar.l.j.in prin. & l.y.in ſi & infrà eo.tit.l.fina.*

f ¶ *Multos*. ſ.diſcipulos,vel ſcholares.

g ¶ *Inſtituant*. i. inſtruant.

D a *Magi*

a ¶ *Magiſtros ſtudiorum.* liberalium: *vt ī. l. proxi. in princ.*
b ¶ *Moribus* ſ. qui [a] omnes diuitias excedunt: *vt dixi ff. de ri. & cu. da ab bu. l. ſcire oportet.* ¶ Sed ante hoc debet habere ſcientiam ſolertiam, & fidem: *vt in proœmio Inſt. §. cumque. & facit j. de ſtu li. vr. Ro l. j.*

a Mores boni omnes diuitias excedunt.

VII. *Imp.* IVLIANVS. A. †

MAgiſtros ſtudiorũ [a] doctoréſq; excellere oportet moribus [b] primùm; deinde facundia. Sed quia ſingulis ciuitatibus adeſſe ipſe non poſſum, iubeo quiſquis docere vult, non repentè, nec temerè proſiliat ad hoc munus; ſed iudicio ordinis [c] probatus, decretum curialium mereatur, optimorum conſpirāte [d] conſenſu. Dat. X V. K. Iul. Acc. IV. Kal. Aug. Spoletij, Mamertino, & Neuita Coss.

Qui ſe gerit por doctore, cùm nõ fuerit examinatus, & approbatus, non excuſatur à muneribus: ſecus ſi fuerit approbatus. BART.

VIII. *Impp.* VALENTIN. & VALENS. AA *ad Mamertinum* P. P. †

REddatur [e] vniquiſque patriæ ſuæ, qui habitum philoſophiæ indebitè, & inſolenter vſurpare cognoſcitur, exceptis [f] his, qui à probatiſſimis approbati, ab hac debent colluſione ſecerni. Turpe enim eſt vt patriæ functiones ferre non poſſit, qui etiam fortunæ [g] vim ſe ferre profitetur. D. XIV. Ka. Febr. Sirmij, Valentinia. N. P. & Victore Coss.

Medici qui ſumunt ſalarium ex publico, ita paruis, ſicut magnis ſeruire tenentur: ſed ſalarium ab infirmis recipere non debent, niſi cùm ſani fuerint. BART.

IX. IIDEM AA. *ad Prætextatum* P. P. †

ARchiatri [h] ſcientes annonaria ſibi commoda [i] à populi commodis miniſtrari, honeſtè obſequi tenuioribus malint [k], quàm turpiter [l] ſeruire diuitibus. Quos etiam ea [m] patimur accipere, quæ ſani [n] offerunt pro obſequiis; nõ ea, quæ periclitantes pro ſalute promittunt. Dat. III. Kalend Feb. Treu. Valentiniano, & Valente III. AA. Coss.

Non debet in locum magiſtri defuncti alius ſubrogari. niſi fuerit approbatus: & licet ſubrogatur in numerum, non ſubrogatur in gradum. BART.

X. IIDEM AA. *ad Olyrium* P. V. †

SI quis in archiatri defuncti locum eſt promotionis meritis aggregandus [o]: non antè eorum particeps fiat, quàm primis, qui in ordine reperientur, ſeptem, vel eo ampliùs iudicantibus [p] idoneus approbetur: ita tamen [q], vt quicunque fuerit admiſſus, non in priorum numerum ſtatim veniat; ſed cum ordinem conſequatur, qui cæteris ad priora ſubiectis vltimus poterit inueniri. Dat. VI. Id. Mar. Valentiniano, & Valente III. AA. Coss.

Magiſtri ſcientiarum, qui fuerunt palatini, habent perpetuam immunitatem ab omnibus muneribus, & ipſi, & eorum filij, & coniuges. BART.

XI. *Impp.* HONOR. & THEODOS. AA. *Monachio* P. P. †

GRammaticos, oratores [r], atque philoſophiæ [ſ] præceptores, necnon etiam medicos, præter hæc, quæ retrò latarum ſanctionũ auctoritate conſecuti ſunt, priuilegia, immunitatéſque, frui hac prærogatiua præcipimus, vt vniuerſi, qui in ſacro palatio inter archiatros [t] militarunt, cùm comitiuam primi ordinis [u], vel ſecundi adepti fuerint, aut maioris gradum dignitatis aſcenderint, nulla municipali, nulla curialiũ conuentione vexentur [x], ſeu adempta [y] adminiſtratione, ſeu accepta, teſtimonialem [α] meruerint miſſionem: ſint ab omni functione, omnibúſque muneribus publicis immunes, nec eorum domus vbicumque poſitæ, militem, ſeu iudicem ſuſcipiant hoſpitandum. [z] Quæ omnia in filiis [a] etiam eorum, & coniugibus illibata præcipimus cuſtodiri. Hæc autem & profeſſoribus memoratis, eorúmque liberis deferenda mandamus. Dat. Prid. Kalen. Decemb. Conſtantin. Conſtantio, & Conſtante Coss.

DE ATHLETIS [b].
TITVLVS LIII.

Qui tribus prælijs fuerit coronatus, quorum vnum Romæ fuerit, excuſatur à muneribus. BART.

I. *Impp* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Hermeti.*

AThletis ita demum [c], ſi per omnem [d] ætatẽ certaſſe, coronis [e] quoque non minùs tribus certaminis ſacri [f] (in quibus [g] vel [h] ſemel Romæ [i], ſeu antiquæ Græciæ) meritò coronari, non † æmulis corruptis, ac redemptis, probentur: ciuilium munerum [k] tribui ſolet vacatio.

† C. Th e l. ſ. ybi nulla adſcribitur perſona, vt nec hic.

† Conſpiratio, & dolus quãdoque in bonã partẽ ſumuntur.

e Magiſtri ſtudiorũ, quæ ſeruare debeant.

d Magiſtri ſtudiorũ, quot in quaque ciuitate eſſe debẽt.

† C. Th. l. 7.

g Forte legendũ, principis medici, vt inſt. de Comitiua, & Archiatri ſacri palatij lib. xij.

f Medici ſalaria ex publico habere debẽt.

g Pauperi præſtat ſeruire honeſtè, quã diuiti turpiter.

† C. T. l. 8.

† C. T. l. 1 2.

c ¶ *Ordinis.* decurionũ, *ad quod ff. de decre. ab or. fa. l. j.*

d ¶ *Conſpirāte.* in [b] bonam partem: ſicut dolus bonus: *vt ff. de do. l. j. §. non fuit.* ¶ Et no. q vir. [c] ad minus debent comprobare: *vt j. l. ſi quis.* & fortè etiã iurare: *vt ī. de adſeſ. diuer. iu. l. memini. & j. de prox ſa. ſcrin. l. vniuſque. & facit j. de tyro. l. ſi. & de agen. in re. l. ij. & iij. & ī. de decu. l. cum, qui.* Item quod [d] debeant eligi in quaſilibet ciuitate, habes *j. de ſtud. li. vr. Ro.* ¶ Item facit in Auth. *quo. opor. epi. §. neque, coll j. & de ſan. epi. in prin. & j. de profe. qui in vr. Cõ. l. j. & inf. l. prox & j. de exc. ar. l. fin.*

e REddatur. ad hoc ī. *l. grammaticos. & j. de tab. l. fin. & de mœrdo. l. ſi quis.*

f ¶ *Exceptis.* vt non repocentur. ¶ Sed certè iſti non indebitè vſurpāt: vnde impropriè dicit, *exceptis.* q. d. illi reddantur: iſti non & facit *ſup. l. proxi cum concor.*

g ¶ *Fortunæ.* hanc ferunt philoſophi nõ curantes de proſperis, vel aduerſis.

h ARchiatri. principes [e] medicorũ.

i ¶ *Commoda.* i. ſalaria. *ad quod ſup. de poſtu. l. prouidendum,*

k ¶ *Malint.* malo [g] ſeruire pauperi honeſtè, quã diuiti turpiter, ſciẽs enim non debere habere aliquid ab ægro: ergo ita citò, aut citiùs pauperi, quàm diuiti ſeruiet.

l ¶ *Turpiter.* erat enim turpe, quòd propter diuitias ſuas aliquis diues citiùs curaretur, quàm pauper, qui nihil dare poterat: & hoc erat olim, antequam medici haberent ſalaria de publico.

m ¶ *Etiam ea.* ſcilicet ſalaria.

n ¶ *Sani.* iam facti pro obſequiis præſtitis, non ea, &c. *ad quod ff. de va. cog. l. medicus. & ſuprà de poſtu l quiſquis. §. j. & de offic. præſi. l. plebiſcito, & in Auth. vt iud. ſine quoque ſuff. §. j. coll. ij.*

o [SI quis.] *Aggregandus.* vt quia eſt dignus tali honore.

p ¶ *Iudicantibus.* & iurantibus: *vt not. ſupr. eodem l. magiſtros, vbi plenè not.*

q ¶ *Ita tam. l. fa. j. de tyr. l. j. & ī. de offi. ma. of. l. iij.*

r GRammaticos, Oratores. aliàs, *rhetores*: aliàs, *oratores.*

ſ ¶ *Philoſophiæ.* licèt miſceat: tamen philoſophi ſubeunt patrimonialia: *vt ī. de mu pa. l. profeſſio 2.* Vel dic, quòd hodie per legem iſtam idem in eis ut priuilegiũ huiuſmodi principis, & ſecundùm hoc derogatur illi *l. profeſſio.* & illi. *ff. de va. mu. l. in honoribus §. philoſophus. vt ibi not.*

t ¶ *Archiatros.* id eſt [a], principes medicorum.

a Archiatri, pro principibus medicorũ.

u ¶ *Primi ordinis.* quem habent, cùm erunt ſeniores inter alios: *vt ſuprà de decu. l. Alexandrinus. in princ.*

x ¶ *Vexentur.* An à patrimonialibus? dic vt ī. *eo. ti. l. magiſtros.* ACCVRS.

y ¶ *Adempta.* id eſt, ſine adminiſtratione habita dignitate, vel cum ea: ſic adempto canone: *vt inf. de ſun pa. l. ſi. in ſ.*

α ¶ *Teſtimonialem.* Literæ, quæ dantur dimiſſis, vocantur teſtimoniales: hîc, & Codic. Theodoſ. Sæpe Vegetius lib. 2. Vide ſcripta *ad princ. titul. ſuprà de fide inſtrum.* CVIAC.

† Co. T. eo. tit. l. 16.

z ¶ *Hoſpitandum.* ſic j. *de metal. l. archiatros. & ſup. l. magiſtros.*

a ¶ *Filiis.* & de hoc dic, *vt ī. l. magiſtros & facit infrà de comi. conſil. l. ij. & ſup. de epi. & cle. l. ij.*

b DE ATHLETIS.

Athletæ [b] *dicuntur, qui ſine mercede gratia virtutis pugnabant: vt ff.* de his, qui not. infa. l. athletas in ſacris certaminibus. & infrà l. j.

b Athletæ qui dicantur.

SI quis ex corpore gynæciariorum f, vel lineariorũ g, vel lymphariorum h, monetariorum i, vel murilegulorum k, vel aliorum ſimilium ad diuinas largitiones l nexu ſanguinis pertinentium, voluerit poſthac de ſuo collegio liberari, non quoſcunque, nec facile in locum proprium, freti dextræ triumphalis abſolutione, ſubſtituant: ſed eos, quos omnibus idoneos modis ſub ipſis quodammodo ampliſſimæ tuæ ſedis obtutibus m approbauerint: ita tamen, vt is, qui ab huiuſmodi conditione iuxta formam cœlitùs datam beneficio principali fuerit abſolutus, vniuerſi generis ſui proſapiam n in functione memorati corporis permanentem, cum omnibus eius, qui abſoluitur, rebus obnoxiam o largitionibus ſacris futuram eſſe non dubitet. Datum VII. Kal. Mart. Conſtantinop. DD. NN. Theodoſio XII. & Valentiniano II. AA. Coss.

Qui adſumuntur vt præſint alicui collegio hominum conditionatorum, non admittuntur interim ex ſacro reſcripto, niſi ſatis dederint idoneè. BART.

XIV. IIDEM AA.

PRiuatæ p, vel linteoriæ veſtis magiſtri, theſaurorum præpoſiti, vel baphiorum, ac textrinorum procuratores q, cœterique, quibus huiuſmodi ſolicitudo committitur: non antè ad rem r ſacri ærarij procurandam permittantur accedere, quàm ſatiſdationibus dignis eorum adminiſtratio roboretur, ſcituri nec proſecutorias quidem ſacras poſthac ſibimet poſtulandas.

Partus ſequitur conditionem illius ex parentibus, qui fuerit in conchyliis. BART.

XV. IIDEM AA. †

QVi aut patre conchylilegulo geniti probabuntur, aut matre: memoratę aſcriptioni obnoxios s ſe eſſe non ambigant.

* *Deeſt conſtitutio Græca, ex prætermiſſis repetenda.*

DE VESTIBVS HOLOBEris t a †, & auratis, & de intinctione ſacri muricis. *.

TITVLVS VIII.

1. *Imppp.* VALENTIN. VALENS, & GRATIANVS AAA. *Archelao Com. S. L.* †

AVratas †, ac ſericas paragaudas u auro intextas viriles x priuatis vſibus contexere, conficereque prohibemus: & in gynæciariis y tantum noſtris fieri præcipimus. Dat. V. Non. Iul. Nebioduni. A. CC. XV. Kal. Auguſt. Martianop. Valentiniano N. P. & Victore Coss.

ideo: quia ſtultiùs a facit honorem vitãs, quã onus: & ideo biẽnio pro anno ibi grauatur.
c ¶ *Facultates.* etiam intra biennium. nam poſt non eſt dubium: *vt ſupr. à dexi.*
d ¶ *Ipſis.* ad hoc *ff. de adil. edic. l. etiam. & de cd. l. cum poſſeſſor. § fin. & de pub. l. imperatores.* ¶ Sed quid de tempore antequam ipſe poſſideat? videtur idem per *l. imperatores.* ſed hic innuit eſſe ſecùs. fortè quia quodammodo cum fiſco contrahere videtur ſuper his. *vt infr. de fun. rei priua. l. y.*
e HI, qui. ſic *s. de decurio. l. nati & j. de agri. & man. l. ex ingenua & j. de agri. & cen. l. ne diutius. & l. fin.* eſt enim ſeruitus, non honor: & ſic non eſt contrà *ff. de ſta. homi. l. cum legitima.* ACCVRS.
f SI quis.] *Gynæciariorum.* hoc expone, vt in rub. ACCVRS.
g ¶ *Lintearioruin.* qui faciunt lintea b aulæ regis.
h ¶ *Vel lymphariorum* c. qui lympham, i. aquam cuſtodiunt ad pannos lauãdos deputatam. Vel qui pannos lauant, & fullãt d in lympha: hos tamen omnes dicas gynæciariorum vocabulo contineri.
i ¶ *Monetariorum.* expone, *vt ſuprà l. j.*
k ¶ *Murilegulorum.* expone, vt in rub.
l ¶ *Largitiones.* quales sũt illi, quos in rub. no. ¶ Et not. quòd iſti omnes ſeruiebant aulæ regiæ, non priuatis. ¶ Itẽ quòd dicit, *nexu ſanguinis*, ſ. e lineæ deſcendentis maſculinæ, vel fœmininæ: *vt s. l. proxi. & j. l. ſi* ACCVRSIVS.
m ¶ *Obtutibus.* loquitur comiti ſacrarum largitionũ. ¶ Et ſic not. tria neceſſaria. ſ. vt ſuperioris f habeat abſolutionem. 2. Item quod aliũ ſubſtituat. 3. Item quòd bonum approbet: ad quod *facit s. de profeſ. & me. l. magiſtros. & l. ſi quis. & j. de agen. in re. l. vij. & infr. de prof. qui in vr. Conſt. l. j. & ſup. de ſer. reip. l. 1. & 2. & de offic. ma. offi. l. j.* ACCVRS.
n ¶ *Proſapiam.* id eſt, generationem, ſiue familiam.
o ¶ *Obnoxiam.* id eſt, obligatam, ſi ſubſtitutus malè egerit, qui primò g erit conuentendus: *vt s. de præd. & om. re. nau. l. 5.*
p PRiuatæ i. purpuræ & dicuntur priuatæ veſtes: quia ab vſu ſui ſeruant priuatos: nempe ſoli principi conuenit purpurea veſtis: lintea omnibus permittitur: *vt j. tit. j. l. iiij.* ſecũdum P. Cod. lib. poſt.

r ¶ *Ad rem.* ſ. aliam adminiſtrationẽ nouam. ¶ Et quod ſubicit, adminiſtratio. ſ. noua. ad quod *j. de omni agro deſert. l. iij. & de fun. pa. l. quicunque.* 2. Vel dic *adminiſtratio.* ſ. vetus: ad quod *ff. de mun. & ho. l. reſcripto. § debitori. & j. de debitor. ciui. l. j.* his tamẽ, quibus permittitur erogatio militaris annonæ, committitur iuratoriæ b cautioni: *vt j. de ero. mi. an. l. iubemus. in princ.* ACCVRS.
s QVi aut.] *Obnoxios.* deteriorem ergò conditionem iuxta ſententiam Longobardorum ſequitur: *vt in Lõbar. & fac. s. de ſer. fug. l. ſi. & s. eod. titu. l. hi, qui. & de tab. l. fin. & j. de cohor. l. ſi cohortalis.*

t DE VESTIBVS holoberis, &c.
Dixit c *de murilegulis, & conchylegulis: nunc autẽ de ipſis piſcibus captis. i. de tinctione eorum. Vel dixit de officialibus pannorum, nunc de ipſis pannis.* ¶ *Et dicitur holoberus* d, *ra, rũ: & eſt illa veſtis, quæ* e *tota deaurata eſt, ab holõ, quod eſt totum: & beru, quod eſt aurum: & differt à ſequẽte. ſ. auratis quia hic de optimo auro, quod in vulgari foliatum, in legibus obrizatũ dicitur.* vt j. de ve. nu. po. l. fin. *Sed ibi de quolibet auro, vel hic de optimo auro tota erat veſtis, ubi deaurata ſimiliter in totũ: eſt & alia veſtis, quæ habet aurum tantùm in paragaudis:* vt *j. l. j. de tinctione dicet,* l. iij & iv.
u ¶ *Holoberis.* i. Holoſericis. Zonaras in 12. *Can. Concilij Gangrenſis* ... exponit ... Gallicè, *velours*, Germanicè, *ſammet.* Holoſericæ veſtes ſunt, quæ omninò ſunt ex ſerico. Earum commerciũ tãtùm prohibetur. Nam ex Nou. Leonis, 80. permittitur vſus purpuræ: ſic & ſerici. Vide ſcripta *ad rubr. ff. de his, quæ vt indig. & ad ti. s. quæ res vendi non poſſunt.* Sic in Conſtantini donatione dicitur princeps vti veris veſtimentis, vero ſerocanno. CVIACIVS.
u AVratas.] *Paragaudas.* i. f broſtas de auro in vulgari, quæ in gaudis veſtimẽtorũ, ſeu chlamydum poni ſolent: para enim Græcè Latinè iuxta gaudas, i. gauda, inde paragauda, i. iuxta gaudam. ACCVRS.
x ¶ *Viriles.* non vetat hæc mulieribus: *vt j. l. prox. in princ.* ſecundùm Py. & *j. nulli lecere in frænu. l. j. § nulli.*
y ¶ *Et in gynæciariis.* loca, vel ſtationes, vbi hæc fiunt. ACCVRS.

a Honorẽ vitans, ſtultior eſt onus vitãte.
† C. Th. eo. tit. l. 15.
b Lintearij artifices linteæ veſtis.
c ... lymphariorum ... ſunt lintrices.
d Fullones intelligit.
† C. Th. eo. tit. l. 16.
e Nexus ſanguinis, quid.
f Hoc eſt, abſo. Imperatoris: cuius adnotationem vocat hic dextræ triumphalis abſolutionem & paulo poſt dicit, *beneficio principali abſolutum.*
g Ex mala administratione ſubſtituti, primo cõuenitur ipſe ſubſtitutus: ſecundò ſubſtituens: *l. vlt. in f. ſupra de nauicul.*
a Procuratores baphiorum, & textrinorum.
b Ideóque nõ ſemper exigitur ſatiſdatio à quouis officiali adminiſtraturo aut geſturo publicũ negotium.
c Nexus huius tituli ad ſuperiores.
d Holoberæ veſtes quid & ab auratis vt differant.
† C. T. eod. tit. l. 17. hæc autẽ correcta eſt per Nou. l. 81. quæ vult ex curiali patre, & conchylegula matre natos, eſſe decuriones. CONT.
e Falſum Holoberæ veſtes idẽ, quod holoſericæ. Nam antiqui ſerica ... dixere, igitur Holoberæ idem, quod holoſericę, dicam plenius in meis notis ad hanc legem.
† holoberis. i. totis ſericis. ... Zonaras eſſe ait veſtes ſericas, in interpretatione concilij Gangrẽſis. CONT.
* ſiue ſacræ veſtis. CONT.
† C. T. eo. tit. l. 1.
f Nugæ. Paragaudæ hic intextæ dicũtur auratæ, vel ſericæ, quibus tot, vel tot fila, quæ & ſota aurea, vel ſerica, intexta. ... Robertus poſt Odoffre. interpretatur giros, ... & l'ua veſtimentorum. dicam plenius in meis notis.

a Nemo

a *Nemo vir.* Secus in fœmina: vt 3. l. *prox.*
b ¶ *In lineis.* quandoque enim quadratum ponitur in lineis, vel quaſi linea 2. Vel dic, *tunicis lineis*, & lineis, ſcilicet pānis.
c ¶ *Paragaudas.* expone, *vt ſuprà prox.*
d ¶ *Miniſterium.* i. beneficium: *ſic ff. de acquiren poſſeſſ. l. quod meo. in princip.* 2. Vel ideo: quia his concedit, qui ſtant in ſuo miniſterio, vt magis ſint ornati. *arg. ff. de pecu. l. id veſtimentum* Accvrs.
e V*Ellera adulterino.* i. appoſito.
f ¶ *Fucata.* i. tincta.
g ¶ *Muricis.* piſcis. *vt* 3. *tit. i. l. ſi quis.*
h ¶ *Rhodino.* piſcis a genus aliud à murice.
i ¶ *Alio.* ſ. purpureo, vel rubeo, quod ſolùm imperatoribus competit: *vt inf. l. proxi.* nō enim bene caperet colorem, ſicut de albo.
k ¶ *De albo.* ſ. colore.
l ¶ *Omnium.* aliorum. i. b in omnes colores: vt tamen de purpureo non liceat, niſi deputatis ad hoc. de aliis liceat cuilibet: *vt ſuprà quæ res ven. non poſſ. l. j.*
m T*Emperent.*] *Speciei.* non ergo temere, vel alio titulo habere licet: *vt ſup. quæ res ven. non poſſ. l. j. & 4.* nec in ſtip. deduci. *vt Inſtit. de inuti. ſtip. §. j.*
a ¶ *Dedicatur.* l. 1. *ſup. quæ res vendi non poſſ. l. vlt. Cod. Theod. de muri.* Vide notata, & ſcripta *ad d. l. 1.* Cviac.
n ¶ *Pallia.* prohibuit poſſidere: nūc prohibet veſtimēta, vel pannum conficere priuatis.
o ¶ *Permixtione.* ſed tota ſunt de ſerico.
p ¶ *Ædibus.* ſ. priuatorū.
q ¶ *Tradantúrque.* ſcil. principibus, vel comiti commerciorum.
r ¶ *Texturæ.* vtrumque ergo eſt eiuſdem coloris.
ſ ¶ *Conchylij.* ſcil. ſunt, ſubaudi. vel non ſubaudi: quia eſt *infrà eodem.* ¶ Et dic, quòd vellus conchylij dicitur c coccina purpurea, quæ nihil varij coloris continet: & non continetur purpuræ appellatione: *vt ff. de leg. iij. l. ſi cui lana. § fin.* & eſt varij coloris: *vt eo. ti. l. quæſitū. §. coccum.*
t ¶ *Stamina.* quid ſit, dic *vt ff. de lega. iij. l. ſi cui lana. § planè.* Accvrsivs.
u ¶ *Subtexantur.* ab aliquo priuato, id eſt, texantur.
x ¶ *Infectionis.* quia adhuc non eſt filata.
y ¶ *Arguto.* i. acuto.
z ¶ *Decurrant.* per manus alicuius priuati, vel in domo alicuius priuati.
β ¶ *Veſtimenta virilia.* fœminis ſerici vſus non eſt interdictus. Vopiſcus in Tacito ſericam veſtem in viris omnibus interdixit. Cviacivs.
a ¶ *Abiurato pretio.* d i. dicere: pretium, quod pro ea dederat priuatus, amittit, licèt inter ſe deduſſe: quia ſatis eſt quòd nō puni-

a C. vt. ad hanc l. c. Pariter oſtendant Gloſ ſuper v. non notā. *extra de ver. & iuxta ſatis.*

a Falsò Rhodinum ſericū vocat roſeum, ſeu roſei coloris, *ſathinum: de quo dixi ve ... ad l. 2. ſupra quæ res venire.*

b Accurſius hunc locū non intellexit, permittit cōſtitutio, ſericū crudū, natiuum, quæ tingi: vetat ſericū ſemel tinctū cū Rhodino in alio poſtea colore fucari: id eſt, tingi in ſpeciem ſacri muricis.

a Cod. Th. 10. 21. 3.

c Conchyliatæ veſtes purpurei coloris.

* holouera, Cod. Th.

d Abiuratum pretiū, id eſt, nō redditum. C. Th. 10. vlt.

ii. Imppp. Gratian. Valentin. & Theod. AAA. Floro P. P.

NEmo vir a auratas habeat *, aut in tunicis, aut in lineis b paragaudas c: niſi hi tantummodo, quibus hoc propter imperiale miniſterium d conceſſum eſt: non enim leui animaduerſione plectetur quiſquis vetito ſe, & indebito non abdicauerit indumento. Dat. III. Ka. April. Cōſtātinop. Antonio, & Syagrio Coss.

Non debent lanæ, vel panni tingi aliquo colore ſimili colori muricis. Bart.

iii. Imppp. Theodosivs, Arcad. & Honor. AAA.

VEllera adulterino e colore fucata f in ſpeciem ſacri muricis g intingere non ſinimus: nec tinctum cum Rhodino h priùs ſerico, alio i poſtea colore fucari: cum de albo k omnium l colorum tingendi copia non negetur: nam capitalem pœnam illicita tentantes ſuſcipient.

iiii. Imp. Theod. A. Maximino Com. S. L. *

TEmperent vniuerſi, cuiuſcunque ſint ſexus, dignitatis, artis, profeſſionis, & generis, ab huiuſmodi ſpeciei m poſſeſſione, quæ ſoli principi, eiúſque domui dedicatur a: nec pallia n, tunicáſque domi quis ſericas contexat, aut faciat. Quæ tincta conchylio, quæ nullius alterius permixtione o contexta ſunt, proferantur ex ædibus p, tradantúrque q tunicæ, aut pallia ex omni parte texturæ r cruore infecta conchylij ſ. Nulla ſtamina t ſubtexantur u tincta conchylio, nec eiuſdem infectionis x arguto y pectine ſolidanda fila decurrant z: reddenda ærario olobera * veſtimenta virilia β protinus offerantur. Nec eſt, vt quiſquam de abiurato pretio a conqueratur: quia ſufficit calcatæ b legis impunitas. Ne quis c verò nunc huiuſmodi ſuppreſſione in laqueos nouæ conſtitutionis incurrat: alioqui ad ſimilitudinem læſæ maieſtatis periculum ſuſtinebit. Dat. XVII. K. Febr. Conſtantinop. Victore V.C. Coss.

tur faciens illicitum commercium.
b ¶ *Calcatæ.* id eſt, contemptæ.
c ¶ *Ne quis.* corrigit ſe ¶ Et dicit ne quis, i. nullus. ¶ Et not. hic impunitatem calcatæ legis. Accvrs.
d P*Vrpuræ nundinas.* id eſt, mercationes.

v. Impp. Theodos. & Valent. AA. Apollonio comiti ſacrarum largitionum.

PVrpuræ nundinas d γ, licèt innumeris ſint conſtitutionibus prohibitæ e, recenti quoque interminatione vetamus: & ideo ſeptimum de ſcrinio exceptorum, ſextum de ſcrinio canonum, quintum de ſcrinio tabulariorum † ad baphia Phœnices f per certum tempus mitti præcipimus, vt omnis fraus eorum g prohibeatur ſolertia, timentium h ne quæſitis longo ſudore ſtipendiis careant: etiam viginti librarum auri condemnatione propoſita. Dat. VIII. Id. Mart. Conſtantinop. Iſidoro, & Senatore Coss.

γ ¶ *Purpuræ nundinas.* Sumpta eſt *ex l. vlt. Co. Th. de murileg.* Cviac.
e ¶ *Prohibitæ.* vt *ſuprà quæ res ven. non poſſ. l. j. & 4. & 3. tit. j. l. ſi quis. & 3. l. proxi. in princ.*
f ¶ *Phœnices.* prouinciæ nomen: *vt j. qui æta. l. j.* in qua fuit natus Vlpianus: *vt ff. de cen. l. j. in princ.*
g ¶ *Eorum.* qui contra hanc l. facerent. *ſic* 3. *de offic. co ſac. lar. l. j. in prin.*
h ¶ *Timentium.* eorum prædictorū, qui niſi benè faciant, perdent ſalarium, & xx. lib. auri: vt ſubiicit. alij dicunt in xx. li. puniri exercentes mercationes ſ. prædictis. ſed ſuperior ponit pœnam maieſtatis: *vt in ſi ſuperioris legis.*

† Alci hic legit, de ſcrin ... Cui, vt ſi te dam ... quid in exip. Vid. legitur, quintū de ſcrinio tabulariorum, quartū de ſcrinio ad baphia, &c. vt omiſsi dumtaxat vacce ... tes. Cæterum Alc. hoc videtur legere, ſeptem, ſex, & tu deinceps, pro eo quòd hic eſt, ſeptimum, &c. ... vitato.
a Nexus ... li.

DE FABRICENSIBVS i. TITVLVS IX.

Fabricenſium fuit certum corpus, qui in publicis fabricis faciebant arma, haſtas, ſagittas, loricas, arcus, ſpatas, balliſtas, ſcuta, clibanos: deputati etiam dicebantur, l. vlt. ſup. de ſer. fugit. Nou. 85. Statuit à Iuliano in eadē Nouella. Hic hæc lex puram ferri ſpeciem fabricandi cauſa præſtari iubet, non adærari, ne ea pecunia ſibi fortè victum, vitiatúmque ferrum compararent. Cviacivs.

Pecunia præſtari ſoluì non debet. Bart.

i. Imppp. Valentinianvs, Theodosivs, & Arcadivs AAA. Tatiano P. P. *

OMnibus fabricis non pecunias pro ſpeciebus; ſed ipſas ſpecies ſine dilatione inferri præcipimus k: vt venerabilis l, & quæ facilè deducatur ignibus, ſeu liqueſcat, ferri materies præbeatur: quo promptiùs adēpta fraudibus facultate, cōmodo ... conſulatur. Dat. XV. Kal. Nouemb. Theod. A. II. & Cynegio Coss.

Primicerius fabricenſis per biennium habet vacationem à muneribus: & ſingulis biennis ad ſalutandum principem admittitur, vt protector. Bart.

ii. Iidem. AAA. Rufino magiſtro officiorum. *

PRimicerium m fabricæ poſt biennium non ſolùm vacatione n; verumetiam honore donari præcipimus: ita vt inter protectores o [eiuſdem fabricæ per biennium] adoraturus æternitatem p noſtram ſuo

i DE FABRICENSIBVS.

Eſt a tempus belli, & pacis: vt Inſtit. in proœ: pulchritudo veſtiū tempore pacis. vt 3. *tit. j. Pulchritudo armorum tempore belli: vt hic.* ¶ *Ergo ſunt fabricenſes b, qui publica arma faciunt, & in publicis fabricis, & non aliàs. & dant primicerio, qui reponat in publicis armamentis: vt in Auth. de armis. Et not. quòd ſtrictè dicitur faber hic, aliàs pro omni ferri percuſſore: vt ff. ad leg. Rho. de iac. l. ij. § j. aliàs etiam pro ſignario: vt. ff. de verb. ſig. l. ferri. §. fina. Sed in Auth. eod. dicuntur fabricenſes, & armificatores, qui hic dicuntur fabricenſes.* ¶ *Et nota, quòd priuato c non licet facere, vendere, emere, vel transferre arma: ſed habent cultellos paruos: vt in Authenti. eo. & multò magis fuſtes, & lapides, licèt & hæc arma dicantur: vt ff. de verb. ſign. l. armorum.*

k O*Mnibus.*] *Præcipimus.* quia aliud pro alio: *vt ff. de excu. tu. l. illud. & ff. de leg. iij. l. xi. § fin. & de auro & arg. leg. l. j. in fin.*
l ¶ *Venerabilis.* aliàs, *vena nobilis* d, aliàs, *bene habilis.*
m P*Rimicerium.* officium cuius, dic vt in rubri.
n ¶ *Vacatione.* aliorum perſonalium munerū. 2. Vel dic, etiam huiuſmodi primicerij, non fabri: *vt infrà eod. l. iure.* Accvrs.
o ¶ *Protectores.* idémque primicerius. & eſt aliàs, *protector*, &c. aliàs, *protectores*, &c.
p ¶ *Æternitatē.* duo e impropriè hic dicuntur: nam non eſt æternus:

b Fabricenſes qui.

* Cod. Th. 10. 22. 2.

c Arma facere, vēdere, nec emere priuato licet.

* Cod. Th. 10. 22. 3.

d Rectè, vena nobilis materies dicitur pura ſpecies ferri inferri iubet, non permittit adærari.

e Princeps neque æternus, neque adorādus.

autem ut *ff. de ſer. verb. præ di. l. eum. ſic & ꝗ. eiu. ꝗ. l. fin.* ¶ Item nec adoratur, niſi Deus. ſed ideo quia cum reuerentia aditur. dicit ergo debere eum viſitare principem poſt ſingulum bienniũ, qui honorabit eum.

a STigmata. inſtrumenta erant, quibus fœlici nomine noſtræ pietatis impreſſo, eorum brachia ſeruabantur a. ſicut & b tyrones: vt hîc ſubiicit: & aquatij: vt *ꝗ. de aquad. l. pen.* non autem in vultu: vt *ꝫ. de pœ. l. ſi quis.* 2. Et dic quòd de plurali tranſit ad ſingulare, cùm dicit, *hoc eſt nota,* &c. ſic contrà. *ſupr. de in ius voc. l. j. ſi.*

b ¶ *Liberis.* ſi conſenſerint, vel ſuſceperint: aliàs nõ: *arg. ꝫ. de lib. cau. l. ſi. & de liber. & eorum libe. l. j. & 9.*

c ¶ *Et qui.* ſub. illis fabricenſibus, qui, &c. & in ſi. ſubau. vindicandis. *ad quod ꝫ. de decu. l. fabricenſes. & arg ſuprà de muli. l. æternam. & ꝗ. de man. & co. l. ſi.*

d SI quis. Hac lege dicitur qualiter e creatur fabricenſis: ſuperiore qualiter conſeretur.

e ¶ *Ad militiam.* ſ. fabricenſium.

f ¶ *Cautione.* i. cautela, & ſolennitate.

g ¶ *Ad ordinis.* primi d: de quo refugerat. & facit *ꝗ. de aqued. l. diligenter. & ꝫ. de præſcript xxx. an. l. cõperit. & ꝫ. l. proxi. & ꝗ. de fug. col. l. i. & ꝫ. de dec. l. omnes, qui. & l. omnes curiales & de metal. l. ſi.*

h IVre.] *Propriis.* ſcilicet fabricis.

i ¶ *Exhauſtis.* per antiphraſim, id eſt, non exhauſtis. nam & fames auri dicitur ſacra, id eſt, execrabilis: *vt ꝫ. de epiſco. & cle. l. ſi quiſquam.* 2. Vel a adeo debẽt laborare, vt & eis exhauſtis, & ſenibus factis, laborent per ſobolem: *vt ſuprà de decur. l. fabricenſes.*

k ¶ *Nominationibus.* id eſt, hi, qui nominauerunt eos, qui pro eis fiſco reſpondent. 2. Vel dic, id eſt propter ſuas denominationes tenẽtur etiã circa alios prouidere: & ſic primò datiui, ſecundò ablatiui ſunt caſus. ACCVRS.

l ¶ *Damnũ.* i. ab vno f illatum. Vel id eſt, paupertas. nam alij tenebũtur. & hac ratione etiã ſuccedunt inter ſe: *vt ꝫ. de hære. decur. l. ſi.*

m ¶ *Decoctionis.* i. adminiſtrationis g, ad quod *ſuprà de ſuſcept. & arca. l. ſi aliquid.*

* Cod. Th. eo. tit. l. 4.

a Legendum, ſignabãtur: vnde colligũt ex huiuſmodi ſignis, & cicatricibus mortuum hominẽ recognoſci poſſe: ſed & apparitoribus magiſtratuum apparitura ſua bacillos non præferentibus impunè non credi, & reſiſti: *arg. l. ſancimus. § 1. ff. de re mil. & l. ſi quis. 1. ff. &c.*

b Stigmata quibus imprimebantur.

* Cod. Th. eo. tit. l. 5.

c Quis ordo ſeruandus in fabricenſibus creandis.

d Retrahi ad ſuam curiam pœna ſpecies.

Ex Nouel. Th. titul. de bonis fabricenſium. e Et hæc interpretatio verior: hoc enim conſtituitur, vt exhauſto labore militiæ, liberi fabricenſium eidem conditioni adſtringantur.

Pars l. vlt. ſup. de bonis decurionũ, &c. & Fabricenſiũ.

e Immoriãtur.

f Vnius fabricenſis delictũ reliquos tenet. & meritò, cùm ab illis eligatur, vel nominetur.

No. Th. locus eſt corruptus.

g Malè. nec enim decoctio eſt adminiſtratio: ſed facultatũ diſſipatio. Eſt igitur hic ſenſus, omnes videri decoxiſſe, quod vnus decoxerit.

Cod. lib. poſt.

quiſque tempore dirigatur. Dat. VIII. Id. Mart. Med. Valentiniano A. IIII. & Neotherio Coſs.

Fabricenſibus tyronibus ſtigmata brachiis inſliguntur: ad quæ ſigna cognoſcuntur: & qui eos celauerint, cum eorum liberis fabricæ redduntur. BART.

III. Impp. ARCAD. & HONOR AA. *Oſio magiſtro officiorum* *.

STigmata a, hoc eſt, nota publica, fabricenſium brachiis ad imitationem tyronum infligantur, vt hoc ſaltem modo poſſint latitantes agnoſci his, qui eos ſuſceperint, vel eorum liberis b ſine dubio fabricæ vindicandis, & qui c ſurreptione quadam declinandi operis, ad publicæ cuiuſlibet ſacramenta militiæ tranſierint. Dat. XVIII. Kalendas Ianuar. Conſtantinop. Honorio A. IIII. & Eutychiano Coſs.

IV. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Anthemio* P.P. *

SI quis d conſortium fabricenſium crediderit eligendum in ea vrbe, in qua natus eſt, vel in qua domicilium collocauit: his, quorum intereſt, conuocatis, priùs acta conficiat, ſeſéque doceat non auo, non patre curiali progenitum: nihil ordini ciuitatis debere: nulli ſe ciui commanere obnoxium. atque ita demum geſtis confectis, vel apud moderatorem prouinciæ; vel, ſi is abſit, apud defenſorem ciuitatis, ad militiam e, quam optauerit, ſuſcipiatur. Quòd ſi abſque hac cautione f quiſpiam ad fabricenſium conſortium obrepſerit, ſciat ſe ad ordinis g, cui debetur, patriæque ſuæ munera eſſe deducendum: ita vt nulla eum nec temporis, nec ſtipendiorum prærogatiua defendat. Dat. XV. Kalend. Iun. Conſtantinopoli, Honor. IX. & Theod. V. AA. Coſs.

V. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. *Aureliano* C.R.P.

IVre prouiſum eſt fabricenſes artibus propriis h inſeruire: vt exhauſtis i laboribus immorentur e cum ſobole profeſſioni, cui nati ſunt. Denique quod ab vno committitur, id totius delinquitur periculo numeri: vt conſtricti nominationibus k ſuis, ſociorum actibus quandam ſpeculam gerant. & vnius damnum l ad omnium tranſit diſpendium. Vniuerſi itaque veluti in corpore vnius formæ, vnius decoctionis m, ſi ita res tulerit n, reſpondere cogentur. Dat. Prid. No. Nouembr. Theodoſio A. XVII. & Feſto Coſs.

Fabricenſes, & eorum vxores, & liberi durante officio, vel finito non poſſunt, niſi coram præfecto prætorio, vel magiſtro officiorum conueniri. BART.

VI. Impp. LEO, & ANTHEMIVS AA. *Euphemio mag. off.*

EOs, qui inter fabricenſes ſacræ fabricæ ſociati ſunt, vel eorum vxores o, aut filios, qui itidem inter fabricenſes militare dicuntur: non alibi pulſare volentibus reſpondere præcipimus, niſi in iudicio tuæ ſublimitatis p, ad cuius iuriſdictionem, poteſtatémque pertinent: nec eos poſt ſtipendiorum finem q, & militiæ, ſuper ciuilibus, vel curialibus muneribus, quibus nullo modo ſubiacere monſtrantur r, à viris clariſſimis rectoribus prouinciarum, vel eorum officiis præter licitum s inquietari.

Prohibet fabricenſes aliquam adminiſtrationem, vel agriculturam adſumere, & punit dominos, qui eas locauerint, & fabricenſes, qui eas conduxerint. BARTOLVS.

VII. Imp. ANASTASIVS A. *Euphemio magiſt. offic.*

NVllus fabricenſium conductioni t, vel adminiſtrationi, vel agriculturæ alienarum rerum ſe poſthac immiſcere conetur u: dominis quidem, ſi qui contra hæc ſtatuta meæ pietatis venire auſi fuerint, res, vel prædia, quæ ſcientes x quòd fabricenſes ſunt, iiſdem fabricenſibus miniſtranda commiſerint, amiſſuris: fabricenſibus verò grauiſſimè coërcitis: poſt facultatum ſuarum amiſſionem, perpetui exilij pœna, & animaduerſione retinendis. Quotiens ſanè in tranſlatione † armorum angariæ neceſſariæ fuerint, ſublimitas y tua literas ad eminentiſſimam iubeat dirigi præfecturam: & numerum ei armorum, & ex quo loco transferenda ſunt, iudicare: vt continuò ſuper præbendis angariis pro numero eorum, quæ transferuntur, armorum, præceptione ſua viros clariſſimos moderatores prouinciæ conueniat z: vt ſecundùm miſſam à ſublimitate tua notitiam, naues, vel angariæ confeſtim de publico a præbeantur. Quòd ſi aliqua tarditas, vel negligentia poſt datas à ſublimitate tua ad eminentiſſimam præfecturam literas, in deſtinandis auctoritatibus b ampliſſimæ tuæ ſedis interceſſerit, & ex hoc armorum tranſuectio fuerit impedita: in quinquaginta libras auri tam numerarium pro tempore

n ¶ *Tulerit.* id eſt, contigerit, quòd alter depauperetur, vel alter det damnũ. ad quod *ſuprà de nau. l. fin.* Et primò conuenitur damnũ inferens: *vt ꝗ. quo quiſ or. l. j. & iij.* ¶ Sed contrà a *ſuprà de pœnis. l. ſancimus. & de inoffic. teſt. l. ſi quis in ſuo. § fin.* Sed hoc eſt ſpeciale quia ipſe delinquere videtur, vt hic dicit, cùm debeat prouidere. ad quod *ff. de off. procon. l. iij.*

o EOs, qui.] *Vxo.* per viros b: no. quòd ipſæ ſint fabricenſes: *vt ff. de mun. & hon. l. iij. § corporalia.*

p ¶ *Sublimitatis.* loquitur Euphemio magiſtro officiorum. ¶ Et not. quòd hæc lex duo dat eis priuilegia c: vnum durante officio, aliud pòſt. ACCVRS.

q ¶ *Finem.* quãdo in d certum tempus fuerit adſumptus: aliàs perpetuò ipſe, & filij tenerẽtur: *vt ſuprà l proxim. in princ.* ACCVRS.

r ¶ *Monſtrantur.* etiam durante officio, ſecundùm P. & ſic ſub. ſuprà poſt finem, ſcilicet etiam. Sed contrà *ſuprà, eo. l. ij.* nam ſi eſt ſpeciale in primicerio: in aliis ergo ſecus.

ſ ¶ *Licitum.* i. quod eſſet contra licitum.

t NVllus fabricenſium.] *Conductioni,* aliàs, *conditionis* aliàs, *conductione.*

u ¶ *Conetur.* ad quod ꝫ, *loca. l. fin.* ACCVRS.

x ¶ *Scientes.* ſic *ſup. loca. l. ſi ignorans.*

y ¶ *Sublimitas.* magiſtro officiorum loquitur: *& facit infr. de curſu pu. l. curſum. & ꝫ. de naui. l. cum nauarchorum.* ACCVRS.

z ¶ *Conueniat.* Vos inquam conueni, ò Iudex.

a ¶ *De publico.* Not. de publico e.

b ¶ *Auctoritatibus.* aliàs, *auctoribus* f, id … literis præſidis: vt … dixi. & dicunt … res: quia … præb…

a A…

Vacat

c Priuilegia fabricenſium.

d Fabricenſis ad certum tẽpus adſumi poteſt.

e A…

f … magiſtri officiorum ad P. Prætorio, quibus continebatur numerus armorum, & locus, ex quo tranſuectio facienda erat.

† Trãſuectionem armorum quemadmodũ fieri oporteat.

officij eiuſdem ampliſſimæ ſedis, quàm alios, quorum intereſt, condēnari præcipimus: eamque auri quantitatem protinus exactā fiſci iuribus aggregari: mulcta præterea triginta librarum auri propoſita, tam viris clariſſimis, qui prouincias regunt, quā eorū apparitoribus, ſi conniuentibus his armorū ſubuectio tarditate aliqua fuerit præpedita.

DE VETERIS NVMISMATIS POTESTATE [a].

TITVLVS X.

I. *Impp.* VALENTINIANVS, *&* VALENS AA. *Germano* P.P.

SOlidos [b] veterū principum [a] [c] veneratione formatos, ita tradi, ac ſuſcipi ab ementibus, & diſtrahentibus iubemus, vt nihil omnino refragationis [d] oriatur, modò & debiti pōderis ſint, & ſpeciei [e] probæ: ſciturus vniuerſis, qui aliter fecerint, haud leuiter [f] in ſe vindicandum [g].

Minuta æſtimatione floreni, minuitur æſtimatio rerum, quæ venduntur ad florenum. BART.

II. IIDEM AA. *ad Iulianum* P.P.

PRo imminutione †, quæ in æſtimatione ſolidi fortè [h] tractatur, omniū quoque pretia ſpecierum decreſcere oportet.

Omnes aurei debent capi æquali æſtimatione: & contra faciens grauiſſimè punitur. BART.

III *Imppp.* GRATIANVS, VALENTINIANVS, *&* THEOD. AAA.

VNiuerſos auctoritas tua [i] propoſito edicto commoneat [k] obryzatorum omnium ſolidorū vniforme pretium poſtulare: capitali ſcilicet ſupplicio puniendo, qui vel iuſſa noſtræ maieſtatis auaritiæ cæcitate contempſerit [l], vel æternales [m] vultus, dum fraudibus ſtudet, duxerit violare [n].

NVLLI LICERE IN fræniſ, & equeſtribus [o] ſellis, & in balteis [p] margaritas, & ſmaragdos & hyacinthos aptare: & de artificibus palatinis [q].

TITVLVS XI.

I. *Imp.* LEO A. *Leontuo.*

NVlli prorſus liceat in frænis, & equeſtribus ſellis, vel in [illegible] ſuis margarita[illegible] ſmaragdos, & hyacinthos [illegible] aptare poſthac, vel inſerere. [illegible] aliis autem gemmis fræna, & equeſtres ſellas, & balteos ſuos priuatos exornare permittimus: de cucurniis [f] * verò omné prorſus qualiumcumque gemmarum habitum præcipimus ſubmoueri. fibulis [t] quoque in chlamydibus his vtantur, quæ ſolo auro, & arte pretioſæ ſūt [u]. Si quis autem contra interdictum pietatis meæ fecerit: ſciat ſe continuò quinquaginta libris auri eſſe mulctandum. Nulli [x] præterea priuatorum liceat (exceptis ſcilicet ornamentis matronalibus, & tam muliebriū [y], quam virilium annulorum habitu) aliquid ex auro, & gemmis, quod ad cultum, & ornamentum imperatorium pertinet, facere: neque illud ſub hoc colore, & prætextu præparare, quòd velit clementiæ principali velut aliquod munus offerre: pietas enim mea huiuſmodi dona non expetit, neque regiū ſibi offerri à priuatis cultū requirit [z]. Sanè ſi quis poſthac aliquid contra vetitum huiuſmodi ſanctionis effecerit, & offerēda clementiæ meæ ornamenta, quæ vſibus regiis deputata ſunt, auro, gemmiſque decorata, auſus fuerit præparare: centum librarū auri condemnatione ſciat ſe eſſe feriendum: capitali quoque ſubdendum eſſe ſupplicio. Ornamenta [a] enim regia intra aulam meam fieri à palatinis artificibus debent: non paſſim in priuatis domibus, vel officinis parari. Vnde ſumma ſeueritate ſancimus, vt quod in cultu ornatúque noſtro ſacrum, & adoptabile eſt, id facere temeritas priuata non audeat. Si quis ſanè contra vetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit, definitam ſuperiùs mulctam ab his per officia palatinorum exigi, & ſacris largitionibus noſtris iubemus inferri.

DE CLASSICIS.

TITVLVS XII.

Claſſici milites ſunt deputati nauibus annonæ purgandorum fluminum, & aliarum neceſſitatum gratia. Inde claſſis Araricæ, Iprica, Rhodani, Padi in Occidente. Fuêre & in Oriente plures, ad quas hic tit pertinet, quo cauetur eas omnes pertinere ad præfectianos, vt eorum cura, ſicut interpretor, claſſicorum numerus ex incenſitis ſuppleatur, id eſt, colonariæ conditioni minimè adſcriptis, vt de tyronibus conſtituitur l. I. infrà de tyronibus. CVIAC.

I. *Impp.* VALENTINIANVS, *&* VALENS AA. *Auxonio* P.P. *

CLaſſem Seleucenā [b], aliáſque vniuerſas [c] ad officium, quod magnitudini tuæ obſequitur [d], volumus pertinere: vt claſſicorū numerus ex incēſitis [e],

---

a DE VETERIS numiſmatis poteſtate.

a Nexus tituli

Dixit [a] *de fabricatione armorum: nunc de fabricatione moneta.* ¶ *Et dic, quòd num.ſma* [b], *& aureus, & ſolidus auri idem eſt:* vt hic, & ſuprà de ſpor. l. ij. & in Euangel. *Cuius eſt imago, &c. cuius pondus* [c] *erat tale, vt lxxij facerent librā auri:* vt ſupr. de ſuſcep l. quotiens. *hoc numiſma, ſiue moneta tātùm fiebat olim de auro.* vt [illegible] l. fin. *& effigies principis erat ibi.* vt infra, l. j. *& vſufruct. veluti gemmarum poterat legari in eo:* vt ff. de vſufru. leg. l. numiſmatum. *& qui hāc falſant, puniuntur:* vt inf. eo. l. fi. *Hodie verò cum cōceſſione principum fit à regibus, & ciuitatibus etiam de ære.* [d] *non decet à priuato:* vt & ſ. de fab l. ij.

b Numiſma, aureus, & ſolidus idem. Matt. 22. b.

c Pondus, materia, & figura ſolidi.

d Æreæ monetæ fabricādæ ius quibus competat.

e *Adde Iſidorū* 16. c. 17. & 24.

b SOlidos i. aureos, à ſoliditate [e]: quia de ſolido auro fiūt: *vt ſupr. de ſuſce. l. quotiens* & not. in rubri

a ¶ *Solidos veterū principum.* Paulus *lib.* I *ſent. titul.* 25 ait lege Cornelia de falſ. numaria eos teneri, qui probos nūmos vultu principū ſignatos reprobant, &c. CVIAC.

† De materia mutationis, & minutionis monetarū, vide textum per can. [illegible] *extra de cenſ.*

f Dic potiùs, *Imperatorum.*

c ¶ *Principū.* vt Philippi [f]: *vt ff de aur. & arg. leg. l. Quintus. §. fin autem.*

d ¶ *Refragationis.* i. refutationis.

e ¶ *Speciei.* quòd non deteriorata ſit res: *vt ſuprà de pon. l. ij.*

f ¶ *Haud leuiter.* i. non. *ſic ſ. qui mu. vel præ. l.* i.

g ¶ *Vindicandum.* offic. iudic. extraordin. [g] ACCVRS.

g Haud leuiter vindicare iudex extra ordinem debet.

h PRo imminutione.] *Solidi fortè.* argentei, ſecundùm Py. z. vel dic, *aurei.* ¶ Et dic, *tractatur* [h] *à principe*, vel eo, qui habet auctoritatem. ¶ Et quod ſubiicit, *pretia*, ſc. ipſius [i] aurei: qui ſunt pretia rerum. q. d. pro minori ſumma accipiuntur, cū dantur pro pretio cuiuſlibet ſpeciei.

h Dic potiùs, *corrupta eſt.*

i Falſum: vel pretia reliquorum numorū, vel rerum, quę venduntur intelligit.

i VNiuerſos.] *Commoneat.* poſtulare, quod eſt infrà, vniforme. ACCVRS.

k ¶ *Obryzatorum* [k]. i. nūmorum aureorū de optimo auro: quod ſic dicitur: *vt ſ. de veſt. holo. in rub. not.* ac ſi dicat, tantum valeat vnus aureus, quantum alius: & tantidem vendantur.

k Obryzati ſolidi, aurei meri, & puriſſimè coſti.

l ¶ *Contēpſerit.* vendēdo plùs vnū, quàm alium.

m ¶ *Æternales.* i. principis, cuius eſt ibi imago: *vt ſ. l. j.* & dicitur æternalis [a]: quia imperium ſemper durat: *vt in authēt. quomodo oper. epiſc. §. ſi.* ſcilicet vno exiſtente pro alio: *ſic ſuprà de fab. l. vi.* & ſic non eſt contrà, *ff. de ſer. vrb. præ. l. eum.*

a Æternū imperium quemadmodum dicatur.

n ¶ *Violare* [b]. radendo fortè: *vt ff. de fal mo. l. qui nūmos.* & eſt pœna ignis [c] in hac aurea principis: & in alia capitis, id eſt, deportationis: *vt ſuprà de fal. mo. l. ij. & in §. auctore.*

b Alij legunt, *vitiare.*

c Ignis pœna.

o ¶ NVLLI LICERE in frænis, & equeſtribus, &c.

o ¶ *Equeſtribus.* Ab equo dictis.

p ¶ *Et in balteis.* id eſt, cingulis, vel genus veſtis. Sed hic videtur poni pro [d] cingulo equi, vel pectorali, quę quaſi cingunt.

d Balteus cingulum militare, nō tantum quo cingūtur: ſed quo arma dependent. *Iſid.* 19 c. 35.

q ¶ Palatinis. *vt infrà, §. nulli.*

r NVlli.] *Hyacinthos* q̄ ſūt pretioſiores aliis: vt hic probatur.

ſ ¶ *De cucurniis.* cucurnia dicitur morſum [e] fræni ſed R. dicit id, quod equis imponitur, vt non incuruentur.

e aut quid tale. vide Cuiac 11 *obſeruat.* 20. Veſtium diuerſa genera.

t ¶ *Fibulis.* id eſt [f], chlamydibus. chlamys militum: purpura regum: ſtola ſacerdotum: toga aduocatorum: habitus ruſticorū: cuculla monachorum appellatur: *vt hic, & ſuprà de veſti. holo. & infrà, qui milit. non poſ l. fin.*

f Malè, Fibulę ſunt, quibus pectus fœminarū ornatur, vel palliū retinetur: viris in humeris, ſeu cingulum in lumbis. *Iſid.* 19 c. 33. *Idem* c. 33. Fibulum ſeu *oiſam* quod ligat ſub fibulum, ſubligaculum.

u ¶ *Pretioſa ſunt*, q. d. ſine omni gemma.

x ¶ *Nulli.* Hîc de ſecunda parte rubr. vſque ad fin.

y ¶ *Muliebrium.* repete, *exceptis*: ſi ergo in annulis licet ponere gēmas mari, & fœminæ: ſed mari non aliàs. & *facit ſuprà de veſti. holo. l. vi.*

z ¶ *Requirit.* No. *ſic ſup. de auro coro. l. j.*

a ¶ *Ornamenta.* Not. *ſic ſ. de veſti. holo. l. pe.*

DE CLASSICIS.

b CLaſſem Seleucenā. à Seleucia ciuitate Orientis ſic nominatā Seleucena. ¶ Et dic, i. nauigium ad bellandum aptum.

c ¶ *Vniuerſas.* claſſes, ſeu naues. ACCVRSIVS.

* Cod. Th. eo tit. l. 1.

d ¶ *Obſequitur.* præfecto prætorio Orientis loquitur.

e ¶ *Ex incenſitis.* [g]. i. ex his, qui cēſentur, ſeu volūt deputare ſe huic miniſterio.

g Incēſiti Cuiacio hic colonariæ conditioni minimè adſcripti.

niſterio. ſic res dicitur in nullius bonis cēſura.

a ¶ *Accreſcentibus* i. qui ſupetabundant in aliis nauibus.

b ¶ *Et Seleucena* claſſis, ſeu nauigium.

c ¶ *Purgandi.* malis hominibus, vel prędonib⁹: *vt arg. ff. de of. præf. l. congruit.* A c c v r s.

d ¶ *Deputetur.* à præfecto prædicto, qui deputatur comiti.

a Falſum. hic enim agitur de Claſſicis, q erant deputati nauibus amnicis purgandorum fluminũ, & ſimiliũ neceſſitatũ gratia.

* Co Th. li. 14. ti. l. 3. § ſi quis.

vel accreſcentibus [a] cōpleatur: & Seleucena [b] ad auxilium purgandi [c] Orientis, aliáſque neceſſitates comiti Orientis deputetur [d]. Dat. Indictione XII.

DE DECVRIALIBVS vrbis Romæ.

TITVLVS XIII.

I. *Imppp.* Valentinianvs, Theodosivs, & Arcad AAA. *ad Triſolium P. V.* *

SI quis decurialem [e] de auferendis priuilegiis putauerit lite pulſandum [f], intelligat ſe curiæ interpellare debere iudicem [g]. Dat. XIIII. Kalend. Feb. Med. Timaſio, & Promoto Coss.

II. *Imppp.* Arcadivs, Honorivs, & Theodosivs AAA. *Exuperantio, Iulio, & cæteris decurialibus* *.

LEges decuriales tam à ſuperioribus principibus, quàm à diuo parente noſtro cōditas, noſtra auctoritate firmamus. Singulos itaque iudices ſcire volumus, ne quis huic collegio iniuriis corporalibus tentet notam atterere [h]; neque ab his commodis, quæ rationibus approbantur, audeat ſeparare. huic enim collegio volumus antiquam priuilegiorum prærogatiuam ſeruari [i]. Dat. VIII Id. Iul. Romæ, Honorio A. VI. & Ariſtæneto. Coss.

DE DECVRI. vrbis Romæ.

Decuriones à muneribus excuſantur: vt ī. de ſuſcep l. pen. *& maximè vrbis Romæ decuriones. & differt à tit. de decu. quia hic in ſpecie.*

e SI *quis decurialē.* alias, *curialem.*

f ¶ *Pulſandũ.* i. accuſat eũ de aliquo, per quod à curia eſt remouēdus: *vt ff. de fal. l. falſi. § ordine.* Item de quacunque lite: niſi forſan contractus, vel delictum aliud exigat. A c c v r s.

g ¶ *Iudicē* [b]. qui præeſt curiæ decurionũ illorũ. ad quod ī. *de iur. om. iu. l. fi.* & dicas hos alios [c], quàm Senatores: quia illi conueniuntur ſub certis iudicibus: *vt* ī. *ubi ſe l. ſenatores.* Arg. contra. ī. *de dec. l. omnes iudices.*

b Iudex Curię. v. hic Cuiac.

* Cod. Th. l. 14.

c Hi decuriales actis, & auctoritates Senatus præſcribebant.

h LEges.] *Atterere.* i. atterendo infligere. P. *ad quod* ī. *de dec l. omnes. & de pæ. l. decurionum. & ff. de decu. l. fi.* niſi in caſu: *vt* ī. *de dec. l. quilibet.*

i ¶ *Seruari.* in tormentis, & pœnis, & ſimilibus euitādis. ¶ Et no. [d] duo in decurionibus. ſ. decuriones non torquendos: & antiqua priuilegia ſeruari.

d Decuriones torqueri non debent.

DE PRIVILEGIIS corporatorum vrbis Romæ.

TITVLVS XIV.

Corporati vrbis Romæ ſunt, de quibus ſequentibus titul. ſigillatim tractatur, veluti piſtores, ſuarij, boarij, pecuarij, caupones, lignorum, frumenti, olei portitores, calcis coctores, populi Romani vſibus, & neceſſitatibus deſtinati, quos, ſi in prouincias tranſierint, cura præſidum vrbi reſtitui præcipitur, & ne noua onera eis indicantur. Confirmantur & immunitates, & priuilegia eis conceſſa. Extat epiſtola Symmachi ad Valentinianum, vt indicta in Roma equorum collatio in vſum exercitus remittatur, & conueniens ei reſcriptum ad eundem Symmachum, l. 1 Cod. Theod *eod. titul. Fuêre & in aliis vrbibus corporati. l. vltim.* ſuprà de nauicul. Nouel. Valentin. de epiſcop iud. *non priuilegiarij.* C v i a c.

Incolæ vrbis Romæ gaudent priuilegiis ciuium. Item ciues Romani vbicunque morantur, poſſunt ad ciuitatem retrahi. B a r t o l v s.

DE PRIVILEgiis corporat. &c.

k NVlli *Vrbis.* qui aliunde veniētes, ibi domicilium cōſtituerunt: *vt* ī. *de inco. l. ciues. & ff. de ſta. ho. l. in vrbe.*

l ¶ *Corporatis.* Corporatus [e] dicitur, qui in corpore aliquo ſcribitur propriè: ſicut quodlibet membrũ hominis corporatũ dicitur: & ciuis factus, vel incola: & ſũt priuilegiati vt plebeii a tributo capitis excuſētur: *vt* ī. *de ca. et ui. cen. l. 1.* facit ī. *de Alex. pri. l. 1.* A c c v r s.

e Corporati qui. ſunt autē hi, de quibus ſequētibus titulis agitur.

m ¶ *Valere* etiam qui nunc de nouo ſunt ciues per domicilium.

n ¶ *In peregrina.* ſ. loca. ad quod *ſuprà de decur. l. quidam ignauia.*

o ¶ *Solennitas.* ſic infrà *de paſ. pub. l. j. & infrà de agr. & cen. l. cum ſeruus in prim.*

I. *Imp.* Honorivs, & Theodos. AA. *ad Alypium P. V.*

NVlli ſit [k] liberũ, nulli permiſſum, vt nouum aliquid vrbis [l] incolæ in vrbe ſuſtineant: ſed in honorem æternæ vrbis corporatis [l] indulta ſuffragia valere [m] præcipimus. Cura autem rectorũ prouinciarum, corporati vrbis Romæ, qui in peregrina [n] tranſgreſſi ſunt, redire cogantur: vt ſeruire poſſint functionibus, quas impoſuit antiqua ſolennitas [o]. Dat. Prid. Id Iul. Aquil. Tatiano: & Symmacho Coss.

DE PISTORIBVS.
TITVLVS XV.

Fuit in vrbe certum corpus piſtorum, qui pani ciuili conficiendo obnoxij erat. His l. 1 & 2. inf de frument. vrb. Conſtantinopol. *&* l. 18. C. Theodoſ. de piſtor. *& l.* C. Theod. de exſec. & exact. *mancipes vocant, & hac conſtitutio Leonis duobus locis, vt emendauimus, & legerat iam antè Lucas de Penna. Qua de his diximus* libro ſingulari de temporibus, cap. 13. *in hunc locum transferre velim. Ad eandem verò formā, & mancipem carceris Prudẽtius dixit, pro commentarienſi: Auguſtinus, & Ambroſius optionem carceris: mancipem ſuruina. Plinius: mancipem diuinitatis. Tertullianus: mancipes pro publicanis. multi Symmachus l. Epiſt.* Vaſorum traſuectionem cupiditati mancipij ſubtrahas. *Conſtituitur autem hoc tit. vt mancipes, ſiue piſtores, qui Comitiæ horreorũ dignitatem a lege fuerint, priſtino reddantur. Non licere piſtoribus ad hanc dignitatem adſpirare.* C v i a c i v s.

I. *Imp.* Leo A. *Vemiano.*

QVicunque ex mancipiis [p] comitis horreōrum, dignitatem, & officium, vel ambitione, vel gratia, vel pecunia, ſeu quolibet alio modo [q] poſthac fuerit adſecutus: exutus dignitate, quam contra interdictũ noſtræ ſerenitatis adeptus eſt, mulctatus etiam viginti libris auri, ad antiquum denuò conſortium, collegiúmque reuocetur: omne etiā ſpeciale beneficium, quocunque modo contra hanc ſanctionem fuerit impetratum, penitus conquieſcat.

DE SVARIIS [r], ET SVSCEPTORIBVS [s] vini, & cæteris corporatis.

TITVLVS XVI.

Suſceptores vini caupones vocat, & ideo Græci ita vertunt, ἀπὸ ... qui ſcilicet ſuſcipiebant vina fiſcalia, & populo vendebant. Populo enim Romano oleum, panis, porcina gratuita præbebantur: vinum non, niſi perrarò: vt Vopiſcus ſcribit in Aurcliano. *At de his ſub hoc titulo nihil continetur, nec de aliis, quàm ſuariis quidquam. Credo tamen de ſuariis conſtituta, ad cæteros eſſe porrigenda.* C v i a c.

I. *Imppp.* Valentinianvs. Theodos, & Arcadivs AAA. *ad Albinum P. V.* *

POrcinarij vrbis æternæ, cùm peruigilem laborem populi Romani commodis exhibeant [t]: ſordidis [u] ſemper muneribus liberentur. Dat. VIII. Kalend. Septemb. Romæ, Timaſio, & Promoto Coss.

Prætor vrbis eſt iudex porcariorum, ſiue ipſi agant ſiue conueniantur. B a r t.

DE PISTOribus.

p QVicunque ex mācipiis [a]. i. piſtoribus facientibus panem palatinũ: ſic ī. *de pri. vrb. Con. l. 1.* hi ſunt ſunt eo miti horreorum: vt hic dicit. & omni tempore de eis ius dicitur: *vt* ī. *de fer l. publicas.* & conueniũtur. ſecundũm P. ſub comi. ſerum priu i. procur. Cæſaris: *vt ſup. vbi cau. fi. l. quis. & l. demittis.*

q ¶ *Quolibet alio modo.* i. illicito. Vel dic generaliter eos ad nullã dignitatē adſpirare, & facit ad ſimoniacā [b] iſtam electionē, *ſup. de epiſ. & cleri. l. ſi quequam & ad leg. Iul. repetun. l. fi. & in Authenti. infra. quod præcel. ij.*

* Hæc conſtitutio ex 2. & 4. conſtitu. nata eſt, quæ extant in Codice Theodoſiano, l. 14. ti. 2. quare ex eo loco p. e inſcriptiones, & conſules: cōmodè enim hic reponi nō potuit, ut in hac collect. a curſus diſſolu. ta fuiſſet in tres alias conſtit.

a Locandũ, mācipibus, vt Lucas de Penna notat. Qui autem ſint mancipes: v. hic Cuiacium: & cap. 13. de præſcrip.

b Simoniaca electio

r DE SVARIIS [c]. idest, porcariis, qui cuſtodiunt porcos ciuium in paſcuis. *vt* ī. *l. 1.*

c Suaria.

s ¶ Suſceptoribus [d]. *de his nihil in nigro* ſic ī. de conductio. l. 2. *ſed de his dicitur,* ſup. de ſuſcept l. modios.

d Vini publici ... vina fiſcal a populo vendebant.

t POrcinarij.] *Exhibeant.* Quoniam animal datur baſtagiatis: *vt ſupr. de mari. l. quod ad præſens.*

u ¶ *Sordidis.* quæ ſunt ſupra *de extra ord. l. maximarum.* & idem [e] de cuſtodibus exterorum porcorum: *argum ſuprà ad le. Fal. l. ſi.* A c c v r s.

e Leges facilè extenduntur ad ſimiles caſus: facit Gloſſa in *l. vni. ſupra de Nili aggeribus.*

* C. T. 14. 4.

a al. Hilario P. P. vt C. Th. tit. vnde ſumpta eſt hæc conſtitutio.

c Reus quandoque forum actoris ſequitur.

† Adde l. in quo ff. de iudic.

* adiutorium

b Chartoptatæ, teſte Alciato, pro libello ſp. & dicti ... & Pyrrho hic, dicuntur publicæ chartæ ſeruatores. falſum neque Accurſius, neq; Alciatus, neque Pyrrhus verò. Chartopratæ ſunt chartæ venditores.

* Iã ſemel poſita fuit hæc l. ſub ti. de ſacroſ. eccleſ. l. qui ſub prætextu.

c Nuge legidũ: in cautis breuibus: vt apud Azo. hic.

d Imò venditores, tota hæc Gloſſa diſpũenda, vt fuſius, & vana.

a Q Vicunque.] Prouocatus. actor prouocatur eo, quod ſibi aliàs non ſatiſfit: ſic ff. de ſepara. l. ſi.
b ¶ Fori. i. præfecti verbis. ¶ Et no. quòd reus ſequitur forum actoris contra regulã. ℥ de iuri. omn. iudic. l iuris ordo. †

c DE COLLEGIATIS, &c.

Dixit ſpecialiter de quibuſdã collegiatis: nũc generaliter. & dicũtur à collegio: vt priuilegiati à priuilegio, & iidem dicũtur chartoprata b: quia eorũ nomina ſcribebantur in charta, vel matricula patria: quaſi in patria charta deſcripti intra numerũ: ſed qui ſunt ſupra numerũ, nõ gaudet priuilegio: vt infr §. quòd autem. 2. *Vel dicuntur chartopatri, i. qui gaudent in patria ſecundum Græcos. dicuntur enim Græcè charta, apud Latinos patria* 3. *Vel dic tertiò:* vt inf. in ſu huius l. Accvrs.

d *Vi ſub prætextu.* hanc habes de verbo ad verbum *ſup. de ſacroſan eccleſ l. qui ſub prætextu.*

a ¶ *Qui ſub prætextu.* vide notata, & ſcripta *ad l. pen & ad titul.* ℥ *de commer & mercat.* Cvıacıvs.

e ¶ *Memoratorum.* i. id locum memoratorum.
f ¶ *Primatum.* ſ quòd de nouo habebit primates, qui eum eligant. Py. 2. Vel dic eorum, à quib. recedit. *& ad hoc,* ℥ *de aduo di. iu l. nemini.*

g ¶ *Quòd autem.* hic accipe, *nemo*, quod eſt ℥. & lege ſuſpẽſiuè vſq; illuc *ſed ne*, &c. Accvrs.
h ¶ *Qui.* ſ. numerus cõtinetur in breuib cautis c, i. cautela ſcriptis facta examinatione eligendorum. & facit ℥. *de ſacroſ. eccl. l non plures.*
i ¶ *Supplicibus.* qui ſupplicant, vt ſuum locum eis vendere liceat.
k ¶ *Vẽditio.* emptores d huius chartæ dicuntur chartoptatæ, qui per chartæ emptionem à quopiam, qui in charta, vel in matricula eſt collegiatorũ, vel conſulum acquirere volũt, vt illius loco ſubrogentur, i. vt alludant nomini, i. agãt, emẽdo chartam. i. locũ cuique per chartam adſignatũ, vt patriæ fiant corporati: *vt hic.* Vel aliter, vt not. in rub.
l ¶ *Supplicum.* id eſt, ſubiectorum ſupplicantium.
m ¶ *Conſtitutionis.* al. *diſpoſitionis.*
n ¶ *Conſtitutum eſt.* i. quæ onera primas, &

11 *Impp.* Arcadivs, & Honor. AA. *Florentio P. P.* *

QVicunque ex corporibus ſuariorum, ſiue excipiẽdæ neceſſitate litis adſtrictus, ſiue inferendæ voluntate ſpontanea prouocatus a, iudicium voluerit experiri: fori b vrbani auditoriũ * præſtoletur.

DE COLLEGIATIS c, ET chartopratis, & numulariis.

TITVLVS XVII.

Qui intrat vnum collegium, & munera, ad quæ ordinatus eſt, non exercet: nõ effugit munera alterius collegij, de quo exiuit: ſed debet de nouo extrahi, & alius in locũ eius ſubrogari, requiſitis primatibus collegiorũ, idẽ ſi decederet. Bart.

1. *Impp.* Theodosivs, & Valentinianvs, AA. *Cyro P. V.*

QVi ſub * prætextu d a decanorum, ſeu collegiatorum, cùm id munus non impleant, aliis ſe muneribus conantur ſubtrahere: eorum fraudibus credimus eſſe obuiandũ: ne quis ſub ſpecie muneris, quod minùs exequitur, alterius muneris oneribus releuetur: ne argẽtariorum, vel numulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantummodo collegiati, vel decani feſtinant. Ideoque ſi quis eorum ſub nudæ appellationis velamine collegiatum ſe, vel decanum appellat, ſciat pro ſe alium ſubrogandum, qui prędicto muneri ſufficiens approbetur: ſubrogatione videlicet memoratorum e, vel eorum, qui moriuntur, primatum f eius, qui ſubrogatur, admiſſa iudicio.

Qui ſupra numerum admittuntur in collegio, non gaudent beneficio collegij. Bart.

Quòd autẽ g ſupra numerum, qui h in cautis breuibus continetur, nemo ſe quolibet patrocinio, vel cuiuſlibet abſumpta potentia debeat excuſare, hoc noſtræ eſt ſerenitatis cenſere, & tuæ ſublimitatis, tuique officij cautiùs obſeruare. Hoc inter omnes æqua lance ſeruari præcipimus: nullo diuinæ domus patrocinio, nulla ſacroſanctarũ eccleſiarum reuerentia, nullo qualibet, vel cuiuſlibet potentia ſe excuſante. Sed ne tantùm circa munera releuanda ſupplicibus i conſuluiſſe noſcamur: illud etiam dicẽdum, obſeruandúmque eſſe cenſemus, vt chartæ venditio k, quæ de prouinciis ad corporatos ſupplicum l per innouationem tranſlata eſt, primæ conſtitutionis m terminis concludatur, hoc eſt, quod in initio diſpoſitionis conſtitutum eſt n, id in poſterum nulla addita nouatione ſeruetur.

DE STVDIIS LIBERAlibus o vrbis Romæ, & Conſtantinopolitanæ.

TITVLVS XVIII.

1. *Impp.* Theodosivs, & Valent. AA. P. V. †

VNiuerſos, qui vſurpantes p ſibi nomina magiſtrorum, in publicis magiſtrationibus, celluliſque q collectos vndecunque diſcipulos circumferre conſueuerunt, ab oſtentatione r vulgari præcipimus amouerisita vt ſi quis eorum poſt emiſſos diuinæ ſanctionis s affatus, quæ prohibemus t, atque damnamus, iterum fortè tentauerit u, non ſolùm eius, quam meretur, infamiæ notam ſubeat; verùm etiam pellendum ſe ex ipſa, vbi verſatur illicitè, vrbe x cognoſcat. ¶ Illos verò, qui intra plurimorum domos eadem exercere priuatim ſtudia conſueuerunt y, ſi ipſis tantummodo diſcipulis vacare maluerint, quos intra parietes domeſticos docent, nulla huiuſmodi interminatione prohibemus z. Sin autem ex eorum numero a fuerint, qui videntur intra Capitolij auditorium conſtituti, hi omnibus modis priuatarum ædium ſtudia ſibi interdicta eſſe cognoſcant, ſcituri, quòd ſi aduersùs cœleſtia ſtatuta facientes deprehenſi fuerint, nihil penitus ex illis priuilegiis b conſequantur, quæ his, qui in Capitolio tantummodo docere præcepti ſunt, meritò deferuntur. ¶ Habeat igitur auditorium c ſpecialiter noſtrum in his d primùm, quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, oratores quidem tres numero e, grammaticos verò decem. In his f etiam, qui facundia grauitatis pollere noſcuntur, quinque numero ſint ſophiſtæ, & grammatici æquè decem g. Et quoniam non his artibus tantùm adoleſcentiam glorioſam h optamus inſtitui: profundioris † quoque ſcientię, atque doctrinæ memoratis magiſtris ſociamus

ſecundus agnoſcat: ad quod ℥ *de coll. donatorũ, vel releu. l.* ij *&* ℥. *de præ. & omn b. reb. na. l.* ij.

o DE STVDIIS liberalibus, &c.

u ¶ *Conuerſatione.* aliàs, *conditione,* id eſt, in libertatis poſſeſſione. Accvrs.

x ¶ *Inutilis.* clericus [i] putà factus: *vt Authenti. de ſanct. epiſcop. § adſcriptitios coll. ix.*

i Perſonæ his mundanis operibus inutiles vt notæ cẽſentur clerici, ſenes, ſtudioſi,

y ¶ *Idoneus.* vel eſt ſenex.

z ¶ *Per patrem.* ſed non conuertitur. Immò, *vt in fin. l. vtim l. &* facit *ſuprà, de an except. l. j. & l. fin.*

a ¶ *Colonorum.* i. filiorum coloni: nec tamen deterioris conditionis erunt, quàm pater: *vt infrà, l. proxi. § j.*

b ¶ *Nati.* idem ſi alibi: *argum. infrà. l. proxi.* licèt quidam contrà ſub, ergo, maximè.

a ¶ *Remanebat.*

a ¶ *Remanebat.* ſecus ergo ſi nullus remanſerat. per quod collige quòd coloni non adſcriptitij ſit filius: quia in eo ſecus: *vt j. l. proxi.* ¶ Item no. quòd dicit, *cognatorum* a, ſcilicet fratres, vel ſimiles, cum quibus patrimoniũ ſeruientis ſit communeꝫ in aliis ſecus: *vt ſ. de libe. cau. l. mulier.* Item contrà, *j. de fun. re. priu. l. eũ.* Sol. ibi nemo remanſerat. 2. Vel ibi ab alio detinebatur, hic à ſe. & eodem modo ſolu. *ff. de diuer. præſcriptio. l. longi.* 3. Vel ibi cum ſolo. Itẽ facit *ſ. ad leg. Iul. maieſt. l. quiſquis.* ¶ Item not. circa prædicamẽtum b ſitum eſſe. Item facit. *ff. de vſufru. l. ſi cui. & qui. mod. vſufr. ami. l. u. cui.* ¶ Item quid ſi eſſet natus, antequam pater eſſet colonus? Reſp. *vt j. l. proxi.* [illegible]. Item facit *ſ. de præſcr. xxx ann. l. ij.*

a Abeſſe non videtur, cuius parentes, vel cognati ſunt præſentes, *facit l. 1. ſupra, de annal. except.*

b Situs ratio habetur.

b ¶ *Antiquitas.* paterna.

c ¶ *Poſteritas.* filij. ¶ Itẽ nota quòd retinendo c partem videtur retinere totum: *arg. ff. de ſer. ruſt. præ. l. vna.* Accvrs.

c Partem retinens, totum retinere videtur.

d Cum ſatis. ſicut curialis longo tempore non poteſt ſe liberare à curiali cõditione: ſic nec adſcriptitius, nec etiam ſoboles eius, ſiue nata ſit in eo fundo, ſiue alibi. Nam ipſe, & ſua ſoboles remanent adſcriptitiæ cõditionis, nec ſe ſeparãdo à ſolo liberantur à conditione adſcripticia, vt dictũ eſt, & hoc dictum eſt ad ſimilitudinem ſerui fugitiui, qui in fugam ſe conuertẽdo non præſcribit ſibi libertatem longo tempore: *vt ſuprà, de ſer. fugit. l. 1.*

† *al.* Iuliano.

e ¶ *Colonos.* id eſt, adſcriptitios.

f ¶ *Temporali curſu.* etiam xl. d an. *vt ſuprà, de decu. l. ſi quis decurio. & de præſcript. xxx ann. l. præſcriptionẽ.* Sed contrà, *ſ. quando, & quibus quarta pars, l. fin. in fine.* Solu. vt ibi.

d Curialis quadraginta annis non præſcribit ſua libertatem.

a ¶ *Ex temporali curſu.* vide cap. 36. *de præſcrip.* Cviac.

ſentes, per ſuos, vel patres, vel fratres, vel cognatos agriculturam peragebant. cùm enim pars quodammodo corporis eius per cognationem in fundo remanebat a, non videtur, neque abeſſe, neque peregrinari, neque in libertate morari. Maneat itaque domino ius incõcuſſum, & donec eius vel antiquitas b, vel poſteritas c, vel cognatio in agrum remanet, ipſe videatur ibi reſediſſe.

Adſcriptitius fugiens, ſicut ſeruus ſui furtum facit, licet liber ſit: & ideo à tali fortuna non liberãtur triginta annorũ ſpatio: ſed cum ſua ſobole idem adſcriptitius remanet. Item nullus debet colonum, vel adſcriptitium alienum occultare: & ſuſcipientes etiam ignoranter, niſi reſtituant illum, pœnis hic inſertis tenentur. Bart.

XXIII. Idem A. Ioanni † *præfecto prætorio.*

Cvm ſatis d inhumanum eſt, terram, quæ ab initio adſcriptitios habebat, ſuis quodammodo membris defraudari, & colonos e in aliis terris demorantes, dominos terræ maximis damnis afficere, cenſemus, quemadmodum in curialiũ cõditione nemo ex temporali curſu f a liberatur: ita nec adſcriptitiæ conditioni ſuppoſitus, ex annalibus curriculis, quantacũque emanauerint, vel quacumque g prolixa negotiatione h aliquis ſibi vindicet libertatem: ſed remaneat adſcriptitius, & inhæreat terræ. & ſi celauerit, vel ſeparare ſe conatus fuerit, ſecundùm exemplum ſerui fugitiui ſeſe diutinis inſidiis furari intelligatur i: & ſit ſuppoſitus † vnà cum omni ſobole ſua k (etſi in alia terra eam fecerit l) huiuſmodi fortunæ, & capitali illationi: nulla liberatione ei penitus competente m. Cùm autem Anaſtaſiana lex β homines, qui per triginta annos colonaria detenti n ſunt conditione, voluerit liberos o quidem permanere p: non autem habere facultatem terra relicta in alia loca migrare: & ex hoc quærebatur, ſi etiam liberi eorum q cuiuſcunque ſexus, licèt non per triginta annos fuerint in fundis, vel vicis, deberent colonariæ eſſe conditionis, aut tantummodo genitor eorum, qui per triginta annos huiuſmodi conditioni illigatus eſſet: ſancimus liberos colonorum eſſe quidem in perpetuum ſecundùm præfatam legem liberos, & nulla deteriori conditione r prægrauari: non autem habere licentiam relicto ſuo rure ad aliud migrare: ſed ſemper terræ inhæreant s, quam ſemel colendam patres eorum ſuſceperunt t. Caueant autem poſſeſſionum domini, in quibus tales coloni u conſtituti ſunt, aliquam innouationem, vel violentiam eis inferre: ſi enim hoc approbatum fuerit, & per iudicem x pronunciatum: ipſe prouinciæ moderator, in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnino prouideat & læſionem (ſi qua ſubſecuta eſt) eis reſarcire, & ſic veterem conſuetudinem in redi-

g ¶ *Quacumque.* niſi xl an. *vt ſuprà, de præſcript. xxx. an. l. omnes.* quæ eſt contrà. Item quandoque xxx. an vt quãdo alius præſcribit: *vt j. de fun. rei pri. l. eum.* & hoc niſi ſteterit, id eſt, permãſerit ius adſcriptitij in agnatione: quia tũc nullo tempore: *vt ſuprà, l. proxi.* in ſimplici autem ſeruo dic, *vt ſuprà, de præſcript. long. tẽp. quæ pro lib. l. j. & ij.* non e ergo per omnia curiali comparatur.

e Adſcriptitij, & curialis diſſimilitudo.

h ¶ *Negotiatione.* quam alibi exercuit.

i ¶ *Intelligatur.* *vt ſuprà, de ſer. fugi. l. j.* ¶ Sed an xxx. annis f præſcribitur fugitiuus? Reſp. vt ibi. ¶ Item an priuatus ex titu. poteſt præſcribere adſcriptitium alienum? Dic vt ibi. ¶ Sic dicitur ſe g furari colonus, & inquilinus, & ſimiles, eo quòd omnes fugere dicuntur, & receptatores eorum puniuntur: *vt ſupr. eo. l. omnes. & l. originarios. & l. ſeruos & l. ſi coloni.*

f Præſcribi fugitiuus an poſſit xxx. annis.

g Sui furtum committunt fugitiui.

k ¶ *Sobole ſua* ex fœmina adſcriptitia nõ ſic ex libera nulli cõditioni ſuppoſita: *vt j. eod. l. fin.* nam in adſcriptitiis h tantum, & colonis colonariæ conditionis dicitur, quòd ex curſu temporis non liberãtur: omnes autẽ alij coloni liberari poſſunt ex curſu temporis, cenſiti, & reliqui: *vt j. de fun. rei pri. l. eum.* 2. Vel dic in colonis idem, quod in aliis: *vt ſ. l. proxi. notatur.* Accvrs.

h Adſcriptitiorũ conditio durior eſt, quàm reliquorum colonorum.

l ¶ *Fecerit.* id eſt, prouocauerit. vulgariter enim loquitur. Sed contrà *ſ. l. proxi. §. 1. & j. ea. l. § nulla.* Solu. ibi in colonis: hic in adſcriptitiis. Vel veriùs ibi maximè ſubaudi.

m ¶ *Competente.* ſine voluntate domini, vel nulla ſcilicet tali. & facit *ſ. eo. l. mulier & l. originarios. & de metal. l. fin. & j. de cohor. l. ſi cohortali.* Accvrs.

β ¶ *Cùm autẽ Anaſtaſiana lex.* Quæ nõ extat. Fuit lex 19. huius tit. cuius ſententia eſt in lib. ſomn. Vide c. 30. de præſc Cviac.

n ¶ *Detenti.* nullo pacto, vel ſcriptura præambula, ſecundùm quoſdam, ad inſtar aliarum rerũ: *vt ſ. de præſcr. xxx an. l. ſicut.* & hoc ſoluendo pẽſionẽ vt colonus: *vt hic dicit.* 2. Sed tu dic, quòd pactio a de illigando ſe ſolo, præceſſit in ſcriptura, vel ſine ſcriptura, & ſecuta præſcriptione triginta annorum: non enim ex vna cauſa tantùm, ſed pluribus: *vt ſ. l. proxi. circa. prin.* nec eſt differẽtia inter hos quidem adſcriptitios. Sed certè imò differunt b: *vt ſ. de epiſ. aud. l. nemini.* Item colonus temporis curſu poteſt liberari: *vt ſ. l. cùm ſcimus. in fi.* Sed adſcriptitij nõ: *vt ſ. ea. l. in princi.* Item iſtæ præſcriptiones non mutant conditionẽ. ſed liber remanet: *vt hic:* quod in eo, ſcilicet adſcriptitio, ſecus: *vt arg. ſuprà l. ne diutius.*

a Pactione poteſt quis ſe ſolo alligare, atque ita libertatem minuere.

l tamen e contra Gloſſa contrà de immunitate,l

b Coloni, & adſcriptitij differentia.

o ¶ *Liberos.* id eſt, adſcriptitios.

p ¶ *Permanere.* Igitur poſſunt c teſtari: ſed non alienare: *vt j. tit. ij. l. ij.* Sed ibi aliàs, quàm per teſtamentum: *vt Inſtit. qui manu. non poſ. § penu.* 2. Vel dic, quòd teſtari poſſunt inter ſuos, qui ab inteſtato ſucceſſuri erant: non inter extraneos: *ſic ſ. de bon. quæ lib. l. cùm oportet. in princ. & de inceſt. nupt. l. ſi quis inceſti.* ¶ Item not. ſimul d aliquem eſſe liberum, & non liberum: *vt ff. de lib. ho. exhib. l. ij. & de teſta. l. qui teſtamento. & de colo. Thra. l. j.* & ſecundùm hoc ſunt liberi ſecundùm quid, non ſimpliciter, & ſic in cæteris præterquam in adſcriptitiis e, qui magis ſeruis comparantur: *vt ſuprà, eod. l. ne diutius.* prædicti autem dicuntur coloni f inſpecto principio: conditionales inſpecto fine: quia conditioni iam obligati ſunt: *vt hic dicitur:* & inter hunc g, & inquilinum non eſt differentia: *vt ſ. eod. l. definimus.* Sed certè imò eſt, *vt ibi not.*

c Teſtari coloni an poſſint, & quomodo, *adde Gloſſam in l. colon. in verbo, alienare. infra, tit. ſecundo, hoc tit. an quibus cauſis coloni cenſiti dominum accuſare poſſint.*

d Liber, & nõ liber ſimul quis eſſe poteſt.

e Adſcriptitij ſeruis magis comparantur, quam liberis.

f Coloni, & conditionales cur dicantur.

g Inter colonum, & inquilinum quæ differentia ſit.

q ¶ *Liberi eorum.* quos ſi non habent, ſuccedit dominus: *vt ſupr. de epiſc. & cler. l. ſi quis presbyter.*

r ¶ *Deteriori conditione.* quàm pater: quod eſſet, ſi non eſſent liberi, vt pater, & poſſunt hi dici originarij coloni: & poterunt ſecundùm hoc teſtari. Accvrsivs.

s ¶ *Inhæreant.* nec puncto ſe ſeparent. *vt ſuprà, eod. l. coloni. & infrà, de co pa. l. 1. & infrà, §. nulla.* ¶ Item facit *ſuprà, de præſcript. long. temp. quæ pro li. l. fin. & infrà, de col. Illy. l. j. & de fun. pa. l. fin. ſuprà, de tabu. l. fin.*

t ¶ *Suſceperunt.* & poſtea longo, ſiue longiſſimo tempore coluerunt.

u ¶ *Tales coloni.* q. d. ſecus in adſcriptitiis, quibus poteſt inferri vis. ſecundùm quoſdam: quod non placet.

x ¶ *Per iudicem* ſcilicet h ſimplicem ordinarium. & quod ſubdit, *præſes prouinciæ prouideat*, ſc. exequendo: cùm ibi, ſc. in exequendo, i verti poſſet mixtum imperium: *vt ff. de iuriſ. omn. iud. l. imbere.* quod præſides habẽt: *vt ff. de offi. præſi. l. illicitas. §. qui vniuerſas* 2. Vel dic pro eodem accipi iudicem & præſidẽ. 3. Vel dic, quòd non iure actionis: ſed per officium iudicis hoc implorabit colonus vt hic innuit *prouideat*, &c. & *j. tit. ij. l. 1.* Sicque dicas ſecundùm H quod in k ſimplum, non duplum ſit condemnatio: licèt rapina, vel vis, vel furtum ſit: *Arg. ff. de ſer. corr. l. ſi. & ff. vi bo. rapt. l. ij. §. ſi quis etiam* ¶ Sed alij dicunt eſſe cũ pœnis. *vt ff. quod met. cau.*

h Quis iudex cognoſcat, & exequatur in hac violentia.

i In exequendo mixtũ imperium verſatur

k Interdũ pro furto, vel rapina ſimplũ tantum conſequitur.

princ. & ſubaudi etiam licèt per hoc non ſiat ſcandalum.

a ¶ *Non placent.* Idem tamen Cōſtantinus ante hanc conſtit. probauerat, ad gladiatorium ludum damnatos intra annum conſumendos eſſe *l. j. Cod. Theo. ad leg. Falcid.* CVIAC.

a ¶ *Gladiatores.* prædictos ſic pugnantes: nam ludus [a] noxius, &c. *vt ff. ad leg. Aquil l. nam ludus.* aliàs, ſpectacula approbantur: *vt* ī. *de ſpect. l. j.* de fabricantibus, & portantibus gladios hîc non dicit: ſed ī. *de fabr.*

a Ludus noxius in culpa.

DE VENATIONE ferarum [b].

b De venatione an, & quomodo ſit licita. v. Cepolam *tractat. de ſeruit. ruſtic. prædior.* c. 21.
† Co. T. lib. 15. tit. 11. lib. 1.

b OCcidendorum leonum. idē in manſuetis habitis pro derelicto: *vt ff pro derelicto. l. iiij.*

c ¶ *Beſtias* nociuas, ad quod *ff de poſtu l. j. §. beſtias.* & *ſi quadr. pau. feciſ. dic. l. j. § in beſtiis.*

† Co. T. ib. l. 2. *adeóque.*

d ¶ *Præcipimus.* quę hac lege ſtatuũtur, tria ſunt.

e ¶ *Eorum.* ſed nec in loco: vbi damnum poſſint dare: *vt ff. de ædil. edict. l. quà vulgò.*

ſ DE MAIVMA.

c Ita Suidas.

d Ineptè: dicā in meis notis ad hūc locum plenius.

Ludus, qui [c] *fiebat in Maio.* & *ſic à Maio. Vel ſub. lætitia. Vel* [d] *maiuma Græcè Latinè ingreſſus, ſc. æſtatis, quando herbæ, frondéſque virètes lætificant prouinciales: vt in Benonia ſunt regina.*

* Huius vocabuli interpretationem pete ex Sui. vide Al ciat. ibi.

g CLementiæ.] *Redditur.* per præcedētes imperatores ablata propter elationē prouincialiū, redditur nunc per Hon. & Arcadium: & *facit* ī. *de Pag. l. vt profanos* & ī. *de ſpec. l. j.* & *l nemo.*

VT ARMORVM vſus [e], &c.

e Arma portare regulariter eſt prohibitū. v. *Sicronem re gula* 29.
† Cod. Th. 15. 6. 1.

h NVlli prorſus. non ergo ditiſſimis Burgenſibus: *ſic* ī. *vege. ne mili. l. j.*

i ¶ *Mouendorum* id eſt, [f] guerram inchoare. aliàs incidit in leg. Iul. maieſt. *vt ff. ad leg. Iul. maieſt. l. iij.* & eſt ſic *ff. de ca. l. hoſtes.* 2. Vel dic *mouendorum,* id eſt portandorum: & tunc eſt ſic in *Authent. de armis. coll. vi.* & *ſuprà de fabr.* prout in *rubr.* ibi notaui: ſed fallit tunc in caſu: *vt infrà de prap. ſacri. cu. l. ſ.*

f Falſum. Mouere arma. hîc nihil aliud, quā armis vti. *Nouell* 85.
i ὁπλοφορεῖν.

placent [a]: quapropter omnino gladiatores [a] eſſe prohibemus. PP. Beryti, Kal. Oct. Paulino, & Iuliano Coss.

DE VENATIONE ferarum.

TITVLVS XLIV.

✠ *Superior titulus eſt de gladiatoribus. Hic videtur fuiſſe de ferarum cōſectoribus, quos vocant κυνηγοὺς, quales ſunt qui damnantur ad beſtias, quāquam hæc lex ad eos non pertineat, quæ paſſim occidendorum leonum omnibus facultatem concedit, non in arena modo; & de feris adiicit, quæ à ducibus limitum ad comitatum tranſmittũtur, vt non plus quàm* VII. *diebus in ſingulis ciuitatibus retineantur. quod corruptè in Euſtathij libr.* de temporibus, *refertur quaſi traditum libro primo.* CVIACIVS.

1. *Impp.* HONOR. & THEODOS. AA. *Mauriano, Com. Domeſtic* & *vices agen. Magiſt. mil.* †

OCcidendorum leonum [b] cunctis facimus poteſtatem, neque aliquam ſinimus quenquam calumniā formidare. Beſtias † [c] autem, quæ ad comitatum ab omnibus limitum ducibus tranſmittuntur, non plùs quàm ſeptem diebus intra ſingulas ciuitates detineri præcipimus [d], violatoribus eorum [e] quinas libras auri fiſci iuribus illaturis. Dat. XIII. Kal. Iun. Conſtantio, & Conſtante VV. CC. Coss. & Dat. V. Kal. Octob. Conſtantin. D. N. Honorio A. XI. & Conſtātio II. V. C. Coss.

DE MAIVMA ſ*.

TITVLVS XLV.

Solebant prouinciales de menſe in ingreſſu ciuitatis facere quēdam ludum, quem fuerunt prohibiti facere à præcedētibus imperatoribus: modò hic imperator etiam concedit, vt talis ludus fieri poſſit in prouincia, dummodo cum honeſtate fiat. BART.

1. *Impp.* ARCADIVS, & HONORIVS AA. *Cæſario* P. P. †

CLementiæ noſtræ placuit, vt maiumæ prouincialibus lætitia reddatur g: ita tamē vt ſeruetur honeſtas, & verecūdia caſtis moribus perſeueret. D. VII. K. Maij, Conſtan. Arcad. IV. & Honorio III. AA. Coss.

VT ARMORVM VSVS INſcio principe interdictus ſit.

TITVLVS XLVI.

Nulli licet guerrā mouere abſque principis iuſſu. Vel ſic: *Nulli licet arma portare ſine principis licentia.* BART.

1. *Impp.* VALENTINIANVS, & VALENS AA. *ad Bulephorum Conſ. Campaniæ* †.

NVlli prorſus [h] nobis inſciis, atque inconſultis quorúlibet armorū mouendorū [i] copia [ß] tribuatur. Dat. III. Non. Octobr. Altini, diuo Iouiano, & Varroniano Coss.

DE AGRICOLIS, ET cenſitis, & colonis [k] γ.

TITVLVS XLVII.

Agricolarum variæ cōditiones ſunt. l. 6. & 20. ī. *Hoc titulo duo proponuntur, cenſitorum, qui* & *capite cenſiti à Iuſtiniano in Nouellis dicuntur.* & *tributarij.* titu. 2. infrà l. 2. Cod. Theo. ſi vag. mancip. & *cenſibus obnoxij.* l. 1. infra de tyron & *adſcriptitij, quaſi adſcripti cenſibus* l. 18. infrà h. t. l. 3. infrà tit. 2. l. 10. infrà de re mil. l. ſi quis presbyter. ſupr. de epiſcop. & cler. & *terræ, vt Græcus interpres definit,* ὁ ἀπογεγραμμένος τῷ γῇ ... *Cēſibus,* id eſt *libris cenſualibus.* l. 4. *vel publici cēſus ſcriptura.* l. 22. *Et ij quidem ſerui ſunt,* & *eorum peculium pertinet ad dominū.* l. 19. & 21. ī. *Alij ſunt coloni, qui liberi ſunt.* l. 1. infrà de præd. tem. & *res propriæ habent terram tamen dimittere non poſſunt, vt qui poſſeſſione xxx. an. quæſiti ſunt ex d. l. 19.* & *liberi eorum ex l. pe.* & *qui ex adſcriptitio,* & *libera nati ſunt ex Iuſtiniani* Nouell. ad Dominicum præf. prætorio Illyrici, *confirmata Iuſtini, itémque Tiberij Conſtitutionibus.* & *coloni Palæſtini, Thracenſes, Illyricani Hi dominum non habent: adſcriptitij dominum habent.* & *ideo in* l. penult. §. vltim. *cùm dixiſſet initio,* Nemini liceat adſcriptitium, vel colonum alienum, *quòd hic ſcilicet liber eſt, ille ſeruus, ſubiicit,* admonente domino vel ipſius adſcriptitij, vel terræ. *Dominum terræ ad colonum refert, qui* & *dominus coloni non eſt; quia terra potiùs coloni domina eſt.* l. 1. infrà de col. Thrac. *Hæc eadem differentia notatur in* l. 11. infrà, *dum ait,* Domino, vel fundo. *Adſcriptitius domino, colonus fundo redditur. Et l.* 13. *dum ait,* vel vtroque, vel neutro parente cenſito. *Alij igitur ſunt cenſiti, alij non cenſiti. Adſcriptitij tributarij ſunt, id eſt, capitis cenſum, ſiue capitationem præſtant, quæ capitalis illatio dicitur* in l. penult. infrà, *Gallicè,* Taille. *Coloni non ſunt tributarij.* titul. de col. Thrac. & de col. Illyric. infrà. *Reditus tamen certos,* & *penſiones domino terræ præſtant in pecunia, vel in ſpeciebus pro ſolo.* l. 5. 8. 20. & penult. infrà. *Et hæc duo potiſſimùm genera hoc titulo proponuntur Eſt tamen* & *tertium genus, qui planè ſerui ſunt cenſibus adſcripti.* l. 3. & 7. infrà l. 2. Cod. Theod ſine cen. vel rel. *quæ tria genera notantur in* l. 12. *dum ait,* ſeruos, vel tributarios, vel inquilinos. *Tributarios adſcriptitios vocat: Inquilinos, colonos liberos. Iidem namque frequenter dicuntur coloni,* & *inquilini: vt Sidon. ſuprà epiſtol. ad Pudentem, quem initio vocauit originalem inquilinum, poſtea vocat perſonam colonariam:* & *Saluianus ſuprà de prouidentia.* Coloni, *inquit,* diuitum fiunt, iugo ſe inquilinæ abiectionis addicunt. *At propriè coloni prædio ruſtico, inquilini prædio vrbano ſeruiunt. Valentinianus Nouell. de collat. vagis.* Si ad prædium ſe, *inquit,* cuiuſque ruſticum, vrbanúmque collegerit. *Colonum,* & *inquilinum ſignificat: quæ nomina ignorandum etiam non eſt interdum generaliter accipi,* & *continere tam cenſitos, quàm non cenſitos: vt* l. 13. infrà. *At cenſiti, ſiue adſcriptitij non planè ſerui: ſed quaſi ſerui ſunt.* l. 2. infrà tit. 2 *Inſpecto domino, ſerui inſpecto fiſco, inſpectiſque alius omnibus, liberi,* & *propriorum poſſeſſores.* d. l. 2. & l. 4. h. t. *Qui planè ſunt ſerui, tales habentur inter omnes.* Varro 1. de re ruſtic. *Agri coluntur hominibus ſeruis, aut liberis, aut vtriuſque. Liberis, aut cùm ipſi colunt, vt plerique pauperculi cum ſua progenie: aut mercenariis, cum conducticiis liberorum operis res maiores, vt vindemia, ac fœniſecia adminiſtrant, iiſque quos obaratos noſtri vocitarunt,* & *etiam nunc ſunt in Aſia, atque Ægypto,* & *in Illyrico complures. Poſſem* & *hæc,* & *alia plurima, quæ ſequuntur ad conſuetudines Galliæ referre. nam* & *ſerui, qui capitationem debent,* & *coloni,* & *feuda,* & *cenſus,* & *alia innumera prædiorum, hominúmque onera ex iure Romano originem ſumpſiſſe interea teſtor, dum me ad conſuetudinum noſtrarum ius eadem via explicandum paro, quâ Reipub Romanæ vetus primùm, deinde nouum ius aperui,* & *diſpoſui.* CVIACIVS.

ß ¶ *Armorum mouendorum copia.* Hoc contrà vetitum fuerat lege Iulia de vi publica. *ff. ad leg. Iul. de vi publ. l.* 1. & poſt à Iuſtiniano *in Nouell. de armis.* Vide ſuprà ad tit. ī. *Cod. quæ res expor. non debent.* CVIACIVS.

† Co. The. 15. 15. 1.

k DE AGRICOlis, & cenſitis, & colonis.

Dixit de aquæductu, vbi agitur de onere rerum: nunc de onere perſonarum: quia nulli magis interdicitur vſus armorū, quàm colonis, qui nec vāculo vno debent moueri: vt infrà eodem. l colonos. *ideo de hij dicit.* 2. *Vel cùm dicendum ſit de colonis fiſci, præmittit titul. generalem, in quo explicatur priuatorum commodum,* & *quod fiſcus habet in eiſdem: vt* ī. eo. l. litibus. §. hęc de reditibus. *Vel dixit tit. proxi-*

mus de his, quæ ad lætitiã, & ſalutẽ pertinent noſtrã in ſcena & ludis, & aquæductu, & gladiatoribus tollẽdis, & nociuis beſtiis occidẽdis, atque armis nõ mouẽdis: inter quæ omnia, omniũ rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius: vt Tullius lib. j. Officio. *vel quia nulla res vtilior eſt fructibus aridis, qui ſine colonorum labore non proueniunt: ideo de his videndũ eſt.* ¶ *Et dic de agricolis in genere, & cẽſitis, & colonis in ſpeciali. nã agricolæ*[a] *generaliter omnis colens agrum dicitur: de quibus omnibus hic præmittit.* 3. *Vel dic agricolas reſtringi ad eos, qui quoquomodo ſolo adſtricti ſunt.* ſic ponitur in Auth. de man. princi. §. ſed & ſuſcipientes. coll. iii. *Et ſpecialiter ſupponit de cenſitis, & colonis. Vel tertiò habeas de cenſitis, & col. & ſi habeas de cenſitis & colonis, dicas, quòd aliud ſubſtantiuorum adiectiuatur: & ſic fit figura*[b] *hendyadis. i. de agri & cæ ſic & illud,* pateris libabat. & auro, *&c. & tutela eſt vis, & poteſtas &c. & ſecundum hoc* colonis *generaliter ponetur.* ¶ *Item dic, quòd octo*[c] *sũt genera colonorum.* 1. *Adſcriptitij*: de quibus dic vt infra eo. tit. l. cùm ſcimus. 2. *Item cenſiti.* ĩ. tit. ij l. ij. 3. *Tertiò perpetui coloni.* quod dic: vt ſ. de mendi. va. 4. *Quartò, conditionales coloni*: vt dices ĩ. eod. l. cùm ſatis §. j ¶ *Alij inquilini* infr. eod l. definimus 5 *Item originarij*: quod dic vt infra eod. l. cùm ſatis. §. ex hoc & l. ne diutius. 6 *Item ſimplices coloni* & de his dicitur infr. eod l. per colonum, & l j. 7. *Et ex prædictis quidam naſcuntur*: vt infrà, eodem. l ne diutius. ¶ *Quidam ſunt. & horũ alij ſtatim, vt cenſiti alij per curſum tẽporis. vt coloni cõditionales.* 8. *l. ſi & octauũ, vt liberi, qui ſtãt rure*: vt ĩ. ne ru. ad vll l. j. & in Auth. nul agri. &c. ¶ *Sed videntur tria genera tãtùm eſſe, adſcriptitij, & coloni, & inquilini.* vt infr. eodem. l. omnes omnino. *vel duo, ſ adſcriptitios, & colonos* vt infrà eod. l cùm ſatis §. fi. *vbi nõ licet recipere adſcriptitios, vel colonos alienos. Sed ponitur in vtraque largè colonus: vt originarios comprehendas Nam & in rubric. ſecundum vnum ſenſum ſic poſui, colonis.* ¶ *Itẽ an homines prædictorum generum ſint liberi*: dicitur infr. eod. l ne diutius. ¶ *Item not. quod permixtim de cenſitis cum aliis tractat: Sed infrà, tit ſecundo, ſpecialiter de cenſitis dicit quoad aliquid.*

Tempore, quo agricola inſiſtit ſationi, vel meſſi, vel vindemiæ: non vocatur ad munera extraordinaria: ſed excuſatur. Bart.

I. *Imp.* Constantinvs A. *ad Æmilianum* P. P. †

NVnquam * ſationibus[a], vel colligendis frugibus[b] inſiſtẽtes[c] agricolæ ad extraordinaria onera[d] trahantur[e]: cùm prouidentiæ[f] ſit opportuno[g] tempore his neceſſitatibus[h] ſatisfacere[i].

Non poteſt quis vendere prædium, & retinere agricolas in dicto prædio exiſtentes. Bart.

II. *Imp.* Constantinvs A. *ad Dulcitium Conſ Æmiliæ* *.

SI quis prædium[k] * vendere voluerit, vel donare: retinere ſibi trãsferendos[l] ad alia lo-

y ¶ Expunge, & legito ſic: *De Agricolis, cenſitis, & colonis.* Duo enim agricolarum facit genera. 1. cenſiti, qui ſunt ſerui. 2. Coloni, qui ſunt liberi. Vide ſcripta ad l. *ſi quis inquilinos. ff. de leg.* 1. Cviac.

a NVnquam ſationibus. aliàs, *ſationibus*, & tunc plana eſt: aliàs. *ſanctionibus*: aliàs, *rationibus*[d], & tunc permitte, vel adde, *propria auctoritate.* regulariter enim quilibet vocatur rationibus[e] vel ſanctionibus, niſi immunitate gaudeat: *vt ff. de va. mu. l. hi, qui muneris. & de mu. & ho. l. cui muneris.* Alij dicunt, vel, pro ſaltem: quaſi dicat, *non inſiſtentes.* quod non placet: *vt in fin. l.* Accvrs.

b ¶ *Frugibus.* largè[f], vt etiam vindemiam comprehendat: *vt ff. de verb. ſig. l. frugem.* & ſic meſſem, & vindemiam: *vt ff. de fer. l. j.* & quod plus eſt, ſationis tempus comprehendit.

c ¶ *Inſiſtentes.* id eſt, qui habent inſiſtere: & ſic nullo tempore, ſecundum aliquos: quod non placet: *vt in fi. l* Non ergo alio tẽpore anni excuſantur. Item nec eodem, ſi nõ inſiſtant: *vt ſuprà, de epiſcop & cle. l generaliter.* & dic agricolã[g] generaliter poni pro omni colente agrum, excepto principis colono. Accvrs.

d ¶ *Onera*[*]. ad officia publica nec volẽs vocatur. *vt inf. eo. l. colonos.* ſed illa officia publica propriè dicuntur munera: hæc autem onera. ſed iſta dicuntur propriè munera: *vt ff. de verb. ſign. l. munus.* Item dic *extraordinaria*, quæ non lege, nõ ſenatuſc. non conſt. prin. inducũtur: *vt ſ. de va. pub. mu. l. j. lib. x.* ¶ Nũquid ordinaria ſubibit? Videtur quòd ſic, à cõtrario. *vt argu. ff. de teſt. l. ex eo. Item pro hoc, ſ. de anno. & tri l. omnes.* ¶ Itẽ canonicã præſtant, cùm &[i] clerici præſtẽt: *vt infrà de ſacroſanct. eccleſ. l. placet.* Sed dico quòd nec illa ordinaria munera: *vt infrà titu. y. l. y.* excepta capitatione: *vt infrà ne ruſtic. ad vllam l. j.* Nec[k] enim ſemper valet ar à cõtrario ſenſu. Item illa *l omnes* in non agricolis dicit. Vel ſpeciale in annona: *vt ſuprà vt ne. li an empt. & c. l. j.* ſed extraordinaria quandoque ſubit: *vt ĩ. de priui. do. Au. l. pe. & de co. ſan. pa. l. j. & ſ. de qui. mu. pra. l. j. & fi. quæ ſunt con-*

Cod. lib. poſt.

a Agricola à colono. & cẽſito differt tãquam genus à ſuis ſpeciebus. Agricolarũ enim alij cẽſiti, & coloni: de quib. vide hic Cuiacium.
† Cod. Th. 11. to 4.
* Agricolarum priuilegia quæ & quot. *Vide hic Ioan. de Pla.*
b Hendyadis.
* Cod. Th. 11. tot.
* *Conr. cum hac l. ca. 2. in fi. cum Gl. ſ. poſt princ. extra de Iudæ. & Sarrac.*
c Colonorum, an duo, an tria, an octo genera. Præter hæc hominum genera, duo conſtituuntur à Guidone Papę *deciſ. 309 & ſequentibus.* Homines ligij, & non ligij Non ligiorum, alij franci, alij taliabiles.
d Et ita Cræci legũt hoc ſenſu: Colonos, qui rationibus prædiorũ, vel agriculturæ addicti ſunt, nullo tempore ad angarias, aliave onera extraordinaria deuocari poſſe & hæc genuina lectio eſt.
e Rationibus publicis omnes obnoxij, niſi ſint excepti, aut immunes.
f Frugum appellatione qd veniat.
g Agricolæ qui dicantur:
h Extraordinaria onera quæ.
i Clerici præſtãt canonicas functiones.
k Argumẽtum à cõtrario ſenſu, non ſemper eſt validum in iure. vide nouem caſus, in quibus argumentum à cõtrario ſenſu nõ procedit apud Everardum in *loco à contrario ſenſu num. 7. &* *ſequent.*

trà. ¶ Item quid ſi ſponte quædam ſubit? Reſpond non præiudicat[a] in aliis ſciens, nec ignorans: *vt ſ. de his, qui ſponte mu. l. pe* Accvrs.

e ¶ *Trahantur.* inuiti[b]: vt patet ex vi vocabuli: ſponte[c] poteſt: *vt in Authent. de collat §. nulli ; erò penitus. coll ix.* ¶ Item quæ eſt ratio[d] huius legis? Reſpond. priuilegium ruſticitatis *argu. ſuprà, de teſta. l. fi.* Imò verius publica vtilitas: *vt ff de off. præfe. & vrb. l. prima. § cura. & de extraordin. cri. l annonam.* ne gens fame pereat: *vt in Authent. de quæſto in fi. collat vj.* Tertij dicũt, vt tributa commodiùs præſtentur à dominis eorum: ad quod *infr. eodem titu l. litibus. §. & hæc de redditibus.* quod non placet: quia ſic in prouincia locũ tantùm haberet. Item in adſcri. vel quaſi, eſt generalis quoad locum, & omnem agricolam. ¶ Sed quid in colono, ſeu cõductore non agricola? Reſpon. non habet locũ hæc lex: dicit enim, *inſiſtentes*[e], & *ad hoc ĩ de coll. fun. pa. l. iii.*

f ¶ *Prouidentia.* ſcilicet noſtræ. Vel ſume quoad publicam vtilitatem, vel propriè. Vel, id eſt, eſſe debeat.

ca colonos[m] priuata[n] pactione non poſſit. Qui enim colonos vtiles[o] credunt: aut cum prædiis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, ſi ipſi prædium ſibi prodeſſe deſperant. Dat. III. Kal. Maij, Med. Conſtantio. A. IX. & Iuliano C. II. Coss.

Facta donatione ſeruorum fundi per principem, videtur facta donatio fundi: & ideo donatarius ad fundi tributa tenetur: & idẽ & ſi aliquis occupauit ſeruos prædij deſerti domino patiente. Bart.

III. *Impp.* Valent. & Valens AA. *Fauentio Vic. Italiæ* †.

QVisquis[p] ex deſertis[q] agris veluti[r] vagos ſeruos[ſ] liberalitate[t] noſtra fuerit conſecutus: pro fiſcalib. pẽſitationibus[u] ad integrã terræ profeſſionẽ[x],

g ¶ *Opportuno.* aliis temporibus anni.

h ¶ *Neceſſitatibus.* i. vitæ neceſſariis. 2. Vel, id eſt, agriculturis. & hoc neceſſitatibus, ſcilicet vitandis. *ad quod ſupra, de fer. l. omnes dies.* 3. Vel neceſſitatibus, id eſt, muneribus[f].

i ¶ *Satisfacere.* ne pereat: *vt ſuprà, de fer. l. 4. & fac inf. de col. fun. pat. l. j.* ¶ Et not. quod hæc lex in Italia non ſeruatur. Accvrs.

k SI *quis prædium.* in quo conſtituti ſunt coloni.

l *Transferendos* id eſt, transferant.

m ¶ *Colonos.* largè pro[g] adſcriptis ſolo: ſecus de alio ſimplici colono: *vt ſuprà, locat. l. emptorem.* multis enim modis dicitur: *vt in rubr. not.*

n ¶ *Priuata.* quia auct. iudicis poteſt: vt venditio prædij minoris, ſecundùm quoſdam. Sed tu dic tunc non valet contra[h] publicã vtilitatem: *vt ff. de magi. conue. l. j. § ſi inter. & ſ. com. vtriuſ. iu. l. poſſeſſionum.* ¶ Item nunquid ſtipulatio[i], vel iuramentum firmat? Reſp. non: *vt ſuprà de le & con. l. non dubium.* Nam ſtipulatio pactum eſt: *vt ff. de pac. l. j.*

o ¶ *Vtiles.* Quid ſi inutilis[k] eſt? Reſpon. idem: *vt ĩ l. quẽadmodum & l. ne diutius in fin* Sed[l] aut negligentia: & tunc poterit cogi operari à domino: *vt ff. de vſufr. l idémque §. & quoniã. & de vſu & ha l. plenum. §. fi.* propter infirmitatẽ, vel ſenectutem, alius ſubrogabitur. *ar infrà de prepoſi. agen in re. l. agẽtes. & ſuprà de offic. præ. præ Ori. & Illy l ſi quos.* De labore enim terræ dominus percipit: *vt ĩ. eo. l. domini.* Econtrà colonus[m] poteſt diſcedere, ſi terra ſterilis fiat: *vt ĩ. de fun pa. l. iy. & l. ſi quis à prioribus,* Et adde quod no. ĩ. *eo. l. quemadmodum.*

p QVisquis. Prædium tributarium adſcriptitios ſeruos habens fuit à poſſeſſore deſertum. Si ſerui adſcriptitij ad aliquem deueniant, vel ex conceſſione principis, vel ſola patientia poſſeſſoris, cum onere tranſeunt prædij.

q ¶ *Deſertis.* i.[n] neglectis. nam[o] ſi pro derelicto habiti ſunt, non recuperaret dominus: quod eſt falſum: vt ſtatim dicam.

r ¶ *Veluti.*[p] expreſſiuum[q] veritatis: ſic quòd etiam deſeruerunt ſerui, non ſolùm poſſeſſor. 2. Vel ſimilitudinariè ponitur: nam inſiſtebant, licèt dominus deſeruerat. & ſic reſpectu domini dicũtur vagi, nõ reſpectu fundi. 3. Vel dic, ſecũdùm M. quod ſuaſum fuit principi quaſi eſſent vagi, qui non erant: *vt in decre. xij q. ij. c. ternulas.*

ſ ¶ *Seruos*, non per omnia, quod dic: *vt ĩ. eo. l. ne diutius.* & ad hoc etiam poteſt referri, *veluti.*

t ¶ *Liberalitate.* ſine petitione: *vt ſuprà de pet. bo. ſub. l. j.* ſecundum H. Item quoad principem eſt liberalitas. accipiens enim quandoque cogitur: *vt infrà de omni agro deſer l. quiſquis. & l. qui fundos.*

u ¶ *Penſitationibus.* tributorum futurorum, non præteritorum: *vt ĩ. de fun. reip l y in fi. ſic ſ de omni agro deſer. l quicunque deſertum.* Ar. contra *ff. de publica. l. imperatores.*

x ¶ *Profeſſionem* alias, *penſionem*: aliàs, *profeſſionem*, ſic[r] dicta, quia poſſeſſor profitetur: *vt ff. de cen. l. forma.*

a Immunis à muneribus ſi quod eorũ ſubit ſpõte, non obligatur muneribus alterius generis, ſiue ea ſubeat ſciẽs, ſiue ignorans.
b Nemo trahitur, niſi inuitus.
c Qui inuitus trahi non poteſt.
d Verum ratio huius legis conſiſtat in fauore rei ruſticæ, publicæ vtilitatis, ſeu annonæ: vel potius tributorũ.
† Co. The 11. t. 12.
e Verbum, *inſiſtens*, intelligendum cum effectu.
f Et quidẽ extraordinariis.
g Coloni hic ſolo adſcripti.
h Ob vtilitatẽ publicam prohiberi poteſt alienatio.
i Pactum cõtra publicam vtilitatem, neque iureiurãdo, neque ſtipulatione confirmari poteſt.
k Hinc colligunt prædium minoris veritũ alienari, ſine cauſa cognitione non poſſe vendi, etiam ſi ſit ſterile.
l *Puto legendũ,* Si autem negligentia non operatur.
m Hinc colligunt colonos, qui ad certum tẽpus fundum conduxerunt, ſterilitatis ratione fundum poſſe deſerere
n Deſertus, pro neglecto.
o Aliud deſerere, ſeu negligere. aliud habere pro derelicto.
p Hanc Gloſſã reiicio. Aut enim conſtituitur hac lege, eũ, qui à principe vagũ mancipium deſerti prædij acceperit, fiſco dependere debere, quãto cum prædio nõ deſerto mancipium illud, capitationis, cẽſus, vel tributorum nomine dependebat.
q Verbũ, *Veluti*, variis modis accipitur.
r Profeſſio, vnde dicta.

ex qua [a] videlicet ſerui manare [b] videntur [c], habeatur obnoxius [d], id etiam circa eos obſeruari volumus, qui ex huiuſmodi fundis [e] ſeruos ad poſſeſſiones ſuas tranſire permiſerint [f].

Domini, non coloni, vel cenſiti pro eorum prædiis ſoluere tributa tenentur: ipſi tamen coloni, vel adſcriptitij fundi, quos habent, tributa ſoluent. BART.

IIII. IIDEM AA. *ad Modeſtinum* *.

HI, penes quos fundorum dominia ſunt, pro his colonis originalibus [g], quos in locis eiſdem cenſitos [h] eſſe cõſtabit: vel per ſe [i], vel per exactores [k] proprios recepta [l] compulſionis ſolicitudine, implenda munia functionis agnoſcant [m]. Sanè quibus [n] terrarum erit quantulacunque poſſeſſio [o], qui in ſuis [p] conſcripti locis proprio nomine libris cenſualibus detinentur: ab huiuſmodi præcepti communione diſcernimus [q]: eos enim conuenit propriè commiſſos mediocritati, annonarias functiones ſub ſolito exactore agnoſcere.

Si pro certa annua præſtatione frumenti locatio facta eſt, tenetur colonus ad ipſam, nõ ad præſtationem pecuniæ: niſi conſuetudo ſit, vt non obſtante pacto pecunia tribuatur. BART.

V. IIDEM AA. *ad Oricum* P.P.

DOmini [r] prædiorum, id quod terra præſtat, accipiant: pecuniam non requirant, quam ruſtici optare [a] non audent [f]: niſi conſuetudo [c] prædij hoc exigat.

Adſcriptitius colonus, vel inquilinus fugiens, nõ obſtante conditione ſexus, vel alia, redire compelletur ad prædiũ, vnde fugit, per præſidem. BART.

VI. IIDEM AA. & GRATIAN. A. *ad Germanianum.*

OMnes omnino fugitiuos adſcriptitios colonos [u] [β], vel inquilinos [x], ſine vllo ſexus, muneris, conditioniſque diſcrimine, ad antiquos penates [y], vbi cenſiti, atque educati [z], natique ſunt, prouinciis præſidẽtes [a] redire compellant.

a ¶ *Ex qua.* id eſt, in qua.
b ¶ *Manare.* aliàs, *manere* [a].
c ¶ *Videntur.* & maneant. vel reſpicit, *ſerui.*
d ¶ *Obnoxius* [b]. hoc eſt, ideo quia fundus conceditur, cùm à fundo non debeat ſeparari: *vt infrà, eod. l. cùm ſatis. in princ.* licèt ex voluntate, & ex certa ſcientia Imperator concedat ſeruos abſque terra: *vt ff. de procura. l. ad rem.* ⁊ *l. vt legatum.* & econtrà prædio conceſſo à principe, & tales concedi vidẽtur: *vt argu. ſuprà l. proxi. & ad hoc ſuprà de bo. va. l. ſi quando. & ff. de conſtit. prin. l. beneficia.* Secus in conceſſione priuati colonis: *vt infrà, eo. l. quemadmodum. & ſupr. l. proxi.* ¶ Item pro, & contrà. *ff. de ſeru. præ. l. ij. §. j.* ¶ Vltimò dic [d], cùm quis occupat prædium deſertum: aut ſua auctoritate, & tenetur domino, vſque ad biennium, aut pro æquatore, & tunc ad ſex menſes: *vt j. de omni ag. deſ. l. qui agros. & l. locorum. & de cẽ. l. ſi* aut à principe: & tunc ſtatim eſt ſecurus: *vt ſupr. de quadrien. præſcript. l. bene à Zenone,* & cauet accipiens ſecundùm qualitatem perſonæ, quòd prædium non relinquet: *vt j. de fun. pa. l. quicunque. & de omni agro deſer. l. ij.*
e ¶ *Fundis.* deſertis: aliàs maior pœna: *vt infrà eo. l. ſeruos.*
f ¶ *Permiſerint.* ſic *infr. eo. l. cùm ſatis. in fi.* & dic ſcienter: ſecus ſi ignoranter: *vt ſuprà de tabular. l. generali.* non tamẽ tenetur retinere fundum, & ſoluere pro futuro: ſed pro tempore, quo retinuit: *ſic infrà eod. omnes profugi. & l. cùm ſatis. in fi.*
g HI *penes.*] *Originalibus.* genus colonorum: *vt in rub. not.* & eſt aliàs, *originalibus*: aliàs, *originariis.*
h ¶ *Cenſitos.* i. conſtitutos, vel deputatos, ſecundùm quoſdam: imò vnum eſt genus colonorum: *vt in rub. no.*
i ¶ *Per ſe* agnoſcant munera. &c. & ſic per ſe, vel per alium ſubit: quod eſt in dando: aliàs ſecus: *vt ſup. de decu. l. nullus.*
k ¶ *Exactores.* i. procuratores cum mandato, vel ſine.
l ¶ *Recepta* recipit qui inuitus recipit. cogitur enim quilibet per exactores: *vt ſuprà de exact. trib. l. actores. & l. in fiſcalibus.* ¶ Sic ergo dominus [e] pro ſe, & pro eo, quod tenet ſuus adſcriptitius, agnoſcit munus, licèt ſecus in fructuario: *vt ff. de vſufruct. l. hactenus.* & in emphyteuta: *vt ſup. de iure emphyt. l. ij.* & hoc niſi habeat proprium adſcriptitium: *vt inf. l. proxi.*
m ¶ *Agnoſcant* Sed cùm originarij [f], id eſt, filij colonorum ſint liberi [g], ſicut ipſi coloni: *vt j. eo. ti. l. cùm ſatis §. j.* quare non ipſi pro ſe: Reſp. quia prædium eſt domini. Alij dicunt, *originarij,* impropriè poni pro adſcriptitiis, qui ſimiles [h] ſunt ſeruis: *vt j. l. ne diutius.* Sed tũc nihil [i] habẽt. ad quid ergo aliquid pro eis præſtatur: *vt j. tit. ij. l. ij.* Reſp. nihil habẽt vt alienent: habent tamen (dicunt alij) quod annonariam functionẽ præſtent domini pro eis: *vt in prin. huius l. patet* Sed aliàs: ſcilicet capitis, nõ: *vt infrà,* cùm ſint liberi: vt dixi. & facit *ſ. de anno. & tribut. l. obſiſtere. & j. de cen. l. peræquatores. & ff. de adminiſtr. tut. l. Lucius.*
n ¶ *Quibus.* colonis adſcriptitiis.
o ¶ *Poſſeſſio.* id eſt, proprietas: *vt ff. de verb. ſign. l. interdum.*
p ¶ *Suis.* i. colonis. ¶ & no. ſecũdũ M. quòd ſit adſcriptitius etiã in ſuo loco: *vt hic:* ſicut poteſt eſſe vnus adſcriptitius, & alius terræ dominus: *vt j. eo. l. cùm ſatis § ſi. ſecundùm* H. 2. Vel dic quòd hic nõ eſt adſcriptitius: ſed exiſtens in ſuo ſolo promiſit mihi annuum quendam cenſum. & habeas, *conſcripti,* qui etiam ſunt cenſiti, & cõſcripti [k] in libris cenſualibus pro ſua terra: *vt ff. de cenſi. l. forma.* 3. Vel dic vt primò. & dic quòd in ſuis locis. id eſt, pro ſuis locis detinentur hi cẽſiti, & conſcripti, id eſt, adſcripti facti in ſolo domini. ¶ & ſic not. quòd propria habent, non tamen vt alienent: *vt j. tit. ij. l. ij. & j. eo. l. cùm ſatis §. caueant* ¶ Itẽ not. quòd domini tantùm pro ſua terra, & coloni pro ſua præſtant, nõ vnus pro alio, niſi [l] pro eo ſe obliget: *vt hic, & in Authenti. de colla. §. nullus. coll. ix.* per quod apparẽt quòd de peculio dominus hoc nomine non tenetur.
q ¶ *Diſcernimus.* id eſt, ſeparamus, vt domini pro eis functiones non agnoſcant. ¶ Item not. quòd quidam intelligunt *§. ſanè,* in cenſu capitis: *vt j. l. cùm antea. & infrà tit. j. l. j.* ſed prin. in cẽſu prædiorum. & facit *j. l. litibus. & ſupr. de an. & tri. l. obſiſtere.*
r DOmini. Dic, quòd ſi conuentio fuit de reditu, non poteſt cogi ad pecuniam: quia vt creditor aliud pro alio, &c. *vt ff. ſi cert. peta. l. ij.* Sic econtrà debitor: & hoc niſi conſue. &c. ad quod *ff. commu. præd. l. venditor. §. ſi conſtat.* ¶ Item poteſt loqui, ſecundùm quoſdã, quando nihil [a] conuenit de reditu. vt poſſit cogi ad præſtandum reditũ ſecundùm qualitatẽ prædij: *arg. infr. de fund. pa. l. ſi.* non autem pecuniam. 2. Alij dicunt hoc caſu dominum ſibi imputare, & nihil petere: pro quibus eſt *infrà titul. ij. l. ij. circa fin.* Sed ibi de ſuperexactione dicit, non de ordinaria exactione conſtituenda. & pro hoc, *ff. de act. empt. l. emptorem. §. qui autem. & ſuprà de Lati. li. tol. l. j. §. aliud.* 3. ¶ Et tertij dicunt etiam ſi promiſſa eſt pecunia, non poſſe peti per leg. iſtam. & ſecũdùm iſtos non fiet vlla locatio cũ ruſticis, cùm in pecunia tantùm debeat fieri: *vt ff. depoſi. l. j. §. ſi quis ſeruum.* Sed dicimus, verum eſt cum talibus adſcriptitiis, & à talibus. Item ſecundùm iſtos, ſi pecunia conuenta non petitur, nec aliud eſt conuentum: ergo nihil petitur. Sed dicunt vel dominũ ſibi imputare: vel, vt alij, cogitur colonus ad conſtituendum reditum in fructu Sed his omiſſis, dic tenere conuentionem: quod [b] enim facit conſuetudo, hoc & pactum: *vt ff. de aqua plu. arcen. l. ij. in prin. & l. j. in fi.* cùm [c] ipſa ſit tacitus conſenſus: *vt ff. de leg. & ſenatuſc. l. de quibus.* 4. Quarti diſtinguunt vt pecunia non poſſit promitti: ſed ſpecies, vt gallinæ, ſic.
a ¶ *Optare.* Εὔχεσθαι. vide ſcripta *ad l. 21. C. locati.* Hi verè ſunt partiarij coloni. CVIAC.
f ¶ *Non audent.* nõ iuris prohibitione: ſed timore, ne dominus auferat, vel aliter perdat: Vel nõ audeat à gleba diſcedere, & ſic nec artem diſcere vnde quærant, ſecundùm P. & ſic nõ eſt contrà, *ff. de leg. iij. l. ſi chorus. §. j.*
c ¶ *Conſuetudo* ſupple, vel cõuentio. Item ſupple, fortè vel præſtationis in reditu conuentæ ceſſatio: *vt ſuprà de epi. li. l. nec patronus.* ¶ Sed quanto tempore hæc cõſuetudo inducitur? Reſp. quãto nõ extat memoria. aliàs fortè xxx. ann. *vt ff. de aqua plu. arc. l. j. in fi. & ſ. de præſcript. xxx. ann. l. omnes. & l. ſicut.* non lõgo, cũ [d] mala ſit cõſuetudo: *vt in Auth. vt nulli iud. §. j. coll. ix.* Nec ob. *j. eod. l. litibus. in prin.* quia ibi quoad alia. ¶ Nec ob. *ſ. de fideicom. l. j.* quia ibi duplex fauor, alimentorũ, & vltimæ voluntatis attenditur *& facit j. de co. Thracen. l. j.* & caue tibi: quia de omni ruſtico loqui poteſt.
u OMnes omnino.] *Colonos.* hic comprehendit omnes ſolo adſcriptos: vt in rubr. ACCVRS.
β ¶ *Adſcriptitios colonos.* Vide ſcripta, & notata *ad l. ſi quis inquilinos. de leg.* 1. CVIAC.
x ¶ *Inquilinos.* ſemper repete, *fugitiuos*: & dic differentiam [e] inter iſtos: vt in rub.
y ¶ *Penates.* id eſt, ad antiquam rem familiarem *ſic infrà de commeatu. l. fin.*
z ¶ *Educati.* hoc ſolùm non ſufficit, vt in rubrica.
a ¶ *Præſidentes.* ſiue in eadẽ prouincia profugerint, ſiue in aliam ad literas præſidis, vnde aufugit. ¶ Et dic, cõfeſſos, ſiue cõuictos: *vt in Auth. de man. princ. § ſed etiã. coll. iij.* aliàs puniuntur præſides: *vt in Authẽ. vt nulli iu. §. quoniã verò. & §. ſi quis verò coll. ix.* Sic etiam incola reuocatur: *vt ff. de mu. & ho. l. j. & ij. & ſi. & ff. ad mu. l. inceſa. & l. de iure* ¶ Sed qua [f] actione: Dic vt *infrà eo. l. ſi colonus*

a Legendum, è manere. vnde emanſores dicuntur.
b Caſtro à principe conceſſo cum mero imperio. nõ intelliguntur conceſſa iura regalia: putà tributa.
c Prædio conceſſo, colonis: colono cõceſſo, fundus, cui coloni adhærebant, à principe conceſſus intelligitur: *vt hac Gloſ.* Quotics enim acceſſoriũ inſeparabile à ſuo principali cõceditur alicui, principale etiã conceſſum intelligitur. & è cõtra: niſi ſita hic malo legere cũ Bart. quã *hæc* (vt hic) princeps ex certa ſcientia cõceſſerit ſeruos abſq. terra *adde ſimilem G. in l. conſ. eod.*
* Co. Th. 11. 1. 34.
d Prædium deſertũ quo tempore præſcribatur: adde quadam huic loco, quæ apud Balbum *tract. de præſcrip.* 5. p. 291.
e Don. in* pro ſe, & adſcriptitio munus ſuſtinet: at non pro fructuario, vel emphyteuta.
f Originarij filij colonorũ.
g Coloni ſunt liberi.
h Adſcriptitij ſimiles ſeruis.
i An, & quomodo adſcriptitij quid ſuũ ac propriũ habeant.
k Cẽſiti dicũtur, qui conſcripti in libris cenſualib. pro ſuo fundo.
l Colonus, pro domino, & cõtra obligare poteſt.
a Reditus, merces, penſio, & ſimilia ex qualitate prædij in dubio debẽtur, ac præſtari debent.
b Pactũ facit, quod cõſuetudo facere poteſt.
c Conſuetudo eſt tacitũ pactum.
d Conſuetudo mala quo tẽpore præſcribatur hanc etiam colligunt, malæ fidei poſſeſſorem non præſcribere lõgo: ſed à lõgiſſimo tantũ tempore.
e Adſcriptitij, ſerui: coloni, liberi. Qui fundo ruſtico, coloni: qui vrbano, inquilini. *Cuiac. in rubrica huius titu.*
f Qua actione adſcriptitij coloni, inquilini, incolæ, & ſimiles reuocentur.

a Pœna ſuſcipientis adſcriptitium.

ſi coloni. ¶ Item an ſuſcipiens a puniatur, & qualiter, d.c vt ſ co. l ſeruos. & l omnes profugi. & ſa. ſuprà de ſer. fu. l ſi. & ſup. de meta. l ſi. & infrà de col. l. iij l. i.

Sicut coloni originarij abſque terra non alienantur: ita nec etiam cenſiti: & non licet cum minima parte fundi, tenēdo maiorem, vendere dictos cenſitos. Item vendens totum fundum, omnes eius colonos transfert, qui in ea parte ſteterunt: & ſi ſecus fuerit emptio, vel vēditio celebrata, emptor pretium perdet, & venditor rem poterit vindicare, & etiam hæres eius. Item quilibet intelligatur malæ fidei, qui contra legem mercatur. BART.

VII. IIDEM AA. *ad Maximum.*

QVemadmodum originarios a abſque terra; ita ruſticos b cenſitóſque ſeruos c vendi d omnifariam non licebit. Neque verò commento fraudis id vſurpet legis illuſor e, quod in originariis ſæpe eſt actitatum f, vt parua portione terræ emptori tradita, omnis integri fundi g cultura adimatur: ſed cùm ſoliditas fundorum, vel certa portio ad vnumquemque perueniat, tanti h quoque ſerui, & originarij tranſeant i, quanti k apud ſuperiores dominos, & poſſeſſores vel in ſoliditate l, vel in parte manſerūt m: & emptor n pretium, quod dederit, amiſſum exiſtimet: nihilominùs venditori ad repetendos ſeruos cum agnatione o eorum vindicatione conceſſa, & ſi aliqua denique ex cauſa diſſimulauerit p legis q vſurpare r beneficium, atque iſte ſub hac taciturnitate deceſſerit: & hæredibus eius, &

a QVemadmodum originarios ex colonis natos: *vt ſ. in rubri.*
b *Ruſticos.* largè ponitur, vt verbum, *colonos: vt ſ. l. j.*
c ¶ *Seruos.* reſpectu aliquo: *vt not. infrà l. ne diſſitus.*

b An originarij ruſtici, & cenſiti vendi poſſint: permutari in emphyteuſim dari: obligari, alienari metu pœnæ, vel tutamenti: propter famē: trāſferri de loco ad locum: clerici fieri: in ſolutum dari: liberari ſine ſolo.

d ¶ *Vendi* b. Sed an permutare, vel in emphyteu. dare? Ar. quòd ſic: quia in vno prohibitū, in alio permiſſum videtur: *vt ff. de vendi. l. cum prator.* Item odia ſunt reſtringenda: *vt ff de li. & poſtu. l. cum quidam.* Sed certè imò eſt fauor: ſcilicet pu. vtilitas: *vt no. ſ. l. j.* Vnde dic nō licere: quia quod c in vno prohibetur, & in eius ſimili: *vt ff. ad leg. Aquil. l illud.* Item appellatione venditionis omnia talia continentur: *vt ff. de ſtatulib. l. ſtatu liberi à cæteris. §. ſi.* Item ratio d eſt, ne deſeratur cultura, nō ergo alia via debet fieri contrà: *vt in Auth. de nō alienandis. §. alienationis.*

c Prohibito vno prohibentur & ſimilia: diſſimilia permittuntur.

d Ius idē eſſe debet: vbi eadem ratio.

e Prohibitū alienari, verum prohibeatur obligari.

f Prohibito maiori, non ſemper prohibetur minus.

g Alienare prohibitus, nō poteſt etiam in vltima voluntate alienare. *adde Gl. Nouel. 22. ca. 3. in verbo,* non ob hoc alienatæ.

¶ Item an obligare e? Reſp. non *vt arg ſupr. de reb alien nō alie. l. ſi & ff. qua res pign. ob poſſ. l. j. §. eam. & ſuprà qua res pig. l. executores.* Arg. contra: quia prohibito f maiori, non prohibetur minus: *vt ff. de ſtr. expor. l ij.* ¶ Item an per vltimam voluntatē, Videtur quòd ſic: *vt ff. de verb ſig l. verba.* quædam enim licēt per vltimā voluntatem, quæ per pactum non licent: *vt ff. de lega iij. l pater. §. fundum. l. Lucius. j. reſpon.* Sed cōtrà g dicas: *vt de lega. j. l. ſi quis inquilinos.* ¶ Item quid ſi ſtipulatio, pœna, vel iuramentum interueniat? Reſp. vt ſ. l. ij. ¶ Item an propter famē? Reſp. ſic. *arg. ſ. de pa. qui ſi. l. ij.* ¶ Itē an transferre h poteſt de loco ad locum? Reſp. ſic: *arg. j. eo. l. definimus. in ſi.* & quia nō prohibetur: *vt ff. de proba l ab ea parte.* Sed arg contrà *infrà de man. & co. pa. l. iij* Sed alius eſt ibi caſus. & ecōtrà colonus inuito domino nō transfert ſe *arg. infrà, eo. l. colonos.* ¶ Item an clericus fieri poteſt? videtur quòd ſic: *vt in auth de ſan. epiſc § adſcriptitios coll ix.* ſed ibi eſt religionis habitus. ¶ Item quid ſi creditores accipiūt in ſolutum: *vt per tit. ſuprà ſi in cauſa iudi per totum?* Videtur tamē quòd liceat ſeparari propter neceſſitatē: *vt ff. de fun do. l. j & ad Sil. l. ſi quis in graui. §. hi qui que.* Sed dicas contrà ſcilicet iudicē pro rata de vtroq; dare debere. ¶ Itē an poſſit eos liberare ſine ſolo, & à terra ſeparare? videtur quòd ſic propter cōmunem cōſuetudinem. Item pro hac *ſuprà de fun. pa. l poſſeſſores.* Nā ſi illi emphyteutæ, multò magis veri domini poſſunt. Alij dicunt in adſcriptitiis ſpeciale, vt non poſſint: *vt inf l ne diuitus. in ſi.* niſi ſub modo trāſactionis: *vt ſ. de tranſact. l fin.* multò magis & ſuper aliis tranſigere licet. Tertij dicunt poſſe liberari: ſed non omnes, ne terra deſtituatur cultoribus. Quarti dicunt, quòd ſoli adſcriptitij poſſunt, eo quòd reputantur ſerui. Quinti dicunt, quòd illi poſſunt liberari ſine ſolo, qui cùm eſſent ſerui, fuerūt comparati vt fundo imponerentur: & tales dicuntur mancipia ruſtica: *vt ff. de fun. inſtr l. cùm de lanionis. § cui fundum & l Seia & l. quaſitum. §. quaritur & de verbo ſign l. in lege.* Nec enim dicit hic ſimpliciter ruſticos: ſed ſtatim reſtringit cenſitos. tutius ergo eſt cum ſolo, vel parte ſoli competenti liberare. ¶ Item op. quaſi hæc l malè dicat, cùm ſit pars prædij: *vt ff. de diuer. tempor. praſcrip l. longa.* ergo ſicut partem fundi ſine alia, ſic hos ſine ſolo. ad quod *ſuprà de rei vindi l qua de tota* Præterea nō iuſtum eſt cuiquam, &c. *vt ſuprà de Iudæ. l. nemo. & ſ. man. l. in re.* Reſp. hic ſpeciale propter pu vti. eſt *vt not. ſ. l. j.* Vel ergo vtrumque, vel neutrū: *vt ff. de admini tuto l cùm quæritur. & de procu. l. in cauſa.* ¶ Item not aliquid i in totum licere, quod in parte non licet *ſic ff. de acquir. hære l. qui ex duobus in fin. & pro derelicto l iij & de lege. & cond. l. iij. in fin.* ¶ Item an præſcribi ſine ſolo poſſunt? Reſp. ſic k x. an, vt in hac l. Argu. contrà *ff. de di. praſcri. l longa. & ibi not. & ſuprà de ſer. fugi. l. j.* nam ſecundùm P. ibi eſt alienatio legati.

i In totum aliquid licet, quod in parte non licet.

k An, & quo tempore coloni ſine ſolo præſcribi poſſint.

l In fraudem legū facta puniuntur.

e ¶ *Illuſor.* i. aliquis illudere volens ei, quod hæc l. ſtatuit: non vſurpet, id eſt, inuadat ſtatutum huius. l. ¶ Et not. hic punitur l factum in fraudem: *vt ſ. de leg & conſti. l non dubium.*
f ¶ *Actitatum eſt.* i. factum: quia ſunt ſine ſolo alienati.
g ¶ *Fundi.* apud venditorem remanentis.
h ¶ *Tanti.* id eſt, tot.
Cvm ſcimus noſtra iura nolle præiudicium generare cuiquam circa conditionem, neque ex confeſſionibus b, neque ex ſcriptura c, niſi etiam es aliis argumentis aliquod acceſſerit incrementum d: ſancimus ſolam confeſſionem α, vel aliam quamcunque ſcripturam ad hoc minimè ſufficere: nec adſcriptitiam conditionem e cuiquam inferre: ſed debere huiuſmodi ſcripturæ aliquod aduenire adiutorium f: quatenus vel ex publici cenſus adſcriptione g, vel aliis legitimis modis h talis ſcriptura i adiuuetur. melius etenim eſt in huiuſmodi difficultatibus, ex pluribus k capitulis conditiones oſtendi, & non ſolis confeſſionibus l, neque ſcripturis homines fortè liberos ad deteriorem detrahi fortunam. Sin autem eſt † ſcriptura m, & poſt ſcripturam confeſſio n, ſeu depoſitio o (ſine vi p, & neceſſitate tamen) interuenerit (quid enim q ſi conditionale inſtrumentum r β, vel aliam chartulam, in qua ſubſcripſit, & intimauit, & inter acta s depoſuit ſeſe colonum fuiſſe adſcriptitium?) tunc ex vtroque genere obligationis, id eſt, tam ſcripturæ, quàm confeſſionis, vel depoſitionis, talem eum eſſe credendum, qualem ſe & ſcripſit, & inter acta depoſuit. Illud quoque t non ineleganter dubitabatur, ſi coloni filius per triginta annorum curricula, vel forſitan per quadraginta, ſeu ampliora adhuc viuente patre, & agriculturam peragente, ipſe in libera conuerſatione u morabatur, & dominus terræ: quia per patrem ei ſatiſfiebat, non etiam præſentiam eius exigebat: an poſt obitum patris, vel poſtquam fortè inutilis x is exiſtat, & ruri non idoneus y, poteſt excuſari filius longinqua libertate abutendo: & quòd per multos annos neque agrum coluit, neque aliquid colonarij operis celebrauit, cùm non poſſit dominus incuſari propter ſuam deſidiam, cui per patrem z eius omne, quod voluerat, accedebat. in omnibus itaque huiuſmodi ſpeciebus ſatis acerbum nobis videtur, domino præiudicari colonorum a abſentia, qui rure nati b, & poſtea ab-

a ¶ *Cum peculio.* & ſine eo *vt ĩ. de pecul. eius, qui lib.* Accvrs.

b Cvm ſcimus.] *Cõfeſſionibus.* ſolus in iure, vel extrà, vt ſtatim dicet.

c ¶ *Ex ſcriptura.* ſcilicet ſola.

† Facit ad hunc text. Felin. in c. ſi cautio x. extr. de fid. inſtru. in vj. col. poſt me. ver. ſic. fallit nono. & in col. vij. verſic. fallit vlt.

b Sola promiſſione nemo fit adſcriptitius.

d ¶ *Incrementum* quo accedente fit quandoque colonus, vt b ſi poſt ſcripturam, qua ad habitandum ſe obligaſſet, xxx ann. ſteterit: *vt infrà eod. tit. l. cùm ſatis §. cùm autem.* Si autem adiecit in ſcriptura, quòd vt adſcriptitius ſtare volebat, & ſic fatebatur, tunc fiat adſcriptitius: Vel ſi dicta inſcriptio, vel alius ſimilis modus interuenerit, vt ſubiicit.

α ¶ *Solam confeſſionem.* Legendum, *Conductionem.* Vide ſcripta ad l. 11. *C. locati* Cviac.

e ¶ *Conditionem*, aliàs, *conductionem*: quia ſolum vt adſcriptitius conduxit. *ad quod ſuprà, de lib. cau. l. ad probationem.* aliàs, *conditionem*, id eſt inſtrumentum conditionis adſcriptitiæ per ſe factum, vel aliam. & quandoque per alium. 2. Vel dic, *conditionẽ*, id eſt, inſtrumentum per conditionalem, id eſt, notarium factum: *vt ſupr. qui po. in pig. l. ſcripturas* Vel aliam, &c. vt per ſe, vel per alium. Accvrs.

f ¶ *Adiutorium.* ſic in comparationibus literarum: *vt in Auth. de ſi. inſtru. § in his verò* & in quæſtionibus ſeruorũ: *vt ff. de quæſtio. l. j. in pri. ſic* & *in Aut. de nu. §. quia verò* ¶ Et no. quòd quæ c, non proſunt ſingula, multa iuuant. *vt hic,* & *ſuprà, de teſt. l. ſancimus.* & *C. ad Velleia. l. ſi mulier.* & *in Auth. vt immo ante nupt. do.* & *ſuprà, qui po. in pig. ha. l. ſi. Auth. quo iure. in ſi. infrà, de fun. pa. l. ſi.* Sed at contrà *ſuprà, qui milit. l. j.* & *ff. de admini. tut. l. ita autem §. geſſiſſe.* Sed hoc hic facit rei magnitudo: vbi dicit, meliùs eſt, &c. Accvrs.

c Singula quæ non proſunt, multa iuuant.

d Pactionibus, & ſtipulationibus legitimis poteſt quis obligare perſonã ſuam, & deteriorem facere. eóque modo homines talliabiles introducti. Gaud. Papa dec. 314.

g ¶ *Adſcriptione.* qui in cenſum velut ſuos adſcriptitios deduxit volentes. & quia ipſe quaſi adſcriptitium in cenſum capitis ſe deduxit, ſecundùm Az.

h ¶ *Legitimis* d *modis.* putà per ſecundam ſcripturam: *vt infrà,* dicit: vel quia longo tempore ſic ſoluit: vt in ſcriptura: confeſſionis adſcriptitiæ conuenit: *vt ſuprà, eo. l. liceat. in princ.*

i ¶ *Talis ſcriptura.* qua adſcribit ſe terræ, cõfitendo ſe adſcriptitium, & talem ibi velle morari: & per conſequens nolle diſcedere aliud ſi tantùm profitebatur nolle diſcedere: *vt in pri. dixi.*

k ¶ *Ex pluribus.* ecce quæ nocent. & quæ non proſunt, &c. & *facit ff. de rei uéi. l. quotiens dubia.* & *C. de epiſcop. aud. l. nemo.* ¶ Sed contra. *ſupr. de tranſac. l. ſi.* Sol. ibi in a tranſactione, & ad bonum: non ad malum valet: vt ibi not.

a Tranſactio extra ius facta præiudicat cõfeſſio nõ præiudicat. adde Gloſſam in l. quo ... quo ... .

l ¶ *Confeſſionibus.* extra ius factis, vel etiam in iure, non b in figura iudicij liberalis cauſæ: *vt hic,* & *ſup. de lib. cau. l. nec ſi volens.* & *l. liberos.* & *l. interrogatã.* & *l. parentes.* Secus ſi in figura iudicij: *vt eo. titu. l. iubemus.*

b Quædam in iure fieri poſſunt ſine figura iudicij.

m ¶ *Scriptura.* prædicto modo facta.

n ¶ *Confeſſio.* in ſcriptis, vel ſine, coram iudice, vel notario etiam extra ius.

o ¶ *Depoſitio.* coram c iudice profeſſio dicitur depoſitio. & de hac interſerit, cùm dicit, *quid enim*, &c. Accvrs.

c Depoſitio eſt coram iudice profeſſio.

p ¶ *Sine vi.* hoc innuit etiam extra ius: cùm in iure d non ſit veriſimile quem pati vim: *vt ff. quod met. cau. l. non eſt veriſimile.*

d Præſumitur nemo in iure vim pati.

q ¶ *Quid enim.* interpoſitio eſt. Accvrsivs.

r ¶ *Conditionale inſtrumentum.* id eſt, adſcriptitiæ cõditionis. 2. Vel dic, id eſt notarij: vt ſuprà dixi. Accvrs.

β ¶ *Conditionale inſtrumentum* Legendum, *Si conditionale inſtrumentum.* Cviac.

ſ ¶ *Et inter acta.* vel etiam extra ius ſic confeſſus: *vt ſuprà dixi*, regulariter e enim tãtum valet, quòd fit f extra ius, quantum quod fit coram iudice: *vt ſuprà, de pact. l. pacta nouiſſima.* & *de tranſact. l. ſiue apud* & *de lib. cau. l. interrogatam.* Sed fallit: *vt ſuprà, de confeſ.* & *Inſtit. de adop. §. ſin.* ¶ Item not. cum ſtare g ſuæ confeſſioni, vel ſcripturæ, hic & aliàs etiã non ſit tanta ſolemnitas: *vt ſuprà, arbi. tu. l. ſin.* & *ſuprà, de fabri. l. ſi quis.* Item & ille, qui ſe exhæredauit: *vt ff de contra tabl. l. non putauit. § ſi quis ſua* hic & ĩ. *de arbi. l. ne in arbitriu. in fin.* & *de donat. l. ſi parentes.* & *ſuprà, de non nu. pecu. l. generaliter.* ſic ergo habes qualiter fit adſcriptitius de nouo, ſcilicet cum ſcriptura, & cum alio adminiculo: vt in rub. præmiſ.

e Confeſſionis extraiudicialis, vtrum eadem ſit poteſtas v. Gloſſam in l. 8. in fi. ff. de inter. act.

f Cõfeſſio extra ius geminata idẽ præſtat, quod iudicialis. Bartolus hunc locũ ita accipit.

g Confeſſioni ſtare, vel ſcripturæ ſuæ quiſque debet.

t ¶ *Illud quoque.* ſi filius coloni mei in libera conuerſatione moratus fuerit triginta annis, vel quadraginta, vel longiori tempore: nihilominus tamen poſt patris mortem, vel poſtquam pater agriculturæ inutilis factus eſt, detineri valet ille in vinculis in agro: nec poteſt ſe excuſare ideo: quia liberè vixerit longiſſimo tempore, non h enim videtur liberè vixiſſe, cùm quodammodo pars corporis eius in fundo remanſerit, cum permanſerit aliqua, vel aliquis de cognatione ſua, qui mihi præſtabat, vel præſtiterunt quod volui, ideo cùm ipſemet præſtitiſſe videatur, non poteſt ſe in libertatem defendere: vt dictum eſt. Accvrs.

h Liber eſſe non intelligitur, cuius pars ſeruit aliqua.

u ¶ *Conuerſatione.* aliàs, *conditione*, id eſt, in libertatis poſſeſſione. Accvrs.

x ¶ *Inutilis.* clericus i putà factus: *vt Authenti. de ſanct. epiſcop. § adſcriptitios. coll. ix.*

y ¶ *Idoneus.* vel eſt ſenex.

z ¶ *Per patrem.* ſed non conuertitur. Immò, *vt in fin. l. vnius l.* & facit *ſuprà, de an except. l. j.* & *l. fin.*

a ¶ *Colonorum.* i. filiorum coloni: nec tamen deterioris conditionis erunt, quàm pater: *vt infrà, l. proxi §. j.*

b ¶ *Nati.* idem ſi alibi: *argum. infrà. l. proxi.* licèt quidam contrà ſub, ergo, maximè.

i Perſonæ in his mundanis operibus inutiles vt mortuæ cẽſentur clerici, ſene. ſtudioſi,

a ¶ *Remanebat.* ſecus ergo ſi nullus remanſerat. per quod collige quòd coloni non adſcriptitij ſit filius quia in eo ſecus: *vt* ĵ. *l. proxi.* ¶ Item no. quòd dicit, *cognatorum* [a], ſcilicet fratres, vel ſimiles, cum quibus patrimoniũ ſeruientis ſit commune: in aliis ſecus: *vt* ꝟ. *de libe. cau. l. multis.* Item contrà, ĵ. *de fun. re. priu. l. eũ.* Sol. ibi nemo remanſerat. 2. Vel ibi ab alio detinebatur, hic à ſe. & eodem modo ſolo. *ff. de diuer. præſcriptio. l. longè.* 3. Vel ibi cum ſolo. Itẽ facit ꝟ. *ad leg. Iul. maieſt. l. quiſquis.* ¶ Item not. circa prædicamẽtum [b] ſitum eſſe. Item facit. *ff. de vſufru. l. ſi cui. & qui. mod. vſusfr. ami. l. us, cui.* ¶ Item quid ſi eſſet natus, antequam pater eſſet colonus? Reſp. *vt* ĵ. *l. proxi.* ... Item facit ꝟ. *de præſcr. xxx ann. l. iij.*

b ¶ *Antiquitas.* paterna.

c ¶ *Poſteritas.* filij. ¶ Itẽ nota quòd retinendo [c] partem videtur retinere totum: *arg. ff. de ſer. ruſt. præ. l. vna.* Accvrs.

a Abeſſe non videtur, cuius parentes, vel cognati ſunt præſentes, *facit l. 6. ſupra, de annal. exc. opt.*

b Situs ratio habetur.

c Partem retinens, totum retinere videtur.

ſentes, per ſuos, vel patres, vel fratres, vel cognatos agriculturam peragebant. cùm enim pars quodammodo corporis eius per cognationem in fundo remanebat [a], non videtur, neque abeſſe, neque peregrinari, neque in libertate morari. Maneat itaque domino ius incõcuſſum, & donec eius vel antiquitas [b], vel poſteritas [c], vel cognatio in agrum remanet, ipſe videatur ibi reſediſſe.

Adſcriptitius fugiens, ſicut ſeruus ſui furtum facit, licèt liber ſit: & ideo à tali fortuna non liberatur triginta annorũ ſpatio: ſed cum ſua ſobole idem adſcriptitius remanet. Item nullus debet colonum, vel adſcriptitium alienum occultare: & ſuſcipientes etiam ignoranter, niſi reſtituant illum, pœnis hic inſertis tenentur. Bart.

XXIII. Iidem A. *Ioanni* † *præfecto prætorio.*

† *al. Iuliano.*

Cvm ſatis [d] inhumanum eſt, terram, quæ ab initio adſcriptitios habebat, ſuis quodammodo membris defraudari, & colonos [e] in aliis terris demorantes, dominos terræ maximis damnis afficere, cenſemus, quemadmodum in curialiũ cõditione nemo ex temporali curſu [f] α liberatur: ita nec adſcripticiæ conditioni ſuppoſitus, ex annalibus curriculis, quantacũque emanauerint, vel quacumque [g] prolixa negotiatione [h] aliquis ſibi vindicet libertatem: ſed remaneat adſcriptitius, & inhæreat terræ. & ſi celauerit, vel ſeparare ſe conatus fuerit, ſecundùm exemplum ſerui fugitiui ſeſe diutinis inſidiis furari intelligatur [i]: & ſit ſuppoſitus † vnà cum omni ſobole ſua [k] (etſi in alia terra eam fecerit [l]) huiuſmodi fortunæ, & capitali illationi: nulla liberatione ei penitus competente [m]. Cùm autem Anaſtaſiana lex β homines, qui per triginta annos colonaria detenti [n] ſunt conditione, voluerit liberos [o] quidem permanere [p]: non autem habere facultatem terra relicta in alia loca migrare: & ex hoc quærebatur, ſi etiam liberi eorum [q] cuiuſcunque ſexus, licèt non per triginta annos fuerint in fundis, vel vicis, deberent colonariæ eſſe conditionis, aut tantummodo genitor eorum, qui per triginta annos huiuſmodi conditioni illigatus eſſet: ſancimus liberos colonorum eſſe quidem in perpetuum ſecundùm præfatam legem liberos, & nulla deteriori conditione [r] prægrauari: non autem habere licentiam relicto ſuo rure ad aliud migrare: ſed ſemper terræ inhæreant [s], quam ſemel colendam patres eorum ſuſceperunt [t]. Caueant autem poſſeſſionum domini, in quibus tales coloni [u] conſtituti ſunt, aliquam innouationem, vel violentiam eis inferre: ſi enim hoc approbatum fuerit, & per iudicem [x] pronunciatum: ipſe prouinciæ moderator, in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnino prouideat & læſionem (ſi qua ſubſecuta eſt) eis reſarcire, & ſic veterem conſuetudinem in redi-

d ¶ *Cvm ſatis.* ſicut curialis longo tempore non poteſt ſe liberare à curiali cõditione: ſic nec adſcriptitius, nec etiam ſoboles eius, ſiue nata ſit in eo fundo, ſiue alibi. Nam ipſe, & ſua ſoboles remanent adſcriptitiæ cõditionis, nec ſe ſeparãdo à ſolo liberantur à conditione adſcriptitia, vt dictũ eſt, & hoc dictum eſt ad ſimilitudinem ſerui fugitiui, qui in fugam ſe conuertẽdo non præſcribit ſibi libertatem longo tempore: *vt ſuprà, de ſer. fugit. l. 1.*

e ¶ *Colonos.* id eſt, adſcriptitios.

f ¶ *Temporali curſu.* etiam xl. [d] an. *vt ſuprà, de decu. l. ſi quis decurio. & de præſcript. xxx. ann. l. præſcriptionẽ.* Sed contrà, ꝟ. *quando, & quibus quarta pars. l. fin. in fine.* Solu. vt ibi.

α ¶ *Ex temporali curſu.* vide cap. 36. *de præſcrip.* Cviac.

d Curialis quadraginta annis non præſcribit ſuã libertatem.

g ¶ *Quacumque.* niſi xl an. *vt ſuprà, de præſcript. xxx. an. l. omnes. quæ eſt contrà.* Item quandoque xxx. an. vt quãdo alius præſcribit: *vt* ĵ. *de fun. rei pri. l. enim* & hoc niſi ſteterit, id eſt, permãſerit ius adſcriptitij in agnatione quia tũc nullo tempore: *vt ſuprà l. proxi.* in ſimplici autem ſeruo dic, vt *ſuprà, de præſcript. long. tẽp. quæ pro lib. l. j. & ij.* non [e] ergo per omnia curiali comparatur.

h ¶ *Negotiatione.* quam alibi exercuit.

i ¶ *Intelligatur.* vt *ſuprà, de ſer. fug. l. j.* ¶ Sed an. xxx. annis [f] præſcribitur fugitiuus? Reſp. vt ibi. ¶ Item an priuatus ex titu. poteſt præſcribere adſcriptitium alienum? Dic vt ibi. ¶ Sic dicitur ſe [g] furari colonus, & inquilinus, & ſimiles, eo quòd omnes fugere dicuntur, & receptatores eorum puniuntur: *vt ſupr. eo. l. omnes. & l. originarios. & l. ſeruos. & l. ſi coloni.*

k ¶ *Sobole ſua.* ex fœmina adſcriptitia: nõ ſic ex libera nulli cõditioni ſuppoſita: vt ĵ. *eod. l. fin.* nam in adſcriptitiis [h] tantum, & colonis colonatiæ conditionis dicitur, quòd ex curſu temporis non liberãtur: omnes autẽ alij coloni liberari poſſunt ex curſu temporis, cenſiti. & reliqui: *vt* ĵ. *de fun. rei pri. l. enim.* 2. Vel dic in colonis idem, quod in aliis. *vt* ꝟ. *l. proxi. notatur.* Accvrs.

l ¶ *Fecerit.* id eſt, procreauerit. vulgariter enim loquitur. Sed contra ꝟ. *l. proxi. §. 1. & ĵ. ea. l. § nulla.* Solu. ibi in colonis. hic in adſcriptitiis. Vel veriùs ibi maximè ſubaudi.

m ¶ *Competente.* ſine voluntate domini, vel nulla ſcilicet tali. & facit ꝟ. *eo. l. mulier & l. originarios. & de metal. l. fin. & ĵ. de cohor. l. ſi cohortali.* Accvrs.

e Adſcriptitij, & curialis diſſimilitudo.

f An præſcribi fugitiuus an poſſit xxx. annis.

g Sui furtum committunt fugitiui.

h Adſcriptitiorũ conditio durior eſt quã reliquorum colonorum.

β ¶ *Cùm autẽ Anaſtaſiana lex.* Quæ nõ extat. Fuit lex 19. huius tit. cuius ſententia eſt in lib. 3. ... Vide c. 30. de præſc. Cviac.

n ¶ *Detenti* nullo pacto, vel ſcriptura præambula, ſecundùm quoſdam, ad inſtar aliarum rerũ: *vt* ꝟ. *de præſcr. xxx an. l. ſicut.* & hoc ſoluendo pẽſionẽ vt colonus: *vt hic dicit.* 2. Sed tu dic, quòd pactio [a] de illigando ſe ſolo, præceſſit in ſcriptura, vel ſine ſcriptura, & ſecuta præſcriptione triginta annorum: non enim ex vna cauſa tantùm, ſed pluribus: *vt* ꝟ. *l. proxi. circa. prin.* nec eſt differẽtia inter hos quidem adſcriptitios. Sed certè imò differunt [b]: *vt* ꝟ. *de epiſ. aud. l. nemini.* Item colonus temporis curſu poteſt liberari: *vt* ꝟ. *l. cùm ſcimus. in fi.* Sed adſcriptitij nõ: *vt* ꝟ. *ea. l. in princi.* Item iſtæ præſcriptiones non mutant conditionẽ. ſed liber remanet: *vt hic:* quod in eo, ſcilicet adſcriptitio, ſecus: *vt arg. ſuprà l. ne diutius.*

o ¶ *Liberos.* id eſt, adſcriptitios.

p ¶ *Permanere.* Igitur poſſunt [c] teſtari: ſed non alienare: *vt* ĵ. *tit. ij. l. ij.* Sed ibi aliàs, quàm per teſtamentum: *vt Inſtit. qui manu. non poſ. § penu.* 2. Vel dic, quòd teſtari poſſunt inter ſuos, qui ab inteſtato ſucceſſuri erant: non inter extraneos: *ſic* ꝟ. *de bon. quæ lib. l. cùm oportet. in princ. & de inceſt. nupt. l. ſi quis inceſti.* ¶ Item not. ſimul [d] aliquem eſſe liberum, & non liberum: *vt ff. de lib. ho. exhib. l. ij. & de teſta. l. qui teſtamento. & de colo. Thra. l. j.* & ſecundùm hoc ſunt liberi ſecundùm quid, non ſimpliciter, & ſic in cæteris præterquam in adſcriptitiis [e], qui magis ſeruis comparantur: *vt ſuprà, eod. l. ne diutius.* prædicti autem dicuntur coloni [f] inſpecto principio: conditionales inſpecto fine: quia conditioni iam obligati ſunt: *vt hic dicitur:* & inter hunc [g], & inquilinum non eſt differentia: *vt* ꝟ. *eod. l. definitione.* Sed certè imò eſt, *vt ibi not.*

q ¶ *Liberi eorum.* quos ſi non habent, ſuccedit dominus: *vt ſupr. de epiſc. & cler. l. ſi quis presbyter.*

r ¶ *Deteriori conditione.* quàm pater: quod eſſet, ſi non eſſent liberi, vt pater, & poſſunt hi dici originarij coloni: & poterunt: ſecundùm hoc teſtari. Accvrsivs.

s ¶ *Inhæreant.* nec puncto ſe ſeparent. *vt ſuprà, eod. l. colonos. & infrà, de co. pa. l. j. & infrà, §. nulla.* ¶ Item facit *ſuprà, de præſcript. long. temp. quæ pro li. l. fin. & infrà, de col. Illy. l. j. & de fun. pa. l. fin. ſuprà, de tabu. l. fin.*

t ¶ *Suſceperunt.* & poſtea longo, ſiue longiſſimo tempore coluerunt.

u ¶ *Tales coloni.* q. d. ſecus in adſcriptitiis, quibus poteſt inferri vis, ſecundùm quoſdam: quod non placet.

x ¶ *Per iudicem* ſcilicet [h] ſimplicem ordinarium. & quod ſubdit, *præſes prouinciæ prouideat*, ſc. exequendo: cùm ibi, ſc. in exequendo. [i] verti poſſet mixtum imperium: *vt ff. de iuriſ. omn. iud. l. iubere.* quod præſides habẽt: *vt ff. de offi. præſi. l. illicitas. §. qui vniuerſas* 2. Vel dic pro eodem accipi iudicem & præſidẽ. 3. Vel dic, quòd non iure actionis: ſed per officium iudicis hoc implorabit colonus: vt hic innuit *prouideat*, &c. & ĵ. *tit. ij. l. j.* Sicque dicas ſecundùm H quòd in [k] ſimplum, non duplum ſit condemnatio: licèt rapina, vel vis, vel furtum ſit: *Arg. ff. de ſer. corr. l. fi. & ff. rerũ amo. l. iij. §. ſi quis etiam* ¶ Sed alij dicunt eſſe cũ pœnis: *vt ff. quod met. cau.*

a Pactione poteſt quis ſe ſolo alligare, atque ita libertatem minuere.

† *Concor c. 2. ſũſta Gloſſa ſi contrà de immunitate eccl.*

b Coloni, & adſcriptitij differentia.

c Teſtari coloni an poſſint, & quomodo, *adde Gloſſam in l. colon. in verbo. alienare, infra, tit. ſecundo, hoc eſt, in quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſint.*

d Liber, & nõ liber ſimul quis eſſe poteſt.

e Adſcriptitij ſeruis magis comparantur, quàm liberis.

f Coloni, & conditionales cur dicantur.

g Inter colonum, & inquilinum quæ differentia ſit.

h Quis iudex cognoſcat, & exequatur in hac violentia.

i In exequendo mixtũ imperium verſatur.

k Interdũ pro furto, vel rapina ſimplũ tantum conſequimur.

tibus præſtandis eis obſeruare: nulla [a] nec tunc licentia concedenda colonis fundum, vbi commorantur, relinquere, & hoc tam in ipſis colonis, quàm in ſobole eorum [b], qualiſcunque ſexus, vel ætatis ſit, ſancimus, vt & ipſa ſemel in fundo nata, remaneat in poſſeſſione ſub eiſdem modis, eiſdémque conditionibus, ſub quibus etiam genitores eius manere in alienis fundis definimus.

Nullus debet colonum, vel adſcriptitium alienum occultare. Et ſuſcipientes etiam ignorantes, niſi reſtituant illum, pœnis hic inſertis tenentur. Bart.

¶ Nemini [c] autem liceat vel adſcriptitium, vel colonum alienum ſcienti, prudentique in ſuum rus ſuſcipere. ſed & ſi bona fide [d] eum ſuſceperit: poſtea autem repererit eum alienum eſſe conſtitutum, admonente domino vel ipſius [e] adſcriptitij, vel terræ, & hoc faciente per ſe, vel per procuratorem [f] ſuum, hunc reſtituere eum cum omni peculio, & ſobole ſua, & ſi hoc facere ſuperſederit: omnis quidem temporis [g] quo apud eum remoratus eſt, publicas [h] functiones, ſiue terrenas, ſiue annales [i] [a] pro eo inferre compelletur: cura & prouiſione tam eminentiſſimæ præfecturæ, quàm præſidis prouinciæ. coarctetur autem ſic ad reſtitutionem eius ſecundùm veteres conſtitutiones, & pœnas in eis inſertas [k].

Mulieres liberæ cum adſcriptitiis matrimoniũ contrahentes, non perdunt ipſi, nec eorum poſteri libertatem: & natus ex adſcriptitio, & libera muliere, conditionẽ ventris ſequitur. Item domini talium adſcriptitiorum poſſunt eos extrahere à tali matrimonio auctoritate propria, & etiam caſtigare, ſi iudicis copia deſit. quod ſi non fecerint: ad eorum damnum negligentia redundabit. Bart.

XXIIII. Idem A. *Ioanni* [*] *præfecto prætorio.*

SI qui adſcriptitiæ conditionis conſtituti, mulieres liberas quacunque mente [l], aut quacumque machinatione, ſiue ſcientibus, ſiue ignorantibus dominis ſibi vxores [m] coniunxerunt, vel coniunxerint †: in ſua libertate [n] permanere, tam eas [n], quàm prolem, quæ ex his cognoſcitur procreata, ſancimus, illo proculdubio obſeruando, vt ſi ex libero marito, & adſcriptitia vxore partus fuerit editus: is maternæ conditionis maculam, & non paternam ſequatur libertatem [o]. Sed ne adſcriptitij putent ſibi impunitum eſſe tale conamen, quod maximè verendum eſt, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis, paulatim huiuſmodi hominum conditio decreſcat [p]: ſancimus, ſi quid tale fuerit ab adſcriptitio perpetratum, habere liberam poteſtatem dominum eius, ſiue per ſe [q], ſiue per præſidem prouinciæ talem hominem moderata corrigere caſtigatione, & abſtrahere à tali muliere; quod ſi neglexerit [r], ſciat in ſuum damnum huiuſmodi [s] deſidiam [t] reuerſuram.

a Conſuetudo ſeditiuum præſtã torum ſeruanda.

mot.cau l extat. ¶ Item quod ſubiicit, de conſuetudine, [a] *eſt ſic ſuprà de expen.lu.l.j.& de ſerui.l.j. & l ſi manifeſtò. & ꝫ.eod.l domini.& l.litibus.§.hac de reditibus.* Accvrs.

a ¶ *Nulla.* nec tunc quando violentias patiuntur. nam domino ſuo ſeruus ſtat, aut cadit. & facit *ff de ſtatu. homi l.ſeruus.*

b ¶ *In ſobole eorum.* nata ex colonis fœminis cuiuſdam domini, xxx. an. detẽtis cũ viro. ſecus ſi ex libera: quia tũc ventrem: *vt infrà eod.tit.l.ſi.* 2. Sed dico imò patrem colonum. Idem in inquilino: *vt ſuprà.eod.tit. l.definimus.* in adſcriptitio autem, & libera loquitur: vt j. l. ſi. Item hoc conſtat, ſi poſt cõpletam præſcript. patris nata eſt: quia tunc ex colono naſcitur, verbo [b] accepto cum effectu: *vt ff ne quis eum, qui in ius l.penul. §.docere.*

b Verba cum effectu accipienda.

c Natus, vel cõceptus ante completã præſcriptionẽ patris, id eſt, antequam pater eſſet ab aliquo præſcriptus pro colono, nõ eſt colonus.

d Verùm liberi ſequãtur conditionẽ patris, quam habuit, antequam cõciperentur, vel naſcerẽtur: an potius eam, quã pater habuit tunc, cum liberi illi conciperentur, vel naſcerentur.

e Conceptionis tempus in partu conſideratur, quoties de eius commodo agitur.

f Primogenitus Regis non eſt, qui natus eſt ante dignitatẽ regiam à patre adeptã.

¶ Sed quid [c] in nato poſt inchoatam, non completam: vel concepto ante completam: nato autem poſt completam? videtur ſecùs quia nati [d] poſt ingratitudinem patris reuocantur, non ante: *vt ſuprà, de lib. & eorum li.l.* 4. Item quando [e] de commodis partus quæritur, tempus cõceptionis ſpectatur: *vt ff.de ſta. ho. l. qui in vtero.* ſicque ſenator, vel alius clariſſimus priuatos [f] habet filios ante dignitatem editos: *vt infrà, de dig.l. ſi ſenator.* Cohortalis quoque filium natum tempore ſui officij cohortali conditioni relinquit obnoxium: *vt infrà, de prim.agen.l quicumque. & de cohor. l ſi cohortalis.* Secus in eo, qui ſe curiæ offert: in quo etiam indiſtinctè filij remanent liberi: *vt ſuprà, de his qui ſpon.l.ſi.* ſic & filius naturalis curiæ datus, ſi poſtea filios ſuſceperit, & curiales erunt & munera curialia ſubibunt: *vt ꝫ.de na li.l.communium.* Sed econtrà videtur velle hæc lex dicit enim patrem præſcriptum teneri, & liberos eorum licèt non xxx. ann. ſteterint, &c. Item quid dicis de natis ante inchoatam præſcriptionem, qui tantũ cum patre ſteterint ſemper? Videtur quòd non teneantur, cùm non contraxerint, nec mercedem vllam ſoluerint, nec poſtea nati ſunt, nec excolunt. ¶ Item quod ſubiicit, *in fundo nata:* ſecus ſi alibi, ſecundũ quoſdam: *vt ꝫ.eo l cùm ſcimus §.fin.* ¶ Sed vtrobique ſub. maximè. *arg.ꝫ.eo l in princ.* Item daretur occaſio colono tẽpore pariẽdi. vt faceret alibi ire vxorẽ, vt dominum fraudaret: & via [g] debet tolli malitiis *vt ſupr.de Lati.lib.tol.l.vnica.§.ſimili modo.* Itẽ pudor [h] eſſet domino tẽpore illo ſtare cùm vxore coloni, ſi vel let prouidere, ne alibi iret: & parcendum eſt pudori: *vt ff.mand. l.Quintus Mutius.* Item pro hoc, quia ſupra dicit, *in fundo, vel vico,* quaſi non ſit curandum ſi aliquo tempore non fuerunt in fundo, vel tempore pariendi, vel alio, &c. Item pro hoc, quod dicit ſuprà, quòd ſufficit, ſi pater accipit terram ad colendum, & diu colat. Item pro hoc, *ſuprà. eod. l. mulier.*

g Malitiis leges non indulgent.

h Pudori parcendum eſt.

c ¶ *Nemini.* nõ debet quis in ſuum rus recipere [i] adſcriptitium alienũ. & ſi quis alienũ ſuſceperit ignorãs, poſtea quàm dominus adſcriptitij patefecerit per ſe, vel per ſuum procuratorẽ, debet, qui recepit, reſtituere cũ omni ſobole ſua. & ſi contrà fecerit, tenebitur præſtare tributa, quæ ſolui debẽt, vel ſoluta ſunt à tempore profugi pro re illius, cuius culturã deſeruit ille adſcriptitius etiam pro animalibus deputatis ad culturam illius agri.

i Pœna recipientis adſcriptitium alienum.

d ¶ *Bona fide.* ad quod exigitur quòd à principio inquirat: *vt infrà, de colo Illyri l.j.*

e ¶ *Vel ipſius.* poteſt ergo aliquis eſſe terræ dominus [a], & alius adſcriptitij: *vt ꝫ eo l.j.* Itẽ facit *ꝫ de inceſt nu l.qui contra. & ff. de libe.ho.exhi l.iij.§.n.qui. & depoſiti l ſi quis.in fin. & de trib a ſtu.l. §.minus.*

a Adſcriptitij adhæret quidem fundo, & ab eo ſeparati nõ poteſt: ſed tamen poteſt vnus fundi eſſe dominus: alius adſcriptitij.

f ¶ *Per procuratorẽ.* vel etiam in ſubſidium, per præſidem: *vt j. l.fin.*

g ¶ *Temporis.* etiam præteriti. quod dic, *vt ꝫ. eo.l quiſquis.*

h ¶ *Publicas.* dominii, vel fiſci: *vt d.l.quiſquis. & l. omnes profuge.*

i ¶ *Annales.* aliàs [b], *animales*, id eſt, de animalibus: aliàs, *annales.* & ſecundùm hoc dic terrenas ſcilicet de quinquennio in quinquennium: *vt ꝫ. de ſuſc [illegible] l. fin.* 2. Vel de tertio in tertium annum.

b Annales, vel animales functiones: his verbis intelligitur iugatio, & capitatio [illegible] Hermogeni magiſtri officiorum

a ¶ *Sine annale.* Legẽd. *Animales.* id eſt, capitationes. De hoc verbo vide nota. & ſcripta *ad l.9.ꝫ.de aſt.empt.* Cvia.

k ¶ *Incertas.* has pœnas dic *vt not.ꝫ. de ſeru. fugi.l.quicumque.* & facit *in Authen.de manda. princ.§.ſed etiam. coll.iij. & ꝫ. eod l. omnes. & l. ſeruo. & de ope. lib. l fin. & infrà, de col. Thracen. l.j. & de col Illyric.l.j.*

† Iuſtinianus Nouell. 14. ait, hæc verba callidè à quibuſdam accepta: ideoque ea interpretatur in illa Nouella.

l Si *qui.*] *Mente.* ſ. credentes matrimonium fortè valere. Accvrs.

m ¶ *Vxores.* de facto [c], non de iure hodie: *vt in Authent.de nu.§. adſcriptitios.coll.iiij.*

c Adſcriptitij de facto, nõ de iure matrimonium contrahunt, non tamen ſunt ſerui, tametſi quędam ſeruitia debeant. Non ſunt ſerui, inquam: quia inuitis dominis clerici fieri poſſunt. *d §.adſcriptitios.* quod non eſt in ſeruis.

n ¶ *In ſua libertate.* Idẽ Iuſtinianus in Nouel. 24. expoſuit ſe hoc intelligere de iis, qui poſt hanc conſtit. naſcuntur: in his autem, qui iam nati eſſent, ius antiquũ voluit ſeruari. vide ſcripta obſ.4 c.10. Cviac.

n ¶ *Tam eas.* ſed ſeruo coniuncta [d] libera poſt annum fit ſerua domini ſerui, ſecundùm legem Lombardam: *vt in Lombarda, ſi ſeruus lib. mu l fin.* ¶ Item quod hic ſubiicit, *prolem liberam*, dicit A & H colonum tamen, vt à ſolo recedere non liceat: *vt ſuprà, eod tit l. cùm ſatis.* §.1. ſed in alio caſu dicit. Item adducunt *ꝫ.eod l.definimus.* Sed dic: vt ibi. Item in *Nouell.de his, qui ex li.na.* Sed certè ibi Pla. dicit cõtra, ſcilicet ingenuam. Item pro his *ſuprà, de mulie. l fin.* Sed ibi ſpeciale. Dic ergo ſecundùm lit. & ingenuam: *vt hic, & in Nouell.dicto.tit. ſuprà, eodem l ne diutius & ſuprà.de rei vin per totum & de lib. cauſa.l. fin.* Item infrà ibi, *conditio decreſcat*, &c. ſic ergo ventrem [e] ſequitur. Sed fallit, *vt not. ſuprà l ne diutius.* ¶ Item hæc lex in futuris tantùm obtinet: *vt in Authent. conſtitutio quæ ex adſcript. &c.* & nihil aliud huic adiicit.

d Seruo coniuncta libera, vtrum ancilla fiat.

e Natus ex adſcriptitio, & libera matrem ſequitur.

o ¶ *Libertatem.* vt & *ſuprà eo l.ne diutius.* 3. Vel dic, *conditionem ma*

p ¶ *Decreſcat.* ac ſi dicat, natus ex ingenua non eſt adſcriptitius.

q ¶ *Sine per ſe.* ſi [f] deeſt præſes. *ſic ſuprà, de his, qui ad eccl. confugiunt l.ſi ſeruus. & ꝫ.de decur l.generali, & infrà, de colon. Thrace. l.j. de agri. & man l.ij.*

f Propria authoritate interdũ quis ſibi Ius dicere poteſt. *adde l.2. & 2.ſupr. quando liceat ſine iudice l.1 ſupr [illegible] quæ de [illegible] ff de pigne [illegible] l. at prætor § ſi debitorem ff de ius, quæ in fraudẽ. l [illegible] admodum, § [illegible] ff [illegible] Annal. l. [illegible] ff de [illegible]*

r ¶ *Neglexerit.* ignorans ergo dominus non perdit adſcriptitium ſed ſciens ſic vt ſubiicit, ſecundùm P. *& ſuprà ad ſenatuſc. Claudi l j.in f.* Item ſecundum P. in ſeruo non diſtinguitur: ſciat dominus, vel ignoret: quia ſemper partus ſequitur ventrẽ. Sed cõtrà, *ꝫ.ad ſenatuſ con Claud l j in fin.* vbi in ſeruo dicit idem.

ſ ¶ *Damnum huiuſmodi.* quia fit liber adſcriptitius, ſecundùm Py. vel aliter, vt not. *ꝫ ad ſenatuſcon. Claud l j in fin.*

t ¶ *Deſidiam.* id eſt, pigritiam.

De capita

DE CAPITATIONE CIVIVM
cenſibus eximenda.

a *Plebs vrbana.* ſcilicet Romę, per excellentiam. Sicut in Orientalibus prouin. &c. pro quo eſt, *Inſtit. de iure na. §. ſed ius.* Item quia hæc lex mittitur, ad Euſebium præfectum [a] vrbis: ſed extra [b] muros vrbis poſita ſoluit capitationẽ: [...] *ne ruſtic. &c. l. j.* excep[...] Thracenſib. *vt inf. de col. Thracenſ. l. j.* & excepta eccleſia Theſſalonicenſi: *vt ſuprà, de anno. l. fin.* Vel poteſt hęc l. loqui in plebe cuiuſlibet vrbis, per hoc quòd dicit [...] l. 8 pro hoc eſt [...] agro de[...] per [...] quòd dicit [...] & ſic nõ pro capi[...] Itẽ pro hoc, *inf. ne ruſti[...] vllam obſ.* [...] Item pro hoc, *ſup. tit. j. l. cùm antea.* Itẽ quia [c] hæc rub. generalis eſt: *vt ſuprà ſi cer. pet. l. j.* Itẽ *ſuprà, de metal. l. per annos, contrà* Sol. vt ibi.

† ſcilicet Romanorum.

a Male mitti[...] enim ad Euſebium Præ[...] Lyciæ & Pamphyliæ. Nota autem, V. P. quæ in hac lege, non [...] P. Ve[...]

b Vt non capitationem non ſoluunt nõ vrbani, exceptis [...]

† C. T. [...] 9. 8.

c Rubrica ex generali, lex generaliter intelligenda.

DE CAPITATIONE
ciuium † cenſibus eximenda.
TITVLVS XLVIII.

Vt in Orientis prouinciis, ita & Lycia, & Paphylia, quæ prouinciæ ſunt Aſianæ diœceſeos, plebs vrbana capitationem, id eſt, cenſum capitis non præſtat. qua de re ſcripſimus in l. 8. ſuprà, de exact. trib, & l. 1. infr. ne ruſtic. ad vl. obſeq. CVIAC.

Ciues vrbani, ſeu Romani habitantes in vrbe, effugiunt onus capitationis. BART.

1. *Imp.* CONSTANTINVS *A. ad Euſebium V. P. præſidem Lyciæ, & Pamphyliæ.* †

Plebs vrbana [a] (ſicut in Orientalibus quoque prouinciis obſeruatur) minimè in cenſibus pro capitatione ſua conueniatur: ſed iuxta hanc iuſſionem noſtrã immunis habeatur. Dat. Kal. Iun. Conſtantino A. III. & Licinio III. Coss.

IN QVIBVS
cauſis coloni, &c.

Qui ſint, dic, vt infrà; l. ij. in princ. & dic, quòd accuſant dominum quãdo vltra debitum exigit: vt l. j. Item quando in publica accuſatione perſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam: vt §. l. ij. in fin.

b *Quiſquis colonus.*] *Adeat.* ergo nõ eſt ſeruus, ſecũdum Py.

c ¶ *Poterit habere præſentiam.* dummodo cõpetens ſit, ſcilicet ordinarius: *vt ſupr. de iuriſdi. om. iudi. l. iuris.*

d ¶ *Prohibeatur.* Nec obeſt colono, quòd aliquãdo ſic per vim exactus: *vt ff. de mune. & ho. l. cura.* ¶ Et not. pronũciari de futuro [d]: vt in negatoria: *vt ff. ſi ſerui. vin. l. egi.* Itẽ arg. cõtrà, *ff. de vſur. l. j. §. j.* & facit ad hanc *l. ſuprà, tit. ij. l. cùm ſatis. §. caueat. & l. colonos. & l. j. & ſupr. loc. l. legem. & de diſcuſ. l. j. & in auth. de quæſtor. & de agr. & manc. l. dominicos.* ACCVRS.

e Coloni.] *Non ſeruiunt.* ſed domini præſtant pro eis: *vt ſupr. tit. ij. l. iiij.* [e] Et not. quòd in eorum conſtitutione exigitur ſcriptura [e]: *vt hic dicit. & ſuprà, ti. ij. l. colonos.* ſicut in adſcriptitio: *vt ſuprà, tit. ij. l. cùm ſcimus.* ¶ Sed differunt [f]: quia hic eſt ex adſcriptitio natus, ſecundùm quoſdã. 2. Vel cenſitus eſt, qui certam annuam pẽſionem domino ſoluit: vt hac l. adſcriptitius, qui incertã, vt dimidiam fructuum, ſecundùm Io. Alij dicũt cenſitum, pro quo dominus præſtat cẽſum, & ſcribit in cẽſum, vt cæteras res ſuas: *vt in Auth. de coll. §. j. coll. ix. & ĩ. tit. ij. l. iiij. & ĩ. de epiſ. & cle. l. quiſquis. & j. de re mil. l. quicunque.* Sed certè hoc debet facere de omnibus adſcriptitiis & colonis: *vt ff. de cenſi. l. forma. §. ſi quis inquilinum.* Et not. quòd quandoque largè accipitur cenſitus, vt etiam adſcriptitium comprehendat: *vt ſuprà, tit. ij. l. definimus.* quandoque ſtrictè: vt hîc dicitur.

d Poteſt ferri ſententia, ne in futurum actori aduerſarius vllã moleſtiam exhibeat: ſicuti in negatoriis fieri ſolet: atque ita ratione iuris de præſenti, fertur ſententia ſuper futuro.

e Scriptura in quibus requiratur.

f Verùm cenſitus, & adſcriptitius differant.

f ¶ *Quo minus.* ſcilicet vt adſcriptitij, &c. ſi habeas, *quod*, id eſt, propter quod. aliàs, *quomodo eſt ergo ferendum, &c.*

IN QVIBVS CAVSIS COloni cenſiti dominos accuſare poſſint.
TITVLVS XLIX.

Colonus exactus per dominum contra conſuetudinem præſtationis antiquam, accuſare poteſt eum: & ſi dominus conuincitur, punitur. BART.

1. *Imp.* CONSTANTINVS *A. ad Maximum [...] Orien.*

Quiſquis colonus plus à domino exigitur, quã antè conſueuerat, & quàm in anterioribus temporibus exactũ eſt: adeat [b] iudicem, cuius primùm poterit habere præſentiã, [c] & facinus comprobet: vt ille, qui conuincitur amplius poſtulare, quàm accipere conſueuerat, hoc facere in poſterũ prohibeatur [d], priùs reddito quod ſuper exactione perpetrata noſcitur extorſiſſe.

Coloni cenſiti, licèt reſpectu aliorum ſint liberi: tamẽ quoad perſonas dominorũ, quibus tributa præſtant, quadam ſeruitute tenentur adſtricti: & ideo eos in iudiciũ vocare non poſſunt pro cauſis ciuilibus, niſi ratione ſuperexactionis: ſed pro publicis criminibus eos accuſant, ſi ſuam, vel ſuorũ iniuriam proſequãtur: eorum tamen prædia, vel peculia alienare non poſſũt inuitis dominis inter viuos. BART.

11. *Impp.* ARCADIVS, & HONORIVS *AA. Nebridio comiti Aſiæ.*

Coloni cenſibus duntaxat adſcripti, ſicuti ab his liberi ſunt, quib[us] eos tributa ſubiectos non faciunt [e]: ita his, quibus annuis functionibus, & debito conditionis obnoxij ſunt, penè eſt, vt quadam dediti ſeruitute videantur [a]: quominus [f] eſt ferendum, vt eos audeãt lite pulſare [g], à quibus ipſos, vt pote dominis, vna cum poſſeſſionibus diſtrahi poſſe nõ dubiũ [h] eſt: quam de cætero licentiam ſubmouem[us]: ne quis audeat domini nomẽ in iudicio laceſſere: & cuius ipſi ſunt [i], eiuſdẽ omnia ſua eſſe cognoſcant. Cùm enim ſæpiſſimè decretum ſit, ne quid de peculio ſuo cuiquã colonorum ignorãte domino prædij aut vendere, aut alio modo alienare liceret [k]: quemadmodum cõtra eius perſonam æquo poterit iure conſiſtere [l], quem nec propria [m] quidem leges ſui iuris habere voluerũt, & acquirendi tantùm, non etiam transferendi poteſtate permiſſa, domino & acquirere, & habere voluerunt? Sed vt in cauſis ciuilibus huiuſmodi hominũ generi aduerſus dominos, vel patronos [n] aditum intercludimus, & vocem negamus (exceptis ſuperexactionibus, in quibus retrò principis facultatem eis ſuper hoc interpellandi præbuerunt [o]) ita in criminum accuſatione, quæ publica eſt, non adimitur eis propter ſuam ſuorũmque iniuriam experiundi licentia [p].

g ¶ *Lite pulſare.* vt ĩ. *eod. l. j. & infrà, ea. l. in fi. & ĩ. tit. ij. l. definimus.*

h ¶ *Non dubium.* vt ſuprà, *tit. ij. l. quemadmodũ* eadem eſt conditio inquilinorum: *vt ĩ. tit. ij. l. definimus.*

i ¶ *Et cuius ipſi ſunt.* coloni, non ſerui. & ſic quoad ſeruitium [a]: non quoad dominium. nam ſæpe vulgariter dicit amicus amico: Tuus [b] in omnibus ſum, & me tuum eſſe recognoſco. ſecundùm Py. ſic aliàs omnia principis [c] eſſe intelliguntur. ſcilicet, quoad iuriſdictionem, non dominium, vel vtilitatẽ: *vt C. de quadr. præſcr. l. fi.* ¶ Nec obeſt, quod non [d] poſſunt alienare: vt ſubiicit. nam nec maritus fundũ dotalem: *vt Inſti. quib. alie. licet. in princ.* nec hæres rem legatam, licèt ſub conditione: *vt ſuprà, com. de legat. l. fin. §. ſed quia.* & tamen ſunt domini. Item pro hoc, quòd liberi [e] & ſuarum rerum domini. *ſuprà, tit. ij. l. iiij.* vbi dicit eos cõſcriptos in propriis prędiis. ¶ Sed an actio de peculio detur in dominum? Reſpon. ſic vtilis [f]: *vt not. ſuprà, tit. ij. l. ne diutius.* ACCVRS.

k ¶ *Alienare liceret.* vt & *ſuprà, de epiſc. & cler. l. ſi quis presb. & l. iubemus. in princ.* nec Eccleſiam intrare [g]: *vt di. ſtin. liiij. c. ſi quis obligatus. & [...] ſi quis.* ¶ An autem teſtari [h]? Quidam quòd non: *ar. huius l. & ſuprà, de ſec. nupt. l. ſi quis priorum. §. illud.* Item quia ſerui dicuntur: *vt ſuprà, tit. ij. l. ne diutius. & l. quemadmodum.* Sed dic, quòd poteſt inter ſuos de ſua familia, non inter alios, *ar. ſuprà, de hæretici. l. cognouimus. & de inceſt. nupt. l. ſi quis inceſtas.* Item pro hoc, quia & liberi dicuntur: *vt ĩ. tit. ij. l. cum ſatis. §. j.* & de hoc no. *Inſt. de iur. per. & ĩ. tit. ij. l. ne diutius.* ACC.

l ¶ *Conſiſtere.* ſic ergo ſi de facto agat, non valet iudicium, nec ſentẽtia: ſicut nec ſi ſeruus contrà dominũ, niſi in caſibus: *vt ff. de iud. l. [...]. xix.*

m ¶ *Nec propria.* prorſus: ſunt tamen domini: vt modò not.

n ¶ *Vel patronos.* eumdẽ vocat patronum. ſ. Vel dic poſt manumiſſionẽ: ſed tũc poterit cũ venia, vt libertus.

o ¶ *Præbuerunt.* vt *ſuprà, l. j. & tit. ij. l. cùm ſatis. §. caueant.*

p ¶ *Licentia.* non aliter. *ad quod ſuprà, qui ac non poſſ. l. ſi quis. & ff. de iure fiſ. l. ij. §. imperator. & ſupr. de dila. l. fina. & de quæſt. l. j. & in Auth. de quæſt.*

a In ſeruitio, & in dominio aliquius eſſe differunt.

[a] vt quadam debiti ſeruitij vid. adſtricti. Qu. &c.

b Tuus ſum, dominium nõ importat.

c Omnia ſunt Principis, iuriſdictione, & vniuerſali dominio, nõ particulari.

d Interdũ quis tametſi dominus, rem ſuam alienare non poteſt.

e Coloni liberi ſunt, ſuique peculij domini.

f Vtilis de peculio in dominum coloni cõpetit actio.

g De iure ciuili aliud videtur. *vt notat Gloſſa in l. quẽadmodum ſupra, de agricolis. & cenſit. Nouell. de [...] §. [...]*

h Coloni an, & quomodo teſtari poſſint. [...] *vide [...] verſo*, permanere. *ſupra, de agricolis, & cenſitis.*

DE COLONIS PALÆSTINIS.
TITVLVS L.

Coloni Palæſtini ſunt liberi: terrã tamen dimittere non poſſunt: quod illi ſibi proprio quodam iure vindicabãt. Puniri eorum receptorem, dominum fundi dicit, & dominum poſſeſſionis, non dominum coloni. Videnda ſunt quæ diximus ad rubricam de arg. cenſ. & col. CVIAC.

Coloni Palæſtini non poſſunt à terra recedere, ſicut alij: & eorum dominis datur reuocandi plena poteſtas. BART.

1. *Imppp.* VALENTINIANVS, THEO. & ARCAD. AAA *Cynegio* [*] P.P.

Cvm per alias prouincias, quæ ſubiacent noſtræ ſerenitatis impe-

[*] al. Cinibio.

DE

DE COLONIS Palæſtinis.

a ¶ *Cum per alias prouin.*] *Lex.* in genere ponit *lex*: nã multæ leges hoc dicunt: *vt ſuprà, titu. xj l omnes. & l. ſeruos & l. colonos.* & aliæ plures.

b ¶ *Releuantur.* id eſt, cultura, propter quam fructus quæritur, releuatur ab aliis oneribus extraordinariis, quibus tributa faciunt eos ſubiectos: *vt ſuprà. tit. j. l. j. & ſuprà tit. iij. l. j. & l. colonos.*

c ¶ *Suffragetur.* quia eorum coloni recedebant à ſolo quaſi [a] priuilegiati, quia nati in terra, in qua Chriſtus natus eſt.

a Nati in terra, in qua fuit natus Chriſtus, nõ habẽt aliud priuilegium, quàm alij. Vnde colligi poteſt. Ius idẽ omnes prouincias æqualiter in dubio manere, neque habendam in eo differẽtiã prouinciarũ, tamẽtſi priuilegio ſingulari aliæ aliis magis immunes eſſe poſſint.

d ¶ *Auctoritas.* non ergo cadit à ſuo iure ſic reuocando: *arg. infrà, de meta. l. deuotũ. & ĩ. quãdo lic. vni. ſine iu. l. j. & in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. colla. ij. & infrà, tit. j. l. j.*

DE COLONIS Thracenſibus.

e ¶ *Per vniuerſam.*] *Capitationis.* pro capite non præſtant. *ſic ſup. tit. iij. l. j.* Sed pro terra ſic, vt omnes alij: *vt ſuprà. ſine cen. l. omnes.* & eſt aliàs, *ſubiugatio*, in litera, quia oneri homines ſubiugãtur pro terra: vel quia ſub iugo terra colitur. aliàs, *iugatio.* & tunc idem fit ſenſus: *& ad hoc in Auth. de man princip. §. coges.*

f ¶ *Abſolutis.* quantum ad capitationem.

g ¶ *Videantur ingenui.* not. non [b] igitur ſerui. ACCVRS.

b Coloni quodammodum liberi, & ſerui.

h ¶ *Nec recedendi.* [c] ſic *ſup. de agri & cenſi l. ſeruos. & l. colonos nunquã. & infr. tit. praxi.*

c Quibus recedere à ſuo domicilio non liceat.

i ¶ *Libras.* no. [d] pœnam ſuſcipiẽtis Thracenſẽ: ſed qui tributariũ priuati, tunc dic, *vt ſuprà, de agr. & cenſi. l. ſeruos.* Idem ſi Palæſtinum, ſecũdùm Py. De Illyricanis, dic *vt ĩ. tit. j.* Si patrimonalẽ imperatoris, dic, *vt infr. de fu. col. l. ij.* cætera dic: & no. *ſupr. de ſer. fug. l. quicũque.* & facit *ſupr. de agric. & cenſi. l. & cùm ſatis. § fi. & in Auth. de man prin. § ſed etiam coll. iij. & ĩ. de ope. lib. l fi. & ĩ. tit. j. & ĩ tit. j. & ſup. de agri. & cenſi. l. omnes.*

d Pœna recipientis colonos fugitiuos.

† De vagis, & vagabundis, vt de quo ſcripſi ad l. 1 infra, de Tyronibus. lib. xij.

† Idem patroni, & domini perſonam ſuſtinere poteſt.

k DE COLONIS Illyricanis.

Id eſt, de Illyrico, id eſt, Sclauonia.

‡ quod & eius patrimonium facit, l. 2. ſuprà. tit. 2.

l ¶ *Colonos.*] *Cenſemus.* vt *ſuprà tit. j. l. j.* ACCVRS.

rio, lex à maioribus conſtituta, colonos quodam æternitatis iure detineat; ita vt illis non liceat ex his locis, quorum fructu releuantur [b], abſcedere, nec ea deſerere; quæ ſemel colẽda ſuſceperunt, neque id Paleſtinæ prouinciæ poſſeſſoribus ſuffragetur [c]; ſancimus, vt etiam per Palæſtinam nullus omnino colonorum ſuo iure velut vagus ac liber exultet: ſed exemplo aliarum prouinciarum ita domino fundi teneatur, vt ſine pœna ſuſcipientis nõ poſſit abſcedere: addito eo, vt poſſeſſionis domino reuocandi eius plena tribuatur auctoritas [d].

DE COLONIS THRAcenſibus.

TITVLVS LI.

Diœceſis Thracia habet prouincias ſex: vt Marianus Scotus ſcribit, Europã, Thraciam, Hæmimontũ, Rhodopẽ, Mœſiam ſecundam, Scythiam. Theodoret. lib. 5. c. 28. τῆς Θρᾴκης ἓξ ἐθνῶν ... Coloni per has ſex prouincias liberi ſunt: tamen terram dimittere non poſſunt: tributum ſolo præſtãt: tributum capitis non præſtant. Clientes potiùs ſunt ſub patrono, quàm ſerui ſub domino. Receptatorẽ eorum duabus auri libris mulctari, & reſtituere peculium, & progeniem eorum omnem cogitur. CVIAC.

Thracenſes capitationis tributa non præſtant: ſed tributa terræ, non tamẽ poſſunt à terra diſcedere: & occultans: vel retinẽs colonũ Thracenſem, ipſum reſtituet domino cũ peculio, & cum agnatione: & punitur in duabus libris auri. BAR.

1. *Impp.* THEODOSIVS, & VALENTINIANVS AA.

PEr vniuerſã diœceſim Thraciarũ ſublato in perpetuum humanę capitationis [e] cenſu, iugatio tantùm terrena ſoluatur. Et ne fortè colonis tributariæ ſortis nexibus abſolutis [f], vagandi †, & quò libuerit recedẽdi facultas permiſſa videatur, ipſi quidem originario iure teneãtur: & licèt cõditione videantur ingenui [g], ſerui tamen terræ ipſius, cui nati ſunt, exiſtimentur: nec recedendi [h], quò velint, aut permutandi loca habeant facultatem: ſed poſſeſſores eorum iure vtantur, & patroni ſolicitudine, & † domini poteſtate. Si quis verò alienum colonum ſuſcipiẽdum, retinendúmve crediderit, duas auri libras [i] ei cogatur exoluere, cuius agros transfuga cultore vacuauerit: ita vt eundem cum omni peculio † ſuo, & agnatione reſtituat.

DE COLONIS ILlyricanis [k].

TITVLVS LII.

Coloni Illyricani origine à terra ſe ſeparare non poſſunt: & cõtra facientes reuocãtur: & reuocati ſubduntur in vinculis: item receptãtes eos, licèt incognitos, puniũtur. BAR.

1. *Imppp.* VALENTINIANVS, THEODOS. & ARCAD. AAA.

COlonos, inquilinóſque per Illyricum, vicináſque regiones, abeundi rure, in quo eos originis, agnationiſque merito certum eſt immorari, licentiam habere non poſſe cenſemus [l]. Inſeruiant terris, non tributario [m] nexu, ſed nomine, & titulo colonorum: ita vt ſi abſceſſerint [n], & ad alium tranſierint: reuocati, vinculis, pœniſque ſubdantur: maneátque eos pœna, qui alienum, & incognitum [o] recipiendum eſſe duxerint: tam in redhibitione operarum, & damni, quod locis, quæ deſeruerant, factum eſt: quàm mulctæ, cuius commodum in auctoritate iudicis collocamus: ita vt etiam dominus fundi, in quo alienus fuiſſe monſtrabitur, pro qualitate peccati coërcitionem ſubire cogatur: nec ſit ignorantiæ † locus, cùm ad criminis rationem ſolum illud ſufficiat, quod inſignitum [p] ſibi tenuit. Seruum etiam in memoratis regionibus ſi quis receperit, ignorationis excuſatione ſublata, quadrupli pœna teneatur, operarum præterea compendiis [q], damniſque præſtitis. In libertis etiam, quos pari vſurpatione ſuſceperit, is modus ſit, quem circa liberos colonos [r] duximus retinendum.

m ¶ *Nõ tributario.* non tanquã tributarij: nam tunc poſſet recedere, cũ vellet. ACCVRS.

n ¶ *Abſceſſerint.* aliàs, *acceſſerint.* ACCVRS.

o ¶ *Incognitũ.* ſciebat [a] tamen alienum: ne ſit contrà, ĩ. *de ſer. fugit. l. quicumque in fi. & ſupr. de agrico. & cenſi. l. cùm ſatis § fi.* aliàs *addi. l. iniquum.* ¶ Adde quod not. *ſuprà tit. j. in fin.* ad quod eſt *ff de furt. l. falſus. § qui alienum. & argu. ff. nau. cau ſta. l. fin. §. ſeruorum. & vnde vi. l. cùm quærebatur.*

a Furti cõuincitur, qui rem non ſuã ſciens contrectaſſe conuincitur.

p ¶ *Quod incognitum.* id eſt, ſciens non eſſe ſuum.

q ¶ *Compendiis.* not. lucrum [b]. *ſic ff. de eo, quod cer. lo l. ij. & l. ij § fin. cum concor. ibidem poſitis.*

b Intereſſe lucri ceſſãtis iudex ex officio ſuo æſtimare debet.

r ¶ *Liberos colonos.* vt in prima parte huius l. In liberto autem priuati dic, *vt ſupr. de oper. liber. l. fina.*

ſ VT NEMO AD ſuum patrocinium ſuſpiciat [c] ruſticanos, vel vicos eorum.

c De ſuſceptis clientibus & affectis. vide hic Cuiac.

Quidã per potentiam pollicẽtur iuuare villam, vel caſtrum, vel ſingularem hominẽ ruſticanum in præiudicium publicæ functionis, & faciunt ſimulatas emptiones, vel alios contractus, quaſi bona ruſticorum ſint illius potentis. quæ omnia caſſat lex hæc.

s ¶ *SI quis.* Eſt de ſuſceptis: de quib. vide ſcripta ad fin. l. j. C. *de iure emphyt.* CVIAC.

t ¶ *Functionis* vel etiam priuati. *vt in Authen. de mandato princip. §. patrocinia. collat. iij. argu. ſuprà, ne lic. po. l. j. & de his, qui poten no. tit. præd. & manda l. per diuerſas & ſuprà, de ſeditio. l. j.*

† Ignorantia non excuſat à delicto. *l. omnes ſupr. de decurionibus.*

u ¶ *Auſi fuerint.* ſic *ſuprà, de eunu. l. ij. & ĩ. de ſacroſanct. Eccleſ. l. iubemus. §. his tabellionibus. item facit ſuprà, de exac. tri. l. fin.*

VT NEMO AD SVVM patrocinium ſuſcipiat ruſticanos, vel vicos eorum [s].

TITVLVS LIII.

1. *Impp.* LEO, & ANTHEM. AA. *Nicoſtr.* P.P.

SI quis * [s] poſt hanc noſtri numinis † ſanctionem, in fraudem, circumſcriptionémque publicæ functionis [t], ad patrocinium cuiuſcumque conditionis confugerit: id, quod huius rei gratia geritur ſub prætextu donationis, vel venditionis, ſeu conductionis, aut cuiuſlibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus, qui talia inſtrumenta conſcribere auſi ſunt, bonorum proſcriptione plectendis, qui tamen ſcientes auſi fuerint [u] huiuſmodi inſtrumenta conſcribere: vicis etiam, vel poſſeſſionibus ad patrocinia confugientium, publico vindicandis. Hæ autem perſonæ, quæ contra publicam vtilitatem in clientelam ſuam ſuſcepiſſe collatores detectæ fuerint: nobiliores quidem centum auri librarum condemnationem ſubire cogentur

* pars l. vlt ſuprà, de exactoribus tributorum.

† nominis.

cogentur: mediocris a verò fortunæ, facultatum ſuarum amiſſione plectentur: eadem pœna mulctandis etiam his, qui intercedentes miniſterium b ſuum huiuſmodi nefariis actibus improbamente præbuerint. Quam formam ex eo quidem tempore, quod ſacra conſtitutio à diuæ memoriȩ Martiano promulgata continet, id eſt, in Thracia quidem diœceſi abhinc annis triginta, hoc eſt, à conſulatu Ætii ſecundo, & Sigiſbuldi c: in Orientali verò, & Ægyptiaca, & Pontica, & Aſiana diœceſi, vigintiſex: hoc eſt, à conſulatu Cyri valere, atque executioni mandari præcipimus d. Dat. Kal. Septemb. Anthemio A. II. Conſule.

11 Imp. IVSTINIANVS A.

SI cuiuslibet tributarius iunxerit ſibi tributariam vxorem, vel econtrario, ſi cuiuslibet ancilla ſeruo ſe iunxerit alieno: tam tributarij, quàm ſerui filios, matrum ſequi conditionem, earumque more genitricum ſuarum dominis ſubditos eſſe cenſemus.

Deſideratur hic l.3. quæ Græca eſt. cõſtituit etenim ne quis vicarios, & agricolas in clientelam ſuſcipiat, redituum promiſſione facta Vide ſcripta ad l.1. Co. de iure emphyt. CVIAC.

* * *

NE RVSTICANI AD vllum obſequium deuocentur.

TITVLVS LIV.

1. *Impp.* DIOCLETIANVS, & MAXIMIANVS AA. & CC.

NE quis ex ruſticana plebe, quæ extra muros e * poſita capitationem ſuam detulit, & annonam cõgruam præſtat, ad vllũ aliud obſequium f g deuocetur: neque à rationali noſtro mularum fiſcalium, vel equorum miniſterium ſubire cogatur. Sine die, & conſule †.

11. *Impp.* VALENT. & VALENS AA. *ad Probum* P.P. *Illyrici* *.

q ¶ *Habuerint.* Contrà, *ff. de vſur. l. tutor.* §. *Lucius.* Sed dic: *vt ff. ſi cert pet. l. quidam.*

r ¶ *Ianuarium.* eſt dies hic circa medium Ianuarij.

s ¶ *Iduum.* genitiuus pluralis numeri, & ſubſtantiuum.

t ¶ *Securitatis.* quæ cõprehendat[a] inferentis nomen, diem, & conſulem, menſem, cauſam, & ſummam: *vt ſuprà, de apo pu. l.*j. & ſi fundus eſſet priuati hanc apocham debet emphyteutá dare domino *vt ſuprà, de iure emphyt. l.* ij.

u ¶ *Quo.* facit *ff.*[b] *de ſol. l. qui decem & l. ſi debitor. & ĩ. de ſuſcept. l.* j *& ff de actio & obliga. l. quod quis.*

x P *Er omnes*] *Ab ordinariis.* præſidibus: *vt ſuprà, de modo mul. l. eos.*

y ¶ *Dirigatur* ad ærarium: *vt ſuprà, de fru, vrb. Conſ. l. fin. & ſupr. de bo. quæ ex pu. coll. illata ſunt l. fin. & de bo, quæ ex pu. ra. l.* j *&* ij *& de exact. trib. l. in fiſcalibus.*

DE

† Cod. Th. 11. 18. 1.

a Apochæ, & ſecuritatis publicæ forma quæ eſſe debeat.

b Apochæ inſtrumentũ debitori ſoluenti creditor facere debet.

* Cod. Theod. 11. 19. 2.

† Munera qui ſubire cogũtur iuxta vires patrimonij.

† Obligati naturaliter eũ quidelinquat, & crimen admittat, hinc colligitur.

a DE FVNDIS REI PRIVATÆ, &c.

Id a eſt, fiſcalis, quæ propria, & principis dicuntur: vt ne quid in loco publ. l. ij. §. item hoc.

DE FVNDIS REI PRIVATÆ a, & ſaltibus diuinæ domus.

TITVLVS LXV.

Fiſco alienante rem non poteſt res auocari: ſed perpetuò penes ipſum, vel eius ſucceſſores, debet res permanere. BALD.

I. *Imp.* * CONSTANT. A.

VNiuerſi cognoſcant has poſſeſſiones, quas de fiſco noſtro comparauerunt, ſeu comparant, nullo à nobis iure retrahi b: ſed propria firmitate poſſeſſas, etiam ad poſteros ſuos dominij perpetui durabilitate dimitti.

II. *Impp.* VALENTINIA. & VALENS AA.

HI, quos commoditas priuatæ rei prædiorum, ad ea poſtulanda ſolicitat c, adeant tuæ dignationis d officium, & modum ſuæ deliberationis indicent per libellos: certúmque habeant, quòd vnaquæque villa e cum eo onere, vel forma, cui † nunc habetur obnoxia, ad noui domini iura migrabit: vt ſi quid adiecerit ſumptus cura, vel ſolertia: quicquid mancipiorum, vel pecoris accreuerit, capitationis, aut canonis augmenta non patiatur f *: ſed ſolis dominis, hæredibúſque dominorum ſit ceſſura fœlicitas. Si quis autem in annis ſingulis non ſoluerit debitum g ex re ipſius, quod in reliquis remanſiſſe claruerit, ſine † aliquibus dependere cogetur induciis. Sanè ſi quem poſtea minùs idoneum factum eſſe conſtet, nec ita, vt expedit, rationem reddere penſionis: res, quas ex noſtris rebus acceperat h, ad alium idoneum iure, quo ſancimus i, transferentur: nec tamen decoctoris a cuiuſque reliquis, qui nouus accedit, onerabitur k.

III. *Impp.* GRATIANVS, & VALENT. AA.

QVicumque poſſeſſionem rei priuatæ noſtræ acceptam ſuo nomine l, vel iure perpetuo m, vel titulo conductionis n ei crediderit eſſe tradendam, qui penſare vtilitatem patrimonij noſtri ſoluendo non valeat: is pro eo quem ſuccedaneum ſurrogauit †, perpetuæ ſolutioni ſtatuatur obnoxius o.

IIII. IDEM *ad Orebium.*

VNiuerſi p fundi templorum ad rationalium q rei priuatæ ſolicitudinem, curámque pertineant: atque ab his anniuerſariis ſolutionibus poſtulatis r, peculiari s (vt ſemper fuit) ſtudio defendantur.

V. IDEM *ad Nebridium.*

VSus aquæ, quæ fundorum noſtrorũ vtilitatibus ſeruiebat, plurimorum dicitur vſurpatione ſublatus: idque procuratorum conniuentia, vel diſſimulatione perfectum t vt agrorum fertilitas deſtituta, nullos fructus cultoribus præſtet. Quia igitur ſatis iniuſtum eſt ſtatum florentis antè patrimonij aridæ ſitis moleſtia fatigari: ad meatus priſtinos u vniuerſum aquæ motum, temporis præſcriptione ſubmota, præcipimus reuocari.

VI. *Imp.* ARCADIVS.

EVm, qui collegio, vel curiæ, vel burgis †, cæteriſque corporibus per xxx. † ann. ſine interpellatione ſeruierit: res dominica, vel intentio priuata x non inquietabit, ſi colonatus, vel inquilinatus quæſtionem mouere * tentauerit: ſed in curia, vel in corpore, in quo ſeruierit, remaneat.

VII *Impp.* THEODOSIVS, & VALENTINIANVS AA. *ad Eudoxium* CR. P. †

NEmo dempto canone y ad comparationem dominicæ z poſſeſſionis accedat. Quòd ſi quis in poſterum ad interdictum contractum acceſſerit, cũ volumus pretia a perdere perpetuò: nec expenſarum, vel melioratæ rei fructuum b exactioni compenſationem opponere: nec temporis ſibimet contra noſtra commoda præſcriptione (excepto vetuſtatis c auxilio) blandiri: palatinum etiam officium, ſi quoquo modo contractus eiuſmodi fuerit celebratus d, vel ſi talem petitionem inſtruxerit, quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre priuato noſtræ manſuetudinis ærario: nulla liberalitate

b VNiuerſi.] Retrahi. niſi b alius adiiciat pretio: vt ſuprà, de vend. re. ciui. l. fin. & facit ad l. iſtam. infrà, de diuer. præ. l. iiij. & ſ. de fun. pa. l. hi. & de debi. ci. l. ſi in fi. & ſ. ne fiſc. rem, quam ven. enim. l. j. & de quadr. præſ. l. pen. & fi.

c HI, quos.] Solicitat. quia videtur eis expedire habere in emphyteuſim prædia principis.

d ¶ *Tuæ dignationis.* alias, *dicationis.* & præſidi loquitur.

e ¶ *Villa.* eſt in emphyteuſim danda, ſic dicta ſecundùm M. à continuatione limitis.

f ¶ *Non patiatur.* ſic ſuprà, de prædi. na. l. ij. & de aſſu. l. fi.

g ¶ *Debitum.* ſcilicet penſionis.

h ¶ *Acceperat.* id eſt, prædictam emphyteuſim.

i ¶ *Sancimus.* hac l. ſcilicet ſine deminutione veteris mercedis.

k ¶ *Nec tamen decoctoris.* Hoc ideo: quia fiſcus vendet. Nam ſi priuatus vẽdat, emptor agnoſcere cogitur reliqua l. 3 ſine cẽſ. vel reliq. Sed opp. l. prædia ff. de iur. fiſci. Vide not. ibi, & ſcripta ad d. titul. ſine cenſu vel reliq. CVIAC.

k ¶ *Oneraletur.* i. non grauabitur nouus emphyteuta, reliquis non ſolutis à primo, qui fuit decoctor, id eſt, deminutor penſionis. decoctio d enim deminuit. & facit ſuprà, de cenſi. l. fin. in princ. cum ſi. ¶ Sed contrà, ff. de pub. l. Imperatores. Solu. ibi in conductione vectigalis: hîc in alia. Vel illa ſecundùm hanc intelligitur. 3. Vel ibi conceditur ab eo, qui conduxit: hîc ab eo, qui auferendi, & dandi poteſtatem habebat. 4. Vel hîc auctoritate principis: ibi verò non. & facit ſ. de fun. pa. l. fundis. & l. hi. ACCVRS.

l QVicumque.] Suo nomine. poſſidendam, ſibique habendam.

m ¶ *Perpetuo.* id eſt, emphyteutico e.

n ¶ *Conductionis.* ſcilicet temporalis.

o ¶ *Obnoxius.* ſic ſuprà, de præd. naui. l. fin. & in Auth. de man. prin. § non permittat. coll. iij. & ff. de pac. l. inter.

p VNiuerſi. quidam habent hîc rubricam ſuperiorem. ACCVRSIVS.

q ¶ *Rationalium.* id a eſt, procuratorum Cæſaris b: vt ſuprà, de modo mulct. l. ij.

r ¶ *Poſtulatis.* vel dicit de his, quæ debentur ex prædiis templorum princip, vel fiſco. ad quod in Auth. de eccl. tit. § ad hæc. coll. ix. vel quæ penſio debetur templo.

s ¶ *Peculiari.* id eſt, præcipuo, & c facit xj. q. j. c. ſi tributa. ACCVRS.

t VSus.] Perfectum. repete dicitur: vt &c. conſecutiuè: ſic & ſuprà, de boſe. l. ſi manumiſſori.

u ¶ *Priſtinos.* facit d ſuprà, de ſerui. & aqua. l. ſi manifeſtè. & l. præſc. & de aquæduc. l. diligenter.

x EVm, qui.] Priuata. quia ſit priuati colonus. & facit. ſupr. de agr. & cenſi. l. cum ſatis §. j. & de dec. l. cum.

¶ Sed contrà, ſuprà, de agri. & cenſit. l. cum ſcimus § illud. Sol. ibi per agnatos ſeruiunt. Item contrà, ſuprà, ne rei do. vel templo. l. j. Sed ibi de longo tempore. Vel hîc ſpeciale.

y NEmo dempto canone. id eſt, hoc pacto, vt non teneatur emptor ſoluere canonem. ¶ Et not. quòd hîc tangit vltimam partem rubricæ, ſecundùm M.

z ¶ *Dominicæ.* & imperatoris, ex e qua ipſe imperator ſoluebat alij canonẽ. vel penſionem: vt ſupr. de fun. pa. l. fundis. & ſui officiales vendunt dicto pacto. & excipe poſſeſſiones poſitas per Orientem, &c. quæ nec ſaluo, nec dempto canone poſſunt alienari: vt ſuprà, de fun. patri. l. penult.

a ¶ *Pretia.* niſi f fuerit ſtipulatus. vt ſuprà, com. mu. de leg. l. fi. § fi. Item contrà ſuprà, non li. habe. l. j. & fin. in fi. Solu. vt ibi. ACCVRS.

b ¶ *Fructuum.* ſi g habes, *fructuum*, planum eſt: quia procurator Cæſaris rem cum fructibus vindicat: vt ſuprà, de ſi in ſin. & in ha. ſi l. j. Si habe. *fructum*, dic, id eſt, melioratio rei non inducet compenſationem exactioni ſcilicet fundi. & impropriè h dicitur compenſatio, ſcilicet canonis. & ſic ſtabitur i contractui volente k decepto: vt ſupr. de tranſac. Item contrà, infrà, de di. præ. l. pen. in princip. Solu. vt ibi.

c ¶ *Vetuſtatis.* l ſcilicet xl. ann. opponenda tam petitioni rei, quàm canonis: quia hîc nõ agitur de canone tributorum, ſed de canone fundorũ rei priuatæ principis. & ſic non ob. ſupr. de præſcript. xxx anno. l. competit.

d ¶ *Celebratus.* per id officium.

a Priuata res pro fiſcali.

b Venditæ res à fiſco reuocari non poſſunt, niſi alius adiiciat pretio vt hîc.

* Imp. Conſtantini edictũ ad Conſtantinopolitanos ita ſcriptum reperi in vno manuſcript. CON.

† Cenſuali re aucta culturæ diligentia, cẽſus augeri nõ debet. l. 2. ſupr. de paſc. publ. l. vlt. ſup. de alluuionibus.

c Emphyteuta nouus, ſeu ſub emphyteuta tenetur ad præſtationem reliquorũ non ſolutorum à primo emphyteuta, qui decoctor fuit.

d Decoctor.

* Secus eſſet ſi cũ Dei proviſione: vt in cap. quamuis ſancta Gl. ſi extra. de conſi. vbi de hoc.

† Dilatio ſoluendi non datur debitori fiſcali. adde l. 2. ſupr. de exact. l. ſacrilegij. ff. ad leg. Iul. peculat. Nouell. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. § oportet. l. penult. ſup. de commercend. fiſci debet.

e vel dominij, l. penult. ſupra, de excuſat. muneruum.

a Rationales qui

b Imò fiſci, inquit Alc. hîc.

c Eccleſiaſtica in cauſa principem recta adiri poſſe hanc colligitur.

t Eligens malè pro eo tenetur, quem malè elegit.

d Præſcriptio non obiicitur aduerſus aquæductus publicos, publicis irrigationibus deſtinatos.

e Dominica res quæ dicatur.

† Vnde Burgarij de quibus v. Cuiac. hic.

† v. quæ ſcripſi ſup. ad l. ſi quo decurio. §§ ſupr. de decurionib.

f Exceptio facta contra interdictum, nõ valet: ſed & emptor pretium amittit: niſi pretium à venditore fuerit ſtipulatus: vt hic.

* aliàs, opponere.

† Noue. Theo. ti. 26. de reſcindendo vend. tradenda rei dominicæ.

g Cõpenſatio fructuũ quandoque non fit cũ ſumptibus factis circa rẽ: ſecus ſi facti ſint circa ipſos fructus.

h Cõpenſatio impropria

i Contractui ſtatur volente eo, qui deceptus eſt.

k Volenti non fit iniuria.

l Vetuſtas, & inueteratum pro ſpatio 40. annorum. adde Menochiũ, 2. de arb. iud. § 3.

Quæ eſt Anaſtaſij. Ex l. vlt. ſup. de fund. patrimo. Hoc dabit Iuſtin. Vetuſtatẽ interpretatur Cuiacius 40. annos.

2 ¶ *Voluntas.*

a Adſcripta aduerſùs vtilitatem publicam nullius ſunt momẽti.

a ¶ *Valitura.* facit a *ſuprà, de prec. imp. offe. l. nec damnoſa & ſi contra iue. vel vtil. publ. l. fin & de cano frumen. vr. Ro l. ij. & j tit. j l ij.* Item facit *ſuprà, ne rei do. vel tem. l. ij. & infrà, de prædis tamia. l. ij. & ſuprà, de fun pa l fin.*

DE FVNDIS ET ſaltibus rei dominicæ.

b Grex quot animalibus cõſtet.

* *tamiacæ* ; in meo manuſcri pto eſt, *Dominicæ.*

b SI *quis.*] *Grege.* quot b animalia gregem faciant, not. *ff. de abigeis. l. oues.*

c ¶ *Alienus.* id eſt, extraneus.

d ¶ *Vindicentur.* Scilicet greges.

e Cõſentit, qui conniuet.

e ¶ *Conniuentia.* id c eſt, conſenſus.

f ¶ *Eos.* procuratores. & facit *ſuprà, de paſ. pub. l ij.*

g SI *qua.*] *Occupauerit.* alio emphyteuta tenente. ACCVRSIVS.

h ¶ *Iura.* id eſt, ad primum emphyteutam, & conſuetum cenſum. ACCVRS.

i ¶ *Longi temporis.* ſcilicet xl. ann. præſcriptio noceret ; quia hîc non agitur de canone d rei dominicæ, qui tollitur præſcriptione: *vt ſupr. tit. j. l fin.* canon enim tributorum e nulla tollitur præſcriptione, niſi in caſu: *vt ſuprà, de præſcriptio. xxx. ann. l. temporis. & de fun. pa. l. fin. §. fin.* M.

d Canon, rei dominicę præſcribitur.

e Tributorum canon interdũ præſcribitur.

k ¶ *Præiudiciis.* id eſt, noui non præiudicent veteribus.

* *al.* domorũ. C.Th.10.1.1c. Hæc lex iiſ ſemel fuit poſita ſuo tit. *ne rei dominicæ, vel templorum.*

l ¶ *Profeſſio.* Argumen. contra eos, qui occupauerunt terras comitis Hugonis & impetrauerunt reſcripta f per obreptionem g.

f Reſcripta obreptitia non valent.

g Obreptitia reſcripta videtur præſumi, in quibus res alienæ poſtulanti addicuntur inſcio domino.

m ¶ *Priuilegium.* maioris cenſus. & facit ſ. *ne rei do. vel temp. l fin & ſuprà, tit j. l. iij & l. fin. & l. vſus. & ſuprà, de aquædu. l. diligenter.* & dic priuilegium abolere potuerunt.

DE AGRICOLIS, & mancipiis, &c.

h Fiſcalis, & priuatæ rei Imperatoris ſimilitudo.

n NVllus.] *Priuatæ.* quæ h eadem eſt, quæ & fiſcalis. M. argu. *ſuprà, de offic. co. re. priua. l. j. & ſuprà, de fun rei. priua. no. in rub. & ff. ne quid in lo. publ. l ij. §. hoc interdictum.* Item idem de colono priuati: *vt ſuprà, de agricol. & cenſ. l. originarios.* facit *ſuprà, de man. & col. l fin.*

o ¶ *Florentibus.* innuit quòd ſi alicubi ſit copia, ad hos deſcendendum eſt. Item videtur de minoribus xxv. annis: *vt ſuprà, qui ata. l. ij.*

noſtræ clementiæ, nulla ſanctione contra tanta rei priuatæ commoda valitura a, licèt annotatio, vel diuina pragmatica ſit, quæ contra vetita canonem vendere concedat, vel pœnam palatino remittat officio. Data XIII. Kalend. Iun. CP. Anatolio V.C. Coss.

DE FVNDIS, ET SALTIBUS rei dominicæ *.

TITVLVS LXVI.

Res dominica, & res priuata idem eſt, vt conſtat ex l. penult. & vlt. tit præcedentis. l. 9. ſ. de iure fiſ. huius tit. l. 2. *proprietatem vocat & dominiũ. Debuit igitur ſuperior titulus ita concipi :* De fundis, & ſaltibus rei dominicæ, *vel,* De fundis & ſaltibus rei priuatæ : *& hic non interponi.* CVIAC.

Immittens animalia in paſcua principis, animalia perdit : procuratórque fiſci, qui in hoc conſentit, grauiſſimè punitur. ANG.

I. *Imppp.* VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA.

SI quis ouium, vel equarum greges b in ſaltus rei dominicæ alienus c immiſerit : fiſco illicò vindicentur. d Quod ſi vænalis procuratorum conniuentia e, vt id deinceps tentetur, admiſerit: eos f grauiſſimo iubemus ſupplicio ſubiacere.

II. *Impp.* ARCADIVS, & HONORIVS AA. *ad Paulum Comitem dominicæ rei* *.

SI qua loca ad ſacrum dominium pertinentia, cuiuslibet temeritas occupauerit g, ſecundùm veteris cenſus fidem in ſua iura h retrahuntur: reſcriptis per obreptionem impetratis, & præſcriptione longi temporis i, & noui cenſus præiudiciis k, in hac cauſa ſubmouẽdis. Neque enim aut precatio colorata, aut incubatio diuturna, aut nouella profeſſio l, proprietatis noſtræ priuilegium m abolere potuerunt.

DE AGRICOLIS, ET MANcipiis dominicis, vel fiſcalibus rei publicæ, vel priuatæ.

TITVLVS LXVII.

Vt ſuprà, poſt tit. de fund patr. *datus eſt titulus* de colonis patrimonialibus: *ita nunc poſt titulum* de fundis rei priuatæ, *datur titulus* de colonis rei priuatæ, *qui & dominici dicuntur, & fiſcales.* CVIAC.

I. *Imp.* CONSTANTIN. A.

NVllus omnino originalis colonus rei priuatæ n noſtræ ad aliquos honores, vel quælibet alia ciuitatis munera deuocetur. Non enim ciuitatum ordinibus, & cæteris, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus o ad hæc ſuprema præſidia iniurioſa nominatione p deſcendendum eſt.

II. IDEM A. *Ianuario* P.P.

COlonos noſtros, qui priuati q ſunt, vel ad ratiocinia gerenda r, vel ad colendos agros idonei, retrahi ſ iubemus, ac tantùm colendis t noſtris rebus addicti: quin etiam in poſterum obſeruari u, ne quis eorum rem priuatam cuiuſquam gerendam, aut aliquid adminiſtrandum ſuſcipiat.

III. IDEM A. *ad Equitium magiſtrum equitum, & peditum.*

SErui, atque coloni, & eorum filij, vel nepotes, vel quicumque de fundis, ac poſſeſſionibus noſtris clanculo ad officia conuolauerint diuerſa; reddantur, etiam ſi armatæ habuerint ſacramenta militiæ x. Nos enim etiam eos diſcingi y iubemus, ac reddi, qui protectorum fuerint nomen adepti.

IIII. *Imppp.* † GRATIA. VALENTI. & THEOD. AAA. *ad Florum.*

EX ingenuo, & colonis, ancilliſque noſtris natos, natáſve, origini, ex qua matres eorum ſunt, facies deputari z.

V. *Imppp.* VALENTINIAN. THEOD. & ARCAD. AAA.

DOminicos colonos, neque ad deſcriptionem a patimur deuocari, neque extraordinarias b pati functiones : maximè cùm aduersùs conſuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

VI. *Impp.* THEODOSIVS, & VALENTINIANVS AA.

QVotiens alicui colonorũ c agrum priuati patrimonij noſtri placuerit venundari, non vnus tantùm, qui fortè conſortibus ſuis grauis, ac moleſtus exiſtat : ſed alij quoque duo, vel plures ex ſimili origine d, ac iure venientes, in ſupradicta emptione ſocientur.

DE PRÆDIIS TAMIAcis c †, & de his, qui ex colonis dominicis, aliiſque liberæ conditionis procreantur.

TITVLVS LXVIII.

Natus ex vno parente tamiaco, & altero libero, tamiacus eſt: natus autem ex adſcripitio, vel ex ſeruo alieno, & ancilla dominica,

& de decu. l. eos, qui. & de mu & ho. l. vt gradatim §. j. & §. iij. & l. honor. § fin ACCVRS.

p ¶ *Nominatione.* aliàs, *nominatione* : & aliàs, *denominatione* : aliàs, *terminatione.*

q COlono.] *Priuati.* ſcilicet patrimonij noſtri.

r ¶ *Gerenda.* intra domum.

ſ ¶ *Retrahi.* ſi ad aliorum vſum iuerunt.

t ¶ *Colendis.* id eſt, adminiſtrandis in agro, vel alibi.

u ¶ *Obſeruari.* iubemus, repete. & facit ſ. *de man. & colonis. l fi.*

x SErui.] *Militiæ.* niſi peractis ſtipendiis meruerunt otia veteranorum : *vt ſuprà, de man. & col l. fin.*

y ¶ *Diſcingi.* not. *diſcingi*: nam cingitur a cùm ſit miles: *vt ff. de mi. teſt. l. po.* & facit *ſuprà, ne rei do. vel temp. l. j. & iij. & de ſer. fug. l. fi. & de colo. fug. l. j. & iij. & de ecl. fund. patr. l. j. & ij.*

a Milites cingi ſolent.

z EX *ingenuo.*] *Deputari.* excepto eo, quod dicitur de colono, qui iungitur tamiacæ: *vt infrà, tit. j. l. j.* M. & facit *ſuprà, de dec. l. nati. & de agr. & cen. l. mulier. & l. ne diutius. & l. fi. & ſuprà, de muril. l. hi. qui.*

† *al.* Idem A. ad Florentiũ.

a DOminicos.] *Deſcriptionem.* ſpecies illationis: *vt ſup. de impo. lu. deſcr. l. ij.*

b ¶ *Extraordinaria. vt ſ. de col fund pat l. j. & j. de priu. do. Aug. l. j.*

c QVotiens.] *Colonorum* noſtrorum.

d ¶ *Origine.* non b admittitur quilibet ad emendum : *ſic ſuprà, non lice. hab me. l. j. & in An. de colla § ſi verò* Sed ar. *contrà, ſupr. de contrah. empt l. dudum.*

b Emptio paſſim nõ omnibus eſt permiſſa.

c DE PRÆDIIS tamiacis, &c.

Quidam dicunt debere ſcribi, de prædiis dominicis, *non* tamiacis c, *in hac rubrica: & hoc ex eo probatur, quod ſubiicit,* & de his, qui, &c. ergo in l. j. *dicatur,* dominico, *vel* dominicæ: *non* tamiaco, *vel* tamiacæ: & in vlt. fundos dominici iuris, *non* tamiaci, *ſo P. quod nihil eſt. 2. Vel dic ſo. Io.* tamiacis, *ſcilicet prædiis, in quibus ſunt cellulæ.* d *Vnde tamiacus, id eſt, cellarius: aliàs cellularius. tamieion enim Græcè, Latinè dicitur cellarium. Vel aliter prædia empta erant, vt canonem redderent inter cellulas, ſec. Io., & eorum coloni dicuntur tamiaci, id eſt, eſt, dominici coloni : quia dicta prædia erant Imperatoris.*

c Tamiaca prædia.

d *v. hic Cuiac.*

† de tamiacis prædiis pulchrè Al. hic, & P. ſuprà, ad ti. de fun. rei priua.

a ¶ Si

[a] ¶ *SI liber.* aliud in ſeruo, vel adſcriptitio, *vt* ĩ. *in l. fin.* ACCVRS.

[b] ¶ *Dominico.* per hoc probatur non debere ſcribi *tamicum*, ſecundùm P. ¶ Et not. prout accidit colono, eſt ſpeciale: *vt* ĩ *de ſer. fug. l. fi.* ACCVRSIVS.

† Pro incluſis, meus liber habet *prapoſito ſacri.* forte deeſt verbũ, *patrimonij.* CVIAC. a Tamiaci ſequũtur patris conditionem.

[c] ¶ *Sancimus.* vt ſequatur [a] matris conditionem: *vt* ĩ *& ſupr titu.* | *l. ex ingenio. cum ſuis concor.* quod in caſu primo huius legis non contingit. Item eſt arg. cõtrà, *ſuprà, de ſeru. fug. l. fin.* Sol. ibi in liberis. ACCVRSIVS.

* *tamiacam,* & ſic deinceps.

[d] ¶ *MEminimus.*] *Iuſſiſſe.* quod habemus.

[e] ¶ *Tamiaci.* expone: vt in rubric.

[f] ¶ *Gomatici,* i. [b] ſaltus laboribus ad fertilitatem deducti, gomos enim Græcè, Latinè labor. Alij habent, *canonici,* i. præſtantis ordinarium canonem, canõ enim Græcè, Latinè ordo. inde canonici: quia ex ordine nominatiorum ibi ſunt poſiti, ſecundùm M.

b Cuiacius legit, *Cimatici,* alij autem nomen ſaltus cuiuſdam dominici.

[g] ¶ *Canone.* de hoc canone fit mentio *ſup. de colla. do. & ſupr. de ſacroſanct. eccle. l. placet.*

* *Gumathetici,* ſeu *agonothetici* mallet Alciat. hic. Pyr *gomatici.* Videtur aſſerere ſuprà, ad ti. *de fun. rei priu.* vide Cuiac. hic.

[h] ¶ *Diſtrahi* ſibi ſubaudi. hoc fallit in his patrimonialibus qui per Orientem ſunt: *vt ſupr. de fund. pa. l. pe.* & facit *infr. tit.* j *l. j. & l. vos. & l. ſi quis & infrà, titu.* ij *l. fin. & ſuprà de fun. rei priua. l. j. & l. fin.* ACCVRSIVS.

† Abundans cautio non nocet.

DE DIVERSIS prædiis, &c.

[i] ¶ *PRo ædibus*] *Cogãtur.* ſi hoc publicè expediat: aliàs [c] vindicentur in publicũ per præſidem: *vt ff de op. pu. l. ſi legatum § ſi* & facit *ff ne quid in loco pub. l.* ĩ *§ ſi quis neminem*

c Ædificato priuato in publico licet, ſi id expediat publico: idque ſub, & cum onere præſtãdi cenſus: quod ſi non expediat, ædificium publico committitur.

[k] ¶ *PAmphiliæ* aliàs, *Pamphyla* & eſt nomen prouinciæ. aliàs, incipit, *Etiam ciuitates.*

[l] ¶ *Aliæ.* ſ. ciuitates. a. Vel dic, *aliæ* ſcilicet villæ, vel perſonæ. ACCV.

[m] ¶ *Acquirant.* iuſtè [d] tamen. & facit *ſuprà, de hære inſti. l. hæreditas. & de leg.* j *l. ciuitatibus. & ſuprà de fun. rei priua. l.* j. *& ff. ad Trebel. l. omnibus.*

d Ciuitates proprium quiddã habere poſſunt: ſed & ſibi acquirere non modo contractu inter viuos, ſed & ex teſtamento.

[n] ¶ *REſtaurationi mœnium.* ciuitatum, vel caſtellorum: quod fieri debet conſulto [e] principe: *vt ff. de re. dini. l. antepe. §. muros*

e Murorũ reſtauratio fieri non debet inconſulto Principe.

[a] ¶ *Tertiam portionem eius canonis.* Cæteræ partes fiſco vindicantur *l. vlt. ſup. de vectig. & commiſſ.* CVIAC.

vel adſcriptitia, vel ex ſerua priuati, & ex colono, vel ſeruo dominico, ſemper ſequitur conditionem parentis liberi. BART.

I. *Imp. Zeno A.* [*Chriſeroti* †. P.P.]

SI liber [a] colonus, vel colona libera tamiaco, vel tamiacæ matrimonij iure copuletur: filij, vel filiæ ex huiuſmodi contubernio procreati, vel procreatæ, colonis dominicis annectentur: ſi autem adſcriptitius, vel ſeruus alienus colonã, vel ancillam dominicam * ducat in vxorem, vel adſcriptitia, vel ancilla colono, vel ſeruo nubat dominico [b], & ex huiuſmodi coniunctionibus nati ſunt liberi: veterum legum ius tenere ſancimus [c].

II. IDEM *Sebaſtiano* P.P.

MEminimus pragmaticam ſanctionem iuſſiſſe [d] fundos tamiaci [e] iuris in prouinciis poſitos, necnon etiam poſſeſſiones Gomatici [f]* ſaltus ſub certa forma (ſaluo ſcilicet canone [g], & tributariis collationibus) hiſdem prædiis impoſitis, volentibus diſtrahi [h], quatenus quicquid ex pretiis memoratorum fundorum poſſit reſtitui, publico inferatur. Sed licèt per eandem ſanctionem huiuſmodi venditionum contractibus pleniſſima delata ſit cautio, attamen † perpetuæ emptionis ſecuritati conſulentes huius etiam perpetuæ conſtitutionis auctoritate muniri eoſdem emptores præcipimus.

DE DIVERSIS PRÆDIIS vrbanis & ruſticis templorum, & ciuitatum, & omni reditu ciuili.

TITVLVS LXIX.

Ædificans in ſolo publico debet ſoluere debitam penſionem pro ædificio, ſi expediat reipubl. aliàs ipſum ſolum cum ædificio vindicantur. BART.

I. *Imp.* IVLIANVS *A. Attico.*

PRo ædibus, quas nonnulli in ſolo rei. extruxerunt: placitam præſtare penſionem cogantur [i].

II. IDEM *A. Secundo* P.P.

PAmphyliæ [k] etiam ciuitates, & quæcunque aliæ [l], quicquid ſibi acquirant [m], id firmiter habeant.

Tertia pars canonis, qui redigitur ex fundis, vel locis reipubl. ſufficit ad reſtaurationem murorum. BARTOL.

III. *Impp.* ARCADIVS, *&* HONOR. AA.*

REſtaurationi mœnium [n] publicorum tertiam portionem eius canonis [a] [o], qui ex locis, fundiſve reipublicæ annua præſtatione confertur, certum eſt ſatis poſſe ſufficere.

Emptor rei, vel tẽplorum ipſum perpetuò poſſidebit: nec ab eo poteſt auelli, licèt alius offerat meliorem conditionem. BART.

IV. IIDEM AA.

EOs, qui auctione [p] prima fundorũ iuris patrimonialis, ſiue templorũ poſſeſſores effecti ſunt, vel fuerint, firmum [q] dominiũ tenere decernimus, ne vlteriùs vacillet vniuſcuiuſque poſſeſſio; ſed teneat quiſque ius proprium, quod dato pretio roboratum eſt, vel fuerit.

Emptio rei emphyteuticæ fiſcalis facta à priuato, vel etiã à ciuitate ſub pacto teneatur ad canonem, tenet: ſed pactum eſt irritum. BAR.

V. *Imp.* VALENTINIA. A.

SI qui † ex titulo donationis vel emptionis, ſiue ex alio quolibet titulo poſſeſſiones, vel domus, vel ergaſteria [r] iuris dũtaxat ciuilis, quæ huius iuris eſſe verè probantur, cuiuſlibet ciuitatis, & præcipuè huius [s] æternæ vrbis, cui maiorem debemus fauorem, tam ciuilis [t] (vt dictum eſt) iuris, quàm etiam agonotheticas [u] poſſeſſiones [β], à conſulatu Auſonij & Olybrij, dempto ciuili canone acceperunt: eos impoſitum eis [x] canonem iuxta fidem publicorum monumentorum ciuitatis, ad quam eædem res pertinuerint, præbere iubemus. Nam ſi priuati iuris debita [y] non patimur denegari, multò magis præbenda ſunt ciuitatibus, quæ iure debẽtur: cùm ſufficiat poſſeſſoribus, quòd apud eos dominiũ in perpetuum [z] ex noſtra liberalitate permaneat. Si quæ tamen poſſeſſiones iuris ciuilis canonem priuatis largitionibus [a] in præſenti præbent, vel numquam ademptum [b], vel poſtea impoſitum [c]: ad hanc iuſſionem non pertinebunt ſed priuato ærario canonem, quem nunc agnoſcunt, inferre ex more debebunt, dominio firmiter apud eos, ſucceſſoréſque eorum, & detentatores pari modo permanente.

VI. *Imp.* ZENO A.

HAc in perpetuũ [d] valitura lege ſancimus, Nicẽſium [e]

[o] ¶ *Canonis.* id [a] eſt, annui tributi fiſco præſtandi: *vt ſuprà, de ope. pu. l. ne ſplendidiſſima. & de vecti. l. fi. & in Authentic. de coll. § iubemus nullam colla. ix.*

* Co. Th. 15. t. 33. a Canoni, pro annuo tributo, quod fiſco præſtandũ eſt.

[p] ¶ *EOs, qui auctione.* [b] i. acceptione per emptionem: *vt infrà, in fi.* & ſic pro actu: nõ pro iure ponitur nomẽ *auctionis: ſic in Auth. hoc ius porrectum. ſuprà, de ſacroſanct. eccl.*

b Auctio publica in emptionib. quid.

[q] ¶ *Firmum* [c]. quia nõ eſt locus adiectioni in patrimonialibus, ſeu templorum poſſeſſionibus: ſed ſolũ in cauſis fiſcalibus: *vt infrà, de ven. re ci. l. ij.* Vel poteſt dici, vt patrimonialibus ſit locus adiectioni: ſed non niſi ſemel: & hoc colligitur in eo, quod dicit, *prima auctione*: ad quod facit *ſuprà de fun. rei priua. l. j.* ACCVRSIVS.

c Quod Gloſſ. hic dic. ſ. quòd non eſt locus actioni in venditione rerum tẽplorum: eſt correctum per authentic. *hoc ius porrectum, ſup. de ſacroſan. eccle.* ſecũdum lo. de Pla. hic.

[r] ¶ *SI qui.*] *Ergaſteria.* acceperunt. quod eſt infrà, ſcilicet ab alio priuato.

[s] ¶ *Huius.* ſcilicet Conſtantinopolis.

[t] ¶ *Ciuilis.* ex qua reditus præſtari debet.

[u] ¶ *Agonotheticas.* expone [d] vt *ſuprà, de fun. rei priuata l. fin.*

[β] ¶ *Agonotheticas poſſeſſiones.* id eſt, ex quarum reditu certamina quædam celebrantur. Dicitur rectè *κτήματα ἀγωνοθετικὰ* in *l. Titia. §. 2. ff. de leg.* 2. Vide notata ad eam, & ſcripta *ad l. j. ff. de reb. dub.* CVIAC.

† Sumpta eſt ex Noue. Martiani de prædiis ciuitatum omnium, quæ hodie extat in breuiario Alarici. d Agonotheticæ poſſeſſiones.

[x] ¶ *Eis.* poſſeſſoribus.

[y] ¶ *Debita,* id eſt, quod debetur priuato.

[z] ¶ *Dominium in perpetuum.* contrà, *ſuprà, de fun. rei priua. l. finali.* vbi aufertur poſſeſſio. Sed [e] ibi in prædio Cæſaris: hîc ciuitatis.

e Prædiorum Cæſaris, & ciuitatis differentia.

[a] ¶ *Largitionibus* id eſt, cameræ principis.

[b] ¶ *Ademptum* Canonem dico nunquam ademptum per [f] pactum ab emptore: quia [g] non poſſet: *vt* ĩ. *de fund. rei priua. l. fin.*

f Canon emptori per pactum adimi non poteſt. g Onus rem comitatur.

[c] ¶ *Impoſitum.* poſtquam nouus poſſeſſor accepit. facit *infr. de loca. præd. ci l. ſi. & de fun. rei priua. l. j.*

[d] *HAc in perpetuum.* Martianus conceſſit ciuitati Nicenſium, & quibuſdam nobilibus de territorio Apamænæ ciuitatis, vt de reditu, ſeu canone, quẽ ſoluere debebant, dicta ciuitas exigeret ſibi certam ſummam: quod priuilegiũ à certo tempore malè obſeruatum eis reparat Zeno per legem iſtam.

[e] ¶ *Nicenſium.* ciuitas [h] eſt in prouincia Syriæ: ſecundùm P.

h v. Cuiac. hic

a ¶ *Earum.*

* De Nicea intellige, metropoli videlicet Bithyniæ, ſub qua fuit Apamæa.

* abeſt, quadringẽtorum.

* fortè, Equtio, vel Embuto. Cviac. lib.

a ¶ *Eorum.* fortè nepote.

a ¶ *Apamæna ciuitatis.* Apamæa Bithyniæ colonia fuit: de qua *in l. 1. ff de cenſib.* Fuit & Apamea Syriæ: de qua *in l. 2. ſuprà de paſcuis public.* Cviac.

b ¶ *Tertia indictione.* ex quo tempore non fuerit eis obſeruatum.

c ¶ *Cum ipſa.* ſ. Apamæna ciuitate, quæ erat ſubdita Nicen. 2. Vel dic, *cum ipſa exactione.*

d ¶ *Quàm* hoc reſpicit ſuperiùs. Accvrs.

e ¶ *Ciuitatis.* Nicenſ. Accvrsivs.

f ¶ *Ciuitatibus.* prædictis duabus, quibus & alia priuilegia data fuerãt à Martiano. ¶ Et eſt hæc l. arg. pro [a] priuilegiis renouandis: *vt in Auth. de here. & Fal.* § j.

a Priuilegia vetera renouari debent.

DE LOCATIONE prædiorum ciuilium, vel fiſcalium, &c.

g ¶ *Ciuilium.* ſcilicet cuiuſlibet ciuitatis. vt ſupr. tit j. l. j. Accvrsivs.

h ¶ *Fiſcalium. hæc non debent locari minoribus. Itẽ conductor nihil debet exinde exportare:* vt ff. de iur. fiſc. l. in fraudem. §. ſin & §. pe. Accvrs.

i ¶ *Templorum. ex hoc titu & eius legibus videtur poſſe colligi, quod [b] ſicut prædia reipublicæ, ſeu dominicæ poſſunt locari in perpetuum, id eſt [c], dari in emphyteuſim: ſic tẽplorũ. quod noua conſtitutione prohibitum eſt:* vt in Authenti. de ali. & emphyt. §. locationes. collat. ix. *vbi non vltra xxx ann. & in aliis venerabilibus domibus. 2. Sed dic quòd poteſt etiam in perpetuũ.* vt not. in Authent. de non alie. §. necnon illud. coll. ij.

b Locari in perpetuũ poſſe prædia reipublicæ, & templorum.

c Emphyteuſis nihil aliud, quàm locatio in perpetuum.

k ¶ *Diui] Perpetuariis* ſcil. colonis [d].

d Perpetuarij, pro colonis perpetuis, ſeu emphyteutis.

l ¶ *Officiorum.* id eſt, officiorum colonorum, &c. Accvr.

m ¶ *Si apparitione.* id eſt, iudice cum ſuis apparitoribus: qui & diſcuſſor dicitur.

n ¶ *Fideiuſſione.* ſi tamẽ habent [e] ſufficiẽtia prædia: *vt ſuprà, de omni agro deſer. l. quicunque. & de fun. pat. l. quicunque.* Accvrs.

e *Videtur legendum, non habentibus ſenſu:* Locari prædia ciuilia nõ poſſe, niſi prædia idonea poſſidentibus, aut eorum loco, idoneos fideiuſſores habẽtibus.

o ¶ *Seruetur.* facit ff. *de fun. rei priu. l quicunque.*

p ¶ *Fvndi.] Conductionis.* ſimplicis temporalis. Nam tunc poſſet auferri primo, alio plus offerente: *vt infrà, l. fin. §. ſi verò pro tali.* quod hic non licet poſt contractum: *vt hic, & l. l. fin.* ſed nec locabitur. ſed tempore contractus ſicut *in ſ. huius*

* *al.* Nebridio com. s. p. rectè in meo manuſcri. eo. Cons.

ciuitati*, ſeu habitatoribus eius, tam ius exactionis XL.* ſolidorum annui canonis ciuilis reditus ad ſuam patriam pertinentis, & poſſeſſoribus, id eſt, Callimacho, & Elburno: necnon Emptorio, & Veratorio cũ Epotio* eorum [a] ſub territorio Apamænæ ciuitatis [a] conſtitutis, ex nuper lapſa tertia indictione [b] cum ipſa [c] reſtitui: quàm [d] ſi quid, ex quo ſanctio Martiani diuæ memoriæ lata eſt, ad eiuſdem ciuitatis [e] præiudicium geſtum eſt, infirmari, & quod ex eadem prouiſione ciuitatibus delatũ, interea qualibet occaſione minutum eſt ex auctoritate conſtitutionis noſtræ ſerenitatis eiſdem ciuitatibus [f] redhiberi: ita vt nec iudiciaria auctoritas, nec imperiale reſcriptum, quacunque videlicet adiectione munitum, ſæpe dictæ generalis legis vires poſſit infringere. Quòd ſi quis aliter fecerit, pœna graui plectetur.

DE LOCATIONE PRÆdiorum ciuilium [g], vel fiſcalium [h], ſiue templorum [i], ſiue rei priuatæ, vel dominicæ.

TITVLVS LXX.

Prædia Principis, quæ in perpetuum locantur, ſunt locanda diuitibus, & aliis cum fideiuſſoribus idoneis: & officialis prædicta negligens, de ſuo reſarcit omne detrimentum. Baldvs.

I *Impp.* Grat. Theodosivs, & Arcadivs AAA.

Diui patris noſtri aperta præceptione cauetur, fundos ex re priuata noſtra ita tradi perpetuariis [k], vt periculo collocantium, officiorúmque [l] tradantur. Neque enim quicquam poteſt ex deuotionis plenitudine vacillare, ſi apparitione [m] iudiciaria & fundi idoneis attributi ſunt, & inde fiſcalis indemnitas idonea fideiuſſione [n] eſt munita: quorum ſi alterum, vel vtrumque neglectum eſt: quæ ex hoc titulo penſitatio canonica deſideratur, ex officiorum facultatibus ſeruetur [o].

A colonis perpetuis fundorum publicorum non auferuntur fundi, licèt alius meliorem offerat conditionem. Bart.

II. Iidem AAA. *Nebrio.**

Fvndi reipublicæ ab his, qui nec titulo conductionis [p] eos detinent, quique meliores cultu patrocinante reddiderint: nec noſtrarum quidem ſanctionum [q] (ſi fortè quiſpiam per ſurreptionem meruerit) nutibus auferantur iuxta legem veterem [r]: ſemel tantùm licentia faciendæ adiectionis indulta.

Subhaſtatio in locatione perpetua fundorum publicorum ita vindicat ſibi locum, ſicut in venditione. Bart.

III. *Impp.* Honorivs, & Theodosivs AA.

Loca omnia, fundíve reipublicæ, propoſitis priùs licèt edictis [s], dehinc vbi in eum canonis modum, contẽdentium augmento ſuccreuerint, vt extendi vltrà, aut ſuperari alterius oblatione non poſſint: perpetuariis conductoribus [t] locentur.

Si finita locatione conductor primus offert tãtum, quantum nouus: in locatione præfertur. Bart.

IV. Iidem AA. *Mineruio.*

Congruit æquitati, vt veteres poſſeſſores [u] fundorum publicorum nouis conductoribus præferantur, ſi facta per alios augmenta ſuſcipiant.

Prædia domus Auguſtalis in perpetuum locata, ad alium non poſſunt transferri ſub aliquo prætextu, quamdiu penſio ſoluitur: & comes rerum priuatarum contrà faciens, punitur. Item prædiũ Auguſtale princeps poteſt donare ei cui locauerat in perpetuum, vel ad tempus. Item primus conductor conductione finita, ſi offert tantum, aliis præfertur: ſi verò rem conduxerit in perpetuum omni tempore eſt ſecurus. Bart.

V. *Impp.* Theodosivs, & Valentin. AA.

Prædia † domus noſtræ ſi ſemel iure perpetuo [x], vel noſtra præceptione, vel auctoritate illuſtris viri comitis ærarij priuati, apud aliquem fuerint, vel iamdudum ſint collata, ad alium transferri perpetuarium non oportet [y]. Apertè enim definimus hoc edicto, vt à perpetuario nonnumquam poſſeſſio transferatur, etiam ſi alteri eam Imperator, vel exoratus, vel ſponte donauerit; ſiue annotatione, ſiue pragmatica: cui ſi fortè contra perpetuarium vir illuſtris comes priuatarum rerum, dum allegabitur, acquieſcet: & de proprio ipſe centum libras auri, & alias centum fiſci iuribus palatinum inferre cogatur officium: nec tamen [z] poſt allegationem habebit huiuſmodi iuſſio firmitatem: ſed nec locabitur [a] alteri, licèt ingenti ſuperari videatur augmento poſſeſſio. Iure igitur perpetuo publici contractus firmitate perpetuarius ſecurus ſit: & intelligat neque à ſe, neque à poſteris ſuis, vel his, ad quos ea res vel ſucceſſione, vel donatio

l. & infrà, l. prox. tenebatur ergo in emphyteuſim & facit *ff. de iure fiſ. l iij. §. diui fratres.*

q ¶ *Sanctionum.* id [a] eſt, priuilegiorum, quæ ſanctiones perſonales dicuntur: *vt Inſtitu. de iur na § planè.*

a Priuilegia, perſonales ſãctiones dicuntur.

r ¶ *Veterem.* quam non habemus: Sed permittebat alium plus offerre tempore contractus, nõ poſt: *vt in pri. legis dixi.* ¶ Et no. quòd [b] ſufficit ſemel. *ſic ſup. de iur. delib. l ſi § ſed quia.* Item facit *ſuprà, de ven re. ci l. j. & de fide inſt. & iur. haſta fiſc. l ſi tempore. & l quicunque. & ff ad mu. l. Lucius. § fin & ſupr. de mu patr. l. ij. & iij.*

b Semel aliquid feciſſe ſatis

s ¶ *Loca.] Edictis.* fortè xx. dierum ſecundùm formam, quæ eſt *ſupr. de ſacroſanct. eccleſ. Auth. hoc ius porrectum. & ſupr. l prox. cũ ſuis ſimilibus.* Accvrs.

t ¶ *Conductoribus.* ſcilic. emphyteuticariis [c].

c Conductionis ſpecies emphyteuſis.

u ¶ *Congruit.] Poſſeſſores.* id eſt [d], detentatores: nam de conductore temporali dicit, non [e] perpetuo emphyteuta: *vt infrà, l. fi. § ſed nunc. & § ſi verò.* & fac. *ſuprà, de iu diem addi l. licet. & l. neceſſe.*

d Poſſeſſor, pro detentatore.

e Emphyteutæ, & temporarij conductoris differentia.

x ¶ *Prædia.] Perpetuo.* id eſt, in emphyteuſim, quod ideo ſic dicit, quia quamdiu, &c. *vt Inſt. loca. §. adeò. & ff. ſi ager vect. vel emph. l. j.* Vel etiam locatio ſimplex, & in perpetuum. vnde eſt ſimile [f] contractui emphyteutico.

f Emphyteuſi ſimilis eſt locatio ſimplex in perpetuum facta.

y ¶ *Non oportet.* nec extraordinariis, nec ſordidis muneribus grauatur hæc res: *vt ſuprà, de excuſ. mu. l. priuata. l. euidenter.*

z ¶ *Nec tamen.* punietur [g] factum, etiamſi non tenuit: *vt ff. ad Sylla. l. iij. § ſi quis eo. & ſuprà, de leg. & con. l. y. & de fun. rei priu. l. fin. & ff. de in iur. l. item apud. §. j. & infrà, de cohor. l ſi. & ſuprà, de pe bo ſub l j.* Sed arg. contrà. *ff. quod quiſque iur. l j. in p.*

g Factum punitur, etiamſi non tenuit.

a ¶ *Sed nec locabitur.* non ſolùm non donabitur.

† Quærit hic Ioa. de Fla. an Imp poſſit donare res immobiles imperij: & arg. quòd ſic per multa iura, & rationes: demum concludit pluribus rationibus, & iuribus. *Vide tamen hic pulchrè de hoc diſputantem*

a Princeps facere poteſt, quod priuato licet.
b Conducens rem in perpetuum, poteſt eam vendere, & alienare, & ad ſuos poſteros tranſmittere.
c Quod in perpetuum locatur, in emphyteuſim dari videtur.
d Mutari cauſa poſſeſſionis interdum poteſt.
† Qui ius in re habet ſi de tinēti eam donauerit, intelligitur ius, quod in ea habet, tātum remittere.
e Princeps rē mihi ab eodē conceſſam in perpetuū, non poteſt per ſe, vel per ſuos alteri donare atque ita reſcripto principis mihi competens domus auferri nō poteſt.

bitur, ſed, &c. vt primo auferatur: nec tamen iniuriarum, &c. *vt ſupr. vnde vi. l. meminerint* Sed ius, quod habet, poteſt vendere alij, quia & priuatus a poſſet.
a ¶ *Retrahendam.* Not. b res in perpetuum locatas poſſe vendi, & alienari ab eo, cui locatæ ſunt. ¶ Item not. quòd res ſic locata videtur c dari in emphyteuſim: ad quod facit *Inſt. loc. § adeò.* nec de nouo poteſt ei addici: *vt no. ĩ. eo. l. ij.* Accursius.
b ¶ *Donabit ei.* & ſic mutabitur d ei cauſa poſſeſſionis, quod hoc caſu licet: *vt hic, & ff. de acquir. poſſeſſ. l. iij. § illud.* ¶ *Et no ĩ. de acquir. poſſ. l. cùm nemo.* quod non fieret, ſi extraneo donaret, quod perpetuario (aliàs, *perpetuo*) in aliquo ius ſuum mutaretur. ¶ Sed videtur quòd etiam extraneo: *vt ff. de publ. l. cotem. § j. contrà.* Solue, hîc dederat princeps e, vel comes rerum priuatarum, qui à principe hoc ius habet: ibi actor poſſeſſionis a. Vel ſubau. ibi, *maximè* ‡. Vel veriùs, ibi de agris publicis, hîc de priuatis, ſecundùm P. Accurs.
c ¶ *Donationem.* i. dationem etiam intra tempora primi, alias nullum ſpeciale eſſet.
d ¶ *Offeratur.* etiam durante locatione prima temporali, & ſecundùm hoc eſt contrà *ff. de pub. l licitatio §. ad conducendum.* ibi, *finitis, &c.* Sol. ibi in locatione vectigalium, hîc in aliis a. Vel in alia trahitur ad hanc ſecūdùm quoſdā.
e ¶ *In arbitrio* ſi nō ſoluerit penſionē præteritam: *vt ſupr. de pub l licitatio. §. ad conducendum.* inuitus ergo non cogitur: vt hîc, & ibi. Sed hoc verum, niſi maximos fructus conſecutus ſit, & poſtea tāti locari non poteſt. *vt ff. de publ. l. cotem. contra.* Sol. illa corrigitur per *l ff. de iure fiſc. l. iij § cum quinquenniū.* ¶ Et not. quòd locatio talis in quinquēniū fit: *vt d §. cum quinquennium.* Vel ad minus in triennium: *vt ſuprà, de vectig. l penes.* Acc.
f ¶ *Maneat* not ſic *ſuprà, eod. l congruit.* Sed contrà *ſuprà, loca. l. ne cui.* Sol. hoc ſpeciale, ſicut in ſcholaribus: *vt extrà, de locat & condu. ca ex reſcripto.*
g ¶ *Idem,* temporalis conductor. Accurs.
h ¶ *Superius.* hac l. vſq; ad §. ſanè quia. & facit *ad l. ſuprà locat. l emptorem & l vlam & ſuprà, de omni agro deſer. l. ſi.*

† C. T. lib. 10. tit. vlt. l. 1.

donatione, ſiue venditione, vel quolibet titulo peruenerit eſſe retrahendam a. Sanè quia non ex omni parte excludenda eſt largitas principalis, rem diuinæ domus ſuæ imperator, ſi velit, donabit ei b, qui eam poſſidet, iure perpetuo, ſiue ipſe iam meruerit, ſiue cuiuslibet tituli iure ſucceſſerit: videtur † enim ſuā concedere penſionem: non alteri nocere liberalitas, quæ poſſidentem iure perpetuo dominum vult vocari. Sanè ſi quis non perpetuo iure, ſed ad tempus locatam, ab illuſtri viro comite rerum priuatarum poſſeſſionem videtur adeptus, non erit obſtaculo principali largitati, ſi voluerit in alterum donationem c transferre quod ad finitum tempus alter fortè conduxit. Si verò pro tali prædio ab altero conductore offeratur d augmētum ſit in arbitrio e conductoris prioris, cui res ad tempus locata eſt, vt ſi ipſe, quod alter adiecit, obtulerit, maneat f penes eum temporalis illa conductio. Si verò idem g hanc ipſam rem aliquando meruerit iure perpetuo poſſidere, habebit & ipſe ſuperiùs h expreſſam perpetuam firmitatem.

DE CONDVCTORIBVS, procuratoribus, ſiue actoribus prædiorum fiſcalium domus Auguſtæ. i

TITVLVS LXXI.

Conductores feudorum domus Auguſtalis, & alij homines dictæ domus, cùm agere volunt, vel excipere, vel experiri, debent ordinario iure hoc facere: & nulli eorum patrocinium præſtare debent, aut executionis miniſterium, & contrà facientibus pœna imponitur, nec eſt pœnitentiæ locus. Bartolus.

1 *Impp.* Theodosivs, & Valentinianvs AA. *Baſſo* P. P. †

Onductores a, hominésve auguſtiſſimæ k domus noſtræ, quotiens de cauſa ad domum regiam pertinente aliquid quæſtionis emerſerit: non aliter, quàm ex legum † ordine † (quibus ſimiliter omne hominum genus tenetur l) vel excipiant m n, vel inferant actiones, nec aliorum litigatorum negotio intercedant o: nec ſententia p iudicantium, aut illicito patrocinij ſui fomite iura q conturbent: nullive executionis ſuæ turbulentum miniſterium audeant commodare: non priuatis ſe negotiis, non publicis miſceant: nec quieſcentem domum delatio r illa ſollicitet: ne eos inconſultæ pertinaciæ ſerò pœniteat s. Grauior t enim pœna conſtituenda eſt in hos, qui noſtri iuris ſunt, & noſtra u debent cuſtodire mandata. Dat. Prid. Non. Mart. Rauen. Theod. XII. & Valent. II. AA. Coss.

* Ordo in fiſcalibus cauſis ſeruandus, & in cauſis priuatorum.
† Concor. ad hoc l noc. in cap. ad re ſram. 2. extra de iud. [illegible]

DE CONDVCTOribus, & procuratoribus, ſiue, &c.

i ¶ Auguſtæ. *adiectiuū. nam de ſuis hominibus non vxoris dicit: vt infr. in ſi l. a. Vel dixit vxoris:* quia a *eius res, viri dicuntur:* vt ſuprà. de pact. con. l. hac lege.
a Onductores. Vide ſcripta *ad l. 1. ſupr. de iure emphyt.* & notata *ad princip. lib. 1. Feudorum.* Cviacivs.
k ¶ *Auguſtiſſimæ.* adiectiuum. vt in rub. Accvrs.
l ¶ *Tenetur.* not. b *ſic ĩ. de legi. & conſt. l. leges. & de iud. l. Iudæi.*
m ¶ *Excipiant.* apud rationalem ſummæ rei ſunt conueniendi: *vt ſuprà, vbi cauſa fiſc. l. colonis.* a. Vel apud cubiculi ſacri præpoſitum: *vt ſuprà, eo. tit. l. ſi.* 3 vel apud præſidem prouinciæ *vt s. eo ti l. vniuerſis.*
n ¶ *Excipiant.* ſ. quando conuenientur.
o ¶ *Intercedant. vt ſupr de agr. & manc. l ij & ar. ſup ne lic po. l. j.* Accvr.
p ¶ *Sententia* quæ eis conceditur accedere ad prædicta a. Vel dic, *ſententia,* quam citò obtineret pro eo, cui patrocinarentur, propter ſui magnitudinem.
q ¶ *Iura.* aliorum. Accursius.
r ¶ *Delatio.* i. non deferent aliquem in fiſcum fouendo delatorem: & dic *domum* c, i. aliquem de domo priuati. *ſic ff. ſi cer. pe l lecta.* a. Vel dic quod non faciant prædicta; ne aliquis nobis deferat, quem quieſcere volumus: & ſic *domum,* id eſt, me de domo.
ſ ¶ *Pœniteat.* i. non delinquat, vt pœniteat, quia ſerò pœniteret. nā non habet locum pœnitentia d.
t ¶ *Grauior.* quàm in aliis. *ſic ĩ. de epiſcopis, & clericis, & ſuprà, vnde vi. l. meminerint.* & eſt argumentū ad id, quod not. *ff. de re diu. l ſin.*
u ¶ *Et noſtra.* expone vt in rubri.

a Vxoris bona inter res viri annumerātur
b Legibus omnes tenentur.

QVIBVS AD CONDVctionem x prædiorum fiſcalium accedere non licet.

TITVLVS LXXII.

Ne poſſeſſiones rei priuatæ locētur palatinis. id eſt, apparitoribus Comitis priuatarum, ne militibus, ne curialibus. Quod & de rebus priuatorum cautum eſt ne curialibus, vel militibus, non, quod ſciam, ne palatinis. Emptio etiam rerum priuatarū palatinis interdicta eſt. l. vlt. ĩ. de reſcind. vend. quæ ad eundem Neſtorium ſcripta eſt. Cviac.

Palatini milites prohibentur à locatione fundorū principis. Bal.

1 *Impp.* Arcadivs, & Honorivs AA.

Vllus * palatinorum, qui in officio rei noſtræ priuatæ militant, cōductionis nomine, vel per ſe, vel per quamlibet perſonam, poſſeſſionum huiuſmodi conducendarum habeat facultatem, cùm neque militi, neque curiali β hoc faciendum permittimus y.

c Domus pro domeſticis, ſingularis, & familiaribus: vt hinc colligimus relictum domui alicuius, intelligi relictum familiæ eiuſdē.

d Sera pœnitentia nō admittitur.

* Co. The. 36 pars l vlt. ſupr. de reſcinden. vend.

x QVIBVS AD conductionem, &c.
y Vllus] *Permittimus* ſi tamē hæredes e extiterint conductorum, remanebunt in eadem conductione: *vt ff. de decu. l decurio. & de re mili. l milites. ff.* & facit *ff. de contr. empt l. qui officium & l. non licet. & ſup quod met. cau. l. ſi per impreſſionem. & ſuprà, loc. l. milites. & l. curiales. & l ſin. & ff. de admi. re. ad ciuit. pertin. l ij. § j. & pro empto. l ij. §. tutor. & ſuprà de decu. l. ſi quis procurationē. & ĩ. de agri. & mā. l ij. & ſi.*
β ¶ *Neque curiali.* Hoc idem Hadrianū conſtituiſſe ſcribit Xiphilinus. Vide ſcripta *ad l. 30 ff. locat.* Cviac.

e Conductio tranſit ad hæredem

DE COLLATIONE FVNdorum fiſcalū, vel rei priuatæ, vel dominicæ, vel ciuitatis, vel templi.

TITVLVS LXXIII.

Præſes prouinciæ, & ſui officiales poſſunt exigere conductores dominicos, & impertiri fauorem curialibus Cæſaris volentibus facere dictam exactionem. Bart.

1. *Impp.* Arcad. & Honor. AA.

Rdinariorum iudicum officiis z, necnon ipſis rectoribus prouinciarum a, auctores, ſiue conductores dominicos

DE COLLATIONE fundorum fiſcalium; vel, &c.
z Rdinariorum iudicum officiis. id eſt, officialibus
a ¶ *Prouinciarum* qui ſunt ordinarij *vt ſuprà, de modo mul. l cer.*

a ¶ Con

a ¶ *Conueniendi* id eſt, cogendi, vt ſoluant pẽſionem.
b ¶ *Imminenant.* dicti ordinarij, quaſi diceret tam ipſi exigentes, quã procu. Cæſa, reddet ſollicitum a. Vel dic, immineant exigẽdi, ſcilicet ad petitionum, niſi exigant, & facit ℥. *de exact. tribu. l. exact. pres. & de fund. rei priuat. l. vniuerſi & vbi cauſa fiſc. l. cum aliquid. & ff. de iure immunit. l. ſemper §. conductores*
c Palatinos.] *Verſa*: tu quia concuſſerunt a poſſeſſorẽ quod facere non debent: vt ℥. *de offic. re. prouin. l. nullum.* Accvrsivs.
d Omnia.] *Opinio* *nem* expone, vt ℥. *de pradi. nauic.* fin. & facit *ſuprà de exact. tri bud. vltim & de fun pa. Lig.*

e DE PRIVILEgiis domus Auguſtæ, vel rei, &c.

Hic expone adiectiuè: vt ſupr. ti. iij in rub. *quã eam idem priuilegiũ*, *quod habet Cæſar vel fiſcum. habet & Auguſta* vt ff. de iure fiſc. l. ſi cuius: §. j & fi.
f Priuatas.] *Conductores* facit *ſuprà ne paſcua pa l. fin & ne agr. & man. l. dominus & de col. fun pa l. & ij & ne agri. & ea. l. & l. colonos. & ſuprà ne ruſtic. ad vllum l. j. & de exacti. ſa mu. l. eadem. & & l. maximarum* ¶ Sed cõtra *ſuprà, tit. l. j. l. an* Solu. ibi de ordinario & vt *infrà l. proxi.* Accvrsivs.
g Rem priuatam noſtram id eſt, poſſeſſiones principis. Accvrsivs
h ¶ *Leuandorũ* quod à pluribus portatur, leuius portatur *ſic in Authentic. de immun. do. & ſuprà de exact. trib. l. exactiones.*
i ¶ *Prouincialium* indicat hæc conſtitutio, quod ſoli prouinciales præſtabãt canones tributorum: quorum leuandorum cauſa illud adſerit.
k ¶ *Iuſſionem.* id eſt, quando iuſ hoc nõ eſt obſeruatum occaſione tali: quia frumẽti reditus ex eis prædiis portabatur vltra ſolitum, & ideo id remouet. vt vltra ſolitum locum non portetur.
l ¶ *Remanentes.* aliàs, *remeantem.* & facit *ſuprà de fund. lim. l. j & ſuprà ne fun. pa. l. ij & ſuprà, tit. j l. j. & de indict.* *l. j. & de an. trib. l. pro locis. & l. mediterranea.*

conueniendi a licentiam damus: ita tamẽ, vt rationalibus priuatæ rei ad exigenda fiſcalia debita immineant b.

Palatini tranſmiſſi per comitem rerum priuatarum ad præſidem cum literis, vt ſint ſoliciti circa exactionem penſionum fiſcalium, non debent inferre aliquam concuſſionem. Bart.

ii. Iidem AA. *Meſſala.*

Palatinos c, qui à viro illuſtri comite rerum priuatarum cũ publicis literis † deſtinantur ad commonitionem iudicis: quò faciliùs ex prædiis rei noſtræ cõferantur debitæ penſiones, cum ſumma degere præcipimus diſciplina: de quorum nominibus, ſi temerè verſati fuerint, ad ſublimitatem tuam referri per ordinarios iudices oportebit, vt in eos ſeueriſſimè vindicetur.

Prædia ex quacunque cauſa ad fiſcum perti. etiam à tranſuectione publicarum ſpecierum non habent immunitatem. Bart.

iii. Iidem AA. & Theod. A. *Petronio* a P. P.

Omnia d prædia tam ea, quæ iure priuata olim detinẽtur, quã illa, quæ ex proſcriptorum bonis ad fiſcum ſunt deuoluta: eatenus ab huiuſmodi priuilegiis, & excuſationibus ſubmoueãtur, vt omnes ſpecies annonarias, cuſtitationes etiam debitas, atque integram opinionem d ſciant eſſe ſoluendam.

DE PRIVILEGIIS e DOmus Auguſtæ, vel rei priuatæ & quarum collationum excuſationem habent

TITVLVS LXXIV.

Ad extraordinaria munera, vel ſuperindicta etiam fiſcalis poſſeſſor non cogitur.

i. Imp. Constant. A.

Priuatas f poſſeſſiones noſtras ab vniuerſis muneribus ſordidis placet immunes eſſe: neque earum cõductores f, neque colonos ad extraordinaria munera, vel ſuperindictiones aliquas cõueniri.

Prædia principis à tranſuectione publicarum ſpecierum nullatenus hodie excuſantur, ſicuti nec prædia priuatorum, licèt aliquando excuſata fuerint: quia vltra ſolitum locum tales ſpecies portabatur: quod hodie non permittitur. Bart.

ii. Imp. Valentinia. A.

QVisquis magiſterium equitum, peditúmque ſuſceperit, & geſſerit g ante captam à quoquam præfecturam: is, cùm priuatus erit, & honorem depoſuerit, ex præfectis h, qui prouecti fuerint, præferatur. Sit igitur ſedes prior antè prouectis, locus conſpectior, decernendi, loquendique facultas antiquior, cui eſt ſplendor adepti magiſtratus vetuſtior. Dat. VIII. Kal. Iul. Theſſ. Gratiano V. & Theodor. AA. Coſs.

DE PRÆPOSITIS SACRI cubiculi, & de omnibus cubiculariis, & priuilegiis eorum.

TITVLVS V.

Duplex eſt ſacrum cubiculum, Auguſti & Auguſtæ. Duo præpoſiti viri illuſtres. l. vlt. inf. qui iuriſdictionem habent inter priuatos, & colonos, vel inquilinos, vel ſeruos domorum ſacrarum. l. vlt. s. vbi cauſ. ſil. *id eſt, homines tamiacos. Hi homines, prædiáque tamiaca, erant in Cappadocia ſub viro ſpectabili Comite domorum: vt rectè ſcripſit Iuliani antiquus interpres in* No. 30. *atque etiam Grat. ad* l. 5. Co. ad leg. Iul. rep. *his verbis:* [illegible] *& confirmat* l. 3. j. de pal. ſacr. lat. ſ. *quæ deputata erãt cubiculo, & cellario ſacro. ideóque præpoſiti ſacri cubiculi interdũ mittebãt in Cappadociam canonicarios. Et inter cubicularios recẽſetur rectè Comes domorum in* l. 2. j. hoc titul. *Eſt & comes ſacræ veſtis.* l. 1. Co. Th. qui à præb. tyt. *Sunt qui ſacræ veſti deputati ſunt* l. 3. j. de caſtrenſ. *Sunt & primicerij ſacri cubiculi, id eſt, qui primum locum, gradúmq. obtinent inter cubicularios* d. l. 1. *qui à Suetonio* in Domitiano *appellantur decuriones cubiculariorum. Eſt & caſtrenſis ſacri palatij vir ſpectabilis,* d. l. 1 & d. l. 2. *ſub quo erant pædagogia, & miniſteriales dominici, & cura palatiorum. de quibus dicturi ſumus in tit.* de Caſtrenſ. & miniſt. *Sunt, & chartularij, & plerique alij cubicularij, & cubicularia adſiſtentes curæ larium cubiculi. De horum priuilegiis, & dignitatibus hoc titulo tractatur.* CVIAC.

Cuſtodientes cubiculum principis, vel Auguſtæ, eandem dignitatem habent, quã præfectus vrbi, & præfectus prætorio, & magiſter militũ: & hac dignitate depoſita, nulla eſt inter eos diſcretio: ſeruata tamen reuerentia temporis. BART.

I. *Impp.* HONORIVS, & THEODOS. AA. *Florentio* P.V. *

k ¶ Feſtiuitates. i. a feſti conuentus, qui fiebant in Maio, & dicebantur conuiuia : vt s. de pa. & ſa. l. vt profanos. a Vel in Maiuma: vt s. de maiu. l. vnica lib. xj. ACCVRS.

a Quibus in rebus de ordine ſedendi poſſitionum agatur

l ¶ Salutationes. iudicũ fortè: vt j. de proxi. ſacr. l. ij. & s. de offi. diuer. iud. l. vlt. ACCVRS.

m ¶ Sedibus ſic s. de ſacro eccl. l. decernimus.

n ¶ Conſeſſu. vt ff. de albo ſcri. l. 1.

o ¶ Decretũ. ciuium, vel Senatorum, vel curiæ.

p HAc noſtra.] Exeunt. quia finierunt officium, & tamen b retinent priuilegium, quandiu viuunt: vt hic, & s. de excu. mu. l. eos. & l. maximarum. in fi.

b Priuilegium officialiũ dignitate finita non perditur.

q ¶ Antequam. ſubaudi, etiam.

r ¶ Locum. ſci. cubicularij, ad quod poſſet recligi : vt s. de conſul. l. j.

ſ ¶ Excepto. excipit duos palatinos, qui non habent immunitatem infra ſcriptam : quinimo nullus habet, niſi qui lege c aliqua ſe habere oſtendat : vt s. de excu. mu. l. maximarũ. in prin.

c Priuilegium lege adquiri poteſt.

t ¶ Angarias. i. munus ſordidum.

u ¶ Vindicamus. i. eximimus. & facit infr. de prox.

* al. P.P. rectius. Cod. Th. 6. 8. 1. in noua editione.

SAcri cubiculi præpoſiti ea dignitate fungantur, qua ſunt præditi, qui eminentiſſimam prætorianam, vel vrbanam meruerint præfecturam, aut certè militarem magiſteriam poteſtatem: ita vt ſit inter eos poſt depoſitas adminiſtrationes nulla diſcretio i, ſiue noſtræ ſerenitatis adoraturi admittantur imperium, ſiue pro ſuo arbitrio ſolennes feſtiuitates k, & cœtus, vel ſalutationes l, vel quælibet alia officia frequentent: vt in ſedibus m, & in conſeſſu n eis ordo ſeruetur, quem ordo prouectionis oſtẽderit: ſub habitu videlicet ipſis conſueto : cùm manifeſtè decretum o ſit, eum eſſe potiorem, qui præceſſerit: vel illum ſubſequi, quem recentius probauerit examen. Dat. VIII. Id. Nou. CP. Honorio XIII. & Theodo. X. AA. Coſs.

Cubicularij principis etiam antequam ad dictum officium obligentur, gaudent immunitate munerum extraordinariorum : & finita dignitate non recipiunt hoſpitem inuiti : & præſides contrarium facientes, pœna hac lege inſerta puniuntur. BART.

VI. IIDEM THEOD. & VALENT. AA. *Proculo* P.P.

HAc noſtræ manſuetudinis æterna lege ſancimus, vt omnes cubicularij, qui de noſtro cubiculo exeunt p, antequam q primum locum r obtineant (excepto ſ caſtrenſi, & comite domorum) his priuilegiis perfruantur, id eſt, vt neque poſſeſſiones eorum angarias t, ſiue parangarias, vel etiam parateredos in poſterũ diſpoſitione tui culminis, vel alicuius calumnia dare cogantur, ne ſordidis adſtricti muneribus, decus miniſterij, quod militando videbantur adepti, otij tempore, & quietis amittant : domos quoque eorum, vel in hac ſacratiſſima vrbe, vel in qualibet alia poſitas ciuitate, ab omni hoſpitũ cuiuſlibet dignitatis inquietudine vindicamus u : prouinciarum rectoribus, eorúmque apparitoribus denarum librarum auri diſpendio feriendis, ſi manſuetudinis noſtræ ſtatuta

prox. ſa ſeri l in ſacris. & ff. de mu. & bono. l. ult. §. patrimoniorum

a C*Vbicularios.*] *Penetralibus.* hic meritò dicuntur penetralia: quia nullus audet penetrare P.

b ¶ *Obire.* i. ſubire & loquitur magiſtro officiorum, cui hæc conſtitutio mittitur. & facit *ſ. de ſilen. l. ne aduerſa. & de caſtrenſianis. l. iij. & de agen. in re. l. iiij & ſ. vbi Se. vel cla. l. quotiens. & ſ. de priui. ſcho. l. ij.* nec ob. *ſ. vbi de cri. agi opor. Authent. qua in prouin. ibi*, nullo priuileg. &c. quia non erat ibi inſertum in iuris corpore.

† *Le grād maiſtre.* Sed Cuiacius hunc notat appellari apud Gallos. *Le Preuoſt de l'Hoſtel.*

c I*Vbemus.* ſubaudi vt omnes, &c.

d ¶ *Cuiuſpiam.* ſci. domini ſerui

e ¶ *Rapiantur.* ex hac lege: *vt in Auth. de mona. § ij col. j.*

f ¶ *Mortuos.* i. morientes. vel propriè: ſci. valeant eorū teſtamenta. ¶ Et not. [a] hic argu ad id, quod habetur *Inſtit. de leg. Fu. Ca. tollen.*

a Acta inter viuos, verum trahantur ad ea, quæ acta ſunt in vltima voluntate. *adde inc Reuoſſ.*

g ¶ *Duntaxat.* ſci. morientes.

h ¶ *Sine legitimis.* vt *ſ. de bon. va. l vacantia.*

i ¶ *Dederit.* ſcil. dominus.

k ¶ *Iudicium.* vt magiſtri officiorum: *vt ſ. l. proxi.*

l ¶ *Eum repete*, interpellare ¶ Et no. *probauerit*: quia probat [b] ignorantiam: & ſic eſt contra *ff. de pro. l. verius.* Sed dic quòd probat [c] eo ipſo, quòd nō probatur contrarium. *ſic ſ. qui mili. non poſſunt. l. ſuper ſeruus & ſ. de peri. tut. l. ſi tutor.* Sed vbi ſcit, præſumitur quòd voluerit eum fieri liberum: *vt ſ. de epiſc. & cle. Authen ſi ſeruus. & de prob. l. cùm precibus.*

b Probandæ ignorantiæ onus cui incumbat.

c Probari aliquid interdū intelligitur, eo ipſo, quod contrarium non probatur.

m ¶ *Calumniandi.* arg. *ff. de accuſa. l. alij.*

n ¶ *Denegetur.* ſic *ſ. ne de ſtatu defun. per totum. & ſ. de tabel. l. y.*

o I*Vbemus.*] *Coniugis.* vnus vni, alter alteri cubiculo præerat: ſuper quibus alij plures erant: *vt ſuprà l. proxi. in princ.*

p ¶ *Sociati.* per electionem, cùm [d] centum erant numero. *vt ſ. de pe. hared. l. ſi. a.* Vel dic eo ipſo quod illuſtres erant: & ſic largiùs dicuntur Senatores: *vt ff. de Sena. l. ſi §. fina.*

d Dixi de veritate huius Glo. l. 8 ſupr. de dignit.

q ¶ *Cingulo.* enſe [e] fortè: ſic eſt ſpeciale. regulariter contrà: *vt ſuprà vt armorum vſus. l. j. & in Authentic. de armis.* 2. Vel dic, *cingulo*, id eſt, titulo dignitatis, id eſt, carruca: *vt ſuprà de ho. vt. l. j.* & facit *ſuprà de*

e Cingulo vtitur Græci Ζωσμός.

diſſimulare, & ex aliqua parte violare tentauerint.

Cubicularij principis, & Auguſtæ non cogantur reſpondere, niſi coram officiorum magiſtro. Bart.

III *Impp.* Leo, & Anthe. AA *Ioanni comiti, & magiſtro officiorum* †.

CVbicularios tam ſacri cubiculi mei, quàm venerabilis Auguſtæ, quos vtroſque certum eſt obſequiis occupatos, & aulæ penetralibus [a] inhærentes, diuerſa iudicia obire [b] non poſſe: ab obſeruatione aliorum tribunalium liberamus, vt in ſublimitatis ſolummodo tuæ iudicio propoſitas aduersùs ſe excipiant actiones.

Si dominus principi ſeruū ſuum cubicularium obtulit, illicito talis ſeruus libertatem adipiſcitur, & ea vtitur inter viuos, & in vltima voluntate: & eidē ab inteſtato ſuccedìtur per agnatos, & cognatos: quibus deficientibus, fiſcus eius bona occupat tanquam vacantia: ſi autē domino ignorante, vel inuito cubicularius factus ſit, intra quinquennium cum peculio vindicatur: & prædicta etiam ad cubicularios extenduntur. Bart.

IIII. *Imp.* Leo A. *Puſæo P.P.*

IVbemus [c] omnes, qui vel iam in ſacrum cubiculum cuiuſpiam [d] liberalitate donati, aliòve titulo dati, vel dandi principalibus obſequiis inhærere vel antè meruerunt, vel poſtea meruerint, licèt nulla interueniēre ſcriptura, nulla confectione geſtorum, poſtquam deuotiſſimis cubiculariis fuerint ſociati: ad conditionem libertatis, ingenuitatiſque rapiantur [e], raptique videantur: hoc non ſolùm circa ſuperſtites: ſed etiam circa mortuos [f] volumus cuſtodiri. Nam cùm hoc priuilegium videatur principalis eſſe proprium maieſtatis, vt non famulorum, ſicut priuatæ conditionis homines: ſed liberorum honeſtis vtatur obſequiis: periniquum eſt eos duntaxat [g] pati fortunæ deterioris incommoda, ſed teſtamenta quidem ad ſimilitudinē aliorum, qui ingenuitatis inſulis decorantur, pro ſua liceat eis concedere voluntate: inteſtatorum verò nemo dubitet facultates, vtpote ſine legitimis [h] ſucceſſoribus defunctorum, fiſci iuribus vindicari. Et hæc omnia tunc diligenti obſeruatione volumus cuſtodiri, cùm ſpōte, ſuaque voluntate quis dederit [i] eunuchum ſacri cubiculi miniſteriis adhæſurum. Si verò quidā fuerit violenter extortus, aut inuito domino, vel ignaro intra ſacrum auſus ſit militare cubiculum: liceat domino deſtinatum ſacra ex lege cubiculariis interpellare iudicium [k]: & eum [l], quem probauerit, nolente ſe, vel inſcio ſacrum penetraſſe cubiculum, vt ſuum famulum cum peculio cōſequatur. Sed & ſicut læſis implorandi præſidij facultatem denegari non conuenit: ita nec calumniandi [m] viam patimur diutius eſſe patefactam. Ideoque tempus quinquennij præfinimus, intra quod contra eum ſuas debeant exercere quæſtiones: vt ſi medio tempore monere diſtulerint, vlteriùs eis tanquam in ſuum famulatum vindicādi, vel eius vt ſerui peculium, vel bona quaſi liberti, copia denegetur [n]. Hæc omnia, quæ ſuper deuotiſſimis cubiculariis ſancimus, etiam ad cubicularias, quæ à dominis in ſacrum cubiculum datæ, vel dandæ ſunt, ſuperſtites, atque mortuas extendi, propagarique decernimus.

Cubicularij etiam dignitate depoſita, cùm vadunt extra vrbem, poterunt vti cingulo dignitatis. Bal.

I. *Imp.* Anastasivs. *Euſechio magiſtro officiorum.*

IVbemus duobus viris illuſtribus præpoſitis vtriuſque ſacri cubiculi, tam noſtræ pietatis, quàm ſereniſſimæ noſtræ coniugis [o], qui poſt finitam militiam ſenatorio fuerint conſortio ſociati [p], licere quotiens ad aſpiciendos agros ſuos, vel ob aliam cauſam proficiſcī voluerint, cingulo [q] vti: cùm hoc ad implendum eorum deſiderium, & ad nullius læſionem reſpicere videatur [r].

dignit. l. clariſſima.

r ¶ *Videatur.* ſic *ſupr. de prec. imp. offe. l. reſcript. & ff. de ſen. l. vlt. in princ.*

(DE QVÆSTOribus, & magiſtris officiorum, & comitibus ſacrarum largitionum, & rei priuatæ.

Officia iſtorum ſunt: vt ſuprà de off. quæſt. cum tribus ſeq. tit.

t Q*Vi ex quæſtura.* duæ ſunt partes

u ¶ *Vtriuſque.* ſ. [a] fiſci, & rei priuatæ.

a Duplex ærariū fuit ſacrarum largitionum, & rei priuatæ.

x ¶ *Attonito.* id eſt, terribili.

y ¶ *Viguerunt.* id eſt, ſe bene geſſerunt, vt tanquam tunc ab omnibus commendentur. Accvrsivs.

z ¶ *Acclamatione.* Viuat [b] talis: vt faciunt Romani de Papa, & etiam præconum: *vt ſuprà de offi. re. prou. l. iij & in Authent. vt or. præ. §. j. coll. v.* Alij dicunt, quòd iſti excipiuntur ab aliis, qui commendantur, ſi aliàs tacita reuerentia præbeatur eis: vt ſubiicit, quod non placet.

b Acclamationis publicæ breuis formula.

a ¶ *Excipiantur.* i. recipiantur cum laudibus populi.

b DE PRIMICErio, & ſecundicerio, &c.

Id eſt, de eo, qui primus ſcriptus [c] eſt in matricula

c Primicerij, ſecundicerij, & notarij qui . . .

DE QVÆSTORIBVS, ET MAGISTRIS officiorum, & comitibus ſacrarum largitionum, & rei priuatæ [s].

TITVLVS VI.

Qui in adminiſtratione publicorum officiorum ſe bene geſſerunt, debent clamoroſis vocibus populi commendari. Bartolvs.

I. *Imppp.* Gratianvs, & Valentinian. & Theodos. AAA. *Reſtutio* P. V. †

† C. T. 6. . [a] *effuaa*, legendum ex C. T.

QVi ex quæſturæ [t] honore, aut officiali [x] magiſterio, aut comitiua vtriuſque [u] ærarij noſtri, attonito [x] ſplendore viguerunt [y]: acclamatione [z] excipiantur [a] ſolita, nec prætereantur vt incogniti. Dat. VIII. Kal. Iul. Theſſalo. Gratiano V. & Theodoſ. AA. Coss.

DE PRIMICERIO [b], ET SECVNDIcerio, & notariis.

TITVLVS VII.

In ſchola tribunorum, & notariorum primum locū tenet vir ſpectabilis primicerius id eſt, primus, ſiue pronotarius: à Socrate VII. c. XXIIII. πρωτεύων τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων. Gallicè, le Doyen. *Certius productio eſt verbi qua forma Auguſtinus D. Stephanū primicerium martyrū vocat* in ſermone XXI. *& Baldricus Dolſsinus Archiepiſcopus* in hiſtoria Hieroſalē, *D. Petrū primicerium Apoſtolorū. Et ſūt etiā aliorū officiorū primicerij, veluti cubiculariorū manſorum,*

trecula notariorum, *&* *qui primum locum obtinet* M *Secundicerius*, *qui ſecundum*: ad quod infrà, de domeſt. l. vlti *&* *notarius*, *id eſt*, *caterus poſteà ſcriptis. Aly dicunt*, & pro, *id eſt nam idē eſt ſecundicerius*, *quod primicerius*, *ſecundum eos*. 2. *Vel dicitur primicerius*, *qui primus* [a] *portabat cereum in aliquo feſto*, *& erat in dignitate: quia ſpectabilis*, vt inf. l. proxima.

a Falſum. Primicerij dicuntur primi.

a **P**Raecipua eſt.] *Quiete*. id eſt, in quietem: ad quod *ſuprà, de epiſc. & cleric. l. decernimus*.

b ¶ *Poſuerint*. id eſt, depoſuerint.

c ¶ *Vſi ſunt*. de facto.

d ¶ *Compendium*, quaſi non honorem: *vt ſupr. de dec. l. j.* & facit *ſuprà, de digni. l. iiij cum concord.*

e ¶ *Vel*. pro etiam, dic ſi quis adſenſus temerarius extiterit: & ſub. imponendo diſcuſſi, &c q. d. ſi notarius receperit dignitatem, & ſic inquietauit legem iſtam. Accvrs.

f ¶ *Leuis*. etiam ſi in leui re exerceat officium, punitur arbitrio iudicis *vt hic*, *& ff. de pæ. l. ſanctio.* & deponitur, vt ſubiicit, & not. quod pro[b] paruo delicto pœna magna imponitur: *ſic ſuprà, de lib. & eorum li. l. y. & de hare. l. y.* Accvrs.

b Pœna grauis interdum pro leui delicto imponitur: vt hic, aliàs pœna commenſuranda eſt delicto. *l. reſpiciendum ff. de pœnis.*

g ¶ *Corpus*. i. corpus officialium, inter quos iſte cœperat numerari, minuitur iſto extincto. id eſt, depoſito, vel habeas, *minuetur*, ſe per ele honē alterius iſto relicto. 2. Et dic quia iſti ſunt notarij, qui dignitates non poſſunt habere: *vt not. ſ. de tab.* item hoc durante officio: aliàs ſecus: *vt j. l. proxi. in fi.*

† C.T. 9.10. in nona edit.

c Tribuni vnde dicti. adde Varronem 4. de lingua Lat.

d Nonnihil, pro multum.

e Primicerius quatuor priuilegiis donatur.

h **P**Raeclaram] *Militiam*. inermem.

i ¶ *Tribunorum*. i. primiceriorū: ſic dicti [c]: quia tribuum ſuffragio eligebantur, *qui* ſ. tribuni: vel *qui* ſ. notarij.

k ¶ *Nonnihil*. id eſt [d], *multum*. *vt ff. de ver. ſi. l. duob.*

l ¶ *Beneficiorum*. Quatuor [e] enim priuilegia dat eis per hanc legem 1. Primo, vt primicerius eorum duob. an. teneatur ſtare in officio. 2. Secūdò, quod à quibuſdā munerib. eos excuſat. 3. Tertiò, quia præfert eos aliis poſterioribus. 4. Quartò, quia finito officio habet aliam dignitatem.

† Extinctus, & mortuus dicitur, qui ab aliqua dignitate, vel officio cū dedecore remotus eſt: & eſt ar. ſec. Aud. quòd iudex ſe excuſatus, loco mortui habetur.

f Primicerius notariorū eſt biennalis: vt hic lege. Itaque fruſtra hic opponuntur ab Accurſio, l. 2. & vlt. infrà, de numerarum. quæ nec de primiceriis, neque de notariis loquitur, ſed de numerariis præſidum, vel magiſtris officiorum.

m ¶ *Statuendas*. vt & ſ. *de offi. præf. vrb. l. primicerius* Sed contrà [f], *infrà, de num. l. ij. & l. fi.* Sol.

ſorum, *lampadariorū*, *decanorum*, *fabricenſium*, *ſcriniorū vtriuſque arary*, *palatinorum*, *aduocatorum*, *domeſticorum*, *& protectorum*, *& generaliter qualibet corpora*, *ſchola*, *collegia ſuum primicerium habent*, *& conſequenter ſecundocerium: tertiocerium*, *quartocerium*: *& quo eſt*, *verbi gratia*, *hoc anno tertiocerius*, *ſequenti eſt ſecundocerius*, *tertio primicerius*. l. vl. j. de dom & prot. *Primicerius autem ferè biennalis eſt. Poſt biennium ſolutus militia*, *hic quidem notariorū ordinis primus*, *quo de agimus*, *magiſtri officiorum titulo*, *& codicillis donatur ſine re* l. 2. j. hoc tit. *Ex reliquis*, *qui in conſiſtorio notariorum funguntur officio*, *aly ſunt tribuni prætoriani*, *& notary*. Not. 13. & l. reſtituendæ, ſ. de adu. diu. iud. *aly tribuni vacidui ordinis*, *& notary aly domeſtici*, *& notary*. l. 2. & 3 C.T. eo tit. *ſunt & cubiculary*, *chartulary*. Not. 8. 24. 26. 27. *Iuliani interpres cubiculariū interpretatur chartulariū. Marcellinus Comes Narſen. chartularium & cubicularium*, *qui conſtat* ὑπόμνημα. *id eſt*, *commentaria. Hi omnes vulgò ſecretary dicuntur*, *notary ſecretorum à Fl. Vopiſco A ſecretis*. l. 5. qui mil. poſ. *Procopius* 1. de bel. Perſ. [Greek illegible] *Marcellinus Comes in Chronicis*. Miſſo ad ſe pro pepigendo fœdere Armonia a ſecretis. *Ab Anna*, in Alexiade III. [Greek illegible] *Sunt eorum in Gallia genera quatuor. De ſecundicerio notariorum eſt* l. 21. C. Th. de petit. *de quo ſub hoc tit. nihil. Itaque mallem titulum ita concipi vt in C. Th.* De primicerio, & notariis. Cviac.

Notarij principis licèt ſenectute depoſuerint officium, aut maiorem dignitatem fuerint adepti, non ob hoc notariorum nomen perdunt: ſed notariorum & dignitatis ſecundæ retinent priuilegia: nec poſſunt eſſe diſcuſſores, aut peræquatores, aut ſimilem dignitatem cum adminiſtratione habere. Bart.

1. Iidem *Imppp. Eutropio* P.P. †

PRæcipua eſt noſtræ pietatis intentio circa notariorum nomen: atque adeò ſi vnquam huius ordinis viri laborem quiete [a] mutauerint, vel abiecerint, vel ſenectute poſuerint [b], ſeu cum alia dignitate poſthac quálibet vſi ſunt [c], non omittant prioris vocabulum militiæ: ſed compendium [d] ſequentis honoris adſumant, & ſi quis ex officio, vel [e] præcipuæ ſublimitatis tuæ temerario adſenſu in diſcuſſiones, peræquationes, aliam denique vllam rem inquietator extiterit: officium ſuum nouerit, vel leuis [f] culpæ offenſione detecta, grauis multæ diſcrimine fatigandum, & numerariorum corpus [g] extincto † iniuriæ auctore minuendum. Dat. XVII. Kalend. Iul. Theſſalonicæ, Gratiano A. V. & Theodoſ. I. AA. Coss.

Primicerij vltra biennium in officio militare non coguntur: & ſi à palatio per annum ſe abſentauerint, vnum gradum militia perdunt: ſi per biennium, duos: ſi per triennium, tres: ſi per quadriennium, quatuor: ſi per quinquenniū, quinque: ſed non vtuntur ord. ne: & licet ob abſentiam quinquennij ab officio ſint remoti, tamen ordine diſcuſſorum, & peræquatorum non grauantur, & inter eos prærogatiua temporis eſt habenda, quæ nulla ratione poteſt celari: & hoc officio finito ad officium magiſtri officiorum ſunt aſſumendi. Bart.

II *Imp.* Zeno A. *magiſt. offic.*

PRæclaram, nobilemque militiam [h] ſpectabilium tribunorum [i] notariorum, qui glorioſis obſequiis nonnihil [k] reipub. commoditatis afferunt, & decoris, diuerſis beneficiorum [l] titulis muniendam credimus, & augendam: nam biennales metas viro ſpectabili pro tempore primicerio agendis numeris duximus ſtatuendas [m]. Hos autē [n] tribunos, qui ſuis negotiis occupati, minimè ſacrum palatium curauerint frequentandum: niſi intra annale ſpatium reuertantur, quamuis commeatus [o] iura prætendant, pro abſentia quidem vnius anni, vnius gradus [p]: ſi verò duobus annis abſuerint, duorum: ſi tribus, trium: ſi quatuor, ſimiliter quatuor graduum ſubire iacturam, his, qui inferiores eis fuerint, poſtponendis [q]. Qui verò per quinquēnium integrū ſe præſentare ceſſauerint: exemptos matricula, tantùm nomine tribunorum: non verò ordine perpotiri his in hunc modum diſpoſitis, vacationem cenſus, diſcuſſionis [r], peræquationis, & cuiuſlibet alterius rei habituros. Illud præcipuè prouiſionem noſtram flagitare perſpeximus, ne per ambitionem, vel gratiam aut cuiuſlibet occaſionis obtentu, vel laborum, ſeu ſolicitudinem ſpecie, publicorum cuiquam liceat aliquando graduum ſeriem conturbare, & temporum ratione calcata, dudum militantibus anteferri, & quæ longis, prolixiſque ſtipendiis defenſa [a] iam pollicetur ſenectus, gratioſa feſtinatione ſurripere [ſ]: hoc etiam adiiciendo, vt primicerius poſt depoſitam publicam numerorum ſolicitudinem, ac ſi ipſam geſſiſſet adminiſtrationem, cuius conſequitur dignitatem, magiſtri officiorum pro antiqua conſuetudine infulas [t] ſortiatur, omnibus vacantibus, quamuis tempore præcedentibus præponendus [u].

a Defeſſa ſiḃ iam.

ibi in notariis, hic in primiceriis tribus.

n ¶ *Hos autem*. hic magis pœnam quàm præmium eis donat

o ¶ *Commeatus*. facit j. *de commea. l. ij. & fin. & infrà, de dome. l. iij.*

p ¶ *Vnius gradus*. ſcilic. volumus ſubire iacturam: quod eſt *infrà*, & ſic ſub. in ſequentibus.

q ¶ *Poſtponendis*. aliàs, dis: al. di. & dictio, *dis*, datiui caſus eſt: nam poſtponitur iſte ſequ. in his, quibus anteponeret, niſi abfuiſſet: ad quod *ſuprà, de offic. præf. pr. l. ij. in fi.* 2. Et dic tutè fieri ordis gradus ſecūdum prædictam proportionalitatē. ¶ Item no. geminatio [a] delicti geminat pœnam *ſic ſ. de epi. aud. l. nemo. in fin.*

a Geminatione delicti, geminanda eſt pœna [illegible]

r ¶ *Diſcuſſionis*. hęc munera ſunt. *ſ. de cenſi.*

ſ ¶ *Surripere*. Not. [b] *ſic infr. de prin. agen. in re l. iij & ſuprà, de conſ. l. j. & infrà, de prox. ſa. ſcri. l. vnicuique. & de re milit. l. contra publicam. & tyronil. l. 5. & ſuprà, de offi. ma. offi. l. nemo. & infrà, de dome. l. iij.*

† Senectuti ſua emerita, atque ſtipendia conſeruari oportet.

t ¶ *Infulas*. id eſt dignitates. ¶ Et no. quòd loquitur quādo per quinquēnium abfuit: *vt ſuprà §. hos autem.* & hic [c] ex delicto habet præmium: ſed certè non ex delicto: ſed quia meruit dignitatem, gerat eam: vel non: vt hic dicit. vel dic, quòd perinde acquirit infulas per legē illam, ac ſi per electionem habuiſſet, & geſſiſſet illas infulas.

c Ex delicto interdum quis præmium cōſequitur. quod aliàs eſſe non debet. *l. ſine heredi. infr. 22. ff. de neteris.*

d Noua dignitas præfertur antiquæ non habenti adminiſtrationem.

u ¶ *Præponendus*. præponitur [d] vacantibus primis: quia habet nouam dignitatem: *vt infrà, tit. j. l. iij §. ſed adminiſtratores.* 2. Vel priuilegio prioris dignitatis, obtentu cuius præfertur aliis, qui aliquādo habuerunt dignitates: ſed habere deſierunt: & ſic eſt ſpeciale contra id, quod habes *ſ. de præf. præ. l. ij.* aliàs, *præponendus*.

VT DIGNITATVM ORDO SERVETVR.

TITVLVS VIII.

Vſurpans ſcienter honorem ſibi indebitum, crimine ſacrilegij punitur.

APPCTa. 52 In noua editione.

VT DIGNITAtum ordo ſeruetur.

a SI quis indebitũ *alij tamen debitum: vt infrà, l. prox.* 2. Vel pone: *vt infrà de priuileg. eo. qui in ſacro palat. l. ij. vel vt ff. de mune. & hono. l. vt gradatim.* ACCVRSIVS.

† Ignoratione C.T.

b ¶ *Ignorantia* iuris, vel facti, ad quod *ſuprà, qui po. in. poſ. l. fi. & de cri ſacri.* a *l. j. & ſuprà, vnde vi l. ſi quis. & l. fi.*

a Sacrilegij tenetur, qui mãdatum principis cõtemnit.

c ¶ *Diuina.* huius legis occupando, ſci. alterius locum. ad quod *infr. de oro militi l. lege. & de priuileg. cor. qui in ſa. p. l. fi. & ſuprà, de diuer. reſcript. l. ſacrilegij. & de crimin. ſacrileg. l. ij.* ACCVRSIVS.

d OMnes.] *Peregerint.* & adhuc peragunt: vt ex ſequentibus patet. ¶ Et nota quòd hæc prælatio b valet ad ea, quæ dicuntur *ſuprà, de offi. præfecti prætorio Afr. l. ij. in. ſi cum concor.*

b Priore loco ſunt, qui in actu. Secundo, vacantes præſentes. Tertio, vacãtes abſentes. Quartò, honorarij præſentes. Quinto, honorarij abſentes.

e ¶ *Vacantes.* i. c qui habuerunt dignitatẽ cum adminiſtratione: ſed adminiſtrationem depoſuerunt: *vt infrà, §. vacantes ſuprà, de fabri. l. eos. in fin.* ACCVRSIVS.

c Vacãtes, qui o. hic apud Cuiac.

f ¶ *Abſentibus cingulum* in ſignum illuſtratus ad quod *in Auth vt iudi. ſine quoquo ſuffr. §. fin. coll. ij. & in Auth. vt er. præ. §. j. coll. v.* ¶ Et dic hîc, mittitur cum adminiſtratione, vt differat à ſequenti. ¶ Item dic, quod fuit depoſita adminiſtratio: ne ſit contrà. j. § *ſed adminiſtratores.* Si enim non eſſet depoſita, deficit ille caſus. Sed ſoluitur per dictum §. *ſed adminiſtratore.* ACCVRSIVS.

d Honorarij cincti nõ erãt vt vacantes de quibus ſuprà.

g ¶ *Sine cingulo.* id d eſt, ſine adminiſtratione. & ſic expone in ſequentibus. ¶ Et not. ſecundùm M. quòd criminales cauſæ contra iſtos motæ non poſſunt terminari ſententia e cõdẽnatoria, niſi per principem: ſed abſolutoria etiam per vicarium: *vt ſuprà. vbi Sena. vel cla. l. quotiens, § j. & §. viros.* ACCVRS.

* Beneficia poſſe conferri abſentib. hinc colligitur: *c. ac ædem. extrà. de preben. & dignita.*

e Sententia condemnatoria maioris eſt præiudicij, quàm abſolutoria.

h ¶ *Vacantibus.* ſic ergo tria f genera no. ſ. vacãtes, qui deſierũt. 2. Item honorarios, qui nunc adminiſtrationem habuerunt. 3. Item illos qui cum actu omnibus præferuntur alijs: *vt ſuprà, tit. j. l. fi.* & facit *ſuprà, de conſu l. nomini. in fin lib x.*

f Eorum, qui in dignitate, alij vacantes, alij honorarij, alij in actu. Vacãtium, & honorariorum verò alij præſentes: vt in principio huius legis.

i ¶ *Præfectorius* ſ. vacãs præfectorio, ſcilicet honorario.

† In ſcriptis omnibus exẽ. legitur ex magiſtro officiorum, iunctum ſcilicet, quemadmodum ex cõſul dicitur.

I. *Impp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA *ad Prætextatum.* P.V.

SI quis indebitum a ſibi locũ vſurpauerit, nulla ſe ignorantia b † defendat: ſitque planè ſacrilegij reus, qui diuina c præcepta neglexerit. Dat. XII. Kal. Iun. Mediolani, Richomere, & Clearcho VV.CC. Coss.

Habentes dignitatẽ cum adminiſtratione, præferũtur habentibus eandem ſine adminiſtratione: poſtea qui dignitatẽ ſolùm cum adminiſtratione depoſuerunt: & hi habere dicuntur dignitatem vacantem: poſtea illi, quibus dignitas, cum adminiſtratione committitur. Quartò illi quib. dignitas à principe conceditur in præſentia ſine adminiſtratione, & hi honorarij appellantur. Quintò illi, quib. illuſtris dignitas ſine adminiſtratione committitur. Item adminiſtrationem habentes præferũtur vacantibus. Item vacantes præferuntur honorariis in ſimili dignitate conſtitutis, non in diſpari: vt præfectus vacans præfertur præfecto honorario. Item non debet appellari vacans, ſi habet dignitatem, cui poſtea conceditur adminiſtratio. BART.

II. *Impp.* THEODOSIVS, & VALENTINIANVS AA. *Ciro* P.P.

OMnes priuilegia dignitatum hoc ordine ſeruanda cognoſcant, vt primo loco habeantur hi, qui in actu poſiti, illuſtres peregerint d adminiſtrationes: ſecundò veniant vacantes e, qui præſentes in comitatu illuſtris dignitatis cingulum meruerint: tertium verò ordinẽ eorum proſpicimus, quibus abſentibus cingulũ f illuſtris mittitur dignitatis: quartum honorariorum, qui præſentes à noſtro numine ſine cingulo codicillos tantùm honorariæ dignitatis adepti ſunt: quintum eorum, quibus abſentibus * ſimiliter ſine cingulo g mittuntur illuſtris inſignia dignitatis. Sed adminiſtratores quidam etiam comites rei priuatæ vacantibus h omnibus honorariis anteponi cenſemus. Vacantes autem poſt adminiſtratores venientes, non omnes iam omnibus honorariis credimus præponendos: ſed eos vacantes illis honorariis: qui ſimilem adepti ſunt dignitatem: vt præfectorius i quæſtorio, non quæſtorius k præfectorio præponatur: parique modo quæſtorius quæſtorio: non vacans comes theſaurorum, vel comes rei l priuatæ, honorario quæſtorio, vel magiſtro m † officiorum præferatur. Et inter adminiſtratores illos etiam numerari decernimus, quibus illuſtribus in ſacro noſtro cõſiſtorio cinctis n aliquid ordinariæ dignitatis vel ante commiſimus, vel poſtea committemus peragẽdum: verbi gratia, ſi vacanti o magiſtro militum belli cura cõmittatur. Cur enim aut vir magnificus Germanus magiſter militũ vacans appelletur, cui bellum cõtra hoſtes mandauimus; aut cur excellentiſſimus Pẽtadius p non egiſſe dicatur præfecturam, cuius illuſtrib. cunctis diſpoſitionibus vice prætorianæ præfecturæ miles q in expeditione copia commeatuum r abundauit.

k ¶ *Quæſtorius.* vacans quæſtorio honorario.

l ¶ *Vel comes rei.* ſcilicet vacans.

m ¶ *Magiſtro.* honorario. eſt ergo nomen dignitatis: *vt ſ. de adnor. diuer. iudi. l. petitionem. §. egredientem.*

n ¶ *Cinctis* alias, *ductis.* & alias *cunctis.*

o ¶ *Si vacanti.* magiſter enim militum vacantium erat, & ſic ipſe erat vacans. Sed ſi de nouo iniungitur ei cura belli, non erit habendus vacans.

p ¶ *Pentadius.* propriũ nomen: cui, cùm eſſet vacans, iniunctum fuit vt faceret, quod præfectus facere cõſueuerat.

q ¶ *Miles.* i. militaris copiã annonæ habuit.

r ¶ *Commeatuum.* à tempore commeatus ſupererat de annona.

DE MAGISTRIS SAcrorum ſcriniorum.

TITVLVS IX.

Magiſtri notariorũ magna curia, etiã dignitate finita vnà cum eorum filiis à grauamine priuato, & publico ſunt immunes: & pœna grauanti hîc imponitur, & durat priuilegium. BARTOLVS.

I. *Impp.* THEOD. & VALENTINIAN. AA. *Zoilo* P.P. *Orientis.*

VIris ſpectabilibus magiſtris omnium ſacrorum ſcriniorum, noſtræ beneuolentiæ liberalitas tribuenda eſt, qui noſtræ quodammodo adſidere maieſtati videntur: ideoque poſt depoſitum s etiam officium ab omni indictionis onere, ſeu ciuilium, ſeu militarium iudicum prorſus immunes eſſe præcipimus: vt nec ab ampliſſima quidem ſede tui culminis eis vlla moleſtia ſuper ſuſcipiẽdo quolibet grauamine priuato, vel publico penitus iniungatur. Hoc beneficium ad proximos t etiam ſacrorum ſcriniorum, & ex proximis u, volumus propagari: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione mulctando, ſi quis aduersùs ſtatuta clementiæ noſtræ innouari conceſſerit. Dat. V. Kalen. Mar. Theod. A. XVIII. & Albino Coss.

DE MAGISTRIS ſacrorum ſcriniorum.

Non reperiis C.Th

s VIrıs.] *Depoſitum.* ad quod *ſuprà de excuſat. mu. l. eam. & de fabricẽ l. eos. & de aduoca diuerſ. iudic. l. j. & de adſeſ. l. non minus. & ſuprà de præpo. ſa. cubi. l. ij.* per quæ habes priuilegium a durare etiam finita dignitate.

a Priuilegium durat etiã finita dignitate.

t ¶ *Ad proximos. vt infr. de prox ſac. ſcri. l. iiij.*

u ¶ *Ex proximis,* ſc. natis: b *vt infr. de prox ſa. ſcr. l. in ſacris. in prin.* Sed contrà *eo. tit l. iubemus,* Solu. vt ibi. ad quod *infrà, de agen in re. l. fi. & infrà de priui. eo. qui in ſac. pala. l. ij.*

b Priuilegia ad poſteros. viſque interdũ extenduntur.

DE COMITIBVS conſiſtorianis.

x EOs.] *Æquari* ergo eſt ſpectabilis: *vt in Auth. de ap. & intra quæ temp. §. illud. coll. ix.*

DE COMITIBVS CONSISTORIANIS.

TITVLVS X.

Comites conſiſtoriani ſunt illi, qui ſteterunt in principis conſiſtorio: & proconſulibus adæquantur. BART.

I *Impp.* ARCADIVS, & HONOR. AA. *Seuerino* * V.P.

* *al.* Seuerino.

EOs, qui trãquillitatis noſtræ conſiſtorij dici comites meruerunt, ſpectabilibus proconſulibus æquari x generaliter decernimus.

Comites conſiſtoriani tam in agendo, quàm in excipiendo vtuntur priuilegiis competentibus principibus ſchola agentium in rebus. BART.

II. Impp.

II. *Imp.* Anastasivs A. *Euſebio magiſtro officiorum.*

Viros ſpectabiles comites conſiſtorianos, & coniuges, & liberos; quin etiam ſeruos eorum, atque colonos iiſdẽ priuilegiis, tam intentiones ab aliis proponendas excipiendo, quàm ſuas contra alios exercendo perfrui, quib. viri clariſſimi primi principes ſcholæ agẽtium in rebus, per ſacram pragmaticam ſanctionem diuinæ memoriæ Zenonis vtuntur [a].

DE COMITIBVS, ET tribunis ſcholarum.

TITVLVS XI.

Præpoſiti ſcholarum,& illorum, qui ſunt per principem ad aliquod officium deputati, principem adorare poſſunt: inter quos etiam palatini numerantur, ſi eis data ſit primi ordinis comitiua cum adminiſtratione:& officio depoſito, ſi nõ adſpirauerint ad maiorem dignitatem, pares ſunt comitibus Ægypti diœce.& Ponticæ: alij ve. ò militia ſolita numerantur inter eos, qui fuerunt prouinciarum duces. Bart.

I. *Imp.* Honorivs,& Theodosivs, AA. *Priſciano* P.V.

Præpoſitos [b] *, ac tribunos ſcholarum [c], qui & diuinis * epulis [d] adhibentur, & adorandi [e] principis facultatem antiquitus meruerunt: (inter quos [f] comites † etiam ſacri ſtabuli, & cura palatij numerantur [g]) ſi primi ordinis comitiuam cum præpoſitura [h] meruerunt [i], & caſu [k] ad altiora non peruenerint: depoſito ſacramẽto [l] inter eos qui comites Ægypti, vel Ponticæ diœceſeós fuerint (quorum par [m] dignitas eſt) haberi præcipimus: alios,† qui [n] honore [o] comitiuæ regimen fuerint nacti, abſolutos militia [p], inter eos, qui duces fuerint prouinciarum, numerari iubemus. D.XII. Kalen. Apr. CP. Lucio. V.C.Cons.

DE COMITIBVS REI militaris.

TITVLVS XII.

Miſſus ob ſuã probitatẽ ad partes tranſmarinas cuſtodiendas, illis dignitatum inſignibus adornatur, quibus proconſules. Bartol.

I. *Imppp.* Valentin. Valens, & Grat. AAA. *Ampelio* P.A.

Qvi cõtemplatione meritorum [q], ducto [r] inter prouincias tráſmarinas ſtrenuiſſimo milite, primi ordinis comitiuam fuerint conſecuti [s], ea reuerentia altiſſimarum dignitatum viris ſubiugantur [t], vt his locum præſtent, qui proconſulatus inſignibus adornantur. Dat. III. No. Iul. Naſſannaci, Modeſto, & Arintheo Coss.

Miſſus principaliter ad defendendum aliquam prouinciã circa mare ſimilis eſt duci adminiſtrãti aliquã prouinciã, excepto duce Pontica,& Ægypti. Bart.

II. *Impp.* Honor. & Theodosivs, AA. *Priſciano* P.V. *poſt alia.*

Eos, † qui ſub comitiua primi ordinis dignitate peculiariter [u] ad quamlibet prouinciam, vel prouincias defendendas milite [x] credito auctoritate noſtri numinis deſtinantur, & eos, qui vicem illuſtrium virorum magiſtrorum militum ſuſceperint peragendam [y], ducibus, qui præter Ægyptum [z], & Ponticam in aliis prouinciis adminiſtrauerint, adæquamus. Dat. XII. Kalen. Apr. CP. Lucio D.C. Conſ.

DE COMITIBVS, ET archiatris ſacri palatij.

TITVLVS XIII.

Qui dicantur archiatri notiſſimum eſt. Hi ſi honorati ſint comitiua primi ordinis, vicariis & ducibus exæquantur, ita vt inter eos nihil niſi ratione temporis interſit. Vt igitur titul. de Comitib. & tribunis ſcholarum, *ſic accipitur, de tribunis ſcholarum comitiua primi ordinis decoratis. & tit.* de comitib. rei militaris, *id eſt, de præpoſitis militum eadem comitiua decoratis: ſic & huius tit. hic eſt ſenſus, de archiatris comitiua primi ordinis honore præditis. Non eſt etiam dubitandum titulum* de Comitibus conſiſtorianis, *ſic eſſe accipiendum, de conſiſtorianis comitiua primi ordinis decoratis. & ideo Caſſiodorus in formula eiuſdem comitiuæ,* Spectabilitas, *inquit,* clara, & conſiſtorio noſtro digniſſima. *& paulo pòſt.* Comitiuam tibi primi ordinis largimur, vt cõſiſtorium noſtrum ſicut rogatus ingrederis, ita moribus laudatus exornes. *& in antiqua inſcriptione:* Memmio Vitraſio Comiti in conſiſtorio primi ordinis. *Sequens etiã titulus eſt de rectoribus prouinciarum eodem honore præditis. Notandum illud valdè, vicarios, & duces exæquari, & archiatris interdum non primi: ſed ſecundi ordinis comitiuam dari* l. vt ſuprà de profeſſ. & med. Cviac.

Archiatri ſi primi gradus militiam obtinuerunt, eam dignitatem adipiſcuntur, quam duces, & vicarij principis, qui militiam adminiſtrauerunt, & etiam comites primi ordinis. Bart.

I. *Impp.* Honor. & Theodos. AA. *Priſciano* P.V.

Archiatros intra palatium militantes [a], ſi comitiuæ primi ordinis [b] nobilitauerint gradus, inter vicarios taxari præcipimus, ſiue iam pridem depoſuerunt militiam, ſiue poſtea depoſuerint: ita vt inter vicarios [c], & duces, qui adminiſtrauerint, & eos, qui comitiuam primi ordinis meruerint [d], nihil interſit, niſi tempus, quo quis adminiſtrauerit, vel comitiuæ adeptus eſt inſignia. Dat. XII. Kal. Apr. CP. Lucio V.C.Coss.

DE COMITIBVS, QVI PROuincias regunt.

TITVLVS XIV.

Comites qui gubernauerunt prouinciam depoſito officio priuilegiis dignitatis vicariæ funguntur. Bart.

I. *Impp.*

---

a Viros.] *Vtuntur. vt* j. *de priu. agen. in re l. fin.* & facit j. *de priuus ſcho. l. 14. & de proxi. ſac ſcri l. in ſacr. & s. de profeſſ. & me. l. fin.*

DE COMITIBVS, *& tribunis, &c.*

Aliàs, de comitibus, & tribunis: *aliàs* de præpoſitis, & tribunis.

b Præpoſitos. comitibus.

c ¶ *Scholarum.* id eſt, eorum, qui obediebant ei in officio.

d ¶ *Epulis.* eſt enim quædã inquietatio cogitare de epulis: *vt ff. pro ſocio l. cum ſocietas.*

e ¶ *Adorãdi* [a]. id eſt, ſalutandi.

f ¶ *Inter quos.* ſcil. præpoſitos, & tribunos.

g ¶ *Numerantur.* nam & hæc pertinent ad officium prædictorum. s. Vel dic, quòd alij præerant, qui ſimiles erant prædictis. Accvrs.

h ¶ *Præpoſitura.* ſcilicet cum adminiſtratione.

i ¶ *Meruerunt.* à principe propter bonũ ſeruitium: *vt infrà. de ſilen. l. j.* ¶ Et dic, quòd eſt multiplex comitiua. id eſt, multi gradus ſunt comitis.

k ¶ *Caſu* ¶ Not de caſu eſt dignitas: *vt no. ſuprà, de leg. & conſt. l. digna.*

l ¶ *Depoſito ſacramento.* id eſt, finito officio comitiuæ: vel veriùs tribuni, & præpoſiti.

m ¶ *Par.* Põticæ, & Ægypti par eſt dignitas. & facit j. *de pal l vl.*

n ¶ *Alios, qui.* aliàs, *quod.*

o ¶ *Honore.* quia dignitatem ſine præpoſitura, id eſt, adminiſtratione meruit.

p ¶ *Militia.* ſ. præpoſiti, vel tribuni. Accvrs.

DE COMITIbus rei militaris.

q Qvi *contemplatione meritorũ.* nam probi [b] ad talia eliguntur.

r ¶ *Ducto.* id eſt, ductis militibus: ſic ff. *de ver. ſig. l. in vſu.*

ſ ¶ *Conſecuti.* dic vt s. *tit.* ¶ *l. j.*

t ¶ *Subiugantur.* i. ſubiiciuntur, ſiue adhibentur. & dic dignitatem prædictorum comitũ. vt his, ſc. comitibus locum præſtent, illi, qui, &c. & eſt aliàs, *adornatus*: & tunc habeas, *præſtet* aliàs, *nominantur.*

u Eos.] *Peculiariter.* id eſt, ſpecialiter, & intimè de his confidendo.

x ¶ *Milite.* id eſt, militibus eis datis a nobis: *vt ſuprà l prox.* quæ vltra mare, hic citra mare dicit miſſos.

y ¶ *Peragendã.* *vt ſuprà, vt dig. ordo. l. ſi. in fin. & ſa. infrà, de pri. age. in re l. eas.*

z ¶ *Præter Ægyptum.* illi fortè ſunt maiores.

DE COMITIbus, &c.

Id eſt, ſummus [a] *medicus: ab* archos, *quod eſt princ.*

a Archiatros.] *Militãtes.* inermi militia: vt in rubrica.

b ¶ *Ordinis.* dic vt s. *de comi & tri l. j.* Accvrs.

c ¶ *Vicarios.* quæ eſt quædam dignitas: *vt s. de offic. vic. l. j.*

d ¶ *Meruerint.* No. æquare [b] tres dignitates: quod valet ad, quod dicitur *ſuprà, de præf præt. l. 4. in ſi* facit j. *de proxi. ſac. ſcri l. j. & ſuprà de conſul. l. j. & de præpo. ſa. cub. l. j. & de primice. l. ſi in ſi.*

DE COMITIBVS, qui prouincias, &c.

Vt Tholoſanus: & eſt ſpectabilis: vt in Auth. de appel. §. illud. collat. viij. *Sed quidam* [c] *ſunt illuſtres:* vt infrà, de erog. mili an. l. prouincialum.

a Eos.

a Adoratio pro ſalutatione. *adde Gloſſ. in l. 4. ſuprà de conſulibus.*

C. The. 6. 13. 1.

* *Iunge l. vlt. infr. de comitib. rei militaris.*

* *Pyrrhus infrà ad tit. de prox. ſa. ſcr.* inquiẽdis epulis. *putat legendum. Cuiacius legit,* qui & diuinis ep.

† tribunos etiam, &c. C.T.

† Siu abſque honore comitiuæ cuiuſlibet ſcholæ regimen, &c. Ex Cod. Th.

b *adde l. ad ſubeunda. ſuprà de decurionibus l. 1. ſuprà, de condito in publicis horreis.*

C.T. 6. 14. 1.

a Archiatri, ſunt Principes medici: *adde l. 8. infrà, de metatis & epidemeticis.*

C.T. 6. 14. 3.

† *Iungeuo l. 2. ſuprà ad tit. prox.*

b Æquare dignitates, principlous eſt.

c Comitum, alij ſpectabiles, alij illuſtres.

1. *Impp.* Honorius & Theodosius AA. *Priſcıano P.V. poſt alia.*

EOs †, qui adminiſtratione ciuili, ac prouinciæ gubernaculis ſub iuriſdictionis licentia comites [a] quoque primi ordinis eſſe meruerint, vicariæ dignitatis poſt depoſitam adminiſtrationem priuilegiis frui oportet. Dat. XII. Kalend. April. Lucio V.C. Coss.

DE PROFESSORIBVS, qui in vrbe Conſtantinopolitana docentes, ex lege meruerunt comitiuam.

TITVLVS XV.

Grammatici, & Sophiſtæ, & iuriſperiti, qui per viginti annos ſciẽtiam docuerunt in Conſtantinopoli ciuitate per illius ciuitatis cœtum in arte docendi digni æſtimati ſunt digni ea dignitate, qua funguntur vicarij principis. Bart.

1. *Impp.* Theodosius [A.] & Valentin. [*Cæſ.*] *Theophilo* P.V.

GRammaticos [b] tam Græcos, quam Latinos, ſophiſtas [c], & iuriſperitos in hac regia [d] vrbe profeſſionem ſuam exercentes, & inter ſtatutos [e] connumeratos, ſi laudabilem in ſe probis moribus vitam [f] eſſe monſtrauerint, ſi docendi peritiam [g], facundiam dicendi, interpretrandi [h] ſubtilitatem copiámque diſſerendi [i] ſe habere patefecerint, & cœtu ampliſſimo [k] iudicante digni fuerint æſtimati: cùm ad viginti annos obſeruatione iugi, ac ſedulo docẽdi labore peruenerint placuit honorari, & his, qui ſunt ex vicaria [l] dignitate connumerari. Da. Id. Mart. CP. Th. A. XI. & Valenti. Cæſ. Coss.

DE SILENTIARIIS, ET decurionibus eorum †.

TITVLVS XVI.

Poſt depoſitum decurionatus officium decurio poteſt eligere vtrum velit eſſe magiſter officiorum domeſticorum, vel comes: & poteſtatem habet adorandi principem, & ſalutandi adminiſtratorem ipſius. Bart.

1. *Impp.* Honor. & Theod. AA. *Vrſo P.V. & Aemiliano com. or. Pr. & Strategio P.P. Illyrici.*

DEcuriones noſtri palatij poſt emenſum [m] fideliter obſequium, póſtque depoſita ſacraméta militiæ [n], electionem habent, ſiue ex magiſtro officiorum, velut agentes [o], dignitatem conſequi à noſtra maieſtate maluerint: ſiue inter viros illuſtres comites domeſticorum, videlicet inter agentes taxari [p]: vt tam in adoranda [q] noſtra ſerenitate, quàm in ſalutandis adminiſtratoribus, & reliquis prædicti honoris priuilegiis, necnon in noſtro conſiſtorio is honor omnifariam obſeruetur. Da. pri. Kal. No. CP. Honorio X. & Theodoſio AA. Coss.

Decurio, & ſilentiarius à tyronũ, equorũque præſtatione habetur immunis, nec præſtare cogitur præſtationes extraordinarias, quæ neceſſariò imponuntur. Bart.

11. *Idem AA. Venantio* * P.P.

VNuſquiſque decurio, vel ſilentiarius à tyronum, equorúmque præſtationibus [r] habeatur immunis: nullam collationem, quæ plerunque poſcitur, ſoluat: nihil his vlla poteſtas iniungat, aut neceſſitas imponat. D. VII. Id. Mar. Rauen. Aſclepiod. & Marin. Coss.

Priuilegia data decurionib. & ſilentiariis, per hanc legem confirmantur, & eis conſeruantur, licèt ad maiorem aſcenderent dignitatem, nec eis præiudicatur in hoc per aliquod generale, vel ſpeciale reſcriptum diſponens contrarium. Bart.

111. *Impp.* Theod. & Valentin. AA. *Flauiano* P.P.

DEcurionibus, & ſilentiariis etiamſi ad ſuperiorem gradum ſucceſſu meliore tranſcendunt: omnia priuilegia, quæ iam dudum diuorũ principum iudicio meruerunt, legis iſtius præceptione nouerint eſſe firmata, non præiudicatura quacunque generalitate pragmatica [ſ]: nec angarias [t], vel parangarias, ſiue parauerédos vlla eis ampliſſimæ præceptionis imponat auctoritas: ſordidis quoque muneribus, excoctione calcis, & ſuperindicti [u] grauamine eos liberamus. Domus quoque eorum, non tantùm in hac ſacratiſſima vrbe: ſed in qualibet alia poſitas ciuitate, immunes ab omni hoſpitum cuiuſlibet dignitatis inquietudine vindicamus [x]: permiſſa eis veniendi ad comitatum [y] licentia præter [z] euocatoriæ ſecuritatem †: mulcta decem librarum auri iudicibus prouinciarum, eorúmque officiis [a] infligenda, ſi ſtatuta nominis * noſtri crediderint eſſe contemnenda. His addimus, vt cùm optatam quietem acceperint [b], & inter viros illuſtres [c] Senatores cœperint numerari: honore curiæ ſine aliqua functione [d] lętentur, immunitatiſque gaudio plena dignitatis lætitia potiantur: vt dignitatem ſolam [e] habeant ex Senatu, ſub hac videlicet definitione, vt triginta tantummodo numero

a EOs.] *Comites.* hoc expone: *vt ſuprà, de com. & tri. l. j.* & facit *infrà de prin. agen. in re. l. j. & ſuprà de exa. mu. l. aut.*

DE PROFESSORIBVS, qui in, &c.

Vt ſunt comites quod textus non bene aperit.

b GRammaticos. qui Grammaticam docent.

c ¶ *Sophiſtas.* qui [a] dialecticam docent.

d ¶ *Hac regia.* Cõſtãtinopolitana. ¶ Et no. [b] in regiis vrbibus tantùm doceri. *vt not. ſup. de ſtud. li. vrb. Roma. in rubri.*

e ¶ *Statutos.* qui debent eſſe duo, qui leges pandant: *vt ſupr. de ſtu. libe. l. j. in fi.*

f ¶ *Vitam* per mores: *vt ſupr. de profe. l. magiſtros.* vbi de facundia dicit.

g ¶ *Peritiam.* vt rectè ſentiat mentẽ legis: *vt Inſt. in prox. §. cùmque.*

h ¶ *Interpretandi* id eſt, exponendi: *vt ff. ſi cert. pet. l. j.*

i ¶ *Differẽdi.* id eſt, in dicendo copioſus. *arg. ſup. de teſt. l. teſtamentũ.*

k ¶ *Ampliſſimo* ſcilicet Senatorum. a. Vel dic, *vt in d. l. magiſtros.* Accursius.

l ¶ *Ex Vicaria.* ſed vicarius [c] æquiparatur comiti, & duci. ergo eſt comes [d], & dux: *vt ſup. de comi. & archia. l. j.* & quia rub. ipſa hoc dicit ¶ Et no. quòd nouem [e] debent adeſſe: *vt hic dicit:* & fa. *ff. de excu. tut. l. ſi duas. §. j. & l. ſed reprobari. §. fin. & ff. de mil. teſta. l. antep. & ſuprà, de muner. l. ſi quis de profeſſ. l. ij.* ¶ Et no. quòd ſic dicit de magiſtro Ioann. grammatico, & Ac. iuriſperito. Item facit *infrà, de prox. ſacr. l. iij. & ff. de verb. ſig. l. quibus.*

DE SILENTIARIIS, &c.

Silentiarij ſunt triginta decuriones tres: vt infrà, l. iij in fi. *& dicuntur* [f] *conſiliarij:* vt ff. de mino. l. verũ. § ex facto.

m DEcurione noſtri.] *Emenſum.* id eſt finitum. quod eſt ex voluntate principum. nam non eligitur, niſi in certum tempus: *vt ff. de excu. tut. l. iuriſperitos.*

n ¶ *Militia.* prædictæ inermis. Accurs.

o ¶ *Agentes.* id eſt, habeant dignitatem ſine adminiſtratione, quam habet magiſter officiorum cum adminiſtratione, qui eſt illuſtris: *Vt ſuprà, de offi. ma. offi.* vbi ponitur inter illuſtres: licèt P. magiſtrum officiorum dicat ſpectabilem. Accurs.

p ¶ *Taxari.* id eſt numerari. ¶ Et no. quod agẽtes in rebus [a], & comites domeſticorũ, idem ſunt

q ¶ *Adoranda.* adoratur princeps [b]: ſalutantur alij: ad quod *infr. tit. j. l. j. & de pro. ſac. ſcri. l. 9. & l. v. & ſupr. de co. & trib. l. j.*

r VNuſquiſque.] *Præſtationibus.* dic quòd ſint perſonalia munera: *vt ff. de mu. & ho. l. ult. §. j.* a. Vel veriùs, patrimonij ſũt: *vt hic, & ſuprà, de mu. pa. l. ij.* nam & hîc dicit *præſtationibus.* & fa. *infrà, de prox. ſa. ſcr. l. iiij. & inf. l. prox.*

ſ DEcurionibus, & ſilentiariis.] *Pragmatica.* etiam [c] ſi generale ſtatutũ fiat in contrarium, non videntur iſti comprehendi: *arg. ff. de ſen. l. Caſſius.* 2. Vel dic etiam ſpeciali reſcripto in contrarium. 3. Vel generaliter dicã. & fac. *s. de dig. l. iij. cum concor.*

t ¶ *Nec angarias* genera ſordidorũ munerum, quæ expone: *vt ſupr. de exc. mu. l. maximarum. & de epi. & cle. l. ij. & de ſacroſ. eccl. l. neminem & s. de præpoſ. ſac. cubi. l. ij.* Accurs.

u ¶ *Superindicti.* genus munerum: *vt s. de ſuperindicto. l. j.*

x ¶ *Vindicamus.* id eſt, liberamus.

y ¶ *Ad comitatum.* ſcilicet noſtrum.

z ¶ *Præter.* etiam ſi non mittamus pro eis: *vt s. de digni. l. fi. & j. de prox. ſac. ſcri. l. ij.* Accurs.

a ¶ *Officiis.* id eſt, officialibus.

b ¶ *Acceperint.* id eſt, depoſuerint officium. Accurs.

c ¶ *Illuſtres.* not. Senatores [d] illuſtres: *vt s. de ſena. l. fi.*

d ¶ *Functione.* i. munerum exhibitione.

e ¶ *Solam.* nã Senator quis eſſe poteſt, & tamẽ honores non petere: *vt ff. de interd. & relega. l. relegatum. §. ſolet.* id eſt, dignitatem habet, ſine adminiſtratione.

C.T. 6.17. 1.

† *lunge cum l. 2. ſuprà, de comi. rei mil.*

a Sophiſtæ pro dialecticæ profeſſoribus.

b Ius quibus in locis, & vrbibus profiteri liceat.

C.T. 6. 21. 1.

Al. pro meluſ. AA.

Videtur eſſe pars *l. 1. de ſtudiis liberalibus vrbis Romæ.*

c Vicarius comiti, & duci æquiparatur.

d Priuilegium huius legis vtrùm competat profeſſoribus huius tẽporis vide hic Rebuffum. videtur enim hæc cõſtitutio eſſe localis. Bartol. hic beneficium huius legis ciuitatibus, quæ priuilegiũ ſtudij habeant, competere exiſtimat.

e Doctores nouem requiri in vno approbãdo, hinc colligũt. Quibuſdam tamẽ locis quatuor ſufficere Bartolus notat hac lege.

† In quibuſdã non eſt vox, *eorum.*

f Silentiarij qui, vide hic Cuiacium: vbi inter cætera notat eſſe excubitores in conſiſtorio, & palatio principis.

a Agentes in rebus.

b Adorari princeps dicitur, alij ſalutari.

* *al.* Valentio

c Generale reſcriptum non derogat ſpeciali etiam præcedẽti, niſi præcedentis fiat mentio: *adde c. 2. extr. de reſcriptis. l. tamen. § ſin. ff. de lega. 3.*

d Imò ſuprà illuſtres potius, ſunt autem verè Clariſſimi. *vt dixi ad l. 1. ſupr. de conſulibus*

† *ſecuritatem,* in exemp. Victor.

* numinis.

KK

ea priuilegia [a] conſequantur: decuriones quoque tres: ſed eos tunc demum perpotiri decernimus beneficiis ſupraſcriptis, cùm per † continuos tredecim * annos inculpatas excubias [b] peregerint.

Silentiarij, & eorum vxores ciuiliter, & criminaliter ſunt conueniendi coram officiorum magiſtro. BART.

IV. *Imp.* ZENO A. *Coſmæ præpoſito ſacri cubiculi.*

NE ad diuerſa tracti viri deuoti ſilentiarij iudicia, ſacris abſtrahi videantur obſequiis: iubemus eos, qui quemlibet deuotiſſimorum ſilentiariorum ſcholæ [e], vel eius vxorem ciuiliter, vel etiam criminaliter pulſare maluerint: minimè eum ex cuiuſlibet alterius iudicio, niſi ex iudicio tantummodo viri excellentiſſimi magiſtri officiorum conueniri.

Silētiarij in poteſtate poſiti quicquid acquirunt, retinent tanquam caſtrenſe peculiũ: nec aliàs eis per parentes auferri poteſt: nec poſt parentis obitum fratribus conferre tenentur: nec etiam conferre tenentur dictis fratribus illud, quod parentes, vel alij eis donauerunt ratione militiæ ſupradictæ. Item excuſantur à tutelis, & curis, & filij ipſorũ ad præturam inuiti non vocantur: & per hanc legem non derogatur priuilegiis eis datis. BART.

V. *Imp.* ANASTASIVS † A. *Antiocho præpoſito ſacri cubiculi.*

IVbemus clariſſimorum [d] ſilentiariorum præditos militia, etſi genitorum ſuorum in poteſtate ſint conſtituti, quæcũque † ſolatiorum, ſeu emolumentorum, vel donationum, ſeu hæreditatum nomine per militiam, vel quamlibet eiuſmodi cauſam [e] his acquiſita ſunt, vel fuerint, iure caſtrenſis peculij poſſidere [f], nec ea poſſe vel parentes ſuperſtites ſibi vindicare, vel auferre, vel etiam poſt eorum obitum fratres, vel alios eorum hæredes, quaſi ad defunctorum dominium pertinentia, in diuiſionem deducere. nec enim oportet labores eorum aliis fructum [g], vel lucrũ adferre. Hac namque ratione [h], ſimul & contemplatione, nec ipſam militiã [i], vel ſuffragiũ quodcunque [a] pro ea, vel ab eiſdem viris deuotiſſimis ſilentiariis, vel à parentibus eorum, vel à quolibet alio datum eſt, vel fuerit, ab his patimur in ſucceſſionem defunctorum parentum conferri, ſeu nomine collationis in medium eaſdem offerri pecunias, vel his imputari [k]. Ad hoc, de tutelis, & curationibus eos excuſari ſancimus: ne alienarum rerum adminiſtrationem ſubire compellantur [l], qui propter noſtra miniſteria nec ſuis curam, ſeu prouiſionem diligẽter deferre poſſunt. Inſuper eorum liberos, qui dignitate virorum ſpectabilium comitum, ſeu tribunorum decorati ſunt, vel fuerint, nullatenus nolentes [m] adminiſtrationem præfecturæ ſuſcipere, ſeu peragere: omnibus videlicet antelatis priuilegiis in perſona non tantùm in præſenti militantium: ſed etiam poſtea eidem conſortio inſerendorum, tam tempore militiæ, quàm poſt eam depoſitam obſeruandis [n]. Dat. Kal. Iannuar. Ioanne, & Aſclepione Coſs.

DE DOMESTICIS, ET protectoribus. [o]

TITVLVS XVII.

Domeſtici, & protectores principis ſalutantes vicarios, & præfectum, ipſos oſculari poſſunt: ac eis omnes debent reuerentiam exhibere. BART.

I. *Imppp.* VALENTINIANVS. THEODOSIVS, & ARCADIVS, AAA. *Euſignio P.P.*

DOmeſtici [p], ac protectores, oſculandi [q], cùm ſalutauerint vicarios, tui culminis habeant poteſtatem. Pœna enim ſacrilegij [r] ſimilis erit, ſi his honorificentia [ſ] non deferatur, qui contingere noſtram purpuram digni ſunt exiſtimari [t]. Dat. Prid. Non. Mart Mediolan. Valentinian. A. III. & Eutropio. Coſs.

Primicerius domeſticorum, & protectorum fungatur dignitate ſpectabili: & alij ſubſequentes poſt eum in gradu vſque ad numerum decem inter clariſſimos nominentur: ita tamen, quòd qui prior eſt in loco prior ſit in ordine. BART.

II. *Impp.* THEODOSIVS, & VALENTINIANVS AA. *Heliodoro P.V.* †

PRimicerius quidem domeſticorum, & protectorum vtriuſque ſcholæ [u] poſt adeptum tribunatum [x], inter eos ſpectabili dignitate perfruatur, qui ducatũ [y] gerere meruerint: alij verò, qui decurſis ſtipendiis ab eodẽ decẽ vſque numero ſubſequuntur [z], conſulari, id eſt, clariſſimatus dignitate perfruantur cum ipſa loci decemprimorum acceſſione. Dat. III. Id Iun. CP. Ætio, & Valerio VV. CC. Coſs.

Domeſticus, vel protector, qui ſine licentia principis ſe abſentauit à curia, non ex cauſa reipublicæ: ſi per biennium abſens fuerit, debet poni poſt quintum in ordine ipſorum: ſi triennio, in decimo gradu ponitur: ſi quadriennio, loco nouiſſimo erit habendus: ſi quinquennio, erit ſpoliandus cingulo. BART.

III. IIDEM

---

a ¶ *Ea priuilegia.* ſuprà dicta.

b ¶ *Excubias.* i. officium ſuum, quod cum vigiliis fit.

c NE *ad diuerſa tracti.*] *Silentiariorum ſcholæ,* &c. i. ſocietatis. & facit *ſuprà, de fabric. l. eos. infrà, de prox. ſa. ſcrin. l. in ſacris. & infrà, de dec. l. ij & infrà, de priuil. ſcholar. l. j. & infrà de agen. in reb. l. ex eo. & infrà de palat. l. viros. & ſup. de in. om. in. l. ſi. & ſupr. de prof. & medi. l. fin.*

d IVbemus. *clariſſimorum.* i. clariſſimarum perſonarum. ſunt enim ſpectabiles: *vt ſuprà de inoff. teſta. l. omnino. §. finali. & infr. de caſtren. pec. l. j.*

e ¶ *Eiuſmodi cauſam.* id [a] eſt militiæ, vt a ſociis: *vt ff. de caſtren. pecu. l. caſtrenſe. & l. ſi fortè.* ACCVRSIVS.

f ¶ *Poſſidere.* ſic aduocati: *vt ſuprà de aduo. diuer. iudi. l. iiij. & ad ſeſſores: vt ſuprà, de adſeſſ. l. velut.*

g ¶ *Fructum.* ad hoc [b] *ſuprà, de bo. quæ libe. l. cũ oportet §. j. & ff. de col. bon. l. j. §. nec caſtrenſe. & ſuprà de ineff. teſta. l. omnino. §. ſi & l. fina. & infra, de caſtren. pecu. l. j.*

h ¶ *Ratione.* qua mouemur ad prædicta.

i ¶ *Militiam.* ſ. ipſam, vel quod inde percipitur, vel eius æſtimationem. Item ſuffragium, id eſt. pretium pro ea emenda: & eſt datum à ſe filio, vel à parte, vel ab alio: & nõ confertur.

α ¶ *Vel ſuffragiũ quodcunque.* ſuffragium hic ſignificat id, quod ſuffragij nomine datum eſt ſicut pactũ, id quod datur ex pacto. Vide ſcripta *ad rubr. ſup. de ſuffrag.* CVIAC.

k ¶ *Imputari.* vt prædictis primis legibus: ſecus in aliis dignitatibus: *vt dicta l. omnimodo. & ſupr. de col. l. illud.*

l ¶ *Compellantur.* vt *ſuprà de excu. tu. l. fin.* etiamſi iam erat inchoata tutela: *vt ff. de mino. l. verum §. ex facto. & ff. de excu. tut. l. iuriſperitos.*

m ¶ *Nolentes.* volentes ergo poſſunt, aliàs generaliter inuitus [c] quis cogitur ad magiſtratũ: *vt ff. de mu. & ho. l. ſi quis magiſtratus.* ¶ Item nota priuilegium [d] tranſire ad filios in aliquo. *ſic infrà, de proxi. ſa. ſacri. l. in ſacris.* ACCVRSIVS

n ¶ *Obſeruandũ.* ſic *ſuprà, de excu. mu. l. ea & infrà, de agen. in reb. l. fina. & infrà, de proxi ſa. ſcri. l. ij.*

o DE DOMESticis, & protectoribus.

Domeſticus [a], *id eſt, ſilentiarius. ſecũdum quoſdam quod non placet: vt ſ. tit. j. l. j. Vel domeſtici, id eſt, ſerui, & liberti, & ſimiles:* vt iuſta ... qui ad eee confu. l. h §. *ſanè quod nõ placet: quia ingenui ſeruiunt principi:* vt ſ. de præpo. ſa. cubi. l. iubemus. § hoc nõ ſo. l. iij. *Tu dic de domeſticis, vt accipitur ſupr. de adſeſſ. l. domeſticus. & ſunt templarij, & quidã fratres ad Papã. Sed hic laici ac milites fortes:* vt infrà, l. fina. *Protector verò eſt, qui ſtat armatus coram principe, vnde Obius, & Beliſarius fuerunt domeſtici, & protectores Iuſtiniani, & tam primi, quàm ſecundi erant plures, & habebant præpoſitos, qui primicerij dicuntur:* vt infrà, l. ij.

p DOmeſtici. expone, vt in rub.

q ¶ *Oſculandi.* dando pacẽ cum vicario præfecti: non dicit *præfecto,* ſed Papam [b] oſculamur in pede.

r ¶ *Sacrilegij.* facit *ſupr. vt dig. or. ſer. l. j. cum concord.*

ſ ¶ *Honorificentia.* maximè ſupradicta.

t ¶ *Exiſtimati.* quem princeps [c] honorat, ab omnibus eſt honorandus [d]: *vt infr. tit. j. l. j. & ſuprà, de tri. ſa. l. ij. & de aduo. di. iu. l. reſtituenda. in fine & ff. de re iud. l. quidam & ſ. tit. j. l. j. & ff. de al. ſcri. l. j.* & fac. *j. tit. ij. l. ij & j. de offi. di. iud. l. ſi.* ACCVRS.

u PRimicerius quidẽ] *Scholæ.* id eſt, ſocietatis.

x ¶ *Tribunatũ* i. primiceriatum *vt ſ. de prim. l. præclaram. in princ.*

y ¶ *Ducatũ.* i. primiceriatũ prædictum, &c. & habeas, *meruit,* in ſingulari. aliàs tranſit de ſingulari ad pluralem.

z ¶ *Subſequuntur.* ordine enim

---

† Priuilegia, & dignitates nõ ſemper durant finito officio. * al. XXX.

a Paria ſunt, adquirere aliquid ex aliquo negotio, & ex qualibet eius cauſa.

b Præmium vnius, alteri, eo inuito, adduci nõ debet.

† Anaſtaſius, recte: vt apparet ex l. 30 ſup. de inoffic. teſt. CONT. * Polycarpo P.P.

† Peculium quaſi caſtrenſe filius inuito patre retinere poteſt: neque ad tenetur fratribus conferre poſt mortẽ patris.

c Inuitus quis magiſtratum gerere cogi poteſt.

d Priuilegiũ quibuſdã caſibus ad filios manſit.

a Domeſtici, & protectores, qui. vide ... apud Cuiacium.

b Papã in pede oſculari conſuetum.

c Præſumitur pro his, qui ſunt à principe electi.

d Sic etiã habetur in Gl. 1. in cap. nemo, extra de ma. & quali.

† al. P.R

ne enim erant poſiti:& ſic vſque ad decem poſt primiceriū ſunt clariſſimi, dū tamen inter eos ſit ordo temporis, prout fuerunt in eo officio electi vt dicit in ſi vt ſecundùm ordine ſeruentur quæ d xi ſupr de offi præſ.prætò l.y. in fin & dic decurſis, i. currentibus. nō enim erat finitum officium licet quidam contrà. Item & aliàs vltra x. non datur priuilegium per legem iſtam.

† al comiti domorum ſed vethen. domeſticorum.

a S[1] quis. Nouiſſimus. id eſt, vltimus. adde quæ no. ſup. de offi pra.præt. l. ij in fin.

b ¶ Spoliandus. ¶ No. vagabandum[a] perdere priuilegium ſic ſ. de epi. & cle. l generaliter. alia forma ſeruatur ſ. de primicer l. y & ſ. de cõmeatu l quicúque & l fin.

c ¶ Aberrantes. ſ. eſſe. quod ſequitur.

d ¶ Numerari. i. inueniri vt numerētur vt facit poteſtas de his qui debent habere equos pro communi: & de illis de conſilio.

† Pœna augēda eſt delicti cõtinuatione.
* regreditur, veteres recte: vt & Cuiac. probat.
a Vagabundus priuilegium amittit adde l. nemo ij. infrà, de re militari.

e LEge pragmatica.] Victura. id eſt, duratura.

f ¶ Præſentalium. quia[b] præſentes ſtare debent in curia: vt ſupr l proxi.

g ¶ Equitum. i. in ſocietate domeſticorum qui ſunt milites.

h ¶ Secundicerij. ab i. ias. ſecūdi, & eſt planū. Alij habent ſyncerij, & dicuntur eſſe iidem, quod primicerij. Alij habent, ſecundicerij [c]: & alij ſecundum locum primicerij: & ſemper ſubaudi, etiam. nam multò magis in primicerio. vel dic ſemper poni pro primicerio. vt infrà dicit primiceriatus. Vel reſpectu principis, qui eſt ibi primus. arg. ff de offi. procon. & l. ſi in aliquam. in fin. Sed primus erat reſpectu ſequentium, & ſic dicit infrà, primiceriatus.

* Pro incluſis legitur in manuſcript. Vigilantio comiti domeſticorū conſulari, ac patricio. CONT.
b Præſentales qui. ſic in exem. quodā noſtro ſcripto legitur: rectè. CONT.
c Secundicerius, vel ſecūdocerius, qui poſt primiceriū primus.

i ¶ Monſtratur. ad annum erat electus: non ergo tātùm illius anni hæres habet ſalarium[d], de quo conſtat. vt ſ. tit. ij. l. ſi quis. & ſ. de adu. di in. l poſt duos. §. fi. & infrà, de primipi. l. ij & l. j. de agen. in reb l. iij. Sed etiam in alterius anni: quod eſt mirum; quia ſic hæres[e] habet plus quàm defunctus: ſic ff. de magi. conue. l. non ſimiliter. & de poſt. he. l. nec vllum §. vlt.

d Salarium defuncti quēadmodum hæredibus præſtetur: atque ita colligimus, ſalaria tranſire ad hæredes.
e Hæres interdum plus habet, quàm defunctus vt hic, interdum minus: vt in Gloſſa l. vlt. infr. de metati & Epidemeticis.

k ¶ Anni. ſcilicet tempore ACCVRS.

l ¶ Prolixè. i. lōgè vltra, quàm vixerat. ACCVRS.

m ¶ Similis. quoad eum annum, ſed diſſimilis quoad ſequentem: niſi dicas ipſum habere ſa-

III. IIDEM AA. Sperato comiti domeſticorum † peditum.

SI quis domeſticorum nulla negotij publici abſtrahente ſolicitudine, nec ei per cõmeatum ſolemniter vt abeſſet facultate conceſſa, per biennium obſequiis ſerenitatis noſtræ defuerit: is retrorſum in ordinem tractus inferiorem, quinque ſequentibus poſtponatur. Si verò triennium eius abſentia continuaſſe † monſtretur, vſque ad decimum locum proculdubiò regredietur *. Quòd ſi quadriēnio tenus abſuerit, nouiſſimus[a] collocetur, quinquennium autem ſi fuerit diuagatus: ipſo iam cingulo ſpoliandus[b] eſt. indignum quippe eſt, deſides à propriis tamdiu muniis aberrantes[c] (quos eſſe conuenit aſſiduos) numerari d.

Si domeſticus, vel protector ante finitum officium deceſſerit, hæres eius ſalarium totius anni, ac etiam ſubſequentis percipiet. BART.

IV. Imp IVLIANVS A. [*Vigili conſulari, & Patricio.*] *

LEge pragmatica ſine fine victura[e] præfiniendum, ac conſtituendum credidimus, vt ſi quis virorum fortium præſentalium[f] domeſticorum in æquitum[g] ſchola ſecundicerij[h] * locum adeptus, diem interea ſupremum clauſerit: hæredes eius non reliqui tantùm temporis, quod eidem gradui ſupereſſe monſtratur[i]: verumetiam in ſequentis anni[k], hoc eſt, primiceriatus ſolatiis, ac emolumentis fruantur omnibus: vt quod ad quæſtum, & compendiū militiæque fructum prolixè[l] pertinet, ſimilis[m] habeatur, ac ſi ſuperſtes permanſiſſet ad finem vſque ſupremum.

DE PRÆPOSITIS laborum. [n]

TITVLVS XVIII.

Præpoſiti laborum durante officio ſunt clariſſimi: eo finito inter conſulares habentur. BART.

I. *Impp.* HONOR. & THEOD.

QVi præpoſiti laborum noſtro iudicio promouentur[o], clariſſimi ſint inter allectos: ita vt ex conſularibus habeantur[p]. Nam & immunitate[q] digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. Da. III. Id No. CP. Theod. A. VII. & Palladio Coſs.

DE PROXIMIS SACRORUM ſcriniorum[r], cæteriſque, qui in ſacris ſcriniis militant.

TITVLVS XIX.

In hoc tit. de ſcriniis ſacris agitur, in quibus iura, id eſt, adnotationes, vel pragmatica ſanctiones, vel deſcripta principum, vel cognitiones, & preces edūtur, reponūtur & ſeruantur. l. vlt ſupr. de aquæd. l. omnium ſup. de teſta. l. a. inf. tit. prox. *Et ſunt quatuor, ſcrinium memoriæ, ſcriniū epiſtolarum, ſcrinium libellorū, ſcrinium diſpoſitionum. Alia ſūt ſcrinia largitionū, de quibus dicetur titulo de palatinis largitionum. De magiſtris illorum ſcriniorum dictū eſt ſuo tit. ſup. Alij ſunt proximi ſcriniorum, qui ſic dicti videntur, quòd ſint proximi magiſtris, & ſpectabiles æquè, ac magiſtri, qui in ſcrinio diſpoſitionum non proximi, ſed comites diſpoſitionū appellati videntur* l. 4. hoc tit. l. 1. Cod. Theodoſ. qui à præb. *& inde eodē Codice de proximis Comitibus diſpoſitionum à-…* & in l. 10. eod. Ad ſimilitudinem, *inquiunt*, proximorū, & ij quoque qui priores in ſcrinio diſpoſitionum fuerint, & Comitis acceperint dignitatē, & l. vltim. tam proximo ſcriniorum, quàm Comiti diſpoſitionū. *Ideo autē nō eſt in ſcrinio diſpoſitionum proximus: quia nec magiſter, hæc igitur ſunt …, magiſter, & proximus. Et quod l. 1.* huius ti. *diſpoſitionū primi proximi appellantur, æquè ac cæterorum ſcriniorum primi, adnotatione illa indiget. diſpoſitionum proximos nō dici propriè, ſed Comites quamobrem rectiùs in Co. Theo. non additur,* atque diſpoſitionū. *& in l. 2. rectiſſimè,* Omnes, *inquiūt*, qui ex proximis venerādo cœtui Senatus fuerint adgregati, ſiue hi de ſcrinio memoriæ, ſiue epiſtolarum, vel libellorum, ſiue diſpoſitionū Comites fuerint, ad ſeptenos dūtaxat ſolidos teneātur. *Huius quoque tit.* l. 6. *rectiſſimè proximos trib. tantùm ſcriniis attribuit. &* l. 8 *ſeparat proximos à Comite diſpoſitionū. Proximos ſequuntur Melloproximi. i. e. qui ſequenti anno futuri ſunt proximi. Proximatus enim dignitas annua eſt.* d. l. 6. *De Melloproximis* l. 5. 7. & pen. *qui ſecūdum locum tenere dicūtur* l. 13 & vlt. *Sequūtur adiutores proximi, Laterculenſes, primates exceptores, antiquarij, adiutores quæſtoris, ſequitur librariorum, & ſcriptorū turba, memoriales, libellenſes, epiſtolares, pragmaticarij quorum ingeniis & mentibus committuntur pragmaticæ ſanctiones, libelli, adnotationes, reſcripta, preces, acta cognitionum arcana:* vt ait l. 8. *qui militare dicūtur in ſcriniis ſacris. Similiter verò extra rationē ſcriniorum alij ſunt admiſſionum magiſtri.* l. 1. C. Th. qui à præb tyr. *Alij admiſſionum proximi. Marcellin.* 22. Inductis, *inquit*, per admiſſionum proximū. *Alij admiſſionales.* l. 2. ſ. de pri. eo. qui in ſac. pal. l. vlt. ſ. de diu. offi. *qui à Græcis* [Greek illegible]. *Seneca 6. de benef.* Non ſunt amici, qui in primas, & ſecundas admiſſiones digerūtur. *Suet. in Veſpaſiano:* Quidam ex officio admiſſionis. CVIAC.

larium duorum annorum pro vno.

n DE PRÆPOſitis laborum.

Quidam habent, laborum,[a] *in textu, & rub. nec dicunt cui labori ſunt præpoſiti. Alij*, labarum, *à labiis*[b]. *forte corrigebat eos, qui malè loquebantur de principe.* 3. *Vel dicit hoc labarum ſignū bellicum ex auro & lapidibus precioſis, quod fecit fieri Conſtantinus*[c] *precioſius inter alia ſigna bellica, ſecundùm Hugolin & ſecundùm hoc ponitur pro genitiuo plurali: vt, ſcilicet* deūm *pro* deorum: & aduicariūm pro aduicariorū: vt inf. tit. proxi. l. fi. *& deriuatur à labor. qui ergo talibus ſignis faciendis præponebatur, dicebatur præpoſitus laborum.*

a Laborū, vel λάβαρον, vexillum magnū vt ex Nazianzeno, & Sozomeno, & aliis notat Cuiacius hic. Alij Lauorum legunt ex Tertulliano, c. 6. Apologetici.
b Falſum: vt ſupr. expoſui.
c v. Euſebium, & Sozomenū.

o QVi præpoſiti.] Promouentur. id eſt, facti ſunt.

p ¶ Habeantur. etiam finito officio: vt infrà, tit j. l iij.

q ¶ Immunitate. perſonaliū munerum, non patrimonialium: vt ff. de excu. mu. l. induitis.

r DE PROXImis ſacrorum ſcriniorum, &c.

Quidā habēt præpoſitis: *alij*, proximis: *quod idem eſt ſic dicti*[d], *quia magis ſe principi proximant. quā alij. qui ſub eis ſunt, qui ſūt plures,* vt ſ. eo. l. hac parte. ¶ *Et no. quod tria ſūt ſcrinia, ſeu cameræ:* de quib. dicitur ſ. eod. l. epiſtolarum, *quæ principi, vel ab eo mittebantur: vt ſit Bononia. Item libellorū conuentionalium, & cognitionū* vt ſ eo. l. vlt. *Item diſpoſitionum: vt*[e] *eſt regiſtrum:* vt ſ. de agen. in reb. l iij. in fin.

d Dic meliùs, Proximi ſacrorum ſcriniorum, qui proximi magiſtris ſcriniorum.
e Imò plura. Eſt enim ſcriniū memoriæ, epiſtolarū, libellorum, diſpoſitionū largitionalium.

ſ PRoximos. Expone vt in rubrica. & dic ſecundùm Pla. hi ſunt, quibus arcana principis committuntur. vt ſ. eo. l proximo. eſt etiam dignitas quæ dicitur proximatus[f]: vt ſ. eo. l ſi quis. Item & alij, qui dicutur melloproximi: vt ſ. eo. l. peculiari.

f Proximatus dignitas

t Eos. vicarios. ACCVRS.

u ¶ Merito. nomen eſt.

a ¶ Qui

Proximi ſacrorum ſcriniorum ea dignitate funguntur, qua vicarij principis: & officio depoſito ſunt præponendi vicariis, qui primò vicariatus officium ſunt adepti: & eorum officium eſt finitum. Item onus deſcriptionis nullo modo ſubire coguntur. BART.

I. *Impp* GRAT. & VALENT. THEOD AAA. *Cynegio P.P.*

PRoximos[ſ] memoriæ epiſtolarum, ac libellorum, [atque diſpoſitionum,] ita vicariorum honore cumulamus, vt inter eos[t] merito[u] dignitatis habeantur

tur, qui [a] pro præfectis [a] diœceſes [b] ſibi creditas temperarunt [c], ex eo tempore, ex quo eos ſplendor indepti [d] proximatus oſtendat: inſequentibus [e] præponendi, qui vicarias poſtea adminiſtrauerint: & nullam iniuriam deſcriptionis perhorreſcant [f]. Dat. Prid. Kalend. Maij. CP. Honorio, & Euodio Coss.

Militantes in ſacris ſcriniis, ordinarios, vel ſpectabiles iudices in prouincia exiſtentes ſalutare non compelluntur, nec etiam accedere ad conſilium: & eis debet denegari acceſſus ad principem, & eis debet in ſalutatione reuerentia exhiberi, & etiam dari poteſtas ſedendi cum iudice: primates, & apparitores, ſi contrà fecerint, ternas libras auri nomine pœnæ ſoluant. Bart.

II. *Imppp.* Valentinian. Theodosius, & Arcad. AAA.

IN † ſacris ſcriniis noſtris militantes, in prouinciis [g] ordinarij [ß], vel ſpectabilis iudicis ad ſalutationem [h] non arceantur, & inuiti in conſeſſum [i] accipiantur: ſcituris vel principe, vel corniculario [k], vel capitibus officij, ternas libras auri ex ſuis facultatibus eruendas, ſi conſiſtorium noſtrum ſæpe ingredientibus, ſecretarij iudicum non patuerit ingreſſus, aut reuerentia nō fuerit in ſalutatione delata [l], aut ſedendi cum iudice ſocietas denegata. Dat. VI. Id. Nouemb. Treuer. (al. Tyberiade) Tunaſio, & promoto VV. CC. Coss.

Qui militauerunt in ſacris ſcriniis per xx. annos: ſi quieti poſtea fuerint per principem deſtinati, cōſularem retinent honorem: nec poſſunt quoquo modo ab impertito otio ſeparari. Bart.

III. *Impp.* Arcadius, & Honorius AA. *Claudio* P.V.

IN ſcriniis palatij militantes, id eſt memoriæ, epiſtolarum, libellorúmque ac diſpoſitionum, poſt viginti annos [m] tranſactæ militiæ ſi diſcedendū ſibi eſſe decreuerint: conſulari honore fulti inter allectos [n] habeantur: huncque honorem dignitatis teneant, qui ex conſularibus [o] deferri conſueuit: nec eos [p] quiſquam iniungendo aliquid, vel iubendo poſſit ab impertito otio ſeparare. Dat. XV. Kal. Mar. CP. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. Coss.

Poſſeſſio militantium in ſacris ſcriniis ſolū tributum canonicæ indictionis præſtat: à cæteris verò muneribus non vexatur: & ſi ad maiorem aſcenderit dignitatem, non perdit ob hoc priuilegia ſcriniorum. Bart.

IV. Iidem AA. & Theod. A. *Epiphanio* P.V.

IVbemus, vt primùm omnium ſit eorum, qui in ſacris ſcriniis noſtris, id eſt, memoriæ, epiſtolarum, libellorum, & diſpoſitionum referuntur, ſecura poſſeſſio ab omnibus ſordidis [q] muneribus excuſata: ſuperindictum nō timeat, venalitium [r] non petatur: ſolúmque canonicæ [s] indictionis præſtet tributum: vt labore dignitas conquiſita: extraordinarium munus ignoret: nec vllam temonum [t] patiatur iniuriam: equorum [u] tyronúmque præſtationem nullus agnoſcat, qui vel adhuc in ſcriniis militat, vel honorem proximi, & comitiuam primi diſpoſitionum, longi tēporis ſudore quæſiuit. Et hæc quidem patrimoniis cenſuimus deferēda. Quod autem * omnibus [x] conſtat deferri, adiectu alterius dignitatis perire non patimur, vt etiamſi pro ſuperioris fortunæ iudicio ad honoris [y] ornamenta proceſſerint, vetera tamen eis ſcriniis labore priuilegia quæſita ſeruentur [z]. Dat. Id. Octob. Rauennæ, Hono. VII. & Theodoſio II. AA. Coss.

Omnis militans in ſacris ſcriniis, cuiuſcunque ſit gradus, ad principem habet acceſſum, ſiue ſit inter clariſſimos ratione ſui gradus, ſiue inter ſpectabiles. Bart.

V. *Impp.* Honor. & Theodos. AA. *Fauſtino* P.P.

PEculiari [a] præceptionis noſtræ fauore præſtamus, vt in ſcriniis [b] memoriæ [c], epiſtolarum, libellorúmque, ab exceptoribus vſque † ad melloproximos [d], dignitatem clariſſimorum, honorémque percipiant: & ſicut reliqui, qui in iiſdem ſcriniis militāt, liberum cum ordinariis iudicibus ingreſſum ſecretarij, conſeſſúmque habere legibus meruerunt: ita hi quoque, in quos hanc ſtipendiorum meritis clariſſimatus conferimus dignitatem, cum ſpectabilibus etiam habere ſeſe reuerentiam recognoſcant, vt conſedendi, ingrediendíve ſecretarium ſibi ſciant à nobis licentiam contributam [e]. Dat. VIII. Id. Iun. Rauen. Lucio V. Conſ.

Officium militantis in ſacris ſcriniis olim durabat biennio: hodie ad vnum annum reſtringitur. Bart.

VI. Iidem AA. *Euſtachio* V.I. *Quæſtori, & Helioni* V.I. *magiſtro officio.*

PRo biennio annum ſolum agere [f] deinceps decernimus eos, qui in tribus ſcriniis, memoriæ [g], epiſtolarum, libellorúmque, ordine, ac merito ſtipendiorum ad gradum peruenerit proximorum [h]. Dat. VIII. Id. Febr. CP. Theod. A. VII. & Palladio Coss.

Mili

---

a Vicarij qui.

a ¶ *Qui.* ſ. vicarij [a].

[a] ¶ *Qui pro præfectis.* legendum, *qui præfectis.* vide notata *ad l.* 1. § 1. *ff. de leg.* 3. & ſcripta *ad l.* 2. *ff. de leg.* 2. Cuiac.

b ¶ *Diœceſes.* i. terras, vel prouincias commiſſas his, quorum ſūt vicarij.

c ¶ *Temperarunt.* id eſt, adminiſtrauerunt.

d ¶ *Indepti.* i. adepti.

e ¶ *Inſequentibus.* id eſt, finito officio quod fit poſt annum, *vt infrà, eo. l. pro biennio.* vicarij adminiſtrantes præferuntur his vacantibus: *vt ſ. vt dig. or. ſer. l.* j. §. *ſed adminiſtratores.*

f ¶ *Perhorreſcant.* vt *inf. l.* iiij.

g IN *ſacris.*] *In prouinciis.* ſi fortè princeps quandoque illuc ibat. ¶ Et nota quòd ex aliis ordinariis eligebatur præpoſitus: vt ſi epiſcopus fuerit ibi auditor contradictoriatum.

† *Pari l.* 9. *ſuprà de off. diuerſ. iudic.*

ß ¶ *Ordinarij.* Ordinarij iudices ſunt clariſſimi: ſpectabiles vice ſacra cognoſcant. Vide not. *ad l. omnes ſup. de epiſcop. & cler.* & ſcripta *ad tit. ad l. omnes. ſuprà de epiſ. & cler.* & ſcripta *ad tit. ff. de iud. in princ.* Cuiac.

h ¶ *Ad ſalutationem.* quia principem & alios ſalutant: *vt & ſupr. de ſilen. l.* j. *& de dome. l.* j.

i ¶ *Conſeſſum.* id eſt, cōſilium iudicum. ¶ Et ſic not. quòd quis inuitus tenetur cōſulere [b], ſicut iudicare [c]: *vt ſuprà, de aduo. diuerſo. iud. l. ſancimus* & dic vt ibi diximus. *& extrà de offi. deleg. ca. paſtoralis. in prin.* non autem recipere compromiſſum [d]: vt ibi. Accurs.

b Conſilium dare cogi quis inuitus poteſt. *facit l. nec quidquã.* 9. §. *aduocatos. ff. de offic. proconſul. l.* 2. § *ait Prætor. ff. de poſtuland.*

c Iudicandi onus inuito iniungi poteſt.

d Arbitrij ſuſcipiendi ius voluntate, ac ſpōte ſuſcipitur: at non inuito iniungitur. *l.* 9. § 2 *ff. de arbitr.*

e Male. Corniculanj ſunt officiales, qui adſunt cornibus ſecretarij: vt *Caſſiodorus ſcribit* 11. *Variar.*

k ¶ *Corniculario,* id eſt [e], apparitore præfecto prætorio.

l ¶ *Delata.* ſic *infrà eo. l. peculiari. & ſuprà, de offic. diuer. iuds. l. vlt.*

m IN *ſcriniis palat.*] *Poſt xx. annos.* De aliis inferioribus dicit, non de præpoſito, qui non niſi per annum: *vt infr. eodem. l. pro biennio* & facit *infrà, de profeſſ. qui in vr. l.* j.

n ¶ *Allectos.* i. honore conſulis, qui dicuntur honorarii: *vt ſup. vt dig. or. ſer.* ¶ Et nota quòd iſte honorem, & honores illi habent, & tenēt.

o ¶ *Ex conſularibus.* vna pars. & facit *ſuprà de dome. l.* j. *& de ſilen. l.* j. *& ſuprà, tit. l.* j. *& de præpo. ſac. cubi. l.* ij. *& ſ. eo. l. in ſacris. inf. & l. proxim.*

p ¶ *Eos* vt ſ. *eod. l. proxi.*

q IVbemus.] *Sordidis.* quæ ſint ſordida, dic vt *ſuprà de excuſ. mu. l. maximarum.*

r ¶ *Venalitium.* munus ſordidum: putà vt quilibet vendat corbem vini pro vbertate.

ſ ¶ *Canonicæ* imò videtur nec hic: aliàs contrà: *vt ſuprà. de mag. ſc. l.* vj. Sol. illa ſecundùm illam: & fac *infr. de pal. ſac. larg. l.* j. *& l. palatinos & ſuprà de ſacroſan. eccl. l. placet.*

t ¶ *Temonum.* i. [a] plauſtrorum, à temone Accurs.

a Inde temonarij, de quibus dictū eſt l. 4. *ſuprà de deguſtatiõe.*

u ¶ *Equorum.* vt *ſuprà, de ſilentiar. l.* ij. *& infrà eo. l. in ſacris. & ſuprà, de ſilentiar. l.* ij.

x ¶ *Omnibus.* ſ. prædictis militantibus in ſacris ſcriniis.

y ¶ *Honoris.* alterius dignitatis.

z ¶ *Seruentur.* facit *ſup. de ſil. l.* j. *& de digni. l.* iij. *& de excu. mu. l. eos. & ſ. de pa. ſac. larg. l. vlt. & ſ. de primic. l.* j.

a PEculiari. i. ſpeciali. *ſic ſ. de fun. rei pri. l. vniuerſi.*

* *Contrarium facit in capit. de multa. extra de preb. & dig. l.* 11. *ſuprà, de excuſ. mun.*

b ¶ *In ſcriniis.* ſub. militantes.

c ¶ *Memoriæ* id eſt, diſpoſitionum, & militantes ſub.

d ¶ *Melloproximos.* vna dictio, & ſunt nomina graduum militantiū in ſacris ſcriniis, qui gradus multi ſunt: *vt infrà. l. vnicuique.*

e ¶ *Contributam.* facit *ſuprà eod. l.* ij. *in fi. cum concord.*

f PRo biennio.] *Agere.* id eſt, adminiſtrare: *ſic ſ. de pal. ſac. lar. l. palatinos. & ſ. de ſuſce. l. neminem. & de conſ. l. pen. & vlt.*

C.T. 6.26.16.

g ¶ *Memoriæ.* ſubaudi, diſpoſitionum.

h ¶ *Proximorum.* nunc dicit de cæteris inferioribus militantibus, qui maiori tempore ſtabāt: *vt ſ. eod. l. prox. & ſ. eod. l. in ſcriniis.*

a *Vſque*

† *Vſque.* dictio an ponatur excluſiuè, vel incluſiuè, vide *hic per Ioan. de Pla. & per Arch. in c. ſi gratioſe. de reſc. in* 6. *& de plano per Ioa. And. in c.* 1. *extrà de or. ab ep. qui re. epiſcopatũ.*

Militātes in ſcrinio vltra numerum, loco deficiētium ſuccedunt ſecundum ordinē gradus ſui, niſi qui poſterior eorum eſt, laborum comparatione ſuperet antiquiorem in ordine: quia tunc ſuccedit in locū defuncti excluſo priore in ordine: niſi defunctus teneatur illi, qui eſt in ordine prior: quia tunc poſterior, licèt melior, in locum defuncti non ſuccedit: ſed qui primus eſt in ordine. Bart.

vii. *Impp.* Theodosivs, † *&* Valentinianvs AA. *Nomo magiſtro officiorum.*

VNicuique, qui in ſacris ſcriniis militat, ſui loci [a] merita ſeruari oportere conſtituimus: & vniuerſos, qui vltra numerum ſtatutorum in iiſdem ſcriniis militant, ſui gradus reſpectu per ordinem [b], quem ſortiti ſunt, in deficientium ſtatutorum locum (vt tamen vltimis ſocientur) ſubire decernimus, ſcilicet vt nemini [c] penitus liceat, cùm ſit poſterior tempore, locum præcedentis ambire: niſi fortè ab eo, qui tempore vincitur, laborum comparatione ſuperetur [d]: vt quindecim primatum eiuſdem ſcrinij teſtimonio cum ſacramenti religione ſubnixus præcedentibus dignior iudicetur. Hanc quoque obſeruationē extra filios [e] proximorum volumus cuſtodiri: etenim vnicuique proximo vnū de ſuis filiis, qui temporis duntaxat ſuffragio nititur (licèt parum obſeruaſſe [f] vilitiam cognoſcatur) in ſequentibus [g] tempore, qui laborum meritis muniuntur, anteferri poſſe decernimus. Illum [h] tamen, qui locū ſtatuti meretur: proximo [i] quidem ducētos quinquaginta ſolidos, melloproximo †, vel adiutori pro conſuetudine vniuſcuiuſque ſcrinij viginti, aut quindecim ſolidos offerre præcipimus. Quòd ſi quis [k] de ſupernumerariis, qui in ſtatuti locum ſubire debuerat, ne pecuniam offerat, ſtatuti etiam gradum recuſare voluerit, ſequenti tam offerendæ quātitatis prædictæ, quàm ſurrogandi licentia permittatur, ita videlicet vt ſi ſecundus, vel etiam tertius, vel alterius cuiuſlibet numeri, in eadem excuſationis voluntate durauerit: accedenti ſemper eadem copia, quam præcedens recuſauerit, tribuatur. Hos autem, qui ad ſtatutorum ordinem progredi noluerint, nec de ſuo gradu volumus remoueri, & cùm vacauerit ſtatuti locus, conditionem, quam antea repudiauerant, ideſt, & offerendæ pecuniæ, & adipiſcendi ſtatuti locum, liberam habere præcipimus facultatem.

Qui longo tempore probè militauerunt in ſacris ſcriniis: finito officio, cingulo comitiuæ ſacri palatij, dum viuunt potiuntur, nihilominus omnia priuilegia eis data ſalua manent. Bart.

viii. Iidem AA. *Nomo magiſtro officiorum.*

PRoximos ſacrorum ſcriniorum, quos fides, ac diuturnæ obſeruationis induſtria, literataque militia [l]: comitem [m] quinetiam diſpoſitionum, quem probitas, ac ſtrenuitas merito commendat, completo tempore ſuæ militiæ comitiuæ ſacri noſtri conſiſtorij cingulo in diem vitæ potiri (manentibus videlicet iamdudum præſtitis ſaluis [n] priuilegiis propriis) decernimus. Quibus enim pietatis noſtræ arcano meritò committuntur: his pietas noſtra vitam cingulo ſupradictæ comitiuæ ornandam, decorandámque decreuit.

Militantes in ſacris ſcriniis, qui antequam conueniretur in iudicio, commeatu accepto ſe abſentant, durante tempore commeatus prædicti conueniri non poſſunt, & ab indictionibus munerum publicorum officio depoſito ſunt immunes: & domus, quas in prouincia poſſident, ab onere metatorum non vexantur. Bart.

ix. *Imp.* Leo A. *Patricio magiſtro officiorum.*

IN ſacris [o] noſtris ſcriniis militantes, per commeatum non continuatum præſtitū ante conuentionem [p] profecti, intra indultum [q] temporis ſpatium erunt cū ſuis coniugalibus & libertis à cōuentione ſecuri: ab indictionibus etiam publicorum, & ciuilium munerum etiam poſt [r] completam militiam excuſatione [ſ] potiantur; ſuper domibus quoque, quas in prouinciis poſſident, metatorum [t] moleſtia liberentur.

Militantes in ſacris ſcriniis principis debent eſſe lxij. ſuper epiſtolis verò xxxiiij. ſuper libellis conuentionalibus xxxiiij. & quatuor, qui ſunt omnibus prædictis ſeniores, nec duplici officio fungi poſſunt. Bart.

x. Iidem A. *Hilariano Comiti magiſtro officiorum.*

HAc parte [u] ſtatutos memoriales præcipimus eſſe in ſcrinio quidem memoriæ ſexaginta duos: epiſtolarum verò triginta quatuor: libellorum quoque triginta quatuor: antiquarios [x] † verò, qui habētur in ſcriniis memoriæ, nunquam minus eſſe quàm quatuor: ſupraſcripti autem memoriales nullo modo duplici [y] fungantur officio, nec geminis [z] chartis irrepſerint, vt non occupentur [a] plura in vnum ſe commoda collaturi, nihilque reliquis relicturi.

a VNicuique.] Sui loci ſtatuti. Acc.

b ¶ *Ordinem.* ſunt enim plures ordines: *vt infrà, hac l.* inter omnes tamē certi erant numero: *vt infra l. hac parte.* Item alij erāt vltra numerū, & illi ſucceſſiuè electi: qui primas vacantes habebant hoc ordine, vt primò primus, & ſic per ordinem vocentur nec tamē in locū vacātis: ſed alij ſtatuti poſt vacantem aſcendent vt vltimus vacet, & eum locum accipit, qui vocatur: & facit *ſup. l. prox. & ff. de mun. & ho. l. vt gradatim & ſup. vt dign. or. ſer. l. j. & ij.* Accvrs.

c ¶ *Nemini.* qui eſt vltra numerum non præcedet conſocios. Item nec præcedet ſtatutos: vt dixi.

d ¶ *Superetur.* ¶ No. non ſufficit diu ſtuduiſſe: ſed bene: nec Hieroſolymis fuiſſe, &c.

¶ Et not. xv. [a] teſtibus hoc probari, quòd vltimus, vel poſterior ſit melior primo, qui ſuprà ordinem vult admitti. regulariter [b] ſufficiunt duo. ad quod dic. *vt ff. de teſt. l. vbi.*

e ¶ *Extra filios.* hæc eſt exceptio exceptionis, nā licet poſterior melior admittatur verum eſt, niſi prior erat filius vnius de ſtatutis. ¶ Et ſic not: priuilegium [c] patris filio prodeſſe: *ſic ſuprà de aduo. di. iudi. l. petitionem § filios & de aduo. di. iudi. l. iubemus. §. & filios. & l. petitiones. §. & filios.*

f ¶ *Parum obſeruaſſe.* ſed parum proficit. ¶ Et ſic qui parum ſtudet, parum proficit.

g ¶ *In ſequentibus.* vna dictio.

h ¶ *Illum.* extra numerū ſtatutum hactenus cōſtitutum.

i ¶ *Proximo.* hic eſt primus ordo [d]: ſcilicet proximus, melloproximus ſecundus, adiutor tertius, vel pars ſecundi. Nam diuerſi [e] ſunt gradus militantium: *vt in princ. huius l.* & facit *in Authent. de ſan. epiſc. §. pro conſuetudine coll. ix. & in Aut. ſcriptum exemplar.* ſed hodie hoc datur aliis: *vt j. eo. l. ſi quis.*

k ¶ *Quòd ſi quis.* ſcilicet de his, qui ſunt vltra ſtatutorum numerum: & facit *ſup. de cond. in ſer. l. pen.* Arg. cōtrà, *ff. quis or. in bo. poſſ. l. iiij.* Itē facit *in decr. viij. q. j. c. cos ſacerdotes.* Item arg. contrà, *infrà, de numera. l. nulli.* Item facit. *infrà, de pala. l. vj. & de agen. in re. l. j. & ſuprà, de peti. ad munera. l. j. §. j. & de conſ. l. j. & infr. de eroga. mil. ann. l. iubemus.*

l PRoximos.] *Literatáque militia.* militant [a] namque patroni cauſarum, &c. *vt ſuprà, de adu. diu. iu. l. aduocati.*

m ¶ *Comitem.* hic comes erat proximus ſcrinij diſpoſitionū, nā proximus erat & comes.

n ¶ *Saluis.* ſic *ſupr. l. iiij. & l. iubemus in fi. & ſuprà, tit. j. l. j. & inf. de prox. eo. qui in ſac. pa. mil. l. j. & ij. & ſupr. de præp. ſacr. cubi. l. ij & de ſilent. l. iiij.*

o IN *ſacris.* militans in ſacris, ſi habita licentia ad tempus [b]: non continua, id eſt, perpetua; interim conuenietur coram cōmuni iudice: ſed poſt profectionem ante reuerſionē excuſatur: ſed ſuus [c] iudex eſt: *j. eo l. in ſacris.* Item & à muneribus.

p ¶ *Ante conuentionem.* id eſt, antequam citetur. Accvr.

q ¶ *Indultū* id eſt, ante commeatū [d]. *ff. de ind. l. ij. §. in omnib.* & facit *ſuprà, de comi. conſiſt. ij. & de ſil. l. ne ad diuerſa.* Accvrs.

r ¶ *Poſt.* non ſolùm ea durante.

ſ ¶ *Excuſatione.* dictorum munerum, & facit *ſ. de præpo. ſac. cu. l. ij.*

t ¶ *Metatorum.* de hoc habes *j. de metatis*

u HAc parte. id eſt, inter militantes in ſacris ſcriniis principis. Nam ſecus in militantibus in ſcriniis inferiorum: vbi pauciores adſunt: *vt infr. eo. l. comperimus.*

x ¶ *Antiquarios.* fortè ſenes. Accvrs.

y ¶ *Duplici.* ¶ No. duo [e] officia non debere haberi: *ſic ſupr. de aſſeſ. l. ſi. & ff. de off. aſſeſ. l. pe. & ad mun. l. libertus §. præſcriptio. & in Auth. vt iudic. ſine quoque ſuffr. §. illud. & infrà, de agen. in rebus. l. pe. §. illi. & qui milit. poſ. l. eos.*

z ¶ *Geminis.* faciēdo ſe ſcribi in diuerſis officiis. Accvrs.

a ¶ *Occupētur.* al. *auccupentur.* id eſt, nō debent aucu

Simili

† ſic alij legendum ſanè. ll. de militi ex caſu, arg. l. vj. i. parte.

a Teſtes quindecim requiruntur, cùm aliquis promouendus eſt inter agentes. in Speculatorem, ti. de teſte. §. reſtat. ri. vers de numero teſt. mo.

b Teſtes duo regulariter ad rei alicuius probationem ſufficiunt: nec enim vnus ſufficit. *l. iuriſiurandi. ſuprà de teſtib.*

c Priuilegium patris filio prodeſt.

† melloproximus (recte Alc. hic) dicitur, qui ſe cū proximo ſacri ſcrinij exercet, inferior tamen illo gradu dignitatis in illum videto.

d v Curacium in inſcriptione huius tituli.

e Militantium diuerſi ſunt gradus.

a Patroni cauſarum militare etiam dicuntur.

b Qui ad tempus abeſt, non videtur abeſſe.

c Magiſter officiorū, iudex militantiū in ſacris ſcriniis.

d Cōmeatus eſt libera proficiſcendi licentia.

e Officia duo nō debet quis habere.

† Antiquarios inquit Accur. hic, eos intellige, qui antiquarum rerum memoriam principi ſuggerunt.

Si militans in ſacris ſcriniis deceſſerit, & in eius locũ fuerit alius ſurrogatus. ſalarium ei debitum inter creditores diuiditur hæreditate nondum adita, ſalua tamen priuilegiorum prærogatiua: ea verò adita ſalarium hæredibus debetur pro præterito tempore, & etiam reſidui temporis. Bartolvs.

xx. *Imp.* Anastasivs A. *Euſebio magiſtro officiorum.*

SI quis in ſacris noſtris ſcriniis, id eſt, memoriæ, diſpoſitionum, epiſtolarum, & libellorum, ſtatutis iam connumeratus, ab hac luce fuerit ſubtractus; ab eo, quicunque, vtpote vacante loco, de ſubſtituris in ſtatutorum conſortio fuerit vltimus ſubrogatus [a], pro ſolatio, vel ſuffragio proximi, definitam, ſacræque conſtitutioni diuæ memoriæ Theodoſij, & Valẽtiniani † principum inſertam quantitatem defuncti hæredes, & ſucceſſores, vel liberi eius, ſeu creditores, qui fœnus cum mortuo pro ſtatuti loco ei acquirendo contraxerint, conſequantur [b]: ita ſcilicet vt ſi hæreditas, vel ſucceſſio defuncti minimè fuerit ſuſcepta, vel adita, tales perſonæ, i. creditores quidem contra cæteros [c] prærogatiua ſibi ſeruata: liberi autem, vel agnati, ſeu cognati, non hæreditatis, ſed priuilegij nomine ſimili modo huiuſmodi ſũmam percipiãt, ſibique petere, ac vindicare permittantur: nullius machinatione huiuſmodi, noſtra diſpoſitione retractanda, ſeu violandæ: maximè cùm [d] viros etiam pro tempore ſpectabiles eorundem proximos ſcriniorum, ſi quis eorũ ante completum proximatus actũ morte præuentus ſit, ad hæredes, ſucceſſoréſque ſuos reſidui temporis proximatus ſolatia ſine quadam imminutione tranſmittere non dubitetur.

Militantes in ſacris ſcriniis, & eorum parentes, vxores, liberi, coloni adſcriptitij, & ſerui eorum ciuiliter, & criminaliter coram officiorum magiſtro ſunt conueniẽdi: & ſi in prouincia conueniuntur: ſatisdare non coguntur de iudicio ſiſti, licèt immobilia non poſſideãt: ſed eorum iuratoriæ cautioni committitur, & nomine ſportularum nihil ſoluent: nam executoribus agentiũ in rebus vnũ ſolidum præſtabunt, & cùm ingrediuntur iudicium dicti magiſtri, ſoluent ſolidos duos: & pro editione actorum notariis dimidium ſolidum: & ſi litigant coram delegato, vel arbitro, eiſdem nomine ſportularum vnum ſolidum tantùm præſtabunt: pro omnibus verò aliis in iudicio agitandis tertium ſolidum tantùm: & ſi non coram magiſtro: ſed corã aliis iudicibus ma oribus ſuper annonis ciuilibus tutela, vel curatione, vel nunciatione noui operis conueniantur, illos ſumptus facient in tali iudicio, quos facere tenebãtur coram officiorum magiſtro. Si verò conueniantur coram præfecto, vel fiſci patrono, aut vrbis tantum præfecto, vel apud architectos: illos ſumptus præſtabunt nomine ſportularum quos coram arbitris præſtare tenentur, & non vltrà: & habent locum prædicta ſiue per ſe ſiue per procuratorem litigent, & ad prædictas ſportulas tenentur, cùm proceſſus ordinariè agitatur in ſcriptis, ſecus ſi extraordinariè. Itẽ dictis militantibus donec militant, & etiam depoſito officio, priuilegia data ſunt ſalua: & ob æqualitatem in iudiciis obſeruandam, priuilegia eis competentia circa præſtationem ſportularum ad aduerſarios porriguntur. Item mutatione loci priuilegia eis conceſſa non perduntur. Bart.

xxi. Idem *Auguſtus Celeri magiſtro officiorum.*

IN ſacris ſcriniis [e] militantes, & parentes [f], atque vxores eorum, necnon liberos, ex ſententia tantummodo tuæ celſitudinis [g], criminales, & ciuiles intentiones agentium excipere iubemus: inſuper etiam colonos ſeu adſcriptitios, & ſeruos [h] eorum in hac regia vrbe degentes, eodem beneficio potiri: fidei pro tempore adiutoris viri ſpectabilis proximi, vel vnius ex ſtatutis, committendos [i]: ita vt ſi in prouincia quicũque memorialis repertus fuerit, iuratoriæ cautioni committatur: vt etſi [k] non poſſideat immobilem ſubſtantiam; ſerui nihilominùs, & coloni ad eum pertinentes, fidei [l] eius [m] tradantur. Modum inſuper ſportularum, ad mediocrem deduci quantitatem [n]: & executoribus de ſchola agentium in rebus attribuendis [o], vnum ſolidum ſingulos [p] vſque ad finem negotij, próque ingreſſu in iudicio tuæ magnitudinis quolibet modo faciendo, duos ſolidos [q]: & pro editione geſtorum [r] exceptoribus dimidiam ſolidi partem: & ſi apud arbitrum [s] negotium ventilari contigerit, ipſi quidem arbitro vnum ſolidum, & nihil ampliùs: exceptoribus [t] autem eum [u] obſeruantibus, tam pro ipſo, quod implere videntur, miniſterio, quàm pro editione geſtorum, ſeu relationis vel definitionis, tertiam partem ſolidi præbere ſancimus: nec pro tempore virũ ſpectabilẽ fiſci patronum, vel executores [x], quibus imminendi * litibus ſolicitudo iniũcta eſt, quicquã ab eis exigere, ſeu profligate † concedi: dimidia [y] ſ. expenſarũ, quas in iudicio tui culminis

aucupari plura cõmoda quòd eſſet per hoc, quod habẽt plura officia illi, qui ſunt collaturi in vnum, ſ. officium, & nihil reliquit, &c. i. ille debet tantùm vni intendere, non quærat plura. Aliàs eſt *occupentur à ſe.* ſc. in ſe diuerſa officia collaturi. &c. & idem eſt ſenſus.

a ¶ *SI quis.*] *Subrogatus.* quod dic, vt not. ſ. *eod. l. vniuſque. circa princ.*

b ¶ *Conſequãtur.* quod ergo olim per *l.* ſ. *vniuſque* § *illum.* dabatur diuerſis gradibus, hoc hodie datur certis perſonis: vt hic. 2. Vel dic, quòd illa ſecundũ hanc loquebatur. ¶ Et nota, *pro ſolatio.* ſic *Inſtit. ad Ter* § j. ¶ Item not. *acquirendo.* ſic *ſuprà de pigno l. vlt. & Authen. ibi poſita.*

c ¶ *Contra cæteros* ſc. filios [a], nõ hæredes. ¶ Et not. ordinem hunc ſeruari, ſicut diximus *ff. de leg ij l. cùm pater. §. à te.* 2. Vel dic *cæteros,* ſ. etiã cunctos alios creditores, quamuis tempore [b] priores: *vt* ſ. *de pignor. l. vlt. & qui pot. in pigno. l. diuerſis.* Sed hodie ita demũ ſi ad hoc eſt mutuata, aliàs non præfertur aliis: *vt in Authent. de aqua do §. quia verò. coll vij & de exhi. §. optimum. coll. ix.*

d ¶ *Maximè cùm.* accipẽ finem, *non dubitetur viros, &c.* ſi ergo datur hæredibus ſalarium, ergo & hoc lucrum: ad quod *ſuprà de domeſt. l. fin. & infrà tit. j. l. ix. & de primip. l. j. & ſuprà de inſ. teſta l omnimodo & de aduoc. diuerſo. iudic. l. poſt duos. §. j. & in Authent. de exhib. §. optimum. & de var. & extraor. cog. l. j. § pe. & infrà de ero. mil. an. l per hanc.* ¶ Item not. quòd aliquid [c] habent filij non vt hæredes patris, ſed vt liberi: ſic ſ. *de Lat. lib. tollen. §. ſed & ſi ſub conditione.*

e ¶ *IN ſacris ſcriniis.* ſcilicet principis: quæ ſunt tria [d]: vt in rubrica notaui. Accvrs.

f ¶ *Parentes* vt tranſit [e] ad ſuperiores priuilegium ſic ſ. *ti j l ſi & j. de caſtrenſ l ſi. § hoc autem* Sed contra *à de ſena l j. in ſi.* Solu vt ibi. Accvrs.

g ¶ *Tuæ celſitudinis.* magiſtro [f] officiorum loquitur: *vt ſuprà de ſilen. l pen.* ¶ Et dic, ſententia citatoria [g] *ſic ſuprà de epiſ. & cler l. cùm clericus. & de arbi l. qualem.* ¶ Et dic, *ſ. atanturut* ſ. *eod. l. vniuſque.*

h ¶ *Seruos.* in his ſpeciale, vt in ſeruis principis: *vt ſupr. vbi cauſa fiſc l ſi.*

i ¶ *Committẽdos.* dictos militãtes, & eorum familiam: & hoc in vrbe: ſed in prouincia iurabũt: vt ſubiicit. Accvrs.

k ¶ *Etſi* j. quamuis. aliàs contrà. *ff. qui ſatiſda cogan. l. ſciendum.* & de hoc loquitur *Inſtit. de ſatiſda § ſed hodie.* & facit j. *de princi agen. in re. l. ſi & de priu. ſcho. l ſi.*

l ¶ *Fidei.* ſci. cautioni [a] iudicio ſiſti. Accvrs.

m ¶ *Eius.* memorialis in prouincia: & conuenientur ibi coram delegato à magiſtro officiorũ, vel præſide prouinciæ: arg. ſ. *de epiſcop. & cler. l. omnes. qui, j. & ij reſpon. & j. §. dimidiã.* & facit ſ. *de dignat. l. quotiens. & j de agen. in re l ſi.* Accvrs.

n ¶ *Quantitatẽ* [b] Repete, iubemus: vt ecce, & execu &c.

o ¶ *Attribuendis.* magiſtro officiorum, qui aſſumebatur de ſchola alia: vt defenſor ciuitatis de ſchola præſidis. *vt in Auth. de defen. ciu. §. ex prouincıali. coll. ij.* ¶ Item dicitur executor [c] hîc, qui facit partes in iudicio comparere: vel aliter, & propriè: *vt* ſ. *de exe. rei iud. l executorem.*

p ¶ *Singulos.* ſc. proximos conuentos.

q ¶ *Duos ſolidos.* non aperit cui [d] dentur. quidam dicunt, oſtiariis. 2. Vel dic, ipſi præfecto. *argum. in Auth. de iudi. § ne autem & j proxim. & l. ſi ad arbitrum.* ¶ Et dic ſolidũ [e]: id eſt, aureum: *vt inſtit. de pœn. te. li. § finali.*

r ¶ *Geſtorum.* i. eorum quæ aguntur in iudicio. Accvrs.

ſ ¶ *Arbitrum.* i. delegatum, vel propriè: *vt in Auth de iudi. §. appellationes. coll. vj.*

t ¶ *Exceptoribus.* id eſt, notariis.

u ¶ *Eum.* conuentum coram arbitro.

x ¶ *Executores.* ſcil. aliquos ab his coram arbitro conuentis.

y ¶ *Dimidia.* ¶ Nota, minus [f] præſtatur, ſi cõueniatur in prouincia, quàm

a Filij interdũ conſequuntur iura patris, nõ vt heredes: ſed priuilegio ſingulari: *facit l. x. § ſed ſi ſub conditione ſuprà de Latina lib.*

† *Intellige l. vn. ſuncod.* quę eſt Theodoſij, & Valentin.

b An, & quomodo ſucceſſori ſit auum defuncti debeatur. *adde l. vlt. circa finem & ibi Gl. ſup. de domeſticis.*

c Filiis aliquid non tanquam hæredibus, ſed vt ſi liis competit.

d Imo plura: vt ibidẽ dixi.

e Priuilegium interdũ tranſit ad aſcendentes. *vt in c. & l. ſ. ſupr. de primi.* *& infra de rectat.* An vero tranſeat in filios ſeruos, vxorẽ: *vide hic Rebuf. ſum n. 9.*

f Quis iudex ſit militãtium in ſcriniis.

g Citatio, ſententia dici poteſt. *vt in Gl. ſ. l. quoties 12. ſup. de dignitatibus. in verbo,* ſentẽtia *& in l. quoties. 3. in verbo,* ſententia *infr. de proxi ſacr. ſcrin.* *adde Gl. ſin. in Auth. de litigioſis* ... *in verbo,* interlocutionibus. vbi notatur omne præceptũ iudicis pertinẽs ad cauſam finiendã, interlocutoriũ dici poſſe.

a Militãtes in ſacris ſcriniis quemadmodũ caueant iudicio ſiſti.

b Quas ſportulas præſtẽt, qui militãt in ſacris ſcriniis.

c Executor quis.

d Cui dentur ſportulæ.

e Solidus, pro aureo.

f Minores ſportulæ præſtãtur in prouinciis, & minoribus iudicis, quàm vrbanis & maioribus.

* *al. iminuẽdis*

† pro flagitare.

I

culminis à memoratis perſonis præberi ſtatuimus, portione in iudiciis prouincialibus ab his agnoſcenda: ita vt ſi de ciuilibus [a] annonis, vel tutela, ſeu curatione, vel noui operis nunciatione litem eos [b] ſubire contingat: in maiore [c] quidem iudicio ad ſimilitudinem ſumptuum, quos in iudicio eminentiæ tuæ depẽdere præcepti ſunt, apud virum clariſſimum præfectum annonæ, ſeu fiſci patronũ [d] vrbicariæ magnificæ præfecturæ, vel architectos [e], pro modo eorum, quæ ſuper arbitris, & litibus apud eos exercendis ſuperiùs ſtatuta ſunt, ſoluentes expenſas, nihil ampliùs agnoſcere, ſeu dependere cogantur. Quæ omnia cuſtodiri iubemus, ſiue per ſe, ſiue per procuratores, aut etiam defenſores [f] lites exercere maluerint. Hoc, ſi prolata ſcriptis ſententia [g] moniti ſunt. Si verò ex depoſitione [h], ſeu aliter quis eorum conuentus fuerit, nihil eũ vel ſcrinio viri clariſſimi adiutoris [i], vel cuilibet alij nomine ſportularum offerre compelli: omnibus antelatis [k] priuilegiis, quibus poſtea [l] per anteriores diuorum principum ſanctiones defendũtur in perſona tam eorum, qui adhuc militant [m], & qui poſtea eãdem militiam ſortiti ſunt: quàm eorum, qui prædictam militiam gradu vacante [n] † iam depoſuerunt, vel poſtea depoſuerint, ſeruandis: vt eorum commodo ipſi quoque vnà cum vxoribus, & liberis; colonis præterea, & ſeruis propriis, perfruantur. Et quoniam † in controuerſiis, quas in iudiciis moueri contigerit, æqualitatẽ litigatoribus volumus ſeruari, & aduerſariis eorum: pro ſumptibus, & expenſis ſimilem antelatorum beneficiorum prærogatiuam cuſtodiri [o]. propter hanc etenim cauſam, & viros deuotos memoriales non tantùm agendo in quolibet iudicio, ſed etiam actiones ab aliis ingerendas excipiendo, priuilegiis à nobis indultis potiri decernimus: his videlicet. qui militiam virorum deuotiſſimorum memorialiũ gradu ſolito [p] depoſuerunt, ſeu depoſuerint, etſi quietis amore per prouincias domicilium [q] fouere maluèrint, omnibus nihilominùs priuilegiis, quæ huiuſmodi perſonis per ſacratiſſimam legem nuper promulgatam à noſtra liberalitate præſtita [r] ſunt, muniendis, & eorum commodis, atque auxilio potituris,

quàm ſi Romæ: ſic ꝟ. *de epiſc. & cle. l. omnes. §. y. & ij.*
a ¶ *De ciuilibus.* & de his habes ꝟ. *de diuerſis præſcript.*
b ¶ *Eos.* militantes in ſacris ſcriniis: alias eorum familia. Sed quomodo hoc, cùm coram magiſtro officiorũ tantùm debeant conueniri: *vt in princip. huius l.* Reſpond. ſponte [a]. Vel ſpeciale in talibus, vt certos habeant iudices: *vt ꝟ. de pala. l. viros* ACCVRS.

a Foro poteſt quis ſpote renunciare.

c ¶ *Maiore.* ſcilicet illuſtrium, vel ſpectabilium: quia ſeparat ſpectabiles, cùm dicit, &c. ACCVRS.
d ¶ *Patronum.* ex curia præfecti erat electus patronus fiſci, qui audiebat de his cauſis, vt iudex. ACCVRS.
e ¶ *Architectos.* [b]. iudices de tectis cognoſcentes: vt ſuper nunciatione noui operis. Aliàs ſummi magiſtri tectorum vocabantur, vt conſulerẽt *ſic in Authen. de non alienand. §. quod autem.* ALCIAT.

b Architecti.

f ¶ *Defenſores.* procurator [c] actoris, defenſor rei: vel procurator cum mandato rei, vel actoris: defenſor, ſcilicet rei ſine mandato: & hoc in ciuili, non in criminali; *vt ff. de publ. iudi. l. pe. §. ad crimen.*

c Procuratoris & defenſoris differentia.

g ¶ *Sententia.* citatoria: vtputà per album, vel per ſcripturam [d] miſſam ſibi, vt veniat.

d Citari quis poteſt per epiſtolam.

† vocante.

h ¶ *Ex depoſitione.* quia actor dicit, quod petit, & notarius ſcribit: vel tantùm verbis dicit: & ſic extraordinariè. Et tũc nihil debetur, & ſic eſt argum. quòd [e] iudex medius nihil accipiat de decimis, quando extraor. agitur.

† *Concord. ca. in iudices, cum ſua G. eſſ. circa med. extra de reg. iu. & in c. per tuas, cum ſua Gl. ſuper verbo.* excellẽtioris, *extra de ſimo*

e Hinc colligũt ſportulas nõ deberi iudicibus ſine ſcripto cognoſcentibus.

i ¶ *Adiutoris.* de curia magiſtri officiorum erat.
k ¶ *Omnibus antelatis.* ante hanc legem per alias leges huius tit.
l ¶ *Poſtea* id eſt, poſtquam fuerint conceſſa.
m ¶ *Militant.* de his, qui tempore priuilegij militant: vel poſtea cœperunt. 2. Vel dic *ſunt*, id eſt, erunt.
n ¶ *Vacante.* aliàs, *gradu vacante*: aliàs, *genere vacante perfruantur: ſic ꝟ. de ſilen. l. ſi. in ſi. cum concor.*
o ¶ *Cuſtodiri.* & ideo eorum aduerſarij non damnificantur. idcirco habeant agendo, vel defendendo. ¶ Et not. æqualitatem [f] in iudiciis ſeruandam: ſic *ſupr. de fru. & lit. expen. l. fin. & de poſtulan. l. prouidẽdum. & infr. de re mili. l. fina. § un videlicet. &*

f Æqualitas in iudiciis ſeruanda: *vt hic.* ideoque priuilegiũ ſportularum actori conceſſum reo quoque competit.

Numerus adiutorum primò determinatus, & poſtea per ambitionem ampliatus, eſt ad primum ampliatum numerum poſt præſentes adiutores reducendus. Et ſi vnus ex dictis adiutoribus fuerit incorporatus inter ſcriniarios memoriales libellorum, vel epiſtolarum, poteſt alium coadiutorem loco ſui ſurrogare, dummodo quæſtori in ſcriptis, vel per libellum notificet nomen, tempus, & meritum ſurrogati, & quæſtorum ſubſcriptio apponatur: & adiutor talis ſurrogatus remanebit in ordine, qualis tempore dati libelli fuerat. Quod etiam in dignitatibus obſeruatur. & hoc dicit tota l. ſecundùm Ioan. de Pla.

XIII. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Proculo quæſtori ſacri palatij.*

COmperimus diuinitùs quidem pridem fuiſſe diſpoſitum [s], viros deuotos adiutores tuæ [t] magnitudinis, certo eſſe in numero, nec ad huiuſmodi nomen, vel operam plures licitum eſſe adſpirare, quàm in ſcrinio quidem ſacræ memoriæ duodecim [u] tantùm: ſeptenos verò in duob. reliquis ſcriniis, id eſt, ſacrarũ epiſtolarum, ſacrorúmque libellorũ: ſed poſterioris licentiam temporis ſupra modum indulgendo ambitionibus, diſturbaſſe rei merita, ac multitudine diuulgaſſe: vt inter memorialium, & adiutorum numerum [x] non longum [y] penè interſit. Sancimus itaque reduci eis, ac renouari ſtaturũ ordinis terminum: non vt eximantur adiutoribus hi, qui præter prædictam diſpoſitioné in præſenti exuberant: ſed vt interea omnibus aliis interdicatur ab adfectando hoc nomen, donec exeuntibus ſingulis, ac recedentibus decreſcere poſſit vetita cõglomeratio, legitimúſque iam reſideat numerus [z]: non prohibendis viris deuotis adiutoribus deſiſtentibus ab eodem officio, cùm vel ad laterculenſis [a] gradum in ſcrinio ſacræ memoriæ prouecti fuerint, vel ſecundum locum obtinuerint, in duobus aliis [b] ſcriniis, poſtquam proximi [c] creabuntur, licèt nondum redacta ſit quantitas priſtina, tamen alios pro ſe, quos elegerint ſurrogandos, adiutores petere: qui poſteriores erunt cæteris. Illud etiam diſponendum duximus, vtpote nonnullis anterioribus exemplis ſubnixum, necnon iuſtitiæ congruum, vt ab his, quibus conceſſum eſt adiutorium agmini pro ſe ſociare: libellus offeratur viro illuſtri pro tempore quæſtori, petendáque eius ſubſcriptio, tempus, atque hominem, necnon etiam rem ipſam continens: id eſt, quod inter [d] adiutores ei, quem pro ſe ſurrogat mereri permiſſum eſt: ordinandis videlicet hiſdẽ adiutoribus pro

ratione

ff. de re iudica. l. non tantùm. & ſuprà communi diui. l. penult. & in arbitris: *vt ff. de arbi. l. ſi cùm dies. § penulti.* & in pactis: *vt ff. pro ſocio. l. ſi ſocius pro filia.* Argu. contrà. *ff. de actio empt. l. Iulianus § pen.*
p ¶ *Soluto.* aliàs, *ſoluto.* & facit ad princip. ꝟ. *de comi. conſi. l. y. & de ſilentiariis l pen. & ſuprà, vt omnes tam. ciui. l j. & in Authen. de litigioſis. §. ad excludendas. collat. vy & infrà de caſtrenſ. l fin. & infrà de prim. agen. in rebus. l fin. Item ad ſi. ſuprà de pri. ſcho. l. y.* ACCVRSIVS.
q ¶ *Domicilium.* Ex differentia [a] enim locorum, &c. *vt ſupr. de tempo. in inte. reſti. l. fin.* ACCVRSIVS.

a Loci permutatione priuilegium interdum nõ amittitur: vt hic: & aliàs contra.

r ¶ *Præſtita.* in lege, quam non habemus.

s COmperimus.] Diſpoſitum. in lege, quam non habemus.
t ¶ *Tua.* quæſtori loquitur. *vt infr. l fin.* ACCVRSIVS.
u ¶ *Duodecim.* contrà *ſuprà eod. l. hac parte.* Solut. vt ibi. Alij, quia ibi in memorialibus: hîc in adiutoribus. ACCVRSIVS.
x ¶ *Numerum.* ¶ Not. duas ſcholas, ſeu numeros memorialium adiutorum.
y ¶ *Longum*, i. longè: cùm memoriales debeant eſſe plures.
z ¶ *Numerus* [b]. ſic *in Authent. de referen. colla. ij. & de menſu. ordinando clericorum, & vt determinatus ſit numerus cle in prin. colla j. & ſuprà de ſacroſan. eccleſ. l. non plures.*

b Multitudo reſtringitur ad certũ.

a ¶ *Laterculenſis.* gradus [c] quidam in ſcrinio memoriæ diſpoſitionum principis. ACCVRSIVS.

c Laterculẽſes qui: *vt hic qui*...

b ¶ *Alius.* ſ. libellorum, vel epiſtolarum: quod dic, vt in rubrica.
c ¶ *Proximi.* i. in dictis gradibus fuerunt incorporati.
d ¶ *Inter.* hoc continet ſubſcriptionem, [d] quòd inter adiutores ei, quem pro ſe ſurrogat.

d Hinc colligunt, In donationũ inſinuationibus ſubſcriptionẽ iudicis requiri.

e ¶ Tem

ratione temporum [a] quibus libelli porrecti ſunt: vt etiam ſi in memorialium matricula inferiore loco ſit, qui prior in adiutoribus meruit [b]: adiutor quidem habeatur ſuperior: memorialis verò poſterior pro vtriuſque ordinis modo, vel diſcrimine, quod etiam in aliis quoque penè omnibus officiis [c] obſeruari dignoſcitur.

Adiutores cùm conueniuntur ſine ſcriptis, eorum nomen voce ſola ſufficit demonſtrari: aliàs in ſcriptis, tam in cauſa, quàm in actis eſt demonſtrandum. Item ſi adiutores commeatu accepto ſe abſentauerunt: durante tempore abſentiæ integrum debent habere ſalarium, ac ſi præſentes eſſent. Bart.

xiv. Idem A. *Tatiano magiſtro officiorum.*

HAc lege ſancimus, ſi quando adiutores viri magnifici pro tempore quæſtoris ſacri noſtri palatij, in accuſationẽ ciuilis cauſæ, vel criminalis deducti fuerint: ſtrictum iuris, & integritatis congruum ordinem conſeruari: vt ſi ſine ſcriptis cõueniendi ſint, nomen eius præcipientis [d] ore deſignatum eſſe ſufficiat. Sin autem ſcriptis in querimonia vnus adiutorũ, aut plures fortè ferendi ſint: monumenta [e] ſententiarum in perſona tantummodo conueniendi adiutoris præcedẽtium, æquum, & iuſtum initiũ futuro præſtent certamini. Et quoniã probationibus [f], & exemplis potiùs, quã indecoræ conſuetudini deceat indulgeri: quod in vniuerſo deuotiſſimorũ ſcrinio libellenſium euiciſſe monſtratur, id in adiutores ſacræ memoriæ, ſacrarum etiam epiſtolarũ transferendum cenſemus: vt qui liberam proficiſcendi licentiam præ nunciatione commeatus adepti fuerint, ſine qualibet ſtipendiorum, aut emolumentorum deductione [g] peregrè degant. etenim pro tempore viris clariſſimis proximis, & melloproximis, aut eorum adiutoribus, abſentiæ cauſa vel offerre de ſuo proprio, aut ex annonis, ſeu ſtipendiis quicquam relinquere cogendis: quãuis Ianuarias Kalendas indultum excedat ſpatiũ, & intra ſe feſtum diẽ contineat. Ad hoc illud obſeruari ſancimus, ne alius adiutor propter quamcunque ambitionem his, qui in præſenti ſunt, vel poſt eorum deminutionem addatur, licèt in veterem numerum redacti fuerint [h].

Adiutores ſacrorũ ſcriniorum etiam ſupernumerati poſſunt alios ſurrogare loco ipſorũ, vt ipſi adſumãtur inter ſcriniarios collegiatos: non autem propter morbum, vel ſenium, vel aliam neceſſariã cauſam: conſtitutione hoc permittente hac in parte correcta. Bart.

xv. Idem eidem.

CErtæ quidem ſunt diſpoſitiones noſtri numinis, quas ſuper adiutoribus viri illuſtris pro tempore quæſtoris noſtri palatij, quorum obſequio res agitur quæſtoria, dedimus; quarũ prima [i] quidẽ ad ſupplicationẽ eorundẽ adiutorum [k] emiſſa, numero eorum, qui erãt illo tẽpore, quo preces nobis obtulerunt, neque aliquem eximi, neque addi præcepit, præterquam ſi quis eorum vel ad laterculenſis [l] gradũ in ſcrinio ſacræ memoriæ, vel ad ſecundum locum in duobus aliis ſcriniis, id eſt, ſacrarum epiſtolarum, ſacrorúmque libellorum, & cognitionũ, prouectus fuerit. nam his licere deſiſtentibus ab adiutoris officio, alios pro ſe, quos voluerint, adiutores ſurrogare, vltimum locum in hiſdem adiutoribus obtenturos, licèt ſuperiorẽ in memorialibus habeant [m]. Altera [n] verò per ſacram pragmaticam facta eſt, per quam excelſæ memoriæ viro Proculo ſuggerente præcipimus, illos etiam adiutores poſſe in ſuum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum caſum minùs implere ſuum officium valeãt, veluti ſenium, vel morbum, vel aliam neceſſariam cauſam: quod ex ipſorum adiutorum petitione idem magnificæ memoriæ Proculus ad nos retulit. Sed in præſenti ab aliis memorialibus tam in ſcrinio ſacræ memoriæ, quàm in cæteris duobus, ſacrarum epiſtolarum, ſacrorúmque libellorum, & cognitionum relatis adiici cõperimus, deminutionem [o] eorumdem adiutorum impediri per memoratam pragmaticam ſanctionem, & inſuper vẽditionis [p] quodammodo memorati officij locum introductum eſſe: quod ne de cætero fiat, præſentem ſanctionem ad tuam magnitudinem mittimus: per quam iubemus illis tantùm permiſſum eſſe ſecundùm prius noſtræ ſerenitatis reſcriptum alios in ſuum locũ ſurrogare, qui vel laterculenſis gradũ in ſcrinio memoriæ, vel ſecundum locum in aliis duobus ſcriniis adepti fuerint [q]: ſecunda [r] noſtra ſanctione ſuper hoc capitulo de cætero ceſſante: nulliſque danda licentia eorumdẽ adiutorum, pręterquam ſi ad memoratos gradus aſcenderint, alium pro ſe eiſdem adiutoribus ex quocunque fortuito caſu cõnumerare, vt eo modo ad veterem numerum iidem adiutores redeant: & XII. quidem in ſcrinio ſacræ memoriæ: ſeptẽ verò in aliis duobus ſint, id eſt, ſacrarum epiſtolarũ, ſacrorúmque libellorũ, & cognitionum. Illo [s] videlicet obſeruãdo, ne alius adiutor per quãcunque ambitionẽ his qui in præſenti ſunt, vel poſt eorum deminutionem (licèt in veterem numerũ redacti fuerint) addatur [t]. nam ſi per mutationẽ, licèt fortuiti caſus inciderint, prohiberi diſpoſuimus: multò magis prioribus manentibus alios introduci vetamus: cæteris ſcilicet anterioris ſanctionis [u] capitulis in ſuo robore permanſuris.

DE AGENTIBVS † IN REBVS [x].

TITVLVS XX.

Superiores in literarum præſidiis militant: vt ait l. i. C. T. de prox.

I 2 com.

a ¶ *Temporum.* ſic j. *de primic. eo. qui in ſa. pa. l. fin.* Accvrs.

b ¶ *Meruit.* id eſt, qui diſceſſit ab adiutoribus, inter quos erat prior: nunc eſt vltimus inter memoriales: ſed ſurrogatur [a] ab eo inter adiutores erit primus inter eos, ſi modo ordo temporis libellorum ei dederit, quia præcedentes eum ſunt mortui: ne obſtet *ſuprà, eo. ibi, qui poſteriores erant cæteris.* Vel dic, quòd memorialis vltimus ſit adiutor: & poterit eſſe primus. Idem ſi deſinant præcedentes: *arg. infrà, l. proxi.* & ſic duo habent officia: quod [b] contradicit ſuprà hac parte: niſi dicas, quòd hic quaſi [c] vnum reputatur, cùm ſunt circa idem.

c ¶ *Officiis.* putà in ſcriniis principum. 2. Vel dic etiam in ſcriniis aliorum magiſtratuum: nam & alij habent: *vt* j *l. proxi.*

d HAc lege.] *Præcipientis.* id eſt, agentis, vel accuſantis.

e ¶ *Monumenta.* id eſt, ſcripturæ ſententiarum præcedentium; ſcilicet conuẽtionalium. & facit *ſuprà, l. in ſacris. § hoc ſi prolata. & de digni. l. quotiens.*

f ¶ *Probationibus.* aliàs, *procurationibus*: aliàs, *prouocationibus*, id eſt, procurationibus, quibus homines vocantur ad ius: & ſic ſunt duæ partes. Accvrs.

g ¶ *Deductione.* videtur adeſſe [d], qui abeſt licito cõmeatu, quoad præbẽdam. ¶ Et ſic facit pro clericis [e] abſentibus. Itẽ quoad priuilegium: *vt ſupr. eod. l. in ſacris.* aliàs [f] ſecus: *vt ſuprà de domeſticis. l. ij. & de epiſt. & cler. l. ſi per calumniam.*

h ¶ *Fuerint.* facit *ſuprà l proxi. & infrà l prox. §. illo.*

i CErta.] *Prima.* hęc eſt *ſupr. eodem, l. comperimus.*

k ¶ *Adiutorium.* id eſt, adiutoriorum. ſyncopa. *ſic ſuprà de prepo. laborum.* & ſic in hac lege frequenter ponitur. Accvrsivs.

l ¶ *Laterculenſis.* Hæc omnia expone: *vt in d. l comperimus.*

m ¶ *Habeant.* ſurrogãtes: non autem dicas quòd vnus habeat duo officia: *vt ſuprà, eodem. l. hac parte.* 2. Vel dic, *vt not. in d. l cõperimus.*

n ¶ *Altera.* hoc eſt, Gręca. Accvrs.

o ¶ *Deminutionem.* nam cùm multi erant ſupra numerum, non poterant minui: ſed liceat

Cod. lib. poſt.

cuilibet ſeni, vel morboſo. Accvrs.

p ¶ *Venditionis.* quia [a] fingens, vel non fingens ægritudinem vendebat locum ſurrogato.

q ¶ *Adepti fuerint.* vt *l. comperimus.*

r ¶ *Secunda.* ſ. Græca, quam non habemus.

ſ ¶ *Illo.* facit *ſupr. l proxi. § finali*

t ¶ *Addatur.* vt ſit vltra numerum.

u ¶ *Sanctione.* ſcilicet Græca. Sed argu. contrà *infrà tit j. l penulti.* Item facit *in Authent. de defen. ci. § nulla collat. iij. & vt iudi. ſine quo. ſuff. § nulli. colla ij. & de man. princ. § eis autem. coll. iij & ſuprà de adſeſ. l. nullus.*

x DE AGENTIbus in rebus.

Hi ſunt [b], *quibus olɛctionum cura mandatur.* vt j. de decurio. l. vlt. & *erant plures diuiſi per diuerſos numeros*: vt infrà l. iij & *quilibet numerus habebat*

a Subrogatus eum locum in ordine occupat, in cuius locum ſubrogatio facta eſt:

b Officia duo regulariter quis habere non poteſt,

c Duo officia quaſi vnũ habentur, quãdo circa idẽ verſantur.

d Adeſſe videtur, qui iure aut lege permittẽte abeſt.

e Abſẽtes cauſa ſtudij, commeatũ habere debent.

f Abſentibus præſentiũ priuilegia non dantur

a Senectutis, morbi, & ſimilium prætextu vẽditionis fraudulentæ quæ ſiunt, factæque nullius ſunt momenti.

b Agentes in rebus qui. ***

† Quinam hi ſunt. vide apud Pyrrhum in hunc titulum.

habebat prapoſitum: vt ſuprà de offi.ma. off. l j. *& dicebatur princeps*: vt infrà, tit.j. per totum. *nam de illis ibi dicit*. Accvrs

a Nvllus *ſcilicet alter*, quàm ille, de quo dicitur,

b ¶ *De ſchola*. neque de extraneis: ideò quòd ſi militauerit in officiis ſpectabilium, non accipiet hîc locum: *vt* ꝟ. *de of. mili in l.pen.*

c ¶ *Obiectione* aliàs, *obiectione*: aliàs, *obreptione* & facit *ſuprà de prox. ſac ſcrin l vnicuique & infrà de caſtren.l.j. & in Authent. de monach. § ordinationem collat. j. & ſupr. de offi magni of. ſi l.nemo & de aduo. di. iud.l.petitio §.quãdo autem & de aduo di iud.l. ſi in princip. & infrà de tyro l ſi. & ſuprà de muni. l. ſi quis. & ſuprà de profeſ. l.magiſtros & ſuprà de ſtu.liber. vr Ro.l. j. & ꝟ. de of. vr pro l ſi quis & ſuprà de off præfecti vr l.ſi*

d Nvlli ſcilicet iudici.

e ¶ *Diſcingendi*.i.deponendi. ſic *ſupr. de agri & man l iij* Accvrs.

f ¶ Eximendi, à [a] matricula, ſeu libro, in quo nomina eorum erant ſcripta: ſed ipſa lex eximit quandoque propter delictum eius: *vt* j. *de commea l.final. & ar.* ꝟ. *de primice l ſi.* & facit ꝟ *de decur l.nemo.*

a Matricula.

g ¶ *Iudicis*. alicuius.

h ¶ *Vilitatis*. viles vocat alios iudices: vel reſpectu eius agentis dicit: quaſi vile [b] ſit timere: *vt ff. de reg. iur. l. van.*

Co T 6.27.14.

b Timere, vile eſt.

i Matriculam. i. librum [c] vbi nomina infrà ſcriptorum erant deſcripta per ordinem, & fuerant vocati Accvrs.

c Ex matricula officiales profitentur. † *al.* Heliodoro.

k ¶ *A tua*. Magiſtro officiorum loquitur: *vt patet ſuprà de offi.magiſtri off. l j.*

l ¶ *In ſingulis* hi quadraginta octo erãt principes dicti: *vt hac d l.j* & quilibet preerat fortè ducentis Accvrs.

m ¶ *Admiſerint*. accipe *impleant*, quod eſt infra: & hi ducenti ſuum principem habent, qui centenarius dicitur: & ſic ſequentes numeri quilibet ſuum: *vt d l j.*

n ¶ *Circitorum*. circitores dicuntur [d], quibus veſtiarij, vel lintearij dant veſtem circumferendam, & diſtrahendã: *vt ff. de inſtito. l.cuicunque.* §.j & dic quòd omnia sũt nomina numerorum militantium inter agentes in rebus.

d Malè Circitoris enim vocabulum, hic ad rem militarem pertinere videtur, vt etiam pertinet. & ſanè Vegetio, 3.c.8. dicuntur circitores, qui vigilias circumeũt, & ſi qua emerſiſſet turba, referebant. † Multa in hanc legem Alciat. lib., & Pyrrhus.

o ¶ *Quotannis*. id eſt, ſingulis annis.

com.diſp. *Et ob id eorũ militia literata dicitur*, ꝟ l.8.prox.tit. *Hi militãt in rebus, in actu Reip. & à Græcis dicuntur ſemper magiſteriani, &* No 27 & 124. *& in fine Lauciaſa hiſtoria. Rationẽ reddidi* l.12. ꝟ. tit. proxi. *Sunt eorum gradus multi, alij tribuni ſcholarum, de quibus* ti.11. ꝟ. *alij primicerij, alij Senatores, alij ducenarij, alij centenarij, alij biarchi, alij circitores, alij equites, alij tyrones*, l. 3. hoc tit. l.1. & ꝟ. de offi.mag. off. l.1. j. de priuil. ſchol. & in notitia l.2. de offic præf.præt. l.2. C.Th. de filiis mil. appar. l. 3. infrà de filiis offic. & mil. *Hieron aduerſus Io. Hieroſolymitanũ ad Pammachium*: Finge, *inquit*, aliquẽ tribunitiæ poteſtatis ſuo vitio regradatum, per ſingula militiæ equeſtris officia ad tyronis vocabulum deuolutum, nunquid ex tribuno ſtatim fiet tyro? Non: ſed antè primicerius, deinde Senator ducenarius, biarchus, circitor, eques, deinde tyro. & quãquam tribunus quondam, miles gregarius ſit, tamen ex tribuno non tyro: ſed primicerius factus eſt. Cviac.

Nullus de numero agentium in rebus locum mortui per pecuniam debet inuadere: ſed in locum eius ille debet ſuccedere, qui in gradu poſt eum erat proximus, & dignus labore. Bart.

I. *Imppp.* Arcad. Hono. & Theod. AAA. *Anthemio magiſtro officiorum.*

Nvllus [a] de ſchola [b] agentium in rebus de cætero locum mortui conetur inuadere: ſed is, qui ordine ſtipendiorum, & laborum merito ad gradum militiæ ſequebatur, ſtatim atque illum fata ſubduxerint, in eius præmia percipienda ſuccedat, omni obiectione [c] ceſſante. Dat. Prid. Kal. Iul. CP. Hono. A. VI. & Ariſt. Coss.

Agens in rebus, deponendus, vel eximendus de libro agentiũ non eſt per aliquem iudicem, ad cuius officium non ſpectat cognitio contra eos. Bart.

II. *Impp.* Honor. & Theod. AA. *Helioni* † *Magiſtro offi.*

Nvlli [d] poſthac ſine noſtræ maieſtatis auctoritate diſcingendi [e] agentem in rebus, nulli eximendi [f] pateat copia: nam probata ſchola, & animaduerſioné vereri iudicis [g], & nullam timere debet contumeliam vilitatis [h]. Dat. III. Id. No. CP. Ho. X. & Th. VI. AA. Coss.

Matricula agentium in rebus non debet eſſe niſi quadraginta octo, quorũ quilibet præeſt ducentis: circitores verò debent eſſe trecenti: & equites quadringenti quinquaginta. Bart.

III. *Imp.* Leo A. *Patricio mag offi.*

Matriculam [i] † agentium in rebus à tua [k] celſitudine confectam admittẽtes, iubemus ne ducenarij pluſquam quadraginta octo in ſingulis [l] habeantur in poſterũ: & numerum centenariorum ducẽti viri, quos vacante tempore gradus competentes admiſerint [m]: pariq́ue modo biarchorũ nomen, meritúmque ducenti quinquaginta viri dũtaxat: præterea circitorum [n] trecenti, & equitum quadringenti quinquaginta impleant. Sit in æternum illa quoque fixa, ſtabiliſque tuæ ſublimitatis diſpoſitio: vt ſi quis de numero ducenariorum, quos quadraginta octo quotannis [o] eſſe cenſuimus, forſitan de luce migrauerit: laborum eius fructum ſucceſſores ab inteſtato, vel ex teſtamento venientes, & lucrum diſpenſent [p], & ita omnibus inter cæteros ſuperſtites potiantur ſolatiis: tãquam ſi viuus, qui hæc eadem diu ſperauerat, ſibimet vindicaſſet: qua de cauſa locum etiam eius ſucceſſorum intuitu vacare [q] conueniet. Nemo autem ſine diuali probatoria, quam codices in ſacro noſtro ſcrinio memoriæ poſiti debeant inſerendam accipere [r], militaribus eiuſdem deuotiſſimæ ſcholæ ſtipendiis, vel priuilegiis potiatur.

Nullus de numero centenariorum vel ducenariorum in rebus agentium moram contrahens in ciuitate Conſtantinopolitana conueniri poteſt coram alio, quàm coram officiorum magiſtro in cauſa ciuili, vel criminali. quo priuilegio non vtitur, ſi extra ciuitatem illam degat, vel depoſito officio. Bart.

p ¶ *Lucrum diſpenſent.* ſic *ſupr. de prox ſac.ſcri. l. ſi quis in ſacris. & de adng. diuer.iu. l. poſt decés.* § j. & ꝟ. *de dome. & prote. l.fina.*

q ¶ *Vacare*. vſque dum debebat durare defunctus, ſi vixiſſet: ne duobus [a] ſalariis grauaretur reſpublica Accvrsivs.

a Duob. ſalariis vni præſtãdis, Reſpublica grauari non debet.

r ¶ *Accipere*. hoc eſt quaſi regiſtrum: *ſic infrà de diuer. offi. l.probatorias.*

ſ Ex *eo*. ſcilic. tempore.

t ¶ *Gradum*. Ad quem non [b] ſuffragio: ſed labore quis peruenit: *vt ſupr. de ma. offi. l. j. & ij. & ſuprà eo. l. j.*

b Miles non ſuffragio: ſed labore eligendus. *ad. le Gloſ. in l.e. vrſ.eu.*

u ¶ *Deſinãt*. aliàs, *deſtituant*: & aliàs, *deſinant*: & aliàs, *deſerant*.

x ¶ *Abſurdum*. ſic [c] *ff. de pæ l.capitalium § & vt generaliter. & de Sen. l.qui indignus.* § Sed argu. contrà *ff. de iud. l.ſolemus. § latrunculator.* & facit j. *de appa. præf prætor. l. ſi. & de palati. l viros. & de caſtrenſ. l. ſi. & de vetera l. ſi. & de diu. off. l. viros. & de priuileg. ſchola. l ij. & ꝟ de ſilen. l.pe.* Accvrs.

c Remotus, ſeu qui nõ poteſt iure iudicare, in cauſa capitis & criminali, idem multò minus, vt in cauſa ciuili iudicet, admittendus. Remotus enim à dignioribus, & maioribus, ab his, quę viliora, & inferiora, idẽ multo magis remouendus eſt.

y ¶ *Subadiuuis* [d]. nomina appellatiua quorundam militantiũ inter agentes: *vt* j. *l prox.*

d Subadiuuæ qui. *v. apud Caſſiodor.*

z ¶ *Poſt depoſitum*. j. *tit. j l.principes. contrà. &* j. *eo. l fin.* Solu. vt ibi.

a ¶ *Executionis*. aliàs, *executoris*.

b ¶ *Ordinariorum*. ſcil. præſidum: *vt ſup de mo. mul. l.eos*, Accvrs.

IV. Idem A. *Patricio magiſtro officiorum.*

Ex eo [ſ], quo primùm ducenæ, vel centenariorum gradum [t] in ſchola agentium in rebus militantes meruerint, deſinant [u] in ſacratiſſima videlicet ciuitate conſtituti alterius iudicis cuiuſlibet auctoritate pulſari, vel in alio quolibet examine, præterquam viri magnifici magiſtri officiorum, & cui forſitan ipſe conceſſerit, actionibus ſui quiſque aduerſarij reſpondere: quod multò magis in criminalibus cauſis obſeruari decernimus abſurdum [x]: eſt enim, vt in eius ſalutem, vel exiſtimationem valeat quiſquam proferre ſententiam, cuius de nulla re poſſit pecuniaria iudicare. Huius autem beneficij prærogatiuam ſubadiuuis [y] * etiam, qui ſingulis inueniuntur temporibus, deferri iubemus: licèt hanc in eorum perſona more quoque veteri ſeruari cognouerimus: vt tamen poſt depoſitum [z] officium memoratum, ſi non inter centenarios numerentur, communi iam lege reſpondere non ambigant. Prædictas autem omnes centenariorum perſonas in prouinciis repertis, conceſſa nunc ſpeciali fori prærogatiua, (niſi publicæ executionis [a] ſolicitudo his iniuncta ſit) vti prohibemus: eóſque ordinariorum [b] etiam iudicum pro veteri iure ſententiis obedire præcipimus.

* Prærogatiuam his etiã, qui ſub aliis ſingulis inueniuntur pro temporibus def. &c.

DE

† *principibus*, in manuſcrip. aliàs non eſt noua rubrica, nec eſſe debet.

DE PRÆPOSITIS agentium in rebus.

a AGentes.] *Per ordinem*.matricula decurrente : *vt* ī. *de offi ma.offic.l* j. M.
b ¶ *Principatus*. Vt fiat princeps agentium : *vt d.l* j *&* ĩ *tit.j.l.j*.
c ¶ *Subadiuuarum*. qui præponebantur cæteris agentibus:minores tamen erãt principibus: vt hîc colligitur:quales erãt antiquarij in ſcriniis memoriæ: *vt ſuprà tit.ij.l.hac parte*. & hæc ſunt nomina quorumdam numerorum in rebus agentium.

† *aliàs*, barbaricorum. *aliàs*, barbarorum.

d ¶ *Militare*. ¶ Not. negotiatores [a] nõ militare: *vt infr.neg.ne mi. &* ī. *de dign. l. ne quis*. item conductores, & procuratores: *vt ſuprà, & loca l.fin*.

a Militare negotiatoribus non licet.

e ¶ *Duob.officiis*.¶ No.[b] ſic *ſupr. tit.ij. l.hac parte.cum concod*. ACCVRSIVS.

b Duo officia nemo regulariter ſimul exercet.

f ¶ *Laboribus*.prodeſt[c] hactenus fuiſſe bonum ſic *ff.de re mili.l.iij. §.is, qui. & l.non omnes. §. à barbaris*.

c Bonũ ſemel fuiſſe prodeſt.

g ¶ *Per ſubſtitutum*. ſic ī *tit.ij l iiij*. Sed cõtra [d] ī.*tit.j.l.ſi.§.pen*.Solu.ibi in alio officiali, quàm hîc. ¶ Item facit quis, quod per ſubſtitutum facit,& ſuo [e] periculo: *vt hic. & ſuprà de epiſc. & cle l.quiſquis. & l.ad ſimilitudinem & de admini.tut l.decreto. & ad muni. l.quid ergo. & de pol. l.de pollicitationibus & ſuprà de peri.nomina. l.ſi.& quo quis vt l ſi.& de decur l.nullus.& ff.de conſti.pe.l quod autem.§. ſed & ſi quis*. ACCVRS.

d Per ſubſtitutũ quis ſeruire poteſt,niſi requiratur induſtria perſonæ.
e Suo periculo facit,qui quid facit per ſubſtitutum.

h HAc.] *Procuratores*. quoſlibet, niſi ſint illuſtres : *vt* ī. *& in Authentic.vt illuſtres.§ j.collat.v & ſupr. de procu.l.pe*.
i ¶ *Indulta*. vt [f] *ſuprà tit.ij.l.in ſacris*.

f Falsò.Nec enim eundem ſportularum modum litigantibus agẽtibus in rebus Anaſtaſius præſcribit hic, quẽ præſcripſit militantibus in ſacris ſcriniis. *l. 12. ſup. tit. prox*. ſed eundem, quem Leo, & Zeno miniſterianis *l.vi. infr. de caſtrenſ. & miniſt*.

k ¶ *De eadem ſchola*. ſic ī.*tit.ij l.in ſacris. §.j*.
l ¶ *Impertita*. per leges, quas nõ habemus.nam leges quæ ſunt ſuprà, non dicunt de priuilegiis competẽtibus poſt depoſitum officium. & facit ĩ.*tit.j. l.ex agentibus*.Sed contrà:ī.*tit.j l.ex eo.ibi. vt tamen, &c*. & verbum ibi poſitum, *ſi non inter*,&c. vbi ſubaudi,vel ſimiles principes:ſoluit contrarium. ACCVRS.
m ¶ *Conuertere*.priuilegia extenduntur [g] : *vt ff de conſt. princip.l. vlt*. ¶ Item not. cùm [h] datur priuilegiũ priuilegiato, non ideò aufertur primũ priuilegium. ſic *&* ī.*de dig.l iij & ar. ff.de act.& oblig l.Lucia*.

g In priuilegiis fit extenſio.
h Priuilegium primũ per ſuperueniẽs non tollitur.

DE PRÆPOSITIS † Agentium in rebus.

TITVLVS XXI.

1. *Imp*.LEO A. *Patricio magiſtro officiorum*.

AGentes in rebus, qui per ordinem[a] conſequi ſolent principatus[b] inſignia in vnoquoque ſcrinio fabricarum, & barbarorum † quaternos ſubadiuuarum[c] ſolicitudine per annũ duntaxat integrum procedentes gradatim ſubire hac in æternum valitura lege decernimus: exceptis videlicet vniuerſis negotiatoribus quibuſlibet mercimonium per ſe gerentibus, interpoſitáſve perſonas: cùm eis ante ſacratiſſimis conſtitutionibus interdictum ſit militare[d]: exceptis nihilominùs his, qui poſſeſſionum alienarum ſolicitudinem, procurationémve ſuſceperint: eos enim ad hæc officia volumus adſpirare, quorũ labores ſcholæ agentium in rebus teſtimonio comprobantur. Illi quoque ſunt ab hac liberalitate noſtræ manſuetudinis excludendi, qui cùm ſcholæ eidẽ ſocientur,in ſacris ſcriniis, quibus vir ſpectabilis primicerius, & tertiocerius præſunt,adiuuãtes eos publicarum chartarum tractatibus occupantur:& duobus officiis[e] operam ſuam adhibere non poſſint. nam præter emolumenta, quæ de prædictis ſcriniis conſequuntur:principatus etiam ſolatio debent eſſe cõtenti. Quòd ſi morbo,vel ætatis ſenio capti, & imperiti huiuſmodi rerum, vel quocũque alio vitio præpediti,per ſe memorati officij curam ſubire nequiuerint:conſideratis præcedentibus eorum laboribus[f],per ſubſtitutum[g] chartularium eiuſdẽ ſcrinij, cui præfuturus eſt ipſe,idoneum, & tam moribus optimis præditum, quàm ſcientiam, peritiámque rerum habentem,electione ſua ſuarúmque periculo facultatum, præfatum munus eos implere præcipimus.

Agentes in rebus,& eorum ſerui,vxores, & liberi,ſiue agant per ſe ſiue per procuratores eorum,ſiue conueniantur,habent circa ſoluendas ſportulas priuilegiũ, quod habent in ſacris ſcriniis militantes: nec coguntur dare fideiuſſores extraneos de iudicio ſiſti : ſed ſufficit fideiuſſor de ſuo numero in rebus agentium : & per hoc priuilegium non derogatur aliis priuilegiis Cod.lib.poſt.

eis conceſſis. hoc dicit Ioann. de Pla.

11. *Imp*. ANAST. *Celeri magiſtro officiorum*.

HAc ſaluberrima ſanctione decernimus,agentes in rebus pro conuentionibus,& modo ſportularum executoribus præbendarum, pro quantitate ſumptuum, quæ circa litigia ſibimet ab aliis inferenda,vel à ſe contra alios per ſemetipſos, ſeu per ordinandos à ſe procuratores[h] exercenda, conuenit ab his agnoſci : ac beneficiis, quæ in ſacro noſtro militantibus miniſterio iampridem per diuinas ſanctiones indulta[i] ſunt, perpotiri:& fideiuſſorem idoneum de eadem ſchola[k] : non autem extraneum offerre compelli:ita tamen vt priuilegia, quæcũque centenariis, ſeu decenariis, vel chartulariis, ſeu viris clariſſimis principibus poſt depoſitã quoque militiam iam per diſpoſitiones principales impertita[l], & nunc vſque obſeruata eſſe noſcuntur, intacta, inuiolatáque cuſtodiantur: cùm perabſurdũ, pérque temerarium ſit,hanc noſtræ libertatem pietatis quenquã aſtuta interpretatione non ad augmentum anteriorum priuilegiorum; ſed diminutionem conuertere[m] concedi, ſimili videlicet forma pro matribus[n], & vxoribus eorum, necnon etiam liberis ſub eorum poteſtate conſtitutis,nec aliam ſortitis,vel ſortituris militiam, necnon etiam ſeruis ad eos pertinentibus, ſeruanda : ita vt in prouinciis quoque ſupradictæ perſonæ degẽtes ſimili beneficio perfruantur : ſportulas tamen, & litium expenſas pro tertia ſuperiùs enarratæ quantitatis[o] parte ſolutur æ, denarum[p] librarum auri condemnatione,aliáque grauiſſima indignatione his feriendis, quicumque noſtra iuſſa quolibet modo, ſeu tempore violauerint, ſeu violari conſenſerint.

n ¶ *Pro matribus*. de matribus, & de ſeruis dic,*vt not.ī tit.ij.l.in ſacris in princip*.
o ¶ *Quantitatis*. facit *d. l. in ſacris. & ĩ. eod. titul l.fin.& de priuileg. ſchol.l.quoties.& ſupr.de ſil.l.pen & de exctt mu. l.nam & ĩ.qui mili. non poſſ.l.eis & de priuil. eo. qui in ſacr l. ij. & infrà de mu.l.ſcriniarios & ĩ. de caſtrenſ.l.iij. & l ſi & ff.de lib.ag. l.ſi quis à liberis §.ſi & de fabr.l eos, qui, & ĩ.de priuil ſcho.l. hac lege*.
p ¶ *Denarum*. i. decem: *vt ff de leg.j. l. ſi quis teſtamento.& fa*. ī.*de legi. & conſti.l ij in fin*.

q DE PRINCIPIBUS agentium in rebus.
Dic,vt ſuprà tit ij. in rubri.

r AGentes. Et hoc expone:*vt in rubr*. ī *tit j* & dic, *palmã*, id eſt, victoriam, & finem laboris. ſic aduocatus[a] habet palmam, cùm vincit cauſam : *vt ff.de var. cog. l j. §. & ſi palmarij*.

a Aduocatus cùm vincit in cauſa,palmam habet.

ſ ¶ *Principatus*. i. vt ſit princeps agentium in rebus: quod fit per laborẽ,non ſuffragio decurrente matricula : *vt* ī.*de off.magiſ. offi. l.j*. [b].

b *adde Gloſſam in l. 4. in princ. ſup.tit. 2*.

t ¶ *A principe*. id eſt, ab Imperatore,vt nõ conueniatur niſi corã Imperatore dictus princeps. 2. Vel dic à principe prædicto:& dic ad citandum, vel exigendum aliquid ab eo, qui eſt de ſua militia : *vt* ĩ. *l.proxi*.
u ¶ *Perſonarum* 1. Vel dic dictorum principum,

DE PRINCIPIBVS AGENTIVM in rebus[q].

TITVLVS XXII.

Finito labore agentium in rebus: agens princeps agentium creandus eſt,nec poteſt ad aliquas publicas, vel priuatas functiones vocari,niſi de principis conſcientia : nec vexari poteſt coram aliquo iudice, niſi coram principe: nec patronus cauſarum poteſt ignorante principe contra eum aliquid poſtulare : & contrà faciens pœna x.lib.auri punitur. BART.

1. *Imppp* GRAT.VALENT. *&* THEO. AAA.*Cynegio P.P*. † — † C. T.6. 22.5.

AGentes[r] in rebus poſt palmam laboris emeriti,principatus[ſ] honore remuneramus : atque ideo officialis tam ad neceſſitates publicas, quam priuatas non niſi à principe[t] mittatur auctore:nullarúmque ſine ipſo cuiquam mandetur exhibitio perſonarum[u]:etiam ſi intercellio in locis degentis officij fuerit impartita Cauſarum etiam patro-

 nos

pū, vt ſine ipſo ſcilicet Imperatore. 2. Vel dic *perſonarum.* ſcilicet militantium ſub principe. Nā non vexabuntur ab alio iudice, niſi à dicto principe. ¶ Et quod ſubiicit, *etiam ſi interceſſio,* id eſt, præceptio fuerit impertita offic. in loco degentis, id eſt, citati, vel conuēti coram Imperatore ſecūdum primum, vel coram principe ſecundùm alium intellectum. videbatur enim tunc contrà: quaſi [a] non trahatur extra locum ſuum: *arg. ꝰ. de epi. & cle. l. omnes, qui.*

† id eſt, Cliētis non Cauſæ. a Extra forūm ſuū neminem trahi oportet.

a ¶ *Conuentos.* id eſt, admonitos.

b ¶ *Introducant.* contra prædictos in permiſſo examine vocatos ſecūdùm vtrumque caſum. 2. Vel nec pro eo, nec cōtrà: quia in vetito examine vocatur ſecundùm vtrumque caſum.

† C. T. 6. 28. 5.

c ¶ *Aliena.* ſ. dicti vocati principis, ſecūdùm primum caſum: vel ſub eo militantis, ſecundum alium.

d ¶ *Definitio.* ſ. huius legis. & facit j. *de re mili. l. nemo. & ꝰ. ti. ij. l. in ſacris.* Accvrs.

e Omnia *citatoria.* quæ debent fieri corā principe agentium in rebus, & de his, qui militant ſub ſe: *vt ꝰ. l. proxi.*

† ſubreptitia reſcripta, impetranti nullā vtilitatem adferre debent.

f ¶ *Dignitatis.* ſ. qui ſub eo militant: & ſic ex conſenſu Imperatoris, qui fecit legem iſtam, hoc permittitur: ne ſit contrà ꝰ. *de dignitatib. l. nemo.* 2. Vel dic, hic honorē ſenaturæ tantùm: ibi habet & actū.

g ¶ *Ad principes.* ſ. agētium in rebus.

h ¶ *Cenſualium.* id [b] eſt, corā magiſtro cenſus, cùm dicat actus, ſcilicet legitimos, ſcilicet inſinuatos, & ſimiles. 2. Vel ſubaudi coram alio, cuius ſit iuriſdictio.

b Cenſuales qui.

i ¶ *Præiudicium.* id eſt, quòd præiudicet prędictis: altàs malè videntur ſonare leges.

k Proconſularis.] *Decorari.* ergo eſt ſpectabilis: *vt in Auth. de non alien. §. fin. coll. 9.* Nec ob. j. *eod. l. vlti. in princ.* vt ibi not.

l Ex *agentibus.*] *Liceat.* quod non licet, ſcilicet habere domeſticum rectori prouinciæ: *vt ꝰ. de adſe. l. nullus.*

C. T. 6. 27. 7.
* C. T. 6. 23. 8. † v. in hunc locum Rom̄anum ſingul. 65.

m ¶ *Fuerint.* ſic *ſupr. de adſeſ. l. liceat.*

n ¶ *Corporis.* facit *ſuprà, tit. j. l. agētes. §. quòd ſi morbo.* ¶ Et not. quòd non dicit hic, quòd eligat, & alium ſubſtituat: & ſic non eſt contra ꝰ.

nos ita volumus eſſe conuentos [a], ne ignorante principe vllam poſtulationē introducant [b]: néve ſub vnius perſonā ſuſcepti †, fraude quadam aliena [c] negotia inferenda eſſe pertentent. quòd ſi fuerit definitio [d] contempta, decem libras auri fiſco noſtro ab officio tuo iubemus inferri. D. Pr. K. Mart. CP. Honorio NB. P. & Euodio Coss.

Omnes agentes in rebus ſunt ſub eorū principe conueniendi, etiamſi ſenatoria dignitas præfulgeat in eis: actus verò ſoliti expediri per cœtum ſenatus, expediuntur per ipſum aliquo reſcripto ſubuentionum non obſtante. Bart.

II. *Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Theodoro P. P.*

Omnia † citatoria [e], omnium ſcilicet cauſarum atque perſonarum, licèt ſint ſenatoriæ dignitatis [f], ad principes [g] ſpecialiter reuocari præcipimus: actus verò cæteros, qui à ſacratiſſimo cœtu ſenatus tractari conſueuerunt, cenſualiū [h] ſolicitudine celebrari: nec aliquod præiudicium [i] ex ſurreptitio † reſcripto ſupplicibus inferri. D. XII. K. Iun. CP. Olybrio, & Probino Coss.

Principes agentium in rebus decorantur dignitate proconſulari. Bart.

III. *Impp.* Honor. & Theod. AA. *Palladio Proconſ. Africa.*

Proconſularis apicis dignitatis adiectione principes agentium in rebus præcipimus decorari [k]. Dat. VII. Kal. Octo. Rau. Varan. V. C. Coſ.

Principes agentes in rebus poſſunt habere domeſticos, quorū induſtriam, & fidē putant eſſe comprobatā, licèt illi domeſtici eodem officio ſæpe functi fuerint: & ſic in dicto officio per XXV. an. ſeruire non poſſint corporis valetudine impediti, & ob hoc ad honorariā dignitatem principis beneficio transmigrauerint: iiſdē priuilegiis, & beneficiis potiētur, quibus potitur factus princeps agentium. Bart.

IV. *Impp.* Theod. & Valenti. AA. *Valerio Magiſt. officiorum* *.

Ex † agentib. in rebus principibus domeſticos in ſuis actibus habere liceat [l] eos, quorum fidem, induſtriámque probatam ſibi exiſtimant, etſi ſæpe eodem officio fuerint [m] antè perfuncti. Et ſi quis agens in rebus poſt XXV. annorum curricula, ob aduerſam corporis [n] valetudinem, militiæ finem minimè valuerit expectare: ſed ad honorariam ex principe dignitatem teſtimonio [o] ſcholæ proſiluerit, hiſdem eum priuilegiis muniri cenſemus, quibus hi, qui ad principatus actum progreſſi ſunt, potiuntur. Sed in ſalutationibus iudicum, conſeſſibúſque priores eos, qui per longæ militiæ metas ad principatus actuum peruenerint, etſi actus tempore poſteriores [p] ſint, eſſe præcipimus: nihil cenſualibus, vel apparitoribus aduersùs priuilegia eorum excogitantibus, tanquam [q] in actu principatus fuerint verſati: vicenarū librarum auri condemnatione contra eos propoſita. D. IIII. Kalen. Feb. CP. Theodo. A. X. & qui fuerit nunciatus.

Vicariana dignitatis titulis honoratur, qui princeps agentium, aut magiſter officiorum eſt effectus. Bartol.

V. Iidem. AA. *Cyro P. P.*

Eos, qui ordine [r] tranſcurſa militia, poſt ducenam [ſ] ad deſideratum principis [t] peruenerint gradum, aut adiutores viri illuſtris magiſtri officiorum extiterint [u]: cùm inter honoratos cœperint numerari [x], vicarianæ [y] dignitatis titulis decorari cenſemus.

Princeps agentium in rebus cingulo comitiua primi ordinis fungitur. Bart.

VI. Iidem AA. *Nomo mag. offic.*

Principes agentium in rebus quos ſæpe ſæua pericula, vitæque interdum renunciatio [z] ad memoratum gradum adduxit: completo tempore militiæ ſuæ, comitiuæ [a] primi ordinis cingulo in diē vitæ potiri (manentibus videlicet dudum præſtitis ſaluis [b] priuilegiis) decernimus.

Militans in ſchola agentium ſi fuerit de corpore cohortalium: licèt princeps agentium factus ſit, filium curiæ obligatū relinquit: ſed ſi ipſum ſuſceperit, poſtquam princeps factus fuerit, liber erit à curia. Bartolvs.

VII. *Imp.* Leo A. *Nicoſterio P. P.*

Qvicunque ex corpore cohortalium militans in ſchola agentium in rebus filium procreauerit: antequam ad metas militiæ ſuæ perueniat,

tit. ij. l. fi. Sed illa, *agentes,* dicit ibi ſolui.

o ¶ *Teſtimonio* fortè totius [a]. & ſic non iurant: ſed verbo tenus bonum de eo dicunt: *ſic in Authentic. de mona. §. cogitandum. collat. j.* 2. Vel dic quòd iurent XV. *arr. ſuprà, titul. iij. l. vt nemo quis.* Secus ergo ſi miles feciſſet priùs: *vt infr. de re mili. l. miles. & ff. de infa. l. ij. § ignominia. & ff. de re mili. l. milites. §. j. & ij.*

a Teſti... ſoctorum creditur de fama, & moribus ſocij *adde ... ſcrip... ... de elect. & ... cogitandum. ... de monach.*

p ¶ *Poſteriores* facit *ſuprà de conſul. l. j. in fin.* Sed contrà ꝰ. *de prepo. ſac. cubi. l. j. & de ſilen. l. j.* vbi videtur præferre eum, qui eſt tātùm honorarius. 2. Sed dic, illas intelligi ſecundùm iſtam: vt qui [b] eſt in actu, ſemper præferatur honorarius eiuſdem, vel alterius dignitatis: *vt ſuprà, vt digni. or. ſerue. l. ij. §. ſed adminiſtratores.*

b Qui in actu ſunt, honorariis eiuſdē, vel alterius dignitatis ſemper præferuntur.

q ¶ *Tanquam.* verè nihil: quia habentur perinde, ac ſi fuiſſent in actu, & compleuiſſent militiam: quia omnes præcedentes eum deceſſiſsēt, & ſic iſte fuiſſet princeps. & facit *ad legem iſtam infrà de pala. l. palatinos. & ſupr. ti. ij. l. ij.*

r Eos, *qui ordine.* quod eſt faciendum: *vt ſupr. de offi. ma. offic. l. j.*

ſ ¶ *Ducenam* [c], dignitas eſt: *vt dicta l. j.*

c Ducena

t ¶ *Principis.* ſcil. agentium in rebus.

u ¶ *Extiterint.* quia nūc debet fieri princeps, cū ſteterit in ducena per annum: *vt ſuprà, tit. j. l. matriculam.* aſſumptus enim adiutor fuit magiſtro officiorum: quia ſuper omnes iſtos princeps erat: nam ipſe faciebat matriculam: *vt ſuprà titul. ij. l. matriculam.*

Ex Nouellis Theodoſ.

x ¶ *Numerari* hoc ipſo.

y ¶ *Vicarianæ* [d]. qui eſt ſpectabilis, vt proconſul. quod patet: quia inter ſpectabiles ponitur: *vt ſupr. de offic. vica.* cui proconſuli æquiparatur *ſupr. eodem, l. proconſularis.* & facit *infrà, l. proxi.*

d Vicariana dignitas.

z Principes.] *Renunciatio.* renunciat [e] qui ſe ſupponit periculo. *& facit ff. pro ſoc. l. ſi non fuerint §. j. in fi. & j. tit. j. l. vlt.*

e Renunciat qui ſe periculo ſupponit

a ¶ *Comitiua.* & hoc cingulum [f] comitiuæ eſt ſpectabile: *vt no. ꝰ. de offic. eius, qui pro. l. j.* & concordat cum ſuperioribus, & duabus proximis. Accvrs.

f Comitiuæ cingulum eſt ſpectabile.

b ¶ *Saluis.* facit [g] *infrà de priu. eo. qui in ſac. l. ad. cubicula. & ꝰ. de ſil. l. fi.*

g Priuilegium dignitatis præcedentis non aufertur dignitate noua ſuperueniente.

a Qui

a Patri ſuperuenies ingratitudo, liberis iam ſuſceptis, eis non nocet: ita nec dignitas ſuperueniens prodeſt. ad c. l. Senator. ſup. de dignitat. & l. 2. ſup. de libertis, & eorum liberis.

† ſic legendū, Zeno, nō Anaſtaſius. nā hæc lex citatur ſupra in l. 2. de omnibus conſiſtorianis.

b ad l. Iſidor. 2. c. 9 inſ. Nemine 2 nam 813.

† Priuilegium patrisfamilias prodeſt eius vxori, liberis, colonis, & ſeruis.

e Fideiuſſor idoneus arbitrio iudicis definitur.

d Immobiliū poſſeſſores nō ſatisdant: iurant tamē iudicio ſiſti.

e Qui immobilia nō poſſident, ſi iurauerint ſe ſatiſdare non poſſe, iudicio ſiſti iurare debent.

f Poſſeſſorem immobilium non ſatiſdare dicimus: verū id locum non habet, quando immobilia alio loco, quàm quo conuenitur, poſſidet. vide Duenaſ ſ regula, Bona poſſidens, 94.

g Poſſeſſio eſt loco ſatiſdationis.

h Notariis ſalaria debentur non tantū pro ſcriptura inſtrumenti: ſed & pro exēplo, ſeu extēſione. Barto. Bald. in l. in argentarius ff. de edendo. Ia. in l. Prætor. ff. eod tit.

a Q*Vicunque.*] *Principatus.* ſubaudi & princ. &c. quod ſit matricula decurrente.

b ¶ *Pulſari.* vt a *ſuprà de decu. l. fin. §. curi quoque.* & facit *in eadem l. §. necnon magiſtri.* & *ſuprà de dignita. l. Senatores* & *ff. de Senat. l. emā cipatum.* & *ff. de decur. l. 9 § j.*

c M*Vltis.*] *Clariſſimos.* id eſt, claræ dignitatis: ſpectabiles tamen ſunt: *vt ſupr. eodem l proconſulatus.* & ſub. iubemus.

d ¶ *Sententiis.* citatoriis. Accvrs.

e ¶ *Aut ſerui.* de his dic, *vt ĩ. tit. ij l in ſacris. in princ.*

f ¶ *Procuratores.* de hoc ĩ. *tit j l fi.*

g ¶ *Sportularum.* in fiſcum dandarum. ideo in ſporta h ponitur: vt ſeruiamus verbis: *vt Inſtitut. de dona. §. eſt & aliud.*

h ¶ *Præſtanda.* nomine ſportularum pro fiſco. nam pro ſe infrà accipient.

i ¶ *Exiſtimauerit.* de e ſuo fortè numero: *vt arg. ſuprà, tit. ij l in ſacris. § fidei.* & *ſuprà tit. j. l fin. § fideiuſſorem.* Accvrsivs.

k ¶ *Adiuratoriæ cautioni.* ex quo collige generaliter omnes d poſſeſſores immobiliū rerum debere iurare iudicio ſiſti: quanquam non ſatiſdent. M. *vt no ff qui ſatisdar. cog. l ſciendum.* ¶ Item quid e ſi non poſſidet? Reſpon. idem, vt iuramento ſtetur: *vt ſuprà, titul. ſq. l. in ſacris.* ibi *ita vt ſi. &c.* nūc iurat ſatiſdare non poſ ſe: licèt hoc alij faciant: *vt ſuprà de epiſcop. & cleric. Authentic. generaliter.* 2. Vel poteſt hic dicere ſecus, quàm in proximo ſacr. ſcriniorū: vt ſcilicet ſatiſdet, ſi nō habet immobilia: *vt ſuprà prox. nullāſque, &c.* ¶ Item note, quod innuit, quòd f ſi poſſidet Romæ, cuitet in prouincia: & econtrà. quod non puto: cùm loco g ſatiſdationis ſit poſſeſſio.

l ¶ *Sententia.* i. epiſtola citatoria.

m ¶ *Aliorum.* vt ĩ. *ti. ij. l. in ſacris.* & ĩ *de dign. l. quotiens.*

n ¶ *Contentum.* hoc pro ſe accepit.

o ¶ *Inſinuandis.* id eſt, ſcribēdo reſcripto principis, vel ſimplici petitione actoris in libro iudicis. Accvrs.

p ¶ *Exemplaria.* hîc illa eadem exēplificantur. & ſic aliud h pro ſcribendo, & aliud pre-

principatus a honore decoretur: & licèt ipſe poſt finitā militiam, vtpote liber, nulla debeat huiuſmodi conuentione pulſari b: filiū tamen cohortali conditioni relinquat obnoxium. Si verò poſtquam adeptus fuerit principatum, ediderit filium: is, qui natus eſt, etiam ſi in ſchola deuotiſſimorum agētium in rebus militiam ſortitus non fuerit, ita liber ſit, ac ſecurus, vt nec vllis cohortalis officij nexibus obligetur: quaſi iam ex patre libero, & ab hac conditione penitus alieno progenitus.

VIII. *Imp.* Zeno A † *Ioanni magiſtro officiorum.*

MVltis deuotiſſimæ ſcholæ agentium in rebus adi tionibus permoti, viros clariſſimos c eiuſdem ſcholæ principes, qui finitis militiæ ſtipendiis exeunt: quotiens ex maioris iudicis ſententiis d ipſi, vel † eorū coniuges, aut liberi, aut ſerui e, aut coloni, ſiue per ſe, ſiue per procuratores f conueniantur, non ampliùs, quam vnū ſolidum executoribus ſportularum g nomine præbere cōpelli: apparitoribus vicariani, ſeu præſidialis iudicij, non niſi tertia parte ſolidi tantùm præſtāda h: nullāſque iiſdem concuſſiones, aut vexationes in præbendis fideiuſſoribus ingeri; ſed eos fideiuſſores, quos locorū defenſor exiſtimauerit i, dare: ita videlicet, vt pro tenore generaliū edictorum hi, qui vel in ſacratiſſima vrbe, vel in prouinciis immobiles poſſident facultates, adiuratoriæ cautioni k, & ſubſtantiæ ſuæ credantur. Hoc etiā adiiciendo, vt nunquam niſi ex ſententia l in ſcriptis prolata penitus moneātur. Ad ſimilitudinem inſuper aliorum m officiorū, quotiens ciuiles, vel criminales contra eoſdem cognitiones mouentur, executorem quidem negotij vſque ad finem litis ciuilis, ſeu criminalis, vnius eſſe ſolidi præſtatione contentum n: & pro inſinuandis o noſtræ ſerenitatis apicibus, vel ſimplici contra obnoxios eorum poſtulatione deponenda, binos ſolidos ab his, vel coniugibus eorum præberi: & quotieſcunque exemplaria p poſtulantur, hi, quorum intereſt, accepto ſolido, quod petitur præbere non differant. Pro implendis verò monumentis q, vnde cōueniendi tribuitur executoribus facultas: non vltrà quàm tres ſolidos, quibus competit impertiri præcipimus: arbitro r verò non ampliùs, quàm ſolidum: & fiſci patronis ſ dimidiam ſolidi partem: notariis t verò tertiam u vſque ad finem (ſicut dictum eſt x) cauſæ præſtare: ſuper editione y quoque chartularum ſolidi partem dimidiam præbere. Quod ſi non apud arbitrum, ſed in cōpetentibus iudiciis maioribus cognitio celebretur; inducendi quidem negotij gratia non niſi quatuor ſolidos eoſdem viros clariſſimos erogare z: geſtorū a verò excipiendorum cauſa duos tantummodo ſolidos dare, & nullius vltra ſupra ſcriptas quātitates cuilibet alteri præſtandi ſumptus exactione vexari: his omnibus locum habentibus, ſiue ipſi aliis litem ingerant, ſiue ab aliis pulſentur. D. Kal. Sept. Theodorico Cos.

DE CVRIOSIS †, ET ſtationariis b.

TITVLVS XXIII.

Curioſi qui & cur agendarij dicuntur, l. 1 Co. Th. eod. tit. *ſunt ex agentibus in rebus, vt conſtat ex* l. 1. de offic. magiſt. offic. *& ex conſtitutionibus huius tit. eo nominatim* l. 2. *cauetur, vt ſolis agētibus in rebus cura publici curſus committantur, non officiis præfectorum prætorio, vel vicariorum* l. 2. ĩ de apparit. præf. prętor. *Hæ ſunt curioſorum præcipua curæ, vt non malè Græci hunc tit. ita interpretati ſint.* περὶ Φρουρῶν ἢ δρόμων. *& quidem ſola vt tamen & miſſi per regiones, prouincias, littora, portus, cū monitoriis, & mandatis inſtructi, à magiſtro officiorum in eos, qui quid circa curſum publicum admiſerint, diligenter inquirant, vt deferant ſine inſcriptione, & quod l conſtitutione Græca de cuſtodia reorū continetur, non tamen ſine calumniæ pœna, vt hac lege cauetur, quæ etiam prohenſionem eos non habere ſignificat, &* l. 4. *nec vocationem. Alij erant curioſi curſus publici in comitatu, alij per diuerſas prouincias, vt Marianus Scotus notitia declarat, qui à magiſtro officiorum dirigebantur quandoquidem ex magiſterianis erant, id eſt, agentibus in rebus. De ſtationariis dixi* l. 6. ĩ. tit. 1. Cviac.

Denuncians maleficiū punitur, ſi non probat: & ideo alium pro delicto non incarcerat. Bart.

I. *Imp.* Constantinvs A. *ad Lollianum* P.P.

CVrioſi, & ſtationarij c, vel quicunque funguntur hoc munere, crimina iudicibus nunciāda meminerint, & ſibi neceſſitatē probationis d incumbere, nec citra periculum ſui, ſi inſontibus eos calumnias nexuiſſe conſtiterit; ceſſet ergo praua conſuetudo, per quam carceri aliquos immittebāt e. D. XI K. Aug. Med. Acc. VII. K. Se. Arbitione, & Lolliano. Coss.

tium pro exemplatura datur Accvrs.

q ¶ *Monumentis.* id eſt, pro ſcribenda epiſtola citatoria: *vt ſuprà eod. l omnia.*

r ¶ *Arbitro.* id eſt, delegato. Vel propriè a, vt nota. *ſuprà tit. ij l in ſacris*

ſ ¶ *Fiſci patronis.* qui cogunt arbitrum procedere; *vt d. l. in ſacris.*

t ¶ *Notariis.* arbitri.

u ¶ *Tertiam.* partem ſolidi.

x ¶ *Dictum eſt.* in executore expreſsè. & in aliis ſonſit idem.

y ¶ *Editione.* id eſt, pro dandis exemplis geſtorum ſed ſuprà prox. pro ſcribendo in quaterno iudicis.

z ¶ *Erogare.* hoc habebunt iudices: *vt in Authen. de iu. §. ne autem inter hæc. coll. vj. ſed ĩ. in princ. l ſiſcus.*

a ¶ *Geſtorum.* hîc de nomine aliorum iudicum, & non arbitri, de quorum nomine ſuprà proxi. dixi. ¶ Et nota, quòd hæc omnia priuilegia b habet comes conſiſtorij: *vt ſup. de comi. conſi l j. & j.* & facit *infr. de priuilegiis ſcho. l. hac lege. & ſupr de agri. & cē. l omnes. & de ſpor. l ij. & Inſtit de ſatiſd §. ſed hodie. & in Auth. de nupt. § : ecclia iiq & ĩ. de caſtrenſ. & miniſter l. ante omnia.* ¶ Item non turberis, ſi in aliquo differat lex illa ab illa *l in ſacris.* Accvrs.

b DE CVRIOSIS & ſtationariis.

Dictum eſt in genere de agētibus in rebus, & eorum principibus: nunc de duabus ſpeciebus. Primò, de curioſis, quorum officium erat, nunciare crimina, & remittere criminoſ: vt infrà l fi. *Itē ſecundo, de quibuſdam, qui prauant exactionibus:* vt in tribus ſequentibus legibus.

c C*Vrioſi, & ſtationarij.* pro codē curioſi, & ſtationarij: fortè quia ſtabant certo loco; vnde conſueuerant fugere delinquentes idem dicitur irenarcha: *vt ff. de cuſto. reo. l diuus.*

d ¶ *Probationis.* not. ergo non e credi officiali, niſi & probet. quod dic: *vt ſuprà de accuſ l. ea quidem* & facit *l ſinguli. & de cuſtod. re l j.* Sed argumen. contrà. *ff. de officio præfect. vrb l j. § fin.*

e ¶ *Immittebant.* vt ĩ. *de cohort. l j.* item quod conſuetudo d praua reiicitur: facit *in Auth. vt nul in §. 1. coll ix.*

e ¶ *Carceri aliquos immitte*

a Arbiter ſalariū à partibus conſequi poteſt.

† Curioſos exiſtimat Alciat hic dici, nō qui vbiubi delicta fierēt, denunciabāt, vt ſentit Accurſ. ſed tantùm, qui commiſſa in curia principis, vel in comitatu præſidum per omnes prouincias referrent ad præfectum. Stationarij autem (inquit ille) pro his accipiendi ſunt, qui ſtationariorū militum (hoc eſt, eorū, qui ad aliquē locū tuendum deputati ſunt) delicta referent. Nihil tamē horum ex legibus huius tituli deprehendas.

b Priuilegia Comitis conſiſtorij.

περὶ Φρουρῶν ἢ δρόμων. Græci inſcribunt: Cur agendarij etiā vocantur. l. 1. C. Theod.

c Denūciationi officialis nō antea creditur quā negotiū ſit probatum.

d Conſuetudo praua reiicienda.

mittebant. Nam nũciationem tantùm habẽt, non & prehenſionem. Vide cap. 9. *de præſcript.* CVIAC.

a A*Gentes.*] *Publici curſus.* officium huius erat portare pecuniam publicam per prouincias, & conducere naues, & animalia ad ferendã annonam reipubl. & tempore competẽte facere incipi iter, vel curſum, & prouidere, ne quid ſubtrahatur: *vt hic.* & ꝑ. *l. fin.* & ꝑ. *de cur. pub. l. ij.* & *l. fin.*

* al. *Iulianus* & in meo manuſcr.

b ¶ *Credimus.* ſic de præfecto credit[a] princeps: *vt ff. de offic. præfect. præto. l. j.*

† Co. Th. *euectionibus.*

a Præſumitur quiſque officium ſuũ bene, ac diligenter facere.

c ¶ *Officio.* i. alius non intromittat ſe. Vel dic, quòd iſte nõ intromittet ſe de alio officio. ad quod *ſuprà de agent. in re. l. penult.* & *vlt.* prima placet.

d ¶ *Curſum.* arripiendo iter ante alios: vel aliàs faciendo contra præceptum iſtius.

e ¶ *Euectio.* quod vehitur: vel id eſt quando iter arripitur, dicatur hoc. aliàs eſt aduocatio. ſic dicta euectio: quia animalia vocantur ad publicũ curſum.

* In Cod. T. vt habens vnius copiã rhedæ, flagitet mulas duas, aut rhedam vſurpet, cui birotũ, vel veredum poſtulare, vel relabulare permiſſum eſt.

f ¶ *Pro animalibus.* mulis putà, vel pro equis, quiſque accipiat pro x. cùm non habeat niſi viij.

g ¶ *Cogatur.* ad hoc *infrà de ero. mili. an. l. excellentia.* & ꝰ. *de excu. mu. l. placet.*

h P*Er id*] *Suſtinetis.* loquitur agentibus in rebus. ACCVRSIVS.

i ¶ *Statuenda.* ¶ Not. non iuuatur[b] officio, vel dignitate, qui malè eam ſeruat. *ſic ſuprà de digni. l. iudices.* & *l. quotiens.* & *infrà de cur pu. l. iij.* & *de veter. l. ij.* item & facit *ff. de in ius vocand. l. ij.* & *de mino. l. auxilium in fi.* & *ſuprà de epiſc.* & *cleric. l. generaliter.*

b Officio non iuuatur, qui eo malè vtitur.

C.T. 6.29.5.

k A*Gentes.*] *Cenſemus.* ad quã curam, & curſum illi ex ſchola agẽtium debent exire, quos ordo militiæ vocat, & laborum adiutor: *vt ſuprà de off. mag. offic. l. j.* plures ergo & alij agentes erant in rebus: *vt d. l. j.* & *ſuprà de agen. in reb. l. matriculam* ¶ Et not. huius officium: *vt ſuprà eod. l. ij.*

l ¶ *Commune.* ſic ꝑ. *tit. j. l. nihil.*

m ¶ *Suſcipere.* ad audiẽdum. ACCVRS.

n ¶ *Trudere* vt ꝰ. *eod. l. j. in fi.* Sed[c] ſi inueniat fugitiuos, in cuſtodia detinere poſſit: *vt ff. de fug. l. ſi in princ.* cùm iſti di-

c Aliud eſt detrudere aliquẽ in carcerẽ: aliud eundem ſub fida cuſtodia detinere. facit *l. 1. ſup. de exact. tribut.*

Officium agentium in rebus eſt, curam habere ſuper euectionibus curſus publici portando pecuniam publicam per prouincias, & conducendo naues, & animalia ad deferendum annonas: & alius officialis ſub pœna ſe intromittere nõ debet: & recipiens pecuniam pro animali in curſum publicum non edicto, pœna quadrupli punitur. IO. DE PLATEA.

II. IIDEM A. & *Iulianus C.* * *ad Taurum. P.P.*

AGentes in rebus, in curis agendis, & euectionib. † publici curſus[a] inſpiciẽdis, noſtrorum memores præceptorũ, credimus[b] in omnibus velle profutura reipublicæ: ideóque ſolos agentes in rebus in hoc genere iuſſimus obſequium adhibere: & non ab alio penitus officio[c]. Hi verò peruigili diligentia prouidebunt, ne quis citra euectionis auctoritatem moueat curſum[d], vel amplius poſtulet, quã cõceſſit euectio[e] *. Quiſquis igitur aliquid tale perpetrare tentauerit, improbi cœpti priuetur effectu. Demonſtretur etiam iudicibus, vel curioſis euectio, etiam ſi quis nobis iubentibus feſtinare memoret in obſequium neceſſarium, nec præualeat contumacia, vel dignitas. Ergo nũmum iam vetamus expoſci pro animalibus[f] in curſu minimè conſtitutis. Quod ſi fortè aliquis exiſtimauerit perpetrandum: eius quadruplum, quod accepit, inferre cogatur[g]. Da. XV. K. Maij, Mediol. Conſtantino A. IX. & Iuliano Cæſ. II. Coss.

Condemnatio præfecti facta de agente in rebus eſt nulla: niſi talis agens aliquid contra honorem, honeſtatem, & decus ſui officij commiſerit: quia tunc grauius punitur. BART.

III. IDEM A. *ad agentes in rebus.*

PEr id tempus, quo curſus tuendi ſolicitudinem ſuſtinetis[h], condemnationes præfectorum circa eos ſolos irritæ ſunt futuræ, qui ſeruauerint honeſtatem: erga eos verò, qui inhoneſtè, & contra decus ſæculi, vel honorem militiæ verſabuntur, non ſolùm condemnatio manſura eſt, verumetiam grauior pœna eſt ſtatuenda[i]. P.P. Prid. Kal. Dec. Euſebio, & Hypatio Coss.

Agentes in rebus ſingularibus per ſingulas prouincias ſunt mittẽdi, qui in euectionibus inſpiciendis curam tantùm habebunt cum aliis iudicibus, vel prouincialibus: & alios illicitè non vexabunt: de cauſis non cognoſcent, & non detrudent in carcerem.

IV. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Marcello mag. offic.*

AGẽtes in reb. ſingulos per ſingulas prouincias mittendos eſſe cenſemus[k]: quibus inſpiciendarum euectionũ tantùm debeat cura mandari: vt nihil prorſus commune[l] aut cum iudicibus aut cum prouincialibus habeant: nec naues debebunt illicita concuſſione vexare: nec libellos, aut atteſtationes, vel conteſtationes litis gratia ſuſcipere[m]: aut in carcerem quenquam trudere[n]: ſed curſui ſolùm vacare. Dat. Kal. Iun. CP. Olybrio. & Probino Coss.

DE PALATINIS† SACRArum largitionum, & rerum priuatarum[o].

TITVLVS XXIV.

Palatinorum nomen generale eſt. Eo continentur militantes in ſacro ſcrinio, & agentes in rebus: de quibus dictum eſt ſuprà: & apparitores Comitum largitionum, vel priuatarũ: de quib. h. t. agitur, & miniſteriani. de quibus tit. ſeq. Generalem hanc ſignificationem comprobat l. 1. ꝑ. de priu. cor. qui in ſac. pa. mil. *Ambroſ. 5. Epiſt.* Palatina, *inquit*, officia omnia, id eſt, memoriales, agentes in rebus, apparitores diuerſorum Comitum. *Hic ei, vt iam dixi, eſt de apparitoribus Comitum, qui & largitionales, aut priuatiani dicuntur: & hoc ſenſu plurimùm in conſtitutionibus palatini accipiuntur: vt* l. vlt. ꝑ. de loc præd. ciu. l. 1. ꝰ. quib. ad cond præd. fiſc. l. 2. ꝰ. de col. fund. fiſc. l. vlt. ꝰ. de fide haſt. fiſc. l. 2. de pet. bon. ſub. & multis aliis. *& ſicut officium pro officialibus accipitur ſæpe, ita palatium pro palatinis.* Ammia. li 4. Tuas, & palatij tui auferre iubeo propediem annonas. *& eodem libro*, Relicto palatio omni. CVIAC.

cantur ſtationarij: *vt* ꝰ. *eod. l. j. in princ.*

o DE PALATInis ſacrarum largitionum, &c.

Scilicet principis. nam vtriſque priuilegiũ idem datur: vt ꝑ. eo. l. fi.

p P*Alatini.* aliàs, *vicarij palatini.* quia quodammodo gerunt vicem principis. & ſic pro eodem. aliàs deeſt, *vicarij.*

q ¶ *Pro capitibus.* ¶ No. ſic *ſuprà de agr.* & *cen. l. cùm antea.* & *ne ruſt. ad vllum.* & *c. l. j.* Sed contrà, ꝰ. *de ca. ci. cen. exi. l. j.* & *de colo. Thracen.* Sed & illa ſpecialia.

r ¶ *Iuga.* ſcilicet boum. *vt in Auth. de manda. princ. §. coges. colla. iij.* ACCVRS.

ſ ¶ *Suſceptionibus.* hoſpitum: vt de clericis dicitur *ſuprà de epiſc.* & *cle. l. j.*

t ¶ *Temonariis.* aliàs, *temerariis*: alias, *temonarius.* & facit ꝑ. *de priuil. eorum, qui in ſacr. pa. l. j.* ACCVRS.

u N*Vllus.*] *Euerſor*[a]. quia malè geſſit.

x ¶ *Pacto* id eſt, modo. & facit *ſuprà. de ſuſcept. l. ſi aliquid.* & *ſuprà de aſſ. l. iudices.* & *ff. de ſuſpe. tut. l. iij. § queri in fi. §.* & *de acc. l. ſi cui § hiſdem.* & *infrà de cohort. l. ſi cohortalis.* & *ſuprà ad legem Iul. de ambitu. l. j.*

a ¶ *Priſco.*

† Palatini (inquit Alciat.) dicuntur omnes in palatio habitãtes: aliquidẽ ſemper in domo Auguſti permanentes, qui comitatenſes dicuntur. Comitatũ autem locũ appellabãt, in quo vitam ducebat Imperator: qui verò in prouincias mittebantur, dicebantur ſtationarij, à manendo mittendo.

a Vide l. 1. *ſup. de iure fiſci*

Palatini pro capitibus eorum, & iugis tantùm penſitationem fiſco ſoluunt: ab aliis verò muneribus ſordidis vacant. BART.

I. *Imp.* CONSTANTINVS A.

PAlatini[p] * pro capitibus[q], ſeu iugis[r] ſuis tantùm penſitationem, atque obſequia recognoſcent extraordinariis, & ſordidis muneribus, & ſuſceptionibus[ſ], & temonariis[t] oneribus liberati.

* Cod. Th. 11. 16. 6.

Theſaurarius, vel comes theſaurorum repertus ſemel culpabilis in officio, iteratò ad eandem militiam non adſpirabit: nec etiam aliam acquirere poteſt. BART.

II. *Imppp.* VALENTIN. VALENS, & GRATIA. AAA. *Titiano com. ſacr. larg.*

NVllus theſaurenſis, vel officialis comitis theſaurorum ſemel deprehenſus euerſor[u], quocunque pacto[x] aut repetat militiam ſuam, aut aliam ſibi requirat per ambitum dignitatem, vel ſeſe transferat ad aliam quamcunque militiam. Dat. VIII. Kalend. Februar. Antiochiæ, Gratiano A. IIII. & Merobaude Coss.

Singulis annis vnus ex palatinis mitti debet ad regendum principatum comitis domorum Cappadociæ. BARTOLVS.

III. *Imppp.*

C T 10.2.

a PRiſco. principatus Cappadociæ ſpecialiter deputatus pro ſuis ſtipendiis comiti domorum, ad quem regẽdum mittitur de palatinis: quem etiam verebitur comes malè aliquid per ſe, vel per alium gerens.

b ¶ Reuocato. antea ſic fuerat: ſed in deſuetudinem abitum reuocat.

a Mittendarij qui.

c ¶ Mittendariorum. id eſt[a], palatinorum, qui ſunt habiles ad mittendum.

d ¶ Debebis. comiti domorum loquitur: vt infrà l. proxi. ¶ Et nota hîc argu. quòd malus[b] prælatus timet bonum ſubditum.

b Prælatus malus bonum ſubditum timet.

e NIhil] Iudicibus. aliàs, militibus & aliàs, comitibus, ſcil. prouinciarum.

f ¶ Coniunctum. dum palatini gerant ſuum officium, & ſic non obſtat ſ. de agen. in rebus l. ex eo. in fin. & l. fi. § ita. qua ſunt contrà, & facit ſuprà tit. j. l. fin.

C.T.6.10.4.

g ¶ Ab inferioribus ¶ Nor reuerentiã[c] maiori à minore deberi: & econtrà. ſic ſuprà, de offic. rect. pro. l. potiores. & de offic. diuer. iudic. l. ij. ¶ Item not. quòd archiepiſcopus in hac terra honorare debet epiſc. vt hîc: nec[d] ſuam iuriſdictionem per illius præſentiam perdit: vt in Authent. de defen ciui. §. nulla. colla ij.

c Reuerentiã debet minor maiori impẽdere, & econtrà.

d Maior magiſtratus minoris magiſtratus præſentia iuriſdictionem ſuam non amittit: vt hîc & econtrà, Minor, præſentia maioris iudicis iuriſdictionẽ ſuam non amittit. adde Gloſſam in l. nec 10. Cod. de donationibus.

h QVidam] Ad exceptorum. id eſt, ad aliam dignitatem. ACCVRS.

i ¶ Militando. ſubaudi, elegit. & facit ſuprà, vt dign. ord ſer. l. j. & de proxi ſacr. ſacri. l. vnicuique.

C.T.6.10.5.

k AB officiis.] Neque ipſa. ſcilicet excellentia tua. ACCVRS.

l ¶ Poſtmodum. id eſt, poſt legem iſtam. 2. Vel dic, poſt finitum officium. ¶ Et dicit in ſordidis, & ſimilibus. ne ſit contrà ſuprà eod l. j.

m SCriniis. hac lege nominantur officiales, qui ſubſunt comitibus[e] domorum: & hi ſoli habebãt ſtipendia: & eſt falſa hæc l. in omnibus ferè libris circa literam.

e Dic potiùs, Comiti ſacrarum largitionum.

n ¶ Suffragio. ſic ſ. de prin. agen in rebus. l. omnia.

a Pla

III. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEODOSIVS. AAA. Pancratio comiti R.P.

PRiſco[a] iam nunc ordine reuocato[b], de palatino potiùs officio ad regendum principatum officij comitis domorum per Cappadociam mittantur, quales comes etiam domorum, ſi inhoneſtum aliquid geſſerit, vereatur. Idoneos itaque ſingulis annis è numero mittendariorum[c] ad hoc eligere debebis[d] & mittere. Dat Prid. Non. Iul. Scopis, Auſonio, & Olybrio Coſs.

Palatini nihil habent commune cum aliis iudicibus prouinciarum: ſed excepta reuerẽtia, qua eis debetur: non ſolum per iudices minores: verumetiam per maiores quilibet iudex debet in ſuo officio deſeruire. BART.

IV. IIDEM AAA. Heſperio P.P.

NIhil omnino vllis iudicibus[e] cum palatinis noſtræ clementiæ, quicunque à comitibus diriguntur, ſit commune atque coniunctum[f]: ſed excepta reuerentia, quæ non ſolùm ab inferioribus[g], ſed etiam à maioribus, & in prouincia degentibus rectoribus prouinciarum debetur, atque defertur, ſuis quiſque neceſſitatibus obſecundet. Dat. VIII. Id. Dec. Sirmij, Auſonio, & Olybrio Coſs.

Effectus princeps palatinorum, ad aliam dignitatem cõuolare non poteſt. BART.

V. IIDEM AAA. Nebridio Comiti R P.

QVidam poſt impletum ordinem militiæ palatinæ, quam geſſerant, honorémque tranſactum, ad exceptorum[h] ſcrinia tranſire nituntur. Hac igitur lege ſancimus, vt nulli prorſus dehinc iſta audendi relinquatur occaſio: ſed vnuſquiſque eius ſcrinij, quem primum militando[i] elegit, ordinem perſequatur: nec in alterius loco finem militiæ requirat, qui iam proprij ordinis trãſegerit principatum. Dat. V. Id. Octo. CP. Merobaude II. & Saturnino Coſs.

Præſes palatinus iniungere non poteſt ſordidum munus. BART.

C.T.6.10.6.

VI. IIDEM AAA. ad Probum P.P.

AB officiis palatinorum excellentia tua ſciat ita penitus eſſe recedendum, vt neque ipſa[k] poſtmodum[l] licitum ſibi credat iiſdem aliquid iniungere: & præterea prouinciarum rectores prohibeat quicquam vlteriùs tale conari. Dat. VII. Kalend. Nouemb. Mediolan. poſt conſ. Merobaudis II. & Saturnini.

Hæc lex eſt hodie modicæ vtilitatis: ideo non eſt circa eam inſiſtendum. vide eam per teipſum: quia circa eam laborare, eſſet littus arare.

VII. IIDEM AAA. Triſolio Com. S. lar.

SCriniis[m] *omnibus largitionum comitatenſium infraſcriptas decernimus dignitates: vt his contenti, ambiendi ſibi aditum interclusum eſſe cognoſcant, etiamſi ſpeciale beneficium emendicato ſuffragio[n] quiſquam voluerit impetrare. Annonas etiam iuxta definitum dignitatum modum volumus præſtari: nec ampliùs quicquam præſumi. Breuis, quas dignitates per ſingula ſcrinia officium ſacrarum largitionum habere ſtatuimus. Scrinij exceptorum perfectiſſimus ordinis ſecundi numero vnus: id eſt, primicerius exceptorum vnus: ducenarij duo. i. tertiocerius, & quartocerius: centenarius vnus. i. primicerius inſtrumentorum: epiſtolares nu. ij. formæ primæ, nu. xxxvj. formæ ſecundæ nu. iiij. formæ tertiæ nu. iij. Scrinij numerorum* perfectiſſi. ordinis tertij nu. j. ducenarius nu. j. centenarij nu. ij. epiſtolares nu. ij. formæ primæ n. iij. formæ ſecundæ nu. j. formæ tertiæ nu. ij. Sacri ſcrinij tabellariorum perfectiſſi. ordinis tertij num. j. ducenarius nu. j. centenarius nu. j. epiſtolaris nu. vnus: formæ primæ nu. tres: formæ ſecundæ numero v. Scrinij canonum perfectiſſi. ordinis tertij nume. j. ducenarius nu. j. centenarius numero j. epiſtolares num. ij formæ primæ numero iiij. formæ ſecundæ numero iiij. Scrinij mittendariorum ducenarius num. j. centenarij nu. ij. epiſtolares numero octo: formæ primæ numero vij formæ ſecundæ numero triginta tres. Scrinij aureæ maſſæ perfectiſſ. ordinis tertij num. j. id eſt, primicerius ſacræ maſſæ, numero vnus: idem ſecundocerius num j. ducenarij num. ij. id eſt, tertiocerius, & quartocerius: centenarij num. vj. epiſtolares numero iiij. Aurifices ſpecierum perfectiſſimus num. j. ducenarij numero iiij. centenarij num. vj. epiſtolares num. viij. formæ primæ numero xvij. formæ ſecundæ numero iiij. Aurifices ſolidorum ducenarij numero j. centenarij numero octo: epiſtolares nume. vj. formæ primæ numero nouem: formæ ſecundæ numero xxx. Sculptores, cæteri aurifices centenarij numero j. epiſtolares numero v. formæ primæ numero ſex: formæ ſecundæ num. xviij. Scrinij auri ad reſponſum perfectiſſ. ordinis primi numero vnus: perfectiſſimi ordinis ſecundi numero ij. ducenarius numero j. centenarij numero ij. epiſtolares numero iij. formæ primæ numero iiij. formæ ſecundæ numero ij. formæ tertiæ numero j. Scrinij à miliarenſibus perfectiſſimus ordinis primi numero j. ducenarius numero. j. formæ primæ numero j. formæ ſecundæ numero ij. formæ tertiæ nu. iij. Scrinij veſtis perfectiſſimi ordin. iij. num j. perfectiſſimus ordin. ij nume. vnus: ducenarij numero j. centenarij num. j. epiſtolares numero ij. formæ primæ nume. vij. formæ ij. numero x. formæ iij. numer. iiij. Officialium ſacrarum veſtium ducenarij nume. iij. centenarij nume. iij. epiſtolares numero ij. formæ primæ num. xij formæ ſecundæ num. x. formæ tertiæ num. viij. Deputati ſacræ veſtis perfectiſſ. ſecundi ordin. nu. ij. ducenarij nu. ij. centenarij numer. ij. epiſtolares num. ij. formæ primæ numero iij. Scrinij ab argento perfectiſſ. ord. ſecundi nu. j. epiſto. num. j. formæ primæ num. vj. formæ ſecundæ nu. iij. formæ tertiæ nu. j. Scrinij à pecuniis perfectiſſ. ordin. ſecundi nu. j. formæ primæ num. j. formæ ſecundæ num. ij. formæ tertiæ num. v. Argentarij comitenſes ducenarij nu. j. centenarij numero ij. epiſtolares num. iij. formæ primæ num. viij. formæ ſecundæ nume. xxv. Barbaricarij centenarij nu. ij. epiſtolares numer. v. formæ primæ num. viij. formæ ſecundæ numer. j. Dat. IV. Id. Iun. Heracliæ, Richomere, & Clearcho Coſs.

* Nos hic Cu... ſecuti ſumus, quem vide.

Co.T.4.10.7.

* ſiue numerariorum.

a PLacuit.] Et Palatinu. & pro, id eſt.
b ¶ Ex eiſdem. ſcilicet palatinis. Accvrs.
C.T.6.30.8.
c ¶ Terni. aliàs, tamen. aliàs, tantùm, aliàs, terni. & qui ſint centenarij, & ducenarij, & certi numeri, habes ſuprà, l. proxi. de quibus ſingulis annis aliquot quieſcunt: hic.
* Centuriis.
d ¶ Prouiſionis. ſcilicet tuæ. & præfecto loquitur
e NOn aliter.] Adnotationẽ, id eſt, priuilegiũ noſtro motu: ſed * tunc conſilio procerum, eſt pragmatica ſanctio, & facit ſ. de agen in re. l. matriculam in fi & ſ de re mili. l neminem.
a Differentia priuilegij, & pragmaticæ. C.T.6.30.11.
f PAlatinos.] Ad calcem. id eſt, finem. nam calx, calcis, pars pedis extrema, vt vbi eſt iunctura tibiæ, & pedis ſubcel. b eſt pedis concauum: inde ſubcellaris, ſecundùm P.
b Diuinat Accurſius. Pedis cõcauum Seruio, vola, niſi ſub ſolum, ſic legendum. Eſt enim Solum, teſte Iſidoro 11. c 1. inferior pars pedis, quia ſolum id etiam dicitur, quod ſuſtinet. Itaque hic & ſub ſolum. & ſubſolare legẽdum erit. C.T.6.30.20.
g ¶ A tyronum. ab his excuſantur princ. agen. in re. vt ſuprà, de prin. agen in re l ex agentibus. & facit. ſuprà, de proxi. ſacr ſcri l 3 in fi
h AD ſimilitudinem. Albi, ad ſimilitudinem, incipit lex: vt ſuprà, de proxi. ſac. ſcr. l. pro biennio.
i VIros.] Videatur cauſa. ſic ſuprà, de pro ſa ſcrin l. in ſacris. § ita.
† Sic in C.Th. at inculpatim.
k ¶ Reſpondere. ſic ſupr. de ſilen l pen. & de agen. in re l. ex eo. & l fi § ita. & facit ſuprà, de offi præ. vr. l j. & de offic. amni re. priua. l. pe.
l ¶ Permiſerit. ſic ſuprà, vbi Sena. vel clar. l fi. & in auth. vt cle apud propri. epiſc. § pe coll. v j.
m INter.] Tres. aliàs, res: alias, tres.
n ¶ Tribuni. infr. l. proxim.
o ¶ Neceſſitate niſi ordinaria: vt ſup eod. l fi.
p IVbemus.] Par. nam omnia ſunt principis: vt ſupr. de quadri. praſcri l fi.
c Principis ſunt omnia.
q ¶ Iuſtum. vbi d eadem ratio, idem ius. ſic ſuprà, ad leg Fal l fi. & ff. ad le. Aqui. l illud cum ſeq.
d Ius idẽ, vbi eadẽ eſt ratio adde Euerardũ in loco a ſimili.
r ¶ Poſſint. vt ſuprà, l proxi. & ſuprà, eod l j. & ſuprà, de prox ſacr ſcr. l. iubemus & xxxv qu. v ca. item apud.

ſ DE STRATOribus.

Hinc ſtratorium, i ſtabulũ. e vnde in Geneſi: f Rachel hoc videns poſuit idola patris in ſtratorio cameli: & ſedit ſuper ipſum: vnde ſtratores dicuntur, qui præſunt ſtabulo, ſeu equis ſtantibus in ſtabulo.
e Stratores qui, vnde hic ſtatorum.
f Gen. 31.

Palatini tranſmiſſi per prouincias, anno elapſo cingulo liberantur. Bart.

viii. *Iidem* AAA. *Triſolio.*

PLacuit iuſtè omnibus mittendariis, & Palatinis a officiis profutura ſuggeſtio, quam inſinuaſti vt ex iiſdem b annis ſinguli decenarij terni c, ex centenariis * habito prouiſionis d intuitu, cingulo liberentur. Da. IV. Id Mart. CP. Arcad. A. I. & Bautone V.C. Coss.

ix. *Impp.* Arcad & Honor. *Neſtorio Com.* R.P.

NOn aliter quilibet in officio ſacrarum largitionum, vel priuatarum rerum cingulũ militiæ ſibi ſumẽdum exiſtimet, niſi noſtræ manſuetudinis adnotationem e meruerit. D. Pr. Id. Aug. Ancyræ, Stilicone II. & Anthemio Coss.

Palatini adiutores, & primicerij finito officio: ſicut agentes in rebus, à præbitione tyronum, cæteriſque muneribus ſordidis ſunt immunes. Bart.

x. *Impp* Honor. & Theod. AA. *Ioanni* P.P.

PAlatinos, qui ſacrarum remunerationũ rationem tractantes inculpantur †, ad calcem f, terminúmque militiæ peruenientes, necnon etiam adiutores, & primicerios diuerſorum officiorum præcipimus habere priuilegia, quæ nuper agẽtium in rebus ſcholæ noſtra ſũt manſuetudine contributa, ſ. vt à tyronũ g præbitione memorati reddantur exortes, cæteráque onera non agnoſcant. D. VII. Id. Iun. Rau. poſt Conſulatum Honorij VIII. & Theodoſij V. AA.

xi. Iidem AA. *Anyſio* C.S.L. & *Tauro* C.R.P.

AD ſimilitudinem h ſanctionis, quam de proximis ſacrorũ promulgauimus ſcriniorum, etiam in officio ſacrarum largitionum, atque priuatarum rerum pro biennio annum ſub perpetua obſeruatione præcipimus cuſtodiri: ita vt & priuilegia, quæ huiuſmodi officiis, vel primiceriis ſacris legibus deferuntur, integra, illibatáque ſeruentur. D. III. K. Iul. CP. Theod. A. VII. & Palladio Coss.

In ciuitate Conſtantinopoli palatinus apud præfectum vrbis non compellitur litigare: niſi pro ſeruitutibus, domib. vel annonis quæſtio moueatur: in prouincia verò cognoſcit præſes contra palatinum: ſed in cauſa criminali contra eum non fert ſententiam, niſi ex ſuggeſtione principis, ſub quo militat palatinus. Bart.

xii. *Impp.* Theod. & Valent. AA. *Maximo* C.S.L.

VIros deuotos palatinos non oportet in hac regia vrbe apud virum illuſtrem præfectum vrbi litigare compelli, niſi de ædificatione domorum, & ſeruitutibus & annonis orta videatur cauſa i: in aliis verò cauſis tam pecuniariis, quàm criminalibus apud viros illuſtres tantummodo comites ſuos reſpondere k. rectoribus autem prouinciarum intra adminiſtrationis ſuæ fines, inter præſentes palatinos nec cauſis publicis occupatos cognoſcere tã pro ciuili, quàm pro criminali cauſa permittimus: ſic tamen, vt non aliter criminalis ſententia aduersùs eos proferatur, niſi ex ſuggeſtione prouincialis iudicij vir illuſtris comes, ſub quo militat, certioratus hoc ei permiſerit l.

Palatini primicerij, & tres ſcriniorum primicerij, & tres tribuni prætoriani militari dignitate funguntur: & nulla poteſt eis iniungi neceſſitas publica, vel priuata. Bart.

xiii. Iidem AA. *Eudoxio* C.S.L.

INter alias prærogatiuas, quas antea meruerant ſcholæ ſocietatis ſacrarum largitionum, primicerius, & tres m primicerij ſcriniorum tribuni n prætoriani, militari dignitate fruantur: nulla eis ex cuiuſlibet iudicis præceptione iniungenda publica, vel priuata neceſſitate o.

Palatini principis eiſdem priuilegiis funguntur, quibus palatini ſacrarum largitionum: & ideo primicerij, & primates ſcriniorum principis, finito officio inter militares tribunos numerantur: & nulla ſolicitudine negotij publici, vel priuati poſſunt vrgeri. Bart.

xiiii. Iidem Avgvsti *Florentio* P.P.

Ex Nouell. Theod.

IVbemus viros deuotos palatinos rei noſtri numinis priuatæ, eiſdem priuilegiis decorari, quibus etiam palatini, qui in ſacris largitionibus deferuntur. Cùm enim par p, ſimiliſque militia ſit, iuſtum q, & competens videtur iiſdem vtrumque officium priuilegiis gloriari. Primicerios itaque officij, tréſque primates ſcriniorum rerum priuatarum, finito tempore militiæ, inter tribunos militares prætorianos, ſaluis iiſdem præſtitis priuilegiis ſacris conſtitutionibus, noſtram clementiam adorare decernimus: ita tamen, vt nullam iniunctionem, nullam ſolicitudinem priuati, vel publici negotij quolibet iudiciario præcepto ſuſtinere poſſint r: ſed excepta omni neceſſitate, omnique fatigatione, adeptæ dignitatis honore potiantur.

DE † STRATORIBVS.
TITVLVS XXV.

† In manuſcriptis legitur, de ſtratoribus vt & in Pandectis Florentinis l. 1. ff. de off. procons. Alciatus, ſtratoribus mauult.

Nihil referi ſtratores dixeris, an ſtatores, hi erant in officio præſidum aut proconſulum Eis dabantur nonnunquam rei cuſtodiendi: quemadmodum in Cypriani vita ſcriptum eſt: Ductus, & ſuſceptus eſt Cyprianus cuſtodiendus ab ſtratore, ſiue ſtatore officij proconſulis. *At proprium horum munus eſt, equum fræno tenere, & conſcendenti magiſtratui opem ferre. Non vtar auctoritate donationis Conſtantini: ſed alterum. Spartianus in Caracalla,* Cùm illum in equum ſtrator eius leuaret. *Paulus Diaconus de geſtis Long.* Equos quamuis hinc inde à ſtratore verberibus cæſus non poterat eleuari. *Item equos militares probare, qui à prouincialibus conferuntur, vt hac lex indicat, & Marcellinus 29. his verbis:* Conſtantinus ſtrator paucos militares equos ex his auſus mutare, ad quos probandos miſſus eſt in Sardiniam. *Et probæ nomine hac lex ſtatuit à prouincialibus ſtratoribus vnum tantùm ſolidum dari, nihil præterea. Perperam antea legebatur,* proprio nomine, *ſicut paulo pòſt.* ſtaturam æqualem, *pro* ſtaturam & ætatem. *Hoc probæ nomine vſus etiam eſt Marcellinus in fin lib.* xxxi. Cviac.

I. Impp.

a Stratoribus vti magiſtratus poſſunt qui, & quatenus.

a P Er omnes.] Poſceretur. ff de offi. procon.l.uij. §.nemo contra a. Sol. hic in cognitione cauſarum, & definitione præſidentes non debent eis vti: ſed circa equos ſic a. Vel aliud in proconſule,& aliud in præſide: vt hic. Imò ibi aliter accipitur. id eſt, birigarius b: hic qui præeſt equis ferrãdis, & ſellis, & frænis præſidis. vnde verſus: Sternitur æquinocte mare, lectus, aſellus, & boſtis. Aureum hic habet pro ſuo ſtipendio ſingulis diebus. ¶ Item & quando præſes, vel rex, vel comes donat equũ, habet c à donatario ſolitam quãtitatem: putà alium aureum: ſic enim faciunt reges Hiſpaniæ. nam in præſidibus prouinciarum loquitur, & eorum ſtratoribus.

*probæ, id eſt, probationis. Cuiacius hic.
b Beridarios, quos hic vocat, alibi videtur Scarios, Caſtaldos, & Berroarios appellare. Gloſ. l. 1. in verbo, Stratores. ff de off. procon.
c Donatio fit quandoque aliquo accepto modico, aut potiùs minimo, in vicem donationis.

b ¶ Cognoſcant. illi donatarij. ¶ Et ſic nota quòd d dãs punitur ſicut ſimoniacus, quaſi corrumpens eum, vt equum donandum vituperet principi: ſic ſuprà, de epiſc. & cler. l. ſi quenquam. Item facit infr. de metatis. l. denotum. & ſuprà, ne rus. ad vllum obſequi. l. ij.

Sic in Co. Th.

d Simonia nõ tãtum cõmittitur in dãdo: ſed & in accipiendo.

c ¶ Quos. Prouinciales, id eſt, donatores. Acc.

† magis Latinè (inquit Alciat. hic) diceretur, de caſtrẽſibus miniſtris, eu illum videto. Sic appellantur à Lampridio in Alexandro.
C T. 6. 32. 1.

I. Impp. Valentin. & Valens AA. ad Zoſimum præſidem nouæ Epiri.

P Er omnes prouincias edictum generale miſimus, vt ab ſtratoribus vnus tãtùm ſolidus probæ * nomine poſceretur a, & in offerendis equis certã formam, ſtaturam, & ætatem prouinciales noſtri cuſtodiendam eſſe cognoſcant b: quos c etiam fiſco certo modo ſolidorum obnoxios fecimus, ſi quod ſtratores petere interdictum eſt, illi dare ſtratoribus non timerent. officium quoque grauitatis tuę centũ argenti libris mulctabitur, ſi ſciens prædictam rem geſtam fuiſſe, non illicò eam ſeueritati iudiciariæ prodiderit. Dat. XIII. Kalend. Iul. Apolloniæ, Valentiniano, & Valente AA. Coss.

DE CASTRENSIANIS d †, & miniſterianis.

TITVLVS XXVI.

Caſtrenſiani, & miniſteriani officio finito per lapſum bienij, alius ſurrogatur: ipſe verò ad idẽ officiũ denuo nullatenus eligetur. Bart.

I. Impp. Hono. & Theod. AA. Narſi V. ſpectab. Comiti, & caſtrenſi S.P.

I N officio ſpectabilitatis tuæ ſecundùm formam diualium reſponſorum poſt completum tempus præfinitum, id eſt, biennium, prioribus decedentibus inſequentes ad locum pro merito e laborum, ſtipendiorúmque ſuccedant, nec vlla licentia tribuatur his, qui impletum depoſuerint officium, denuo ad eandem militiam, vel ſolicitudinem remeandi. Dat. VI. Id. Febr. CP. TH. A. VII. & qui fuerit nunciatus.

d DE CASTRENſianis, & miniſterianis.

In libro Ir. de conſiſtorianis, aut caſtrenſiariis. qui fortè præerant caſtris e principes ordinandis: & erant plures: & eligebantur decani: vt j. tit. j. & menſores, qui menſurabant quantum mœnia iuxta caſtrum, vel ſimilia. vt j. titul. j. & ij. Accvrsivs.

e Maſſ. Caſtrenſiani, qui & Caſtrenſes miniſteriani ex eo miniſterio deputati.

e I N officio.] Merito. ſic ſuprà, de agen. in re. l. j. & infrà, de tyronibus. l. fi. item facit ſuprà, ad legem Iuliam de amb. l. j. & infrà. tit. j. l. j.

Si vltimus inter miniſterianos gradum primæ, ſecundæ, vel tertiæ formæ inter caſtrenſianos fuerit adeptus, ſcribendus eſt in matricula tertiæ formæ. Bart.

II. Iidem AA. Scholaſtico V. ſpectab. comiti, & caſtrenſi S. Palatij.

S I quis primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ formæ ſpecialiter inter ſtatutos gradum cœlitus f valuerit impetrare: ſupernumerarius vltimus g formæ tertiæ in matriculis habeatur. Dat. Prid. Id. Ianua. CP. Honorio XIII. & Theod. X. AA. Coss.

f Cœlitus impetrare, prò à principe impetrare.

f S I quis.] cœlitus. id eſt, diuinitùs, vel f à principe.
g ¶ Vltimus. tertia forma erat maior aliis: vt innuit, & patet ĩ. tit. ij. l. ſcrinius. vbi pauciores ſemper ponuntur in tertia forma.

h H I, qui.] Examine. facit ſuprà, eo. l. fi. & ſuprà, de agen. in re. l. fi.
i A Nte omnia.] Breuis. hunc breuem non habes.
k ¶ Conueniri. ſubaudi iubemus: vt nulli pulſantium, &c. quod eſt infrà.

III. Impp. Leo, & Anthe. AA. Ioann. comiti, & magiſtro officiorum.

H I, qui in ſchola veſtis ſacræ militant, vel matres eorum, vel vxores, criminalem vel ciuilem litem cõtra ſe commouendam in nullo alio, niſi in ſublimitatis tuæ ſuſcipiant examine h.

Caſtrenſiani, & miniſteriani, eorúmque matres, & vxores, & filij, ſolùm coram magiſtro officiorũ ſunt conueniendi: niſi pro tributis, & muneribus ſuſcipiendis, & delictis cõmiſſis: pro quibus poſſunt coram iudicibus locorum conueniri. habẽt etiam priuilegium circa minores ſportulas ſecundùm modum hîc deſcriptum ſoluendas, ac etiam circa fideiuſſorem iudicio ſiſti præſtandum: vt vnum ex coniunctis, vel de ſuo numero præſtare poſſint.

IV. Impp. Leo, & Zeno Mariano com. & magiſtro officiorum.

A Nte omnia nullius penitus alterius iudicis minoris, vel maioris ſacro miniſterio noſtro deputatos (quorum officia ſigillatim breuis i ſubter annexus continet) niſi à tuæ dumtaxat magnitudinis ſententiis conueniri k, vt in nullo penitus alterius iudicis foro pulſantium, niſi in tuæ tantummodo amplitudinis examine præbeant aliquando reſpõſum. Sed nec in hoc ipſo iudicio enormibus moleſtentur diſpendiis, vel ex nudis conueniantur facilè iudicis cuiuſcunque mandatis: ipſis quoque ſportulis, & fideiuſſionibus modum conſtituimus obſeruandum: ante omnia decernentes, ne quando ſine ſcriptura l, vel interpellatione depoſita, ac ſententia prorogata tuæ magnitudinis: eadémque non edita m conueniri poſſint: conuentos verò non alium fideiuſſorem niſi actuarium n, vel vnum ex primatibus ſuæ ſcholæ executoribus pro reſponſione ſuæ perſonæ ſine ſcripto præſtare: ſiue per ſeipſos, ſiue per procuratoré datum in iudicio reſponſuri ſunt: ſiue in cauſis ciuilibus appetãtur, ſiue in criminalibus accuſentur: nec vltrà cõuentionis o nomine ſportularum, quàm vnũ aureum executoribus vſque ad finem litis præſtent, quemcunq; contigerit cõueniri. Inducendorũ p ſanè nomine, & cognitionum exercendarum, ſtandæque perſonæ gratia, ex ſimplici q poſtulatione, contra eos habita, ſiue ex appellatione ſubſecuta, vel alio quolibet modo r in iudicio deponatur: tribus tantummodo ſolidis vſque ad terminum negotij, eos, qui accepturi ſunt, præcipimus ſemper eſſe contentos: in cognitionalibus verò geſtis edendis duos tantummodo præſtari ſolidos s. Hæc autem priuilegia non in eorũ tantummodo: ſed in matrũ t quoque & vxorum u perſonis valere, & ad integrum permanere: filiis x quoque, & maritis eiuſdem fideiuſſionis nomine: ſi neceſſitas interpellationis exegerit, tradi, nec alios vades y exigi: ipſóſque z, dum militant, & poſt emenſam a militiam, cum his, qui eo tempore prioris præſtitæ ſibi pragmaticæ ſanctionis eiuſdem militiæ ſtipendia impleſſe noſcũtur, omnibus priuilegiis perfrui (cunctis nihilominùs capitulis ſacris affatibus diuæ recordationis Martiani, quos ſe meruiſſe adſerunt, valituris: excepto hoc, quòd in diuerſis iudiciis tunc reſpondere præcepti ſunt, hac ſanctione decernimus: aduocato quoque fiſci, exceptoribus etiam qui apud

l ¶ Sine ſcriptura. ſic ſ. de dig. l. quotiens. & infr. de proxi. ſac. ſcri. l. in ſacris.
¶ Et quod ſubiicit, vel, pro etiam.
m ¶ Non edita. in ſcriptis.
n ¶ Actuarium. ſupr. de proxi. ſac. ſcri. l. in ſacris. §. fidei.
o ¶ Conuentionis. ſcilic. ſportulis, quæ dantur à conuentis.
p ¶ Inducendorum. id eſt, executorum, qui inducunt partem in iudicio, quandocunque eſt opus.
q ¶ Simplici. in cauſa principali.
r ¶ Alio quolibet modo. putà extraordinariè.
s ¶ Præſtari ſolidos. ſcilicet exceptoribus.
t ¶ Matrum. tranſit ad ſuperiores per priuilegium: quod dic, vt not. ſ. de proxi. ſacr. ſcri. l. in ſacris. circa princ.
u ¶ Vxorum. ſic ſupr. de dign. l. mulieres.
x ¶ Filiis. ſic ſup. qui ſatiſdare cog. l. ij. §. ij. & ſuprà de prox. ſac. ſcri. l. in ſacris. §. vt ita.
y ¶ Vades. id eſt, fideiuſſores. inde vadium a, vel vadimonium, id eſt, pignus.
z ¶ Ipſóſque. ſcilicet deputatos noſtro miniſterio.
a ¶ Emenſam. id eſt, finitam. ſic ſuprà, de ſilen. l. fin. in fine.
a ¶ Adiu

a Vadiũ, vocabulum Lõgobardicum: vnde verbum inuadiare. 2. de Feudorũ 27. de pace tenenda. in princ. §. quicunque. pro. pignus dare.

apud arbitros hoc vtuntur officio, ab exordio incipiendo, vſque ad terminum, finémque negotij tertiam dumtaxat ſolidi partem præbituros. In huiuſmodi autem arbitrorum geſtis edendis non vltrà præſtare, quã dimidiam ſolidi partem: & cum per prouincias conſtitutus, fideiuſſoribus conuentus caruerit, adiuratoriæ tantummodo cautioni ᵃ committi: nec vllo tempore, niſi ex tuæ dumtaxat magnitudinis ſententia conueniri: exceptis tributariis, & munerum functionibus, & criminibus quæ in locis inquiri, flagitari, & vindicari generalia legum præcepta ᵇ conſtituunt, præſenti ſanctione decernimus: viro clariſſimo adiutore ſublimitatis tuæ in ſpeculis ᶜ conſtituto, ne quid ex his, quæ ſtatuimus, aliqua ſubreptione violetur.

DE DECANIS ᵈ †. TITVLVS XXVII.

Quatuor ex decanis, qui primum locum in ordine tenuerunt per biennium, ad primiceriatus officium adſumuntur: & alij in locum eorum debent ſubrogari tranſacto biennio. BART.

I. *Impp.* HONOR. & THEODOS. AA. *Helioni Com. & mag. offic.*

QVatuor †, qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum peruenerint, biennij ſpatio primiceriatus ᵉ gerant officium: neque vlterius cuiquam liceat in hoc immorari: vt omni gratia, & ambitione ceſſante, poſt duorum annorum curricula ſuccedant prioribus ſubſequentes. Dat. Prid. Non. Nouẽb. CP. Theod. A. VII. & Palladio V. C. Coss.

Decani adhærẽtes famulatoribus principis coram illuſtri magiſtro officiorum ſunt conueniendi. BART.

II. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Nomo mag. offic.*

NOſtræ pietatis famulationibus adhærentes decanos non oportet pro deſiderio pulſantium ad alia pertrahi iudicia: ſed viri illuſtris tantùm magiſtri officiorum obſeruare examen. Hoc namque modo, neque manſuetudinis noſtræ obſequia decipiuntur: & agentibus aduerſus eos iure adhibetur reſponſum ᶠ. Ad exemplum itaque deuotiſſimorum ſcholarium ᵍ nulli licere memoratos ad aliud iudicium trahere, & pulſatos ʰ proprium fidei ſcholæ permitti præcipimus.

DE MENSORIBVS ⁱ *. TITVLVS XXVIII.

I. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Æmiliano mag. offic.*

PRimicerius ᵏ menſorum biennio expleto agentis in rebus militis militiam ſortiatur. Dat. X. Kalend. Aug. Ancyræ, Stilicone II. & Anthemio Coss.

DE PRIVILEGIIS EOrum, qui in ſacro palatio militant ˡ. TITVLVS XXIX.

Palatini à cunctis muneribus ſordidis ſunt immunes, & eorum filij, & nepotes: & ipſis, & eorum mãcipiis nulla iniuria debet inferri: & cõtrà faciens punitur. BAR.

I. *Imp.* CONSTANTINVS A. *Palatinis bene meritis ſalutem* ᵃ Ex C.T. 6.35.

A Palatinis tam his, qui obſequiis noſtris inculpata officia præbuerunt, quàm illis, qui in ſcriniis noſtris, id eſt, memoriæ, epiſtolarum, libellorúmque verſati ſunt: procul vniuerſas calumnias ᵐ, ſiue nominationes ⁿ iubemus eſſe ſummotas: idque beneficiũ ad filios eorum, atque nepotes ipſo ordine ſanguinis ᵒ peruenire, atque immunes eos à cunctis muneribus ſordidis, & perſonalibus permanere, cum vniuerſis mobilibus, & mancipiis vrbanis: nec iniurias eis ab aliquibus inferri: ita vt qui hæc contempſerit, indiſcreta ᵖ dignitate pœnas debitas exoluat. Dat. IV. Kal. Nouembr. Treueris, Voluſiano, & Anniano Coss. Sic in C.T.

Cubiculari; principis, quibus vacatio eſt conceſſa, & memoriales ſcriniorum, & libellorum, & epiſtolarũ, & etiam palatini, & agentes in rebus, & filij, & nepotes eorum, ad honores & munera non vocantur inuiti: & à perſonalibus, & corporalibus muneribus ſunt immunes. BART.

II. IDEM A. *ad Rufinum.* P.P.

DE cubiculis ᵍ noſtris vacatione donatos, vel diuerſis obſequiis palatinis, memoriales ʳ etiam, qui in ſcriniis memoriæ, epiſtolarum, libellorum, ſacrarumque diſpoſitionum referuntur: necnõ etſi qui in vtroque officio palatinorum comitatenſium, ſingularúmve vrbium, & officio admiſſionum, & caſtrenſis, ſacri palatij militant: priuilegia volumus habere, vt nec ipſi, nec filij, nec nepotes eorum ad honores, vel munera municipalia deuocẽtur: quibus omnibus cõdonamus ne exactorum, vel turmariorum † (quos capitularios vocant) curam ſubeant: vel obſequium temonariorum, vel pentaprotiæ ˢ * aut etiam tyronis præſentationem agnoſcãt. Nam beneficiis noſtris ita digni ſunt, vt etiam cẽſualibus, vel perſonalibus, vel corporalibus muneribus liberentur, & habeant caſtrenſe ᵗ peculium, ſiue adhuc palatium obſeruent, ſiue optata quiete donati ſint ᵘ. Quibus omnibus priuilegiis coniungimus agentes in rebus, licèt militaribus ˣ † videantur eſſe ſubnixi. Dat. V. Kal. Maij, Sirmij, Conſtant. A. V. & Licinio Cæſa. Coss.

Diſcedentes ab aliquo officio in palatio principis, licèt ſint idonei, & experti: tamen ab omnibus oneribus eiſdem iniunctis ſunt immunes. BART.

III. *Imppp.*

---

a ¶ *Adiuratoriæ tantũmodo cautioni.* ſic ᵃ ℷ. de adſeſ. l. j. §. *ſuper.* & *in Authent. vt nulli iud.* c. § *neceſſarium* collat. ix. & *ſuprà, de proxi. ſac. ſcri. l. in ſacris.* §. *vt ita,* &c. *cum ſuis concord.*

b ¶ *Legum præcepta.* vt *ſuprà, vbi* ᵇ *de crim. age. opor. l. j.* & *in Auth. quæ in prouincia* & ℷ. *vt omnes tam ciui quàm mili. l. j. in prin.* & ℷ. *de priuil. ſchol. l. ij.* ACCVRS.

c ¶ *In ſpeculis.* ſic *ſuprà de pri. cor. l. j.* & facit *ad l. ſuprà, de agẽ. in re. l. ex eo.* & *l. fi.* & ℷ. *de co. cõſi. l. ij* & ℷ. *de priu. ſchol. l. quotiens.* ACCVRS.

d DE DECANIS. *Decanus, id eſt, decem virorum ſocietas, ſecundùm H. vel qui præeſt decem: vnde decaniſſa, id eſt, vxor decani, & dic, vt ℷ tit. j. in rubr.*

e QVatuor.] *Primiceriatus* facit ℷ. *tit.* j. *l.* j. & ℷ. *tit.* j. *l.* j.

f NOſtræ.] *Reſponſum.* ſic ℷ. *titu.* j. *l. fin.* & *de præpo. ſacr. cu. l. ij* & *de ſilen. l. pen.* & *de agen. in re. l. ex eo.* & *l. fin.*

g ¶ *Scholarium.* vt *infrà tit.* xy. *l. ij.*

h ¶ *Pulſatos.* vt *ſuprà, tit.* j. *l. fin.*

i DE MENSORIBVS. *Columnarum, vel lignorum, vel hominum: à metior, metiris, ſecũdùm H.* & *dic.* vt in rubr. ſuprà, de caſtrẽ. a. *vel dic, menſores frumẽtarios:* vt ff de iure immun. l. fin. ℷ. *vel illos, qui metiebantur hoſpitia militum:* vt infrà, de metatis *l.* j. 4. *vel etiam hæc omnia officia habebant.*

k PRimicerius. facit *ſuprà, tit.* j *l.* j.

l DE PRIVILEgiis eorum, &c.

i *Quocunque offic.* vt *infrà l.* j.

m A *Palatinis*] *Calumnias.* id eſt, munera patrimonialia: eſſet enim calumnia, ſi ab eis exigerentur.

n ¶ *Nominationes.* ſcilicet ad perſonalia: *vt* ℷ. *hac l.* & *infrà, l. proxi.*

o ¶ *Ordine ſanguinis.* Nota ᶜ arg. contrà, ff *de leg.* ij *l. cum pater.* § *à te.* & facit ℷ *de pro. ſac. ſcri. l. ij* & *l. in ſacris* ᵈ.

p ¶ *Indiſcreta.* id eſt, nõ attenta, nec conſiderata.

q DE *cubiculis.* ſuprà, *de præpo. ſac. cu. l. ij.*

r ¶ *Memoriales, ſuprà, de proxi. ſacr. ſcrin. l. ij* & *l. in ſacris.*

ſ ¶ *Pentaprotia.* nomen Græcum eſt: & dicitur à pente, quod eſt quinque, & protia ᵃ, quod eſt decima: id eſt, munus quintæ partis decimarum ᵇ: ſic dicitur munus decaprotiæ: ſcili. à decẽ: & eſt munus patrimoniale: *vt ſuprà, de mun. pa. l. nec proteſtaſia* & ff. *de mun.* & *hon. l. fi.* § *mixta.* & *l. iij* §. *decaprotos.* & *ibi not.*

t ¶ *Caſtrenſe.* vt *infrà, de caſtren. omn. pala. pecu. l. j.*

u ¶ *Donati ſunt* ad hoc, *ſuprà, de adſeſ. l. non parum.* & *de agen. in re l. fi.* Sed argu. contrà *ſuprà, de teſt. mil. l. pen.* & *de teſte mili. l. vltima.*

x ¶ *Militaribus.* id eſt, licèt ſuam militiam complere debeant, quæ eſt *ſuprà, de decurion. l. j.* & *fin.* & facit *ſuprà, de agen. in re l. fin.* & *infrà, l. proxima.*

---

a Iuratoriæ tãtùm cautioni qui committuntur.

b Fori priuilegium.

† Decani dicebantur, qui decem militibus præerant, qui nunc caput contubernij vocantur.

C.T. 6.33.1 valiàs incipit, *Qui ex corpore.*

Ex Nouell. Theod.

c Ordo sãguinis ſeruãdus.

d Dic ibi rationẽ eſſe, ſeu pro ratione eſſe voluntatem teſtatoris.

a Nugæ Cuiacius hic legit, *Pentaprotia.*

C.T. 6.34.1

* Menſores ſũt, qui menſtris ad podiũ mũ demetiuntur loca in quibus tentoria milites figant, vel qui hoſpitia in ciuitatibus præſtant.

b Initiò quinque primariũ munus eſt, quos alibi ſacræ conſtitutiones quinque ſummates vocant.

C.T. 6.35.

† Sic in C.T. *turmariorum.*

* *pentaprotiæ* in Co. Th.

† Petere militantibus in Co. Th.

C.T.8.16.15.

a EX *aula noſtra diſcedentes.* ab aliquo officio aulæ: *vt ſ. l. proxi §. habebant.*
b ¶ *Iniunctis.* id eſt, ab his, qui iniungerentur,
c ¶ *Faſtus.* id eſt, qui ſunt numerarij.
d ¶ *Experientes.* id eſt, experti: licèt ſint idonei, non vocentur.
e OMnes.] *Poſteriori tempore.* ſic *ſuprà, de offic. præ. l. j. & ij & vt di. ar. ſer. l. fi. & de conſu. & non ſpar. l. j. & ff. de alb ſer. l. j. & ſ.*
f ¶ *Sacrilegij* ſic ſ. *a* *vt di. ar. ſer l. 1. & infrà, de ero. mili. ann l. lege.*

a Sacrilegij punitur qui aduerſus leges committ.

C.T.6.35.13.

e DE PRIVILEGIIS ſcholarum.

In quibus tyrones militiam addiſcunt, id eſt, ſocietatem militum. nam l. j. l. vlt vocat fortiſſimos.
a ¶ Scholarum. *Legendum*, ſcholarium. *Hi milites erant.* l. vlt. C. de locato. *& ſupernumerary, teſte Suida, in verbo,* ὑπεράριθμοι. CVIAC.

h VIris. *Comitibus.* aliàs, *comitibus:* aliàs, *militibus.* quia fortè ſunt magiſtri militū.
i ¶ *Senatores.* id eſt, nobiles, qui erant ſcholares, id eſt, de ſocietate militum. ſic *& ff. de iud. l. ſi longiùs, §. ſi* ¶ Item not. aliquem b degradari. ſic *ff. de his, qui not. infa. l. ij. § ignominia & ſuprà, de agri & man. l. ij & iij*
k ¶ *Ad tuæ.* magiſtro officiorum loquitur: *vt & ſuprà. de offi. mag. offi. l. ſcholariorum.*
l ¶ *Barbarorum* ſuprà *de agen in re. l. agentes. in princ. & ſuprà, de commer & mer l. ij.*
m ¶ *Valeat vſurpare.* no. contra eos, qui dicunt dominum Ottonē poteſtatem in c fraudem vocari defenſorem: ſic *ſ. de nat. li. l. j. in fin. & ff de tut. & cura. da. ab his. l. ſcire oportet § j. & de tranſac. c. cùm hi. § ſi cùm lis* ACCVR.
n HAc lege.] *Scholis.* id eſt, ſocietatibus militum armatorū.
o ¶ *Tuæ celſitudinis.* magiſtro officiorum loquitur. *ſic ſuprà, de dec. l. ij. in fin.*
p ¶ *Obſeruari.* ſic *ſuprà, de caſtr. l. 2 & in fin* & eſt ratio in vtroque vt ſubiicit. & fa. *in Auth. vt iudic. ſine quoque ſuffr. §. quod autē. coll. ij. & vt* d *non fiant pign. circa prin. & vt neque mil. neque fœ. circa fin. & ff. de offic. præſ. l. iij & ſupr. vbi Se. vel cla. l. quicunque. in fi. & in quo cau mi. fo. præ. l. j.* Sed contrà *ſuprà, de agen. in re. l. ex eo §. quod*

b Degradatur quis, dum dignitate ſpoliatur.
e Scholares hic intellige militantes in ſacro palatio. *alias, hic.*

o Nomē mutare in fraudē alterius nō licet. *adde l. 1. ſuprà, de mutatione nominis.* No. *verb. vel multo indicatū. § . 2. Bald. l. 2. ſuprà, de haeredit. inſtit.*

No. Theod. *de ſcholaribus, omnibus ſcholarium, & de domeſticis eorum. Pars l. j. ſupr. de offic. magiſtri officiorum.*

d Pignorari vnum alius pro alio poſſit.

III. *Impp.* GRATIANVS, VALENTINIANVS, & THEODOSIVS AAA. *Eutropio* P.P.

EX aula noſtra diſcedentes a viri, ab omnibus iniunctis b habeantur immunes: numerariorúmque faſtus c, vel rapaces quæſtus, tanquam experientes d, & idonei non patiantur. Dat IV. Non. Febr. CP. Eucherio, & Syagrio VV. CC. Coſs.

Qui miſſionem meruit ab officio, quod in palatio principis exercebat, anteferri debet omnib. aliis, qui pòſt ad regendas dignitates, vel prouincias ſunt adſumpti. BART.

IV. IIDEM VALENT. THEOD. & ARCAD. *Pinano.* P.V.

OMnes, qui in palatio militando, diuerſis actibus paruerint, volumus in tantum eius dignitatis, cuius meruerint miſſionem, obtinere inſignia, vt his omnibus præferantur in ordine, atque conſeſſu, qui poſteriori tēpore e regendas prouincias, dignitatéſque ſuſceperint palatinas. Si quis autem temeraria vſurpatione ſtatuta violare tentauerit: ſacrilegij f pœnam ſuſtineat. Dat. Prid. Non. Iul. Mediolan. Acc. IV. Kal. Septembr. Honorio NB. & Euodio Coſs.

DE PRIVILEGIIS ſcholarum g a *.

TITVLVS XXX.

Scholares erant ſub magiſtris officiorū, taxati in xj ſcholas l. vlt. ſ. de loca. *Marianus Scotus x recenſet, quas vetuls in* l. j. ſ. de ann ciuil. *Vndecima fuit fabricenſium. Et ſunt quaſi ſupernumerary milites, vt Suidas indicat in verbo,* ὑπεράριθμοι. *Alij ſunt milites ſub magiſtris militum, alij fœderati ſub phylarchis, ſiue optionibus. Separantur ſcholares, veluti agentes in rebus à palatinis.* l. 2. ſ. tit. præced. *qui eſt de priuilegiis palatinorū. Hic verò de priuilegiis ſcholariū.* CVIA.

Magiſtri militū, Senatores, milites ſuos ſcholares verberare, vel degradare non poſſunt: ſed iſtud ſpectat ad officiorum magiſtrum. Item magiſter militum ſuos domeſticos Senatores ducenarios, vel centenarios facere non poteſt. BART.

I. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Florentio mag. offic.*

VIris ſpectabilibus, comitibus h ſcholarum, verberandi, degradandíve Senatores i, ac ducenarios, licentiam denegamus. Ea namque, quæ tali commotione digna ſunt, ad tuæ k ſublimitatis volumus referri notitiam. Inſuper etiam domeſticos eorum, non Senatores, vel ducenarios, centenarióſve fieri decernimus: pœna quinque librarum auri plectendo, quiſquis hanc diuinam iuſſionem exceſſerit: ſcrinio verò barbarorum l †, ſi tale quid vel attentari paſſum fuerit, vel attentatum contra leges non ſuggeſſerit, decem librarum auri condemnatione plectendo. Illud etiam obſeruari non ſine ratione conuenit, ne is, cui domeſtici officium per militiæ gradum, vel quinquennij tempus interdici cenſuimus, familiaritate comitis ſimulata, rem prohibitam alio nomine valeat vſurpare m. Dat. XVI. Kalen. Maij, CP. Cyro V.C. Conſ.

Militans in aliqua militia, qui ſtipendiis decurſis primicerius factus eſt, omnibus priuilegiis ſibi cōpetentibus perfruatur: & etiam in cauſis ciuilibus coram officiorum magiſtro tātum cogitur reſpondere: in criminalib. verò cauſis hoc priuilegium non ſortitur. BART.

mulcò magis & ff. de re. iur. l. non debet, cui quod plus eſt. Sed illa ex eo erat in vrbe: hic in prouincia.
q QVotiens] *Sententia.* monitoria.
r ¶ *Tui culminis.* loquitur magiſtro officiorum: *vt notat ſuper l. proxima.*
ſ ¶ *Scholares.* expone: vt in rub.
t ¶ *Conſtitutæ.* hoc a dic vt ſuprà, *de dign. l. mulieres. & ff ad mu. l. fin. §. vidua. & in auth. de nupt. §. non tamē coll. iiij.* & ad id, quod de matribus dicit, facit *ſuprà, de queſto. l. ij.* Sed contrà, *ff. de Senato l. j.* Solu. vt not. *ſuprà, de proxi. ſacr ſcri. l. in ſacris. circa prin.*
u ¶ *Serui* hoc dic, *vt d. l. in ſacris.*
x ¶ *Conſuetudine.* ſic *ſuprà, de diuerſ offic. l. viros.*
y ¶ *Sua ſchola.* officialis quidam erat. & facit *l. prædicta in ſacris. § fidei.*
a ¶ *Arbi*

† *alias* Barbaricorum: *alias,* Barbariorum.

a Viduę fruūtur priuilegio maritorum.

II. *Impp.* LEO, & ZENO AA. *Euſebio magiſt. offic.*

HAc lege decernimus, vt qui in ſingulis ſcholis n militant, quique poſt emenſa ſtipendiorum curricula ad primiceriorum gradum perueniunt, & adorata noſtræ diuinitatis purpura, virorum clariſſimorum comitum meruerint dignitatem: tam cingulo, quàm priuilegiis omnibus ſibimet competentibus perfruantur: ac deinceps vſque ad finem vitæ ſoto tuæ celſitudinis o tantummodo ſubiaceant: nec ex alterius cuiuſlibet ſententia ciuile ſubire litigium compellantur. In criminalibus ſanè controuerſiis, & in publicis tributis ita etiam aduersùs tales viros prouincias moderantium congruam iuriſdictionem volumus obſeruari p, ne ſub prætextu conceſſi priuilegij, vel flagitiorum creſcat auctoritas, vel publica vacillet vtilitas.

Imperator in hac lege concedit ſcholis, id eſt, ſocietatibus militum, priuilegia quæ conceſſit magiſtris ſacrorum ſcriniorum, & agentium in rebus, & eorum principibus, & conſiſtorianis: de quibus in l. fin. ſuprà, de conſiſto. *ſcilicet circa forum, circa fideiuſſorem, ſcilicet de iudicio ſiſti, circa ſolutionem ſportularum, & ſimilia tam in vrbe, quàm in prouincia. Et hoc ſit pro ſummario.*

III. *Imp.* ZENO A.* *magiſtro officiorum.*

QVotiens ſuper cauſa ciuili, vel etiam criminali, ex ſententia q videlicet iudicij tui culminis r ſcholares ſ, vel eorum coniuges (ſiue adhuc viuerent earum mariti, ſiue poſt mortem eorum in viduitate conſtitutæ t ſunt) maréſve eorum in viduitate permanentes, aut liberi, qui non ſpecialiter alterius iudicis iuriſdictioni ſubiectam conditionem ſortiti ſunt, & ſerui u ad eos pertinentes conueniuntur: minimè eos, eáſque extranei fideiuſſoris exactione vexari: ſed pro conſuetudine x vetuſtiſſima, & iugiter obſeruata, numerarium ſuæ ſcholæ y fideiuſſorem præbere iubemus: hoc videlicet obſeruādo, vt in criminalibus cauſis quinque alios primates ex triginta viris à primicerio vſque ad XXX. retrò numerandis vnà cum numerario, volente ſcilicet, & non recuſante præbeant fideiuſſores: aut recuſantibus quinque (ſicut dictum eſt) viris extraneis, in criminibus tantummodo publicis fideiuſſor, vnà cum numerario, præbeatur: ita vt executoribus non ampliùs ab his quàm vnus ſolidus, ſiue per ſe, ſiue per procuratorem

reſpondere

Erit autem arbitrij atque æſtimationis virorũ ſpectabilium ducum, pro qualitate negotiorum, vel quãtitate, quæ deuotiſſimis militibus ab aduerſariis eorũ ingeritur, vel ſuam audientiam interponere litigiis, vel eorum diſcuſſionem † dicatiſſimis principiis, ſeu arbitris [k] in locis degentibus committere: quibus viris ſpectabilibus ducibus, & eos obſeruantibus ad reſponſum, ſeu adiutoribus eorum curæ ſit, ſi quando ad eoſdem duces milites accerſiti fuerint, vel de locis, in quibus conſtituti ſunt, moueri præcepti, ne quolibet modo curiales, ſeu collatores quibuſdam afficiantur diſpendiis: ita ſcilicet, vt pro militibus inſpiciendis quandocunque voluerint viri ſpectabiles duces etiam præſentales deuotiſſimos milites adhibere, non immodicam multitudinem eorum tempore pacis conuocare procurent. Sin verò etiam neceſſitate poſcente milites ad alia perueniant loca, læſionibus contra curiales, ſeu collatores nihilominùs modis omnibus abſtineant: & ſi tam ineundo, quàm redeũdo triginta tantùm dies oporteat eos proficiſci, ipſi ſuas expenſas ſibi præbendas (collatoribus, ſeu curialibus minimè prægrauandis) ſuſcipere non ceſſent: ſin autem vlteriore tempore in aliis locis neceſſe ſit eos commorari: expenſas eis vlterioris (vt dictum eſt) temporis [l] ad quæ peruenerint loca miniſtrari.

† Delegati cauſæ meri imperij à duce belli poſſunt: ab aliis nõ delegantur *l. imperium ff. de iuriſd. omnium iud.*

Iudicium ciuile, vel criminale intentatum contra militem coram vno iudice, non poteſt intentari criminaliter coram alio, niſi primo peracto: & idem è conuerſo: & contrà faciens punitur. Item per hanc iuriſdictionem conceſſam ducibus, non derogatur iuriſdictioni magiſtrorum, ſub quibus ſunt ipſi duces. hoc dicit vſque ad finem legis.

Quoniam verò comperimus quoſdam temerario animo, atque iniquo propoſito, anteriore tempore certos de memoratis militibus tam in iudicio ſublimitatis tuæ, quàm apud excelſam magiſteriam

a Sententias diuerſas ſuper eodem negotio proferri abſurdum eſt.

† Ciuiliter coram vno iudice, criminaliter corã alio, pro eodem delicto quis agere poteſt.

a ¶ *Sententias.* quod eſt abſurdum: *vt ff. de* a *lib. cau. l. ſi pariter.* & fac. *ff. de in ius vo. l. iij. & iiij. in princ. & de iud. l. ij. §. in legatis.*

b ¶ *Antelatas.* ſ. in principio huius l. & facit *ad leg. in Auth. de quaſt § ſi verò aliquis. coll. vj.*

DE CASTRENſi peculio militum, & præfectianorum.

De hoc non dicitur in textu. ſic ſ. de reli. in rub.

c ſ*I in poteſtate.*] *Non dubitatur.* vt b *ſuprà ſi quis alteri, vel ſibi l. ij. & Inſt. de inuti. ſtip. § et qui. & ſ. de bon proſcrip. l. ſi quis poſt hãc §. j.*

b Emptum nomine filij à patre, patris efficitur.

d ¶ *Mobiles.* non c immobiles: *vt hic, & ſupr. fam. erciſ. l. ſi filius.* & fa. *ff. eod. l. iiij. & v. & l. ſi fortè. & l. caſtrenſe. & l. pe. & ff de fal. l. ſi pater.*

c Immobilia donata à patre filio eunti in militiã non fiunt peculij caſtrenſis.

e ¶ *Prædium donatum.* niſi notitia caſtrenſi: vt ſ. *prox.*

f ¶ *Conditionis.* vt ſunt caſtrenſia. ¶ Et ſic not. quòd res d ſuccedit loco pretij fauore militiæ *ſic ſuprà de rei vin. l. ſi vt proponis.* aliàs contrà: *vt eo. tit. l. ſi ex eo.*

d Pretij loco res quãdoque ſuccedit.

g ¶ F*iliusfamilias.* facit *ff de contrah. empt l. inter patrẽ. & de*

per Orientem poteſtatem in accuſationem deduxiſſe: & eoſdẽ eodem † tempore ad diuerſa quoque protraxiſſe iudicia: diuerſaſque ſuper iiſdem perſonis, iiſdémque cauſis, & negotiis prolatas fuiſſe ſententias a: ne poſtea nihilominùs tantæ contra milites noſtros inſidiæ, tantáque confuſio querelis, quas eis ingeri contigerit, generentur: nemini liceat apud ſedem magnitudinis tuæ accuſatione cõtra militem, ſeu milites præſentales depoſita, conuentionéque oblata, eundem, vel eoſdem criminaliter, vel ciuiliter per iuſſionẽ virorum ſpectabilium iudicum, vel ducũ inquietare, antequam negotium ex priori actione, prioréque conuentione finem legitimũ ſortiatur. Idéque verſa vice obſeruari, vt ſi quidẽ miles, ſeu milites præſentales prouiſione viri ſpectabilis ducis incuſati, ac admoniti fuerint: incuſatori licentia denegetur agẽdi poſtulationẽ, ſeu accuſationem in iudicio tuę ſublimitatis contra eũdem militem, vel eoſdem milites deponere, nec ſi eundem vel eoſdem tam criminaliter, quàm ciuiliter obnoxios eſſe firmauerit, facultatem eidem agenti ſupereſſe; & ſeparatis intentionibus ſuis pro criminalibus quidem tuæ celſitudinis iudicium, pro ciuilibus autem viri ſpectabilis ducis ſublimitatem, ſeu verſa vice, occupare. Si quis verò ad huiuſmodi tam audaciſſimum, támque æquitati contrariũ conamen profiluerit: eum pro pecuniariis quidem negotiis iactura litis, & damnorum quæ vitio eius contigerunt ſolutione percelli: pro criminalibus autem quaſi calumniatorem conuictum, legum aculeos ſentire. Diſpoſitiones autem antelatas b, non ad imminuendã poteſtatem magiſteriæ per Orientem adminiſtrationis: ſed pro tuitione locorum, ac ſecuritate publica noſcimur præſtitiſſe: cũ non dubium ſit ipſos etiam duces, quibus fortiſſimi præſentales milites parẽre præcepti ſunt, ſub eadem excelſa poteſtate eſſe conſtitutos.

DE CASTRENSI PECVLIO MILITVM & præfectianorum *.

TITVLVS XXXVII.

* Hi erant apparitores præfecti prætorio vt ſcripſit Cui. & Cont.

Filius in poteſtate militans, quæ ob eam cauſam accepit ex dono à patre, matre, vel aliis propinquis, vel amicis: & quæ ei occaſione militiæ ſunt quæſita, in caſtrenſi peculio numerantur: non autem matris hæreditas: prædium verò donatum, in caſtrenſi peculio non eſt: ſed ſi ſit emptum ex caſtrenſi peculio, efficitur caſtrenſe. BART.

I. *Imp.* ALEXANDER A. *Priſciano.*

SI in poteſtate tua filius tuus fuit eo tẽpore, quo quædam nomine eius emiſti, ea tua eſſe non dubitatur c. Peculio autẽ caſtrenſi cedunt res mobiles d, quæ eunti in militiam à patre, vel à matre, aliiſve propinquis vel amicis † donatæ ſunt: itẽ quæ in caſtris per occaſionem militiæ quærũtur: in quibus ſunt etiam hæreditates eorum, qui non aliàs noti eſſe potuerunt, niſi per militiæ occaſionem etiãſi res immobiles in his erunt. Matris autem hæreditas, quãuis in militia delata ſit, ad peculium caſtrenſe non pertinet. In caſtrenſi verò peculio prædium donatum e nõ eſſe conſtat: quamuis empta ex caſtrenſi peculio prædia eius conditionis f efficiantur.

† Amicorum opus, & propinquorum cõparatur *Vide Tiraquel. tra. 1a de pœnis tẽp. cauſa 32. nu 65.*

II. IDEM A. *Felici.*

FIliusfamilias g alienationem nulliuſ rei ſine voluntate patris habet, niſi caſtrenſe peculium habeat.

Licèt quis militet, non propterea liberatur à patria poteſtate. BART.

III. IDEM A. *Feliciano.*

ERrat * qui tibi perſuaſit, quòd nexu paternę poteſtatis i, iure ſacramenti h ſolutus es. Manent enim nihilominùs milites in poteſtate parentum: ſed peculium caſtrẽſe proprium habent: nec in eo vllum ius patris eſt i.

Hereditas fratris quæſita militanti in caſtris, in caſtrenſi peculio numeratur. BART.

IV. *Imp.* GORDIANVS A.

CVm allegas te à fratre tuo eodémque commilitone in eiſdem k caſtris inſtitutũ hæredem, ſucceſſionẽ eius potiùs † in caſtrenſi peculio tuo, quàm patri tuo, cuius in poteſtate es, per te quæſitam videri, rationis eſt. Etenim peregrinationis laborem † ſociatum commilitij eius, & obeundorum munerum conſortium, affectioni fraternæ nonnihil l addidiſſe; quinimò vice mutua chariores inuicẽ ſibi eos reddidiſſe credendum eſt.

V. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA.

INtelligis, filio, qui militauit, defuncto peculiũ eius penes patrem remanſiſſe non hæreditatem patri quæſitam m.

Milites ſcriniarij, & exceptores, & cæteri militantes habent caſtrẽſe peculium. BART.

VI. *Impp.* THEODOS. & VALENTIN. AA. *Zoilo* P. P.

IVs caſtrenſis peculij tam ſcriniarios, quàm exceptores, cæteróſque, qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noſcuntur: ac ſi in legione prima adiutrice noſtræ, n reipublicæ militent, inuiolatum habere præcipimus.

DE EROGATIONE MIlitaris annonæ.

TITVLVS XXXVIII.

I. *Impp.* CONSTANTINVS A. & IVLIANVS. *Caſ. Helpidio.*

REpetita o † cõſuetudo monſtrauit expeditionis tẽpore buccellatũ p *, ac panẽ q, vinum quoq; atq; acetũ: ſed & lardum, carnem etiam veruecinã milites noſtros ita ſolere percipere: in duobus r diebus a buccellatũ ß †, in tertio die panem: vno die vinũ, alio die acetum ſ: vno die lar-

de l. filiusfamilias in fin. & ſ. de pa po. l. iij. in prin. etiam iure nouo, quo habet proprietatẽ a aduentitiorũ: *vt de bo. quæ li. l. cũ. § filiis autem.* fa. *ff. quæ res pign. obl. poſ. l. j.*

a Filiusfamilias proprietatem ſibi adquirit aduentitiorum.

h ERrat.] *Sacramento militiæ: vt* b *Inſt. quibus modis ius patriæ poteſt ſolui. §. filiusfamilias.*

b Patria poteſtate nemo per ſ[illegible] militiam liberatur.

al. erat

i ¶ *Patris eſt.* vt c *ff eod. l. ex nota & l miles præcipua §. j. & ſ. de bo. quæ lib. l. cum oportet. § excepto.* ACCVRSIVS

c In peculio caſtrenſi filij, pater nullũ ius habet licèt filium in ſua poteſtate habeat.

k CVm allegas.] In eiſdem ſic *ff. eod. l. miles filiusfamilias.* Secus ſi in aliis, & nunquam ſecum in eadem prouincia militaſſet: *vt ff. eo. l. item. § fin.*

l ¶ *Nonnihil.* i. non parum. ¶ Et not. quòd cõſuetudo d augeat affectionem parentelæ: *vt ff eo l pen. in princ.*

d Conſuetudo & ſocietas auget affectionẽ cognationis.

m INtelligis.] *Quæſitã.* vt e *ff. eod. l. j. & ij. ad leg. Falcid. l. filiusfamilias. & ſuprà de bon. quæ libe. l. ij.* Sed hodie cõtrà: *vt in auth. de hæred. ab inteſta. § ij. coll. ix.*

e Peculiũ caſtrenſe filij inteſtati mortui pater occupat iure peculij: non hæreditario

n IVs caſtrẽſis.] *Adiutricis noſtræ.* vel *adiutrice noſtra.* Sed videtur contrà *ſuprà de teſtam. milit. l pen.* ſol. hic ſcriniarius erat miles. ibi non. 2. Vel hic in ruſtico ibi non: *vt in eo. tit. l. fina. & ff de bon poſ. ex teſta milit. l. j.* 3. Vel hic habet ius caſtrenſe: non tamen dicit quòd iure militari teſtetur. & facit *ſ. de apparit. magi. milit. l. ij.*

† Id quod procedit [illegible]

† [illegible]

DE EROGATIOne militaris, &c.

Id eſt, quia, & vnde habeãt milites ſtipendia.

o REpetita. quia fuerat primo conſuetudo: ſed deſiit: deinde rediit.

p ¶ *Buccellatũ.* i. e buccellas panis aliquas, ſiue aliquot, ſicut habẽt fratres. Vel ſecundùm P. dic, *vt ſ. eo. tit. l. ij* aliàs aliter ponitur *buccellatum. ſ. ad leg. Iul. de vi pub. l. omnibus.*

e Buccellatum expeditionalis annona. *de quo in l. ij. in fi.*

q ¶ *Panem.* integrum.

a ¶ *In duobus diebus.* Vide cap. 4. *de præſcript.* CVIAC.

r ¶ *In duobus.* aliàs *biduo:* & aliàs *duobus diebus.*

ß ¶ *Buccellatum.* Gallicè, *du biſcuit.* CVIACIVS.

ſ ¶ *Acetum.* cũ lactucis agreſtibus, imò ad bibendum: quia etiam de vino dicit. & ſic faciũt Florentini qui acetum in exercitu portant, & faciunt hoc vt reſpublica nõ grauetur. *arg. ſ. eo. l. iubemus.* Itẽ vt aſſueſcãt ad malũ: *vt ff. de mil. teſta.*

† Tenorẽ huius l. recitat Gloſ. in c. a fu[illegible] [illegible] pr[illegible]grauatis [illegible] *extra de conſ[illegible]*

* id eſt, frumentũ ad vius diuturnitatẽ coctum: Gallica lingua vocamus *biſcuit.* [illegible]

† *al.* [illegible] in duobus diebus buccellatum in tres panem

teſta.l.j. Item quia non fiunt ebrij: ſicut ſi quotidie vinum, & carnes haberent Sed an de ſuo hoc poſsēt facere? Fortè ſic. & fac. *j. de ſal. hoſ. non praſtan. l. j. & ſup. de fru. vrb. Conſtan. l. j.*

a ¶ *Lardum.* ad condimentum.

b VIceſimo.] *Lapide.* L.[a] milliario: *vt Inſtitut. de exeu. tut. §. quod autem* & eſt ratio, ſecundùm Plat. vt faciliùs de proximo poſſint vocari, & vt paleas in area dimittant. & facit *infr. eo. l prouincialium.*

c ¶ *Connectare.* aliàs, *conuelare.*

d COenaticorum. vt[b] aliquid fortè in cœna habeant.

e ¶ *Superinſtantes.*[c] putà fortè procuratores, qui inſtabant annonas colligere, & accipere. ſecundùm Al. Sed Bononiæ dicūtur, qui preſunt captis Mutinenſibus. & facit *infrà de ſalgama l. j. & de metatu. l. deuotum. & l. ſequen. & j. eod. ſeptem.*

f SIcut.] *Limites.* aliàs, *limites.* & aliàs, milites. ad quod *ſuprà, de anno & tri. l. pro locu. cum ſuis concor.*

g ¶ *Ordinibus.* loquitur præfecto prætorio.

h ¶ *In veteranis.* i. antiquis: vbi horrea publica, & annonæ publicæ ſunt repoſitæ. ſed ſuprà proximo caſu vel non erat caſtrum: vel erat ſine annona.

i ¶ *Conditis.* i. de annona publica ibi repoſita. ad quod *ſ. de condi. in publicis horreis. per totum* Accvrs.

k ACtuarij.] *Pittacia.* id[d] eſt, ſcripturas breues, ſecundùm H. quæ continent quantùm ex publicis conditis receperint, vt militibus darent. Sed ad diſtribuēdum aliud tempus datur, quod dic. *vt j. eod. l. per hanc. §. hoc videlicet.*

a ¶ *Pittacia.* πιττάκια ſunt breuia. ſic etiā vocant epiſtolas, & album prætoris, & Notoria. Appellant etiam Pictocomata. Dicuntur verò ſimpliciter πιττάκια τῶν ἀννωνῶν, id eſt, *breuia annonarum* Cviac.

l ¶ *Adducantur.* id eſt cogantur.

β FOrtiſſimi. vide ſcripta *ad l. 59. de verbo obli.* Cviac.

m ¶ *Capita* id eſt, quod pro vnaquālibet militis perſona præſtabatur.

n ¶ Et no. hic honorem[e] in recipere nolentem: *ſic ff. de act. empt. l. ratio. §. ſi per venditorem.*

n NVlli.] *Delegātur.* hodie non delegantur.

a Lapis pro milliario.

b Cœnatica quid.

c Superinſtantes qui.

d Pittacia cōſuetarij annonarum militarium ſic *vol.* 16. *c. a. eod.*

e Honor nolenti conferendus.

dum[a], biduo carnem vervecinam.

II. *Imp.* Iovianvs A. *Secundo P.P.*

VIceſimo non ampliùs lapide[b] milites ſibi iubemus paleas conuectare[c].

Milites, vt aliquid in cœna habeant, à prouincialib. nihil poſſunt accipere. Bar.

III. *Impp.* Valent. & Valens AA. *ad Victorem mag. militum.*

COenaticorum[d] nomine milites, & eorum ſuperinſtantes[e] nihil penitus à prouincialibus accipere audeant. Sciant etenim milites, quòd oportet eos commoda ſua, quæ in annonarum perceptione adipiſcuntur, accipientes, extrinſecùs detrimentis prouinciales non adficere.

Annonariæ ſpecies prout iſtales tribuendæ ſunt militibus exiſtentibus in caſtris viciniorbus: & milites conſtituti in caſtris veteranis duas partes tantum annonæ ibidē retinere debent: tertiam verò partem extrahere. Bart.

IV. Iidem AA. *ad Auxonium P.P.*

SIcut fieri per omnes limites[f] ſalubri proſpectione præcipimus, ſpecies annonarias viciniorib. limitibus à prouincialibus ordinabis[g] ad caſtra conferri; ſed in veteranis[h] caſtris conſtituti milites, duas alimoniarum partes ibidem de conditis[i] ſumant: nec ampliùs, quàm tertiam partem ipſi vehere cogantur.

Conſtituti ad ferendum, ſeu deſcribendum militares annonas, ſi intra 30. dies annonā receptam, & militibus adſignatam non oſtenderint per publicum inſtrumentum, tam reipublicæ, quàm militibus de ſuo inferre cogentur. Bart.

V. *Imppp.* Valent. Valens. & Grat. AAA. *ad Probum P.P.*

ACtuarij, niſi expleto triginta dierum ſpatio, pittacia[a] α authentica confeſtim tradiderint: ſpecies, quas ex fiſcalibus conditis diſſimulauerint excludere, vel numero, cuius ratiocinia pertractant ſuperſederint erogare: de proprijs facultatibus vel militibus ipſis, vel fiſcalibus horreis addicantur[l] inferre.

Militibus præſtanda eſt annona ſingulis diebus: & ante lapſum anni: & ſi eam noluerint recipere, fiſci commodis applicatur. Bartolvs.

VI. Iidem AAA. *ad Modeſtum P.P.*

FOrtiſſimi[β], ac deuotiſſimi milites annonas, & capita[m] ſingulis diebus, aut certè competenti tempore, i. priuſquā annus elabatur, de horreis conſequātur: aut ſi perceptionē ſuam ac ſi † debitam, ſtudio voluerint protelare: id, quod competenti tempore minimè perceperint, fiſci noſtri cōmodis vindicetur.

Qui tempore fertilitatis annonam neglexerit recipere de publico, tempore cariſtiæ pretium ipſius, aut annonam non petet. Bart.

VII. *Imppp.* Valent. Theod. & Arcad. AAA. *Rufino P.P.*

NVlli militarium pro hiſannonis, quæ in prouinciis delegantur[n], repudiata ad tempus ſpecierum copia, & inopiæ occaſione captata, pretia liceat poſtulare: ità vt ſi quis propter anni abundantiam ſuſcipere oblata neglexerit, ac poſtea impoſitis pro neceſſitate rerum pretiis, repudiata taxauerit: neque id, quod contra hanc legem expetit[o], ſinatur exigere: neque id, quod accipere diſſimulauerit, conſequatur.

Fœnum militibus, & vexilliferis opportunum, ac etiam ſcholarum tribunis, & comitibus illuſtribus ad domum eorum habitationis apportatur. Bart.

VIII. *Impp.* Arcad. & Honorivs AA. *Hilario P.P.*

PRouincialium commodis nos conuenit ſubuenire. Ad omnium itaque numerorum, ſiue vexillationum, aut etiam ſcholarum tribunos, vel viros illuſtres comites[p] ſublimitas tua faciat peruenire[q], vt meminerint fœnum militibus iuſtis capitibus preſtandum, iuxta legem[r] diui Valentiniani: nec tamen ad oppidum deferendum.

Omnis erogatio annonæ reo per ſuſceptores facta in ſcriptis eſt redigenda: & etiam quantitas ipſius annonæ ſuſceptæ quam debeat principi declarare: & ſi quid vltrà acceperint, quàm ſcripſerint, in duplum tenentur. Bart.

IX. Iidem AA.* P.P.

EXcellentia tua[s] erogationis per ſuſceptores[t] factæ modum quantitate breuium conferri perficiat, ita vt quo die numeris datum ſit, diligentiùs exploretur: ac ſi quid ampliùs actuarios, vel optiones[u]* accepiſſe conſtiterit, quàm breuium datorum[x] ſcriniis noſtris veritas continet, memorati in duplum reddere compellantur: ſuſceptoribus ea ſumma imputanda, quam ſemel flagitantibus eoſdē erogaſſe monſtrauerint. nam ad illuſtres quoque viros magiſtros vtriuſque militiæ ſacri apices cucurrerunt, quibus prouida ſanctione decreuimus, vt breues ante indictionis principium[y] ſumma fide, ac veritate confecti, ad noſtra ſcrinia dirigantur; ſecundùm quos à ſuſceptoribus erogatio celebretur.

Poſt Kalendas Nouembris militibus vinum nouum, non vetus tribuitur. Bart.

X. Iidem AA. *Eutychiano P.P.*

IVbemus per omnes prouincias cunctis numeris, ac militibus à Nouembri menſe de nouello

gātur: *vt j. eo. l. annonas. quæ eſt contrà.*

o ¶ *Expetit.* putà pretium. ¶ Et non contra Alber. Caiū. in eo quòd ſic faciebat contra ruſticos. *Item ſ. de condit. inſer. l. fin. & ff. de ſtatu liber. l. 4. §. Stichus.* Accvrsivs.

p PRouincialium] *Comites.* Nota illuſtres comites. *Argum. contrà ſ. de comit. qui prou. reg. l. j.*

q ¶ *Peruenire.* ſcilicet in notitiam.

r ¶ *Iuxta legem.* i. à viceſimo lapide, & non amplius: *vt ſuprà eod. l. ij.* vel ad caſtra tantùm: *vt ſ. eod. l ſicut.* alias vbi illæ ſunt, valent.

s EXcellentia tua. loquitur præf. præt.

t ¶ *Per ſuſceptores.* ſcilicet qui ſuſcipiebant à prouincialibus, & dabant militibus.

u ¶ *Optiones.* id eſt[a] exactores: *vt j. eod. l. opinatoribus.*

x ¶ *Datorū.* ſunt enim dandi nobis: *vt j. eo. l. vlt.*

y ¶ *Indictionis principiū.* vt in *Auth. de coll. in pr. coll. ix. & j. eod. l. opinatoribus. & ſ. de apo l. j.*

a ¶ *Iube*

† ac ſi i. debitam.

a Optiones qui

* ſic in vel. ſed vidẽ & opinatores dicitur l. 7 ſupra de exact. tribut.

 vino

vino [a] annonam dari: quoniam veteris diſpendioſa videtur erogatio.

Exactor militaris annona cum prouincialibus nullum debet habere commercium, ad hoc vt communem ſummam intra annum poſſit conferre. BART.

XI. IIDEM AA. *Prouincialibus proconſularis.*

OPinatoribus [a], id eſt, exactoribus militaris annonæ, nullum ſit cum prouincialibus cōmercium [b]; ita vt à ducibus, vel officio prouinciali omnis ſumma debiti poſtuletur intra anni ſpatium conferenda.

Septem diebus fori militibus nō vēduntur res pretio viliori. BAR.

XII. IIDEM AA. & THEO. A. *Anthemio* P.P.

SEptem diebus [c], per quos tribuni prætoriani emolumenti gratia ſolenniter ſtellaturæ [d] † nomine ſpecies conſequuntur; ſpecies reſiſtentes non aliter adærentur [e], niſi vt in foro rerum vænaliū diſtrahuntur.

Miles impediens exactionē annonæ vel conſuetam erogationem, pœna hic inſerta punitur. BART.

XIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Anthemio* P.P.

LEge repetita cenſemus, vt ſi quis militum interclusam ſpecierum exactionem refricare tentauerit [f], vel adærationes * ſtatutas auſus fuerit immutare; tam vir ſpectabilis dux [g], centum librarum auri, quàm eius etiam officium pari condemnationis ſumma quatiatur, adiecta ſacrilegij pœna, quæ diualium ſcitorum violatores palàm inſequitur.

Exactor militaris annonæ ſcholari ad numerum cogendum deputato vnum ſolidum præſtabit: deputato verò ad onus præſtandi equis annonam ſalarium debitum dabitur vnà cum annona, etiā ſuis hæredibus ipſo defuncto. BART.

XIV. IIDEM AA. *Conſtantio magiſtro milit.*

HIs ſcholaribus, quibus laborum intuitu regendos numeros dedimus, de æratiis annonis ſingulos ſolidos per opinatores [h], caballationis quoque rationem pro adminiſtrato tempore debitam, quando militibus erogatur, ſine mora præberi oportet: vel ſi quis eorum, antequàm accipiat, in fata conceſſerit, quod ex vtraque cauſa ei debebatur, hæredibus [i] eius reſtitui.

Annona debita in publico vniuerſis officiis, & ſacri palatij miniſteriis, ſacriſque ſcriniis, & cæteris adminiculis dignitatum, præberi eis debent in pretio taxato. BART.

XV. IIDEM AA. *Aſclepiodoto* P.P.

ANnonas omnes, quæ vniuerſis officiis, atque ſacri palatij miniſteriis, & ſacris ſcriniis, cæteriſque cunctarum adminiculis dignitatum adſolent delegari, quàſque hi, qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate, & libidine ſua grauiter ex prouincialium viſceribus eruebant: ad ſimilitudinem militum, quibus ærariæ [k] præbentur annonæ, adærari præcipimus: omnibus vt ſuprà deſignatis emolumenta debita in pretiis diſpoſitio tui culminis [l] pro publica vtilitate taxatis præcipiat erogari.

Erogator iurare debet ſe officiū legaliter, & ſecundum iuſtitiam peracturū, & ſua manu numerare debet militibus annonam eis debitam. BART.

XVI. Imp. ANASTA. A. *Longino magiſt. equitum ac peditum.*

IVbemus per hanc diuinam diſpoſitionem, eos, quibus ex officio tuæ ſublimitatis [m] militarium meritorum, ſeu cuiuſlibet præſtationis committitur erogatio, in primis iurare pro iuſtitiæ [n] ratione iniunctam ſibi ſolicitudinem peracturos: & ſecundùm præſentem ſaluberrimæ noſtræ diſpoſitionis obſeruationem ſolatium (ſicut dictum eſt) publicū erogator manu ſua ſine vllo dolo, & fraude ſingulis militibus enumeret: quatenus vnuſquiſque miles accepto per ſuam manum ſolatio, ipſe cum actuario de negotiatione [o] actuariis permiſſa ſecundùm rationem agat iuſtitiæ: hoc videlicet obſeruādo, vt pro ſingulis ſolidis actuario, ſiue ſtatim, ſiue pòſt, vnum, duóſve, ſeu amplius annos reſtitutum fuerit debitum [p], minùs quidem vno tremiſſe, pro temporis ſ. breuitate paciſci liceat: ampliùs autē quàm vnum tremiſſem nullus actuarius pro quoquo tempore, ſeu annorum ſpatio paciſci penitus permittatur, nec vlla poſſit actuarius machinatione pro temporis prolixitate vnius quātitatem tremiſſis excedere.

Si tempore erogationis ſtipēdiorum oriatur quæſtio inter militem præſentem, & actuarium de lucro ex pactione actuarij debito: pecunia deponitur apud principes militum, donec per eos principes propoſitis eis ſacroſanctis Euangeliis cauſa interim fuerit terminata. Si verò erogationis tempore miles fuerit abſens ex legitimo commeatu intra taxatum numerum: ſequeſtratur pecunia in inſtrumento cōtenta apud dictos principes, donec poſt reuerſionem militis fuerit cauſa determinata inter militem, & actuarium per ipſos principes. BART.

Si qua tamen inter actuarium, & militē ſuper pactione, vel negotiatione tēpore erogationis emerſerit dubitatio: iubemus eidē militi dādas pecunias, ab erogatore principis dari, & ſecundū hactenus obſeruatā conſuetudinem [q] eaſdē pecunias vel ab erogatore principis, vel ab actuario retineri [r]: quatenus cauſa apud deuotiſſima principia, propoſitis [s] ſacroſanctis Scripturis inter actuariū, & militem tractetur: vt ex omni parte miles nullū damnū ſub quacunque occaſione (præterquā id, quod eū ex iuſta, & permiſſa actuariis negotiatione [t] debere conſtiterit) patiatur. Super his verò, quos datis fortè cōmeatib. abeſſe contigerit, hoc volumus obſeruari, vt pecuniæ, quæ erogandæ ſunt vſque ad triginta milites, quos tātummodo datis commeatib. dimitti ſacra conſtitutio [u] continet, apud deuotiſſima principia ſequeſtrentur [x]: illorum;

a [*Vbemus.*] *Vino.* no. vinum [a] annonam dici. ACCVRS.

a ¶ OPinatoribus, id eſt, *exactoribus militaris annonæ.* Hæc interpretatio eſt Triboniani: vt & in l. y. ȝ. de exactoribus trib. CVIAC.

b ¶ *Commercium.* vt & *ſuprà de ſuſcept. l. j. & y. ȝ. de offi. re. prouin. l. nullum.* Item facit *ſuprà de exact. tri. l. miſſi. & infrà de exec. & exact. l. ſi. ne.* ACCVRS.

c SEptem diebus. habeas *inſtātes*: quod eſt infrà: alias, *dierum*: & dic, *ſpecies ſeptem dierum*, &c. ¶ Sed ſuperfluit [b] *reſiſtentes.* & dicas, quod pro minori pretio, quam alus dabatur his: vtputà plauſtrum lignorum nomine. ACCVRS.

d ¶ *Stellaturæ.* quod remouet. ¶ Et not. *foro vænalium ſic* ȷ. *de cohor. l. ſpeciebus. & ad leg. Aquiliam. l. ſi ſeruum.*

e ¶ *Adærentur.* i. [c] in ærarium deferātur, per hoc, quod datur prædictis: aliàs, *adhibentur*: aliàs, *aduehentur.*

f LEge.] *Tentauerit.* impediendo exactores exigere, quod debet ſolui.

g ¶ *Dux.* ſi ipſe hoc fecerit, vel eius officialis. 2. Vel dic, niſi punierit facientem. & ſecundùm hoc facit *in auth. de depo. & denun.* § j.

h HIs *ſcholaribus.*] *Per opinatores.* &

a Annonæ appellatione vinum continetur.

b Imò non ſuperfluit: ſunt enim reſiſtentes in hac lege tribuni in præſenti conſtituti.

† ſtellaturam interpretatur *hic, & in libro prætorum, ſeriū,* 1. Alciat. eſſe priuilegium quoddam militum, quo viliori pretio annonam cōſequūtur quale quid eſt aliis actæ frumentariæ.

c Falsò. dic potius, *adhibeantur,* id enim adærare. Similis eſt error Gloſſæ *in l. annonas. 1. inſ. eod. & in l. vnica. ſuprà de collatione donatorum lib. x. & in l. vlt. infrà de militari veſte. & in l. ſpeciebus. 8. infrà de cohortalibus.*

* erogationes.

expone, vt ſuprà.

i ¶ *Hæredibus.* facit ȷ. *eo. l. per hanc. in fine & ȝ. de adu. diuerſ. iud. l. poſt duos. § j. & de prox. ſacr. ſcr. l. ſi quis. & de domeſt. l. fin. & ȝ. de an. ciui. l. j. & ȷ. de primipil. l. j.*

k ANnonas.] *Æraria.* id eſt, ad ærarium [a] pertinere, & de ærario ſolui. videtur ergo contrarium ȝ. *eo l. nulli.* dic vt ibi. 2. Vel hic non prohibet accipi ſpecies: ſed debet accipere à fiſco taxato pretio: quod ibi nolebant facere milites: ſed tantùm pretium.

l ¶ *Tui culminis.* præfecto prætorio loquitur. ACCVRS.

m [*Vbemus per hanc.*] *Sublimitatis.* loquitur magiſtro equitum.

n ¶ *Pro iuſtitia.* ſic ȝ. *de iudic. l. rem non nouam. in princ. & §. patroni. & in Auth. vt hi, qui oblig. § y. coll. v. j.*

o ¶ *De negotiatione.* nā aliquid paciſcebatur ſibi reſtitui actuarius: vt ſubiicit.

p ¶ *Debitum.* videtur quòd mutuabatur militibus. ¶ Et dicit *tremis* [b], ſecundùm H. j. tertiā fortè ſolidi ad plus: ſed plerumque minus: vel à triente. ſic ȷ. *de milit. veſte. l. iij.* ACCVRS.

q ¶ *Conſuetudinem.* ſic ȷ. *de diuer. offi.*

r ¶ *Retineri* vidētur ex eo retineri, quòd nō dātur militi ſicut [c] mulier videtur ſtare in primo matrimonio, eo quòd non nubit ſecundò: vt *in auth. de nup. §. ſoluto. coll. iiij.* Nam ſtat apud ſuperiorem in ſequeſtro: vt dicit.

ſ ¶ *Propoſitis.* nō tactis. ſic ȝ. *de epiſ. & cle. auth. ſed & iudex. & de iud. l. rem non nouam.*

t ¶ *Negotiatione.* ſc. decreuiſſe.

u ¶ *Conſtitutio.* ſ. iſta: vt ȷ. §. *prox.*

x ¶ *Sequeſtrētur* [d]. ſic ȝ. *de prob. ſequ. pe. l. j.* cōtrà. Sol. hìc ſpeciale: vt ȝ. *de agri. & cen. l. litibus.*

a ¶ *Fyſta*

a Falſum: vt oſtendi 1. 12. *ſup. eod.* Actariæ annonæ dicuntur hic, & l. 14. *ſup. eod.* quoties militibus datur pecunia pro annona.

b Tremiſſis tertia pars ſolidi. l. ... 24.

c Mulier ſecundò nō nubens in primo matrimonio ſtare intelligitur.

d Sequeſtratio certis caſibus permiſſa.

a ¶ *Pyctacia* a. id eſt, ſcripturam breuem, ſecundùm Hug.

b ¶ *Decem ex deuotiſſimis.* Not. decem b teſtes neceſſarios, ſicut & aliàs quindecim. *vt ſuprà de prox ſac. ſcr. l. vnicuique.* regulariter cõtrà, *ff. de teſt. l. vbi.* ¶ Itē not. ſub c præſentia. *ſic ff. de teſti. l. teſtium, & in authent de hære & Fal. § hinc.*

a Ad l. ſupra eod.

b Teſtes quod cuique actui neceſſarij. *ad. de Specul. tit. de teſte. § neſtas. ſ. i.*

c Teſtis cauſam teſtimonij ſui reddere cogitur per ſenſum corporis, negotio, quo de agitur, conuenientem.

e ¶ *Negotiatione.* quia fortè in ea eſt erogator.

d ¶ *Simul atque.* id eſt, poſtquam.

e ¶ *Miniſtrandas.* facit *ſuprà, eodem. l. his ſcholaribus.*

f *Cum ſæpe.*] *Rationes.* propter timorem fortè galdanæ.

g ¶ *Cauſam.* ſcilicet fortè propter ductum perſonarum, vel rerum.

h ¶ *Ingeratur.* pro ſtipendio, putà talium militum.

i ¶ *Agnoſcere.* videtur quòd cuſtoditus à nūcio communi, debeat ſoluere nuncio, non communi, per l. iſtam. Sed certè imò ille d, qui facit cuſtodiri: vt patet j. *ibi, vel ſi antelatam, &c.*

k ¶ *Imputando.* id eſt, quod ſoliti erant antea de publico habere pro ſalario, hoc habeant: non autem plùs à publico: ſed ab eo, in cuius ſtant ſeruitio.

d Legendum, ab. hoc ſenſu, Cuſtoditum à nuncio publico, non nuncio; ſed publico ſoluere debere: & tamen ex hac praua lectione, Gloſſæ quidā colligant, Cuſtodias non ali ab aduerſariis, ſi vnde ſe alere poſſint, habuerint.

rū ſcilicet tātummodo militum, quorum intra triginta commeatales viros conſtitutorum actuarius tempore erogationis pyctacia a, vtpote habita ſuper pactione, protulerit, quatenus cum iiſdem redierint milites, cauſa apud deuotiſſima principia ſecundùm præfatum modum tractata, vtriuſque partis indemnitati ſimiliter conſulatur.

Tribunus triginta militibus tantùm poteſt dare licentiam commeandi: & ſi pluribus dederit, illi plures non habebunt ſtipendiū: ſed erogator rationi publicæ reportabit: ipſe tamen tribunus eis de ſuo proprio ſatisfaciet. BART.

Non danda pro tempore tribuno licentia triginta viris ampliùs ſub commeatus occaſione dimittere Sin verò ſaluberrimam conſtitutionem offendendo ampliùs, quàm triginta viros datis commeatibus tribunus dimittere auſus fuerit: pecunias quidem, quæ poſt præfatorum triginta virorum numerum per commeatus dimiſſis militibus erogandæ fuerant, publicæ rationi erogator non dubitet reportandas. Sciat verò tribunus præter iam cõſtitutas ſuper huiuſmodi facinore interminationes, ſeſe de propriis facultatibus ſingulis militibus, quibus vltra numerum triginta virorū ſub nomine commeatuum eos dimittendo cauſa non conſequendi publica ſolatia dederit, quicquid ob iniquam dimiſſionem amiſerint, ſoluturum. Nec prius idem tribunus ab eodem decedat numero, niſi omnes huiuſmodi milites, id eſt, quos poſt permiſſam triginta virorum quantitatem, commeatus nomine dimiſerit, indemnes in hac parte, atque illæſos reddiderit. Hoc etiam adiiciēdo, vt ſub geſtorum teſtificatione tam decem ex deuotiſſimis b principiis primates eorum videlicet, quàm vnuſquiſque caput ſcholæ iuratus deponat ſub præſentia ſua rem, ſicut ſuperiùs depoſitum eſt, fuiſſe ſubſecutam, & ſub obtutibus ſuis vnumquemque militem ſolatium ſuum manu ſua ab erogatoris dextera ſuſcepiſſe: & huiuſmodi geſta, relatione à viro clariſſimo tribuno, vel deuotiſſimis principiis intra tres menſes mittenda, ex quo profectus fuerit numerandos, ad noſtram referat pietatem. Hoc videlicet ante omnia curando, vt pro tempore erogator, poſtquam datæ fuerint ex publico pecuniæ, intra duos, vel tres menſes, ſeu quatuor, pro qualitate ſcilicet ſpatiorum, commiſſam ſibi ſolicitudinem erogationis non dubitet faciendam: vel ſi vlteriùs apud ſe pecunias publicas, differendo erogationem, auſus fuerit retinere, ſciat ſe modis omnibus damnum, quod ex negotiatione c miles ſuſtinuerit, ex propriis facultatibus militibus ſoluturum. Scientibus his, qui præfatæ diſpoſitionis obſeruantiam ſiue in differenda vltra ſigillatim definitum temporis ſpatium erogatione, ſiue in qualibet alia parte fuerint egreſſi, nō ſolùm ſeſe militiæ cinguli amiſſionem: verumetiam facultatum quoque ſuarum publicationem pro tanto ſubituros flagitio: & inſuper erogationum quoque ſolicitudinem ab officio tuæ celſitudinis, ſi imperatoria fuerit violata diſpoſitio, ad alios transferendam. Si verò idem officium, ſimul atque d huiuſmodi fuerit à quolibet facinus perpetratum, ad notitiam noſtræ manſuetudinis, vel certè ad ſcientiam illuſtriſſimæ magiſteriæ referre curauerit poteſtatis, vt eiuſdem apparitionis † periculo tale flagitium principales minimè poſſit aures latere: quatenus ex omni parte codē delicto reuelato, quicunque ſaluberrimas noſtræ conſtitutionis, vel pietatis ordinationes auſus fuerit violare, interminatas minimè poſſit pœnas euadere: ita vt ſingulis militibus, qui nō obſeruato in eorū perſona tenore dictæ diſpoſitionis læſi fuerint, liceat ſacratiſſimum noſtrum per vnū fortè, vel etiam binos milites pro omnibus verba facturos petere commeatum: & porrectis precibus quod contra noſtrā diſpoſitionem paſſi ſunt: approbare: eòque facto, ſtatutis violator imperatoriæ diſpoſitionis ſuppliciis percellatur. Illud præterea omnibus modis obſeruari decernimus, vt erogator omnes pecunias, quæ mortuis militibus vſque ad diem mortis eorū debitæ fuerant, ſecundùm iam datā diualē diſpoſitionem vxoribus, vel liberis eorum non dubitet miniſtrandas e.

† apparitoris

l ¶ *Iuſſione.* ſic ſuprà de manda princ. l. j.

m ¶ *Tuæ celſitudinis.* loquitur præfecto. ACCVRSIVS.

Milites deputati ad cuſtodiam alicuius perſonæ, vel loci, annonam de publico non percipiunt: ſed à conſtituta perſona ſalarium habebunt de publico. Item milites non debent ad cuſtodiam alicuius deputari ſine principis licentia obtenta in ſcriptis. BART.

XVII. *Imperator* IVSTINIANVS A. * P.P.

CVm ſæpe contingat propter quaſdam maximas, & inexcuſabiles rationes f, quibuſdam ad cuſtodiam, vel ob aliā huiuſmodi cauſam g milites deputari: vel etiā iam deputatos eſſe, & non conueniat hoc modo publicū aliquod damnum, ſeu diſpendium ſuſtinere: iubemus, ſi qui fortiſſimi milites ex quocunque numero, curiis, vel quibuſdam corporibus vel ſacroſanctis eccleſiis, vel aliis perſonis pro cuſtodia, (vt dictum eſt) vel tali alia cauſa à noſtro numine deputati ſunt, vel fuerint, ne per eorum tranſlationes circa annonarum, vel capitum † eis præbendorū erogationem publicis rationibus quædam læſio ingeratur h: eandem rem de proprio perſonam, ſeu etiā perſonas, cui, vel quibus deputati ſunt, vel fuerint, hæc modis omnibus agnoſcere i, hoc tantūmodo de publico pro iiſdem annonis, & capitu præbendo, & imputando k, quod in locis, ex quibus præfati milites perueniunt, ſeu peruenerint, imputabatur: vel ſi ante latam præſtationē ſupradictæ perſonæ recuſauerint, eoſdem milites nō recedere de ſuis locis, vel eos, qui receſſerint, ſine quadam mora ad ea redire: hoc omnifariam cuſtodiendo, vt nemo deuotiſſimorū militum cuicunque perſonæ, ſeu corpori ſine ſpeciali noſtræ ſerenitatis iuſſione l ſcriptis proferenda deputetur: officio tuæ celſitudinis m, ſi hanc noſtræ manſuetudinis formā, quotiens ſuper militibus quibuſdam deputandis aliquid ſtatutū fuerit, geſtis inſinuare, & quid eos, quibus dati ſunt, prout nobis placuit, agnoſcere oportet, itidem publicare minimè curauerit: tam diſpendiū quodcunque publicū hac ex cauſa ſuſtinuerit, ei de proprio reſarcire, quàm triginta librarū auri multam propter deſidiam ſuam, immò magis conniuentiam, dependere cogendo: rectoribus nihilominùs prouinciarum, & apparitoribus eorum, ſi ſtatuta noſtra violauerint, ſeu violari conceſſerint, eiuſdem codemnationis ſolutione percellendis.

† al. capitum & infr. e. præbendo.

* *Deſiderantur hic duæ conſtitutiones Græcæ, ex prætermiſſis repetendæ* *.

a DE EXCOCTIONE, & tranſ. &c.

Expone: vt patebit infrà, eod.

a Opinatores qui.

b OPinatores. i. [a] exactores militaris annonæ: vt ī. tit. j. l. opinatores: aliàs, optiones.

c ¶ Delegantur. vt ibi exigant, & militibus dent, qui ibi ſunt pro republ.

d ¶ A nullis. id eſt, non petant ab illis familiis excoctionē panis, quas cōſuetudo excuſat ¶ Et ſic not. pro [b] conſuetudine prouincialiū. ſic ff. de off. procon. l. obſeruare. & §. obſeruare. l. ſi in aliquam §. & ferias. ī. de teſta. l. teſtamenta. & ff. de aqua plu. arcen. l. ſi prius & de decu. l. non enim. §. vlt. & ī de expen. ludo. l. j. & ī. de diuer. offi. l. viros. Sed ab aliis omnibus, quos cōſuetudo non excuſat, efflagitentur: vt ī. l. proxi.

b Conſuetudo regionum, & prouincialiū attenditur.

e ¶ Tua. magiſtro militum loquitur. ACCVRSIVS.

f IN excoctione buccellati. i. [c] panis azymi: qui ideo buccellatus dicitur: quia facilè per buccellas, i. per parua, & minima fruſta diuiditur. P.

c Buccellatum hic, & in l. 1. ſuprà de erogatione militaris annonæ. eſt panis genus excocti ad vſus diuturnitatē, quo milites in caſtris paſci ſolebant. Ammian. 18. vnde à Græcis βουκελλάτον, ἐκ ξηρός ἄρτος. adde Spartianum in Peſcennino.

g ¶ In tranſlatione. i. in deferendo ad milites, qui ibi propè in limitibus ſunt.

h ¶ Nullius. niſi cōſuetudo [d] excuſet: vt ī l. prox. & ad idē ff. de mune. & hono. l. ij §. eos.

d Conſuetudo excuſat.

i ¶ Domus. ſi quam in ea prouincia habemus. ad quod ī. vt in emptione ſpecierum. l. j. & ī de cur. pu. l. milites. & ī. de priuil. do. Aug. l. iiij.

k ¶ In procuratorem. cùm dominus abeſt. ad quod ī. vnde vi l. meminerint. & de fal. mo. l. j. § actore.

† Concordantia hic l. 2. in Gl. ſuper ver. procuratoris. contra vt in ver. conuerſ. contra eum. Gloſ. ibi. & dolus procuratoris.

l ¶ Poſthabita. i. ſine dilatione.

* Dilatione poſthabita fieri aliquid. De hoc verbo quid ſignificet, & qualiter exponatur, vide Glo. ſuper ver. habita. in c. ſtatut. ma n. vſterum. extr. de re iud.

DE MILITARI veſte.

m OMnem.] Veſtiū militum: vt ex rubr. patet.

n ¶ Aprilis. Not. [e] in Kalendis Aprilis veſtiendum pro æſtate; ſed & tunc nauigium incipit: vt ī. de nau. l. quotiens in ſi.

e Quo tempore canonē militarium veſtium inferri oporteat.

o ¶ Tua. loquitur præfecto prætorio. ACCVRSIVS.

p PRouinciæ.] In tricenis. fortè pro ſingulis tricenis iugis vnum aureum dabit aliquis. Item pro tot capitibus alium aureum ad veſtes militum.

† al. tricena. al. quinquagena. vt notat Azo. hic.

q ¶ Ternis. id eſt, triginta quatuor, ſecundùm Hugonem.

DE EXCOCTIONE, ET tranſlatione militarium annonarum [a].

TITVLVS XXXIX.

Opinatores delegati, vt militibus annonam exigant, & eis ſoluant, à prouincialibus non petāt panis excoctionem: niſi ſit inter eos conſuetudo contraria. BART.

I *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Stilichoni Com. & mag. vtriuſque militiæ.*

OPinatores [b], quibus ſpecies in diuerſis prouinciis delegantur [c], cōtra omnem cōſuetudinem à nullis [d] conſiſtētibus familiis excoctioné panis efflagitent. illuſtris igitur auctoritas tua [e] nouam vſurpationem congrua auctoritate repellat: vt cùm opinatores in prouinciis delegantur, vetus conſuetudo ſeruetur.

Ab excoctione panis nulla domus, etiam principis, excuſatur: & ſi procurator domini, cui panis coquendus mandatur, contumaciter facere neglexerit, punitur ipſe, & dominus, ſi fuerit conſcius. BART.

II. V. IIDEM AA. *Adriano P.P.*

IN excoctione buccellati [f], quod deuotiſſimis militibus conuenit præparari, in tranſlatione [g] etiam annonæ, nullius [h] excipiatur perſona: videlicet vt nec noſtra quidem domus [i] ab his habeatur immunis. Et ſi quiſquam (quod nō opinamur) implere, quæ ſunt præcepta, neglexerit, in procuratorem [k] eius ſeueriſſimè vindicetur: ita vt ſi huiuſmodi contumaciæ dominum † conſcium eſſe conſtiterit, quadruplū id, quod pro eius capitatione poſcitur, poſthabita [l] * dilatione ſeruetur.

DE MILITARI VESTE.

TITVLVS XL.

Canonē veſtium à Kalendis Septēbris vſque ad Kalendas Aprilis reſpublica ſoluet. BART.

I. *Impp.* VALENT. & VALENS AA. *Antonio P.P.*

OMnem canonē veſtium [m] ex Kalendis Septembris ad Kalendas Aprilis [n] noſtris largitionibus tradi præcipimus: propoſita pœna rectori prouinciæ, vel eius officio condemnationis, quæ tuæ [o] iuſtitiæ videbitur.

II. *Imppp.* VALENS, GRAT. & VALENTI. AAA. *Modeſto P.P.*

PRouinciæ [p] Thraciarum per xx. † iuga, ſeu capita conferant veſtem. Scythia, & Myſia in xxx. iugis, ſeu capitibus interim annua ſolutione dependant: per Ægyptū, & Orientis partes in * trecenis ternis [q] iugis: per Aſianā verò, & Ponticā diœceſim ad eūdem numerum in capitibus, ſeu iugis annuæ veſtis collatio dependatur: ita vt per Oriētem prouinciæ in titulo auri comparatitij, quod per iugationem redditur, compenſationis gratia perfruantur: exceptis Oſroëna, & Iſauria: nam eas demum conſtat aurum comparatitium [r] minimè debere [ſ] †.

Ad veſtem militiæ non præſtabuntur bini tremiſſes: ſed vnus ſolidus. BART.

III. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Martiano Com.* S. L.

FOrtiſſimis militibus noſtris per Illyricū non binos tremiſſes [t] pro ſingulis chlamydibus [u], ſed ſingulos ſolidos dari præcipimus.

Quinque partes pretij veſtis militaris in pecunia debēt dari fortiſſimis militibus: debilibus verò ſexta pars in panno. BART.

IV. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Aſclepiodoto P.P.*

MIlitaris adæratio [x] veſtis à collatoribus exigatur, ſacratiſſimis videlicet largitionibus inferenda: ita vt quinque eius partes fortiſſimis militibus erogentur in pretio: ſexta verò portio à gynæciariis [y] clementiæ noſtræ abſque vlla vel ipſorum, vel publica incommoditate, pro eadem contextione ſuſcepta minoribus *, gregariiſque [z] militibus in ipſa, quam maximè eos deſiderare conſtiterit, ſpecie præbeatur.

DE METATIS, ET EPIdemeticis [a].

TITVLVS XLI.

Metata ſunt hoſpitia, quæ ſuperuenientibus militibus, vel aliis perſonis prouinciales præbent. Epidemetica ſunt pretia, quibus ſe redimunt onere hoſpitiorū ſuſcipiendorum, quæ abrogantur Nouell. 129 & 134. & l. vlt. hoc tit. CVIAC.

Menſor deputatus ad hoſpitia menſuranda per epidemeticos, & militibus danda, ſeu adſignanda ſi in hoſpitiis domo ſcripſerit nomen militis, cui ſi hoſpitium adſignatum, & poſtea deleuerit, punitur pœna falſi. BART.

I. *Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Theodoto mag.*

SI quis [b] metatorum [c] [a] noſtrorum manum, qua deputatas ſingulis quibuſq; domus denotant, & poſtibus [d] hoſpitaturi [e] nomē adſcri-

r ¶ Comparatitium. id eſt, qui comparabunt, ſi non habent.

* in xxx. ternis iugis

ſ ¶ Debere. ſed in merce fortè dabunt æquiualens.

t FOrtiſſimis militibus.] Tremiſſes. ſcilicet quia in trientis remittuntur. P. & de his fit mentio ī. de erog. mi. anno. l. per hanc. §. hoc videlicet.

u ¶ Chlamydibus. fortè profutura [a], vel fibulis, nam pro toto parum eſſet.

a al. Fourn...

x MIlitaris adæratio. i. æris [b] congregatio certo tempore: vt ſupr. eo. l. j.

* redſubere.

b Adæratio quid eſſet, dixi ad l. 2. ſupra eo. tit.

y ¶ A gynæciariis. hoc expone. vt ī. de murileg. in rubr.

z ¶ Gregariis. id eſt, vilibus [c], putà de plebeis natis: ſicut grex [d] eſt inferiorum pecorum ſocium: maiorum autem dicitur armentum, ſecūdùm H. ¶ No. ergo, quòd fortiſſimis quinque dētur partes in pecunia: inferioribus datur ſexta in pāno: quod volunt eligere.

c Vel potius ... vt hic notat Cuiacius.

d Gregis, & armenti differentia.

a DE METATIS, & epidemeticis.

Metati [e] *dicūtur milites in terminu caſtrorū, qui caſtra vallo vndique circundabant:* vnde in Exod. [f] *Caſtra metati ſunt filij Iſrael.* ſic ponitur ī. de epi. & cl. l. omnia *Sed epidemetici* [g] *dicuntur, qui ſuprà milites ſunt conſtituti: metientes ſiue demetientes* [h] *militibus hoſpitia. ab epi. quod eſt ſuprà, & metis. i. metatus. ī. de his, qui ī. milites demetiuntur, id eſt, diuerſis diuerſa aſſignant hoſpitia.*

e Malè neque enim Metatores Metatores de quibus hic, hoſpitia, quæ militibus præbentur à prouincialibus,

f Exod. 13 d.

g Nuper Epidemetica, hic ſunt pretia, quib. prouinciales ſe redimūt ab onere hoſpitiū ſuſcipiendorum

h al. iumentibus.

b SI quis. Videtur dicere, quòd epidemetici [i] habebāt ſub ſe menſores: qui quidem menſurabant hoſpitia, accipientes tertiam: vt ī. l. prox. & in eminenti loco ſcribebant nomen eius, qui ibi debebat hoſpitari: quibus non licet delere, nec variare, poſtquam fecerint, quaſi ſuo officio functi: vt ff. de re iudi. l. iudex. & ſuprà de offic. procur. Caſa l. ſi.

h Gallicè appellātur, fourriers.

i Falſa hæc interpretatio: vt dixi in inſcriptione huius tituli.

c ¶ Metatorum. dicti menſores: de quibus habes ſuprà de menſoribus.

a ¶ Metatorum. legendum, menſorum. CVIACIVS.

d ¶ Poſtibus. id eſt, oſtiis. ſic ff. de inſtit. l. ſed & ſi pupillus. §. de quo.

e ¶ Hoſpitaturi. ſcilicet militis. ACCVRS.

a ¶ Falſi.

a ¶ *Falſi.* quia delet verum: *vt & ff. de fal. l. j. §. qui in rationibus.*

b [*N qualibet.*] *Metatorum.* expone *vt ſupr. l proxi.*

c ¶ *Et relictam* præfertur, qui maiorẽ [a] habet partem de rerũ *ſupr. de dona. l. ſancimus. §. j.* & facit *ſuprà, de his, qui ſe defe. l. j. circa prin.* Arg. contra. ij *quan. & qu. quart. part. debe. l. ij circa prin.* Sed quis diuidet? Reſpon. menſor: *vt ſuprà, hac lege* innuit. *& ſuprà, l. proxi.*

a Partem maiorem habens in re, alij in dubio præfertur.

d ¶ *Ergaſteria.* quæ ſunt in plateis, vel angiportis: *vt infrà l. vlt.*

e ¶ *Si libet.* ſi habes, *quilibet*, videtur abundare propter verbum, *alter.* ſi habes, *quibuſlibet*, ſcilicet de prædictis illuſtribus.

f ¶ *Et alter* putà hoſpes. nam & ſuprà, priùs eligit hoſpes. Accvrs.

g [C*unctos.*] *Hu.* ordinariis iudicibus. ¶ Et not. contra [b] legatos curiæ Romanæ qui hoſpitantur in domibus epiſcoporum, & aliorum prælatorum eis præſentib. & facit *in authent. de defenſ. ciuit. §. nulla* vbi defenſor [c] non perdit iuriſdictionem propter præſentiã præſidis.

b Legati Apoſtolici nõ debẽt in epiſcoporum domibus hoſpitari.

c Iuriſdictionẽ ſuã defenſor ciuitas nõ amittit propter præſentiam præſidis.

h [F*Abricenſium.*] hi [d] ſunt, qui faciunt publica arma: *vt nota. §. de fabr. in rubr.*

d Fabricẽſes, qui arma publica faciũt.

i ¶ *Comitatu.* aliàs, *comitatu*: aliàs, *commeatu.*

k [D*Euotum.*] quales debent eſſe omnes prouinciales.

l ¶ *Prædium.* quia ſecus in domo: *vt infrà, ead. l. § ſolam.*

m ¶ *Metator.* i. miles: *vt ſuprà in rubr. not.*

n ¶ *Actori.* i. caſtaldioni domini, eo abſente.

α ¶ *Eum, qui præparandi.* Idem eſt in executore. *l. 5. ſupr. de iure emphyt.* Cviac.

b ¶ *Cõceſſum* Not. [e] hic *& ſuprà de iur. fiſc. l. prohibitum.* Et eſt argum. ad id, quod not *ff. de iuſt. & iur. l. vt vim.* Item facit *ſuprà quando lice. vnicui. ſine iu. ſe vin. l. j. & ij. & de iure emph. l. ij. & de adul. l. Gracchus. & ff. de adul. l. mariti. & ad leg. Aquil. l. ſed & quicunque. & l. quemadmodum §. j. & in authent. vt lice. ma. & auia §. his. & ſuprà, de decur. l. eos. & l. generaliter.* ¶ Item not. quòd hîc permittit vltionem, non [f] ſolùm defenſionem: ſic *ff. de bo. lib. l. qui cùm maior. §. ſi libertus in fi.* Sed hîc pro defenſione [g] ponitur, & *d. l. qui cùm maior.* per

e Vindicare ſe & vlciſci licet.

f Vltio etiam, non tantum defenſio permiſſa.

g Vltio, pro defenſione.

bũt, delere non dubitauerit: ad inſtar falſi [a] reus conſtitui huius auctoritate teneatur.

ii. *Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Oſio magiſtro officiorum.*

IN qualibet vel nos ipſi vrbe fuerimus, vel in qua hi, qui nobis militant, commorentur: omnium tam metatorum [b], quàm hoſpitum iniquitate ſummota, duas dominus propriæ domus, tertia hoſpiti deputata, eatenùs intrepidus, ac ſecurus poſſideat portiones, vt in tres domo diuiſa partes, primam eligendi dominus habeat facultatem: ſecundam hoſpes, quam voluerit, exequatur: tertia domino relinquẽda. Plenum enim æquitate, atque iuſtitia eſt, vt qui ſucceſſione fruitur, aut emptione, vel extructione gaudet, electam præcipuè iudicio ſuam partem teneat, & relictam [c]. Ergaſteria [d] verò, quæ mercimoniis deputantur, ad prædictã diuiſionis iniuriam non vocentur: ſed quieta ſint, & libera, & ab omni hoſpitum iniuria defenſata: ſolis dominis, conductoribúſque deſeruiant. Sanè ſi ſtabulum (vt adſolet) militari viro in tertia domus parte defuerit: ex ergaſteriis (niſi id dominus qualibet occaſione prouiderit) pro animalium numero, vel domus qualitate deputabitur. Illuſtribus ſanè viris non tertiam partem domus: ſed dimidiam hoſpitalitatis gratia deputari decernimus: ea dumtaxat conditione obſeruata, vt alter ex his (ſi libet [e], atque maluerit) diuiſionem arbitraria æquitate faciat, & alter [f] eligendi habeat optionem, & firmiſſimũ perpetuò, quod iuſſimus, perſeueret: ita vt triginta librarũ auri, qui illuſtriſſima ſunt præditi dignitate, fiſco noſtro ſe pœnã illaturos eſſe cognoſcant: cæteri verò militia ſciant ſe eſſe priuandos, ſi generale præceptum ampliùs vſurpando, quàm iuſſimus, reprehenſibili temeritate violauerint.

Præſentibus iudicibus, qui de cauſa cognoſcẽdi poteſtatem habẽt, non debent eorum prætores adiri. Bart.

iii. Iidem AA. *Vincentio P.P.*

CVnctos iudices ſcire volumus, à prætoriis ordinariorum iudicum his [g] præſentibus abſtinendum.

Domus fabricenſium ad hoſpites recipiendos non grauãtur. Bart.

iiii. Iidem AA. *Æmiliano magiſtro officiorum.*

FAbricenſium [h] domibus vbicunque cõſtitutis omnem moleſtiam hoſpitum præcipimus amoueri: quod & Antiochenſibus, & cæterarum ciuitatum fabricis ſimilis domorum excuſatio præbeatur, abſente ſcilicet ſacro comitatu [i].

v. *Impp.* Honor. & Theod. AA. *Ioanni P.P.*

DEuotum [k] poſſeſſorem ab omni inquietudine liberamus. Primò igitur omnium ad nullum prædium [l] publicum, vel priuatum domus noſtræ, vel cuiuſcunque iuris vllus metator [m] accedat, ſi à quoquam fuerit deſtinatus. Licentiam enim domino, actori [n], ipſiſque plebi ſerenitas noſtra committit, vt eum, qui præparandi [α] gratia ad poſſeſſionem venerit, expellendi habeat facultatem, nec crimen † aliquod pertimeſcat: cùm ſibi arbitrium vltionis ſuæ ſciat eſſe conceſſum [o]: rectéque ſacrilegium prior arceat, qui primus inuenit. Adminiſtrantem verò, eiúſque officij proceres, quorum præceptio inhibitam perſonam ad agrum aliquem deſtinauerit, in tempus proſcribi debere cenſuimus. Solam ſanè hoſpitalitatem [p] ſub hac obſeruatione concedimus, vt nihil ab hoſpite, quod vel hominum, vel animalium paſcuis neceſſarium creditur, poſtuletur: omniúmque ſit acceleratum iter, atque continuum, nec vlli liceat reſidere: ne diuturnitas commanentium vlla ex parte prædium vexet. Decem etiam librarum auri mulcta ferietur quiſquis adminiſtrator, rogator, apparitórve vllus, militans ſcilicet, vel iter agens, vllo in loco aliquid ab hoſpite poſtulauerit [q]. In tantùm enim inhiberi ſceleratum morem iubemus, vt ipſis quoque præbentibus impunitum eſſe non patiamur, ſi quid ſponte [r] contra præceptum noſtrum probari fuerint obtuliſſe.

vi. Iidem AA. *Adriano procur. Africæ.*

HOc proſpectum eſt, vt infauſta [s] hoſpitalitatis præbitio tolleretur, nec balneum [t] quiſquam à domino ædium poſtulet.

vii. Iidem AA. *Euſtathio P.P.*

DEuotiſſimos milites ex procinctu redeuntes, vel proficiſcentes ad bella, muri [u] ſacratiſſimæ vrbis ſingulæ turres in pedeplanis [x] ſuis ſuſcipiant.

Medici ſacri palatij, & vrbis Romæ magiſtri liberalium artium, & pictores ingenui, quoad viuunt, ſunt immunes ab onere hoſpitandi. Bart.

viii. *Impp.* Theod. & Valens AA. *Heliconi mag. Offi.*

ARchiatros [y] noſtri palatij, necnon vrbis Romæ, & magiſtros literarum [z], pro neceſſariis artibus, vel literalibus diſciplinis, necnon picturæ profeſſores (ſi modò ingenui ſunt) hoſpitali moleſtia, quoad viuent, liberari præcipimus.

iudicium vindicat. vt not. *ff. ad legem Aquil. l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. in fin.*

p ¶ *Hoſpitalitatem.* i. recipiendo hoſpitem in tertia, vel dimidia parte domus: *vt ſupr. l. ij.* Accvrsivs.

q ¶ *Poſt.* [*ulauerit.*] ſic *ſupr. ne ruſtic. ad vllum. l. ij. & de eroga. milit. an. l. iij.*

r ¶ *Sponte* [a] ſic *ſupr. ne ruſticani ad vllum. l. ij. in fi. & infr. titu. ij. l. ij.* Accvrsivs.

a Præſumitur enim concuſſio: *vt not. Gl. in d. l. 2. infra in princ.*

s [H*Oc proſpectum.*] *Infauſta.* id eſt, horrenda, ſecundùm Hu. alias pro malo omine: *vt ſupr. de repu. l. cõſenſu. circa prin.* Acc.

t ¶ *Nec balneum.* ſ. nec comitibus lauacra.

u [D*Euotiſſimos.*] *Muri.* genitiui caſus eſt. Accvrs.

x ¶ *Pedeplanis.* i. [b] in pedibus turrium, & murorum vrbis, quæ ſpiſſæ ſunt, poterunt milites deſcẽdere, vt ſe ibi præparent aliis veſtibus ad eundum, & redeũdum. & videtur vna dictio *in pedeplanis.*

b Pedeplana quid.

y [A*Rchiatros.*] i. principes [c] medicorum, ſeu maiores medicos & facit *ſupr. de inofficioſo teſta. l. ſi. & de profeſſ. & medi. l. medicos, & l. final.* Accvr.

z ¶ *Literarum.* non primarum

† Hæc verba recitantur in Gloſ. ſuper verbo, expelli, *in princ. l. ij. infrà de loca. & conda.* & per hæc tex. vult ibi dicta Gloſ. dicere, dom. nõ poſſe propria auctoritate expellere emphyteutam, ſi non ſoluat ei canonem. Conſulte tamen illa Gl. vt dominus expellat emphyteutam iudicis auctoritate, *per l. ij. C. de pignoribus.*

c Legendum eſt *primis*, Princip. *adde l. vnicam. ſupr. de Comitibus, & archiatris ſacri palatij.*

marum: *vt ff. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. fin.* Accvrs.

a OMnes] *Metata.* id eſt, caſtra vel hoſpitia: vt poſtea exponit.

b ¶ *Metatoribus.* id eſt, militibus.

c ¶ *Vindicare.* ſic *ff. quod quiſque iur. l. j.*

d ¶ *Cingulum.* ad quod *ſuprà, vt dig. ordo ſer. l. ij. & in authent. vt ord. precolla.* v Item & facit *infrà, l. prox § ſi qui.*

e ¶ *Tertia ſuprà eod. l. ij.*

f ¶ *Priuilegiis.* ¶ Not. eum carere priuilegiis[a] legum, qui eas fraudare conatur. ſic *ſuprà, de Iudæ. l. Iudæos & ff. de mino. l. auxilium. in fi. &* facit *ff. de pœnis. l. quadam. & ſupr. de epiſco. & cle. l. presbyteros* Sed arg. contrà, *ff. de iudi. l. properandũ.* vbi etiam contumaci ſeruatur ius.

a Fraudator legum, earum priuilegiis carere debet.

g HAc lege.] *Dignitatem.* & ſic habet dua. Accvr.

h ¶ *Duarum.* minus[b] habet hæres, quàm defunctus. & ſic eſt arg. contra. *ff. de re iud. l. hæredem.*

b Hæres interdũ minus habet, quàm defunctus, vt hic. interdum tantũdem: interdum plus. *l. vlt. ſuprà, de domeſticis, & protectoribus.*

¶ Item not. priuilegium tranſit[c] ad ſuperiores: quod dic *vt ſuprà, de proxi. ſac. ſcrin. l. in ſacris.* vel non ſunt ſuperiores, cùm iam defuncti non ſint.

c Priuilegium ad aſcendẽtes perſonas plerumque tranſit. *dum ad l. 12. ſuprà, de proximis ſacrorum ſcriniorum.*

i ¶ *Semis.* id eſt, medietas: *vt inſtit. de hære. inſtitu. § hæreditas.* Alij ergo ſemiſſes pro tertia præſtabãt hoſpitiũ: *vt infrà eo. § comites.*

k ¶ *Cœlitus.* id eſt, à principibus: *vt ſuprà, l. proxi.*

l ¶ *Ergaſteriis.* id[d] eſt: ſtationibus: *vt ſuprà, ea. l. ij § ergaſteria.*

d Ergaſteria quid.

m ¶ *Plateis.* nam quaſi omnia ſunt in plateis, vel angiportu: quod expone *vt ff. de verbo. ſig. l. porticu. in fin.*

n ¶ *Auxilio.* ſic *ſuprà, de petit. bon. ſub. l. j. & ij.* aliud ſi per legem ſcriptã in corpore iuris: *vt ſuprà, hac leg. & l. prox.*

o DEcem. *ſuprà, l. proxi.*

p DE SALGAmo, &c.

Hoc expone vt infrà, l. j *ſed P. dixit* [e], *nomine ſalgami, & oleum intelligi. gamos, id eſt, mulier, ſed ſecundum H. ſalgamũ, id eſt, culcitra: compoſitum à gamos; & ſalica. vel ſalua, & gamos nuptia, vel mulier: quia maximè propter talia ſũt culcitra. & eſt neutrius generis.*

e Et malè. Salgamum quid.

a ¶ Salgamo. *Salgami nomine ſcio ſignificari cõditas herbas: veluti cundam, braſſicam, betã. quã etiam hodie à Turcis cõdiri ſolent. Sed hunc nominis obtentu exigebant etiam tranſeuntes milites culcitras, ligna oleum quod hac conſtitutio tollit.* Cviac.

q NE quis.] *Auferat.* id eſt, accipiat. & hoc ad officium præſidis pertinet: *vt ff. de offic. præſi. l. illicitas.*

¶ Et not. etiam à[a] volente: quia ſemper[b] præſumitur concuſſio: ſic *ſuprà, tit. j. l. deuotum. in fi. & ſuprà, de re mili. l. fi. § vt autẽ & de of. procon. l. obſeruare. & ſuprà, ne ruſticã. ad vllum. l. ij. & ne quid à col. exig. l. j. & de rap. vir. l. j. & ſupr. de ero. milit. an. l. j. & ij.* Item ſicuti[c] ſalgamum comprehendit: ſic penus omne id, quod eſui, & potui eſt deſtinatũ: *vt ff. de pe. le. l. 3. in prin.*

b Concuſſio interdum præſumitur

c Salgami, & penus differentia.

DE COMMEATV.

r NE cui.] *Tribunorum.* niſi vſque ad triginta

Hoſpitantes milites in domibus habitantium ipſorum, nullam aliam diſcuſſionem, vel pœnam debent ſubire. Item nullus debet impetrare, vt à munere hoſpitandi milites ſit immunis, & vicini domus grauetur. Bart.

II. Iidem AA. *Nemo Magiſtro officiorum.*

OMnes, qui metata[a] in ſuis domibus præſtant, ſiue hoſpitia præbuerint metatoribus,[b] ſiue quolibet pacto ſatis eis fecerint, nullam vel penſionis, vel diſcuſſionis domus gratia moleſtiam ſuſtinere cogantur. Deinde neminem volumus cuiuſlibet loci, vel ordinis in hac florentiſſima vrbe domũ propriam excuſantem, metatum ſibi in alienis ædibus priuilegio militiæ vindicare[c]: quod & in prouinciis obſeruari oportet. Cæteris verò, quibus illuſtris dignitas ſub cingulo, vel citra cingulum[d] pro ſuo ſolo honore delata eſt, excuſandarum ædium licentiam penitus denegamus. Hoc iuris etiam in his præcipimus obſeruari, quos ipſa quidem adminiſtrationis conditio ſpectabiles nouit; honor tamen additus à noſtra liberalitate reddit illuſtres. Scituris omnibus, quod ſi quis cũ cingulo perfruatur, & excuſationem ita propriæ domus impetrauerit, vt à penſione etiam portionis tertiæ[e] ſit immunis, & militiæ cauſa metatũ in alienis domibus ſibi crediderit vindicãdum; ſi quidẽ honore præditus excuſationis ius habeat, carebit legũ priuilegiis[f], quas fraudare conatus eſt. Si verò inter eos, quibus nulla ſuffragatur dignitas, numeretur, centum librarum auri ſacratiſſimis largitionibus pendendarum illatione mulctabitur.

Quidam in hac lege nominati, dum viuunt, & poſt mortem eorum hæredes filij parẽtes, nepotes, frater, ſoror, vxor, & eorum tres domus à moleſtia recipiendi milites habent immunitatem: quidam duas quidam vnam tantum, quidam dimidiam tantùm. Bart.

X. Impp. Valen. & Martian. AA.

HAc lege ſancimus, vt ſi quis conſularem, ac patriciam meruerit dignitatem[g], tres domos proprias, dũ ſupereſt, habeat hoſpitũ immunitate ſecuras: hæredes verò ei[9] filij, aut pater, aut mater, nepotes, aut frater, aut ſoror, aut vxor, duarũ[h] domorũ ſuarũ excuſatione potiantur. Si quis verò conſulatu tantummodo gloriatur, duas ſemis[i] domos ſuas immunes habeat: poſt fata verò eius memorati hæredes vnam ſemis domum ſuam habeãt nullis hoſpitiis prægrauatam. Pari priuilegio perfruatur cum memoratis hæredibus, qui ſolius patriciæ dignitatis ſine conſulatu decoratur inſignibus. Præfectorij verò, necnon & magiſtri militũ duas domos ſuas habeant, quoad vixerint, hoſpitibus liberatas. Hæredes verò eorum memorati vnam defendãt domum ſuam ſimili excuſatione munitam. Magiſtri verò officiorum, vel quæſtores vnã ſemis domũ ſuam, quoad vixerint, habeant hoſpitum onere liberatam. Hæredes verò eorum prædicti vnã ab hoſpitibus iure defendant. Comites autem domeſticorum & protectorum; & ſacrarum largitionum, & rerum priuatarum, & vir ſpectabilis primicerius notariorum, ſingulas domos ſuas ab hoſpitum grauamine, dum viuunt, gaudeant eſſe ſecuras. Memorati verò hæredes eorũ mediam partem vnius domus ſuæ ſciant excuſatione muniri: reſiduæ verò partis dimidiæ tertiam portionem hoſpitibus deputandam eſſe cognoſcant. Si qui illuſtres honorarias dignitates quaſcunque ſine actu cœlitùs[k] impetrauerunt æquo animo ſuas domos hoſpitibus hanc legem pandant pro tertia, quæ legibus præfinita eſt, portione: exceptis videlicet ergaſteriis[l], quæ in plateis[m], vel angiportis eſſe noſcuntur: quod in omnibus domibus, quæ hoſpitales ſunt, obſeruari iubemus: ita vt nemo vel ex ſacro reſcripto, vel ex diuina annotatione, ſeu pragmatica ſanctione contra hanc legem vti poſſit excuſationis auxilio[n]. His omnibus quæ per hanc legem conſtituimus, in hac æterna vrbe obſeruandis.

Tribuni ex primicerio immunitatem habent ab hoſpite recipiẽdo in domibus, quas tenent in v. be Conſtant. Bar.

XI. Imp. Zeno. A.

DEcem[o] poſt primicerium tribunos in domibus, quas in hac regia vrbe poſſident, metatorum iuſſimus vacationem mereri.

Deeſt conſtitutio Græca, ex prætermiſſis repetenda.

DE SALGAMO[p] HOSPITIBVS non præſtando.†

† præbendo,

TITVLVS XLII.

I. Imp. Constantinvs. A.

NE quis comitum, vel tribunorum, aut præpoſitorum, aut militum nomine ſalgami gratia culcitras, lignum, oleum, à ſuis extorqueat hoſpitibus, ſed nec volentibus hoſpitibus in prædictis ſpeciebus aliquid auferat[q]: ſed ſint prouinciales noſtri ab hac præbitione ſecuri: comitibus, tribunis, vel certè præpoſitis, militibúſque graui vexationi ſubiacentibus.

DE COMMEATV.

TITVLVS XLIII.

Tempore expeditionis nullus militibus commeatum dare poteſt: contrà faciens, capite punitur. Bart.

I. Impp. Const. & Constans. AA. *Leontio* P. P.

NE cui liceat præpoſitorum, vel tribunorum[r] cohortium, vel vicariorum, & familiarium eorum tempore expeditionis quocunque

trigiata milites : *vt ſuprà de er. mil. an. l. per hanc. §. vt autem.* Vel hic barbari erant propriè: vt ſumerit: ibi nō.
a ¶ *Pare.* facit *ſuprà, de teſt militia. l. triunni & l. militia. & l. final. in prin.*
b ¶ *Capite.* ſed qui in pace deſerit militiam, perdit eam : *vt ff. de re milit. l. non omnes.* § j.
¶ Et pot. puniri licentiantem [a], & licentiatum.

a Licentians, & licentiatus æquè puniuntur.

c Q*Vicunque.*] *Sacrarum.* fiſcaliū.
d ¶ *Priuatarum.* principis.
a ¶ *Sex menſium.* Vide cap 18 *de praeſc.* CVIAC.
e ¶ *Tēpus.* ſubaudi curauerit ad ſuū officium redire. & habeas, *militantium non immeritò,* &c. habetur tamen ratio [b] temporis, & valetudinis: *vt ff. de re mili. l. qui commeatus.* & facit j. *l. proxim. cum ſuis concord.*

b Temporis, & valetudinis ratio habēda.

f S*I quis.* differt à precedenti : quia hic ſine commeatu: ibi ſic.
g ¶ *In penatibus.* id eſt, domibus propriis: *vt ſ. de exhib. l. ij.* ACCVRS.
h ¶ *Exempto* alias, exēplo, & augetur pœna: quia aſſuescit [c] delictū: ſic *ſuprà, de domeſt. l. i. lib. xij & de primicerio. l. fi. & de aduo. diuer. iud. l. fi. & de ſuperexact. l. j & ſ. l. prox.* Sed argu contra, *ff. de pœ. l. ſi diutino. & ff. de re mi. l. qui in prouincia. § fin.* Sed vtrobique patet ratio.

c Conſuetudo in delinquendo aggrauat pœnam.

† aliàs, nec poſt quadri. quidem tempus militauerit, non, &c.

i DE TYRONIbus.

Id eſt, nouis militibus, quia adhuc non erant ſcripti inter milites fortiſſimos : vt ff. de milit. teſt. l. ex eo.

k N*Vllus*] *Vagus.* [d] quia firmiter debent ſtare in militia: *vt ſupr de re mili. l. milites.* Et ſic eſt arg. quòd [e] vagus ſcholaris non fiat magiſter.

d Vagabundus quis ſit, collige ex *l. vaca. ſuprà, de colon Thrac. ſū. lib. 11. adde Gloſ. in l. 4. §. prætor ait. verecundè. ff de damno infe Gloſ. in l. 2. §. celſus. ff ad municipalem.*
e Scholaris vagus non debet magiſter fieri.

l ¶ *Veteranus.* vel propter debilitatē vel quia diu laborauit: *vt ſup de his, qui non imple. ſti. l. j. & ij.* ACCVRSIVS.
m ¶ *Aut ſenſibus. ſupr. qui milit. non poſ. l. j. & ij.*
n Q*Viſquis.*] *Ignorauerit.* facit. ſ. *qui mili non poſ. l penul. & l. fin. & ſuprà de tabu. l. generali. & ff. de pu. l. cotem §. dominus. & ſuprà, l. proxi. in fin.* ACCVRSIVS
o T*Yrones in ſcholis.* & non dicas, vbi addiſcunt: quia ibi omnes ſunt tyrones: vide

cunque genere cuiquam de militibus à caſtris, atque ſignis, vel his etiam locis, in quibus pertendant, diſcedendi commeatū dare [a]. Si quis verò contra hanc legem facere auſus fuerit, & militem contra interdictum cōmeatum dimiſerit eo tempore, quo Barbarorum incurſio extiterit, & tunc cùm præſentes in caſtris, atque apud ſigna milites eſſe debeant, quiſquam abſuerit : capite [b] vindicetur.

II. *Imppp.* GRATIANVS, VALENTINIAN. & THEODOSIVS, AAA. *Syagrio magiſtro officiorum.*

QVicunque de ſcriniis, aut agentibus in rebus, vel etiam ex officiis palatinis, his videlicet, qui ſacrarum [c], & priuatarum [d] remunerationum comitibus obſecundant, ſex menſium [a] ſpatium ſupra diem commeatus, aut iuſſionem euectionis abfuerit: is in inferiorem locum, quinque antelatis poſterioribus deuoluatur. Is verò, qui anni vacationem arbitratu proprio, iudiciarij præcepti oblitus aſſumpſerit, à decem poſt ſe militantibus transfeatur: ac deinde cū iam aliquis deſidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de ſequentibus poſtferatur. Qui verò nec poſt quadriennij quidem tempus [e] †: militantium non immerito matriculis auferatur.

Qui ſine commeatu biennio, aut trienio, vel quadriennio vacauerit, modo hic inſcripto punitur. BART.

III. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Hanſoni com & mag mil.*

SI quis [f] ſine commeatu aliquo annum in penatibus [g] propriis, vel in quibuſlibet locis deſidioſa quiete tranſegerit, decem ſequentibus poſtponatur : in quo verò biennalis culpa deprehenditur, viginti ſibi antepoſitos congemiſcat : tertius autem annus triginta prælatos iure deflebit : ita vt quartus exempto [h] matriculæ nullā veniam derelinquat.

DE TYRONIBVS. [i]
TITVLVS XLIV.

I. *Impp.* VALENTINIAN. & THEODOSIVS AA *Modeſto* P.P.

NVllus tyro vagus [k], aut veteranus [l], aut ſenſibus [m] obnoxius, ad militiam accedat.

II. *Imppp* GRATIANVS, VALENT. & THEOD. AAA.

QVisquis [n] alieni iuris mancipium in tyrocinio militiæ ſcribi curauerit: conuictus, ac proditus auri libram ærario noſtro cogatur inferre, mancipio ſcilicet domino (ſi factum ignorauerit [n]) reddendo.

III. *Imp.* HONORIVS. A.

TYrones in ſcholis [o] loco ſemper poſteriore ponantur : nec enim patimur quemquam celſiorem gradum obtinere, niſi cui & laborum aſſiduitas, & ſtipendiorum prolixitas ſuffragantur.

DE LITTORVM, ET itinerum cuſtodia.
TITVLVS XLV.

I. *Impp.* HONOR. & THEODOS. AA. *Euſtathio* P.P.

SAluberrima ſanctione cenſemus, ne merces illicitæ [p] [ß] ad nationes barbaras deferantur : & quæcunque naues ex quolibet portu, ſeu littore dimittuntur, nullam concuſſionem, vel damna ſuſtineant [q]: ita tamen vt earum naucleri deponant in quam prouinciam ituri ſunt : vt hoc manifeſtato, nulla contra eos poſtea indignatio, ſeu concuſſio quoquo modo procedat.

DE DESTRVCTORIBVS, ET occultatoribus eorum [r]
TITVLVS XLVI.

Recipiens ſcienter deſertorē in agro, vel in domo : ſi eſt actor vel procurator, capite punitur: ſed domus, vel prædium confiſcatur, ſi ipſius eſt dominus. Item manifeſtans deſertorem præmiatur. Item deſertor eſt, qui tempore belli ſe abſentauit à ſignis. Item ſi ſeipſum prodiderit, veniam meretur. Punitur verò deſertor pœna à legibus ſtatuta : quam ſi iudex diſſimulauerit, vel gratia diſtulerit, ipſe punitur. BART.

I. *Imppp.* GRAT. VALENT & THEOD. AAA. *Syagrio* P.P.

SI quis fortè deſertorem agro, tectóve ſuſceperit, atque apud ſe diu paſſus fuerit deliteſcere : actor quidem, vel procurator loci, qui hoc ſciens, prudénſque commiſerit, capitali ſupplicio ſubiugetur : dominus verò, ſi huius rei conſcius fuerit, prædij, in quo latuerit deſertor, amiſſione [s] puniatur. Si quis autem deſertorem prodiderit [t], mediocris [u] loci ingenuus immunitate [x] potiatur. Neque ſolùm de his loquimur, qui proximè ſignis fœlicibus applicati, militiæ rudimenta timuerunt: verumetiam qui ſtipendiis militaribus [y] degenerem latebram præbuiſſe monſtrantur. Deſertor autem

non eſſet, poſt quos ponerentur. 2. Sed dic, quòd tyro electus inter milites ſtet loco [a] poſteriori in ſcholis, id eſt, in ſocietatibus militum, ſeu in matricula: *vt ff. de teſt. mili l. ex eo. & ſupr. tit. j. l. pe & vlt.* & ſic bene ſequitur, nec enim, &c. *& ſup. de offic. ma. offi. l. j. & ij. & de proxi. ſac. ſer. l. vnuſquiſque & de agen. in re. l. vnuſquiſque.* & fac. *inferà, de diuerſ. offic. & ap. l. j & ſ. de offic. co. rei mil. lib. j. & de profeſſ. magiſtros & ff de al. ſcrip l. fi.* Sed argumen. contrà, *ſuprà, de offic. rect. prouin. l. paſtoris.*

* ſimilis eſt conſtitutio *lib. 5. c. Th. tit. 9 l. 2.*
a Tyrones quo loco in ſcholis.

DE LITTORVM, & itinerum cuſtodia.

p S*Aluberrima.*] *Illicita.* vt victualia [b], & arma, aliàs pœna capitis cum amiſſione bonorum imponitur: *vt ſuprà, quæ res expor. non de. l. j & ij. & ff. de publi l. cotem. in prin.*
ß ¶ *Ne merces illicita.* Vide ſcripta & notata ad *l. 1 ff. de his, quæ vt indign.* CVIAC.
q ¶ *Suſtineant.* ſic *ſuprà de naucle. l. j.*

b Ad barbaros quæ exportari prohibita.

r DE DESERTORib. & occultatoribus eorum.

Deſertores milites, occultatores priuatos vocat.

s S*I quis.*] *Amiſſione.* ſic *ſuprà, de fal. mo. l. j & de his, qui latro. vel al. crim l. ij. & de ca. & poſt li re. l. fina. & de inceſt nup. l. iy.*
t ¶ *Prodiderit* id eſt, manifeſtauerit
u ¶ *Mediocris* [c], id eſt, homo pauper. ſic econtrario honeſti [d] loci diues : *vt ff. de tranſact l. cùm hi. § ſi in annos.*
x ¶ *Immunitate* munerum fortè : ſeruus verò fit liber: *vt ſup. pro qui. cau. ſer pro pra lib ac l fi.* & fac. *in auth. de non alie. §. fi. & ſupr. de epiſc. & cler l. nullo. in fi. & ſupr. de loc. & conduct. l. fi.*
y ¶ *Militaribus.* licèt nō ſint proximè applicati.

c Mediocris loci homo, pro paupere.
d Honeſti loci homo, pro diuite fac. *l. 3. ff de teſtibus.*

a ¶ A

autem habebitur, quiſquis belli tempore abierit à ſignis [a]. Horum qui ſponte proceſſerit [b], peccati anterioris ſupplicium non timebit. Sin verò flagitioſa ignauia deliteſcat: per eum, in cuius domo fuerit, inuigilantibus extrinſecùs quoque officiis publicis, vbicunque correptus, ſeueritati iudicis offeratur, degeneris mortis gladium ſubiturus. Sin autem rector prouinciæ propoſitam ſeueritatem vel gratia, vel diſſimulatione diſtulerit, patrimonij, atque exiſtimationis damno ſubiiciatur: & in officij primores [c] capitaliter vindicetur.

Deſertor inuentus reſiſtens, vt rebellis opprimitur. Item diligens debet eſſe index, ne ſub prætextu alicuius licentiæ deſertor poſſit euadere. Bart.

II. *Imppp.* Arcad Theod. & Honor. AAA. *Adriano* P.P.

SI deſertores inuenti, reſiſtendum [a], atque armis oppugnandum putauerint: tanquam rebelles in ipſis temeritatis ſuæ conatibus opprimantur [d]: ita tamen, vt prouinciarum iudices ſolicita cautione diſquirant, ne ſub falſarum tractoriarum [e] nomine, deſertionis ſuæ crimen defendere moliantur: nec ſuppoſitis, & commentitiis epiſtolis euadendi habeant facultatem.

III. *Iidem AAA. Longino* P.P.

QVi relictis militaribus caſtris, ſe ad deprædationem, vel latrocinium contulerint, ſeueritatem iudicis non euadant.

DE VETERANIS.

TITVLVS XLVII.

Veterani gaudent priuilegiis hic inſertis. Bart.

I. *Imp.* Constantinvs. A.

CVm † introiſſent principia [f], & ſalutatus [g] eſſet à præfectis, & tribunis, & viris eminentiſſimis, acclamatum eſt: *Auguſte Cōſtantine, Deus te nobis ſeruet, veſtra ſalus noſtra ſalus, verè dicimus, iurati dicimus.* Adunati veterani exclamauerunt: *Conſtantine Auguſte, quò nos veteranos factos, ſi nullam indulgentiam habemus?* Conſtantinus Auguſtus dixit: *Magis, magiſque conueteranis meis beatitudinem augere debeo, quàm minuere.* Victorinus veteranus dixit: *Muneribus, & oneribus vniuerſis locis conuenire non ſinamus.* Conſtantinus Auguſtus dixit: *Apertiùs indica, quæ ſunt* [h] *maxima munera, quæ vos cōtumaciter grauāt.* Vniuerſi veterani dixerunt: *Ipſe perſpicis.* Conſtantinus Auguſtus dixit: *Iam nunc magnificentia* [i] *mea omnibus veteranis id eſſe conceſſum perſpicuum ſit, ne quis eorū in vllo munere ciuili* [k], *nec in operib. publicis conueniatur, nec vlla collatione* [l], *nec à magiſtratibus, nec vectigalibus in quibuſcunque nundinis* [ß] *interfuerint, vllam ob venditionem* [m] *proponendam dare debebunt. Publicani quoque* (vt adſolent agentibus ſupplere) *ab eiſdem veteranis amoueantur:* [a] *Hi quiete poſt labores ſuos perenniter perfruantur. Fiſco quoque noſtro eadem epiſtola interdicimus, vt nullum omnino ex his inquietet: ſed liceat eis emere, & vendere, optimis negotiis pecuniam tractare, & mercimonia agitare, nec ſolum integra beneficia eorum ſub ſeculi noſtri otio & pace perfruantur: ſed etiam nullo munere ciuili, id eſt, corporali ſeu perſonali, vel deportatorio* [n] *onere eos affici concedimus.* Dat. Kal. Mar. ciuitate Belouocorum, Conſtant. A. VI. & conſtantio Cæſ. Coss.

Veteranus factus protector nullis iniuriis eſt pulſandus: contrà faciens eſt ſecundum qualitatem facti puniendus per rectorem prouinciæ. Bart.

II. Idem A. *Maximo.*

PRouidendum eſt, ne veterani, qui protectoria dignitate cumulati [o], aut honores varios pro meritis ſuis conſecuti ſunt, incongruis pulſentur iniuriis: quòd ſi quis in hoc crimine fuerit deprehenſus, rectores prouinciarum pro iuriſdictione ſua examinantes factum, pro ſui qualitate eos exerceat.

Veteranus, qui ſe latrocinio dedit, priuilegiis nudatus competentibus pœnis à rectore prouinciæ punitur. Bart.

III. Idem A. *Euagrio* P.V.

VEterani, qui ex negligentia vitæ nec rus colunt [p], nec aliquid honeſtum peragunt: ſed latrociniis ſeſe dederunt, omnibus veteranorum priuilegiis exuti [q], pœnis competentibus à prouinciarum rectoribus ſubiiciantur.

Veteranus effectus: inuitus, vel volens non militat ex ſentētia contra eum lata, tali ordine non ſeruato, non valet, niſi dum ipſe militabat, quæſtio in cognitionem eſſet deducta, quia tunc ibi finitur, licèt veteranus ſit effectus, niſi ſpeciali priuilegio ſit indultum ſibi contrarium. Bart.

IV. *Impp.* Honorivs, & Theodosivs AA.

NVllus eorum, qui ſacramentis inhærere deſierit vel volens permittatur, vel inuitus militare cogatur, ſeu ſtare iudicum ſententiis: quæ non his obſeruatis latæ fuerint, nullam firmitatem habentibus: niſi fortè reperiatur ibi tempore militiæ cœpta [r] cognitio. tunc enim velut nedum cingulo depoſito ſub militari iudice rem tractari, finiriq́ue præcipimus: niſi principali beneficio ſpecialiter indulto quidam ex his ſeſe defendant.

DE FILIIS OFFICIALIVM MILITArium, qui in bello moriuntur. [s]

TITVLVS XLVIII.

I. *Imp.*

---

a ¶ *A ſignis.* alibi largius, *vt ff. de re milita. l. ſy § manſor.*

b ¶ *Proceſſerit* id eſt, qui ſe prodiderit, antequā ab alio manifeſtetur. ſic *ſuprà, de pœ. iud. qui ma. iu. in authen. nouo iure.*

c ¶ *In officy primores.* i. in officiales præſidis. ¶ Et not. contra [a] præſidem, & officiales, qui pœnas legibus impoſitas vel gratia, vel diſſimulatione differunt, ſecundùm Al.

a Pœnæ legū differri à iudicibus non debent.

a SI deſertores.] *Reſiſtendum.* aliàs, *obſiſtendum* Legend. *obtinēdum*: obtinet ius dominij, qui id ſibi defendit per retentionem poſſeſſionis. Cviac.

d ¶ *Opprimantur.* vt ℥. *quando li. vnicui ſit iu. ſe vin l. j. § j.*

e ¶ *Tractoriarū* id eſt [b], abſentiarum, vel licentiationum. ad quod *infrà, de tract. l. j.*

b Tractoriæ erant diplomata, quæ dabantur miſſis, vel euocatis à principe curſu publico vtenꝺibus, adſcriptis etiam manſionibus, quibus alantur ſumptu publico.

DE VETERANIS.

f CVm introiſſēt principia. ſcilicet numerorum

g ¶ *Salutatus* ¶ Not. quod non [c] licet cuilibet ſalutare principem: *vt ſupr. de ſilen l. j.* & facit *ſup de ſenten. paſ l. j.*

c Salutare principem cuique non licet.

h *Indica, quæ ſunt.* ¶ Not benignā reſpōſionē. ſic ℥. *de tranſact. l. vt reſponſum.*

i ¶ *Magnificētia.* ablatiui caſus.

k ¶ *Ciuili.* ſcilicet perſonali: *vt infrà, in ſi.* ſed patrimoniale ordinarium ſubeunt: ſic *ff de prune. vete l. ry & try.*

l ¶ *Collatione.* extraordinaria iu ordinariis enim ſecus: vt dixi.

ß ¶ *In quibuſcūque nundinis* Idem omnib. concedit *l. t ſuprà, de nundinis.* Cviac.

m ¶ *Ob venditionem.* hoc eſt, vt aliquid detur pro loco: vbi tenēt pergulam. ad quod *eſt ſuprà de nundi. l. j.*

n ¶ *Deportatorio.* deportatoriū [d] dicitur onus, quod redemptor pontis à tranſeuntibus pro onere vehendo exigebat: vt innuitur. *ff loca. l. cum plures. §. vehiculum. & ff de ver. ſig. l. in lege.* Accvrs.

d Cuiacius legit, *deportorio onere*, vt deportorium onus ſit idem, quod onus portorij. ¶ *In nonnullis Codic. ſic incipit* hæc Imperator Conſtantinus, cum introiſſet principia, & ſalutatus eſſet à præfectis, & tribunis, & à viris eminentiſſimis acclamatum eſſet, Auguſte, &c. recte

o PRouidendum] *Cumulati.* quia facti ſunt protectores. ad quod *ſuprà de dome. & prote l. j.*

p VEterani] *Nec rus colunt.* Nota milites veteranos [e] rus colere. Sed contrà *ſuprà, de man. & col. pad. fin.* Sed ibi non colunt: vt ſint adſcriptitij.

e An, & quéadmodum veteranis rus colere liceat.

q ¶ *Exutis* vt *ſuprà, de dig l. iudices.* & facit *ſuprà de circen. l. ſy. & de epiſco. & cler l generaliter.* magis enim pœna ſunt digni, &c. vt *ſuprà, de epiſc. & cle l. presbyters.* Accvrs.

r NVllus. *Cœpta* vt *ff. de iudi. ut. omn. iud l cum quædam & de iudi l ſi quis poſtea, & l. ibi & ſuprà, vbi decu. eon l. fin.*

s DE FILIIS officialium militatiū, qui in bello moriuntur.

Quæ officia multa ſunt: vt ex ſuperioribus titul. patet.

a H[I qui.] Officiorũ. militãtiũ: vt ex rubri patet.

C.T.7.22.3.

b ¶ *Sunt*, cùm filij vocentur. quaſi dicat non in aliam militiam. ad quod concor. *ſuprà de tab.l.fi.& infrà, l. proxi.* non [a] enim debent diuidi familiæ: *vt ſuprà, com.vtri. iud.l. poſſeſſionũ.* Sed vbi eſt emolumentum, præfertur filius [b] omnibus aliis: *vt ſuprà, de proxi ſac.ſcri.l. vnicuique.§.j.*

a Familiarum vnio conſeruanda.

b Militiam filij, vbi de emolumento militari capiendo agitur, alius præferuntur.

c F*ilios ſuprà, l. prox. cum ſuis concor.*

DE OBLATIONE votorum.

d [V]*Ndeuotis.* id eſt, voluntati annus aperitur Accvr.

e ¶ *In vna libra auri.* donumerat in libra auri per obolos puri auri, quod vocatur obrizatum: *vt ſuprà, de vete. nu po l.j.& fi.* ¶ Et nota quod qui [e] donat, de melioribus rebus debet dare.

† id eſt, ſtrenarum, quas Senatus principi offert per P.V. *al.* de obſeruatione votorum. *al.* de obligatione.

C.T.7.24.

e Donator id quod donat, interdum ſeligere debet.

DE NVMERARIIS, actuarius, & chartularius, &c.

f [V]*Orax* ſic *ſupr. ne liceat po.l.ij.*

g ¶ *Sancimus* in quadã lege, quam non habemus. & facit *ſuprà, de decurio l.quiſlibet.*

h Q*Vi numerarij.*] *Vocabuntur.* ¶ Nominatur nomen [d], ſic *in Authen.vt iudi.ſine quoque ſuf.§ illud.*

d Nominis mutatio eſt permiſſa.

i ¶ *Teſtificatione.* ſic ſ. *de ap.l. præcipimus.§. his autem omnibus.*

* excelſæ prætorianæ.

k ¶ *Perſoluta.* prædictorum deſidia. quaſi [e] litem ſuam quodãmodo faciant: vt iudex: *vt Inſtit. de obliga. quæ ex qua. delict. in princ.*

e Litem ſuam facit iudex, male iudicando.

l ¶ *Trienny.* Not. officium tabularij triennio durare [f].

C.T.8.14.

f Tabularij officium triennale.

m N*Vmerarios amplißimæ tuæ ſedis.* præfecto prætorio loquitur.

n I*N prouinciis.*] *Tabularij.* ſcilicet vocantur: *vt ſ. eo.l ij.*

o ¶ *Collocentur.* vt *ſupr. de ſuſcept.l duos.*

p ¶ *Quo ad.* aliàs, *quo*, pro *vt*: aliàs, *quo*, pro *quia.*

q ¶ *Fiſcali.* fiſcalis [g] antè arca dicitur, quia à principio conſuetudo fuit populi Romani, vt pecuniam, quam ex tributis percipiebant, in marſupiũ ab initio reponerent: ſed ſi marſupium non ſufficeret, ad fiſcum, id eſt [h], ad ſaccum deuenirent. Hoc idẽ & in principe fuit, vt primò in burſa: deinde ad fiſcum deueniret. id eſt, ad ſaccum: & ſic quandoque ratio fiſcalis dicitur ratio Imperatoris: poſtea cùm nec fiſcus ſufficeret, ad domũ deuentum eſt, quæ vocatur ærarium, eò quòd æs ibi reponebatur. Æris [a] verò appellatione fortè tunc tẽporis omnis pecunia continebatur: & ſic populus Romanus auctus eſt.

g Fiſcarij arca vnde.

h *Dixi in inferi* [illegible] *ſupra de ſacro ſcri.*

C.T.8.1.11.

a Æris appellatione omnis pecunia continetur.

r ¶ *Largitionales.* id eſt, qui ipſi principi largiũtur, ſeu dantur: *vt ſ. de cano lar.tit l.j.& l ij.*

ſ ¶ *Tranſlatũ.* ſic *ſuprà, de compend.l.j.& de exact. l.ij.* Et not. inferiorẽ [b] debere accuſare ſuperiorem. Accvrs.

b Accuſare ſuperiorem, etiã inferior poteſt.

t E*Xceptores.* i. ſcriptores. *H. vt ff.loca.l.ſed addes §.fin.*

u ¶ *Prohibemus.* ſi quis ex ſcriptore fit decurio, remanet ſcriptor: idem in notario: *vt ſ. de fal.l.ſi quis det.* ſed non de nouo: *vt ſ. de decur. l.vniuerſos.*

x ¶ *Munera.* quæ decurionibus imminent.

y ¶ *Curiam* id eſt, officiũ decurionũ, & facit *ſ. de adſeſ.l vlt. & C de adua diuer. iudi l ij.*

z N*E diutius*] *Actuarij.* qui recipiunt pecunias publicas: *vt ſ. de er. mi. an l. actuarij.* numerarij enim ſcientes de abaco, docerent facere Trebellianũ: vnde non debent eis ſociari: *vt infr. eo l. nulli & infrà, de diuer. offic. l.in hu.* & facit *ſup. de paganis l.j*

C.T.8.1.11.

a ¶ *Auctoritas tua.* loquitur

I. *Impp.* Constantinvs A. *Euagrio.*

HI, qui ex officialibus quorumcunque officiorum [a] geniti ſunt, ſiue eorundem parentes adhuc ſacramento tenentur, ſiue iam dimiſſi ſunt [b], in parentum militiam vocentur.

II. *Imppp.* Gratianvs, Valen. & Theod. AAA.

FIlios [c] primipilariorum paternam ſequi conditionem oportet.

* *Deeſt conſtitutio Græca, ex prætermiſſis inſerenda.*

DE OBLATIONE votorum †.

TITVLVS XLIX.

I. *Impp* Arcad. & Honor. AA. *Baſilio* P.V.

QVando votis [d] communibus fœlix annus aperitur, in vna libra auri [e] & ſolidis obrizatis principibus offerendi deuotionem animo libenti ſuſcipimus: ſtatuentes, vt deinceps ſequẽtibus annis vniuſcuiuſque ſedulitas principibus ſuis talia inferat ſemper, & deferat. D. III. Non. Mart. Medio. Olybrio, & Probino Coss.

DE NVMERARIIS ACTVAriis, & chartulariis, & adiutoribus, ſcriniariis, & exceptoribus ſedis excelſæ *, cæterorúmque iudicum tam militarium, quàm ciuilium.

TITVLVS L.

Numerarij ſeruientes rectoribus in diuerſis obſequiis, tormentis, & lacerationibus puniuntur. Bart.

I. *Imp.* Constantinvs A. *ad Veronicianum Vic. Aſiæ.*

VOrax [f], & fraudulentum numerariorum propoſitum, qui diuerſis obſequiis rectoribus obſequuntur, ita inhibendum eſt, vt antea ſanciuimus, & nũc itidem ſancimus [g], conditioni eos ſubdi tormentorum, & eculeis, atque lacerationibus ſubiacere.

Numerarij conſularium qui hodie tabularij appellantur, tormẽtis ſubiiciuntur, niſi iudicibus, vel aliis ad prouinciam per principem deſtinatis nomen debitorum ſub actorum teſtificatione mõſtrauerint, vt eis indicantibus omnes fiſci debitores ad ſolutionem compellantur: tempúſque tabulariorũ triennio concluditur. Bart.

II. *Imp.* Valentin. & Valens AA. *Clearcho.*

QVi numerarij appellari conſueuerant conſulariũ, atque præſidum, dumtaxat tabularij poſt hanc noſtram ſanctionem vocabuntur [h]: ſcientes ſe tormentis eſſe ſubiectos, niſi iudicibus, vel his, qui prouecti noſtro iudicio ad prouincias venerint, vel exactoribus debitorum, aut reliquorum nomen, & modum frequenter ingeſſerint actorum teſtificatione [i]: quos ſcire oportet, cum his, qui debitores ſunt, ſeſe ad ſolutionem eſſe retinendos, niſi omnia debita ipſi fuerint indicantibus perſoluta [k], triennij [l] tamen ſpatio tabulariorum decet tempus omne concludi.

Tabularius præfecti prætorio cingulum, & ordinem militiæ retinet. Bart.

III. Iidem AA. *Ruſino* P.P.

NVmerarios ampliſſimæ tuæ ſedis [m] cingulum habere, & militiæ ordinem tenere iubemus.

In omni prouincia duo numerarij, & tabularij collocantur: vnus ad ratiocinii arca fiſcalis, alius ſuper titulis largitionalibus, nulluſque alterius officio ſe immiſceat.

IIII. *Imppp.* Grat. Valentin. & Theodos *omnibus rectoribus prouinciarum.*

IN prouinciis ſingulis duo numerarij, qui & tabularij [n], collocentur [o]: quo ad [p] vnum fiſcalis [q] arcæ ratiocinium: ad alterum largitionales [r] pertinere tituli iubeantur: hoc ſciturі, quòd ſi ex alterius quicquam actibus ad alteram partem illicita fuerit vſurpatione tranſlatum [ſ]: is, qui culpam iudicis diſſimulatione texerit, grauiſſimo ſit ſupplicio ſubiugandus.

Licèt ſcriptor alicui iudici obſequens efficiatur decurio, non deſinit eſſe ſcriptor: & agnoſcere debet munera ciuitatis, & peracto officio ad propriam curiam redit. Bart.

V. Iidem AAA. *Principio* P.P.

EXceptores [t] omnes iudicibus prouincialib. obſequentes, qui nec cohortalem militiam ſuſtinere videntur, neque à fiſco vllas conſequuntur annonas, abſque metu dare cœptis operam, etiam ſi decuriones ſint, minimè prohibemus [u]: dummodo munera [x] propriæ ciuitatis agnoſcant, & peracto ſecundùm morem exceptionis officio, ad propriam ſibi curiam [y] redeundum eſſe non neſciant.

Numerarij à communione actuariorum abſtinere debent. Bartol.

VI. *Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Seuero* P.V.

NE diutius ad cunctorum perniciem actuarij [z] numerariorum conſortii adiuuentur, illuſtris auctoritas tua [a] cunctos ex numerariis actuariorum ſocietate præcipiat abſtinere, atque ab eorum communio

munione diſcedere: quòd ſi hoc moniti [a] cuſtodire neglexerint, hiſdem pœnis ſe quibus actuarios, non ambigant ſubiacere [b].

Actuarij ſecundum conſuetudinem antiquam ſunt ordinandi: & ſi aliter factum fuerit, factum ab eis non valet: & ipſe faciens punitur. BART.

VII. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Hierio* P. V.

ACtuarios [c] tam claſſium vrbis Conſtantinopolitanæ, quàm Thymelæ [d], equorúmque curulium ciuitatum diuerſarum [e], non aliter, niſi [f] vt conſueuerat, manus ſanxerit principalis, ſublimitas tua [g] præcipiat ordinari. quòd ſi quis talis ſub tua fuerit iudicatione conuictus: profectò irritis his, quæ vetita cótrectauerit [h], etiam congruam indignationem incurrat.

Scriniarij, vel numerarij non poſſunt à præfecto prætorio pecuniam ſumere mutuò: vel aliquid pro expenſis publicis alicui promittere. BART.

VIII. IIDEM AA. *Protogeni* P.P.

SCriniarios [n], vel numerarios officij magnitudinis [i] tuæ iubemus nullatenus in poſterum mutuam pecuniam ſumere [k], aut polliceri cuiquam pro publicis expenſis cogi [l], quos nullá poſt depoſitam militiam inquietudinem ſuſtinere volumus [m].

Nullus in numero militum numeratus actuarius fieri poteſt, nec actuarius officio depoſito ad aliquā militiam adſpirare poteſt. BART.

IX. *Impp* LEO *Iun.* & ZENO AA.

NEmini [n] licere deinceps iubemus in quacunque militia connumerato, ſolicitudinē actuarij ſubire: vel poſt depoſitam eandem curam ad militiam adſpirare: quatenus inter priuatos agens, omnique militari priuilegio denudatus, nihil nundinationis, vel fraudis circa commendanda ratiocinia, quibus obnoxius eſt, attentare valeat.

Scriniarij adiutores non debent ſociari numerarijs, & chartularijs, niſi ſecundùm modum hîc declaratum. Item numerarijs in prouincijs hîc deſcriptis adiunguntur ſcriniarij adiutores ordine hîc declarato. Item adiutoribus & tractatoribus incumbit neceſſitas ſcribendi præcepta, & commonitiones, & euectiones quæ fiunt prouincialibus, & ſcriptura ſine forma prædicta facta præſumuntur falſæ, & contra facientes pœnis hîc declaratis puniuntur.

X. *Imp.* ZENO A. [*] P.P.

NVlli ſcriniario liceat pro tempore numerarios plus quam quaternis vicibus, nec his tamen continuandis, adiuuare [o]. Idémque hoc ſuper chartularijs [p] in præbenda pro tempore numerarijs opera obſeruari decernimus, ita vt adiutorum [q] quidem biennij: chartulariorum verò vnius anni interuallo continuatio interrumpatur: nulla [r] adiutoribus ad chartulariorum ſolicitudinem, quam ſemel dedignati ſunt, deſcendendi danda licentia: ita vt Orientalis quidem tractus pro tempore numerarijs non niſi ab his ſcriniarijs, qui inter triginta viros à numerario retrò numerandos: Aſianæ verò diœceſeos numerarijs non niſi ab his, qui intra quinquaginta à numerario ſimiliter retrò numerandos inueniuntur: Ponticæ verò, & Thraciæ diœceſeos paſſim, & pro ſuo libito ex omni multitudine eligendorū adiutorum tribuatur facultas. Omnia ſanè commonitoria, vel præceptiones, aut euectiones, ſeu qualibet publica inſtrumenta non ſolùm adiutoribus: verumetiam prouinciæ illius, de qua diſponitur, tractatori inſpiciendi, itidémque ſubſcribendi, aliorum quoque qui vnà cum eo tractant, in eadem ſubſcriptione mentione habenda, neceſſitatem incumbere. Si quid autem ſine hac obſeruatione ex Orientali, vel Aſiano, vel Thraciano ſcrinio fuerit emiſſum, falſi ſuſpicione non careat: exceptis publicis inſtrumentis, quæ à ſcrinio Ponticæ diœceſeos emittūtur, quòd in iiſdem inſtrumentis ſolùm numerarium eiuſdem diœceſeos, eiúſque adiutorem, & chartulariū ſubſcribere magnitudo tua diſpoſuit: ita vt ſi quid huius legis fuerit violatum, numerarij quidem tam gradus ſui, quàm ſolemnitatum, ſeu ſolatiorum vniuerſi vnius anni iacturam: adiutores verò quinquaginta librarum auri, & chartularij quindecim itidem librarum auri pœnam ſubeant.

Officium actuarij, quod olim durabat biennio, hodie concluditur anno. BART.

XI. *Idem A. Catoni mag. milit.*

OFficio tuæ magnitudinis [s] datis precibus [t] poſtulante, vt numerariorum actus non in biennium: ſed in vnum annum ſtatuatur [u]: noſtra pietas huiuſmodi petitionibus annuens [x], diſpoſitionem quæ ſuper biennio promulgata [y] fuerat, ſuper vno tantummodo anno reuocauit [z].

Officiales præfecti prætorio Illyricano, ſi dignitatem comitiuam adipiſcuntur, profertur ſententia interlocutoria, ſeu decretum electionis. Et illud eis dari debet, quod ante hanc legem dabatur, cum officio prædicto depoſito eligebantur prætoriani tribuni. BART.

XII. *Imp.* ANASTASIVS A. [*] P.P.

PEr hanc diuinam pragmaticam ſanctionem decernimus, quòd antea tribunis prætorianis, dum dignitas eis, qui in ſcrinijs, ſeu gradibus officij tuæ celſitudinis [a] deponunt militiam, præbebatur, & cuſtoditum fuiſſe dignoſcitur, hoc ſuper honore quoque comitiuæ dignitatis eis impertiri: vt ſententia pro

---

quitur præfe. vrbi. ACCVRSIVS.

a ¶ *Moniti,* numerarij.

b ¶ *Subiacere.* fortè extra ordinem: *vt d. l. in hu.*

c ACtuarios. expone *vt ſupr. l prox.*

d ¶ *Thymelæ.* id eſt, ſcenæ: vbi hiſtriones ludunt.

e ¶ *Diuerſarum.* ſc. actuarios.

f ¶ *Niſi.* accipe manus, &c. ACCVRS.

g ¶ *Sublimitas tua.* loquitur præfecto præt.

h ¶ *Contrectauerit.* No.[a] non valere quæ fiunt à non iure electo. Ar. cótrà *ff. de off. præto. l Barbarius.*

[a] *Vtrùm valeant ea, quæ fiunt à non legitimè electo.*

n SCriniarios. Hac lege ſcriniarijs non interdicitur vſus creditæ pecuniæ. Nam ſcil. præſidibus mutuam pecuniam ſumere licebit, & præfectis prætorio, multóque magis ſcriniarijs, & numerarijs eius. Vide ſcripta *ad l 3. ſuprà, ſi cert petat.* CVIACIVS.

i ¶ *Tua magnitudinis.* loquitur præfecto prǽt.

k ¶ *Sumere* ſic *ſuprà, ſi cert. pet. l. eos. & ff ſi cert. pet l. præſidis.*

l ¶ *Cogi.* ſcilicet ſcriniarios. ACCVRS.

m ¶ *Volumus.* ſic *ſuprà de admini. tuto. l. cum quadam.*

n NEmini. ſic *ſuprà de epiſcop & cle l. officiales. & argum. ſuprà de agen. in reb. l ſi § ſi decurſores.*

o NVlli.] *Adiuuare* propter timorem rationis corrumpendæ, & corruptibiliter notandæ.

p ¶ *Chartularijs.* chartularij [b] ſunt, ſcriptores qui non ſunt ſcriniarij, id eſt, notarij: vel, id eſt, qui non præſunt ſcrinius.

[b] Chartularij qui.

q ¶ *Adiutorum.* id eſt, ſcriniariorum.

r ¶ *Nulla.* Not. aſcendendum [c] ad dignitates per gradus, non deſcendendum: *vt* [d] *ſuprà, quemadmo. ci. mu. indo. maioribus. & ff. de mu. & ho. l. vt gradatim.*

[c] Gradibus aſcendendū ad dignitates.
[d] Facit l. *ad ſtudioſorum. 7. infra, de diuerſis officijs.*

s OFficio tuæ magnitudinis. loquitur magiſtro militum officiorum.

t ¶ *Precibus.* ſcilicet porrectis.

u ¶ *Statuatur.* id eſt, ſtatueremus, quod & fecimus tunc.

x ¶ *Annuens.* ſcilicet tunc.

y ¶ *Promulgata.* ad poſtulationem tui officij.

z ¶ *Reuocauit.* ſcilicet tunc vel poſtea. & ſic nunc reuocamus quod tunc cóceſſimus ad petitionē officij tui. ¶ Sed quanto tempore durabunt? Reſpon. triennio fortè: *vt ſup. eo l. ij. in fin.* Vel aliter expone legem: quia ſtatuerat vt per biennium duraret nunc remouet quod eſt vltra annum ad petitionem tui officij. ad quod *ſuprà, de proxi ſac. ſcr l pro biennio.*

a PEr hanc.] *Tuæ celſitudinis.* loquitur præfecto prætorio Illyrici. Nam eius officiales deponebāt officium, & fiebant tribuni prætoriani aſcendēdo ad maiorem dignitatem: *vt ſup l nulli* & tunc proferebatur quædam interlocutoria, ſeu decretum electionis, & aliquid ei dabatur. hic ergo ſtatuit idem ſeruari in illis qui eliguntur ad comitiuam de dictis officialibus.

a DE

a DE CVRSV publico, & angariis, & parangariis.

Quandoque ponitur curſus pro officio currendi. quandoque pro loco per quē curritur, ſecundum H. vt infra, l. 2. § Erant enim quidā officiales qui præerant officio, vt facerēt conduci militibus annonā, & arma in plauſtris, quæ ducebantur cū equis, vel in ipſis equis. infra eod. l. curſum. & ſupra, de fabricenſ. l. ij. §. quotiens.

b E*Quos.*] *Decernimus. ſic ff. ad Sil-*

pro fine eorum militiæ proferenda, dignitatis etiam mentionem contineat. Hoc quoque tantummodo, & ſine ſpeciali codicillorum, vel diuinorum apicum ſanctione ad eandem dignitatem adipiſcendam, & priuilegia eam ſequentia ſufficiat: ita tamen vt primi ordinis comitiuam per interlocutioné eiuſdem poteſtatis mereātur hi, id eſt, cornicularius, & chartularius, & primiſcrinius, & numerarius ſcrinij Macedoniæ, & ſcrinij Daciæ, & ſcrinij operum, & ſcrinij auri. Hoc eodem in his etiam, qui poſt nouellam diſpoſitionem diuæ memoriæ Zenonis, quæ de eiſdem pœnis loquitur, & de eiſdem perſonis, depoſuerunt militiam, obtinente.

† De curſu publico multa Alciat. hic non aſpernāda, itidem & Budæus in anno. poſter. ad Pandectas.

DE CVRSV † PVBLICO a, ET angariis, & parangariis.

TITVLVS LI.

Exponamus ante omnia quid diſtent angaria à parangariis, veredi à parauere dis. Id Græci libro quinquageſimo ſexto Baſilικῶν expediunt, his verbis: [illegible] *, ad legem 21. infrà hoc titulo.* *Atque fuit euulgatum ab iis, qui dictionum Græcarum ſenſa collegerunt: in tamen adiectis,* [illegible] *quæ ad angaria, vel parangaria definitionem nihil pertinent: ſed vid. l. 22. Eſt igitur angaria, quæ curſus publicus diſpoſitus eſt: parangaria alio auerſum. Vtrumque onus à prouincialibus exigitur in trāſuectione armorum.* l. vltima, ſupra, de fabricēſ. *vel ſpecierum* l. prima, ſupra, de quibus mun. *commeatu* l. maxima rum, ſupra, de exc. mun. *vel qualibet alia neceſſitate publica: exiguntur nempe plauſtra, iumenta, naues, opera extra ordinem. Veredi ſunt publici equi curſales, qui à Græcis* [illegible] ad leg. 8. huius titul. *Procopius* 11. de bello Perſico, [illegible] *: & Iulianus* Nouella 115. *qui* [illegible] *interpretatur veredorum curſum. Inde qui iuſſu principum huc, atque illuc curſu publico mittuntur, veredarij ab Hieronymo,* in hiſtoria Eſther, quos Ioſephus 11. [illegible] *angaros, & ad Euſtochium,* clericus vagus veredarius vrbis. *Procopius* de bello Vandalico, [illegible]. *Prima origo nominis veredorum, quòd veh antur ſine ducant rhedas, auctore Feſto, quæ & ipſa curſuales dicuntur* l. 9. Cod. Theod. de legatis & dec. lec. *Qui ſcribunt rheda, veredos ſcribunt. Qui rheda, veriredos: vt in Pandectis Florent.* l. vltima ff. de muneribus & honor. *Sed cœpère etiam veredi appellari ſine rheda. Vehebantur etiam ad curſum publicum boues* l. 1. Cod. Theod. eodem titulo *& muli, atque aſini: quod ſuſtuliſſe Iulianum Socrates ſcribit* lib. 3. cap. 1. *Carolum Magnum iter feciſſe Carpento iuncto bobus, & bubulco ruſtico more agente, Eginhartus ſcribit. Parauerede videntur eſſe maiores equi agminales, quos poſteriores, paraſredos vocarunt, vt in lege Baiuuariorum.* Paraſredos donent, aut ipſi vadant: vbi eis iniunctum fuerit. *Eſtque ea hodie equorum appellatio Gallorum, Italorum, Hiſpanorúmque communis. Francorum Regi ab omnibus ſuis parauerredos ſolui ſolitos Caroli Magni leges, à Benedicto Leuita lectæ multis locis oſtendunt.* CVIACIVS.

I. *Imp.* CONSTANTINVS A. *Titiano.*

EQuos, qui publico curſui deputati ſunt, non lignis, vel fuſtibus: ſed flagellis tantummodo agitari decernimus b: pœna non defutura contra eum qui aliter fecerit.

Præſides, & rationales, quibus per rempublicam annonæ ſubminiſtrantur pro pecoribus gubernandis, vſurpare non poſſunt bubulcos. Item nullus cum annona aliam viam debet tenere: niſi per curſum publicum, quo proficiſcendi licentia eſt conceſſa. BART.

II. *Idem A. Cyndino P. P.*

PRæſidibus & rationalibus, cæteriſque, quibus propterea reſpublica & annonas, & alimenta pecoribus c ſubminiſtrat, vſurpandi parauerdi d licentia derogetur e. Sed nec per aliam viam eundi quiſquam habeat facultatem, niſi per quam curſus publicus ſtare dignoſcitur f: excepta videlicet tua g ſublimiſſima ſede, cui curſus publicus, & proficiſcendi per eum licentia, & vbi ratio exegerit, præſtò eſt h.

Nullus iudex, vel cuſtos publici curſus pati debet per publicum curſum aliquem ire, niſi vadens primò ſeriem ſuæ euectionis oſtendat: & volens reſiſtere, aut vltra tempus vehere, ſi repertus fuerit, retinebitur. BARTOL.

III. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *Tauro P. P.*

EVectiones ab omnibus i poſtulentur, tam iudices, quàm cuſtodes k publici curſus minimè tranſire patiantur, antequam ſeriem euectionis aſpexerint. Quòd ſi quis putauerit reſiſtendum, & ſine euectione iter facere detegitur, vel vltra tempus, quod euectioni inſertum l eſt, publico curſu vti conatus ſit: vbi repertus m fuerit, ibidem iubemus retineri: & ſi quidem dignitate præditus ſit, de eius nomine ad prouidentiam tuam n, & ad illuſtrem virum comitem, & magiſtrum officiorum referri: aduersùs verò cæteros protinus o indignatio competens exercenda eſt, quos ſynceritas tua pro loco, gradúque militiæ p ibidem coërceri poſſe crediderit.

Parhippus appellatur, qui licentiam habens de duobus vehendis, tertium vehit: aut euectionem extra ordinem facit. Si autem ſecundùm licentiam ſibi datam quis euehit, non debet delictum reputari, ſine euectionem faciat euectioni præpoſitus ſine multo. BARTOLVS.

IV. *Imp.* IVLIANVS A.

PArhippum † eum videri, & habendum eſſe, qui vſurpato vno, vel duobus veredis q, quos ſolos euectio continebit, alterum, tertiúmve r extra ordinem commoueat. Nihil autem intereſſe debet, nec ad crimen vocari, vtrùm agens in rebus ſuo itineri, an ſ mulionis ſubiugando modo euectionis datæ formæ licentiam non excedat.

† Vide Caſſiod. lib. 4. & 5. var. epiſt. 4.

v. Impp.

---

la l. j. §. impuberi.

c PRæſidibus.] *Pecoribus.* ſub pro

d ¶ *Vſurpandi parauerdi* i. *quadrigarij*: dicitur à para, quod eſt iuxta & veredo, b id eſt, equo ducente rhedam. à veho & rheda, ſecundùm A. & ſic c bubulci, vel aurigæ dicūtur parauerdi. ACCVR.

e ¶ *Derogetur.* id eſt, denegetur.

f ¶ *Dignoſcitur.* vt ⁊. eo. *l. ſi quis. & ff. de rer. diu. l. fin.*

g ¶ *Tua.* loquitur præfecto prætorio

h ¶ *Præſto eſt* id eſt, cōceſſa eſt, ... vt ⁊. *eod. l. iudicibus.* & loquitur præfecto prætorio. a. Vel eſt aduerbiū temporis. id eſt, præſentialiter conceſſa

i EVectiones ab omnibus. ſcilicet prouincialibus niſi ſpecialiter exceſſerint. vt ⁊. *eod. l. curſum.*

k ¶ *Cuſtodes* Vt ſunt agentes in rebus: vt ⁊. *de decurio l. y. & l. fin.*

l ¶ *Inſertum* ſic ff. *ex quibus cau. maio. l. ſi con. §. fin.*

m ¶ *Vbi repertus.* aliàs, *repetit.* ſic ff. *de officio præſi. l. iy.*

n ¶ *Prouidentiam tuam.* loquitur præfecto prætorio.

o ¶ *Protinus.* facit ⁊. *de deſerto l. y.*

p ¶ *Militia.* ſic ff. *de offic. præſi. l. iy.*

q PArhippum.] *Veredus* expone. vt ⁊. *l. y.* vel d ſecundùm P. veredus dicitur currus, à veho, & rheda: inde dicitur veredus, id eſt, vehens rhedam.

r ¶ *Tertiúmve.* aliàs, *tertiúmve*: aliàs, *tertium vel, &c.* & dicas, agens in rebus qui præeſt euectionibus. vt ⁊. *eod. l. euectiones.*

ſ ¶ *An.* aliàs, necne, aliàs, *an ne.*

a Parauerdi ſūt equi maiores agminales

b Veredi Feſto dicuntur, quod vehetēt rhedas.

c Falſum. nā, vt ante dixi, Parauerdi nō ſunt quadrigarij, neque bubulci, neque aurigæ: vt hic fingit Accurſius. ſed equi.

d Neutrū bene: vt ſupra dixi a.

a S*I quis per publicum curſum.* expone vt in rubr. & facit *ſuprà eo. l. ij. & iij. §. 1.* & eſt ratio vt tollatur copia ſe forandi.

a Pœna competens pro arbitraria.

b ¶ *Competens.* id [a] eſt, arbitraria. *ff. de pœn. l. ſanctio.*

c E*Vectionum copiā ſenatui.* quia parificatur [b] principi.

b Senatus principi parificatur.

d ¶ *Diſcedit.* ſic ſuprà, *de decur. l. ſi quis decur.*

e ¶ *Vetitum.* omnibus eſt vetitum, niſi certis: *vt j. eo. l. iudicibus.*

f I*N omnibus.*] *Quarta pars.* nam non omnes ſimul, ſed ſeparatim. & expone veredorum *vt j. l. parhippum.*

g ¶ *Publicis.* ſic *ſuprà, de oper. pub. l. turres.*

h ¶ *Solatio* i. ſtallatico. [c]

c Stallatico.

i V*T agendi.*] *Deni veredi.* id eſt, xx. *vt ff. de legat. j. l. ſi quis teſtamento*

k ¶ *Per ſingulos dies.* vt non ſeſe inuicem impediant.

l ¶ *Ex vtraque parte.* ſc. mittentium & remittentiū. ad quod *j. eo l. ſi.*

m ¶ *Dimittantur.* id eſt, mittantur & remittantur.

n I*Vdicibus.* id eſt, alij magiſtratus, quàm inferiores, non debent de publico habere euectiones: ſed accipiāt ad vecturam.

o ¶ *Reſeruandum.* & ſenatui: *vt ſuprà, eo. l. euectionem.*

p ¶ *Iudices* qui præſunt mittendis & agentes in rebus: *vt ſupr. eod. l. iij.*

q ¶ *Conſtitutos.* id eſt, deputatos in quarta veredorum. *vt ſuprà, l. in omnibus.* non autem alium pro alio: quia tūc eſſet parhippum. *vt ſup. eo. l. parhippum.*

r G*Rauiſſimæ.*] *Contractus.* id [d] eſt, rerum, quæ vehuntur. quod dic *vt ſupr. de nauic. l. pen. & quæ res ven.*

d Euectio, pro rebus, quæ euehuntur.

v. *Impp.* VALENTINIA. & VALENS AA.

SI quis per publicum curſum [a] iter faciens, cuiuſcumque dignitatis, vel militię, ab itinere recto diuerterit, pœna in eum competens [b] proferatur.

Senatus habet poteſtatem euectionis, cùm ad principē vadit: vetitis verò contra publicum curſum, pœna hic inſerta punitur. BART.

vi. IIDEM AA. & GRATIANVS A.

EVectionum copiam ſenatui [c] cum proficiſcendi ad nos neceſſitas fuerit, ſerenitas noſtra largita eſt: ita tamen, cùm aut à nobis euocatur, aut à clementiæ noſtræ veneratione diſcedit [d]. Si quis ergo poſthac contra vetitum [e] ſibi curſum publicū illicita temeritate præſumpſerit, motum in ſe noſtræ manſuetudinis excitabit.

Stabula prouincialium non debent fieri ſumptu publico: ſed expenſis prouincialiū pro quibus habebunt animaliū ſtercus. BART.

vii. IIDEM AA.

IN omnibus prouincijs veredorum quarta pars [f] reparetur, ſtabula autem, vt impenſis publicis [g] extruantur, contra rationē eſt: cum prouincialium ſumptu, in quorum locis ſtabula conſtituta ſunt, citiùs arbitremur apparanda, & vtilius ſit tā publico, quàm his, quos ſtercus animalium pro ſuo ſolatio [h] habere concedimus.

viii. *Imppp.* VALENTINIAN. GRATIAN. & VALENS AAA. *Floro Co. R. P.*

VT agendi itineris poſſit eſſe moderatio, deni veredi [i] per ſingulos dies [k] ex vtraque parte [l] dimittantur [m], pœna quinque librarum auri minimè defutura contra eos, qui ſtatuta noſtra neglexerint.

Facienda euectionis copia omnibus Iudicibus denegatur: excepto præfecto prætorio, & officiorum magiſtro, niſi ad tranſmittendas publicas functiones euectionem faciant. BART.

ix. *Imppp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *P. P.*

IVdicibus [n] faciendæ euectionis copiam denegamus: cùm id tantùm noſtro numini, & tuæ ſedi, necnon viro illuſtri magiſtro officiorum ſit reſeruandum [o]: cùm neque præfecto vrbis, nec magiſtris militum, nec ducibus, nec vicariis, nec cuiquam alij præter memoratas duas poteſtates à nobis hoc cōceſſum ſit. His enim tantùm ambulandi facultatem iudices [p] ex ſuo arbitrio præbituri ſunt, quos in trāſmiſſionem publicarum functionum perſecutores viderint conſtitutos [q]: ſcituri, ſi definitionem noſtram exceſſerint, ſe quidem vigintiquinque auri libris, officia verò quinquaginta eſſe mulctandos.

Super animalibus publicis ad euectionē curſus publici deputatis, nullis contractus locationis etiam ad vecturā emptionis tenet. BAR.

x. IIDEM AAA. *Philagio.*

GRauiſſimæ pœnæ acerbitate propoſita, euectionum contractus [r], animalium quoque publicorum merces [s], & ementis, & diſtrahentis coërcitione prohibemus.

xi. IIDEM AAA. *Cynegio.*

NVllus euectione vtatur priuatus [t], tametſi valuerit impetrare.

xii. *Imppp.* VALENTINIAN. THEODOSIVS, & ARCAD. AAA. *Cynegio.*

QVoniā veredorum [u] quoque cura pari ratione tractanda eſt: ſexaginta libras auri ſella cum frænis: ſexaginta itidem auerta [x] non tranſeat [y]: ea conditione, vt ſi quis præſcripta moderaminis imperatorij libramenta tranſcenderit, eius ſella in fruſta cædatur: auerta verò fiſci iuribus deputetur, exceptis auri centenariis [z] †, quæ neceſſarium eſt ab hippocomis in ſolitis ſacculis [a] reportari.

Non debent ruſtici, qui hippocomi appellantur, perducēdo equos per publicum curſum indigna ſpoliatione vexari. BART.

xiii. *Idem* AAA. *Floro.*

NOn patimur hippocomos [b] * per eos, qui veredis vtuntur, indigna ſpoliatione vexari: ſiquidem nonnulli veredarij [c] ſaga eorum [d] dicuntur auferre, vel præcidere: quocirca per omnes iudices, & curioſos miſerabilis remoueatur iniuria: ſcientibus cunctis, quòd ſi obſeruata non fuerit noſtra ſanctio, nō ſolùm damna reſarcire: verumetiam notam [e], & mulctam, qui neglexerit, ſubire cogetur.

Exhibitio curſus publici ſecundùm conſuetudinem locorum committitur, vt plauſtra faciant onerari. BART.

xiv. IIDEM AAA. *Potamio.*

PVblici [f] curſus exhibitio ſecundùm locorū conſuetudinem, vel curialibus, vel cohortalibus debet committi [g], vel his, qui ſuo periculo ab eminentiſſima præfectura ſub competenti cautela excipiunt [h].

Mittens equum in curſum publicum, non mittendum, quadruplum pretij dicti equi fiſco reſtituat. BART.

xv. *Impp.* ARCAD. & HONORIVS AA.

SI quis [i] vel pro vna mutatione [k] veredum ſuperducendum eſſe crediderit, in quadruplum ſuperductorum animalium pretium fiſci iuribus inferat.

Legati gentium principi non ſubditarū curſu publico poſſunt vti. BART.

xvi. IIDEM AA. *Remutheo duci.*

HIs tātùmmodo [l] vtendi curſus publici facultas cōceſſa

non poſſ l. iij.

s ¶ *Merces.* quia locant alicui ad vecturam animalia publico curſui deputata.

t N*Vllus.*] *Priuatus.* quinimò nec magiſtratus, niſi duo: *vt infrà, eo l. iudicibus.*

u Q*Voniam veredorum.* expone *vt ſupr. eo l. ij.*

x ¶ *Auerta.* id eſt [a], pectorale equorum.

a Auerta, quaſi auertia, hoc latiura, quæ per tergaequi iugalis excurrunt, ſiue ea eius ſuccincta. Græcis *ἐπισάγματα*.

y ¶ *Non tranſeat.* ſcilic. ſella, & auerta.

z ¶ *Auri centenariis.* aliàs, *aurigenariis*: aliàs, *auri centenariis.*

a ¶ *Sacculis.* ſine ſella aliqua fortè: & quòd dicit, *hippocomios*, expone *vt infr. l. prox.*

b N*On patimur hippocomos.* hippocomus, equiſo, ſeu equorum curator: à græco verbo hippocomeo, id eſt, equos curo.

c ¶ *Veredarij* i. ducentes equos: alibi pro ipſis equis: *vt not. ī eod. l. ij.*

d ¶ *Saga eorum.* hoc ſagū ſagi, veſtis tenuis, & abraſa, ſecundùm Hug.

e ¶ *Notam.* id eſt, infamiā: *vt ſupr. de dig. l. ij.* Vel ſecundùm P. id eſt, bullam ſingulis manibus eorum impreſſam: *vt ſuprà, de aquæduct. l. decernimus. & de fabr. l. ſtigmata.*

† Ornamenta erant veredorum auertis applicita.

f P*Vblici.* Not. conſuetudinem, [b] *infrà, eo l. curſum. & ff. de teſt. l. iij. § ſi*

b Conſuetudo ſeruādis in publici cur exhibitione.

g ¶ *Committi.* vt faciant oneri plauſtra.

h ¶ *Excipiunt.* id eſt, accipiunt.

i S*I quis.* ſcilicet officialis. ACCVRS.

* hippocomi dicuntur ſtabularij, ſeu equorum curatores.

k ¶ *Mutatione.* Mitti equos non mittendos, & releuat mittendos: ad quod *j. eo. l. parhippum.*

l H*Is tantummodo.* ſ. legatis, qui, &c. ¶ Et dic gentibus non ſubditis: ſed de ſubditis

zis ſecus: *vt infrà, eod l. curſum. ibi*, quoniam etiam legatorum, *&c.* & facit *ſuprà, eod. l. iudicibus.*

a NEmo.] *Mutationibus.* id eſt, euectionibus, quæ fiunt per mutationes perſonarum, & equorum: *vt ſuprà, eod. l. in omnibus.* Accvrsivs.

b ANimalia. id eſt, equos ducentes veredos.

† aliàs, obreptionem.

c ¶ *Per mancipes.* qui manu capiunt.

d ¶ *Apparitores.* id eſt, publicanos: *vt ſuprà, de vect. l. ſi quis* P. nam cùm mancipes ea reuendūt, parum datur eis: & ſic laborem perferre nequeunt. ¶ Et ſic not. quòd equus ᵃ malè pabulatus, malè vadit. Accvrs.

a Equus malè pabulatus, malè vadit.

e ¶ *Ne id.* ſub. vnde ne, &c. Accvr.

f ¶ *Sublimitas tua.* loquitur præfecto prætorio. Accvrs.

g ¶ *Mutationibus.* id eſt, equis, qui per mutationes vehunt: *vt ſ. l. prox.*

h ¶ *Prægrauentur.* quia non debet minùs, vel vili pretio vendere. Accvrsivs.

i COmperimus.] *Parauerdorum.* expone *vt ſuprà, eo. l. y. &* facit *ī. de loc. adu. l. y. & ſupr. de vect. g. l. vſurpatione. & ff. de off. præſi. l. illicitas.*

k NEmo.] *Prouinciā.* i. ᵇ ducatū,

b Prouincia pro ducatu capitur.

l ¶ *Proprius.* facit *ſuprà, de ſtatu. & ima. l. & virtutum. & in Authen. de man prin. §. illud.*

m ¶ *Veredo.* expone: *vt ſuprà, eod. l. y.*

ceſſa eſt, qui legati de diuerſis gentibus ad noſtram clementiam properare feſtinant.

Subtrahens mulionem euectioni deputatum, decem libras argenti fiſco perſoluat. Bart.

xvii. *Iidem AA. Lucentio.*

NEmo mulionem mutationibus ᵃ deputatum, vel per ſolicitationem, vel per receptionem † ſubtrahere audeat, decem libras argenti pœnæ nomine inferre reformidans.

Curari debet ne equorum curſui publico deputatorum pabula, id eſt, prabenda cariori pretio vendatur, & etiam vt non teneantur prouinciales viliori pretio vendere. Bartolvs.

xviii. *Iidem* A A. *Meſſala* P. P.

ANimalia ᵇ publica dum longe maiore, ac periniquo pretio pabula æſtimantur, per mancipes ᶜ, atque apparitores ᵈ apertè vexantur: ne id ᵉ contingat, ſublimitas tua ᶠ diſponat, vt nec pabula mutationibus ᵍ deſint, nec prouinciales vltrà, quàm iuſtitiæ finit ratio, prægrauentur ʰ.

Prouinciales & curiales ad praſtādum animalia indebita ad curſum publicum, non grauentur: quia ſatis eſt ſi conferunt in pabulis, & pecuniis equorū deputatorum curſus publico. Bart.

xix. *Iidem AA. & Theod. A. Septimio Procur. Afric.*

COmperimus prouinciales & pabula, & pecuniam pro curſu equorum curſualium ſolemni ratione conferre, & extrinſecùs etiam parauerēdorum ⁱ onere prægrauari. Prouinciarum igitur rectores procurent, ne vnquam curſus publicus veniat in querelam, & occaſio deceptionis curiales, vel prouinciales animalia indebita præſtare compellat.

Nullus dux, poſtquam ducatum ſuum intrauit, vti debet curſu publico, ſed iumentis propriis: quod etiam obſeruatur in officialibus cohortalibus: pœna contrà facientibus imminente. Bart.

xx. *Iidem AAA. Anthemio.*

NEmo ducum ingreſſus ſemel prouinciam ᵏ ſuam poſtmodum in itineribus faciendis curſu, atque angariis ipſe, ſiue ſuum vtatur officium; ſed expeditionem militarem iumentis propriis ˡ exequatur. De cohortalinis etiam officiis eadem lege ſancimus, ne quis ex his per prouinciam ſuam diſcurrens, veredo ᵐ vti conetur in poſterum, cùm ſacra prohibitum ſanctione cognoſcat. Quòd ſi quis ducum, vel apparitorum, vel cohortalium officiorum temerario animo ea, quæ decernimus, contemnenda putauerit, per ſingula animalia quibus vſus fuerit, ſingularum librarum auri illatione mulctabitur.

Etiam Eccleſia tempore expeditionis non excuſatur ab angariis, vel parangariis. Bart.

xxi. Impp. Theod. & Valent. AA.

NVllus penitus cuiuſlibet ordinis, ſeu dignitatis, vel ſacro ſancta eccleſia, vel domus regia tempore expeditionis excuſationem angariarum, ſeu parangariarum habeat ⁿ.

xxii. *Imp.* Leo A. *PP.

CVrſum ambulare ° ab omni orientali tractu, nec non ab his ciuitatibus aliarum regionum, quarum inſtructio tuæ culminis ° meminit, tolli, amputarique decernimus: ita tamen, vt in tranſitu fortiſſimorum militum quando noſtra ſerenitas diſpoſuerit ex aliis ad alia eos loca deduci, euectionéſque animalium ſecundùm conſuetudinem ᵖ à noſtra fuerint ſerenitate conſecuti, & in armorum tam confectione, quàm tranſlatione ᵠ ſeruata cōſuetudine, in præfectione quin etiam legatorum ʳ, animalium dominis, qui ea ſolent, accepta mercede, locare, præbenda penſio, arcæ tui culminis imputetur, tractorias ſ videlicet animalium ſuper memoratis cauſis nulli alij iudici, cuiuſcumque ſit dignitatis, niſi tuo tantummodo culmini, faciendi licentiam patere decernimus.

xxiii. *Imp.* Anastasivs A.

IVbemus nemini licere cuiuſcunque ſcholæ, vel officij, vel militiæ, ſeu conditionis per totius Orientalis tractus partes, ob quamcunque cauſam proficiſcenti, ſeu redeunti, ſupra vnum veredum ᵗ, vnúmque parauerēdum, cum euectione tamen iudiciali ᵘ mouere: niſi ſpecialis ei præſtita ſit noſtræ ſerenitatis quantitatem animalium continens euectio: exceptis proculdubiò his, qui pecunias publicas deuehunt: cùm in hac parte ſine noſtra quoque ſpeciali auctoritate tanta conueniat animalia moueri, quanta tranſuehendæ pecuniæ ſumma, & eius tuitio depoſcit: quinquaginta librarum auri his feriendis condemnatione, quicunque noſtra iuſſa quolibet modo, ſeu tempore violauerint, ſeu violare conceſſerint.

n NVllus.] *Habeat.* *ſic ſuprà, de ſacroſanct. eccle. l. neminē. & de excuſat. mu. l. maximarum. & ſupr. de quib. mu. vel præ. l. y.*

o CVrſum.] *Tui culminis.* loquitur præfecto prætorio.

p ¶ *Conſuetudinem. ſuprà, eo. l. publice.*

q ¶ *Tras ſtatione. ſuprà, de fabri. l. ſi. § quotiens.*

r ¶ *Legatorum ſuprà, eo. l. his tantummodo.* contra Solu. ibi.

ſ ¶ *Tractorias.* id eſt, ᵃ literas datæ licētiæ vehendi animalia. & adde: *vt ſuprà, tit. i in rubr.*

a quidam legunt, *clabulatem.* eſt autem clabula vehiculi genus, *ſic de Cuiacio* &c.

a Tractorium quid.

t IVbemus.] *Veredum.* hoc expone: *vt infrà eo l. y.* Accvrs

u ¶ *Iudicialī.* præfecti: non alterius: *vt ſuprà, l. prox. in fin.*

x DE TRACTORIIS, & ſtatiuis.

Fortè

DE TRACTORIIS, & ſtatiuis ˣ.

TITVLVS LII.

Tractoria diplomata ſunt, quæ dātur miſſis, vel euocatis à principe, curſu publico vtentibus, adſcriptis etiam ſtatiuis, id eſt, diuerſoriis, & manſionibus, quibus alantur ſumptu publico. Nam quos euocabant, aut mittebant, iis non tantum equorum publicorum copiam dabant: ſed & viatica. In Marculphi monachi libro hac ponitur tractoria formula: Ille princeps omnibus agentibus in illo loco. nos Gaium l. V. partibus illis legationis cauſa direximus: ideo iubemus, vt locis conuenientibus eidem à vobis euectio ſimul, & humanitas miniſtretur: hoc eſt, verhedi, ſiue parauerhedi tot, panes, tot vini mod. tot, ceruiſiæ mod. tot, lardi lib. tot, carnis tot, porci tot, porcelli tot, vermeces tot, agni tot, anſeres tot, phaſiani tot, pulli tot, oua tot, olei libras tot, gari lib. tot, mellis tot, aceti tot, cumini tot, piperis tot, coſti tot, caryophylli tot, ſpicæ tot, cinnamomi tot, Grani maſticis tot, dactyla tot, piſtacia tot, amygdala tot, cera lib. tot, ſalis tot, olerum & leguminum carra tot, facula tot, pabuli equorum carra tot. Hac omnia

a Diſtringẽda eſt tota hæc interpretatio Tractoriæ diplomata ſunt, quę dicuntur miſſis, vel euocatis à principe extra ordinem vrgentibus, adſcriptis etiam ſtatiuis, id eſt, diuerſoriis, & manſionibus, quibus alatur ſumptu publico. [illegible]

Fortè a *declinatur hic, & hæc tractoria: & erant viri, qui tractabant, & contrectabant animalia publica, & equos ſacro vſui deputatos. 2. Vel fortè tractoriæ dicuntur literæ data licentia vehendi animalia:* vt ſuprà, tit. 1. l. curſum. in fin. 3. *Vel vt liceret ad tractandum, id eſt, ad apprehendendum criminoſos impetratæ.* vt ſuprà, de deſer l. 2. §. 1. *imo & ita erat licẽtia militis data fortè falſa.*

a ¶ TRactoria. expone vt in rub.

b ¶ *Accipiant.* vt iter arripiant.

c ¶ *Proſequuntur. id eſt,* qui deputati ſunt ad hoc: *vt infrà, tit. j. l. vndecimo. § his enim.*

d ¶ *Corpore.* ſcribebatur dies datarum in quodam libro: vbi omnes ſcribebantur, & biduum ad inchoandum iter, & quinque dies alij, quibus poſſit ſtare in itinere: vbi velit, non plures. alias capitur, vbi inuenitur: *vt ſuprà, tit. i. l. iij.* § Et not. quòd ſic biduum datur his, qui accipiunt literas ad tranſeundum per caſtrum Francum.

DE APPARITOribus præfectorum prætorio, &c.

e ¶ PRæfecturæ. ſ. prætoriæ: vt in rubr. & cornicularij b erant, qui cornua ſonabant, quando milites ibant ad bellũ, ſecundùm H. de quibus *infrà, l. iij. & ſuprà, de offi. diuer. iud. l. ſeniat.* & facit ad hanc *l. infrà, tit. j. & ſuprà, de pala ſacra. lar. l. j. & de dome. & protect. l. j.* ACCVRS.

b Cornicularij Caſſiodoro 11. Var. dicuntur, qui præſunt cornibus ſecretarij: hoc eſt, qui in conſilio P. Prætorio ornari ſtabant: à Græcis [illegible] dicti. *adde l. 2 ſuprà, de prox. ſacrorũ ſcriniorum.*

f ¶ *Suſceptionem.* id eſt, officium ſuſceptoris, de quibus habes *ſuprà, de ſuſ. ep. l. 1.*

g ¶ PRæfectianos, id eſt, officiales c præfecti.

c Præfectiani erant apparitores Præfecti Prætorio.

h ¶ *Perniciem.* i. quod eſſet pernicies prouincialium.

i ¶ *Sua.* ſic *ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli § ſed & ſi quis.*

k ¶ *Horreorum.* publicorum. ALDRI.

l ¶ *Curiarũ.* ſc. vt ſunt agentes in rebus: *vt ſuprà, de curioſis l. ij.*

m ¶ COrnicularij. Expone d: *vt ſuprà, l. 1.* omnes iſti erant officiales præfecti prær.

d Cornicularij qui. [illegible]

n ¶ *Ciuilium.* ſic *ſuprà, de agen. in reb. l. ex eo. §. cæt autem non.*

o ¶ *Immunes.* vt *ſuprà, l. 1.*

p ¶ *Fiſci iuribus.* ſic *ff. de inoff. rup. teſt. l. ſi quis exhæredatus. §. eius. ibi,* quod ſi tædio, &c.

tam eundo, quàm redeundo eidem miniſtrari in locus ſolitis, & impleri ſine mora procurate. Et ita tractoriam, ſiue tractoriam accipi etiam oportet, in l. penult. ſuprà, tit. prox. l. 2. ſup. l. de deſert l. 8. C. Theod. de curſ. public. l. 2. C. Theod. de dom. & prot *& in lib. 3. legum Longobardarum* tit. 8. & tit. 1. cap. 37. *& in conſtitutionibus Caroli Magni*: Si quis literas noſtras deſpexerit, id eſt, tractoriam, quæ propter miſſos recipiendos dirigitur: *& alio loco*: Vt miſſi noſtri accipiant, ſecundùm quod ſua tractoria continetur. *Et in conſtitutione quadam Conſtantini*: Aliquot, inquit, ex iis, qui contra Cæcilianũ diſſentiunt data euectione publica per Africam, & Mauritaniam inde ad Hiſpanias breui tractu factas migrare & inde nihilominus ſingulis epiſcopis ſingulas tractorias tribuas. *Et ſic alibi ita de tempoſi*, h. de temporibus: [illegible Greek]. Non poſſunt autem, qui tractorias habent in ſtatiuis eſſe vltra triduum. Viatica illis præbentur de publico. vt dixi, non tamen perſonæ, & miniſteria neceſſaria. CVIAC.

Licentia data pro animalibus ad vehendum, & arripiendum iter, debet biduum continere: ad moram verò trahendam quinque dies: & nulli debet dari pro ſe, & neceſſariis ſibi perſonis, niſi illis tantùm, qui animalia vſus publico deputata proſequuntur. BART.

1. *Imppp.* THEODOSIVS, ARCAD. & HONOR. AAA.

TRactoriæ a cum ſtatiuis ſolitis tantummodo biduum tempus accipiant b: nulli verò penitus cum neceſſariis ſibi perſonis præbeantur, niſi his tantummodo qui animalia, atque equos ſacro vſui neceſſarios proſequuntur c: ita tamen, vt his dimiſſis in tractoriarum corpore d, quinque dierum numerus adſcribatur: vt nullus vltra hoc temporis ſpatium ad reſidendum, in quo libitum fuerit loco, copiam nanciſcatur.

DE APPARITORIBVS præfectorum prætorio, & priuilegiis eorum.

TITVLVS LIII.

Cornicularij præfectorum completo munere principis purpuram adorent: & cum ſint otio donati, ad aliud officium non deuocentur. BART.

1. *Impp.* VALENTINIAN. & VALENS, AA. *Mamertino* P.P.

PRæfecturæ e cornicularios, qui annis ſingulis exeunt, poſt trantactos cornicu-los noſtram adorare purpuram volumus: quo honore perfunctis, cùm iam miſſionem tenuerint, liberum otium damus, vt ad ſuſceptionem f, vel cuiuſlibet neceſſitatis officium minimè deuocentur.

Præfectiani exactiones prouincialium facere non debent, nec etiam habere cuſtodiam horreorum. BARTOLVS.

11. *Iidem* AA. *Zoſimo præſidi Epiri nouæ.*

PRæfectianos g ad perniciẽ h prouincialium exactionibus in prouinciis, vel potiùs lucris, & quæſtibus ſuis i ſeſe immiſcere vetamus, præterea vel horreorum k gerere cuſtodiam, vel curiarum l ius, atque arbitrium ſibi præſumere his denegamus. Horum ſi quis præſentis legis temerator exiſtat, volumus eum competenti motu, & indignatione percelli. Dat. XIV. Kal. Decemb. Mediolan. Valentiniano, & Valente IV. AA. Coſs.

Cornicularij, primiſcrinij, & numerarij præfecti prætorio ſortita laborum requie priuilegiis hic inſertis gaudent. BART.

111. *Impp.* THEODOSIVS, & VALENT. AA. *Zoilo* P.P.

COrnicularij m, & primiſcrinij, numerarij inſuper, qui in officio tuæ ſublimitatis per ordinem obſequiis militiæ terminatis, deſideratam laborum requiem ſortiuntur: pro multis erga rempublicam ſudoribus, ab omnibus indictionibus tam militarium, quàm ciuilium n iudicum ſemper habeantur immunes o, & ciuilium tantùm iudicum, non etiam militarium iuriſdictioni ſubiaceant. Huic ſanctioni addendum eſſe cenſemus, vt ſi quis præfectianus dum militat, vel poſt depoſitum cingulum, ſine teſtamento, quod legibus comprobatur, nulliſque ab inteſtato ſucceſſoribus derelictis, fati munus impleuerit: omnes eius patrimonij facultates prouiſione magnificæ tuæ ſedis non fiſci iuribus p, ſed arcæ tui culminis rationibus vindicentur. Scriniariis autem, & exceptoribus, cæteriſque, qui in officio tui culminis merent: cùm in legione prima q adiutrice noſtra militant, audientiam tantummodo in cauſis, in quibus pulſantur, tuæ celſitudini deputamus. In prouinciis verò commorantes, rectoribus earum eos reſpondere iubemus r, niſi publicum officium aliquod eis iniunctum ſit.

DE APPARITORIBVS præfecti vrbis.

TITVLVS LIV.

Qui adminiſtrauerunt officia, officio finito principis purpuram non adorant. Item apparitor ſedis vrbanæ illuſtris de concuſſo piſtore connitibus punitur. h. d. cum l. ſeq. BARTOLVS.

1. *Imppp.* GRATIANVS, VALENTI. & THEOD. AAA. *Principio* P.P.

PRæter eos, qui de officio eminentium poteſtatum s, numero ſtipendiorum, & curriculis euolutis, vrbiſque præfecturæ, ſerenitatis noſtræ t annis ſingulis attingere purpuram, venerarique præcepti ſunt u: nulli prorſus eorum qui prouincialia officia peregerint, tranquillitatis noſtræ muricem x adorare ſit liberum, omnium ſuffragiorum obreptione ceſſante

q ¶ *Prima.* multæ enim erant. ſic *ſupr. de caſtrenſi pecu. l. fin.*

r ¶ *Iubemus.* ſic *ſuprà, de offi. recto. prouin. l. in officiales. & ſuprà, de agent. in rebus. l. ex eo. in fin.*

DE APPARITOribus præfecti vrbis.

s ¶ PRæter eos, qui.] Poteſtatum. vt ſunt præfecti prær. C.T. [illegible]

t ¶ *Serenitatis noſtra* hic pone ſuperiorem verſum, *numero ſtipen.* &c.

u ¶ *Præcepti ſunt.* vt *ſuprà, tit. 1.*

x ¶ *Muricem* id eſt, nos muriceo colore veſtitos. *vt ſuprà, de veſt. olob. l. 9. lib. xj.*

a Qui

11. Impp.

a Sententia inciuilis plerũque toleratur.

a ¶ Quicunque] Panificij. ſi habes, beneficij, habeas abducetur, ſi panificij, habeas, tunc addicetur. & tunc eſt contrà, ſuprà, de pœn. l. ne quis. Solut. hic ſpeciale. Nam & aliàs tolera tur ª talis ſententia, licèt ſit iniuſta: vt ff. de pœn. l. moris. §. ſed damnare.

DE APPARITO-ribus magiſtrorum militum, &c.

b ¶ Qui ſeſe ſuprà, tit. ij. l. j. & iij.

c ¶ Qui in officio.] Ordinis ſint militaris. ſcilicet eius militiæ, in qua ſunt, putà numerarij, & ſimiles: vt infrà, l. numerarios. non tamen modo militari poſſunt teſtari: vt ſuprà, de teſta. l. ſcriniarios. quæ eſt contrà. 1. Vel dic. vt not. ſuprà, de caſtren. pecu. l. fina. Accvrs.

Nouel. Theo. tit. 14. de omnia ... fori præſcriptione.

d ¶ Probari.] Volumus. vt & ſuprà, de agri. & cen. l. colonos. & facit ſuprà, qui militar. non poſ. l. ij. & iv. & infrà, tit. j. l. j.

e ¶ Numerarios. De his habes ſuprà, de numera.

b Præſentales qui.

f ¶ Præſentalium ᵇ. id eſt eorum, qui præſentialiter nobiſcum ſunt, vt ſuprà, de re militar. l. gemino miles.

g ¶ Exeuntes. de officio numerarij.

h ¶ Deferentes, ſcilicet numerarios beneficium partis militiæ. quaſi dicat, licèt finiatur militia prima, deferunt tamen ſecum partem beneficij, ſeu honoris: quia ſocientur tribunis, vt habeant eam dignitatem, ſiue adminiſtrationem, quam habent tribuni. ad quod ſuprà, de ſilen. l. fin. in fin. Accvrsivs.

i ¶ Immunes. ſic ſuprà, de adſeſſ. l. non parum. Accvrsivs.

k ¶ Principatus. & hi principes erant quidam officiales magiſtri militũ maiores aliis, quaſi prima capientes, ſecundum Hug. & fa. infrà, de cohor. l. i.

l ¶ Tribunis vigilum. non loquitur de illis, qui sũt ſuprà, de offic. præfe. vigil. l. j. ſed de his, qui ſunt infrà, de cohor. l. j.

m ¶ Eos.] Veſtris. loquitur magiſtro officiorum.

n ¶ Statutorum. taxatus erat eorum numerus. & facit ſuprà, de ſacroſanct. eccle. l. non plures. & ſupr. de offic. magiſtr. milit. l. ij. & iij.

o ¶ Muniri. nam ſub te, non ſub alio conueniuntur & in ciuili-

II. Impp. Honor. & Theodo. AA. Palladio P.P.

Qvicunque illuſtris vrbanæ ſedis apparitor clandeſtina fraude piſtorem concuſſerit accuſatus, atque conuictus, perpetui panificij ª nexibus addicetur.

DE APPARITORIBVS magiſtrorum militum, & priuilegiis eorum.

TITVLVS LV.

I. Impp. Valentin. & Valens AA. ad Arthemium correctorem.

Qvi ſeſe ᵇ in officiis magiſtrorum equitum, ac peditum militare monſtrauerint, ab omni nominationis iniuria excuſentur.

II. Iidem AA. Mamertino P.P.

Qvi in officio magiſtrorum equitum, ac peditum militiam ſortiti ſunt: ordinis ſint militaris ᶜ.

III. Impp. Theod. & Valen. AA. Arcontido Magiſt. militum

PRobari apparitores magiſteriæ poteſtatis, neque curiales in aliquo officio, neque cohortales, neque cenſibus adſcriptos volumus ᵈ. Dat. Prid. Non. Mar. CP. Cyro V. C. Coss.

Numerarij illuſtrium completa militia & principatus munere functi gaudent priuilegiis hic inſertis. Item qui ſunt de numero militantium, gaudent priuilegiis eorum: qui verò ſunt vltra numerum, non. h. d. cum l. ſeq. Bart.

IV. Iidem AA. Apollonio.

NVmerarios ᵉ virorum illuſtrium magiſtrorum militum tam præſentalium ᶠ, quàm Orientalium, qui ordine & ſtipendiis militiæ fuerint decorati, exeuntes ᵍ, tribunis prætorianis partis militaris, ſudoribus eorum beneficium deferentes ʰ, ſociari præcipimus, ita videlicet, vt poſt completam militiam ab omnibus indictionibus tam militarium, quàm ciuilium iudicum ſemper habeantur immunes ⁱ, principatus ᵏ verò munere functos, tribunis vigilum ˡ militaribus aggregari volumus.

V. Imp. Anastasivs A. * magiſtro militum.

EOs, qui in officiis veſtris ᵐ merentes, ſtatutorum ⁿ tantummodo numero inſerti ſunt, fori præſcriptione muniri ᵒ: cæteros verò, qui ſupra huiuſmodi numerum militare noſcuntur, quaſi nec militantes, & apud illuſtriſſimas præfecturas, & apud clariſſimos prouinciarum rectores de quolibet pulſari, & conueniri, & ſine cinguli præſcriptione reſpondere negotio ſancimus.

DE APPARITORIBVS proconſulis, & legati.

TITVLVS LVI.

Obſecundans proconſuli, vel legato, non debet eſſe curialis, vel adſtrictus alicui corpori: & ſi adſtrictus eſt, debet reſtitui: & apparitores legatorum debent eſſe quadringenti. Bart.

I. Imppp. Valent. Theod. & Arcadius AAA ad Flauianum Proconſulem Africæ.

OFficio ᵖ, quod tuis meritis obſecundat, non curialem quemquam, nec ex cæteris corporibus volumus aggregari: at ſi qui erunt inter apparitores huiuſmodi, reſtitui eos muniis debitis mox iubemus.

II. Impp. Arcadivs & Honor. AA. Dominatori Proconſuli Africæ.

APparitioni tuæ ᑫ, & legatorum quadringentos cenſuimus deputandos de his duntaxat, quos eſſe ſibi detractos reipublicæ membra ʳ non queruntur.

III. Impp. Arcad. & Honor. AA.

IN proconſulari prouincia ˢ officium proconſulare poſtulet, quod exigere conſueuit, nec alienis ſe partibus impudenter ᵗ inſerat.

DE APPARITORIBVS comitis Orientis.

TITVLVS LVII.

I. Impp. Theod. & Arcad. AA.

IN officio ᵘ comitis Orientis non ampliùs, quàm ſexcenti apparitores habeantur, quos quidem publicis neceſſitatibus nouimus abundè ſuppetere.*

* al. ſufficere.

bus, & in criminalibus cauſis.

DE APPARITO-ribus proconſulis, & legati.

p ¶ Officio. Loquitur Proconſuli Africæ. & facit ſuprà, tit. 1. l. ij.

q ¶ Apparitioni tuæ. Procõſuli Africæ loquitur. & facit ſuprà, tit. j. l. j.

r ¶ Membra. vt enim homo habet multa mẽbra: ſic reſpublica habet diuerſa officia. quod patet per hunc librum, & tractatum de officiis, & Inſti. in proœm. in fi. non ergo aliquis curiæ adſcriptum accipiet.

s ¶ In proconſulari prouincia. id eſt, in eã, quam proconſul regit, nam aliquæ reguntur per alios, ſ. comites, præfectos.

t ¶ Impudenter. ſic ff. de proc. l. qua omnia. §. j.

DE APPARITO-ribus comitis Orientis.

u ¶ In officio. ſuprà, tit. j. l. ij. Accvrsivs.

x DE COHOR-talibus, &c.

Qui officio curiæ erant coarctati.

y ¶ Principibus. hoc dic vt ſuprà, tit. iij. l. numerarios. in fin. not. *ſed quidam habent.* rubr. infrà. l. prox. nullus.

α ¶ Cohortalibus, principibus. Legendum, Cohortalibus principiũ. Cviacivs.

β ¶ Ac primipilaris. De his vide notata ad §. Iulius. l. pater. ff. de leg. 3. & ſcripta ad §. dimi. leg. filiusfamilias. de leg. 1. Cviacivs.

z ¶ Omnes ſtationarij. qui ª ſtabant in confinibus: qui & dicuntur limenarchæ, & irenarchæ: vt ff de cuſtodiend. reb. l. diuus. Accvrsivs.

a Stationarij qui.

a ¶ In

DE COHORTALIBVS x † y PRINCIPIBVS α, cornicularíis, ac primipilaris β.

† Malo (inquit Alciat. hic) cohortalibus legere potius, quã [illegible] quod in domeſtica militia alicuius cohortis eſſẽt id genus milites & ita in exempl. Vide. in huius tit. legibus legitur.

TITVLVS LVIII.

Stationarij, qui irenarcha apellantur, non debent facere exactiones, nec aliquem in carcerem mittere, etiam ſi crimen ſit manifeſtum. Bartolvs.

I. Imp. Constantinvs A. edicto ſuo ad Afros.

OMnes ſtationarij ᶻ neque ſuperexactionem audeant *, neq; carcerem habeant, néve quis perſonã, licèt pro manifeſto crimine, apud ſe habeat

* al. habeant.

a ¶ *In cuſtodia.* vt & *ſuprà, ne curio. l. j. in fin. & l. fi. & de pri. car l. j. & de accuſa. l. ſi quis.*

b NVllus.] *Probare.* id eſt, approbare in officiũ: *vel prouehere,* id eſt, promouere ſine litera principis, quæ eum approbet: *vt hic. & infrà, de diu. of. l. ſiu bu & l. pe & fi. & ſuprà, de re mil. l. neminem.*

c ¶ *Suſtinentia.* vt ȷ̃. *de agē. in re. l. & non alij. vt ȷ̃. de decu. l. j. & fi. in fin.*

d ¶ *Muneri.* id eſt, gerẽtibus tantum munus.

e ¶ *Adminiculum.* quod eſt per officiales, quos ſibi eligit.

f SOlita. aliàs incipit, *Solita cohortalibus Syriæ priuilegia,* &c. aliàs incipit, *Priuilegia,* & cætera deſunt.

g ¶ *Baſtaga* baſtaga, ſeu vaſtaga (vtrũque enim dicitur) officium publicum eſt (vel militia) quod gerentes baſtagarij [a] dicebantur, qui ruſticos ad quintã beſtiã principi dandam cogebãt: *vt ſuprà, de muriteg. l. iv. & Laternam.*

a Baſtagarij qui dicantur.

h ¶ *Primipili.* quia fuerat primipilarius. & no. quòd quidam habẽt *paſtus primipili* [b], & leges *tranſacta functione paſtus primipili* [c] *compe. ſe.* &c. & dicitur paſtus per ſimilitudinem: quia ſicut homo primò comedit, ſecundò digerit: ſic iſte primò gerit officium, ſecundò rationem reddit, & ita digerit quodammodo. *vt infrà, eo. l. l. ordinariorum,* & aliàs, *paſtus* [d], & eodem modo legitur. vel careas vtroque: & punctua poſt dictionem, *primipili.* ACCVRS.

b vt in l. 5. 7 infra. eo.

† Baſtaga, munus erat ferẽdi res neceſſarias ad exercitum. ALC.

c Primipilum annonæ militaris cura, & exhibitio. *vide infra, de primipi.*

d Et hęc lectio Pyrrho hic placet, vt intelligas honorem, ac officiũ primipili.

a ¶ *Paſtus primipili.* Id eſt, militaria annonæ: vt rectè notat Alciatus hic *l. 8. & 16. C. Theod. eod. tit.* Annona, quam præbet primipilus. CVIACIVS.

i ¶ *Recuſationis.* à prædictis ſolicitudinibus baſtagiæ, & nauiculariorum.

k OFficia.] *Officio proprio.* ſcilicet tuo. & *vel.* pro *etiam.*

l QVicũque.] *ſubſtituat. vt ſuprà, de fil. offic. milit. l. y.*

m ¶ *Ædeſena* i prouinciæ prædictæ. & ſic habeas. *Oſdroena,* aliàs eſt, *Ædeſena:* & benè ſtat.

n ¶ *Impetratũ.* per quã curiam euitabant. vt & *ſuprà, de decurio. l. euocatus.*

† aliàs, Oſrhoenã. aliàs, Oſdroenam.

o SI apparitor.] Cõditione. niſi [e] ad talẽ diem venerit, proferet ſententiam condẽnatoriam. ſic enim peremptorium mittitur: *vt ff. de iudi. l. ad peremptorium.* Nam hic quodam modo eſt peremptoriũ. poteſt enim damnari, licet abſens officialis: *vt & ſuprà, de pœ. l. domus.* Sed aliàs regulariter contrà *ſuprà, de accuſ. l. abſentem.*

e Citandus eſt abſens hac forma.

habeat in cuſtodia [a], ſciens quòd ſi tale fuerit commiſſum, capite puniendus eſt.

Nullus iudex volẽtem militare approbare debet ſine ſacra approbatoria, nec permittere etiam vehere, exceptis prouinciæ officialibus, qui curſus publici ſolicitudinem ſuſtinent. BART.

II. *Impp.* CONSTANTIN. & CONSTANS AA. *Tauro* P.P.

NVllus iudicum quemquam ſine ſacra probatoria probare [b] audeat, vel prouehere. Excipimus tamen officia prouincialia curſus publici ſolicitudinem ſuſtinentia [c]. nec enim tanto muneri [d] adminiculum [e] denegari publica permittit vtilitas.

Priuilegia ſolita conceſſa per dominum Diocletianum principem, confirmantur, & etiam extenduntur, prout infrà deſcribitur. BART.

III. *Imppp.* VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. *Feſto conſulari Syriæ.*

SOlita [f] cohortalibus Syriæ priuilegia, quæ à diuo Diocletiano porrecta ſunt, atque conceſſa, nos quoque porreximus: ac iubemus eos non ad ſolicitudinem baſtagæ [g] †, non ad functionem nauiculariam deuocandos, non inuitos curialibus cœtibus adſcribendos: verùm peracto labore militiæ paſtus primipili [h] à competenti ſedulitate functione trãſacta, prærogatiuam his recuſationis [i] offerimus.

IV. *Idem* AA. & GRATIA. *A. Probo* P.P.

OFficia rectorum prouinciarum tuæ magnificentiæ literis volumus admoneri, vt ſuſceptos in officio proprio [k], vel probatos, cohortium nomine, vel legionum priuilegiis exiſtiment inſerendos.

Habens plures filios debet cohorti ſiue collegio, cui eſt adſtrictus, vnum ad ſeruiendum deputare, alterum ſuæ patriæ. Si verò habeat vnum tantum potiùs curiæ ſuæ patriæ, quàm collegio eum deputare debet. BART.

V. *Idem* AA. *Modeſto* P.P.

QVicumque per Oſdroenam † primipilarius maiore lætatur numero filiorum, vnum loco ſuo veluti hæreditario iure ſubſtituat [l], alterum pro amore patriæ Ædeſenæ [m] curiæ tradat obſequiis: cæteris qua voluerit militia prouiſurus. Sin autem duos tantùm procreauerit, cohorti ſatisfacere cogatur, & curiæ. Quòd ſi vnum procreauerit: eundem ordini patriæ reſtituat, nullo contra hanc formam beneficio valituro. Damus ſanè licentiam tam patribus eorum, quàm ipſis, qui huius legis auctoritate ciuitatum obſequio aggregãtur, vt ſi quos curiales patrocinio principalium inuenerint excuſari, in medium proferant: vt & ipſi ſimilibus officiis deputati, careant impetratis [n].

Apparitor criminoſus fugiens citandus eſt: quòd niſi intra talem diem venerit, contra eum proferetur ſententia condemnatoria: & ipſo non comparente condemnabitur. BART.

VI. *Imppp.* GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. *Neoterio* P.P.

SI apparitor defugerit criminoſus, edictum, quo reuocari poſſit, adiecta conditione [o], legibus ſubſequatur: cui niſi fuerit ſatisfactum, meritò in latitantem à iudice pro qualitate peccati ſententia proferetur. Veniam enim talibus non permittimus, nec indulgentiis crimina ſubleuamus [p].

Apparitores quorumcumque iudicum non poſſunt ſcribi in numero aliquorum militum, aut contemplatione alicuius ſtipendij relaxari, priuſquam primipili rationem reddiderint, nec etiam petere vt quietè donentur. Item ſolutus militia ob delictum, non ob hoc quietem accipiet, & bona talis delinquentis illi militia relinquuntur. BART.

VII. *Imppp.* VALENT. THEODOSIVS, & ARCAD. AAA. *Tatiano* P.P.

ORdinariorum iudicum apparitores, qui [q] vel ſpeculatorum, vel ordinariorum [r] attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla ſtipendiorum contemplatione laxentur, priuſquam primipili paſtum [ſ] digeſta ratione compleuerint. Quòd ſi ante debitum [t] locum, qui huic functioni habetur obnoxius, vel ægri corporis labem, vel defeſſæ ſenectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit prætendenda, non priùs otio condonetur, quàm omne, quod primipilo debetur, expenderit. Eos etiam qui pro ſceleribus ſuis ſoluto militiæ cingulo addicuntur infamiæ: ne integro peculio [u] ſub hac occaſione lætentur, ita condignæ vltioni eos volumus ſubiacere, vt functioni quoque, quæ extremæ [x] militiæ debetur, nihil ex eorum facultatibus ſubtrahatur.

VIII. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Euthymio Vic. Aſiæ.*

SPeciebus primipilaribus adærandis [y] eadem pretiorum taxatio ſeruetur, quæ in venalibus publicis poterit reperiri.

In Illyrico centum apparitores ſingulis iudicibus obſecundent, & non vltrà. Ad quæ obſequia non deputantur iniqui: ſed illi, qui tantùm ſollicitudines debitas exequuntur. BART.

p ¶ *Subleuamus.* ſic ȷ̃. *de apoſt. l. iy & ff. de add. edi. l. quis ſit fugitiuus.*

q ORdinariorum.] *Qui.* ſcilicet iudices. *Speculatorum,* quales ſunt præſides: *vt ſuprà, de priua. carcer. l. j.*

r ¶ *Ordinariorum.* ſc. aliorum. nam & præſides ordinarij ſunt: *vt ſuprà, de mo mulcta. l. ex.*

ſ ¶ *Paſtum.* expone: *vt ſuprà, eo. l. ſolita.*

t ¶ *Ante debitũ* præpoſitio. 2. Et dic locum, id eſt tempus, ſicut in vulgari dicimus, non eſt adhuc locus, id eſt, tempus. 3. Vel dic, antè, aduerbium temporis. 4. Vel dic, quòd locum adducebat ad impetrandã excuſationẽ: quia ſcilicet diu in eo loco, id eſt, officio ſteterat, vel in infirmitate, vel in ſenectute. ACCVRS.

u ¶ *Peculio.* i. ſalario, quod perhibit: *vt ȷ̃. eod. l. quiſquis. §. dehinc.*

x ¶ *Extrema.* i. ſi etiam in minima militia erat obnoxius, omnia ſua bona ei relinquit.

y SPeciebus.] *Adærandis.* aliàs, *adhærendis,* aliàs, *aderãdis.* i. [a] ad ærarium deducendis pro

a Falſa eſt hæc interpretatio. Adærare quid eſſet, dixi ad l. 11. *ſupra, de erogatione militaris annonæ.*

IX. *Idem*

ix. *Iidem* AA.

PEr Illyricum (in quo plurima, ac maxima neceſſitatum publicarum emolumenta officiis conſtat præſidialibus expediri) centeni [a] numero ſingulis iudicibus obſecundent : nec vltra hunc modum vel ad militiam vllus adſpiret, vel conniuentia iudicum perſeueret: Adhibendi autem ſunt ad huiuſmodi miniſteriorum obſequia, non illi, qui vano militiæ nomine immania [b] lucra ſectentur: ſed qui neceſſitatem officij ſolicitudinibus debitis exequantur.

Nemo poteſt ad officium cohortalium accedere, niſi priùs in matricula cohortalium receptus & deſcriptus fuerit : pœna contra facientibus imminente. BART.

x. *Iidem* AA. & THEOD. A. *Anthemio* P. P.

QVicunque chartas, vel tabulas [c], vel quodcunque aliud miniſteriũ cohortalis optauerit, nõ antè accedere permittatur, niſi eius nomen matriculis receptum primitus fuerit [d]: pœna propoſita his, qui contra ſtatuta cœleſtia crediderint ſuſcipiendos aliquos, aut quodlibet eis officium iniungendum.

Exemptus de grege cohortalium propter crimen, ſi voluerit ad idem ſacramẽtum repedare, allegare debet, & oſtẽdere principis oraculum ex certa forma conceſſum. BART.

xi. *Impp.* HONOR. & THEODO. *Anthemio* P. P.

SI quis ex grege [e] cohortalinorum, vrgente criminis inſectatione, ſtipendiis fuerit exẽptus, aut otio traditus, quietis artibus immoretur, aut ſi ad priſtina ſacramenta precum miſeratione maluerit repedare: indultum noſtræ maieſtatis oraculum ampliſſimæ tuæ ſedi offerat allegandum [f].

Si cohortalis apparitor, vel cohorti obnoxius, hoc officio derelicto, ad aliam adſpirauerit dignitatẽ, tam ipſe, quàm liberi ex tali dignitate, & militia ſpoliati ad priſtinã conditionẽ retrahuntur, nulla niſi 30. annorum præſcriptione obſtante.

xii. *Impp.* THEODOS. & VALENT. AA. *Iſidoro* P. P.

SI cohortalis † apparitor, aut obnoxius cohorti, ad vllam adſpirauerit dignitatem: ſpoliatus omnibus impetrati honoris inſignibus ad ſtatum priſtinum reuocetur [g]: liberis etiam in tali eius conditione ſuſceptis, fortunæ patriæ [h] mancipandis. Quòd ſi quis ex his auſus fuerit vllam affectare militiam, nulla præſcriptione tẽporis muniatur, præter eam ſcilicet, quæ ex xxx *. annis [i] α colligitur: ſed ad conditionem propriam retrahatur : nec ipſe, vel liberi eius poſt talem ipſius ſtatum procreati, quod cohorti debetur, valeant declinare. Sed nec ad aliam cohortalinus, vel cohortalini filius audeat adſpirare fortunam, cui maiorum ſuorum exempla [k] præiudicant. Sed etiam cunctos [l], qui diuerſarum rerum negotiationibus detinentur, trapezitas ſcilicet, vel gemmarum, argentique, veſtiúmve venditores, apothecarios β etiam cæteróſque inſtitores aliarum mercium, quibuſcunque ergaſteriis adhærentes iubemus à prouincialibus officiis remoueri : vt omnis honor, atque militia à contagione huiuſmodi ſegregetur. Dat. III. Nonas Apr. Cõſtantinop. Iſidoro, & Senatore Coss.

Nullus primipilaris, & cohortalis ad aliam militiam adſpirabit, etiam ex aduocatione principis : & ſtatim reſtituendus eſt curiæ ciuitatis, vnde oriundus eſt. BART.

xiii. *Iidem* AA. *Florentio* P. P.

NVllum ex primipilaribus, nullum ex principe [m] cohortalis officij, vel ad aliam poſſe militiam adſpirare, vel miniſteriis ſibi contra publicam vtilitatem blandiri [n], vel ad quamlibet aliam dignitatem ad præiudicium præteriti ſtatus accedere concedimus [o]. Quòd ſi contra hanc tam ſaluberrimam formam, vel reſponſa [p] cœleſtia, quædam militia, aut dignitas audacter eliciatur : pro ingeſtis haberi, etiamſi ſpeciali adnotatione noſtræ indulgentiæ eam obtinuiſſe videatur : nec adſertionem ei quoquo modo patere, qui ſe memoratis artibus publicæ ſtudet commoditati ſubtrahere : ſed ſtatim ciuitatis vnde oriundus eſt, curiæ tradi præcipimus.

Obligatus cohorti, etiam ex priuilegio principis conceſſo motu proprio ad dignitatem aliam non adſpirabit, & carebit effectu priuilegij : & commodum cohortalis militiæ non habebit. BARTOLVS.

xiv. *Imp.* LEO A. *Conſtantino* P. P.

QViſquis cohortalibus adhuc obſequiis obligatus, vel regimen prouinciæ, vel cingulum cuiuſlibet militiæ, vel dignitatis quoquo modo meruerit : ante omnia contra licitum vſurpatis, impetratiſve careat [q], etiamſi vltronea noſtra liberalitate ius gerendæ prouinciæ, vel militiæ, ſeu dignitatis cuiuſpiam ſibi iactauerit fuiſſe delatum. dehinc vniuerſis ſolatiis conditionis, quam ſpreuerat, defraudatus, ne quid eorum omnino per ſe, vel per interpoſitam perſonam [r] poſſit acquirere, primipili tantùm munus implere cogatur : mox curialibus ciuitatis, in qua natus eſt, in diem vitæ ſuæ functionibus inhæſurus ita ſcilicet vt etiam hi, qui poſt impletam talem militiam quodlibet militiæ, dignitatiſve genus affectauerint, curiæ patriæ ſuæ reſtituantur.

DE APPARITORIBVS PRÆfecti annonæ.

TITVLVS LIX.

i. *Imppp.* VALENS, GRATIA. & VALENT. AAA.

APparitores vrbanæ præfecturæ [s], annonario officio ſeſe non inſerant : ſed apparitorum

ſto dando primipilaribus. & facit *ſuprà, de eroga. mili. anno. l. ſeptem.*

a PEr *Illyricũ.*] *Centeni.* ſic *ſuprà, de appari. proconſul. l. ij.*

b ¶ *Immania.* id eſt, crudelia, & iniqua. aliàs, *inania.* & ſic idem.

c QVicunque.] *Tabulas.* officium emendi chartas, & parandi : & ſic de tabulis, id eſt, pugillaribus dicas, vbi acta, vel memoriæ publicæ ſcribebantur.

d ¶ *Fuerit.* ſic *ff. de fabr. l. ſi quis.*

e SI *quis ex grege* propter [a] vilitatem, dicit gregem. ſic *ſuprà, de mili. veſte. l. fin. in fin.*

f ¶ *Allegandum.* ſic *infrà, de diuer. offi. l. iiij.* Sed contrà *ſuprà, de ſuſcept. l. ſi aliquid.* Solu. hic alias, non in officio deliquit. 2. Vel hoc ex certa ſcientia : *vtibi patet.* Item *infrà, tit. ij. l. quicunque.* contr. Sol. ibi. Item facit *ſuprà, de digni. l. iudices.*

g SI *cohortalis.*] *Reuocetur.* ſic *ſup. vbi decu. vel cohorta. l. j.* & *ſ. qui mili. non poſ. l. iij.*

h ¶ *Patria.* patrẽ filius ſequitur. ſic *ſupr. de mu. rileg. l. fi. lib. xj.* & *de fabr. l. iij.* & *de tabu. l. j.* & *fin.* & *infrà, §. ſed nec.*

i ¶ *Triginta annis.* ſed cõtrà *ſ. de præſcrip. xxx. ann. l. præſcriptione.* vbi dicit xl. Sol. hic propter dignitatem, in qua ſtetit. arg. *ſuprà, de fun. rei pub. l. omn.* ſed ibi non fuit in dignitate.

α ¶ *Ex triginta annis* legẽd. *quadraginta,* vt veteres libri, & *Auth.* vide *cap. 31. de præſcript.* CVIAC.

k ¶ *Maiorum ſuorũ exempla,* quos [b] ſequitur: *vt ſ. eo. l. §. liberis.* & fa. *C. de emend. propinq. l. j.*

l ¶ *Cunctos.* non ſolùm viles cohortales repelluntur à dignitatibus: ſed etiam omnes artifices : vt ſubiicit, & *ſuprà, de digni. l. ne quis.* & *neg. ne mili. l. j.*

β ¶ *Apothecarios.* Hi deformis miniſterij ſtationarij appellãtur. *l. 6. ſuprà, de dign.* CVIAC.

m NVllũ.] *Ex principe.* hoc exponetur *ſ. de ap. ma. mi. l. numerarios. in fi.*

n ¶ *Blãdiri.* quaſi poſſit deſerere ſuum officiũ.

o ¶ *Cõcedimus. ſ. l. prox. in princ. cum concord.*

p ¶ *Reſponſa.* repete cõtrà.

q QVifquis.] *Careat,* vt *ſuprà, de offi. rect. pro. l. ſi quis.* & fa. *ſuprà, l. prox.* & *l. ſi cohortalis. in princ. cum concord.*

r ¶ *Interpoſitam perſonam,* quod [a] non poteſt per ſe, nec per alium. *vt ff. de admi. re. ad ciui. pert. l. ij. §. j.*

DE APPARITORIBVS, &c.

s APparitores vrbanæ præfecturæ. id eſt, præfecti vrbis. nam vni [b] commiſſum alter facere non debet: *vt ſuprà, de teſtam. l. hac conſultiſſima.* & *ſuprà, de offic. præfect. vrb. l. ſtuditibus.* & *argu. infrà, de execu. l. iij.*

a ¶ Se

a Hinc gregarij milites vilea.

b Exẽpla maiorum ſequendo.

† C. T. 12. 1. 118.

* Legẽdũ, quadraginta : vt in codice Theodoſiano, & meo vetere manuſcripto.

a Quod per ſe quis non poteſt, hoc per alium ei facere non licet.

b Vni commiſſum, alter facere nõ debet.

æmula

æmulatione ſecreta [a], miniſterio ſuo annonæ præfecturæ fungantur [b].

II. *Impp.* Arcad. & Honor. AA.

PRæfectus annonæ canonem, qui ad officium ſuum pertinet, per compulſores [c] ſuos exigat: & cum officio [d] ſuo retineatur obnoxius [e], qui ad implendum canonem deuotionis ſuæ exactionem non oſtenderit.

DE DIVERSIS OFFICIIS, & apparitoribus iudicum, & probatoriis eorum.

TITVLVS LX.

De ſingulis apparitoribus ſeparatim dictum eſt ſuprà. Hic titulus eſt communis de omnibus apparitoribus. Cviac.

Adſtrictus chartarum officio, vel publicis ratiociniis, ſi ad militiam conuolauit, ad primum officiũ reuocatur, & in locum talis reiecti ſubſtituitur alius, quem merita dignum faciunt. Bart.

I. *Imppp.* Valentin. Valens, & Grat. AAA. *Seuero mag. militum.*

SI quando præfectus prætorio, vel vicarius, aut rector prouinciæ ſignificauerit eum, qui chartis, ac ratiociniis publicis inuenitur obnoxius, ad præpoſitum caſtri, ac militum [f] tranſiſſe: retractus illi adſignetur officio, à quo ad neceſſitatem præſtandi ratiocinij deuocatur [g]: in reiecti verò locum is potiſſimùm deſtinetur, cui meritorũ adſtipulantur inſignia [h].

Reſolutus à militia, ad eamdem non adſpirabit ſine licentia principis: & impetrans contrarium per obreptionem, punitur pœna quinque librarum auri. Bart.

II. *Impppp.* Gra. Valen. Theod. & Arca. AAAA. *Euſignio P.P.*

NVllus ex his, quos claruerit militia reſolutos, indebita denuo ſacramenta ſine Auguſti affatibus [i] ſuſcipiat. Si quis autem id per obreptionem fortè meruerit, quinque librarũ auri mulctetur incommodo.

III. *Iidem AAAA. Euſignio P.P.*

NVllus apparitor amplitudinis tuæ [k], vel de officiis palatinis ad eam prouinciam, ex qua oriundus eſt, vel in qua collocauerit larem [l], vel qui iam in huiuſmodi officio fuerit commoratus [m], obtentu publicæ neceſſitatis: vel executor priuati negotij dirigatur. Etenim officij tuæ celſitudinis primiſcrinius tres libras auri fiſci vtilitatibus ſine dilatione perſoluet, ſi ſtatuta fuerint temerata. Apparitor verò, qui huic ſe muneri paſſus eſt deputari, militia ſpoliabitur. Hæc verò pœna etiam cæteris irrogata eſt, vt ſi domeſticus, aut protector, aut ſtator vel [n] agẽs in rebus, vel palatinus vtriuſque officij, vel ad eamdem prouinciam, in qua natus eſt: vel ad eam, in qua collocauerit larem [o], cum huiuſmodi vſurpatione perrexerit: matriculis quidem exemptus ipſe, qui ſe voluerit mitti, auri libram vnam fiſci iuribus inferre cogatur: adiutores verò officiorum, & palatinorum, ac numerarij comitum illuſtrium virorum, ſiue actuarij, libram auri fiſci iuribus ſoluant, niſi ſtatuta fuerint cuſtodita.

IIII. *Imppp.* Theodos. Arcad. & Honor. AAA.

QVi vel exiguam rei familiaris ſubſtantiam habent, militare in apparitorum numero non vetentur [p].

Apparitor ob culpam, vel negligentiam amotus officio per ſententiam, ad nullam militiam adſpirabit. Bart.

V. *Impp.* Honor. & Theod. AA. *Gracchuo P.V.*

QVicumque apparitores ob culpam, vel negligentiam fuerint iudicato diſcincti [q], iam ad nullam militiam habeant facultatem adſpirandi: nec ex reſcripto [r] his vllus aditus referetur, quos congruit pœnæ grauiſſimæ ſubiugari, ſi contra inhibita quoque ſacratiſſimis conſtitutis aſpirare contempſerint *.

Nullus debet fieri proconſul Aſiæ, comes Orientis, præfectus Auguſtalis, vel eorum vicarius, niſi ſacri ſcrinij probatoria conſecretur. Bart.

VI. *Impp.* Theod. & Valent. AA. *Hierio P.P.*

IN his officiis [ſ], id eſt, virorum ſpectabilium proconſulis Aſiæ, comitis Orientis, præfecti Auguſtalis, & vicariorum, quos etiam monuimus ſub xxx. interminatione librarum auri, nemo aliter admittatur, niſi eum emiſſa ſacriſcrinij probatoria conſecrauerit. Quòd ſi quis talis ſub tua [t] fuerit abdicatione † conuictus: profectò irritis his, quæ vetita contrectauerit, etiam congruam indignationem incurret.

VII. Iidem AA. *Anatolio mil.*

AD ſplendidioris [u] priuilegia militiæ, poſteaquam priorem continuo labore compleuerint, eos venientes admittemus, qui ea voto adipiſcendi honoris crediderint expetenda: non eos, qui ſtudio exercendæ cupiditatis [x] ambierint, vt velut [y] in meliori fortuna poſiti, aut ea ſcelera, quæ priùs commiſiſſe doceantur, occultent, aut alia deinceps poſſint impunè committere.

Duces, & apparitores, & limitanei caſtrorum ſub officiorum magiſtro conueniuntur: non tamen per hoc derogatur iuriſdictioni magiſtri militum Thraciæ, & Illyrici, qui ex conſuetudine contra eos iuriſdictionem habent. Bart.

VIII. *Impp.* Leo & Zeno AA. *Ioanni magiſtro officiorum.*

VIros ſpectabiles duces, eorúmque apparitores, necnon limitaneos [z], caſtrorúmque præpoſitos, tantummodo ex ſublimis tui iudicij [a] ſententia conueniri, nec aliis ſubiacere iudicibus præcipimus: illuſtribus

---

a ¶ *Secreta.* id eſt, ſeparata, remota, vel diuiſa.
b ¶ *Fungantur.* cum ſuis apparitoribus: *vt infrà, ſ proxi.*
c PRæfectus.] *Compulſores.* id eſt, apparitores.
d ¶ *Officio.* id eſt, officialibus.
e ¶ *Obnoxius.* ſci. præfectus annonæ.

DE DIVERSIS officiis, &c.

¶ De inſtrumentorum cautela, & fide. 73. vt ipſi Tabelliones, quantumuis ægroti. 44. c. 1. §. 3. cõtractui interſint ab initio ad finem vſque, neque priùs complemẽtum adponant, quàm perfectè nouerint negotium, de quo agitur. 44. c. 1. Vt eiſdẽ liceat per ſubſtitutum, & adiutorẽ ſuum, in ſola tamen ſtatione, contractus formare. d. c. 1. §. 4. & ſubſcribere. 73. c. 7. §. 1. Vt in protocolo deſcribant, idque cũ die, & Conſule. Nou. 4. c. 2. Vt præponatur nomen Imperatoris in documentis. 47. & vt tempora, quæ Latinis literis deſignantur apertiùs, quàm notis, & ſigillis. 47. c. 2 ſignũ crucis inſtrumentis pro fide, & ſubſcriptione olim adponi ſolitũ. Nou 73 c. 8. Nou. 90. Nou Leonis. 72. l. vl. §. 2. C. de iure delib. Inſtrumẽtum non dicitur completum, antequàm ei ſit ſubſcriptum à teſtibus. c. 5. Quemadmodũ mortuo tabellione inſtrumenti, ac literarum eius fiat comparatio. 73. c. 7. vt notæ, ſi quæ fuerint in inſtrumento, diligentiſſimè comparentur inter ſe apud iudices. 73. c. 6. vt ex ſolis documentis publicè celebratis, & publica arca deprõptis fiat comparatio, exceptis priuatis, quibus aduerſarius pro ſe vtitur. 49 c. 2. vt hominibus peritis, & iuratis committatur literarum cõparatio. d. c 2. §. 2. vt ſi literarum fides à voce teſtiũ diſcrepet, teſtes præferãtur. 73. c. 3. vt non aliter credatur inſtrumento de altero inſtrumento faciẽte mẽtionem, quam ſi id ipſum proferatur. 119 c. 3. Inſinuatum inſtrumẽtum magnæ eſt auctoritatis. 73 c. 2. & 3. Nudi chirographi fides exigui momenti. 73 c. 4. Imperiti literarũ quemadmodum cautè contrahant 73. c. 8. quemadmodum in agris contrahatur. c. vlt. De priuatis inſtrumentis munitis trium teſtium præſentia, & ſubſcriptione. 73 c. 1. 2.

Ad Senatuſconſultum Velleianum.

¶ Rem propter nuptias ſibi donatam vxor obligare, pignorare, alienare non poteſt. 61. Vxor pro viro obligari nullo modo poteſt. 134. c. 8.

De non numerata pecunia.

¶ De pœna negantis numerationem pecuniæ. 18. c. 8. De dote cauta, nec numerata. v. infra, de iure dotium.

De vſuris.

¶ Quas vſuras ab agricolis ſtipulari liceat. 32. 33. 34. De nautico fœnore. 106. 110. De vſuris ſupra duplum non computandis. 138. Vt particulares vſurarum ſolutiones in duplum computentur. 121. Lex de vſuris ſupra duplum non computandis, ad ciuitates non pertinet. 160.

Depoſiti.

¶ Ne quis depoſitario interdicat depoſiti reſtitutione. 88 Quemadmodum tutò res poſſit deponi. 73. c. 1.

Sine cenſu, vel reliquis fundum comparari non poſſe

¶ Vt emptor fundi tributarij tributi nomine teneatur. 17. cap. 8. §. 1.

De vectigalibus, & tributis.

¶ De indulgentia reliquorum publicorum. 147. 148. De releuatione tributorum publicorum. 163. De prædiorum ſterilium ad fertilia impoſitione. 166. De hominibus, qui in eadem domo ſubiecta prædia poſſident. 148.

Locati.

¶ De his, qui denunciant, ne ciuiles annonæ, vel penſiones ſoluantur. 88. c. 2. Vt hortulani eadem qualitate hortum reddant, qua acceperũt, & de meliorationibus ab iiſdem factis 64. Vt artifices locent operas ſecundùm veterem morem. 122.

De donationibus ante nuptias.

¶ Dotis, & donationis propter nuptias æqualia pacta, & æquales quãtitates eſſe debent. 97. c. 1. ¶ Donatio propter nuptias ſpecialis eſt contractus, & ex parte vxoris non requirit inſinuationem, 119. c. 1. ex parte mariti requirit: ſicque vt nõ inſinuata donatio propter nuptias ei nõ pariat æquale lucrum ex dote in caſum mortis, vel iniuſti repudij. 127. c. 2. Vt immobilia propter nuptias donationis neque hypothecæ dentur, neque omninò alienari poſſint à viro etiam conſentiente muliere, niſi poſt primam obligationem mulier finito biennio iterum obligationi cõſenſerit 61. Vt ſi donatio propter nuptias conſiſtat in immobilibus, mulier illa vti frui poſſit: ſi in mobilibus, vel pecunia, vt mulier eas exigere poſſit, ſi extent: data cautione de illis reſtituendis. ſin minùs vt etiã à liberis vſuras trientes poſſit accipere. 2 c. 4. & Nou 22 c. 40. Olim mulier abſtinẽs ſecundis nuptiis lucra nuptialia poterat inter viuos, & teſtamento alienare. 22. c. 20. §. 1. non abſtinens nudum vſum antenuptialis donationis conſequebatur: proprietas ita liberorũ erat, vt ne quidem in vnum liberorum eam conferre poſſet. 2. c. 1 & 4. Nou 98. c. 1. in extraneum conferre poterat: ſed in caſum omnium liberorum præmortuorum. 2. c. 2. hodie conſtitutum eſt, vt mulier ſec. nuptiis abſtinens præter vſum antenuptialis donationis tantum habeat proprietatis, quantum vnus filiorum 147 c 3.

De nuptiis.

¶ Vt viles perſonæ etiam illuſtribus poſſint nubere 131. c. 6. De ruſticis, qui alienis prædiis nuptias contrahunt. 157. & de prole inter eos parte cauſa 150 vt nuptiæ illuſtrium virorũ fiant cum dotalibus inſtrumentis. 117. c. 4. de ea, quæ raptori nubit. 150. De redintegrando matrimonio. 117. c. 11.

De inceſtis, & nefariis nuptiis. Nou. 12.

¶ Vt inceſtuoſi nuptias contrahentis neque liberos ex legitimo matrimonio habẽtis bona ærario aſſignẽtur. 12. c. 1. habentis verò liberos, quarta pars in fiſcum redigatur. 12. c. 1. §. 1. Vt inceſtuoſi nobiliores deportentur, viles verberentur. 12. c. 1 Vt liberi legitimi patris inceſtuoſi, ipſo patris inceſtu ſui iuris fiãt. 12. c. 1. Vt nati ex inceſtu priuentur rebus paternis. 12. & 74. c. 6. Vt parentibus non poſſint legitimari dicto. c. 6. Vt ex eorundem ſubſtantia nihil conſequantur. 89. c. 5. De illicitarum nuptiarum indulgentia. 139. 154.

De ſecundis nuptiis.

¶ De fauore viduitati attributo. 22 c. 20. & 127. c. 3 De ſecundis nuptiis intra annum luctus contractis, & earũ pœna 22. c. 22 & 40. Et de muliere, quæ parit vndecimo menſe poſt mariti mortem. 39. c. 1. De ſecundis nuptiis poſt annum luctus cõtractis, & earum pœna prima, 22. c. 23. 24. 25. 26. ſecunda c. 27. 28. 29. 30. 31. tertia. cap. 32. 33. quarta. c. 34. quinta. c. 35. ſexta. c. 36. ſeptima. c. 37. octaua. c. 38. nona. c. 39. decima. c. 40. vndecima. c. 41. duodecima c. 42. decimatertia. c. 43. 44. decimaquarta. c. 45. & Nou. 2. c. 4. decimaquinta. Nou 22. c. 49. §. 2.

De iure dotium.

¶ Dotis, & donationis eadem pacta, eadem quantitas eſſe debet. 97. c. 1. in fraudem creditorum dos augeri non poteſt. 97. c. 1. Dotis priuilegio mulier præfertur antiquioribus creditoribus, vel ei, cuius pecunia res mobilis, vel immobilis comparata, vel refecta: at non ei, cuius militia comparata eſt, quantumuis poſteriori. 97. c. 34. Vt dotis proprietas ſeruetur filiis. 98 c. 1. & 2. c. 4. Ne parens dotem filiæ ſecundas nuptias contrahentis minuat 97. c. 5. De dote ſcripta, & non numerata, ſeu præſtita, & vt quæ nullam dotem dedit, antenuptialem donationem dotis cauſa factam accipiat: & vt quæ minus dedit, quàm eſt profeſſa, tantum recipiat, quantum re ipſa numerauit. 2. c. 5 De dote cauta, non numerata, & intra quod tempus dotis non numeratæ exceptio poſſit obiici. De dote marito oblata, nec accepta, & vt ſi per maritum ſteterit, quominùs dos illi ab vxore ſolueretur, teneatur de dote vxori reſtituenda. 91. c. 2. De dotis collatione, & vt filia ſe immiſcens patris hæreditati, fratribus dotem conferat, aut tantò minus accipiat de bonis paternis. 97. c.

e. & quid

6. & quid ſi dotem inope facto marito conſequi non poſſit, & ita fratribus non conferre. *d. c* 6. Vt dos prioris vxoris præferatur ſecundæ, ſiue ipſa, ſiue liberis eius agentibus.

De diuortiis.

¶ De cauſis iuſti diuortij marito 117. *c.* 8. & vxori permiſſis, 117. *c.* 9. Vt diſſolui poſſit matrimonium mutuo conſenſu. 140. ex cauſa probabili. 117. *c.* 10. quæ ſint cauſæ probabiles. *c.* 11. quæ non ſint. *c.* 14. ſine cauſa non eſt diſſoluendum 117 *c.* 4. Diuortium fit ex occaſione. 22. *c.* 4. Ob monachiſmum. *c.* 5. impotentiam. *c.* 6 captiuitatem. *c.* 7. deſertionem. *c.* 14. & 117 *c.* 11. ſeruitutem detectam. *Nou.* 22. *c.* 9. *&* 10. (ancilla non eſt, quæ à domino doloſè pro libera elocata eſt. *c.* 11. aut expoſita. *c.* 12.) ſtatum adſcriptitium. *c.* 17. certa delicta *c* 15. 16. mortem. *c.* 20. non fit ob damnationem in metallum. *Nou.* 22. *c.* 8. deportationem. *c.* 13. non acceptam ab vxore dotem. *c.* 18. De pœnis iniuſti diuortij. 22. *c.* 16. *&* 19 *Nou.* 131. *c.* 15.

Diuortio facto apud quem liberi morari debeant.

¶ Soluto per repudium matrimonio, quomodo, & apud quem liberi alantur. 17. *c.* 7.

De alendis liberis à parentibus.

¶ Vt qui vſum donationis propter nuptias lucratur, diuortio facto liberos alat. 98. *c.* 2. Vt ſi pater cauſam diuortio dederit, liberi apud matrem alantur: ſi mater, apud patrem: niſi pater ſit pauper, mater locuples, & vt inopes parentes à liberis locupletibus alantur. *Nou.* 117. 7. Vt liberi legitimi patrem, quamuis incelluoſum alant. 12. *c.* 3. §. 1.

De concubinis.

¶ Ne cui plures concubinas habere liceat, aut vxori concubinam ſuperinducere. 18. *c.* 5. *Nou.* 89. *c.* 12. §. 5. Vt concubinatu in matrimonium conuerſo liberi fiant legitimi 12. *c.* 4. Quo modo concubinæ ſeruilis conditionis conſtitutæ legitimæ vxores fiant. 18. *c.* 11. Vt ſi filius concubinæ patris ſe immiſcuerit, exhæredari poſſit. 115 *c.* 3. §. 6. Quemadmodum concubinæ ab inteſtato, vel ex teſtamento concubinario ſuccedant. *vide infrà, tit. de naturalibus liberis.*

De naturalibus liberis, & quibus modis efficiantur ſui.

¶ Vt naturales liberi legitimari poſſint oblatione curiæ. 89. *c.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. vel nuptiis cum eorum matre contractis. *c.* 8. per principis reſcriptum. *c.* 9. patris teſtamento à principe confirmato *c* 10. non tamen per adoptionem. *c.* 11 §. 2. Vt per matrimonium legitimati, ſiue ſoli ſint, ſiue cum aliis legitimis concurrant. 12. *c.* 14. ſiue poſt contractum matrimonium nulli procreentur, aut procreati moriantur, patri ſuccedant. *Nou.* 19. Vt nominatus ab aliquo in inſtrumento publico, vel teſtamento filius legitimus, ius legitimi conſequatur. 17. *c.* 2. Vt habenti liberos legitimos, concubinæ, eiúſque liberis, vnciam teſtamento relinquere liceat. 18. *c.* 5. *Nou.* 89. *c.* 12. § 2. non habenti liberos legitimos, aut aſcendentes, etiam aſſem. *Nou.* 89. *c.* 12. § 3. non vt olim ſemiſſem. 18. *c.* 5. habenti aſcendentes, reliquam partem legitimæ aſcendentibus debitæ. *d.* §. 3. Vt ab inteſtato defuncto liberis, aut coniuge extantibus liberi naturales ſola alimenta. 89. *c.* 12. §. 6. non extantibus duas vncias conſequantur. 18. *c.* 5. 89. *c.* 12. §. 4. Vt à naturalibus liberis parentes viciſſitudinem accipiant. 89. *c.* 13. Vt patri naturalibus liberis tutorem relinquere liceat. *Nou* 89 *c.* 14. Vt mater etiam naturalium liberorum tutelam poſſit gerere. *d. c.* 14. Vt quæ dicta ſunt de naturalibus liberis ad eos, qui de damnato coitu nati ſunt, non pertineant. *c.* 15.

De tutelis.

¶ Vt qui (matres excipe. *Nou.* 94. *c.* 1.) obligatũ habent minorem, aut res eius, omnino à tutela, eiúſque curatione, quantumuis legibus vocentur, arceantur. 72. *c* 1. Vt tutori, qui factus eſt pupilli debitor, aut creditor, curator adiungatur. *c.* 2. vt à tutela, vel cura nullus debiti prætextu excuſetur, niſi hoc probauerit. *c.* 3. Vt ſi tutor, vel curator ſe debitorem tacuerit, non poſſit redhibitionibus, aut aliis debiti exceptionibus vti: & vt ſi ſe creditorem ab initio tacuerit, omni actione aduerſus minorem decidat. *c.* 4. Vt curatores nullo modo ceſſiones ſuſcipiant aduerſus minores. *c.* 5. Quemadmodum tutores, & curatores pupilli, vel minorum pecuniam adminiſtrare debeant *cap.* 6. 7. 8. Vt orphanotrophi ſint tutoribus ſimiles, & ad inſtar tutorum inuentarium conficiant. 131 *c.* vltimo. Vt mulieribus interdictum ſit tutelæ officium niſi matres ſint, aut auiæ. 22. 40. & 118. *c.* 5. & 155. etiam naturales 89. 14. & vt eo caſu apud acta ſecundis nuptiis, & auxilio Velleiani renuncient 118 *c.* 5. & 155. abrogata Nou. 94. *c.* 2. Vt volente ad nuptias venire muliere tutelam liberorum gerente, ordinetur minoribus tutor, & rationes ſuſcipiantur, & quod mater debet occaſione gubernationis, hoc reddatur. 22. *c.* 40. Vt mater tutelaribus rationibus obnoxia ſit: & vt ſi ſecundò nubat, poſſit alium pro ſe deſignare tutorem, ſuo tamen, ſuarũmque rerum periculo. 105. Vt ſoli teſtamentarij tutores matrem à liberorum tutela excludant. 118. *c.* 4. 5. Vt patri liceat tutorem dare naturalibus liberis. 89. *c.* 14.

De furtis.

¶ Vt qui occultè, & ſine armis furantur, mortis pœna, aut alicuius membri abſciſſione non puniantur. 134. 13.

De iure aureorum annulorum

¶ De iure annulorum aureorum omnibus libertis liberaliter conceſſo. 78. *c.* 1.

De obſequiis patrono præſtandis.

¶ De reuerentia, & obſequio patronis à liberto præſtandis. 78. *c.* 2.

Vnde vir, & vxor.

¶ Olim ita conſtitutũ, vt ſi maritus vxorẽ inopem ſine cauſa repudiaſſet, aut iuſta de cauſa mulier ab eo fuiſſet ſeparata, aut morte ſolutum matrimonium fuiſſet: quarta pars ſubſtãtiæ mariti mulieri exolueretur: ea tamen lege ne vnquàm centum amplius libris auri acciperet. 22. *c.* 2. 8. 13. *c* 6. 74. *c.* 5. 117. *c.* 5. Hodie alterutro caſu ſi defuncto tres, paucioréſve fuerint liberi ſiue ex eo, ſiue ex alio matrimonio, vxor quartam bonorum mariti accipit: ſi plures, virilẽ: proprietate quidem tenus, ſi talis vxor filios ex defuncto non habuerit, vſu tenus tantùm ſi habuerit. 117. *c.* 5. Vt ſi minùs ſuprà dicta parte mulieri à viro legatum fuerit, ad ſupradictam quantitatem fiat repletio. 74. *c.* 5.

De collationibus.

¶ Vt ſiue parens inteſtatus moriatur, ſiue teſtatus, liberi conferant dotem, & donationes propter nuptias, niſi parens expreſſim deſignauerit ipſe ſe nolle fieri collationem. 18. *c.* 6. Vt collationis ea natura ſit acceptum à parente conferri, aut tantò minùs accipi, & quemadmodum filiæ, quæ propter inopiam mariti dotem ab eo recipere non potuerunt, collationi ſint obnoxiæ.

Qui teſtamenta facere poſſunt.

¶ Vt Samaritæ teſtamentũ facere non poſſint. 144. abrogata Nouell. 129. vt de his, quæ poſt epiſcopatum adquiſierint Epiſcopi teſtari non poſſint. 131. *c.* 13. Vt monachi poſt ingreſſum monaſterij teſtari non poſſint, ante ingreſſum legitimam liberis relinquere cogantur. 5. *c.* 5. 76. *c.* 1. 123. *c.* 38.

De teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinentur.

¶ Vt teſtator nõ cogatur vt olim. 66. *c.* 1. §. 4. 107. *c.* 1. propria manu nomina hæredum ſcribere: ſed vt etiam per alterum poſſit ſcribere. 119. *c.* 8. vt teſtator legitimas ſolennitates in teſtamento obſeruet *d. c.* 9. vt ignorantia nouarum conſtitutionum, non ſupina, excuſet omiſſionem ſolennitatis noua cõſtitutione introductæ in teſtamentis 66. *c.* 1. §. 4. Vt pater literas ſciens, inter liberos teſtaturus ſubſcriptione tempus declaret: deinde filiorum nomina: ad hæc vncias, in quibus ſcripſit ſuos hæredes, non ſiguis numerorum ſignificet: ſed per totas literas declaret. 107. *c.* 1. Vt teſtamentum imperfectum, quod inter liberos valere poteſt, alio teſtamento, quàm perfecto reuocari non poſſit. 107. *c.* 2. Vt diuiſio bonorum inter liberos facta à parente, ſola patris, vel liberorum ſubſcriptione valeat. 107. *c.* 3. Vt deſcriptioni bonorum à teſtatore iureiurando interpoſito factæ hæredes omnem fidem adhibeant *Nouell.* 4. *c.*

De liberis præteritis, vel exhæredatis.

¶ Vt aſcendentes liberis legitimam, aut eius ſupplementum nominatim relinquere in ſuo teſtamento cogantur, & vt certis tantùm de cauſis liberi à parentibus, & è contrà, exhæredari poſſint. 115. *c.* 3. 4. Vt iniuſta exhæredatio liberorum, teſtamẽto adſcripta vitiet ſolas inſtitutiones, non legata, non fideicommiſſa, non libertates *d. c.* 4 *in fine.* Ne liceat parentibus exhæredare filios, qui ingrediuntur monaſteria, velut ingratos. 123. *cap.* 41.

De iure deliberandi.

¶ Vt deliberandi ius etiam impuberes tranſmittant. 158.

De legatis.

¶ Vt legatum Deo relictum illi Eccleſiæ debeatur, vbi teſtator domicilium habuit. 139. *c.* 1. Vt legata pro redemptione captiuorum relicta præſtentur ab epiſcopis. 131. *c.* 11. Vt legatariis relicta æqualiter ab hærede præſtentur. 1. *c.* 3. Vt legata intra annum modis omnibus præſtentur. 1. *c.* 4. Quemadmodum hæres moram committens in legatis præſtãdis puniatur. 1. *c.* 1. Vt matri etiamſi ad ſecundas venerit nuptias legari poſſit. 22. 46. *c.* 46. §. 1. Vt vti legauerit quiſque de ſua re, ita ius ſit: nullo valente citra defuncti voluntatem, nec ſi ſacram impetret formam, aliquid diſponere in rebus alienis. 22. *c.* 2. Quemadmodum naturalibus liberis quis legare poſſit, ſuprà dictum eſt, tit. de naturalibus liberis. Vt ſi maritus prohibeat vxorem ad aliud venire matrimonium, vel econtrà, legatarius alterutrius habeat electionem, aut ad nuptias venire, & renunciare legato, aut legatum percipere, & abſtinere nuptiis. 22. *c.* 44. vbi alia quædam ad hunc locum pertinentia vide. Vt teſtator poſſit hæredes damnare, ne res legata de familia vnquam exeat. 159. Vt teſtator remittere poſſit hæredibus mutuam ſatiſdationem. *d. Nouel.* 159.

De conditionibus.

¶ Vt conditio legati, inſtitutionis, donationis, facta hoc modo, ſi ſine liberis deceſſeris, vel ſi nuptias non contraxeris, ſacerdotio, vel clericatu impleatur, aut potius remittatur huiuſmodi conditio. 123. *c.* 37. De conditione indictæ viduitatis. 22. *c.* 43. 44. De conditione ne legatum de familia vnquam exeat. *vide Nouell.* 159.

Ad Senatuſc. Trebellianum.

¶ Vt inſtitutis, & ſubſtitutis legata non præſtãtibus in ius eorum fideicõmiſſarius vniuerſalis ſuccedat. 1. *c* 1. § 1. *verſ. etenim*

in le

in legatariis;vt his,qui reſtituere iuſſus eſt , quod ex hæreditate ſuperetit,poſſit legitimam liberis reſeruare.& ſi ea non ſufficiat ad dotis , ſiue donationis propter nuptias conſtitutionem,honeſtè ſecundùm perſonę qualitatem,& merita ex hęreditate aliquid ampliùs delibare.39. Vt rogatus reſtituere,quod ex hæreditate defuncti ei ſuperetit , poſſit diminuere ad nouem vſque vncias,triuncio conſeruato fideicommiſſario generali : & certis caſibus , putà , redemptionis captiuorum cauſa , etiam ex illo triuncio. 108. Vt ſi inter filios facta ſit precaria ſubſtitutio , ea non porrigatur vltra filiorum gradum. 159.

Ad legem Falcidiam.

¶ Vt hæres non implens voluntatem defuncti. 1 *c.*2. vel inuentarium non faciens.*c.*2. §. 1. §.2. vel prohibitus Falcidia vti à teſtatore.*d* §.2.*verſ.ſi verò expreſſim.*vel ſolida legata quibuſdam ſcienter ſoluens in aliorum legatariorum præiudicium; Falcidia non vtatur.1.*c.*3. Ceſſat quoque Falcidia in ea re , quæ ita relicta eſt , ne alienaretur. 119. *c.* 1. Vt eadem ceſſet in iis, quæ ad pias cauſas ſunt relicta.131. *c.*12.

De hæreditatibus ab inteſtato. 118.

¶ Quemadmodum liberi parentibus ſuccedant.118 *c.*Quemadmodum parentes liberis ſuccedant. 118.*c.*2.Quemadmodum fratres,fratrum filij,cognati cognatis ſuccedant,*Nou.*84 *&* 118. *c* 3.De agnatorum iure in hæreditate ſublato. 118. *c.*4. Vt fratrum filij ſuccedant patruo,etiam aſcendentibus primi gradus, & patruis extantibus,*Nou.*127.Vt illegitimi, ac ſerotini partus non ſuccedant 39.*c.*2. Quemadmodum naturales liberi ſuccedant , dictum eſt ſuprà tit *de Naturalibus liberis.* Vt inceſtuoſi non ſuccedant.89.*c.*15. Quemadmodum hæretici liberi ſuccedant.*v.*115.*c.*3 & 118.*c.vlt.* De iuſtis exhæredationum cauſis, v.Nouell.115.*c.*4.De legitima viro inopi ab vxore relinquenda, & è contra,dictum eſt ſuprà tit.*unde vir, & uxor.*

De bonis maternis generis.

¶ Vt lucra nuptialia parens alienare non poſſit,néve emptor ea poſſit præſcribere,niſi triennio.22.*c.*24.

De bonis, quæ liberis in poteſtate patris conſtitutis ex matrimonio,vel aliàs acquiruntur.

¶ Vt filiofamilias relictum,ne ad eius patrem perueniret,patri non quæratur.117.*c.*1.Vt quotiens pater conſortium proprietatis cum filiofamilias habet , toties vſumfructum in filij portione non habeat.118.*c.*2. Vt parens iniuſtè nuptias diſſoluens detrudatur in monaſterium : vtque triens bonorum eius monaſterio addicatur:reliqui duo trientes eius liberis eorum,& vt vſufructu priuetur.*Nou* 134.*c.*11.

De manumiſſionibus.

¶ Vt minor in teſtamento ſeruos manumittere poſſit. 119. *c.* 2.Vt ſi miles reliquerit legatum ſeruo , vel ancillæ ſuæ , ipſa donatione legati libertatem donaſſe videatur.78.*c.*4.Vt ſi dominus ancillam duxerit,liberam feciſſe intelligatur,*d.c* 4. Vt ſi dominus ancillam ſuam elocauerit tanquam liberam, aut ſeruo ſuo tanquam libero paſſus fuerit ingenuam matrimonio iungi,ſerui,aut ancillæ dominium amittat, iique in libertatem rapiantur.22.*c* 11. Vt ſi ſeruus ſciente domino meritus eſt militiam, aut quamlibet dignitatem adeptus in libertatem rapiatur.81 *in §. pr.* Vt epiſcopatus à ſeruili , & adſcriptitia fortuna hominem liberet.123. c.4.Vt à domino expoſitus liber cenſeatur *Nou.*153.*c.*1.

De acquirenda poſſeſſione.

¶ Vt ex ſententia iudicis non rectè apprehendatur poſſeſſio, niſi vacua.167.

De præſcriptionibus.

¶ De præſcriptione rerum à Vuandalis ereptarum. 36. De præſcriptione centum annorum Romanæ Eccleſiæ,id eſt,occidentalibus Eccleſiis attributa.9 & poſteà in 40 annorum præſcriptionem mutata. De præſcriptione biennij non obiicienda interim,dum de tráſactione litis agitur cum aduerſario.93.*c.*1. Vt qui rem alienam à malæ fidei poſſeſſore bona fide accepit, eam aduerſùs verum rei dominũ præſentem decennio,abſentem vicennio poſſit præſcribere. 119 *cap.* 7. Vt quoties de decennij præſcriptione agitur, ſi dominus quibuſdam annis præſens, quibuſdam abſens fuerit,tot ei anni ſupra decennium adiiciantur,quot in ipſo decennio abſens fuerit.119.8.Vt ſi mora Imperatoris,ſententia ferri non poſſit, iudicij præſcriptio non obiiciatur.23.*c.*2.

De ſententiis.

¶ De retractatione ſententiarum præfecti prætorio.119 *c.*5. Vt poſt annum,& tria edicta in actorem contumacem ſentẽtia feratur.112.*c.*3.Vt in medio litis,aut pẽdente lite,nõ ex iuſſione principis, aut ambitioſis reſcriptis iudicetur : ſed ſecundùm generales leges.*Nou.*82.*c.*13.*c.*1. *&* 2. Vt breuiores,& viliores cauſæ ſine ſcripto decidantur.17.*c.*3.*& Nou.*83.Vt corã eodem iudice reconuentio fieri poſſit.96.*c.*2.123.*c.*25. De pœna iudicis, qui malè iudicauit, vel eius, qui iudicem,vel aduerſarium corrumpere curauit.124 *c.*2.Vt iudices nulla relatione vtantur ad principem 125.*c.*1.& ita abrogatur Nouell.82.*c.*14.113.*c.*1. *verſ. ſi verò.*

*De appellationibus. Nouell.*23.

¶ Vt à ſententia principis non appelletur , nec ab ea fiat retractatio apud alium,quàm ipſum Imperatorem.113 *c.*1.Vt ne cui iudici appellationes recipere liceat,82.*cap.*12.*c.*13.Vt à ſententia iudicis intra decem dies appelletur,ſiue propria cauſa ſit, ſiue aliena.23.*c.*1. Vt tempus exercendæ , finiendæ que cœptæ appellationis annuũ ſit,niſi impedimentum aliquod ſubſit:tunc enim biennale. *Nou* 49. Vt ſi de cauſa appellationis compromittitur, tempora appellationum non currant.93.*c.*1.Vt ſi ſtet per principem , quominus iudicetur , tempora appellationum non currant. 23. *c.*2. Vt ſi per iudicem appellationis ſtet , quominùs ſententia dicatur,tempora appellationis fatalia non currant.119.*c.*4. Vt à ſpectabilibus ad illuſtres appelletur.23 *c.*3. De appellationibus in Ægypto,Aſia,& Ponto 23.*cap* 3.De appellationibus quinque prouinciarum.41.Siciliæ.75 De appellationibus ad principem 20. 23. *c.*2. *Nou.*127. Vt appellari per alium poſſit.23.*c.*1. Vt iudex rationem expenſarum examinet. 82. *c.* 10.

Qui bonis cedere.

¶ Ne quis cogatur bonis cedere. 135.

De bonis auctoritate iudicis poſſidendis.

¶ Vt præſens in poſſeſſionem bonorum cõtumacis mittatur pro quantitate debiti : & vt contumaci reuertenti poſſeſſio reſtituatur, redditis primò impenſis litis.53. *c.*4. *in fin.*

De pignoribus , & hypothecis.

¶ Vt pignus à debitore vendi poſſit , ſaluo creditorum iure. 112. *c.*1. *verſ ab hoc.* Vt prius conueniatur debitor principalis, quàm fideiuſſor, & poſſeſſor rerum à debitore acceptarum.4 *c.* 2.Vt debitore pecuniam numeratam non habente, addicantur creditori res eius.4.*c.*3.Vt creditor,cuius pecunia nauis,domus, aut ager emitur,anterioribus (mulierem excipe de dote agentem) etiam creditoribus præferatur in huiuſmodi naui, domo, & agro. 97.*c.*3.Vt mulieri de dote agenti præferatur is,qui pecuniam credidit , vt militia emeretur, quantumuis poſt dotem iam conſtitutam pecuniam crediderit,*Nou.*53.*c.*5.§.1. *Nou.*97. *c.*4.Vt dos prioris vxoris præferatur doti ſecundæ,ſiue ipſa,ſiue liberis eius agentibus, niſi res ſecundæ vxoris adhuc extent.91. *c.* 1. Vt ſi poſſeſſor conuentus rei vindicatione negauerit rem eſſe actoris , poſtea conuictus ad legem pignoris, vel *emphyteuticam* , vel ſuperficiei cauſam , vel quam aliquam defenſionem confugiant,non audiatur:ſed transferatur poſſeſſio in actorem: deinde agatur hypothecaria,aut vectigali,aut ſuperficiali actione.*Ioan.cap.*10.Vt ex ſcriptura depoſiti,vel mutui, tribus teſtibus munera, ius pignoris , aut hypothecæ , & prælationis peti poſſit.83. *c.*1.2.

De litigioſis.

¶ Vt res litigioſę diuidi poſſint inter hæredes. 112.*c.*1.vt litigioſa legata,fideicommiſſa,teſtamentóve relicta,non ipſa,non eius æſtimatio , ſed ſolus litis euentus debeatur. *d.c* 16.*ſi verò hæres* , vt quæ de litigioſis dicta ſunt , ad res hypothecæ datas non pertineant.*d.c.*1 *ver.ab hoc.*

De duobus reis promittendi.

¶ Vt duobus ſimul obligatis , ſi non fuerit adiectum , vt in ſolidum tenerentur,tacitè intelligantur teneri ex æquo.99.*c* 1. Vt qui in ſolidum cum alio obligatus eſt, reo idoneo, & præſente in ſolidum conueniri non poſſit.*d.c.*1.*v.ſi verò.*

De fideiuſſoribus.

¶ Vt præſens principalis prius conueniatur, quàm fideiuſſor.4.*c.*1. Vt mulier pro marito nullo modo fideiubere poſſit 134.*c.*8.

De ſolutionibus.

¶ Vt debitore pecuniam numeratam non habente,addicantur creditori ſolutionis cauſa res eius.4.*c* 3.

De patria poteſtate.

¶ Vt patriciatus dignitas.*Nouel.*81 *in principio.*Dignitas conſulatus,præfecturæ prætorio.*Nouel* 81.*c.*1. Vt omnis dignitas, omne cingulum à curia liberare valens.*d.c.*1.§.1.Vt epiſcopatus liberos patria poteſtate ſoluat,*Nouell.*81.*c.*3.Vt liberati patria poteſtate legitimorum iura intacta habeant,*Nouell* 81.*c.*2.

De infantibus expoſitis.

¶ Vt qui filium expoſuit,ius patriæ poteſtatis amittat.153. *c.*1. Vt qui expoſitum nutriuit, eum in ſeruitutem non aſſerat. *d.cap.*1.

De donationibus.

¶ Vt qui rem donauit, eam tradere cogatur. 162. *c* 1.Vt ſi non inſinuatæ donationes exceſſerint menſuram indigentem inſinuatione,ad id vſque dumtaxat valeant,quo non inſinuatæ donationes valent 162.*c.*1.§.2. vt ſi donator rem à ſe donatam alienauerit,vel pignorauerit,donationem reuocaſſe non intelligatur.*d.c.*1.§.1.Vt parens vni liberorum ita donet,vt reliquos liberos legitima non defraudet:& vt eo caſu liberi legatarij patris non cogantur hæreditatem adire:cogantur tamen ſupplere reliquis fratribus legitimam: & vt ingrati liberi non reuocent donationes factas à parente. 92. Vt mulier res quas filiis donauerit,quaſi ab ingratis, poſt ſecundas nuptias, reuocare non poſſit,22.*c.*25.Vt donationes Imperatori à priuato homine factæ non egeant inſinuatione,& è conta.52.*c.*2. Vt mortis cauſa donationes legatis comparentur,& ne inſinuatione indigeant. 87 *in princ.* De donationibus curialium : & vt decuria donare non poſſit etiam mortis cauſa.87.*c.*1.De donationibus à curialibus factis.101.

De

De publicis iudiciis, accuſatoribus, & exhibendis reis, & eorum cuſtodia.

¶ Vt rei criminum edictis legitimis euocentur. 134. c. 5. Ne mulieres in carceribus includantur pro priuato, aut fiſcali debito: & vt, pro crimine in monaſterio, aut aſceterio contineantur, néve monaſtriæ, aut aſcetriæ vlla actione de propriis monaſteriis, aut aſceteriis trahantur. 139. 9.

De adulteriis.

¶ Quemadmodum maritus vxorem adulterij accuſare debeat. 117. c. 8. *verſic. ſi de adulterio.* De pœna adulteri, & mulieris adulteræ. 134. c. 12. Vt adulter præſumatur, qui ter aut ſolenniter monitus non deſinit cum vxore alterius colloqui, & vt repertus à marito cum vxore loqui, poſſit vbiuis interfici, at non in templo. 117. c. 15. Ne quis luxurietur contra naturam. 77. & 141. De muliere raptum paſſa. 143.

De ſepulchro violato.

¶ Vt non liceat creditori hæredes defuncti pro debito moleſtare ante nouem dies. 115. *cap.* 5. De pœna creditoris cadauer mortui inferri prohibentis. 60. c. 1.

De pœnis.

¶ De pœnarum omnium moderatione 134. c. 13.

De tributis.

¶ De exactionibus, ſiue delegationibus tributorum. 128.

De fabricenſibus, & armis.

¶ De armis. 85.

De mendicantibus validis.

¶ De ignauis, & mendicantibus validis coercēdis. v. Nou. 80.

De re militari.

¶ De militum tranſitu, & introitu. 130. Milites ne priuatorum poſſeſſionibus defendendis incumbant. 116.

ANDREÆ ALCIATI DE IVSTINIANI Noueliis, & cur Authentica hodie vocentur, ex Parerg. Lib. II. Cap. XLVI. ratio.

QVum interrogatus quandoque eſſem, vnde fieret, vt Conſtitutionum Iuſtiniani Volumen, Authentici nomine citaremus, cùm tamen nuſquam appareat hunc ei titulum ab ipſo legiſlatore præfixum eſſe: ſic reſpondendum duxi, editum eſſe eum librum Græco ſermone, & Conſtitutiones eas Græcè νεαρὰς appellatas fuiſſe. Verùm cùm Aſiatica quadam luxuria diffuſus, prolixitateque nimia ſcriptus liber eſſet, tranſlatum Latinè à Juliano Patricio, & exconſule fuiſſe: ſed compendioſius, & ſtylo, vt tum tempora ferebant, non inelegante: qui liber adhuc extat, & Nouellæ titulo circunfertur, dubio procul legitimus Juſtiniani ipſius partus, quem tamen Doctores noſtri vt ſpurium reiecerunt: maluitque Accurſius barbaram, & Bulgari tempore factam tranſlationem interpretari, quòd vberior ei videretur: ideoque Authenticam appellauit, quoniam ex ipſo Græco originali ad literam traducta eſſet. Sanè authenticon pro re certæ fidei poni conſtat, non ſolùm apud Julianum Paulúmque Juriſconſ. ſed etiam apud Ciceronem epiſt ad Attic. lib. ix. & x. *Tametſi Gaza libello de menſibus, hanc vocem apud veteres hoc ſenſu non reperiri ſcribat: ſed eos, qui citra mille annos ſcripſere, hac dictione αὐθέντης vti cœpiſſe, vt eum exprimerent, quem Latini authorem dicunt. Olim enim idem ſignificat, quod αὐτόχειρ id eſt, propria manu aliquid patrans.*

DICTIONIS, AVTHENTICORVM *ETYMOLOGIA,* SEV. INTERPRETATIO.

AVthenticon Græcè, Latinè authoratum poſſis interpretari, hoc eſt, id, cui vel ipſi fides habeatur, quaſi accerſitis aliunde probationibus haudquaquam indigeat: vel quod à ſeipſo, non ab alio dependeat, quaſi dicas originale: quemadmodum & author is dicitur, qui ipſe facit, non ab alio accipit, & in quo ius eſt, poteſtas, ac dignitas, nec ab alio pendet: vt hinc ſcilicet Iuſtinianum intelligas conſtitutiones has poſtremas (nempe totius Iuris ciuilis velut colophonem, aut, ſi mauis, corollarium) Authenticas ob id dixiſſe, quod ius earum ratum eſſe cuperet, nec ambiguum, nihílque iam exoticum ad ſuam firmitatem deſiderans, vtpote à ſe authore quoddam velut Apollinis oraculum profectuſn. Diſtinctæ ſunt autem hæ conſtitutiones in nouem collationes, hoc eſt, nouem velut libellos, aut, (quod penè idem eſt) capita: quas ideo collationes exiſtimo nuncupatas, quòd ad vetuſtiſſimum ius Romanorum, ac illud iam nuper à ſe in Pandectis digeſtum, & ad æquitatem collatæ ſint, vt in bono, & æquo cuncta conſiſterent, ne quid iniuriæ ſummi iuris rigor afferret, aut (quod magis fortè placeat) quòd ſymbolas multi contulerint, vt centones intelligas. Tu interim arbitrare, ac nos redama. Vale.

ANTONII

ANTONII CONTII IVRISCONSVLTI, ET IN BITVRIGVM METROPOLI DOCTORIS ORDINARII PRÆFATIO IN LIBRVM NOVELLARVM.

INTERDIXERAT Iuſtinianus vllam legem Imperialem extrà corpus Codicis Iuſtinianei legi [a]; ſed non ſine vlla exceptione. Adiecit enim, niſi poſtea varia rerum natura aliquid nouum creaſſet, quod Imperiali conſtitutione indigeret: quod ſi eueniſſet, nouam legum congregationem pollicitus eſt, quæ Nouellarum nomine conſtitutionum ſignificaretur. Porro idipſum mox accidit: & vix nouus Codex promulgatus erat, cùm interpellatus Imperator conſtitutionem de hæredibus, & Falcidia edidit, vix altero menſe poſt editum Codicem, vt qui editus ſit XVI. Kal. Decemb. ipſo Imperatore IV. Conſule: nouella autem conſtitutio de hæredibus, data eſt Kal. Ian. Biliſario viro clariſſimo Conſule. Scripſit ſubinde & ſequentibus menſibus, atque annis alias Nouellas ad extremum vſque Imperij ſui annum, quæ omnes in vnam congregationem relatæ, Nouellæ appellatæ ſunt conſtitutiones. Sanè Gregorius Pontifex Romanus (qui vix triginta annis poſt Iuſtinianum ſcripſit) conſtitutionem Nouellarum vocat [b]. Cæterùm paucæ illarum conſtitutionum Latino ſermone primùm ſunt editæ, quæ etiam hodie ab aliis ex Græco in Latinum factis ſtyli integritate diſcerni poſſunt: cæteræ omnes Græca primùm lingua compoſitæ, quòd & Græcis iam hominibus, & proceribus vteretur Iuſtinianus linguæ Latinæ vt plurimum ignaris, & firmum, atque ſtabile Imperium in Græcia obtineret; in Latio verò iam illo tempore anceps, atque dubium. Ad Latinorum tamen hominum vſum & ex Græca in Latinam linguam tralatæ eæ conſtitutiones fuerunt, eodem, vel certè non longo pòſt tempore. Illa eſt iniucunda, & ſalebroſa, atque, vt ita dicam, barbara hæc tralatio, quæ hodie habetur. Verùm id non omnino veteris interpretis culpa accidiſſe arbitror, tametſi illum ab omni culpa vindicare meum non ſit. Paruit enim legi Iuſtinianeæ, quæ ita demum in aliam linguam leges transformari permiſit, ſi modò ſub eodem ordine, eadémque verborũ conſequentia, id eſt, eo genere, quod Græci κατὰ πόδας dicũt, transferentur [c]. Metuebat enim, ne ſi vulgaris illa transferendi libertas paſſim permitteretur, nouæ ex verbis legis ſuborirentur calumniæ, & occaſiones illis legibus, vt variis, & ambiguis non parendi. Itaque & veteres illi Septuaginta Bibliorum interpretes, & qui nouum Domini, & Saluatoris noſtri Teſtamentum tranſtulerunt, & veteres Ariſtotelis interpretes eandem conuertendi religionem, & formidinem præ oculis habuerunt. Verba enim potiùs, quàm phraſes conuerterunt. Scribit Dionyſius Exiguus (qui vtiqe temporibus floruit Anaſtaſij Imperatoris) in præfatione conciliorum Græcorum à ſe tralatorum, tantùm fuiſſe priſcæ tralationis confuſionem, vt regulas eccleſiaſticas de integro transferre coactus ſit. Nihil igitur cauſæ eſt, cur hoc ſolo argumento non eſſe hanc veterem tralationem Nouellarum dicamus, quòd confuſa, & ſpinoſa ſit. Quid ſi certis indiciis demonſtro eſſe veterem, & à temporibus ferè Iuſtiniani hucuſque tranſmiſſam? Gregorius primus, qui fuit illis ferè temporibus, eius tralationis verbis vtitur, eáque prolixè recitat apud Gratianum, xj. q. 1. q. 15. Item in Decretalibus, tit. de teſtibus c. 1. vbi c. vl. Nouel. 90. de teſtibus. recitat. In concilio quoque Pariſienſi (quod conſtat eſſe antiquiſſimum, & tempore S. Ludouici factum) recitatur ex ea tralatione integer locus, ex Nouella ſcilicet 123. vbi etiam conſtitutio 123. appellatur. locus extat apud Iuonem epiſcopum Carnotenſem Pannomias ſuæ parte quinta. Iam verò leges Caroli magni, filiorúmque eius, & nepotum, hac tralatione plenæ ſunt. S. denique Iſidorus (qui fuit iiſdem ferè temporibus, quibus Gregorius primus) in libro Canonum eccleſiaſticorum, integram Nouellam XLII. de depoſitione Anthimi, &c. ex eadem veteri tralatione

a lib. 1. Cod. de emendatione Codicis.

b xj. q. 1. c. 15.

c l. tanta Cod. de veter. iure enuclean.

tione ſumpſit: quam ex eodem Iſidoro poſt vulgatas nouem Collationes idcirco adſcripſi. Prætermitto innumera veterum Pontificum ſcripta: mitto Iuonis Burchardi, Gratiani, Ioannis Saleſberienſis ſcripta, & rhapſodias, quæ multas paginas huius tralationis continent. Vnus poſt illos inuentus eſt Irnerius, qui non ſolum tralationis, ſed etiam totius ſententiæ, & libri fidem eleuaret, & à quodam monacho librum tam verboſum, & acephalum ſcriptum aſſereret: quem optimis rationibus ab Azone confutatum legimus. Iiſdem autem temporibus, quibus illa tralatio facta eſt, prodiit & harum conſtitutionum epitome à Iuliano quodam viro eloquentiſſimo, anteceſſore Conſtantinopolitanæ ciuitatis: ſic enim appellatur in veteri quadam eius epitome manuſcripta, quam mihi cõmunicauit aliquando doctiſſimus anteceſſor Iacobus Cuiacius. Quæ quidem epitome longè purioribus verbis, & elegantioribus conſcripta eſt, quam vetus illa tralatio. Vtraque tamen tralatio diligenter à veteribus iuris interpretibus, Ioanne Pilio, Rogerio, Azone, Accurſio, lectitata, & comparata, cum inuicem, tum etiam cum cæteris iuris libris. Vt autem in his duabus citandis, atque allegandis vitaretur confuſio, prolixiorem illam tralationem vocauerunt Authenticum, *quaſi dicerent, verum, & nullo modo detruncatum Iuſtinianearum Nouellarum exemplũ: breuiorẽ verò hanc Iuliani epitomen, ſimplici nomine nuncupauerunt,* Nouellas. *Vtraque etiam tralatio conſtitutiones ſingulas habuit propriis capitibus diſtinctas, ita vt breue ſingulorum capitum argumentum literis miniatis deſcriptum eſſet: quod nos in hac editione perpetuò obſeruari curauimus: & quæ ex manuſcriptis libris interdum reſtituere non potuimus, proprio ingenio confingere conati ſumus. Conſtat enim id à Iuſtiniano factum, & obſeruatum fuiſſe: cùm & ipſe numerum capitum ſæpe exprimat. Cur autem multæ deperierint, in cauſa hæc ſunt. Erant inter has leges permultæ conſtitutiones ἰδικαὶ & locales, quarum nullus ferè vſus eſſe viſus eſt illis præſertim Langobardis plùs æquo Muſas, & humaniores literas abhorrentibus, nihilque quod nõ πρὸς ἄλφιτα conduceret, magni facientibus: cuiuſmodi erant,* De priuilegiis Archiepiſcopi Iuſtinianę primæ. Vt Eccleſia ſanctę reſurrectionis, &c. De armeniis, De præſide Piſidiæ, Lycaoniæ, Thraciæ, Iſauriæ, *& huiuſmodi propè innumeræ, quæ quia ab interpretibus in ſchola non legebantur, deſierunt paulatim deſcribi, vt aliquæ omnino perierint. A diligentioribus tamen librariis ad calcem libri deſcribebantur, quemadmodum ex meis aliquot exemplaribus deprehendi à quibuſdam etiam ad antiquitatis memoriam aſſeruabantur. Nam Iacobus de Bellouiſu, qui commentarios ad Nouellas ſcripſit, teſtatur ſe eas omnes Extrauagantes Nouellas (ſic enim appellat) ad finem lecturæ ſuæ adſcribi iuſſiſſe, ſæpéque idcirco perquiſiui lecturam iſtiuſmodi manuſcriptam, vt verúmne ſit, quod ſcripſit, experirer nam in impreſſis eius commentariis deſunt. Porrò ſciendum eſt, nullis titulis, nulláque arte, ſed prout quæque conſtitutio facta eſt, ita omnes temere, & fortuito in hãc congregationem cõgeſtas eſſe, ſola temporum (vt mihi quidem videtur) ratione habita. Vulgata autem in nouem Collationes diuiſio, à nobis retenta eſt; quia ſicut noua eſt, & non multùm ante Gratiani tempora excogitata, ita ad memoriam, & allegandi promptitudinem apprimè vtilis. Quas autem ille Iacobus extrauagantes appellabat, omnes partim ex Haloandro, partim ex Scrimgerio, partim ex Iuliano manuſcripto, partim etiã ex meis manuſcriptis in Decimam collationem coaceruaui, illáſque tantùm tranſtuli, quæ nec ab Haloandro, nec ab vllo, quod ſcirem, aut quem haberem, interprete tralatæ fuerant. Quod ad editionum varietatem attinet: illud diligens librorum inſpector facilè animaduertet, ex Græco exemplari longè fideliore, & integriore vulgarem hanc tralationem prodiſſe, quàm aut Haloandrinam (quæ à quodam priuato homine propria auctoritate contaminata eſt) aut Scrimgerianam, quæ ſuas lacunas habet, & nullam Latinarum continet. Sanè vt Haloandrinã editionem elegãtiorem eſſe non inficior, ita & hanc plerunque fideliorem in pleriſque locis adnotaui. Nam dum vitat barbariem, incidit plerunq; in prauã affectationem. In Nouella XCVI. C. II. ad criminalẽ accuſationẽ refert, quod ad ciuiles cauſas pertinet, dũ vitat vulgarẽ tralationẽ, ἐν αἰτίαις ἐποιήσατο,* In conuentione fecit. *Cætera illius tralationis vitia inuidioſè nolo cõtra viri benemeriti exiſtimationem congerere, malimq; ob ſummos eius pro communi ſtudiorũ vtilitate labores, & conatus gratias agere. Meliùs tamẽ (vt opinor) publicis ſtudiis eſſet conſultũ, quando propter gloſſarũ vſum, quæ prima capitum, ſeu paragraphorũ verba ſemper vſurpant, vulgata editione carere non poſſumus, ſi in illius tralationis vitiis perpurgandis, quamuis permulta ſint, elaboraſſet.*

IN

IN NOMINE [a] DOMINI NOSTRI IESV [b] CHRISTI [c], INCIPIT LIBER

CONSTITVTIONVM NOVELLArum Domini Iuſtiniani ſacratiſſimi Principis perpetui Auguſti, [Authenticorum †].

COLLATIO PRIMA.

DE HÆREDIBVS [d], ET FALCIDIA [e]: [ET] SI hæres legata ſoluere noluerit.

TITVLVS I.

Nouella conſtitutio prima.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Ioāni glorioſiſſimo ſacrorū per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli,& patricio.

Communi reipublicæ cura occupat principem ad cogitandū pro republica: & ſubiectorum vtilitas, & eorum interpellatio, legis condendæ occaſionē præbent. Liberis, & parentibus, interdum etiam fratribus ex neceſſitate debita portio debetur: aliis ex voluntate. BART.

PROOEMIVM.

OCcupatis [f] nobis [g] circa totius reipublicæ [h] curas [i], & parum nihil [k] eligentibus † cogitare; ſed quatenus [l] Perſæ quidem conquieſcunt, Vandali [m] * verò [n] cum Mauris obediunt, & Carchedonij [o] antiquam [p] recipientes habent libertatem: [quamuis] * nunc [q] primùm ſub Romanorum facti reipublica, inter ſubiectos habeantur (quod nondum hactenus, niſi ſub imperio noſtro, dedit Romanis Deus) incurrunt [r] etiam propriæ ſolicitudines à noſtris ſubiectis ſemper nuntiatæ: quarum quidem ſingulis damus competentem [s] formam [t]. Quęcunque verò [u] frequenti [x] quidem potiūtur [y] per partes [z] auxilio [a]: poſſibilia * tamen ſunt [b]

a ¶ IN nomine Domini noſtri IESV Chriſti.] *Iuſtinianus opus ſuum laudabile Deo attribuit:* vt & aliàs, Co. de offic. præf. præt. Af. l. in nomine Domini & infrà de quæſt in prin. coll. 6. & de armis. in prin. coll. 6. *Ex quo* [a] *ſequitur bonū principium melius medium, & finis Deo acceptabilis:* vt j. quomodo opot. epiſc. in pr. col. 1. *non ergo tanquam ipſe: ſed tanquam Deus facere videtur* [b]: vt ff. de acquire. poſ. l. quod meo, *& non ſua vice: ſed delegantis, ſcilicet Dei fungitur:* vt ff de offic eius. cui man. eſt, iuriſdictio. l. 1. in fi. & j. de inſtru. cau § quia igitur imperium colla. 6.

a vide Gloſ. ſu... in procem. Inſt.

b hoc verum ſi ſpectes temporalia, non ſpiritualia. ANG.

b ¶ Ieſu. *Hebraicè, Latinè ſaluator: vt patet in paſſione, & ex ſuperſcriptione in cruce facta.*

c ¶ Chriſti. *Græcè, Latinè vncti.*

d ¶ Hæredibus. *Non dicas inſtituendis: ſed* [c] *ab hæreditate repellendis niſi votum impleant teſtatoris:* vt infr. eodem. §. ſi quis autem non implés. *& hæc pars rubricæ expeditur* infra eodem. vſque ad illum §. hinc nobis.

c Hæredes hereditate repellendi, niſi votum impleant teſtatoris.

e ¶ Et Falcidia. *ſcilicet hæredi ſeruanda, ſi* [d] *fiat inuentarium: non aliàs. & hæc pars expeditur infrà*, co. § hinc nobis, vſque in fi. titul.

d Falcidia heres priuatur ſi non facit inuentarium.

f OCcupatis. poteſt legi datiuè cum illo verbo, *incurrūt*, quod eſt infra: Item eſt de illa dictione, *eligentibus*. Item poteſt in vi ablatiui abſoluti poni. ſic Inſtit. *de iure natura. in princip.* vbi dictio [e] vna ponit poteſt nominatiuè, & ablatiuè.

e Dictio eadē interdum ponitur nominatiue, & ablatiue.

g ¶ *Nobis.* Not. ſimilia de occupatione, *infrà de appell.* § j *colla. iiij. & infrà, de iudi.* § j. *coll. vj. & de quadrien. præſcript. l. fin. in fin.*

f Reſpublica quatuor modis dicitur.

h ¶ *Republica* id eſt, totius imperij: *ſic in procem ff. in princip.* ¶ Et no. quòd tribus modis reſpublica dicitur [f]. 1. primò, Romanorum: *vt hic.* 2. Item pro ciuitate Romana tantum & tunc propriè: *vt ff. de verbo. ſignif. l. eum. qui* 3. Item pro quaibet ciuitate: & tunc impropriè [g]: *vt C de offic. eius, qui vicem al. iu obt. l j.* 4. Ponitur & quarto pro quolibet municipio: *vt ff. de pub. & vectig. l ſed & hi. § penult.*

g Adde Gloſſ. in l. 3. Co. ad Senatuſcon. Trebell. Nouell. de triente 18. in prin. & ... l. 1. Co. qui potiores.

i ¶ *Curas.* & dicitur cura quaſi cor vrens.

k ¶ *Parum nihil.* i. modicum eligimus cogitare de ſingulorum vtilitatibus hæc enim dictio, *parum* [h], aliquid ponit: licèt illa dictio, *nihil*, totū videatur negare. Sed quę ſunt vtilia in vniuerſo eligimus curare: *vt ſequitur infrà, argu. de non alie. § quia verò veriſimile.* ibi, *oportet enim, &c. collat. ij.* 2. vel dic parum nihil: id eſt, parum, vel nihil hoc tempore poſſumus cogitare de ſingulorū vtilitatibus. 3. Vel dic parum nihil, id eſt, nihil, quod ſit parum, nam curamus alta: vnde appellatio ad eum, ſcilicet principem, non venit niſi ſit cauſa xx. lib. auri: *vt Cod. de appel. l. in offerendis.* 4. Vel dic parum eligimus hoc, ſcilicet nihil cogitare: ſed ſemper volumus cogitare: *vt j. vt diui. iuſ. ſubſcrip hab. in pri. coll. y & vt iudi. ſine quoquo ſuffra. ſi coll. y in prin. & Co. de quadrien præſcrip. l. ſi. § pe* 5. Vel dic parum, id eſt, non: *ſic Co. de tranſact. l. fratris.*

h Parum quidem, duo dicere videtur, & ſe habere, & modicum habere.

l ¶ *Sed quatenus.* repete, *eligentibus nobis.* & lege duobus modis, vel [i] vt reſpiciat cauſam præteritam vel præſentem, ſic ſcilicet eatenus cogitamus ad hunc caſum, quatenus, id eſt, propter quā cogitationem. vt ponatur *quatenus* pro *quod*: & ſic cauſam in præteritum, vel præſens notet non futurum, ſecundùm Azo. 2. Vel meliùs dic, propriè poni vt futuram cauſam notet: & *conquieſcunt*, ponitur pro *conquieſcant.* ſ. gentes Romani Imperij, vt ſequitur. & ſemper ponitur *quatenus* pro *quod* ADDITIO Qualiter iſta dictio, *quatenus*, ſumatur, vide Bar. *in l j in ix. colla. in ver. quare de aduerbus. ff de condit & demon. & Bal. in l antiquitas. primo nota. C. de vſufru.*

i Quatenus vox reſpicit interdum cauſam præteritā, & præſentem: propriè vero futurā notat.

m ¶ *Vandali.* hoſtes fuerūt populi Romani: *vt C. de offi. præf prætor. Afri. l. quas laudes. in princip.*

n ¶ *Verò.* 1. Vel ſuppletiuè [a] legas: *vt ibi. ff de iuſti. & iure. l. ius ciuile. §. hoc igitur.* 2. Vel legas aduerſatiuè. q. d. aliæ gētes noſtris cogitationibus per ſe quieſcunt: vt ſ. ſed Vandali non per ſe ſed facto noſtro: quia ſubiugauimus eos: *vt C. de offi. præf prætorio Afri. l. quas laudes.* 3. Vel dic quòd *Perſa* fuit nomen gentis; vnde dicitur rex Perſarum: & *verò* ponitur pro certè.

a Vel, particula ſuppletiua: interdum aduerſatiua, interdum affirmatiua.

† Deeſt in quibuſdā ſed fortè hoc additū ad differentiā Epitomes Iuliani.

o ¶ *Et Carchedonij.* gētes ſunt: & repete *eligētibus cogitare quatenus Carchedonij,* &c.

ADDITIO. Carchedonij dixit, retento verbo Græco, cùm Latinè dicantur Carthaginenſes.

p ¶ *Antiquam.* dic quòd primò fuerunt de Romano Imperio, ſed pòſt facti fuerunt ſerui hoſtium: vt de Africa dicitur. *vt C. de offi. præfect. præt. Afri. l quas laudes.* 2. Vel dic, quòd nunquam [b] fuerunt ſub Romano Imperio, niſi nunc primùm, vt ſequitur: vnde vocat antiquā libertatem à iure naturali inuentam: *vt ff. de nata. re l. ij* quod eſt vetuſtius *vt Inſt. de re. diu. § ſingulorum* ¶ Sed quomodo per captiuitatem eam recipiunt? imò perdunt: *vt Inſtit. de iure perſo. §. pe.* Reſpond. amittunt: ſed [c] ex quo deſinunt eſſe rebelles, recipiunt primam libertatem: id eſt, quam de iure naturali habent, vt dictum eſt. vel quam primò habebant ante captiuitatē.

† al parum nihil q. d. nō vtilibus, neq; tenuibus cogitationibus occupatis nobis: ſed multis, iiſque grandibus, veluti de pace, de fœdere. &c.

* Lege hiſtoriā Antonini de Iuſtiniano Imperatore in 2 v. ...

* Pro incluſo legitur in manuſcript. quā ... autem, ... ex noua Græca editione, quæ Iulião cōtinetur ex Agathia lib. 5. & Nou. 28 ... e Haloādri editio ſimiliter vt hæc, eſt corrupta Tzani autem gentes Ponticæ ſunt.

q ¶ *Quamuis nunc.* in quibuſdam eſt, *quam nunc primum,* &c. & ſubaudi, per. q. d. per hanc libertatem habent, quod Deus nobis hactenus, vel eis non conceſſit nunc primùm ſub Ro. &c. niſi ſic exponas innuitur quòd omnes hoſtes antequam [d] capiantur ſunt ſerui: quod non eſt verū. 2. Item aliàs dicit, *quaſi nunc primùm,* &c & hæc plana. & expone, *quaſi* pro *ſicut* q. d. ita recuperant libertatem, ſicut nouiter nobis aduenientes hoſtes ſponte retinent quam habent. 3. Item aliàs eſt *quam niſi nunc.* & hæc ego habeo & eſt bona, hoc modo quam, ſcilicet libertatem habent, id eſt, per omnia ſunt liberi, niſi nunc, &c. q. d niſi in hoc: quia erunt inter ſubiectos. ¶ Et ſecundùm hunc tertiū, & primum intellectum inferiora verba. *quod nondum,* &c. ſic expone, quòd, ſcilicet vt ſubiugarentur, & ſub Republica Rom. ponerētur tantùm nobis conceſſit Deus. Sed ſecundùm medium d. c, *quod nondum* &c ſcilicet quòd recuperarentur.

* Ἀνακαλῶν... id eſt, quæ negotia ſpeciale ... remedium admittūt ſed ſi in lege aliqua includantur, cōmunem & generalem poſſunt vtilitatē præbere Con.

b Falſum

c Banniti ſi rebanniuntur, hoc eſt, ab exilio reuocātur, per reſtitutionē in integrū recuperant bona, ſi alienata non ſunt: fructus etiam extantes recuperabunt, aliàs non: ſecundum Ang.

r ¶ *Incurrunt, &c* q. d. non ſolùm noſtræ ſed etiam propriæ. ſcilicet ſingulorum ſpeciales: *vt infr eo §. ſi verò aut non.* 2. Vel dic quòd ſuas proprias appellat priuatorum ſolicitudines. *vt C de cadu. tol. § ſi.*

ſ ¶ *Competentem* ſi competenter putatur, quod dic: *vt j de mādа prin. §. ſi verò. coll iij.*

t ¶ *Formam* quandoque generalem, quandoque ſpecialem: *vt Inſti. de iure. na. §. planè ex his.*

u ¶ *Quæcunque verò* hic ponitur *verò*, pro [e] *ſed.* q. d verè ſingulis damus competentem formam: ſed ne nimium grauemur, hoc oportere putamus & lege ſancire, & tradere ſubiectis per ſe iuuantia, non ſemper, &c.

d Hoſtes antequā capiantur, verum ſint ſerui.

e Vero particula pro, ſed.

x ¶ *Frequenti.* ſic *ff de legi & ſenatuſconſ. l. nam ad ea.*

y ¶ *Potiuntur* id eſt, indigent, vel fruuntur. ACCVRS.

z ¶ *Per partes.* id eſt, per ſingulos homines, vel cauſas, à quibus conſulimur.

a ¶ *Auxilio.* ſ. noſtro. quod damus per reſcripta.

b ¶ *Poſſibilia tamen ſunt* [f] ſ. euenire & frequenter, vt dixerat nā de his, quæ rarò [g] accidunt, &c. *vt infr. vt ſine prohi. ma debit. & credi. §. quia verò frequenter. colla. vij* & ſubaudi, vt & dic, vt ſcripta lege, &c. 2. Vel dic, *quæcunque verò frequenti quidē potiuntur per partes auxilio.* ſcilicet plerunque propter ſui frequentiā noſtris indigent reſcriptis: ea tamen ſcripta, id eſt, poſſibilia ſunt: & ſubaudi vt communem præſtent vtilitatem omnibus, ſcilicet caſibus in quibus habent opus: hæc oportere, &c. 3. Vel dic tertiò,

u ¶ *Hypothecariis.* Quid ſi reali, puta hypothecaria tenetur fideiuſſor, cùm perſonali ſit præſcriptum? Reſp. idem, quod hic dicitur. vnde diſtingue: quia prælatio fit perſonalium actionum ad perſonales. Item perſonalium ad reales. Item realium ad reales. De primo ᵃ dic qualiter reus priùs quàm fideiuſſor conueniatur: vt *§. j. ſuprà, eo.* In ſecundo ᵇ dic, quòd perſonales realibus præferuntur: vt hic. niſi in caſu quando idem debitor tenet res: vt *ſuprà, proxi.* non ita in fideiuſſore conuento perſonali. Nam licèt teneat res, non poteſt creditor eligere, cùm priùs oporteat eum redire ad res debitorum, quas ipſi tenent, vel alienauerunt: vt hic. In tertio ᶜ dic, quòd primò ad res debitorum agitur: vt hic, licèt olim ſemper eſſet in electione creditoris tā in primo: vt *C. e. l. non recte,* quàm in ſecundo, vel tertio caſu: vt *C. de pig. l. perſecutionem.* Azo.

x ¶ *Data eſt.* vt *C. de act. & obl. l. ſi.* quæ lex hic corrigitur: niſi in hoc caſu, vt *ſuprà diſtinximus modò.*

y ¶ *Et non ſolùm hic in creditoribus.* ſtrictè ᵈ pro mutuatoribus. ſic *C. de proba. l. j.* alias largè: vt *ff. ſi certum peta. l. j.*

z ¶ *Confirmatorem* ¶ No. eundem dici fideiuſſorem ᵉ cùm cuilibet contractui accedere poſſit: vt *ff. eo. l. j.* idem & confirmator ᶠ: quia venditionem, ſiue contractum confirmat: vt *Inſti. e. in prin. & de repli. §. ſi.* idem auctor ſecundus dicitur: vt *ff. de eui. l. alia.*

a ¶ *Conuentio.* id eſt, agatur ex aliquo pacto in venditione appoſito in præiudicium venditoris, quod venditor nō ſeruat.

b ¶ *Tenentem.* repete *aduerſus.* Azo.

c ¶ *Eadem etiam hic* id eſt, in dicto caſu venditionis.

d ¶ *Quam* ſcilicet diuiſionem.

e ¶ *Sanciuimus. ſuprà, eodem, §. primo. & ſecundo.*

a Quoties perſonali actione agi poteſt aduerſus reum, & fideiuſſorē, priùs conueniatur reus, quàm fideiuſſor.

b Quoties & perſonali, & reali actione quis agere poteſt, perſonali priùs actione vti d. bet, quàm reali, niſi ipſe debitor rem teneat.

c Quoties diuerſis realibus actionibus agi poteſt, realis priùs experiamur aduerſus res debitoris principalis, quàm fideiuſſoris.

d Creditoris appellatio ſtri. ctè, & large ſumitur.

e Fideiuſſor, confirmator, auctor ſecundus.

f Græci βεβαιωτὴν appellant.

f ¶ *In aliis* à mutuo, & venditione.

g ¶ *Contractibus.* vel quaſi. vt *Inſti. de obl. ex qua. contra. in prin. & de act. § j.* Azo.

h ¶ *Ex vtroque.* ſcilicet latere, id eſt, creditorum, & debitorum. & ex hoc corpore colligitur quoddam membrum illius authent. quam habemus *Cod. de fideiuſſor. l. præſente, &c. ibi, abſque.*

i ¶ *Rurſus.* repete, valeat.

k ¶ *Quod autem.* nunc de ſecunda parte rubricæ.

l ¶ *Curis.* ſcilicet debitoris.

quibuſdam creditoribus nõ fortè ſit gratum, à nobis tamẽ propter clementiã ſancitur. Si quis enim mutuauerit [a] aurum, debitoris ſubſtantiæ credens: at ille ad reſtitutionem auri non ſit idoneus: ſubſtantiam autem immobilem habeat: verùm creditor ardeat [a] aurum omnimodo quærens: illi verò non ſit facile neque vlla mobilis [b] ſubſtantia [c]: damus [d] creditori licentiam volenti immobiles res accipere pro auro. Sed ſi nec [e] quiſpiam emptor immobilium eius rerum adſit, creditore frequenter etiam diuulgante: quoniam ſubiacent [f] debitoris res, & ob hoc terrente adire volentes emptionem: tunc in hac quidem fœliciſſima ciuitate glorioſiſſimæ noſtræ reipublicæ iudices ſecundùm vnicuique conceſſam à lege, & à nobis iuriſdictionem: in prouinciis autem gentium præſides præparent ſubtili æſtimatione facta rerum debitoris dari [g] ſecundum quantitatem debiti poſſeſſionem immobilem creditoribus cum tali cautela [h], cum qua debitor dare poſſit [i]. Rerum verò datio ſit huiuſmodi: quæcunque quidem meliora ſunt, dentur creditori [k]: quæ verò deteriora, apud debitorem poſt debiti ſolutionem manere ſinantur: etenim non erit iuſtum, dantem quidem aurum: recipere autem aurum non volentem: ſed coactum [l] ſuſcipere poſſeſſionem immobilem [m], vel [n] non meliora rerum debitoris percipere: & per hoc habere conſolationem: quia ſi aurum non recipit, aut aliquid rerum, quæ portari poſſunt: tamen ſicet ei poſſeſſionem non inutilem habere: ſed hoc quidem fit clementia quadam clara legis. Agnoſcant autem creditores: quia etſi hanc non ſcripſiſſem legem: neceſſitatis tamen ratio ad hanc cauſam perduceret [o]. Si enim non ſit idoneus pecuniarum debitor, nec vllus emptor ſit: nihil aliud facturus erat, quàm propriis bonis cedere [p], & rurſus res ad creditorem meritò veniret, aurum percipere non volentem. quamobrem quod cum iniuria, & effectu acerbo [q] perduceret creditorem, & debitorem: hoc nos clementer ſimul, & legaliter decidentes, & infœlicibus debitoribus auxiliamur [r], & acerbis creditoribus non apparebimus, dari cauſam eis deputantes, ad quam ſi permanerent inobedientes, tamen modis omnibus aduenirent [s]. Si itaque creditor paratus eſt præparare quemdam emptorem: neceſſitatem habere debitorem hoc agere [t], præbentem huiuſmodi cautionem arbitrio iudicantis [u], qualem omnimodo eſt dare poſſibile. vndique enim ita creditoribus prouidendum eſt, vt non debitores grauentur.

1. § Et abſolutè [x] creditorem ponimus antiquas ſequentes [y] leges [z], omnem, qui actionem habere contra aliquem poteſt, licèt non ſit mutuum geſtum: ſed alter quidam contractus conſiſtat: argentariorum [a] quippe ſponſionibus propter vtilitatem contrahentium in ordine moderno [b] durantibus. § Quæ igitur à nobis pro cautela ſubiectorum ſancita ſunt, cognoſcens tua eminentia [c], ſolennibus programmatibus & hic, & in omni ditione fieri manifeſta procuret: vt etiam inter gentes agnoſcant ſubiecti quanta fuerit nobis pro illorum vtilitate prouidentia. [Datum decimoſecundo kalendas Iul. Conſtantinopoli, Beliſario viceconſule. V. CLARISS. †].

a § *Ardeat* i. ardenter cupiat. ſicut & illud, *Corydon ardebat Alexim*: id eſt, ardenter amabat.

b § *Mobilis* tunc enim forſan æſtimationem auri præſtando in rebus mobilibus, quæ in regione illa frequentabatur, liberatur. *Cod. de dã. l. ſi quis argentum. in prin.* & maximè ſi ex ea re creditor damnum non pateretur: vt *ff. de ſol. l. Pandus.* ſecundum Al. 2. Vel melius dic, quòd ſi haberet mobilem ſubſtantiã, veriſimile eſt quòd eam venderet: & ſic ſolueret: vt *ff. de acq. poſſ. l. ſi rem mobilem.*

c § *Subſtantia.* repete, ſit.

d § *Damus*, id eſt, concedimus: ſic *Inſt. de liber. §. 6.*

e § *Sed ſi nec.* iſtud, e, nec, duo importat, ſcilicet & non. q. d. creditor non vult accipere. § Et in hoc aduerſatur hæc dictio, *ſed*, ad ſuperiorem caſum. Item & alium non permittit ſcilicet emere hoc diuulgante: vt ſubiicit, quoniam, &c.

f § *Subiacent.* ſ. bona debitoris, vel rem illam, quam vendere vult, dicit obligatam ſibi, vel alij.

g § *Dari* in ſolutum.

h § *Cautela.* ſcilic. pro euictione.

i § *Dare poſſit.* ſ. pignori, quod tutius: vt *Inſt. de ob. quæ ex delict. § fur. pl.* 2. Vel ſi hoc non poteſt, fideiuſſor dabitur: licèt aliàs pro euictione non detur d niſi immineat euictio in limine contractus: vt *C. de euict. l. ſi poſt & ff. de euic. l. ſtud.* §. Vel ſi hoc non poteſt e, iuratoriam faciat cautionem: vt *Inſt. de ſat. §. ſed hodie & infrà, de nupt. § quod verò ſequitur.* § Sed nũquid hodie ſemper dabitur fideiuſſor à quolibet venditore pro euictione, ſi dari poteſt? quidam dicunt quòd ſic per leg. iſtam. & quod dicitur, *ff. de euic. l. j.* illud dicunt eſſe correctum. Sed dic, quòd hic caſus eſt ſpecialis: & in aliis erit hæc ſpecialitas. ſic & aliàs cùm immineat euictio in limine contractus, ſicut nũc diximus: vt *ff. de peri. & commo. rei vend. l. pe. §. ſi. & C. de euic. l. poſt.* Item alias, vbi eſt ex conſuetudine: vt *ff. de euict. l. ſi fundus.* ACCVR.

k § *Dentur creditori.* infrà, *de alie. & emphy. § quod autem prohibetur. coll. ix.* contrà. Sed illud fauore loci venerabilis. 2. Vel quia hoc erat precioſius metallum: vt *infrà, de conſul. § itaque ibi, argentum verò & c. coll. vij.* Ideo melior res debitoris redditur, *ar. ff. man. l. ſi verò non remunerandi § idem Papinianus* Sed prima verior eſt. Nam idem credo ſi in quacũque pecunia conſiſtat mutuum, cùm poſſibile ſit ex omni pecunia fieri. id eſt, comparari aurum: vt *C de conſti pe l ij* AZO.

l § *Coactum.* § No quod aliud f pro alio ſoluatur inuito: ſic *C. de don l ſi quis argentum. in prin & ff. de lega. j. l ſi domus §. qui conſtituit. & ff. de re iud. l miles & infrà, de ali. & emphy. § ſi verò ſecundum prædictum & ff. de rei vendic. l qui reſtituere.* Regulariter autem contrà *ff. ſi cer. pet. a l ij. §. mutui datio. & Inſtitut. qui. mo. tol. oblig. §. j.* AZO.

m § *Immobilem.* ſcilicet in ſolutum.

n § *Vel.* pro, etiam. ACCVRS.

o § *Perduceret.* ſcilicet eos.

p § *Cedere.* nec enim in carcerem detruderetur, ex quo cedit bonis ſuis: vt *C. qui bo. ced. poſſ. l. j.* niſi b dolosè diſſipauit: vt *ff. quæ in fraud. cred. §. §. ſua.*

q § *Acerbo* id eſt, cum ceſſione bonorum terribili. ACCVR.

r § *Auxiliamur.* dum aliud pro alio patimur ſolui. ACCVRSIVS.

s § *Aduenirent.* ſcilicet creditores: quia bonis ſuis cederent debitores. ACCVR.

t § *Hoc agere.* hoc eſt, vendere. § Et ſic nota quem inuitum c rem ſuam vendere: *ſic Inſtit. de iis, qui ſunt ſui vel alie. iur. §. final. & C. de ſer. communi ma. l. j. & ff. de relig. & ſump. fu. l. ſi quis. & §. communis diuidundo. § final. & ff. de iure do. l. cum in fundo. §. pen. & C. de fideicom. li. l. ſi rem donatam.* ſecundùm Al. regulariter contrà: *C. de iure delibe. l. nec emere.*

u § *Iudicantis.* quod dicit ſuprà, §. *quod autem diximus.*

x § *Et abſolutè.* hic §. communis eſt ad totum hunc titulum: ſic & alias: vt *Inſt. de ſtro. natu. § fina. & inſtit. de ſeruili. cog. §. pen. & §. fina.*

y § *Sequentes.* nos ſcilicet. ACCVR.

z § *Leges.* vt *ff. ſi certum pet. l. 1. & de verbor. ſig. l creditores. & l ſi tui.* ACCVR.

a § *Argentariorum.* Argentarius e eſt, qui præponebatur auctoritate publica pro argento dando, & repetendo: ad cuius fidem, velut ad fidem tabellionis recurritur: idem in nummulariis, qui aliorum pecuniam ſic tenebant publica auctoritate: vt *ff. de edend. l. quædam § nummularios.* ACCVR.

b § *Moderno.* ſcilicet huius conſtitutionis, ſecundùm quoſdam, vt idem ſit in eis ſicut in aliis acceſſoriis, vt poſt principalem conueniantur acceſſorij argentarij, ſed malè. 2. Dic ergo, ſi argentarius habens meum argentum (& idem in nummulario dico) det mihi alium argentarium ſponſorem potero conuenire priùs quem volam & ſic bene ponit *durantibus in ordine moderno*, ſcilicet Codicis: vt *Cod. eod. l. non rectè* non veteri ante Codicem per legem antiquam: vt *ſuprà, eod. in princ.* Si enim eſſet idem ius, quod in aliis ſcilicet acceſſoriis ſuprà dictis: male diceret, *durantibus.* Item ſi diceret de iure veteri primo, ſcilicet legis antiquæ ante Codicem: malè diceret, *moderno.* 2. Vel pone caſum: vt quia campſor meus alius ſpopondit pro me, poterit etiam priùs conueniri iure medio, ſcilicet Codicis, vt dictum eſt: & hoc *propter vtilitatem*, &c. ſcilicet, vt facilè quilibet apud eos deponat. Nam eorum officium habet publicam f auctoritatem. vel curam: vt *ff. de eden. l. argentarius § j.* AZO.

c § *Tua eminentia.* ô Ioannes præfecte prætorio.

a Ardenter ſitibus cupere.

b Æſtimationes rerum ex communi, & publica regionis opinione ſunt.

a Mutuauerit.

c Nec, dictio quid ſignificet.

d Cautio, e. per inſtrumentum, de dono damnum & vim.

e Iuratoria cautio ſubſidium fideiuſſionis eſt. Itaque qui fideiuſſorem ex lege dare non poteſt, iuratoriæ cautioni committendus erit. facit ... ff quod ſi ... l. ... ff ſi ... quàm per ... Videlicet fideiuſſor pro euictione non ſemper datur.

f Solui aliud pro alio, inuito creditore non poteſt.

a Cedente bonis ſuis ceſſione euitat carceris moleſtias, ſic vt in carcerem conijci nõ debeat.

b Qui dolo male res ſuas diſſipat, ceſſionis beneficio vti non poteſt. Itaque poſt habitam ceſſionis allegationem, in carcerem poteſt conijci. facit Gloſ. ... quæ in fraudem creditorum.

c Inuiti pleriſque res noſtras, ut propalam vendere cogi poſſumus.

d de cætero.

e Argentarij quinam fuerint apud veteres.

† In ... Gr. ... ... pro ... D. XVII. K. April. indictione. III. Flauio Beliſario V. clariſſimo Conſ. ... Kal. &c. Flauio &c. CONT.

f Campſorum officium eſt publicum.

DE MO

DE MONACHIS.

a ¶ *Conuerſationis monachalis.* Horum triplex eſt conditio, vt infrà eo. § *exponendum.*
b ¶ *Venientem.* ad conuerſationem monachalem.
c ¶ *Maculam detergat.* i. purget. ſ. à peccato: vt infrà a. §. ſi verò contra in ſ. non ergo ex ingratitudinem à filiis deferet, licèt ſit macula: vt C. de reuoc. do. l. fratres. de iure canonum ſecus. [illegible] infamiam facti, vel iuris: licèt etiam ſit illa macula. 21 C. de infam. l. [illegible] Sed econtrà, ſi eſt gratus, non ideo efficitur ingratus quia monaſterio intrat: vt j de ſan. epiſ. §. [illegible] & ſanctimonialibus, coll. ix. & C. de epiſ. & cler. l. Deo nobis. § hoc etiam. Azo.
d ¶ *Purum.* a peccato.
e ¶ *Declaret.* hoc verbum regit omnes ſequentes accuſatiuos.
f ¶ *Decentem.* ergo qui non facit decentia rationabili naturæ, id eſt, homini, qui eſt animal rationale mortale, non decet vt dicatur homo ſed beſtia.
g ¶ *Secundùm mentem.* id eſt, animam, quæ à mente diuina deſcendit. 1. Vel dic ſecundùm rationem inſitam mentis à Deo.
h ¶ *Celſiorem.* nam erit in vita contemplatiua, quæ eſt celſior, quàm actiua. Accurs.
i ¶ *Eruditione.* non tamen exigitur, quòd ſit ſummus theologus: ſed quòd in fide non erret, & literas ſciat, vt ſit monachus clericus: alias poteſt eſſe monachus, ſed non clericus: vt C. de epiſ. & cler. l. generaliter.
k ¶ *Mutatione.* quæ fit cum labore: vt infrà eo. §. ſancimus. ¶ Nunquid ergo erit capite minutus: Reſpon. vt inſt. de cap. dimi. in prin. Item nunquid actiones primò in eum, & ſibi competentes extinguuntur: & nunquid poſtea reſtituuntur ex illo edicto de capite deminutis: vt ff de cap. de l. j. Reſpon. quidam dicunt vtrunque verum: vt ff. de cap. de l. [illegible] § [illegible]. Sed poteſt dici eas non extingui, cùm poſſit adhuc conueniri. & per abbatem, vel per alium reſponſalem, ie [illegible] infrà [illegible] cau. [illegible] & in pleniori [illegible].
l ¶ *Et nos.* Sed quid ad principem de ſpiritualibus [illegible] Reſpon. vt dicetur infrà [illegible] in principio cap. j.
m ¶ *Et decertatores.* [illegible] contra diabolum & eius [illegible]
n ¶ *Vt poſt illa* [illegible] conſtitutionis.
o ¶ *Diſpoſuimus.* [illegible] Nam de ea, quæ eſt infrà, de ſan. epiſ. non dicit, cùm illam poſuimus poſt iſtam: vt C. de [illegible] quia ibi non [illegible] de epiſcopis, licèt [illegible] de illa, quæ eſt infrà, [illegible] quia eſt & illa poſt iſtam. Vel dic, quòd dicit de illa, ſupra, vt deter. &c. quia de clericis, & epiſcopis fit mentio ibi in ſi. primæ col.
p ¶ *Competit* i. extra monaſticam vitam.
q ¶ *Ædificandi.* i. monaſterium ædificandi.
r ¶ *Ille.* ſ. epiſcopus.

DE MONACHIS.

TITVLVS V.

Nouella conſtitutio quinta.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Epiphanio ſanctiſſimo, & beatiſſ. archiepiſcopo huius fœliciſſimæ ciuitatis, & vniuerſali patriarchæ.

Volens monaſterium conſtituere, non poteſt, priuſquam ab epiſcopo loci licentiam obtineat: qua petita, epiſcopus extenſis in cælum manibus locum debet conſecrare: & ſic fundamentum iaci debet. Angel.

PRÆFATIO.

Conuerſationis monachalis a vita ſic eſt honeſta, ſic commendare nouit Deo ad hoc venientem b hominem, vt omnem quidem humanam eius maculam detergat c †, purum d autem declaret e, ac rationabili naturæ decentem f, & plurima ſecundùm mentem g operantem, & humanis cogitationibus celſiorem h. Si quis igitur futurus eſt monachus perfectus, indiget & diuinorum eloquiorum eruditione i, & conuerſationis integritate, vt tanta dignus fiat ſit mutatione k. Credimus igitur & nos l explanare, quod agendum ab eis, & decertatores m eos veros ad ſacram viam conſtituere: & ita nobis intentio præſentis eſt legis, vt poſt illa n, quæ de ſanctiſſimis epiſcopis ſanciuimus, & quæ de reuerendiſſimis clericis diſpoſuimus o: neque quod monaſticum eſt, extra quod competit p, relinquamus.

CAP. I. *De monaſteriis, & eorum ædificatione.*

Illud igitur ante alia dicendum eſt, vt omni tempore, & in omni terra ſi quis ædificare venerabile monaſterium voluerit [illegible] licentiam eſſe [illegible] quàm Deo amabilem [illegible] epiſcopum aduocet. at ille r manus extendat ad cœlum, & per orationem locum conſecret Deo, figens in eo ſalutis noſtræ ſignum †: (dicimus autem adorandam, & honorandam verè crucem) ſ ſicque inchoet ædificium: bonum vtique quoddam hoc, & decens fundamentum ponens t. Hoc itaque principium piæ venerabilium monaſteriorum fabricæ fiat.

CAP. II *De monachiſmum profitentibus nō ſtatim veſtiendis. Et vt poſt trien ū monachiſmum profeſſi ſiue liberi, ſiue ſerui veſtiantur. & de ſeruo monacho in aliam vitæ figuram tranſeunte, retrahendo in ſeruitutem.*

Hinc autem nobis etiam de ſingulis monachis cogitandum eſt, quo conueniat fieri modo u: & vtrum liberos ſolùm an etiam fortè ſeruos, eò quòd omnes ſimiliter diuina ſuſceperit gratia prædicans palam quia quantum ad Dei cultum non eſt maſculus x, neque fœmina: neque liber, neque ſeruus: omnes y enim in Chriſto vnam mercedem percepere. Sancimus ergo ſacras ſequentes regulas z, eos qui ſingularem a conuerſationem profitentur, non promptè b mox à reuerendiſſimis præſulibus venerabilem monaſteriorum habitum percipere monachalem: ſed per triennium totum (ſiue liberi fortè ſint, ſiue ſerui) † tolerare, nondum monaſticum habitum promerentes: ſed tonſura c, & veſte eorum, qui laici vocantur d, vti, & manere, diuina addiſcentes eloquia: & reuerendiſſimos eorum abbates requirere eos ſiue liberi ſint, ſiue ſerui, & vnde eis deſiderium vitæ ſingularis acceſſerit, & diſcentes ab eis: quia nulla maligna occaſio ad hoc eos induxit: & habere eos e inter eos, qui adhuc docentur f, atque monentur: & experimento g percipere eorum tolerantiam, & honeſtatem, non enim h facilis eſt vitæ hominum mutatio: ſed cum animo [illegible]

ſ ¶ *Praecus.* ſicut etiam in conſtitutione catholicæ eccleſiæ aliter facta, non eſt Eccleſia, ſed ſpelunca illata dicitur: vt infrà, de eccl. tit. § [illegible] malè fabr. ora. do. j. reſpon. [illegible]
t ¶ *Fieri modo.* ſcilicet [illegible]
u ¶ *Similiter.* id eſt, æqualiter.
x ¶ *Non eſt maſculus.* hoc intelligunt quidam [illegible] vt monachos non ſit [illegible] vel ſeruus: vel maſculus, vel fœmina, [illegible] infrà, eodem §. ſi autem [illegible] Sed [illegible] autem, vel donationem [illegible] eſt: vt ibidem [illegible] infrà de nupt. §. [illegible] ¶ Dic ergo nō eſt liber, & c. id eſt, non eſt differentia hominum inter illa genera quoad gratiam Dei ſuſcipiendam: ſed quoad alia differentia eſt inter mares, & fœminas: vt ff de ſta. ho. l. in multis & inter liberos, & ſeruos, cùm ſint ſpecies oppoſitæ: vt Inſtit. de liber. §. j. Item ſeruus factus monachus recedens redditur domino cum rebus: vt infra, e. § ſi verò ſeruus. Sed liber recedens res monaſterio dimittit: vt j e. § ſi quis autem ſemel. Et ſic in [illegible] clerici [illegible] differentia quod [illegible] j de ſan. epi. § adſcriptitios & § ſi ſeruus. coll. ix.
y ¶ *Omnes.* Sic etiam in alio omnes pares [illegible] vt ff de accuſ. l. hos accuſare [illegible]
z ¶ *Sequentes regulas.* ſic infrà, iit [illegible] §. j.
a ¶ *Singularem.* monaſticam. nam etiam monachus à monos, quod eſt vnus, dicitur, quaſi ſolus: & à achos. quod eſt triſtis: vt Cod. de epiſc. & cler. l. decernimus.
b ¶ *Non promptè.* hoc ſi dubia eſt ætas conditionis: alias ſi certa, ſtatim poteſt fieri monachus, & imponi cuculla: vt infrà de ſan. epiſc. § ſi quis autem. Sed & ſi eſt dubia, in laico ignota triennium: in noto, biennium: in clerico ignoto biennium: in noto autem annus expectatur de iure canonum [illegible].
c ¶ *Tonſura.* ſcilicet rotunda, ſiue corona quia illa confert ordinem ſecundum quoſdam quod non credo.
d ¶ *Vocantur.* ſ. vulgariter vt in Eccleſiis.
e ¶ *Habere eos.* repete, & ſanctiſſimos & reuerendiſſimos abbates requirere; &c.
f ¶ *Adhuc docentur.* qui nouitij appellantur.
g ¶ *Experimento.* ſic Inſt. in prœ. §. cumque.
h ¶ *Non enim.* interpoſitio eſt, vt in ſimilis locis in hoc volumine: vt infrà, eo. § ſi quis autem monaſticam.

Marginal notes:
† Monachi [illegible] profeſſione non [illegible] a ſeruo [illegible]
† [illegible]
a Beſtia eſſe [illegible] homo [illegible]
d Vita contemplatiua, & actiua differentia.
e Idem infrà, eo. [illegible]
f Contrà, Cū [illegible]
g Eccleſiaſticarum rerum cura quo iure ad principem pertineat.
† [illegible] Græce [illegible]
a Apud Deum differētia non eſt generis. [illegible]
b Sic eſt [illegible] beatus Ambroſ. in vita beatorū martyrū Vitali. & Agricole.
† Huic articulo derogat Nouel. [illegible] qua [illegible] liberi ſtatim veſtiri. Cont.
c Triſtitia, [illegible] de quo alias dixi.
d Vnde Chryſoſtomus [illegible] Qui monachum profeſſus, qui triſtis [illegible] debes ingere, [illegible]
e Cuculla.
† [illegible]
g Tonſuratio [illegible]

mæ [a] ſit labore.

1. ¶ Et dum triennio toto ita permanſerint, optimos ſemetipſos, & tolerabiles aliis monachis & præſuli demõſtrãtes, hos monaſticã promereri veſtem [b], atq; tonſurã [c]: & ſiue liberi ſint, ſine calũnia permanere: ſiue ſerui, penitus nõ inquietari migrãtes [d] ad communem omniũ (dicimus autem cœleſtẽ) dominũ: & arripiantur in libertatẽ. Nã ſi in multis caſibus etiã ex lege [e] hoc fit, & talis quædam libertas datur, quomodo [f] nõ prævalebit diuina gratia talib. eos abſoluere vinculis? ¶ Si verò intra trienniũ venerit quiſpiã, & aliquem horũ, qui conuerſationem profeſſi ſunt, trahere tanquã ſeruum voluerit: hoc, quod nobis nuper [g] ex Lycia [h] nunciauit Zoſimus * Deo amabilis, vir famoſiſſimus [i] in conuerſatione, & propè viceſimum, & centeſimũ ætatis agens annum, pollens autem & animi virtutibus & corporis operationibus, tanta quædam in eo gratia Dei floret. Si quis igitur (ſicut prædiximus) intra triennium veniat aliquem in ſeruitutem trahens volentium, & perdurantiũ [k], vt fierent monachi, & dicat quoniã abripuit quaſdã res, & propterea recurrit ad monaſteriũ: ſancimus eum non promptè agere: ſed primò probare [l] pro veritate: quia ſeruus eſt, & pro furto forſitan, aut vita maligna, aut vitiis [m] peſſimis: fugerit quidem propter ſuũ vitium [n]: ad monaſterium autẽ venerit. & ſi quidem verax oſtẽdatur, & apparuerit [o] propter eiuſmodi cauſam monaſticã ſimulans [p] conuerſationem, aut propter turpitudinem vitæ fortè diffugiens [q], & non pro veritate ſanctimoniæ habitum concupiſcens, hunc reddi domino cum quibus [r] forſan abripuit, ſi tamẽ res etiam in monaſterio fuerint: eũ verò, qui dominus approbatur, dare ei [s] iuſiurandũ: quia nihil mali ei faciet, & ſuſcipere, atque eum reducere domum. Si verò is quidem, qui dicit ſe eſſe dominum, nihil tale probauerit: & appareat is, qui in talibus accuſatur, ex ipſa conuerſatione honeſtus, ac mitis, & forſan teſtimonium [t] habeat aliorum, quòd etiam apud dominũ conſiſtens diſciplinatus fuerit, & honeſtatis amator [u]: etſi nondũ fortè completum eſt triennij tempus: attamen etiam ſic maneat in venerabili monaſterio, trahẽtium aſperitate liberatus. Triẽnij verò ſemel expleto tempore, iudicatus quia monaſtica dignus eſt honeſtate, maneat in monaſterio. Nequaquam enim damus licentiam vlli penitus perſcrutari, quæ eius [x] ſũt: ſed ſiue liber, ſiue ſeruus ſit, manere eum in conuerſatione volumus. nã etſi vitium [y] in priori ab eo fortè geſtum eſt vita [z]: (humana [a] enim natura quodãmodo labitur ad delicta) attamẽ ſufficit ad mediocrem [b] purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum, triẽnalis temporis teſtimonium. Ea verò, quæ rapta ſunt, etiamſi apud quoſcunque inueniantur, modis omnibus reddãtur priſco [c] domino.

3. ¶ Si verò ſeruitij neceſſitatem effugiens [d] tẽtauerit [e] monaſterium quidem derelinquere: aliam autem vitæ ſectari figuram [f]: licentiam damus domino & trahere eum: & probanti fortunam [g], inter ſeruos habere [h] non enim iniuriam patietur tantam ad verum ſeruitium tractus [i], quantum ipſe iniuriatus [k] eſt Dei culturam refugiens. Et hæc quidem de fortuna [l] horum, qui inter monachos profiteri volũt, ſancimus.

CAP. III.

Vt monachi communiter habitent, & dormiant.

¶ Cogitandum verò eſt, quomodo ipſos habitantes, & degentes, monaſticæ philoſophiæ certatores [m] dignos eſſe oſtendamus. Volumus enim nullum monaſterium ſub ditione noſtra conſtitutum, ſiue plurimorum hominum eſt, ſiue paucorum monachos, qui ibi ſunt, diuiſos ab alterutris eſſe, & propriis habitationibus vti: ſed cõmuniter quidem eos comedere ſancimus: dormire verò omnes in communi: vnoquoque quidem in propria quadam ſtratura [n] iacente: in domo verò vna collocatos: aut ſi fortè non ſufficit ad multitudinem monachorum domus vna, in duas forſan, aut plures, non tamen ſeorſum, & apud ſemetipſos: ſed in communi teſtes [o] alterutris ſint honeſtatis, & caſtitatis: & neque ipſum ſummum deſidio-

a ¶ *Cum anima*. i. animati corporis. nam anima gaudet, & non patitur laborem in hoc *ſic C. de ſacr. ec. l. ſancimus in fi.*
b ¶ *Veſtem*. ſcilicet cucullam, & ſcapulariũ [a].
c ¶ *Tonſuram* ſ. cum corona.
d ¶ *Migrantes* ſerui: dico migrantes, id eſt, accedentes.
e ¶ *Ex lege*. vt *C. com. de ma. l. fi. & C. pro qui cau. ſer. acci. li. per totum tit. & C. de Lati. lib. tol. per totum & C. qui mili. poſ. vel non. l. ſuper ſeruis.* ¶ Sed [b] nunquid monaſterium pretium talis ſerui reddet domino? Videtur quod ſic: vt *C. pro qui cau. ſer. l. ſi.* Sed contra dico: quia imputo domino quare tantum tardauerit.
f ¶ *Quomodo*. ſic *Inſti. qui. mo. ius pa. po. ſol. §. ſi. item. ſic infrà, eadẽ. quo deſ. in prin.*
g ¶ *Hoc, quod nobis nuper* hæc eſt interpoſitio vſque illuc, *ſi quis igitur.*
h ¶ *Ex Lycia*. nomen proprium prouinciæ.
i ¶ *Famoſiſſimus*. abbas fuit ſanctiſſimus, vt dicitur in decreto.
k ¶ *Et perdurantium*. ſ. in probatione.
l ¶ *Probare*. ¶ No. quia dominus probat, ergo [c] ſeruus eſt in poſſeſſione libertatis: vt *C. vbi cauſa ſtat. agi l. j. & ff. de li. cau. l. liberu. §. fin.* ¶ Sed nunquid [d] dolo malo eſt in poſſeſſione: ergo eſt pro eo, ac ſi in poſſeſſione ſeruitutis eſſet: vt *C. de proba. l. vir ciuis. & ff. de lib. cau. l. quod autem* Quare dic, quòd hic eſt fauor [e] religionis, vt ipſe nõ probet, licèt dolo malo ſit in poſſeſſione libertatis: aliàs, vt dictum eſt, eſſet contrà.
m ¶ *Vitiis*. vt quia ad vxorem alterius acceſſit. vel ſimile Accvr.
n ¶ *Propter ſuum vitiũ*. ſc. ſtatim à domino, vt non verberaretur: & poſtea ad monaſterium otioſè iuit: vt ſequitur, aliàs ſi ſtatim ad monaſterium iret, redderetur domino: vt *C. de his, qui ad eccle. confug. l. præſenti. §. 6.*
o ¶ *Apparuerit* propter probationem illius.
p ¶ *Simulans*. tanquam liber, cùm ſit ſeruus: vel meliùs, ſimulat ſe velle fieri monachum, cùm ſolùm voluerit euitare pœnam.
q ¶ *Diffugiens*. ſ. ad monaſteriũ, vt euitet pœnam illius delicti. Nam aliàs interficit ſe quis quandoque propter cõſcientiam delicti: vt *ff. de bo. eo. qui ſibi mor. l. 3.*
r ¶ *Cum quibus* ſ. rebus.
s ¶ *Dare ei*. ſ. abbati. 2. Vel dic ſeruo. 3. Vel impersonaliter non curo: vt *infrà, de mo. prouc. § ſe. l. neque coll. ix.*
t ¶ *Teſtimonium*. ſc. bonum, vt vulgariter dicitur *infrà. e. §. cogitandum*
u ¶ *Amator*. nam [a] ſi priùs tunc bonus fuit, & nunc bonus præſumitur: ſic & econtra. vt *ff. de re mil. l. non omnes. §. à barbaris & ff. de acqu. l. ſi ſerui. § eiſdem.*
x ¶ *Eius*. ſ. ſerui, an ſit liber, nécne. Accvr.
y ¶ *Etſi vitium* i. peccatum: vt furtũ, vel ſimile: vt *ſup. eod. §. j.* Accvr.
z ¶ *Vita*. i. antequam eſſet monachus. Accvr.
a ¶ *Humana* interpoſitio eſt Accvr.
b ¶ *Mediocrem*. aliàs, *Maiorem*. Accvr.
c ¶ *Priſco*. id eſt, antiquo Accvr.
d ¶ *Effugiens*. priùs tamẽ iuit ad monaſteriũ.
e ¶ *Tentauerit*. ſ. poſtea.
f ¶ *Figuram* quamcunque vitam faciat.
g ¶ *Fortunam*. i. eſt, ſeruitutem.
h ¶ *Habere* Sed nónne iam erat liber propter monachationem? Reſp. ſic [b]: ſed tanquam per ingratitudinem in ſeruitutem reducitur: vt *C. de liber. & eo. libe. l. ij.* ¶ Qualiter ergo probabit eum ſeruum, cùm conſtet eum liberum? Reſp. probabit eũ priùs fuiſſe ſeruum ſuum, vt nunc ſibi competat occaſione ingratitudinis actio. Si autem curialis fuiſſet, ſuæ curiæ redditur: vt *ſ. e. § ſi verò relinquens.* Si ante eſt prorſus liber, res perdit ſuas, & primo monaſterio applicãtur, & ipſe in aliud monaſterium detruditur: vt dicemus *infr. eodem §. ſi verò relinquens.* vt & ibi dices.
i ¶ *Tractus*. i. ad veram ſeruitutẽ primi domini.
k ¶ *Iniuriatus*. ſc. Deo.
l ¶ *De fortuna*. id eſt, conditione.
m ¶ *Certatores*. ſic *ſuprà, eo. in princ.*
n ¶ *Stratura*. [c] locus quidam vilis ad iacendum diſpoſitus: vt *ff. de ver. ſig. l. in ſtratura.*
o ¶ *Teſtes*. nudo verbo non dico corã Deo: licèt quidã contradicant: quia ſibi nullũ [d] latet ſecretum. ¶ Sed nunquid aliàs in [e] iudicio poteſt eſſe teſtis? Reſpon. ſic [f] cùm nõ ſit prohibitus: vt *ff. de teſt. l. j.* Nec obſtat quòd dicitur mortuus: quia quoad matrimonium verum eſt: vt *ſ. eod. § ſi autem vxorem.* imò ideo magis ei creditur, & magis punietur ſi falſum inuenietur dixiſſe. *arg. C. de epiſc. & cler. l. presbyteri.* ¶ Item nunquid pro monaſterio, vel contrà poteſt ferre teſtimoniũ? Videtur quòd non: vt *ff. de in rem ver. eau. l. ſed ſi § qui manumittitur & ff. de re. diui. l. in tantum. § vniuerſitatis. & ff. quod cuiuſ. vniuer. l. ſicut* Sed credo contrà, cùm nõ ſit prohibitus: vt *ff. de teſt. l. j.*

Item

a Scapulariũ.
b An monaſterio debeat reddere domino pretiũ ſerui monaſterium ingredientis.
* Zoſimus vir ſanctus tempore Anaſtaſij imperatoris refertur ab Euagrio lib. 4. c. 7. Nicephoro l. 17. eccl. hiſtor. c. 4 Cont.
c Præſumitur non poſſidere is, cui onus probandi imponitur.
d Paria ſunt dolo malo poſſidere, & non eſſe in poſſeſſione.
e Religionis fauore probandi onus vni remittitur, & in aliũ transfertur.
a Præſumitur ſemel bonus ſemper eſſe bonus: & contra.
b Seruus qui eſt, ſi ſemel promotus ad ſeruitudinem contra voluntatem domini ſuerit ... [illegible]
c ... Græci ... [illegible]
d Deo omnia aperta.
e Teſtimonium Monachus eſſe poteſt ... extraneos, ... & monaſterium, & pro eo.
f Seruus ... [illegible]

ſum habeant [a]: ſed meditantes bonum ornatum, propter increpationem reſpicientium: niſi tamen [b] quidam eorum in contemplatione, & perfectione degentes, vitam remotam habeant in hoſpitio: (quos vocare anachoretas [c], id eſt, diſcedentes: & heſychaſtas [d], id eſt, quieſcentes conſueuerunt, tanquam à communione ad meliora exceptos) alioqui alios quibuſcúque inter multitudinem conuerſatio eſt, in iis, quæ vocantur cœnobia, id eſt, in cõmuni vita eſſe volumus. ſic enim zelus [e] eis ad virtutem creſcit, & maximè iuuenibus, ſi cum ſenioribus conſtituantur: fiet enim ſeniorum conuerſatio, iuuẽtutis educatio perfecta [f]: & ſic ſint in cœnobiis ſuo proprio abbati [g] obedientes, & traditam ſibi conuerſationem [h] inculpabiliter obſeruantes.

CAPVT IV.

De monacho, qui monaſterium dimiſerit.

Conſtitutus in minoribus ordinibus ſi vxorem acceperit, de clero eſt pellendus. Auc.

¶ Si quis autem fortè ſemel dedicatus, ſchematéque [i] poſitus, deinde à monaſterio diſcedere voluerit, & priuatam fortaſſis eligere vitam: ipſe quidem ſciat quã pro hoc dabit Deo ſatisfactionem: res autẽ quaſcunque habuerit, dũ in monaſteriũ intrabat, eas dominij eſſe monaſterij: & nihil [k] penitus eiiciat.

CAPVT V.

De viro, vel muliere, qui quæve ſolitariam vitam appetit.

Illud † quoque decernimus: qui in monaſterium intrare voluerit, antequam monaſterium ingrediatur, licentiam habere, ſuis vti, quo voluerit modo [l]. Ingredientem namque ſimul ſequuntur omnino res: licèt non expreſſim, qui introduxerit eas, dixerit: & non erit dominus [m] earum vlteriùs [n] vllo modo. Si verò filios habuerit: ſi quidem contigerit iam eum res aliquas donaſſe ei, aut per nuptialem [o] donationem, aut per dotis occaſionem contuliſſe, & faciunt hæc quartam ab inteſtato eius ſubſtantiæ: nullum in reliquis rebus habeant participium filij: ſin autem nihil eis donauerit, aut minus quarta [p]: poſtquam abrenuncians [q] conuerſatus fuerit inter monachos, nihilominùs quarta debeatur filiis [r], aut ſupplementum, ſi contigit eos iam aliquid accepiſſe, aut etiam quatenus totum [s] eis detur [t]. Si autem vxorem habens, deinde eam relinquens [u], in monaſterium ingrediatur: & dos mulieri ſeruetur, & ex morte pactum [x]: (quod in alia noſtra ſanciuimus conſtitutione [y]) omnibus [z], quæ ſuper monachis de his dicta ſunt, & in mulieribus in monaſterium ingredientibus, valituris.

CAPVT VI.

De monacho monaſterium dimittente.

¶ Si verò relinquens monaſterium ad quandam veniat militiam, aut ad aliam vitæ figuram: ſubſtantia eius etiam ſic in monaſterio (ſecundùm quod à nobis priùs dictum eſt [a]) remanente, ipſe inter officiales [b] clariſſimi prouinciæ iudicis ſtatuetur [c]: & hinc habebit mutationis fructum [d], vt qui ſacrum miniſterium deſpe-

Item nunquid in cauſa alterius monachi? Reſp. quòd ſic, eadem ratione: quia & cauſam poteſt habere. *vt ſupr. apud quos opor. in parte*, licèt tanquam amico [a], aliquantulum minor fides habeatur: vt *C. de teſti. l. ...* & *ff. de teſti. l. iij.* ¶ Idem de cõuerſo [b]. idem de monacho: vt *§. eo. §. pe. & infrà, eo. §. quarta igitur.*

a ¶ *Habeant.* aliàs, *habeatur.*

b ¶ *Niſi tamẽ.* bene dixi eos ſimul eſſe, niſi, &c.

c ¶ *Anachoretas.* Græcè: Latinè eremita, ſiue extraneos, vel ab aliis diſcedens vt ſequitur.

d ¶ *Heſychaſtas.* Græcè: aliàs vt in Nouellis.

e ¶ *Zelus.* i. amor erga Deum, aliàs pro inuidia dicitur: vnde illud, *Zelus domus tuæ comedit me.* & alias, *Zelo zelatus ſum, &c.*

f ¶ *Perfecta.* Vnde illud, Mores à conuictu formantur: vt *ff. de adol. educ. l. adoles.*

g ¶ *Abbati* vel priori.

h ¶ *Conuerſationem.* i. regulam.

i ¶ *Schematéq.* i. ordine, vel habitu monachalis & ita poſt triennium.

k ¶ *Et nihil.* Idẽ in aliis clericis, qui bona inferunt in Eccleſiam: vt *C. eod. ſcilicet de epiſ. & cle. l. Deo nobis. §. hanc.* ¶ Quid ſi non tenuit monachatio, nunquid res in monaſterio remaneant? Reſp. diſtinguerat & monachatio, & rerũ oblatio expreſſè vtramque factam fuit: quo caſu cùm vnum ex altero non pendeat, licèt vnum non valeat, alterum valet: vt *ff. de eo quod cer. lo. l. arbitrum.* Si autẽ monachatio tantùm facta fuit, & ſic per conſequens rerũ oblatio: vt *infrà proc. §. ſublato* principali, non remanet acceſſoriũ: vt *ff. ſi quis cau. l. ſeq.* | *ar. ff. de ſer. vrb. præd. l. ij.* & *C. ſi per vim ... l. ij.* & *C. ſi rem. vel accu. l. j.* ¶ Item nunquid earũ rerũ nomine monaſterium conuenitur? Videtur quòd non, tanquam ſucceſſor: vt *ff. de iur. de l. mulier bona.* & *Inſt. de acquiſ. per adro. §. ſi.* Sed ratione poſſeſſionis rei venditæ, vel hypothecæ ſic vel aliàs, quæ ratione poſſeſſionis dantur: perſonalibus autem idem monachus conuenitur: vt *§. apud quos opor. mo. c. cauſat. ... coll. vj.* Vel dic: *vt ... Auth. ingreſſi. C. de epiſc. & cler.*

l ¶ *Voluerit modo.* poterit ergo ſibi vel vſuſfructus nomine, vel proprietatis aliquid ſeruare: vt hic. ſed cõtradico: nam nihil retinere poteſt, vt ſequitur: & quod hic dicitur, verum eſt in alios, & non in ſe. ¶ Sed nunquid ingreſſio rumpitur teſtamẽtum? Reſp. ſic duabus rationibus: & quia capite minuitur: vt *Inſtit. quib. mod. teſt. infir. §. non tamen.* & *§. eodem. §. ij.* & quia quaſi filius ſibi agnaſcitur, ſ. monaſterium: vt *infrà, de ſan. epiſ. §. ſed hoc præſenti.* Quare dic, quòd alia voluntas hæc facit, & nõ teſtamentum. Vel aliquid monaſterio relinquatur, vt non videatur præteritus poſthumus: vt *Inſt. de exhær. li. § ij.*

m ¶ *Non erit dominus.* Sed videtur quòd ſic: nam adhuc poſtea diſponit, ſi priùs non diſpoſuerat: vt *infr. de ſan. epiſ. § ſi quis mo... coll. ix.* Sed dic quòd non ideo eſt dominus. Nã & de alienis aliquis quandoque teſtatur: vt *Inſt. de pupil. ſub. §. j.* & *C. de ſacroſ. ... l. ſi ... femina. § ſi. ...* Vel dic vt ibi diximus. ¶ Item quid ſi cauſa orationis, vel probationis? Reſp. non habet locum, quod hic dicitur. ſed ita demum, ſi ſeculo renunciauerit: vt *infrà, eo. §. ſi verò relinquens.* ¶ Item quid ſi Eccleſiam ſecularem, vel capellam, vel plebem, vel ſimilem intret? Reſp. tenet propria, & acquirit, & teſtatur in his: vt *infrà, de ſan. epi. § presbyteros autem.* ¶ Idem de epiſcopo, vt *§. de eccl. tit. § ...* *coll. ix.* Accvr.

n ¶ *Vlteriùs.* i. à tempore ingreſſus. Vel dic ex tempore huius legis: vt *§. hac con. interp. conſt. De his. & c. coll. ...*

o ¶ *Per nuptialem.* quas filiis dederat, vt donarent vxori: & idem de dote, quam dat filiæ, vt det marito: vel etiam ipſe pater dat. Accvr.

p ¶ *Minus quarta.* quod hic de quarta dicitur, hodie correctum eſt: vt *infrà, de trien. & ſemiſ. §. j. vel ... tertia.*

q ¶ *Abrenuncians.* ſeculo, & propriis.

r ¶ *Filiis.* hic ſubdiuidet, aut, &c.

s ¶ *Totum.* quãdo nihil dederat eis, &c.

t ¶ *Detur.* Sed an quod debetur, ſc. quarta, ſtatim poſt ingreſſum peti poteſt? Videtur quòd non: vt *C. de dona. inter vi. & vxorem. l. ... in fin.* ¶ Sed contradicas, quia filij fame perirent: quod præcauendũ eſt: vt *C. de alim. li. per totũ.* & quia pro mortuo eſt iam: vt *infrà, proc. §.* & *infrà, de nup. § ſecundum ... coll. iiij.* & *infrà, vt lice. ma. & aui. §. quia verò ex conſenſu. coll. viij.* & ſũt hæc vera, quãdo volens quis monachus efficitur: aliàs ſi inuitus efficitur monachus, aliæ duæ partes deſcendentibus, tertia monaſterio: vel ſi non habet deſcendẽtes, tertia aſcendentibus, duæ monaſterio dantur: vt *infr. vt nulli iud. § adulteram.* & *§ quia verò.* & *§. adulteria. coll. ix.* & *§. vt lice. ma. & auia. §. quia verò ex conſenſu.*

u ¶ *Eam relinquens.* Pro certo ponit quod poteſt dimittere eã: quod eſt verum ſecundùm leges: ſed ſecundùm canones non poteſt, ſi cognouit illã carnaliter, niſi & illa voueat caſtitatem: ſi autem non cognouerit poteſt: vt *extrà de conuer. con. c. ex pa. ... lite.* Accvrs.

x ¶ *Ex morte pactum.* vt ſi fecerat pactum mulier de donatione lucranda tota, vel pro aliqua parte ſi præmoriatur maritus: *vt ſuprà, de non elig. § hoc autem.* nũc lucratur: quia pro mortuo habetur: vt *infrà, de nup. § ſecundum ... conſenſum.* Accvrs.

y ¶ *Cõſtitutione* vt *C. de epiſ. & cler. l. Deo nobis. § ſi q̃s. & § hoc etiã.*

z ¶ *Omnibus* facit *infrà eo. § quarta.* ſic & *infrà, eod. § pe.*

a ¶ *Dictum eſt,* vt *ſuprà eod. § ſi quis autem fortè.*

b ¶ *Officiales.* Erat autem officium multiplex miniſtrans præſidi, & onetoſum: vnde etiam ſine remiſſione naturalitatis debat, ſi quis filius naturalis curiæ accederet, & præſidi ſeruiret: vt *Inſt. de n. § finali.* & *infrà, quibus mo. nat. effi. ſui § ſi quis igitur fuerit. coll. vij.* ex his officialibus interdũ accommodabat defenſori præſes: vt *infrà de defen. ciui. § nulla coll. iij.*

c ¶ *Statuetur.* hoc ſi priùs fuerat officialis: aliàs, ſi ſeruus, domino: vt *ſup. eod. § ſi verò ſeruus.* liber in aliud monaſterium cum rebus poſt exitum quæſitis mittitur: vt *inf. de ſanct. epiſc. § ſi monachus. coll. ix.*

d ¶ *Fructum.* id eſt, damnum. & ſic ironicè loquitur.

a Teſtamẽti inductio pro amico minor fides adhibetur.

b Conuerſi & monachi ſimiles.

a Heſychaſtæ quietæ Anachoretæ, & Zelus vnde

e Mores à conuictu formantur.

f Monachatio non tenente an res ſiſtant, apud monaſterium maneant.

g Principali ſublato non remanet acceſſorium.

l Conuerſatio ... præſtatur a ... de proc.

k Teſtamentũ verbum monachiſmo rumpatur.

l Teſtari de alieno quandoque poſſumus.

a Legitima in bonis patris ſtatim poſt ingreſſum peti poteſt à liberis.

b Inuiti monachi, & voluntarij, differentia.

c Dimittere ob vxore inuita an, & quemadmodũ quis poſſit ex lege, vel canone.

xerit, tribunalis terreni obſeruet ſeruitium.

CAP. VII.

De monacho, qui de vno ad aliud monaſterium tranſit.

Si verò relinquens monaſterium, in quo conuerſationem habuerit, ad aliud tranſeat monaſterium: etiam ſic quidem eius ſubſtantia maneat, & vindicetur à priori [a] monaſterio: vbi abrenuncians hanc reliquit. Competens autem eſt, reuerendiſſimos abbates non ſuſcipere eum [b], qui hoc egit. Erronea nàmque talis eſt vita monaſtica, nullatenus tolerantiæ proxima neque conſtantis, & perſiſtentis animæ: ſed indicium habentis circumlatæ [c], & alium de alia [d] requirentis [e]. Eapropter etiam hoc prohibeant Deo amabiles epiſcopi, & archimandritæ [f] nuncupati, monaſticam honeſtatem ſecundùm regulas [g] ſacras conſeruantes.

CAP. VIII.

Ne Monachi vxorem ducant, aut concubinam.

§ Si quis autem † monaſticam profitentium [h] conuerſationem [i] meruit clerici [k] ordinationem: maneat etiam ſic [l] puram ſeruans conuerſationem. quòd ſi facti clerici, abutantur [m] fiducia [n], & ad nuptias venire præſumant: quippe [o] in tali gradu conſtitutus inter clericos, qui ei vxorem ducere permittat [p]: (dicimus autem gradum cantorum, aut lectorum [q], aliis [r] enim omnibus [s] nuptias ſecundùm ſacras regulas penitus interdicimus, aut concubinas [t] habere, aut luxuriis tradere vitam) excludatur modis omnibus à clero tanquam priorem conuerſationem, & ſolitariam confundens [u] vitam: & priuatus ſit de cætero: ad militiam quidem, aut in aliud officium venire non præſumens, niſi voluerit dudum [x] à nobis interminatis ſubiacere pœnis: ipſe autem apud ſemetipſum degens, & agnoſcens qualẽ pro hoc daturus ſit magno Deo [y] ſatisfactionem.

CAP. IX.

De electione, & creatione abbatis, & vt conſtitutio ſit communis tam monachis, quàm ſanctimonialibus.

Abbas eligendus, & ordinandus eſt optimus meritis, & virtute, & non ex ordine, vel tempore: his obtinentibus generaliter in omnibus. Bart.

§ Ordinatione verò abbatum ſi quando contigerit egere monaſterium [z]: abbatem non per ordinem [a] reuerendiſſimorum fieri monachorum, nec omnino [b] eum, qui poſt primum eſt, mox abbatem fieri: nec qui poſt illum ſecundus eſt, neque tertiũ, aut reliquos: (hoc quod etiã alia lex noſtra [c] dicit) ſed Deo amabilem locorum epiſcopum [d] percurrere quidem conſequenter per omnes (non enim [e] exhonorandum [f] eſt omnino tempus [g], & ex eo ordo) & eum, qui apparuerit priùs optimus † inter monachos conſtitutus, & dignus præſulatu [h] eorum, hunc eligere: eò quòd humana natura talis eſt [i], quòd neque omnes per ordinem inter ſummos [k], neque rurſus omnes inter nouiſſimos conſtituti quidem ſint, ſed procedat quidem ſecundum gradum [l] præcedentis [m] inſpectio: qui verò prior mox inter numeratos optimus apparuerit, is abbas ſit, & ordinem ſimul, & virtutem ſuffragantem [n] habens. Oportet enim eos, qui diſcernunt quod melius [o] eſt, à peiore: aliud quidem ad regendum dimittere [p]: aliud verò inclinari [q] iubere, & paulatim per eruditionem hoc etiam ad melius accedere.

1. § Quæcumque [r] tamen à nobis in omnibus, quæ priùs [s], & quæ nunc prolata ſunt, ſacris noſtris conſtitutionibus ſunt ſancita de clericis, aut monachis, aut monaſteriis, hæc communia ponimus & in maſculis, & in fœminis [t], & monaſteriis, & aſceteriis [u]: non diſcernentes quantum ad iſtos maſculum, aut fœminam: eò quod, ſicut prædiximus [x], vnum omnia in Chriſto conſiſtant. § Hæc igitur omnia ſanctiſſimi patriarchæ ſub ſe conſtitutis Deo amabilibus metropolitis [y] manifeſta faciant: ac illi ſubiectis ſibi Deo amabilibus epiſcopis declarent: & illi monaſteriis Dei ſub ſui ordinatione conſtitutis cognita faciant: quatenus per omnia Domini cultura maneat vndique incorrupta. Imminebunt enim maximæ pœnæ iſta tranſgredientibus: dicimus autem de cœlo: quas neceſſe eſt rectorum [z] dogmatum contemptoribus imminere. Et noſtræ ſi quidem rei publicæ iudices ſi hæc eis nuncientur: omnibus ſtudeant modis ea, quæ ſacris regulis conti-

a § *A priori.* hoc eſt regum de acquiſitis ante exitum. alias contrà: vt *ſuprà.§ prox. dixemus.*
b § *Non ſuſcipere eum.* niſi voluntate abbatis prioris monaſterij, & epiſcopi. Nam epiſcopus mittit eum in aliud monaſterium: vt *infrà, de ſan.epi.§ ſi monachus.*
c § *Circumlatæ.* id eſt, indicium vagum.
d § *Alia.* quàm quæ habebat in primo monaſterio.
e § *Requirentis.* ſcilicet animæ.
f § *Archimandritæ.* archos [a], princeps: mandrita [b], magiſter: inde archimandrita, id eſt, princeps magiſtrorum: hoc eſt, abbates, vel priores monachorum.
g § *Regulas.* ſic [illegible] §.j.
h § *Profitentium.* i. eligentium.
i § *Conuerſationẽ* aliàs, *conuerſionem.*
k § *Clerici.* in minoribus ordinibus.
l § *Etiam ſic.* quaſi dicat, ac ſi iam eſſet in gradu altiori clericatus prouectus.
m § *Abutantur.* ex eo quod erat clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, erat fiducia, id eſt, ſpes aſcendendi ad maiores: quia ſæpe abutitur accipiendo vxorem: & ideo ad maiores non aſcendet.
n § *Fiducia.* ex [c] his enim, quæ gerit in minori ordine, præſumimus quòd malus erit clericus in maiori ſic & econtrà eſt bona ſpes quandoque: vt *Inſtit. in prooemio. in fi.*
o § *Quippe* interpoſitio eſt vſque ibi, *excludatur &c.*
p § *Permittat.* ſcil aliàs ſi non eſſet Monachus, vt in quatuor minoribus ordinibus conſtitutus: vt *infr. tit. j. §. neque autem. qui ſtatim ſequitur.*
q § *Lectorum.* qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti.
r § *Aliis.* in maioribus ordinibus conſtitutis.
s § *Omnibus.* etiam ſi non ſint monachi.
t § *Concubinas* ſic *infrà, de ſanct. epiſ. § presbyteros coll. ix.*
u § *Confundens.* cõfundere enim bonam, & malam vitam vult.
x § *Dudum.* In Græca conſtitutione, quam non habemus.
y § *Deo.* ſic *ſuprà.eo § ſi quis autem forte ſemel.* Accvrs.
z § *Monaſterium.* ſubaudi fieri volumus: & repete, *fieri volumus,* abbatẽ non per ordinẽ.
a § *Per ordinem* aliud in defenſore ciuitatis: vt *j. de defẽ ciuit. § interim.*

[a] Archimandrita quid, adde [illegible] *ſuſtinent.*
[b] Falſum.

§ Hoc caput obſeruatione dignum eſt. [illegible] etiã antequam clericus [illegible] indicetur, [illegible] hoc tamẽ in monachis obtinebat, vt ex hiſtoria [illegible], & Iuſtino [illegible] cognoſcitur Cont.
[c] Præſumptio ex retroactis capitur.

coll. ij Accvrs.
b § *Nec omnino.* Argu. cõtra, *ſuprà de hered. & Falcid. §. meminimus.* Accvrs.
c § *Lex noſtra.* Græca, quam non habemus. nec enim de illa, quæ eſt *infr.* de *ſan. epiſc. §. ſubemus.* dicit, quæ eſt poſt illam, cùm poſtea inuenimus eam: vt *C. de no. Co fa. §. fin.*
d § *Epiſcopum.* § Not. quòd per hanc conſtitutionem epiſcopus [a] eligit abbatem: ſed hoc corrigitur: quia monachi eligunt, & epiſcopus ordinat: vt *infrà, de ſan. epiſc. § iubemus.*
e § *Non enim* interpoſitio eſt vſque ibi, *& eũ, &c.*
f § *Exhonorandum.* id eſt honorandum.
g § *Tempus* § Not argu. pro nouis [b] doctoribus. ſic *C. de offic. rect. prouin. l. percenit* Arg cõtra, *ff. de mun. & hon. l. ſemper. & C. de poſtul. l. praeſidendum. & ff. de ſid. inſtru. l. ſin. & ſuprà eodem. §. coputandum. & ff. ſi cert. pet. l. cùm quid. in fi.*
h § *Præſulatu.* id eſt, dignus, quid ſit abbas.
i § *Talis eſt* vt omnes homines ſint æquales, vt ſubiicit Accvrs.
k § *Summos* vt *C. de vete. iur. enu. l. j.* Accvrsivs.
l § *Secundum gradum.* ſ. bonorum, non temporis: vt *ſuprà prox. dixit.*
m § *Præcedentis.* ſcilicet epiſcopi. Accvrs.
n § *Suffragantem.* id eſt, adiuuantem. § Et ſic nota quod dat [c] fauorem perſonæ auctoritas dignitatis: ſic *ff. de ſena. l. finali.*
o § *Quod melius.* ſic *infrà, quibus mo. natu. eff. ſui § [illegible] coll. vij.*
p § *Dimittere.* ſic *ff. loca. l. in naue. in fi.* ſic *ff. de mu. & hon l. reſcripto.*
q § *Inclinari.* id eſt, obedire.
r § *Quæcunque.* nunc dicit, quæ dixi ſuprà in monachis, habeant locum in monachabus: & vltimò dicit, quòd archiepiſcopi debent hæc omnia manifeſta facere epiſcopis ſub ſe poſitis. Accvrs.
s § *Priùs.* vt *C. de epiſc. & cler. l. ſi.*
t § *In fœminis.* vt *ſuprà, eodem § amouibus.*
u § *Aſceteriis.* ab [d] aſſiſtendo dicitur: quòd multùm ſtatur ibi ad orandum: vt in loco, vbi ſit corpus ſanctum.
x § *Prædiximus.* vt *ſuprà, eodem. §. hinc autem.*
y § *Metropolitis.* id eſt, archiepiſcopis: aliàs, *metropolitanis.*
z § *Rectorum.* neutrius generis.

[a] Abbas à monachis eligitur: ab epiſcopo ordinatur.
† Concord. [illegible] cum Gl. ſuper verbo, [illegible], contra & [illegible] cato.
[b] Noui doctores vt vetere [illegible] præualeant [illegible] quæ antiquitate præſtant, adde [illegible] ſuprà de [illegible].
[c] Dignitas dat fauorem perſonæ.
[d] Aſceteria vnde dicta

a § Sequitur

a ¶ *Sequitur lex. ſic infrà, vt cleri. apud proprios epi.* §. *fin. col.* 3. *vj.* & *infrà, de eccle. tit* §. j. *vt* p *coll.* ix.
b ¶ *Sequentem.* ſcilicet nos.
c ¶ *Tuam.* ô Epiphani *vt ſuprà, eod. in principio.*

QVOMODO oporteat epiſcopos, & cæteros clericos ad ordinationes perduci: & de expenſis Eccleſiarũ.

De moribus dictum eſt ex quib. ſcitur epiſcopi quare videamus de epiſcopis vt infrà eo. l. § igitur ordinandus & *de hoc dicitur* infrà eo. vſque ad §. & illud etiam.
d ¶ *Clericos. hoc expeditur* infrà eodem. §. hoc autem de eo. & §. ſed neque & § quanta.
e ¶ *De expenſis. De hoc dicitur* infrà. eodem. §. ſed neque effuſas.
f Maxima. verè eſt maxima: quia ex his duobus totus regitur mundus. vnde illud *Ecce gladij duo hic.* ſecundùm vnum intellectũ. Alij dicunt, quòd duo teſtamenta ſignificant.
g ¶ *Imperium.* b. Imò à populo Romano videtur eſſe imperium: vt *Inſti. de iure na.* § *ſed* & *quod principi.* Reſp. & illud Dei diſpoſitione factum fuit, ſine quo factum eſt nihil *vt dicitur in Euang.* & *infrà, de ſ. inſtru.* § *quia igitur.* in prin. coll. vj.
h ¶ *Illud.* ſacerdotium.
i ¶ *Hoc autem.* ſcilicet imperium.
k ¶ *Vtraque.* f. dona & ſacerdotium, & imperium. ¶ Cur ergo mater imperij dicitur Eccleſia: *ſuprà, vt deter. ſit nu. cl.* § j. cùm magis ſoror ſit vt hîc? Reſp. illud dicitur ratione dignitatis, ſcilicet quòd res diuinæ digniores ſunt: vt *C. de ve. iu. enu. l. ij. §. ſed quia.* idem tamen principiũ habent: vt *hîc*: & ideo parum differunt: vt *infrà, tit. j. §. ſinimus.*
l ¶ *Exornât.* id eſt, cum honore gubernant. ACCVRSIVS.
m ¶ *Sic erit.* i. eſſe debebit.
n ¶ *Pro illis.* ſc. Imperatoribus.
o ¶ *Ipſi.* ſ. ſacerdotes.
p ¶ *Si hoc.* ſ. ſacerdotiũ.
q ¶ *Imperium.* i. Imperator.
r ¶ *Exornet.* i. cum honore gubernet.
s ¶ *Conferens generi.* Ergo apparet quòd nec Papa in temporalibus, nec Imperator in ſpiritualibus ſe debeant immiſcere. ¶ Nõ habet ergo Papa temporalem iuriſdictionem in iis, quæ ſunt imperij, quod Conſtantinus Imperator donauit beato Syluestro Papæ? Videtur quòd ſic: licet immenſa fuerit donatio: *infr. tit.* j. § *ſinimus.* præterea quod volt princeps, hoc eſt lex: *vt ff. de conſti. prin. l. j.* Item ſicut patrimonalia, ita imperialia donare poteſt, cùm nulla ſit differentia: *vt C. de quadrien. præſcr. l. fi. in prin.* Econtrà videtur quòd non: quia tunc non eſſet Auguſtus dictus: *vt in rubr. prooemij Inſt.* 2. Item imperare non poteſt pari, id eſt, Imperatori venienti poſt ſe: *vt ff. de arbi. l. nam magiſtratus.* & *ff. ad Treb. l. ille à quo. §. tempeſtiuum.* 3. Itẽ ne turbetur opus Dei, ſi clerici intromittant ſe in temporalibus. *vt C. de epiſc. & cle. l. placet.* 4. Item ne vnus duorum officium habeat *vt ff. de pa. l. ſi. placet.* 5. ¶ Sed licèt ſolutio facti ad nos non pertineat, ſoluimus quod de iure non valuit talis collatio, ſiue donatio: *vt infrà tit.* § *igitur.* & *C. de leg.* & *conſti. l. digna.* in §. §. ſi. Nec ob. *infrà, tit. j. in prin.* quia auxit honorem Eccleſiæ, quantũ in eo fuit, Conſtantinus: vel in aliis, non autẽ in iuriſdic. quia ſic poſſet totũ imperiũ perire: vt dictum eſt.

nentur, quas noſtra ſequitur lex a, ad effectũ perduci procurare. Nam nec illos deterit pœna hæc negligentes, quapropter ſequentem b hæc tuam c ſanctitatem decet omnibus ſub ſe poſitis ſanctiſſimis metropolitanis hæc facere manifeſta. Dat. XIIII. † Kal. Aprilis, Conſtantinopoli, Beliſario V. C. Coss.

QVOMODO OPORTEAT epiſcopos, & cæteros clericos d ad ordinationes perduci: [& de expenſis e Eccleſiarum.]

TITVLVS VI.

Nouella conſtitutio ſexta.

Imp. Iuſtinianus A. Epiphanio archiepiſcopo, & patriarchæ Conſtantinopolitano.

Adminiſtrationes, & iuriſdictiones Papæ, & principis diſtinctæ ſunt, Epiſcopus ordinãdus eſt honeſtus & gloria fruens, bene eruditus verbo & opere, & corporis ſapientia, contradictore nullo apparente, vel repulſ. BART.

PRÆFATIO.

Maxima f quidem in omnibus ſunt dona Dei, à ſuperna collata clementia, ſacerdotiũ, & imperium g: illud h quidẽ diuinis miniſtrans †: hoc autem i humanis præſidens, ac diligentiam exhibens: ex vno, eodémque principio † vtraque k procedentia humanam exornant l vitam. Ideóque nihil ſic erit m ſtudioſũ † Imperatoribus, ſicut ſacerdotum honeſtas: cùm vtique & pro illis n ipſi o ſemper Deo ſupplicent. nam ſi hoc p quidem inculpabile ſit vndique, & apud Deum fiducia plenum, imperium q autem rectè, & competenter exornet r traditam ſibi rempublicam, erit conſonantia quædam bona, omne quicquid vtile eſt humano conferens generi s.

Nos igitur maximã habemus ſolicitudinẽ circa vera Dei dogmata, & circa ſacerdotum honeſtatem, quam t illis u obtinẽtibus, credimus, quia per eam maxima nobis dona dabuntur à Deo, & ea quæ ſunt, firma habebimus: & quæ nondũ hactenus venerunt, acquiremus. Bene autem x vniuerſa geruntur †, & competenter, ſi rei principium fiat decens, & amabile Deo y. Hoc autem futurum eſſe credimus, ſi ſacrarum regularum obſeruatio cuſtodiatur, quam iuſti, & laudandi, & adorandi inſpectores, & miniſtri † Dei verbi tradiderunt Apoſtoli, & ſancti z Patres cuſtodierunt, & explanauerunt.

CAP. I.

De epiſcopis ordinandis moribus, vita & honeſtate.

Sancimus a igitur, ſacras per omnia ſequentes regulas b, dum quiſpiam ſequenti omni tempore ad ordinationem epiſcopatus adducitur c, conſiderari priùs eius vitam, ſecundùm ſanctum Apoſtolũ d, ſi honeſta, & inculpabilis, & vndique irreprehenſibilis ſit, & in bonis e teſtimoniũ f habeat, & ſacerdotẽ decens g.

Cuius fortunæ eſſe debeat ordinandus epiſcopus.

1. ¶ Et neque ex officiali h, aut ex curiali veniat fortuna, niſi tamen ex nouella ætate (ſecundùm quod iam diſpoſitum i eſt) in monaſterio conſtitutus, fortuna liberetur: quartam k tamen priùs ſubſtantiæ reddens curiæ.

Vt nemo repentè ex ſæculari, & priuata vita fiat epiſcopus.

2. ¶ Neque enim † idiota l, neque ex iis, qui vocantur laici m, exiſtens, ita mox ad epiſco-

t ¶ *Quam.* ſ. honeſtatẽ.
u ¶ *Illis.* ſ. ſacerdotibus.
x ¶ *Bene autem.* ſic *ff. de orig. iur. l. j.*
y ¶ *Deo.* ſic *infrà, de armis. in princip.*
z ¶ *Et ſancti.* ſequentes Apoſtolos.
a ¶ *Sancimus.* Ad quid pro Deo, intromittit ſe Imperator de ſpiritualibus, vel eccleſiaſticis, cùm ſciat ad ſe nõ pertinere: *vt ſuprà, pro.* §. Dic quòd nõ inueniendo de nouo, vel conſtituendo ponit. Sed recitando ſacras regulas, contra quas ſi quis fecerit, imponit pœnas: *vt infrà* [illegible]. Vel dic, quòd [illegible] Papæ facit. 3. Vel dic hoc faciẽdo, ſtatum reip. tuetur [illegible] reip. eſſe ſacerdotes honeſtos, à quib. per intentiã peccatorum petamus: *vt C. de ſumma tri. l. ſi.* & Eccleſias, de quarum conſtitutione [illegible] *§. illud igitur dixit.* Nam in eis veniã petimus peccatorũ: [illegible] *ma.* § *quia verò coll.* [illegible]
b ¶ *Regulas.* ſic [illegible] §. *ſi* [illegible] *relinquens.* & §. *ſi.*
c ¶ *Adducitur.* ¶ Nota quaſi per vim. nam inuitatus fugiat: *C. de epiſ.* & *cler. l. ſi quemquã.* velle tamen debet: *vt infr. eo.* § *ſed etiam* ſcilicet coactus: *vt ff. quod met. cau. l. ſi mulier §. pen.* vnde quidã dicebat, *Nolens volo, volens nolo.*
d ¶ *Apoſtolum* qui dixit epiſcopum eſſe debere bonæ vitæ, & opinionis qui dixit xiiij. capitula circa epiſcopũ conſideranda. primum oportet eũ eſſe ſine crimine. 2. Vnius vxoris virũ. 3. Nõ vinolentum. 4. Prudentem. 5. Modeſtum. 6. Ornatum. 7. Hoſpitalem. 8. Pudicum. 9. Doctorem. 10. Non percuſſorem. 11. Non litigioſum. 12. Non cupidum. 13. Domui ſuæ bene præpoſitum. 14. Non neophytum.

e ¶ *Bonis.* ſ. factis.
f ¶ *Teſtimonium.* i. famam bonam, quæ valet multum: *vt* [illegible] *de mona. §. cogitandum.* & *ff. de quæſt. l. de minore. § pen.* & *infrà, de armis §. hanc igitur. coll.* [illegible]
g ¶ *Decens.* ſ. teſtimonium, & bona fama.
h ¶ *Ex officiali* multa ſunt huiuſmodi officia: *vt dixi ſuprà, tit. j.* § *ſi verò relinquens.*
i ¶ *Diſpoſitũ.* ſ. in Græca conſtitutione. credimus tñ eã idẽ dixiſſe, quod dicatur *j. de ſã. epiſ. coll. ix.* § [illegible] quòd xv. an. ſteterit in monaſterio à iuuẽtute: *vt hîc.* & *j. de ſa. ep. §. ſed neque curiali.*
k ¶ *Quartam.* hodie tamen ſibi quartam retinet: tres verò partes curiæ dimittit: *vt infrà de ſanc. epiſc. § curialem.*
l ¶ *Idiota.* qui neſcit literas. ¶ Vel. Imò qui priuatam vitam degit nulli officio vel ciuili, vel eccleſiaſtico aſtrictus. nã omnes clerici, certũ, & publicũ munus habere intelliguntur. CONT.
m ¶ *Laici.* Sed hodie contrà, ſi neceſſe ſit laicũ ordinari: *vt infrà de ſan.*

a *In coll. Glo.* [illegible]
b Donatione immenſa et à Eccleſia [illegible] imperium [illegible]
c Eccleſiaſticis leges ſacere Princeps poteſt.
d Epiſcopi quales ſunt eligendi.
e Epiſcopus [illegible] habere debet.
f Fama bona, & integra multum valet.

a Imaginariũ, pro ſimulato & momentaneum.

† Habẽs quī veris debuit, qui autẽ, & linquit abſur. dum ſequeretur, Iuſtinianum permittere vxorem tempore epiſcopatus: quã hic interdicit. CONT.

b nomina cõmittitur manu, longa obſequia.

c Quãquam re. erit cognitio in Epiſcopo requiratur.

† Idem Iuſtinianus in Græca ad Artabium editione (quæ in Lugdunẽ. codicib. impreſſa eſt) ſtatuerat: hac (vt ait) de cauſa ne contemptui tẽporibus Chriſti, Romanique ... non ... incombãt, & in per... liberos facultates Eccleſiæ tranſferant Paulus tamẽ, ad ... probat eũ, qui habet ... cum ... nec tamen ob id arguendus eſt Iuſtinianus, qui pro varietate temporũ aliud ius ſtatuerit. quod quidem & à Romanis archiepiſcopis receptũ ſuit ... de ... CONT.

† ...

d ... ad præteritos caſus non trahitur, niſi nominatim dictũ ſit.

† Idem ...

e Monachi quidam ſunt clerici, & quidam non.

de ſanct. epiſc. §. denuo. quod tamen canonũ correctum eſt: vt ibi not.

a ¶ *Nec imaginariam.* id eſt, non ſufficit ſimulatum honorẽ clericatus habuiſſe, ſecundũm Azo. vel imaginariam, id eſt, momentaneã. non reiicitur, cum Lucus inuenitur ſtatim: *ſic ff. de mone. l. ...*

b ¶ *Prætereuns.* l. tẽpus.

c ¶ *Aliæ.* aliàs, *alienæ.*

d ¶ *Degens.* eligendus epiſcopus eſt.

e ¶ *Venientem.* ſcilicet vxorem.

f ¶ *Seiunctam.* i. ſeparatã à viro per diuortium.

g ¶ *Nepotes habens.* infrà, eodem. §. *ſed neque ineruditum. in fin §. contrà.* Sol. vt ibi.

h ¶ *Cognitos.* ſ. quia ex vxore ſunt: ſed tamen fuerat vidua, vel nõ virgo: vnde præſtat impedimentũ promotioni.

i ¶ *Ille* ſcilicet legi.

k ¶ *Odibiles* qui à iuſtitia ... *quæ ...*

l ¶ *Pecunijs.* idem ſi pretibus, idem ſi alia ... nam & magna, longa, obſequio committitur ſi nomina ... *vt in dec.*

l ¶ ... *c. ſunt nonnull.*

m ¶ *Sacrorũ dogmatum.* quia non ſolùm literas ſcire debet: *vt ſuprà, eod. § neque ex idiota* ſed etiam decreta, & theologiam ſcire debet: vt hic dicitur.

n ¶ *Vxori tamen non cohærens.* donec conuerſatur in monaſterio, & cùm ordinatur ... *eo.* § priùs autem nõ nocet habuiſſe: *vt* ... *& neq. vxori* 2. Vel dic, vxor præſens non nocet, vt ibi, niſi vidua, vel alij viro coniuncta olim: vt *hic.* & ... *ſtatim* & hoc valet ſecundùm canones: *vt hic.* & ... *de ſanct. epiſ. in prin coll. ix.*

o ¶ *Conſtitutionibus.* Græcis.

p ¶ *Cohærentes* vt ante leg. iſtam. nã ad præterita non trahitur: vt *C. de legi. & conſt. l leges. & inſt. de nupt.* §. j in *fi. ne coll. iiij.*

q ¶ *Legis.* ſ. huius. Acc.

r ¶ *Habenti. ſuprà*, §. j. contrà Solu *vt ſuprà eo. §. quoniam.*

s ¶ *Legem.* id eſt, quo dixerat modò, *ſuprà eo.* §. quòd non debeant vxorem habere: renouat in hoc, ſc. confirmando, &c.

t ¶ *Igitur.* quia multa honeſta in epiſcopo requiruntur: ergo ex monachis, &c. breuiter repetit ſupradicta.

u ¶ *Aut ex Clericis.* ſc. aliis. nam & ... monachi quãdoque ſunt clerici: & illos oportet literas ſcire: vt ſ. ... in

patum aſcendat: nec imaginariam [a] ſuſcipiat ordinationem, tanquam modò quidem laicus, mox autem clericus, deinde paruum aliquod tempus prætereriens [b], epiſcopus appareat.

Vt epiſcopus ordinetur, qui vxorem non habuerit: aut ſi habuerit, eam virginem habuerit, non viduam, neque repudiatam, aut ſeparatam.

3. ¶ Et neque vxori [aliæ [c]] copulatus: ſed aut in virginitate degens [d] à principio, aut vxorem quidem [habens †] ex virginitate, aut ad eum venientem [e], & non viduam, neque ſeiunctam [f] à viro, neque concubinam.

Vt ordinandus epiſcopus nec liberos legitimos habeat, nec naturales. Iulianus Epitomator †.

4. ¶ Neque filios, aut nepotes habens [g], neque cognitos [h] legi, neque illi [i] odibiles [k]: alioqui qui præter hoc aliquid agit: & ipſe cadet ſacerdotio: & qui eum ordinat, foris epiſcopatum ſectabitur, hanc legem oſtendas.

De ſacerdotio per pecuniam non ambiendo.

5. ¶ Sed neque pecuniis [l] oportere emere ſacerdotium ei permittimus: ſolùm verò eum reſpicere Domini Dei culturam volumus: & non plurimis humanis cogitationibus diſtrahi.

Ne ordinandus epiſcopus ſit ineruditus.

6. ¶ Sed neque † ineruditus exiſtens ſacrorum dogmatum [m] ad epiſcopatum accedat.

Vt ordinandus antè in clero, vel monaſtica vita vixerit ſex menſibus †.

7. ¶ Priùs autem aut monaſticam vitam profeſſus, aut in clero conſtitutus non minùs menſibus ſex: vxori tamen non cohærens [n], aut filios, aut nepotes habens. Hoc enim omnimodo ſuper Deo amabilibus epiſcopis quærimus: ſicut etiam priùs duabus noſtris ſacris conſtitutionibus [o] hoc ſancitum eſt: per quas dudum cohærentes [p] vxoribus, non perſcrutamur, omne præteritum relinquentes: de cætero autem nulli permittentes à poſitione legis [q] vxorem habenti [r], talem imponi ordinationem: quam legem [s] etiam nunc renouamus: ne fortè ſi præter hoc aliquid fiat: & ipſe cadat ſacerdotio, & ordinantem ſimiliter excludi procuret. Igitur [t] ordinandus epiſcopus, aut ex monachis, aut ex clericis [u] ſit, etiam in huiuſmodi vita teſtimonij boni, vita bonus, & honeſtus, & gloria fruens bona: & hoc fundamentum pontificatus deponens ſuæ animæ.

Vt ordinandus legat ſacros canones.

Epiſcopus ordinandus non eſt, priuſquam coram eo ſacræ legantur regulæ: & reſponderit ſe velle eas ſeruare. Brut.

8. ¶ Sed etiam ſic eum conſtitutum [x], & ad epiſcopatum præparatum, competens eſt venerabiles, & vndique probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta, & inuiolata noſtra ſuſcipit fides, & catholica Dei, Apoſtolicáque diſpoſuit, & tradidit Eccleſia [y]: & dum ex frequenti [z] earũ lectione tranſierit, qui ad ordinationem deducitur: tunc is, qui ordinationẽ impoſiturus eſt interroget [a] eũ, ſi ſufficiens eſt cuſtodire, & agere, quæ ſacræ regulæ ſancierũt [b]. Et ſi quidem ille declarauerit, & dixerit præcepta ſacrarum regularum nõ ſe valere ſeruare: nullo modo ei ordinationem imponi. ſi verò ſuſceperit, & dixerit, quia quantum homini eſt poſſibile, complebit [c] hæc, quæ his continentur, tunc monere eum, & dicere, quia niſi hæc obſeruauerit, & à Deo alienus erit, & cadet à iam dato honore: & neque ciuiles leges delictum inultum relinquent, eò quòd à præcedentibus nos Imperatoribus [d], & à nobis [e] ipſis rectè dictum eſt, oporteret ſacras regulas pro legibus valere †. & ſi etiam ſic permanſerit cauſam amplectens: tunc ſuper his profeſſionibus vnumquemque [f] ſacram ſuſcipere epiſcopatus ordinationem.

Epiſcopus per pecuniam ordinatus, dignitatem amittit ambitam, & habitam, & etiam ordinator, & quilibet alius ſuffragator & dignitatem ſuam amittit, & pecuniam reddit in duplum.

9. ¶ Et hanc † non pecuniis emere, neque per rerum aliquarum dationem ſuſcipere: ſed puram percipere, & ſine mercede, & tanquam à Deo datam. nam ſi etiam alia omnia habeat vtilia, quæ priùs à nobis dicta ſunt: pecuniis autem, vel rebus videatur epiſcopatum etiam emiſſe, ſciat ſe & ab epiſcopatu caſurum, & hoc munus retributurum ordinanti: vt & ille [g] epiſcopatum amittat, & à clero cadat: & vtrique cauſa talem præſtet retributionem [h], vt & hic quidem non adipiſcatur, quæ ſperabat: ille autem etiam quæ habebat, amittit: veruntamen pecuniis, ac rebus datis occaſione ordinationis, ſanctiſſimæ alligat.

primi alij non ſunt: & iſti etiam illiterati [a] eſſe poſſunt monachi: vt C. *de epiſc. & cle. l. generaliter.* ſed ex literatis eſt epiſcopus eligendus: vt *ſuprà eodem. §. neque ex idiota.*

x ¶ *Conſtitutum.* ſcilicet habilem per iam dicta

y ¶ *Eccleſia* Forte Plaſmum illum, *Quæcunque vult, &c.*

z ¶ *Ex frequenti.* ſic *C. de emen. Iuſt. Cod l. j. in fin.*

a ¶ *Interroget.* Not. hic, quod ille [b], qui ſuo iuri renunciat, debet illud ſcire: alias non videatur renunciare [c]: *ſic ff. de tranſac. l. qui cum tutoribus. §. ... & §. fin. & ff. de inoff. teſta. l. mater.* & procedit in mulieribus Velleiano renunciantibus: quod ſcire poteſt à ſciente: vt dictum eſt *in ff. ad Velleian. l. ... & C. de pac. l. pe.* [e]

b ¶ *Sancierunt.* ſunt enim xij. præcepta Apoſtolicæ regulæ: vt in decretis.

c ¶ *Complebit.* & hoc poſt multas coactiones: vt *C. de epiſc. & cle. l. ſi quemquam.*

d ¶ *Imperatoribus.* vt *C. de epiſc. & cle. l. cum clericis. § pen.*

e ¶ *Et à nobis.* ſic *ſuprà eo. ... & ſuprà, eo. § j.*

f ¶ *Vnumquemque.* ſcilicet ordinandum.

g ¶ *Ille.* qui ordinauit per pecuniam.

h ¶ *Retributionem.* ironicè loquitur: ſic *ff. de damn. infec. l. ex damno. § quotiens. & C. de inoff. teſtam. l fratres.*

a ¶ Et

a Idem ſuprà. ... in ... eruditione.

b Renunciãdum ſuo debet illud ſcire.

c ... apud ... ſcientiam ... alibi ... omnibus ...

d ... ſcire ... poteſt.

e ... Velleiano ... ſpeciale ... Velleiano, ... poteſt.

† ...

† Hic ... ſunt ... dem ... repetit ...

alligat.

aſſignandis Eccleſiæ [a], ſiue epiſcopus ſit accipiens, & propterea à ſacerdotio cadens: ſiue etiam quilibet alius in clero conſtitutorum nam & illi æquam imponimus pœnam: vt ab ordine, quem inter ſacerdotes habuerit, cadat, & reddat aurum, aut res, quæ ordinationis occaſione datæ ſunt, iniuriam paſſæ quantum ad ipſum Eccleſiæ. Si quis autem extraneorum ſit, & non in clero conſtitutus, qui aurum, aut rem aliquam propter patrocinium ordinationis accepit, & maximè [b] ſi adminiſtrationem aliquã gerat, habebit quidem ipſe à Deo pœnam [c], & ſuccedentia ei de cœlo ſupplicia: verumtamen etiam illud, quod datum eſt, totum oblatum ab eo, ſanctiſſimæ Eccleſiæ omnibus reddatur [d] modis in duplum [e]. Inſuper [f] etiam ſi quam adminiſtrationem [g] habet, ea cadat, & perpetuo exilio condemnetur. Illud quoque ſciat apertè qui pecuniis, aut rebus aliis emerit poſtulatum: quia ſi prius diaconus, aut presbyter ſit, deinde per ſuffragium [h] ad ſacerdotium [i] veniat: non ſolùm cadet epiſcopatu: ſed nec prior [illegible] presbyterij forſan, aut diaconatus. Amittit etenim etiam illud, vt pote decentia indignè [k] concupiſcens: & omni ſacerdotali excluditur ordine. Oportet autem in ipſo ordinationis tempore eum, qui imponit eam [l], illi coram omni fideli populo ſanctiſſimæ Eccleſiæ hæc omnia prædicere, vt agnoſcens [m] eum [n] omnia, quæ priùs dicta ſunt à nobis habere, ad ſacram eum deducat ordinationem [o]: vt etiam ille coram omnibus hæc audiens, non ſolùm habeat Dei timorem: ſed etiam coram omnibus denunciationem, & profeſſionem erubeſcat.

Si quis ordinationi epiſcopi contradixerit.

Epiſcopus ordinandus eſt contradictore nullo apparente, vel repulſo: alias ordinatio facta non valet. Bart.

10. ¶ Si quis autem † talis quidem eſſe putetur, & ad epiſcopatus ordinationem [p] tranſeat [q]: contradicat autem aliquis, atque dicat conſcium ſe eſſe alicuius illicitorum [r] eius: non priùs mereatur epiſcopatus ordinationem, quàm examinatio querimoniarum fiat [ſ], & appareat vndique innoxius. Quòd ſi etiam [t] poſt huiuſmodi contradictionem, non paſſus is, qui ordinationem facit, legitimam examinationem imponi cauſæ, currat ad ordinationem: ſciat, quod ab eo fit [u], pro nihilo eſſe. ſed & is, qui contra legem facit, cadat ſacerdotio: & qui ſine probatione imponit ordinationem, & ipſe quidem ſimiliter cadet ſede ſacerdotali [x]: reus autem erit Deo, qui præcipuè omnium [y] quærit ſuorum ſacerdotum puritatem. Si tamen is, qui ordinationi contradicit [z], aut examinatione facta probetur calumniator, aut in ipſo principio, neque in examinatione perſiſtere conſidat: ſegreget iſtum in perpetuum à ſacra communione is, qui ordinationem facere vult: vt non ipſa ſaltem impunita [a] ſit. Sicut [b] enim bonam gloriam in eo, qui ordinandus eſt, quærimus: ita etiam calumniam in eo, qui fruſtra accuſant, ponimus. Si verò nemo accuſauerit omnino, aut in totum [c] denuncians examinationem non faciat, aut facta examinatione demonſtrare (ſicut prædiximus) non valuerit accuſationem veram: tunc oportet eum, qui per tot vias inculpabilis apparuerit, accedere ad venturam ordinationem. Qui enim ita ordinatur, ex hoc melius & meliora cognoſcit præceptorum, & non incurrit [d] ad vitam impunitam [e] huiuſmodi eruditus animo, verbo, & opere corporis, & ſapientia.

CAPVT II.

Ne epiſcopus vltra annum extra Eccleſiam ſuam degat.

¶ Et illud etiam definimus, vt nemo Deo amabilium epiſcoporum foris [f] à † ſua Eccleſia plus quàm per totum annum deeſſe audeat: niſi hoc per imperialem fiat † iuſſionem: (tunc enim ſolùm [g] erit inculpabile,) † ſacratiſſimos patriarchas [h] vniuſcuiuſque diœceſeos [i] compellentes [k] Deo amabiles epiſcopos ſuis inhærere ſanctiſſimis Eccleſiis: & non longo itinere ſeparari, neque in peregrinis demorari velle, neque ſanctiſſimas Eccleſias negligere, neque annum excedere, quem & ipſum [l] propter miſericordiam [m] conſtituimus. Si verò vltra annum errauerit, & dereliquerit, & non ad epiſcopatum remeauerit proprium, neque imperialis aliqua eum (ſicut prædiximus) detineat iuſſio: tunc is quidem ſit metropolita, circa eccleſiaſticam diſpoſitionem ſegregatum, regionis illius patriarcha reuocet quidem eum legitimis [n] inclamationibus, ſeruans vbique ſacrarum regularum obſeruationem [o]. Si verò maneat per omnia inobediens, expellatur à ſacro epiſcopo-

tum

---

a ¶ *Eccleſiæ* [illegible] datur [illegible] eam, vt ſequitur. ¶ Sed qua actione? Reſpon. condictione [illegible] ex hac lege. vt ff. *de condict. ex lege* l. j.

b ¶ *Maximè.* quia [illegible] cùm eis plurimùm honoris datur, magis puniuntur, ſi tales inueniantur in crimine: vt C. *de epiſc. & cle.* l. *presbyteros* [illegible] ſic in dignitate: licèt de ſecularis videatur dicere, quòd tunc tantùm ſit ſimonia [c], quando ipſis clericis datur: vt *extra de elect.* c. *cum nobis.*

c ¶ *Pœnam.* ſcilicet expectet à Deo.

d ¶ *Reddatur.* id eſt, detur.

e ¶ *Duplum.* ſcilicet conditione ex lege.

f ¶ *Inſuper.* ſic infrà, *de ſanct. epiſ.* § *pro commiſ.* coll. ix.

g ¶ *Adminiſtrationem* id eſt, ſecularem dignitatem.

h ¶ *Per ſuffragium* id eſt, pecunias, quæ præſtant ſuffragium.

i ¶ *Sacerdotium.* id eſt, dignitatem.

k ¶ *Indignè.* Priuilegium [d] enim meretur amittere, qui conceſſa ſibi, abutitur poteſtate: ſic C. *de Iudæ.* l. *Iudæi* & ff. *de in. teſtam.* l. j. & ff. *de vulga. ſubſtit.* l. *ex facto.* in fi.

l ¶ *Eam.* ſcilicet ordinationem.

m ¶ *Agnoſcens.* ſcilicet ordinator.

n ¶ *Eum.* ordinandum.

o ¶ *Ordinationem.* ſic infrà, eod. § *hoc autem de Deo.*

p ¶ *Epiſcopatus ordinationem* alias, *ordines.*

q ¶ *Tranſeat.* nõ tamen adhuc tranſiuit.

r ¶ *Illicitorum.* quæ annumerata ſunt ſuprà, de ſimonia, & de aliis.

ſ ¶ *Fiat.* ſcilicet intra tres menſes quod dicitur ſuprà, *de epi.* § *ſi quis autem ante.*

t ¶ *Quod ſi etiam.* arg. C. *de app.* l. [illegible] ſic ff. *de rebus eor. qui ſub tut.* l. *magis.* § *ſi ex aliorum* & infrà, eod. § *hoc autem de eo.*

u ¶ *Fit.* epiſcopus.

x ¶ *Sacerdotali.* id eſt, epiſcopali.

y ¶ *Omnium.* id eſt, inter omnes homines. nihil enim, &c. vt infrà, eo. tit. § *neque autem.*

z ¶ *Calumniator.* Sed [e] nónne, cum ipſo quod nõ probat, calumniator videtur? Reſpon. quidam quod nõ: vt ff. *ad Turp.* l. j. § j. ſed illo contra: eo enim eſt calumniator, quod non probat. vt C. *de aduo. diu. iud.* l. j. & quod in d. l. j. *ad Turpil.* dicitur, loquitur ſi ſuas,

ſuorumque [illegible] quæ [illegible] *de calumn.* [illegible]

a ¶ *Impunita.* ſ. nec etiam aliud maleficium: vt ff. *ad leg. Aquil.* l. [illegible]

b ¶ *Sicut.* vt C. *de calum.* l. [illegible]

c ¶ *Aut in totum.* id eſt, ex toto [illegible] & tunc habet locum hæc gloſ. ex toto vel in totum non faciat examinationem [illegible]

d ¶ *Et non incurrit.* id eſt non [illegible] vel [illegible] hæc præpoſitio [illegible] ſic ff. [illegible]

e ¶ *Impunitam.* i. non punitam, [illegible] ſic C. [illegible] quia bonam vitam faciant. ¶ Et nota hic, quod virtus [c] in neceſſitate comprobatur.

f ¶ *Foris* ſic infrà, [illegible] coll. [illegible] *de ſan. epi.* [illegible] coll. ix.

g ¶ [illegible] & quando [illegible] infrà, [illegible] *de ſanct. epi.* § [illegible]

h ¶ *Patriarchas* repete, [illegible]

i ¶ *Diœceſeos* id eſt, [illegible]

k ¶ *Compellentes* id eſt, [illegible]

l ¶ *Et ipſum* ſcilicet annum.

m ¶ *Propter miſericordiam.* vt non compellantur ſemper, q. d. ſtare [illegible]

n ¶ *Legitimis* fortè ſpatio xxx dierum inter vnãquamque denunciationem: vt infrà, *de* [illegible] & infrà, *de ſanct. epiſc.* coll. ix.

o ¶ *Obſeruationem* vt non ſemper [illegible] vel capiatur.

a ¶ In

---

a [illegible]

d Priuilegium abutenti non ſeruandum. [illegible]

e Calumniator videatur, [illegible] calumniatore habetur is qui nõ probat. [illegible]

a Maleficia impunita eſſe non debent.

b [illegible]

c Virtus in neceſſitate comprobatur.

† Nec ad [illegible] quo[illegible] ciuilis magiſtratus eſt [illegible]

† Legatione regis occupa[illegible]

† Hodie poſt Nou. [illegible]

rum choro: & alium introducat [a] huiuſmodi & reuerentia, & verecundia, & honeſtate dignum. Si verò non metropolitas ſed aliorum epiſcoporum aliquis ſit, qui erraverit: hæc omnia [b] à metropolita fiant. Nemo enim eorum talem ſuſcipiat occaſionem, ſi dixerint propterea proprias derelinquere Eccleſias, propterea quòd litium cauſa [c], aut aliarum rerum propriarum, aut ad ſacras Eccleſias reſpicientium [d] circumluſtrant, & hic conſtituti [e] adhærent, aut in aliis veniant locis. Hoc enim non habet decentem rationem, vt cum multitudine, quam neceſſe eſt epiſcopum habere, miniſteria [f] luſtrent [g] peregrè, & expendant, & neque vllum ſanctiſſimis Eccleſiis lucrum, neque vllum præbere iuuamen, neque ſecundùm quod decet ſacerdotem, proprium habere habitum. Præſertim ſi quædam ſint lites fortè ſanctiſſimis Eccleſiis, propter quas has occaſiones afferunt: hoc per eos, qui ſub ipſo ſunt, religioſos clericos, aut apocriſarios [h], aut œconomos [i] mouere [k], & petitiones [l] non ad imperium dirigere [m]: impetrare [n] autem ſperata, propterea [o] ſancimus, ſi quando propter eccleſiaſticam occaſionem inciderit neceſſitas [p], hanc [q] aut per eos, qui res agunt ſacrarum Eccleſiarum, (quos apocriſarios vocant) aut per aliquos clericos huc deſtinatos, aut œconomos ſuos notam imperio [r] facere, aut noſtris adminiſtratoribus, vt impetrent quod competens eſt: & non hoc Deo amabilibus epiſcopis erroris, & abſentiæ, & ſanctiſſimis Eccleſiis, læſionis occaſionem [s] fieri, tam in prouinciis eccleſiaſticarum rerum per abſentiam eorum neglectarum, quàm etiam hic expenſis multis ab ipſis factis, necnon in peregrè habitatione non habili conſtituta, & vndique [t] cauſam [u] nullum iuuamen, magis autem læſionem [x] Eccleſiis ſanctiſſimis inferentem.

CAPVT III.

Ne epiſcopi ad comitatũ principis accedant abſque ſiſtaticis literis.

¶ Non autem aliter Deo aliquem amabilium epiſcoporum præſumere dirigere [y] ſe ad hanc fœliciſſimam ciuitatem, priuſquam (ſi quidem quis epiſcopus ſit) literas acceperit proprij metropolitæ ad imperium † : & quæ ſecundùm diuinas regulas probabilia † vocantur, teſtimonium perhibentia neceſſitatis eius [a] præſentiæ. Si verò metropolita ſit, qui proficiſci vult: literas ſumat eiuſdem diœceſeos patriarchæ, eius præſentiam neceſſariam eſſe dicentes: & ſic oportere Imperatorem iubere hunc præſentari, & non temere, & ſine conſcientia metropolitarum, aut patriarcharum proficiſci, pro eo quod hoc diuinis interdictum eſt regulis: vt huc aduenientes non præſumant per ſemetipſos ſe priùs pronunciare ad imperium: ſed primitùs aut ad Deo amabilem patriarcham [a] proficiſci, aut ad vniuſcuiuſque diœceſeos [b], ex qua ſunt [c], apocriſarios [d]; & cum ipſis conferant cauſas, propter quas venerunt, & ingredi ad imperium eius, & deinceps imperiali perfrui aſpectu mox quàm imperandi aſſi[g]erint, liceat quidem petentibus epiſcopis, aut per eos, qui vocantur referendarij [e] ſanctiſſimæ maioris Eccleſiæ, aut per religioſos apocriſarios cuiuſque diœceſeos ſanctiſſimorum patriarcharũ ſuggerere [f] ſe imperio, & promereri reſponſum celeriter, ita vt ſi aut iuſta ab imperio petierint, hæc accipiant: aut ſi non iuſta quærunt, velociter reuertantur vnde profecti ſunt.

SECVNDA PARS.

CAPVT IV.

De clericis quales eligendi ſint.

Clericus ordinandus eſt boni teſtimonij vir, literas omnino ſciens, cõcurrentibus quibuſdã quæ in epiſcopi ordinatione ſtatuta ſũt. BAR.

¶ Hæc autem de Deo [g] amabilibus epiſcopis ſecundùm diuinas conſtituentes [h] regulas, & religioſos clericos [i] cũ multa fieri inquiſitione ſecundùm diuinas regulas, & boni teſtimonij viros ordinari ſancimus, literas omninò ſcientes, & eruditos conſtitutos [k]. Literas enim ignorãtes omnino nolumus neque vnum ordinem [l] ſuſcipere, clericorum videlicet, presbyterorum, & diaconorum, tam ſacras orationes docentiũ [m], quàm Eccleſiarum, & canonum legẽtium libros: ordinationem ſine querela, & inculpabilẽ], & ſine aliqua contradictione, & datione pecuniarum, aut rerum ſuſcipientes [n]. Neque autem eos volumus omnino officiales, aut curiales conſtitutos ſuſcipere ordinationem, niſi ſecundùm leges, quas ſuper his poſuimus pridem [o], quas & hic nunc con-

a ¶ *Introducat.* ſcilicet patriarcha.

b ¶ *Hæc omnia.* ſcilicet quæ dixi de patriarcha circa apponẽdam pœnam.

c ¶ *Litium cauſa*, hoc eſt, *propter quòd*, &c. vel ſi mauis, *cauſa litium*, &c. dic, *propter communes alias cauſas*: & ſemper ſe[…] dictum eſt, *litium*.

d ¶ *Reſpicientium.* ſ. rerum, &c. ACCVRS.

e ¶ *Et hic conſtituti.* i. in hac vrbe Conſtantinopolitana: vbi habitabant Imperatores tempore Conſtantini, qui illam ciuitatem conſtituit.

f ¶ *Miniſteria.* i. miniſteriales, vel ſeruientes epiſcopi iacentes tanquam beſtiæ. vel dic miniſteria diuina, quæ in Eccleſia eſſe debent, nunc peregrinãtur: quod eſſe non debet: vt *hic*, & *in*[…] *apud pre*[…].

g ¶ *Luſtrent.* Intra cubile ſeræ, quinquennia luſtra fuere.

h ¶ *Apocriſarios.* ab apo, quod eſt ſupra, & *criſis.* iudiciũ: quaſi cõſtitutos ſuper iudicio agendo: vel dic chryſos aurum: vnde Ioan. Chryſoſtom. inde apochryſarius, id eſt, theſaurarius.

i ¶ *Oeconomos.* i. œconomos eſt, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur ab epiſ. vt *C. de ſa. ſan. eccl. l. iubemus. circa prin.* & *de epiſc.* & *cl. l. omnes, qui.* § *hoc pre*[…].

k ¶ *Mouere.* ſcil. apud iudices ordinarios: & communes. i. iudices, qui ſunt boni, & optimi. ACCVRS.

l ¶ *Et petitiones.* i. libellos petitorios, in quibus petitur. ACCVRS.

m ¶ *Dirigere.* ſ. directò: vt *in*[…] *de manda. princ.* § *deinde. coll. iij.* & *ff. de appel. l. imperator.*

n ¶ *Impetrare.* ſ. à dictis ordinariis iudicibus.

o ¶ *Propterea.* ex quo ad eos hæc negotia remittimus.

p ¶ *Neceſſitas.* propter quam oporteat huc venire puta propter confirmationem alicuius priuilegij, vel impetrationem: quod neceſſe eſt per [c] principem fieri, non per alium: vel propter aliquod aliud, propter quod oportet principem adiri.

q ¶ *Hanc.* ſcilicet neceſſitatem.

r ¶ *Imperio.* id eſt, Imperatori.

s ¶ *Occaſionem.* Not. duplicem læſionem: vt ſubiicit tam in prouincia, &c.

t ¶ *Et vndique.* ſubaudi fieri. ACCVRS.

u ¶ *Cauſam.* i. abſentiã.

x ¶ *Læſionem.* propter expenſas.

y ¶ *Dirigere.* i. ſemetipſum: vt ſequitur: et differat à ſuperiori proximè dicto: vbi conceſſit mitti. ACCVR.

z ¶ *Eius.* ſcilicet archiepiſcopi: vt *hic*, & *infra, de ſanct. epiſ.* § *ſacerdotem*[…] *coll. ix.*

a ¶ *Patriarcham.* ſcilicet Conſtantinopolitanum.

b ¶ *Diœceſeos.* quod nos territorium dicimus: ſcilicet vbi habetur iuriſdictio in temporalibus, vt *ff. de iur. omn. iud. l. fin.* & *de verb. ſignif. l. pupillus.* § *territorium.* Hinc dicitur diœceſis in genere fœminino: vbi eſt iuriſdictio in ſpiritualibus: vt hic innuitur.

c ¶ *Ex qua ſunt.* nam ſi eſt epiſcopus, & mittitur ad ciuitatem Cõſtantinopolit. & ibi ſit apocriſarius ſui metropolitæ ob cauſam iſtã fortè, vel aliam, vel metropolita ſit: & ſit ibi apocriſarius ſui patriarchæ ob hanc, vel aliam cauſam: vel ſibi, vel patriarchæ illius ciuitatis priùs ſe debet præſentare, & cauſas conferre: vt hic. Sed hodie ad ſolũ patriarcham videtur quod debeat ire: vt *infrà de ſanct. epiſ.* § *interdicimus coll. ix.*

d ¶ *Apocriſarios.* ſi eos ſecum duxerunt.

e ¶ *Referendarij*, qui ſtant in curia, vt præſtẽt aduocationem venientibus, vt dicta eorum referant: vt *infrà, de referen. per totum tit.*

f ¶ *Suggerere.* i. negotia ſua dicere.

g ¶ *Hæc autem de Deo.* quæ dicta ſunt ſupra.

h ¶ *Conſtituentes.* ſ. nos.

i ¶ *Clericos.* ſcilicet cæteros, nam & epiſcopi [c] clerici ſunt: vt *ſuprà, eod.* § *igitur.* ¶ Et not. quòd ferè [d] eadem hic exigũtur, quæ in ordinatione epiſcopi: vt *hic*, & *ſuprà, eodem*, § *primo vſque ad* § *illud.*

k ¶ *Eruditos.* de Theologia. ACCVR.

l ¶ *Neque vnum ordinem.* ſcilicet nolumus illiteratos eſſe, ne dum plures: hoc tamen fallit, ſi de literatis habere non poteſt.

m ¶ *Docentium.* id eſt, docere debẽtium: quaſi dicant, cùm hæc debeat facere, non debet eſſe illiteratus in aliquo ordine.

n ¶ *Suſcipientes.* ſcilicet nos ordinationem, &c.

o ¶ *Pridem.* id eſt, prius: *vt ſuprà, eodem*, §. *et neque* […]. ACCVRSIVS.

a ¶ Fallũ Apocriſarij ſunt Reſponſarij.

b Oeconomi Eccleſiæ qui. […]

c Priuilegia confirmari principis [i]us eſt.

† *Exmaliter*, *ad imperium mandatum.* CONT.

† *Probabiles*, id eſt, *commendatoria*, quæ ſunt de genere epiſtolarũ formatarum, de quibus in concilio Niceno actum ſuit.

a Diœceſis, pro territorio, & iuriſdictione temporali, vel ſpirituali.

b Referendarij, qui.

c Clericorum numero epiſcopi continentur.

d Clericorum eadem ferè ordinatio, quæ Epiſcoporum.

firmamus: ipſos autem ordinatos, ſacra præcepta in conſpectu totius populi ſuſcipere, propter has ipſas cauſas, propter quas hoc ipſum agi etiam ſuper Deo amabilibus epiſcopis ſancimus [a].

CAPVT V.

Neque [b] autem ſecundas habentem, aut cum qui habuerit nuptias, ordinari in diaconum [c], aut presbyterum, neque ſi mulieri coniungatur ſeiunctæ [d], & propriũ virum derelinquenti [e]: ſed neque ſi cóncubinam habeat: ſed & ipſam vxorem, ſi cum caſtitate [f], & ex virginitate ſit. Nihil enim ſic in ſacris ordinationibus diligimus, quàm cum caſtitate viuentes, aut cum vxoribus non cohabitantes, aut vnius vxoris virum, qui vel fuerit, vel ſit, & ipſam [g] caſtitatem [h] eligentem primum principium †, & fundamentum manifeſtum ſecundum diuinas regulas, & reſiduæ virtutis conſtitutam [i]. Si autem aliquis presbyter, aut diaconus, aut ſubdiaconus poſtea ducat vxorem, aut concubinam, aut palam, aut occultè: ſacro ſtatim cadat [k] ordine, & deinceps idiota [l] ſit. Quòd ſi & lector [m] ſecundam ducat vxorem propter quædã [n], & hoc fortaſſe irrecuſabili neceſſitate, nullatenus ad altiorem accedat gradum, neque perfruatur gradu maiori in ſacerdotio: maneat autem in eodem gradu perpetuò: ſed non ad tertias veniat nuptias: ſat eſt enim ſi ad ſecundas. Si verò aliquid tale egerit, & ad ſecundas veniens nuptias, ad maiorem gradum venire feſtinauerit: euidenter idiota erit, & laicus, omnino ſacro miniſterio cadens [o]. Pudicè etenim nobis per omnia pertinet viuere. Si enim tales conſtituti ij, qui in clero adducuntur, ordinentur, facilis eis ad epiſcopatum aſcenſus erit: & ex multis [p] bonis viris faciliùs inuenientur, qui adducantur ad primum [q] gradum ſacerdotij digni.

CAPVT VI.

De diaconiſſis minorib. quinquaginta annis non ordinandis.

Diaconiſſa ordinari debet ætate quinquaginta annorum, & non minore: niſi ex neceſſitate iuuenta pudicitiam, & caſtitatem ſeruare compellatur. BART.

¶ Quanta [r] igitur ſuper venerabiles clericos à nobis dicta [s] ſunt: hæc etiam ſuper Deo amabilibus diaconiſſis [t] agi volumus: vt neque ipſæ citra obſeruantiam [u] fiant: ſed primùm quidem eis ætatem neque nouellam eſſe, neque creſcentem, neque ex hac [x] ad delinquendum ſalientem: ſed ſuper mediam conſtitutas ætatem, & circa quinquaginta [y] annos †, ſecundùm diuinas regulas agentes: ſicque ſacram promereri ordinationem: & aut virgines conſtitutas, aut vnius viri, quæ fuerunt vxores. non enim permittimus neque ſecundas contrahentibus nuptias, neque vitã non habentibus (vt diximus) irreprehenſibilem [z]: ſed nec ſuſpectam omnino ad ſacrum venire miniſterium, & adorandis miniſtrare baptiſmatibus, & aliis adeſſe ſecretis, quæ in venerabilibus miniſteriis per eas [a] rite aguntur. Si verò quædam neceſſitas [b] fiat, & in iuuenili [c] ætate, quamuis [illegible] ordinari diaconiſſam contingat: placeat [d] eam in aliquo venerabilium aſceteriorum ordinari, & in illo habitare. Nequaquã viris admixta conſtituta ſit: neque ſuo arbitrio habitans, ſed verè ſeparatæ [e], & cum multitudine [f], & [illegible] bonum teſtimonium [g] habent. Volumus autem, & ipſas, quæ ad ordinationẽ perducuntur, diaconiſſas, ſiue ex viduitate, ſiue ex virginitate, non cum aliquo cohærẽtes aut cognatorum aut eorũ, quos appellant dilectos [illegible] talibus enim nominibus vtentes, maligna ſuſpicione ſuam replent vitam: ſed aut ſolæ habitent, aut cũ parentibus ſolis, & filiis, aut verè fratribus, aut iis cohærere, de quibus ſi quis ſuſpicari [h] aliquid præſumpſerit malignũ, ipſe inſipiens ſimul, & [illegible] putabitur. Et ſi dicatur tale aliquid de aliqua earum, quæ in diaconiſſarũ ordinationem ingredi vult, quòd alicui cohæſerit ſub imagine quidem bonæ appellationis, maligna verò ſuſpicione: non oportet huiuſmodi mulierem perduci omninò ad ordinationem diaconiæ [i]. Nam ſi ordinetur, & tale aliquid egerit, & cohæſerit alicui cum prædicto nomine, aut ſchemate [k], cadet quidem à diaconia: & ipſa, & ille ſubiecti erunt huic legi, & reliquis [l], quæ corruptores puniunt. Oportet enim omnes, quæ ordinantur, venerabiles diaconiſſas, tempore ordinationis & moneri, & ſacrorum audire [m] mandatorum præcepta coram [n] reliquis [o], quæ dudum ſunt venerabiles diaconiſſæ: vt & ipſæ Dei timorem habeant, & adhærentem ſacris mandatis fiduciam: timere autem, & confundi ſacro cadere ordine: ſcituras, quòd ſi præſumpſerint aut erubeſcentes [p] ordinationem, aut derelinquentes [q] ſacrum miniſterium ad nuptias venerint, aut alium omnino elegerint vitam: ipſæ quidem

a ¶ *Sancimus.* vt ſuprà. eo § illud in pr.
b ¶ *Neque.* ſic infrà. de ſanct. epiſ. § clerici coll. ix.
c ¶ *Diaconum.* idem in ſubdiacono: vt j. hoc. §.
d ¶ *Seiunctæ.* ſcilicet quandoque, id eſt, viduæ. ¶ Quid ſi virgini fuit coniuncta? Reſp. poteſt eſſe clericus dũmodo voueat caſtitatem: non aliàs. vt infrà. de ſanct. epiſc. § clericos & in Authen. vt [illegible] & [illegible] § quia vero coll. [illegible] & j. [illegible] § pen.
e ¶ *Derelinquenti.* morte viri, vel repudio multò minùs ſi adhuc iunctam alij habeat. ACCVRS.
f ¶ *Caſtitate.* præterita, vt modo dixit, & præſentiquam vouere debet: vt modò diximus ſic inſr. de lecto. § pe. coll. vj.
g ¶ *Ipſam.* ſ. mulierem.
h ¶ *Caſtitatem.* ſic infrà de lenonib. § pen.
i ¶ *Conſtitutam.* ſ. caſtitatem. [a] nam eſt fundamentũ aliarum virtutum, quæ in ordinando requiruntur: quæ multæ ſunt: vt ſupe pro [illegible] § & hoc §.
k ¶ *Cadat.* Not. quòd cauſa [b] principalis impediente, & pòſt ſuperueniens deſtruit. arg. contra Inſt. de leg. §. ſi quæ debuerit.
l ¶ *Idiota.* id eſt colo-co, quo ſunt idiotæ.
m ¶ *Lector.* q. d. careat beneficio clericali in hoc §.
n ¶ *Propter quædam.* ſc. quæ inuitant [c] hominẽ ad matrimoniũ, & quaſi neceſſitatẽ imponũt: vt ſequitur: vt dilectio filiorũ procreãdorum quod vtile eſt, vt ff de [illegible] §. 2. Vel quia iuuenis eſt: vnde fervori naturæ reſiſtere non poteſt: vt j. proæ. § & j. de non elig. § cũm igitur ver. ſin autẽ. ¶ Vel quia amore pulchræ fœminæ detinetur, quo nihil eſt vehementius [d]: vt j. quib. mo. na eff. legi. § illud colla. vj. vel quia amore eius eſt inebriatus: per artẽ forte magicam: vt quis vino bacchatur: vt Inſtit. de fur. ſub quo §. per bonorum venditionem § ſi.
o ¶ *Cadens.* & nihilominus carta ciuitatis dabitur cum ſua ſubſtantia tota: vt infr. eod. § ſemel & infr. de ſanct. epiſ. § ſed neque curialẽ.
p ¶ *Ex multis.* ſubaudi autẽ ſi non eſt in textu.
q ¶ *Ad primum.* i. ſummum, ſcilicet epiſcopatum.
r ¶ *Quanta.* id eſt, quot, vel quæ iura. ACCVRS.
s ¶ *Dicta.* vt ſuprà. eod. per totum.
t ¶ *Diaconiſſis.* ordo [illegible]

† Omne. c. commune matrimonio [illegible] & pro [illegible] Omnis ponderatio nõ eſt digna continẽtis animæ. [illegible] & lutus, huic [illegible] a Caſtitas fundamentum eſt in ordinatis.
b Cauſa, quæ impedit aliquid inchoari, ſi eo iam ſuborto ſuperuenerit, eius ipſum deſtruit.
c Ad matrimonium eſt [illegible] procreãdorum filiorum cauſa [illegible].
d Furore amoris nihil vehementius, quo ex loco [illegible] furoré [illegible]

Diaconiſſæ [illegible]

erat monacharum, quæ habebant quandam prærogatiuam: non tamẽ cantabant Euangelium: ſed alias ſacerdoti miniſtrabant: & inter mares ſunt primicerij, & cantores, & alij ordines.
u ¶ *Obſeruantiam.* ſ. ſupra dictam.
x ¶ *Ex hac.* ſ. ætate.
y ¶ *Quinquaginta.* ſic C. de ep. [illegible]
z ¶ *Irreprehenſibilem.* i. valde reprehenſibilem: ſic ſupr eo. § ſi verò [illegible] & ſubaudi hic, tantum. ACCVRS.
a ¶ *Per eas.* ſcilicet diaconiſſas.
b ¶ *Neceſſitas.* ſic [illegible] C. [illegible] ſic ff de decur. l. generaliter. § [illegible] ad idem. ff de [illegible]
c ¶ [illegible]
d ¶ [illegible] tum ſit epiſcopo.
e ¶ *Separatæ.* a viris.
f ¶ *Multitudine.* ſcilicet monacharum.
g ¶ *Teſtimonium.* id eſt, [illegible]
h ¶ [illegible] ſic C. de epiſc. [illegible]
i ¶ *Diaconiæ.* id eſt [illegible] diaconiſſæ.
k ¶ *Schemate.* id eſt ordine [illegible] figura.
l ¶ *Et reliquis.* [illegible] Cod. de rap. [illegible] Cod. de epiſc. [illegible] de pub. iu. § item lex.
m ¶ *Audire.* ſcilicet diaconiſſas.
n ¶ *Coram.* vt ſicut in ordinatione clericorum. vt ſ. e. § hæc autẽ de Deo.
o ¶ *Reliquis.* ſcilicet cõuocatis.
p ¶ *Aut erubeſcentes.* quia verecundabantur portare velum.
q ¶ *Aut derelinquentes.* ob aliã cauſam quamlibet: vel ſine cauſa, vt ſequitur.

a ¶ *Morti.*

† Atqui Paulus Apoſtolus ſexaginta exigit: vnde quidã [illegible] [illegible] Sed [illegible]
e Diaconiſſa, [illegible]

quidem obligatæ efficientur morti[a] : & ſubſtantia earum applicabitur ſanctiſſimis Eccleſiis, aut monaſteriis, in quibus ſunt. Qui verò eas aut vxores accipere, aut corrumpere præſumpſerint †: obnoxij quidem & ipſi gladio erunt: ſubſtantia autem eorum applicabitur fiſco. Si enim in antiquis legibus, virginibus illis*, quæ in eorum errorem vocabantur[b], mortis incumbebat damnum corruptis, quomodo non magis nos in iis, quæ à Deo glorificantur, definimus, pudicitiam † (quæ quàm maximè[c] mulieres exornat) conſeruari volentes: competens[d] venerabilibus diaconiſſis, vt quod decet naturæ, cuſtodiant: & quod debetur ſacerdotio[e], conſeruent.

CAP. VII.

De clericis in alteram vitæ formam tranſeuntibus.

Clericus ordinem ſuſceptum relinquere non debet. BART.

Semel autem[f] ſecundùm hoc factos diaconos, aut presbyteros, nullo modo derelinquere ſacerdotium. quod non ſolùm in presbytero, & diacono ſancimus: ſed etiam ſi ſubdiaconus, aut fortè[g] lector[h] fiat aliquis, hûc relinquere priſtinum ſchema, & ad alteram migrare vitam; ſcientem quia ſi tale aliquid egerit, (ſecundùm quod à nobis iam ſancitum eſt[i] (aut in curiam cum ſubſtantia, aut ſub inopia[k] degens ad officialem † deponetur fortunam.

TERTIA PARS LEGIS.

CAP. VIII.

De expenſis Eccleſiarũ & clericorum multitudine non facienda.

Eccleſiarũ omniũ antiquus numerus ſeruari debet, & vltra numerum conſtitutũ permanere non debent: & in eorũ locum alij creandi non ſunt, donec ad antiquũ perueniatur menſuram. AUG.

Sed neque effuſas competit fieri de cætero reuerendiſſimorum clericorum ordinationes. Quod enim hactenus geſtum eſt, licèt corrigi oporteret: attamen propter tempus ſinimus[l]; de cætero autem non propter hoc[m] fieri, neque ad damnum ſanctiſſimarum Eccleſiarum venire ſancimus. Quæcunque igitur oportebat de tali modo in ſanctiſſima maiore Eccleſia huius noſtræ regiæ ciuitatis, & ſub ea conſtitutis ſanctiſſimis Eccleſiis & aliis: quæ hîc ſunt, fieri, hac ſpeciali lege[n] complexi ſumus. In omnibus autem, quæ foris ſunt[o], locis ſancimus, ſi quis cùm conſtituerit ab initio, & ædificauerit Eccleſiam, definiuit ordinationum menſuram, tanquam ſecundùm eas expenſas conſtituens: non priùs ordinari quemquam in eadem Eccleſia, niſi ad numerum à principio definitum eius menſura redigatur[p]. Si verò hoc non fecerit[q], ipſa verò ciuitatis Eccleſia[r] miniſtrat emolumenta[s] & ſibi, & aliis Eccleſiis: tunc non promptum[t] ſit augere illi clericos, neque propter aliquas fortè compaſſiones[u], aut beneficia ex hoc eam ſumptibus prægrauare: (non ſunt enim hæc pia[x], neque ſacerdotib. digna) ſed ex quibus Dominus dederit Deus, ex iis, quæ poſſibilia ſunt, adminiſtrare, aut antiquam conſeruare conſuetudinẽ, nihil penitus innouantem. Vnde cõpetit Deo amabiles patriarchas, & metropolitas huius habere prouidentiã: & eos quidem, qui hactenùs sũt, ſinere in ſchemate, in quo sũt, clericos: metiri verò vniuſcuiuſq; Eccleſiæ virtutem: & ita ipſos quoque ſanctiſſimos patriarchas ſub ſe conſtitutas Eccleſias ordinare, & metropolitas hoc ipſum à ſanctiſſimis patriarchis commonitos facere: illos autem alios omnes ſub ſe poſitos epiſcopus ad menſuram hanc deducere: & ſtudere non vltra expenſas facere clericorum ordinatione. Scimus enim quantæ[y] ſanctiſ. Eccleſiæ propter hanc ordinationem, & alterius expenſæ effuſionem, inopes[z] factæ ſunt. Et quia aliquas earum, vix quidem, tamen liberauimus, quædam verò adhuc oneratæ iacent, ex tali releuari anguſtia non valentes: ideo hoc prouideant ſanctiſ. patriarchæ, & metropolitæ, & reliqui Deo amabiles epiſcopi, vt & nos, quæ ab eis aguntur, diſcentes, approbemus eos, qui noſtram legem in literis poſitam, apud ſemetipſos oſtenderunt operibus adimpleri. ¶ Quæ igitur[a] à nobis ſancita ſunt, & ſacrum ordinem ſtatumque cuſtodiunt ſecundùm ſacrarum regularũ obſeruationem & virtutem, de cætero conſeruent perpetuò integra & ſanctiſ. patriarchæ vniuſcuiuſq; diœceſis, & Deo amabiles metropolitæ, & reliqui reuerend. epiſcopi atque clerici, vbique Dei cultuum, & ſacram diſciplinam cuſtodientes inuiolatam, pœna imminente hæc præuaricanti, quò penitus alienus ſit à Deo, & impoſito ſibi ſacerdotij ordine[b]. nam velut indignus hoc excludatur. Licentiam verò vniuerſis[c] damus, cuiuſcunque ſint officij, vel conuerſationis, reſpicientibus aliquid horum præuaricari, nunciare nobis, & ad imperium, quod ſemper eſt[d]: vt nos, qui hæc ſecundùm ſacrarum regularum explanationem, Apoſtolicámque traditionem conſtituimus, decentem etiam indignationẽ præuaricantibus inferamus: etiam his videlicet, quæ ſancita ſunt[e] à nobis de hæreditatibus Deo amabilium epiſcoporum, cuſtodiendis. 1. ¶ Sanctiſſimi ſiquidem patriarchæ vniuſcuiuſque diœceſis † hæc proponant in Eccleſiis ſub ſe conſtitutis: & manifeſta faciant Deo amabilibus metropolitis, quæ à nobis conſtituta ſunt. Illi quoque rurſus etiam ipſi proponant ea in metropolitana ſanctiſ. Eccleſia: & conſtitutis ſub ſe epiſcopis hæc manifeſta faciant. Illorũ[f] verò ſinguli in propria Eccleſia hæc proponant: vt nullus noſtræ reipublicæ ignoret, quæ à nobis ad honorem, & ad augmentum magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti diſpoſita ſunt. Inſuper ſequens hæc tua[g] ſanctitas omnibus qui ſub ea ſunt metropolitis ſanctiſ. hæc faciat manifeſta vniuerſo tempore contrahenda[h]. 2. ¶ Scripta[i] exemplaria ſanctiſſi-

---

a ¶ *Morti.* ſcil. animæ. nam ſciat qualem Deo, &c. *vt ſuprà titul. 1. § ſi quis autem ſemel aliàs, ſi verò relinquens & § ſi quis autem monaſticam.* 2. Alij dicunt eam vltimo ſupplicio damnandam: vt hic licèt monachus ſic recedens non puniatur in perſona. ſed mittitur in aliud monaſterium: *vt infra, de ſanct. epiſcop. § ſi monachus.*

b ¶ *Vocabantur.* erant enim quædam mulieres diaconiſſæ, vel virgines nominatæ, quaſi[a] Dianæ ſociæ: vt in fabulis legitur.

c ¶ *Maximè.* id eſt, valde: *ſic §. de mand. princ. § ſit tibi.*

d ¶ *Competens.* id eſt, quod competit.

e ¶ *Debetur ſacerdotio.* ſcilicet honeſtas.

f ¶ *Semel autem.* redit ad maſculos.

g ¶ *Forte.* ſub[b] dubio fortè[c], reſpondent legè periti. & ſuperfluit: *vt hic, & §. in. p. §. quia vero vergimide eſt.*

h ¶ *Lector.* Sed nũquid idem in aliis in minoribus ordinibus poſitis, quod in lectore? Reſp. ſic: cùm eadem[d] ſit ratio: *vt ff ad legem Aquil. l. illud.*

i ¶ *Sancitũ eſt.* in Græco. ACCURS.

k ¶ *Sub inopia.* id eſt, quia non habent ſubſtantiam.

l ¶ *Sinimus. ſic ſuprà, eo. § ſed neque inordinatus.*

m ¶ *Non propter hoc.* ſci. quod rectò ſit factum.

n ¶ *Lege. vt ſupr. vt de determ. ſit nu. cleri.*

o ¶ *Foris ſunt.* i. extra hanc vrbem.

p ¶ *Redigatur.* nam placet nunc forte repetitur.

q ¶ *Non fecerit.* neque expenſas conſtituit neque numerum clericorum conſtituit.

r ¶ *Eccleſia.* i. maior.

s ¶ *Emolumenta.* ſ. neceſſaria.

t ¶ *Non promptum.* id eſt, non promptè.

u ¶ *Compaſſiones.* putà clerico pauperi, cui eſt compatiendum.

x ¶ *Hæc pia.* hic ſume prouerbium[e]: *non eſt eleemoſyna, vnum ad altare tegere, & alterum detegere.*

y ¶ *Scimus enim quantæ.* id eſt, quot.

z ¶ *Inopes.* ſic §. vt *determ. ſit num. cle.*

a ¶ *Quæ igitur.* pro, vt.

b ¶ *Ordine.* tegere, & alienus.

c ¶ *Vniuerſis.* fortè etiã ſeruis hoc caſu. ſic alias, *C. de prec. impo. offe. l. j.* & fortè ſine inſcript. & ſolennitate actionis, ſi in ſuam iniuriã quilibet proſequatur. Nam quod in diuinam religionem[a], &c. *vt C. de hæret. & Mani. l. my.*

d ¶ *Semper eſt.* ſic infrà, *vt prap. no imp. de coll. v.*

e ¶ *Sancita ſunt.* ſcil. in Græca conſt. nec enim dicit de illa, quæ eſt *infra, de eccl. tit. § ſint autem* [illegible] quia illa poſt iſtam eſt: ſed forte idẽ dicebat Græca, quod dicit illa Latina.

f ¶ *Illorum.* ſcilicet epiſcoporum.

g ¶ *Tua.* Epiphani.

h ¶ *Contrahenda.* id eſt, tractanda.

i ¶ *Scripta.* hæc conſtitutio illis perſonis fuit miſſa.

a ¶ *Ad*

---

† [illegible] in l. ſi quis [illegible] de cond. & de [illegible].

* Id eſt, Vaſaldus. CONT.

a Diaconiſſæ [illegible], & [illegible] culum.

† [illegible] 26. c.

b Sub dubio, ſeu dubitantes. pleriſque vel periti reſpondent.

c Forte, dubitandi eſt particula.

d Ratio vbi eadem, ibi ius idem eſſe debet.

† [illegible] Iuliani epitome in Latina epitome retinuit verbum Græcum [illegible].

e Eleemoſyna non eſt [illegible], ſi pauperibus diſpenſetur, quæ [illegible] adquiritur. [illegible]

a Religionis cauſa [illegible] eſt, [illegible] publica, ſeu ad omnes pertinet, deletione, & vendita.

a Prĩa inclusa in nostro libro non ſunt, [illegible] Cont. [illegible] ſed ex ſit in Græco, pro ſanctiſſimo, legitur [illegible]. b Domino Acacius [illegible] [illegible] ſub. c Sequentia verba deſunt in nostra Græca, & [illegible] vnde liquet [illegible] eſſe perfectũ [illegible] hæc vulgatis tranſlatio [illegible] Cont. [illegible] ſeu collocatur [illegible] emendatur: imperfecta adiectione augetur. † Sic in duobus manuſcriptis [illegible] quam quod in nostra Græca additur, Kalen. Aprilis, Cont.

a ¶ *Abuſum eſt* plus quam [illegible], quibus ſunt [illegible] & hæc eſt adiectio [illegible]
b ¶ *Accedens demonstra* [illegible] tamen non habemus eus Accurs.

DE NON ALIENANDIS, aut permutandis rebus eccleſiaſticis immobilibus, &c.

Vt in ſpecie vopere, & de non [illegible] *hac parte* [illegible] verò creditor & ſuccum.

c ¶ Nam *intentionem*: Petrus [illegible] prim. [illegible]
d ¶ *Super ſacris*, id eſt, quibus ſacris.
e ¶ *Lege* ſcilicet iſta. Accurs.
f ¶ *Renouet* [illegible] in lege Leonis, quæ [illegible] [illegible] vnde enim.
g ¶ *Emendet* vt [illegible] eod. §. *Anaſtaſius* & §. *immenſo* [illegible].
Nos igitur rem, quomodo oportet, aſpicientes æſtimauimus oportere dignitatem hanc à principio incipiente [ab] appellatione, in totum erigere, & ornare, & Nycteparchum nullatenus de cætero vocari. Curam enim habebunt eorū, quæ & in diē, & in noctem, præter quod competēs eſt, aguntur. Igitur quoniā antiquis Romanis vehementer prætoris placuit nomen, propterea æſtimauimus eos Prætores plebis oportere nominare, qui ad cuſtodiam, & diſciplinam conſtituti ſunt, & plebeiam poſſunt compeſcere ſeditionem: & ſicut alij Prætores ſunt curiæ Senatus [adſcripti] aut libertatū, aut tutorum [dationibus,] & talib. præſident: ita ſint & iſti Prætores ſuper populorum rectitudinem, & noſtra quidem voce *Plebis prætores* appellentur. Græca verò iſta, & cōmuni lingua *Prætores populorum*. Prætoris enim qualiter eſt honeſtum nomen, qualiter non longè conſtitutū à conſulatu, qualiter vicinum legi affictum, manifeſtant leges, conſulatui coniugentes Prætores, ſecundum eis cū lege dantes ordinem: & quemadmodum antiquitus cōſules fuerunt, qui magnæ præerant curiæ: principes autem plebis, qui plebem gubernabant, ita & nunc ſint Prætores quidem Senatus, qui ea, quæ pridē à nobis dicta ſunt, agent. Prætores verò populorum hi, qui quietem eorum defendunt, & quod eis expedit, prouident. Reuera enim dignitatem hanc olim honeſtam conſtitutam, & in ſeniore Roma in vſum frequentatam ſplendidè, in temporibus non ſolùm, quæ Imperatores habuerunt: ſed & adhuc longius, & magna ciuitas hanc ſuſcipiens dignitatem, non deſpectam habuit. Neque enim veteribus temporibus didicimus aliquas magnas dignitates adminiſtratas, quæ circa imperium ſunt, & poſt hæc non dignari de hac re ſolicitudinem fieri, paulatim ita res abiecta viſa eſt, & nullius rei digna, vt neque ex codicillis noſtris [fieret:] iaceret autem [ſuper †] glorioſiſſimis præfectis fœliciſſimæ huius ciuitatis, & multa ex ordine eorū iſtam ſuſcipientes dignitatem & adminiſtraſſe eam omnino peſſimè. Etenim ſiquis aſpiciat antiquitatis eius [ſymbolum] vehementer eam, qualis pridem erat, & de his, quæ nunc ſunt, docebitur. Cognoſcet enim eam & forum proprium, & officium commentarienſis habentem, & alia omnia, quæ penè ciuitatis cingulo à legibus deputata ſunt.

CAPVT II.

¶ Quia igitur nos omnia perſcrutantes quæ facta ſunt

milis oratio eſt *ſupr. de nunda* §. j. Accvrs.

a ¶ *Tranſigente.* id eſt, ſeparante. ſcilic. matrimoniū per diuortium.

b ¶ *Legitime.* ſcilicet vt lex concedit: *infrà, de nupt.* § *ſi igitur.* & *C. de diuer. l. conſenſu.*

c ¶ *Vxorem.* facit ad hoc *ſ. de trien. & ſemiſ.* § *fina.* & *infr. vt lib. de ea* § *ſi quis autem.*

d ¶ *Ea.* ſci. documenta dotalia q.d. & eam poſtea accipit in vxorem.

e ¶ *Secundis.* i. poſt matrimonium. Accvrs.

f ¶ *Secundos.* id eſt, natos eſt concubina.

g ¶ *Demonſtrauimus.* ſ. ſi eam acceperis in vxorem.

h ¶ *Confectione.* quod eſt neceſſe [a] quantum ad legitimationē filiorum, non quoad matrimoniū: vt *ff. de reg. iur. l. nuptias.* Sed P. etiam ad matrimonium dicebat hæc duo neceſſaria: ſ. dotem cōſtitui, & fieri inſtrumentum. *arg. pro eo, Inſtit. de here. quæ ab inte. la.* § j. & *fin.*

i ¶ *Primi* i. nati ex concubina, quā poſtea duxit in vxorem, tāquam primi: & expone verò, pro, certè. Accvrs.

k ¶ *De ſecunda.* ſic *infrà de filiis ante do. inſtr. natis.* Accvrs.

l ¶ *Ei.* patri tales habenti filios.

m ¶ *Vocant.* ſcilicet in quartam vt *C. de inoffic. teſtament. l. cùm quæritur.* & *l. parentibus.* & *Inſtit. de inoffic. teſta.* § *fi.*

n ¶ *Quid enim.* fit hic mentio de eo, quod eſt infrà, *de trien & ſemiſ.* § *fin.*

o ¶ *Quæ.* ea ſubaudi.

p ¶ *Decent.* vt querelā inoffic. teſtam. & bono. poſſeſſ. contra tab. ſecūdùm Alcia. vt *Inſtit. de exhæred. libe.* § *noſtra.*

q ¶ *Foris.* i. extra Cōſtātinopolitanam ciuitatem. Accvrs.

r ¶ *Alienigenas.* i. alienas à iure. Accvrs.

a *Et noui*

a Dotales tabulæ non ad matrimonij ſubſtantiam ſunt neceſſariæ ſed ad legitimationem liberorū, hoc caſu.

† Legitimati per matrimonium, habent eadem remedia aduerſus teſtamentum patris quæ qui legitimi, & naturales ab initio.

† neque obſtabit, quod in gl. d. ſ. in verbo, pater conferat. C. d. decreto in dictus. Hac enim Nouella agitur de legitimatis per matrimonium: illa de legitimatis per oblationē curiæ.

† Sic in meo manuſcripto: in nouo autē Græca editione ſcriptū eſt. D. XVI. K. Ia. manuſcripti libri ſubſcriptio probabilior videtur. Cont.

Hanc Nouellam hic ſuo loco reperimus in veteri manuſcripto: quam, vt potuim⁹, emēdauimus. Cont.

Al. plebeios prætores populi videtur legiſſe ſubinde ſcriptum.

† Videtur legendum ſ.

Al. clephs

Præfectis vrbis.

ſunt pridem, feſtinamus in meliorem ordinẽ, & antiquam honeſtatẽ, & huius rei deducere ornamentum, vt nõ furta ab eis fiant frequentia, & ſocietates cũ furib. & iudicia negligi & ſperni, & nullius dignæ procedant rationis, propterea æſtimauimus quæ circa ea ſunt, definire. Sãciuimus enim quoniam ſi propter pecuniarias cauſas, in quibus non magnũ eſt periculum, niſi in pecuniis ſolis; attamen dignitates eas iudicant magnæ, & multoties etiam, & coniudices dantur, & innumerabiles ſolicitudines nobis ſunt, ne cauſæ ſine iudicio procedant, quomodo non cõpetens eſt de iudicibus quibus ſuper animabus [iudicantium †] eſt periculum, omnem ponere prouidentiam qualiter aliquis digni efficiantur rationis, nec animam perdant homines nati quidem ſemel; recipere autem eam dum perdiderit, non valentes?

CAPVT III.

§ Primùm quidem ſancimus neminem omnino in prædicta dignitate adeſſe, priuſquam à nobis codicellos adminiſtrationis accipiat, & nulla ratione præſumere citra Imperiales codicillos ad curã iſtam accedere: ſed expectare Imperium, & exinde conſcriptum iudicium. Nos enim nulli prædictam dignitatẽ tradimus, niſi magnificis, illuſtribus aut ſpectabilib. comitib. conſiſtorianis, aut clariſſimis Tribunis Prætorianis, & notariis, qui hanc ſuſcipiunt dignitatẽ, aut alias adminiſtrationes agentib. & apparentibus nobis aptis & noſtro dignis teſtimonio, quatenus eos prædictam habentes honeſtatem, & honorem defendere, præſertim iuſtitiã, propter quod pro animab. eſt intentio, & multis homicidij conſueuerunt litibus habitare, & de adulteriis, & inuaſionib. & rapinis, & ſi quid tale eſt.

1. § Oportet ergo talib. criminib. præſidentem virum eſſe vndique honeſtũ, & irreprehenſibilem, & huius auditorij dignum, & omnis abſtinentem, furti etiam puras habere manus, habere autẽ & conſiliarium probatum vnũ; & neque citra vſum conſolationis eos derelinquimus: ſed vnicuique eorum [tot ſolidos] occaſione annonarum annis ſingulis dabimus: quatenus hi ſufficientes his, nulli adquieſcãt furto, aut venalitati.

2. § Sed neque per donationem fieri omnino quemadmodum in quibuſdam fiebat temporibus, neque etiam ... aurum vlli. In æquali enim crimine efficitur & qui dat alicui occaſionem dignitatis: quod ſi factũ fuerit ab aliquo accipere acquieſcens ſecundum [quod] per dandum ab eo iuſiurandum manifeſtatur.

CAPVT IV.

§ Didicimus autem eis ad obſequium eſſe officia maligna: dicimus autem latronum cognitores, & veneficiarios, & cingulorum inciſores, & aliã multitudinem, quorum vnumquemque competens eſt caſtigare magis, quàm taliter viuere. Neque enim latronum cognitorum tale aliquid [proprium] eſt in bonũ quid agere: ſed in hoc tantùm cognoſcunt fures, vt lucrum eis, & iudicibus eorum veneuntur: quæ omnia competens eſt eos, qui nunc à nobis in Præturã plebes tranſeunt, odiſſe, & auerſari, & mundis vti manibus, & reſecare omnia, quæ præcepta ſunt, ſiue de furto, ſiue de aliis delictis, & ciuitatẽ nobis emundare ab his, qui furta operantur, beſtiis, & viris induſtriis vti ad hæc miniſtris, & proprio officio auferri competenter, quatenus timor eos habeat ſui iudicis, & omnia agãt cum vehementia, & bona voluntate. Si enim velint rectè agere, & dignè iudicio de ſe, neque multi aliqui fures erunt, & furta celeriter inuenientur, & peccantes inuenientur timentes dignitatem quam nemo comparet pecuniis, ſed & crimina, vel etſi vehementia ſint, cognoſcent, & populares ſedabunt turbas: ita glorioſæ huius, & regiæ iudici ciuitatis: ſed & nobis ipſis obſequentes, & omni digni ab eis honore tanquam iudices minores à iudice maiore, & euacuabũt eius ſolicitudines, nihil eligentes agere, quod non eſt virorum bonorum, & imperialis teſtimonij dignum.

§ Si verò aliquando contigerit (hoc quod nõ optamus) fieri aliquod in hac ciuitate incẽdiũ, oportet eos præſentes eſſe, & miniſtrare, & maximum hoc opus habere, vt fures, & ſubtrahentes infœliciſſimorum res eripere, & ſaluare, quantum poſſunt res ab ignis violentia. Etenim ſi circa hanc dignitatem facti fuerint induſtrij, maior eos ſedes excipiet, & honeſtior dignitas, & cognoſcent quantum eſt † hoc, cum honeſtate viuere, quàm hanc contemnere, vti autem multis manibus & per eas impiè agere & poſtea egere. Propter quod nihil horum, quæ ita congregantur, conſueuit manere: ſed malè colligi, & ſtatim deperdi. Vt igitur noſtros ſubiectos mulctare quidem per hanc æſtimauimus occaſionem, & ſolatium tantum eis dare, & homines honoratos ad medium adducere, vt eorum virtutem ſentiant ſubiecti. Habebunt autem ſpectabiles populorum Prætores & conſiliarium noſtro ſuper eo iudicio, ſicut diximus, dignum.

CAPVT V.

§ Adſiſtent autem eis & viceni milites, & triceni matricarij, quos nunc nos conſtituimus diſpoſitionib. obſequentes eorum: & ſicubi oportebit, eos, qui indecenter agunt, detinuerint, competenti ordini tradant. Oportet autem eos ſcire manifeſtè, quòd ſi mundos ſemetipſos conſtituerint, & Dei auxilium habebunt, & noſtra placatione non fraudabuntur, & longior eis dignitas erit. Quis enim bene, & rectè agentem amouere velit?

CAPVT VI.

§ Sed & ſi tranſmittatur eis aliquis à iudicio viri clariſſimi Præfecti huius fœliciſſimæ ciuitatis, quatenus ſuppliciis ſubiiciantur, ſcrupuloſè inquirant dignitatem eius, & doceantur in quibus occiditur homo, aut auferatur membrum, aut tale aliquid ſciſcitantes & ab ipſo glorioſo Præfecto, ſed & hoc prouideant, vt cum ſubtilitate proferant ſententiam, ad animam, aut membrum auferendi adeſtinato. Quemadmodum enim ſpectabiles prætores populorum talibus honorauimus donationibus, dignos eos facientes & codicillis à noſtra procedentibus manu & annonis, & appellatione tanta, & aliis, quæ dicta ſunt, ita eos exigimus reddere nobis ſuam puritatem, & in omnibus vigilãtiam, & cuncta agere æqualiter, & iuſta cõſcientia, & pura manu. Si enim aliquid apparuerint delinquẽtes, aut furantes, aut furibus adquieſcentes, niſi omnib. reſecauerint modis, & dignos quidem morte ſuppliciis ſubdere; mediocria verò agentes expellere à magna hac ciuitate, vbi nos præcepimus: ſciant quòd ipſi pro huiuſmodi reddent rationem non Deo ſolum, ſed & nobis: & rei fient & omni damno, quod ſubiectis contigerit, & noſtræ indignationi, & velociter cum infamia à dignitate repellentur. Nos enim propterea & laborem ſuſtinemus, & expenſis magnis adquieſcimus, vt non alicui noſtrorum ſubiectorum inferatur aliqua calumnia, & pecuniarum, & animæ perditio, & quæcunque talia conſtituta ſunt: ſed omnia cum examinatione fiant competenti.

EPILOGVS.

§ Hanc igitur omnes noſtram voluntatem per præceptionem diuinam, & legem cognoſcentes, & quia quod expedit vobis, nullatenus derelinquimus, pro noſtro orate imperio, ſic vos tuente, ſic vos proprios æſtimante, & in vnoquoque eorum, quæ contingunt, paternam in omnibus vobis cuſtodiẽte prouidentiam. Proponatur Conſtantinopolitanis ciuibus noſtris. Datum Kalend. Octob. Conſtantinopo. D. N. Beliſario viro clariſſimo conſule.

COLLA

COLLATIO III.

DE LENONIBUS †. TITULUS I.

Nouella conſtitutio decimaquarta.
Imper. Iuſtinianus Aug. Conſtantinopolitanis.

Lenones mulierum hac lege eſſe prohibentur: pœna contrà facientibus imminente. BART.

Et antiquis [a] legibus [b], & dudum [c] imperantibus [d] ſatis odibile viſum eſt, eſſe lenonum cauſam [e], & nomen, in tantum vt etiam plurimæ contra talia delinquentes ſcriberentur leges [f]. Nos autem dudum poſita contra eos, qui ſic impiè agunt, ſupplicia auximus [g]: & ſi quid relictũ eſt à noſtris prædeceſſoribus, etiam hoc per alias correximus leges [h]: & nuper interpellatione nobis facta rerũ impiarũ pro talib. negotiis in hac maxima ciuitate cõmiſſis, cauſã nõ deſpeximus. Agnouimus enim quoſdã viuere quidẽ illicitè: ex cauſis autẽ crudelibus, & odioſis occaſionem ſibimet nefandorum inuenire lucrorũ, & circũire prouincias, & loca plurima, & iuuenculas miſerandas decipere, promittentes calceamenta, & veſtiméta quædam: & his [i] venari [k] eas, & deducere ad hanc fœliciſſimam ciuitatẽ [l]: & habere cõſtitutas in ſuis habitationibus: & cibũ eis miſerãdũ [m] dare, & veſtes, & deinceps tradere ad luxuriam eas volẽtibus, & omnem quæſtum miſerabilem ex corpore earũ accedentem ipſos accipere, & celebrare cõſcriptiones [n]: quia ipſæ vſque ad tempus, quod eis placuerit, obſeruabunt impiam, & ſceleſtam hanc functionem implentes. Quaſdam verò earum etiam fideiuſſores expetere: & in tantum procedere illicitã actionem, vt in omni penè, & in hac regia ciuitate, & in trãſmarinis eius locis, & (quod deterius eſt) iuxta ſacratiſſima loca, & venerabiles domos ſint tales habitationes: & cauſæ ſic impiæ, & iniquæ ſub noſtris temporibus præſumãtur: ita vt etiã quoſdã [o] miſerãtes earũ, & abducere à tali operatione crebrò volẽtes, & ad legitimum deducere matrimoniũ non ſinerẽt [p]. Aliquos autem ſic ſceleſtos exiſtere, vt puellas nec decimũ [q] agentes annũ ad periculosã deponerent corruptionẽ: & quoſdam [r] aurum dantes nõ paruũ, vix inde redemiſſe miſeras, & nuptiis copulaſſe caſtis. Eſſe etiã decies [s] mille modos [t], quos nullus præualeret ſermonib. cõprehẽdere: cùm ad infinitã crudelitatem deductũ ſit tale malum: ita vt primùm quidem in vltimis partib. ciuitatis eſſet [u]; nunc autem & ipſa [x], & quæ circa eam ſunt, omnia [y] plena talium ſint malorum. Hoc igitur dudum quidẽ aliquis nobis ſecretè denunciauit: deinde etiam nuper magnificentiſſimi prætores à nobis talia inquirere præcepti, hæc eadem ad nos retulerunt: moxq; audiuimus, & iudicauimus oportere Deo huiuſmodi cõmendare cauſam, & velociter liberare tali ſcelere ciuitatem. 1. ¶ Sancimus igitur omnes quidem, ſecundũ quod poſſunt, caſtitatem agere: quæ etiã ſola Deo cum fiducia potis eſt hominũ animas præſentare †: Quia verò plurima ſunt humana [z]: cum arte, & dolo, & neceſſitate [a] quaſlibet taliũ ad luxuriã deduci omnibus prohibemus [b] modis, & nulli fiduciam eſſe paſcere meretricem, & in domo habere mulieres, aut publicè proſtituere ad luxuriam, & pro alio quodam negotio [c] talia mercari: neque conſcriptiones [d] ſuper hoc percipere, neque fideiuſſores exigere [e], nec tale aliquid agere, quod cogat miſeras, & inuitas ſuam caſtitatem confundere, neque ſperare [f]: quia licebit de cætero eis veſtium datione, aut ornamentorum forſan, aut alimenti decipere, vt etiam inuitæ ſuſtineant [g]. Non enim permittimus quicquam fieri tale [h]: ſed etiam nũc omnia talia breuiter competenti cura diſponimus, ſtatuentes etiam reddi eis omnem, quam contigerit cautionẽ occaſione ſceleris huius exponi: & neque permittimus ſceleſtos lenones, ſi quid dederunt eis, hoc ab eis auferre [i]: ſed etiam ipſos lenones iubemus extra hanc fieri fœliciſſimam ciuitatem, tanquam peſtiferos, & cõmunes caſtitatis vaſtatores factos, & liberas, ancillàſque requirentes, & deducẽtes ad huiuſmodi neceſſitatem, & decipientes, & habentes educatas ad vniuerſam confuſionem. Præconizamus [k] itaque, quia ſi quis de cætero præſumpſerit inuitã [l] puellam aſſumere, & habere ad neceſſitatem nutritam, & fornicationis ſibi deferẽtem quæſtum: hunc neceſſe eſſe à ſpectabilibus prætoribus populi [a] huius fœliciſſimæ ciuitatis comprehenſum, omnia nouiſſima [m] ſuſtinere ſupplicia. Si enim pecuniariorum eos [n] furtorum, & latrociniorũ emendatores [o] elegimus [p]: quomodo non multò magis caſtitatis furtum, & latrocinium eos coërcere permittimus? Si quis autem patiatur in ſua domo quendam lenonem, & huiuſmodi præpoſitum operationis habere, & hæc denuntiata cognoſcens, non ex domo ſua expulerit: ſciat ſe & decem librarũ auri ſuſtinere pœnam, & citra † ipſam perditurum habitationem [q]. Si quis autem conſcriptionem [r] de cætero in talibus præſumpſerit [s], aut fideiuſſorẽ acceperit, ſciat nullam quidem ſe vtilitatẽ huiuſmodi fideiuſſionis, aut conſcriptionis habere. etenim fideiuſſor [t] quidẽ obligatus non erit [u]: conſcriptio [x] verò omnino inualida manebit: & ipſe (ſicut prædiximus [y]) in corpore ſupplicium

---

a ¶ *Et antiquis.* vt ff. de infa. l. j. §. qui lenocinium & l. athletas. §. quæ lenocinium. & ff. de adul. l. j. §. lenocinij. & § qui hac.
b ¶ *Legib.* ſ. Digeſtorũ.
c ¶ *Dudum* in Cod.
d ¶ *Imperantibus,* vt C. de adul. l. de crimine. §. ſ. & l. ita nobis pudor.
e ¶ *Cauſam.* ſ. odibilẽ.
f ¶ *Leges.* ſ. quas modò diximus. Accurs.
g ¶ *Auximus.* ſcilicet in Græco.
h ¶ *Leges.* quas non habemus.
i ¶ *His.* ſc. veſtimentis, & ſimilibus.
k ¶ *Venari.* i. [a] decipere: ſicut venatores eſca oſtenſa decipiunt aues.
l ¶ *Ciuitatem,* ſc. Conſtantinopolitanam.
m ¶ *Miſerandum.* id eſt, miſerum.
n ¶ *Cõſcriptiones.* id eſt, cautionẽ, quæ ſequitur.
o ¶ *Quoſdã.* i. à quoſdã.
p ¶ *Non ſinerent.* ſcilicet lenones.
q ¶ *Decimum.* qui [b] etiam lege Iul. de adul. tenentur: vt ff. de adul. *l. inter liberos.*
r ¶ *Et quoſdam.* ſcilicet alios bonos homines.
s ¶ *Decies.* ſic ſ. de her. & Falcid. §. & hæc omnia quidem coll. j.
t ¶ *Modos.* ſcilic. agnouimus, quod eſt ſuprà.
u ¶ *Eſſet.* ſc. iſtud malũ.
x ¶ *Ipſa.* ſ. ciuitas. Acc.
y ¶ *Omnia.* loca.
z ¶ *Humana.* id eſt, labilia, & prona.
a ¶ *Neceſſitate.* ſ. quando deſunt eis neceſſaria: vel neceſſitate adulationum: nã, vt dicunt, pecuniã voluit homo, nedum cor mulieris.
b ¶ *Prohibemus,* facit ſ. de mon. § ſi quis igitur.
c ¶ *Negotio,* vt quia eã camerariam dicit: vt C. ad legem Iul. de adul. l. quæ adulterium.
d ¶ *Cõſcriptiones* i. cautiones, quas dabãt iſtæ fœminæ, ne recederent.
e ¶ *Exigere.* nec etiam iuſiurandum: vt ſ. ſcenicas, &c.
f ¶ *Sperare.* ſc. lenones.
g ¶ *Suſtineant.* q d non damus repetitionem: quia cùm illæ reddere non poſſent, ſuſtinerẽt potiùs ſe proſtitui.
g ¶ *Suſtineant,* ſcilicet proſtitui per huiuſmodi ſuaſiones. Azo.
h ¶ *Tale.* id eſt, huiuſmodi ſuaſiones.
i ¶ *Auferre.* ſic ff. de condict. ob tur. cau. l. idem §. ſed quod meretrici. Acc.
k ¶ *Præconizamus.* i. præconia & alta, & publica voce præcipimus.
l ¶ *Inuitam,* maximè, nam idem ſi vult, ſecũdũ Al. vt arg. C. de epiſc. & cler. l. raptores in ſ. & C. de rap. virgi. l. j. in fin.

a ¶ *Prætoribus populi.* de quibus Nouell. 13. ſup. in Cod. integra Nouellarum. Hi & [illegible] vocantur. Cuiac.
m ¶ *Nouiſſima.* vt [a] videlicet vt ff. de pœ. l. vltimum ſupplicium.
n ¶ *Eos.* prætores.
o ¶ *Emendatores.* id eſt: correctores, puniendo eos meliùs. Accurs.
p ¶ *Elegimus* non quòd de hoc habeamus legẽ.
q ¶ *Habitationem.* contra: ff. de petit. hæredit. l. ancillarum § fin. Solu. illa corrigitur. Vel veriùs, licet veniat in hæreditatis petitionem talis penſio, tamen punitur, qui ſic exigit, & locat. & facit ad hoc. C. de fal. mo. l. j.
r ¶ *Conſcriptionẽ.* id eſt, cautionem.
s ¶ *Præſumpſerit.* ſcilic. accipere. Accurs.
t ¶ *Fideiuſſor.* [b] qui promittat ſe curaturum, quod illa patietur ſe proſtitui: alias ſi promitteret eam paſſuram, nec iure communi valeret: vt Inſtit. de inutil. ſtipu. §. verſa vice.
u ¶ *Non erit.* cum effectu.
x ¶ *Conſcriptio.* id eſt, cautio. Azo.
y ¶ *Prædiximus.* ſcilicet modo proxi.

a ¶ Ex

Tolerat. i. addi[illegible] in [illegible] ſcript.

a Lenonũ venatio, quæ.

b Lenones lege etiam de adulteriis tenentur.

a De pœnis lenonum, vide Bellonium [illegible] Gregorium [illegible] & ſeqq.

b Fideiuſſio lenocinij quæ dicatur.

¶ Contr[illegible] Gloſſ[illegible] [illegible] pro[illegible] & [illegible] ſuper [illegible] pro[illegible] in pœn. & probatum.

† In [illegible] extra [illegible] habitat. &c.

plicitum ſubſtinebit: & à magna hac longiſſimè ciuitate expelletur [a]. Mulieres itaq; caſtè quidem viuere volumus [b], & oramus [c]: non autem inuitas ad luxurioſam vitam deduci: nec impie agere cogi: omnino enim lenocinium & fieri prohibemus, & factum punimus: præcipue quidem in hac fœliciſſima ciuitate, & in eius circuitu: nihilominùs autem & in locis foris poſitis omnib. [d], & quæ ab initio noſtræ ſunt reipublicæ: & quæ núc à Domino Deo donata ſunt nobis: & maximè in illis. eò quòd Dei dona, quæ circa noſtram fecit rempublicam, volumus conſeruari pura ab omni tali neceſſitate: & Domini Dei circa nos munera eſſe, & permanere digna. Credimus enim in Domino Deo, etiam ex hoc noſtro circa caſtitatem ſtudio, magnum fieri noſtræ reipublicæ incrementum: Deo nobis omnia proſpera per talia opera conferente. ¶ Quatenus ergo vos primi [e] noſtri ciues caſta hac noſtra fruamini diſpoſitione: propterea hac ſacratiſſima prædicatione vtimur, vt ſciatis noſtrum circa vos ſtudium, circa caſtitatem, atq; pietatem labores noſtros, per quos in omnibus bonis cuſtodiri noſtram rempublicam ſperamus.

Scriptum eſt [illegible] glorioſiſſimo magiſtro, [illegible]

VT ergo omnibus hæc manifeſta fiant in noſtra habitantibus [illegible], tua ſublimitas hanc noſtram ſuſcipiens ſacram legé in omni ditione præceptis proprijs eam vniuerſis ciuitatibus noſtris inſinuet: vt non ſolû in hac fœliciſſima ciuitate, ſed etiam in prouinciarû cuſtodiatur locis: Domino omnium Deo pro aliquo quodammodo in odorem ſuauitatis oblata [f]. Lata † Cóſtantinopolitanis ciuib. noſtris D. Kal. Decéb. Conſtantinopoli, Beliſario V. C. Conſ.

DE DEFENSORIBVS ciuitatum.

TITVLVS II

Nouella conſtitutio decimaquinta.

Imper. Iuſtinianus Aug. Ioanni glorioſiſſ. præfecto prætoriorum iterum Exconſuli, & Patricio.

Defenſores ciuitatum debent eligi honeſti viri fide digni, & ciuitatum nobiliores, & per circulû præſito iureiurâdo ab electoribus, antiqua ſolennitate ſeruata. BART.

NIſi velociter [g] reuocemus [h] curam defenſorû per cópetens officium [i]: nec ipſam vlteriùs antiquorum nominum habebimus [k] veritatem: alijs ſiquidem alia data ſunt ab antiquitate [l] nomina ſignificatiua à parte rerum [m]: hoc autem defenſorum nomen purè demonſtrat antiquitaté aliquos præpoſuiſſe rebus, quatenus ex omni eas [n] iniuſtitia vindicarent, liberas [o] quidé: & propter hoc paterna [p] voce defẽſores eos vocamus, quatenus eripiant à malis iniuſtitiam patientes [q]. Nunc autem hoc defenſorum nomen valde conculcatum eſt multis [r] noſtræ reipublicæ partibus: & ita contemptum [s], vt in iniuria quidem potiùs quam in qualibet iaceat [t] honeſtate [u]: ſiquidem ſiunt vilis qualitatis [x] [illegible] [y] decreta [z] verò ſuper eis miſericordia [a] magis, quam electione [b] conſtituuntur qui bus etiam non eſt victus, & vita ſufficiẽs, [illegible] defenſorum emendicantes ordinationem, ad hanc accedunt curam. & pro alio quodam otio [c], iudicum ſeruiunt voluntatibus. Denique remouẽt [e] eos quando voluerint, aut nihil, aut paruiſſimum [f] delinquentes: & alios in illorum prouehunt officium, quan [g] loci ſeruatores eos defenſorum facientes. & hoc in anno frequenter in plurib. hominibus agentes, vt & officiales, & ciuitatum iudices, & habitatores, in nouiſſimo contemptu defenſores habeant. Quæ verò gerunt ab eis, a[illegible] [illegible] non actorum [illegible] ſunt [illegible] non imperauerint [i] prouinciarum iudices [illegible] nequaquam præſumunt quædam geſta monumentorum conficere apud [illegible] per omnes [illegible] eis defenſores & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [k] [illegible] nullum habeant archiuum [l], in quo geſta apud ſe reponant, deperit, quod conficitur: & nequaquam inuenies apud eos [illegible] temporum poni [m] monumentum [illegible] penitus: ſed ad hæredes [n] eorum, aut alias ſucceſſiones his monumentis egentes, geſta quærunt: & horum, quæ quidem inueniuntur, nulla [illegible] ſunt digna [illegible]: alia verò etiam pereunt, & in tantû cadût, vt in ſimilitudine non actorum ſint. Nos igitur quoniam de iudicib. bene diſpoſuimus [p], & maiores poteſtates [q] eorum [r] in géntibus fecimus, & procul [ſ] ab eis eſt inſpectio ciuitatum: propterea credimus oportere etiam de defenſoribus [t] con-

a ¶ *Expelletur.* ponendo [a] in bannû, ſi nó inuentatur. nam inuentus punitur ad mortẽ: vt ĩ
b ¶ *Volumus.* ſic ſuprà, *de non eli. § [illegible]*.
c ¶ *Oramus.* i. deprecamus, vt caſtè viuant.
d ¶ *Omnibus.* ergo & in Bononia: ſed tamen non videmus eam ibi ſeruari. ACCVRS.
e ¶ *Vos primi.* loquitur Conſtantinopolitanis, quibus primum præcepit eam ſeruari.
f ¶ *Oblata.* Græcû eſt, Latinè *Conſtantinopolitani*: & hoc etiam alias eſt in litera.

DE DEFENSOribus ciuitatum.

g ¶ *Niſi velociter.* ſicut aliàs propter imminens [b] damnum exigitur velocitas: ita hic, vt homines liberentur à malis citò: vt *ſ. de dam. infec. l. j.*
h ¶ *Reuocemus.* nam cùm fuerint olim ad opprobrium, ponemus eos ad honorem
i ¶ *Officium.* ſcilicet eis aſſignandum: quod iniunget *infrà, eod. § [illegible] vſque ad § ſi*
k ¶ *Habebimus.* i. non ſeruabimus ſignificationem huius nominis antiqui, defenſor: quod facere debemus: *vt inſtit. de don. § eſt & aliud. & C. de epiſc. & cle. l. de [illegible]*.
l ¶ *Ab antiquitate.* ſcil. ab antiquis ſapiẽtibus
m ¶ *Rerum.* vt eſt hoc nomẽ *defenſor* vt ſequitur. & ſimilia vt Petrus quia ſirmus vt petra.
n ¶ *Eas* res ACCVRS.
o ¶ *Liberas.* ſcilicet res.
p ¶ *Paterna.* i. [c] Græca: quam linguam ſecuti ſunt noſtri prædeceſſores: *ſic ſup. de non ali. § alienantur & infrà ut fac. no. conſue. § j in fin. coll. x.*
q ¶ *Patientes.* ſcilicet homines
r ¶ *Multis.* ſubaudi in
ſ ¶ *Contemptum.* ſcilicet nomen. defenſoris. id eſt, ipſe defenſor
t ¶ *Iaceat.* ſcilicet hoc nomen defenſor.
u ¶ *Honeſtate.* vt capitaneus: id eſt, proceres. & pauperes quaſi capti dicantur.
x ¶ *Fiunt.* ſ. defenſores
y ¶ *[illegible]* alias, vero.
z ¶ *Obſcuræ.* i. [d] viles & [illegible], & imperiti [illegible] *quib. mo. no. eſſ. legi. § [illegible] coll. v.*
a ¶ *Decreta.* i. confirmationes. Nam vt electus prælatus [e] confirmatur a maiori: ſic & defenſor eligebatur à præſide, & confirmabatur à præfecto: vt ſequitur.
b ¶ *Miſericordia.* ſic propter paupertatem electorum magis cóſirmabatur eorum electio, vt ſequitur: quam propter bonitatem AZO
c ¶ *Electione* tunc enim fit electione, id eſt, bonitate, cùm ex bonis eligitur præcipuus: quod hic non erat.
d ¶ *Loſa.* non enim expetebat ſed alias applaudebant præſidibus, vt defenſores crearentur, qui iudices dicuntur: vt *infrà, eodem. § [illegible] autem*
e ¶ *Remouent.* ſc. præſides ACCVRS.
f ¶ *Paruiſſimum.* accipiũt enim occaſionem, vt [illegible] [illegible]
g ¶ *Quan[illegible]* hoc eſt decenter defenſores [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dic. loci & defenſores, & tunc eſt plana
h ¶ *Non actorum.* cùm enim eis parua habeatur dignitas, per [illegible] conſequens nulla eorum [illegible] ſcripturis eſt fides habenda. vt *ſ. de edendo. l. ſi quis. § j.* ACCVRS.
i ¶ *Imperauerint.* ſcilic. ne fiant monumenta
k ¶ *[illegible]* quaſi dicat, per perſonam aliquid [illegible], & tenet, vt habeant, quod certi [illegible] nó remoueat [illegible] *vt in decretiſ[illegible] quoque ſuffra. § au. certè*
l ¶ *Archiuum.* locus [illegible] eſt, vbi acta publica reponuntur [illegible] [illegible]
m ¶ [illegible] eſt poſitũ
n ¶ *Ad hæredes.* id eſt, ab hæredibus qui erunt, qui [illegible], vel alias ſucceſſores [illegible]
o ¶ *Digna.* propter [illegible], quam dicimus *ſuprà [illegible]*
p ¶ *Diſpoſuimus.* [illegible]
q ¶ *Poteſtates.* id eſt, dignitates.
r ¶ *Eorum* præſidum.
ſ ¶ *Procul.* nam minoribus habent intendere [illegible] & ideo non poſſunt [illegible] tantû pro ſpecie [illegible]
t ¶ *De defenſoribus.* ſuper. [illegible] illa conſtitutio de præſidibus [illegible] hæc autẽ de defenſoribus ciuitatũ ſed illa, ſcriptum exemplar:

a Fideiuſſor [illegible] vel præſens.

b Velocitas [illegible] propter imminens damnum exigitur.

c Ibi Latina [illegible] in hoc Græca.

† Propoſito, in manuſcripto [illegible]

d Obſcuri [illegible]

e Electus prælatus, ſuperiore ſuo cõfirmatur.

a vide Aſcopi Apolog. li. 174.

† [illegible]

b Fides [illegible] [illegible] perſonæ [illegible] [illegible]

c [illegible]

plat, communis eſt vt patet in fin.

a ¶ *Congruentia.* ſic *ſuprà quomodo opor. ep.* §. *reſtem.*

b ¶ *Sumant.* ex hoc videtur, quòd olim non poterant iudicare: ſed quæ de voluntaria iuriſdictione erāt, faciebāt, & ſcribebantur coram eis acta, vt dicitur quaſi. Sed certè & ante legē iſtam poterant iudicare: vt C. *eodem.* l. j. quare dic, ſumant officium iudicis, & honorem, & ſtatum iudicis, quem perdiderant: & quòd inuito alio poſſint iudicare: vt patet *infrà. eodem.* §. *nuda.* quod priùs non poterant inuito præſide: *vt ſuprà, proximo* § quod etiā eſt propriū iudicis in inuitum dare iudiciū: *vt ff de verb. oblig. l. inter ſtipulantē* § j.

c ¶ *Præcedentium.* ſcilicet ante tempora huius legis.

d ¶ *Quanto.* ſi ergo, vt hic dicitur, alius propter meā diſcretionem apparet maior, multò magis ego: vt *ff. de poſtulan. l. prouidendum.*

e ¶ *Honeſtior.* non loquitur de honeſtate ad animam: ſed ad honorem ſæculi: *ſic Inſtitu. de publ. iudi.* §. *item lex.*

f ¶ *Interim.* id eſt, antequam ad eius officium perueniamus. quod dicet *infr. e.* §. *nuda.* vſque ad §. *ſi prius.* dicit de electione eius interim.

g ¶ *Declinare.* ſi ille, qui eligitur, non poteſt recuſare, vt hodie fit Bononiæ in officialibus: alias punitur in quinque libras auri, & nihilominùs compellitur: *vt ſuprà, eo.* § *ſi quatuorò.* Azo.

h ¶ *Nobiliores.* Nota nobiliores debere eligi: *ſic* § *eo* § *ſinali & ſup. de referen* § *fina.*

i ¶ *Eis.* ſ. ciuitatibus: vt rependant præmiū habitationis: *vt inf. e.* § *pe.*

k ¶ *Adimpleāt.* niſi appellarēt: *vt diximus ſuprà,* § *pen.*

l ¶ *Priuilegium.* ſcili. vt non cōpellatur eſſe defenſor: quod priuilegiū habebat in ſecreto: vt differat à caſa ſequēti.

m ¶ *Sint collati.* ſ. codicilli. id eſt, priuilegium aliquod, quod nō compellatur eſſe defenſor: quod habuit cum conſilio procerum: *vt C. de legi. & conſti. l. ij & ſupr. de non alie.* §. *quia verò ſi mile. coll. j.*

n ¶ *Circulum.* ſiebat enim quidam circulus hominū: & ex his duo quærebāt cæteros conferendo bonitatem ſingulorum, vt meliorem eligerēt: quod habebat locum, cùm pauci homines erant per ciuitates. hodie autem non ſit: quia difficile eſt conuocare ſic omnes bonos homines de ciuitate. ſed quidā eliguntur, quorum factum omnes alij tenent: *vt Inſtit. de iure nat.* § *ſenatuſconſultum. & ff. de reg. iur. l. aliud* § *j. & ff ad municip. l. quod maior.* ¶ Item ex conſuetudine etiam ab octo eſt reducta electio: vt ſit Bononiæ.

o ¶ *Hoc implentibus.* ſubaudi, aliquibus: puta duobus. Azo.

p ¶ *Expletur.* vt quia totum circulum illi duo quæſierunt.

ſtituere. ſit enim ſic congruentia [a] vtilis, ſi iudicum ſumant [b] officium, ciuitatum defenſores: & prouinciæ præſes videbitur quidem iudex iudicum potiùs eſſe, & ex hoc honeſtior præcedentium [c] apparere. quātò [d] enim quilibet præeſt melioribus, tantò maior ipſe & honeſtior [e] eſt.

CAP. I.

Vt nulli incolarum liceat defenſoris officium reſpuere.

¶ Interim † [f] illud ſciendū eſt priùs, vt nulli hominum ſit licentia defenſoris ordinationē declinare [g]: ſed inuicem vniuerſi nobiliores [h] ciuitatum habitatores † hoc miniſterium eis [i] adimpleant [k], hoc enim & in prioribus temporibus valuiſſe, & in republica geſtum didicimus. Nulli, nec ſi honoratus ſit magnificentiſſimorum illuſtrium dignitate, hoc declinare concedimus: nec ſi militiam habeat honeſtam: neque ſi proferat priuilegium [l] ſuum ex diuinis formis: vel ſi pragmatici ſint collati [m]: ſed ſecundùm circulum [n] habitatoribus ciuitatis, quorum aliqua ratio eſt, hoc implentibus [o]: & dum circulus expletur [p], ruſus reuertentibus [q] ad ſolicitudinem, & ciuitati per prædictam curam miniſtrantibus: vt in vnaquaque ciuitate defenſor iudex [r] potiùs †, quàm defenſor [s] eſſe videatur: decreto [t] quidem cum iureiurando facto omnium poſſeſſorum [u] in illa ciuitate conſiſtentium; ſed non in hac vrbe [x] degentium.

Vt iurent defenſores ſecundùm formam in anterioribus legibus definitam.

Defenſor ciuitatis iuſiurandum præſtare debet, biennio ſolùm administraturus: confirmādus à præfecto, & remouendus, voluntariam exercens iuriſdictionem, & non cauſas meri, vel mixti imperij, præſide non valente iuriſdictionem eius impedire. BART.

q ¶ *Reuertentibus.* ad innicem.

r ¶ *Index* velut patet [r] enim eſſe debet: *vt C. e. l. iiij & v. vt iudi. ſine quoque ſuffra.* § *ex autem & v. infra* § *denotes, autem, &c.*

s ¶ *Defenſor.* qualis antea erat: *vt ſuprà eod.* § *reſtem.*

t ¶ *Decreto.* id eſt, electione. alias, *electione.*

¶ Iuſiurandum verò præbens [y], quòd omnia ſecundùm legem [z], ac † ius agat, & omnium communiter: confirmandus autem ſicut nunc [a] ex præcepto glorioſiſſimorum noſtrorum præfectorum: in biennio [b] vero adminiſtrans ſolo, & remouendus [c] à cura: non habente licentiam clariſſimo prouinciæ iudice remouendi [d] eum: ſed ſi quid videatur agere non rectè, nunciare ad glorioſiſſimos noſtros præfectos, vt inde ei fiat curæ priuatio, vnde etiam datur [e].

CAPVT II.

Nulla exiſtente licentia adminiſtratori [f], aut ipſis defenſoribus vices agentes [g] defenſorum facere: ſed etiam hoc omnibus eis interdicimus modis [h]. Sed neque proprias vices agentes per ciuitates clariſsimos iudices deſtinare, niſi ipſos defenſores, quos iudicum officium complere in ciuitatibus nolumus: ipſos quoque in omnibus diligentiam adhibere ciuitatibus, in quibus ſunt.

CAP. III.

Vt omnia monumenta apud defenſores inſinuentur.

Et agi apud defenſores teſtamentorum inſinuationes [i], & donationum [k], & quidquid aliud [l] eſt monumentorum proprium: non valente clariſſimo prouinciæ iudice prohibere quod agendum eſt, aut præcipere, quia non velit aliquid agi, aut actum non edi. non enim huiuſmodi alicuius ei omnino poteſtatem damus: abſurdiſſimum exiſtimantes, neceſſariis rebus cedere homines propter iudicum [m] fortè irrationabiles motus [n], atque præceptiones: ſed etiam agere quæcunque voluerit [o], & edere: licèt quod agitur, tangat [p] prouinciæ præſidem, aut quemlibet potentum [q], neque hoc prohibere. Oportet etenim ſic

u ¶ *Poſſeſſorum.* omnes enim, qui poſſidebant in illa ciuitate, debebant intereſſe electioni, vt dicit, dummodo & ibi habitent, vt ſequitur. ¶ Et ſic eſt arg. ad electionem [b] canonicorum, quam faciunt irrequiſitis abſentibus.

x ¶ *Vrbe.* idem credo & ſi aliās habitent.

y ¶ *Præbens.* ſcilic. ipſe defenſor futurus.

z ¶ *Legem.* ad hoc ſuſut defenſor adſtringitur, ſecundùm quoſdā. Alij verò, vt eis videtur, iurant: *vt ſuprà, eo,* § *ſup. & aquus.* Sed contrà eſt vt ibi diximus.

a ¶ *Sicut nunc.* nam & ante hanc legem confirmabātur à præfecto: *vt ſuprà eod. in prime & C. eod. l. j.*

b ¶ *In biennio.* olim vſque ad quinquennium: *vt C. eo l. iiij.*

c ¶ *Remouendus.* poſt biennium, niſi in caſu: *vt inf. eo* § *ſi. in fin.* Acc.

d ¶ *Remouendi.* præfectus maior eſt præſide: præſes maior eſt defenſore. cùm [c] ergo defenſor creatur à præfecto per confirmationē, non poterit eum remouere præſes: *vt arg. ff de diuer. & tempo. præſcript. l. de acceptionibus.*

e ¶ *Datur.* ex confirmatione, quod dic: *vt infrà, qui mo. na. eff. legi.* § *liceat. coll.* vj. ſic & aliàs *ff de ver ſig l. lege.*

f ¶ *Adminiſtratori.* id eſt, præſidi.

g ¶ *Vices agentes.* id eſt, vicarios. Acc.

h ¶ *Modis.* hoc interdictum [d] non obſeruant quidā poteſtates Bononiæ, qui duas ſimul, & plures recipiūt poteſtatias vicario poſito. Acc.

i ¶ *Inſinuationes.* Romæ verò apud magiſtrū cenſus: *vt C. de teſta. l. conſulta.*

k ¶ *Donationum.* vt C. *de dona. l. in hac* & hoc ſi erat vltra quingentos ſolidos, nō aliàs: *vt Inſtit. de dona.* § *alia.*

l ¶ *Et quidquid aliud.* quod tamen pertineat ad voluntariam iuriſdictionem, alias non; vt in fine huius § ſicut ſūt manumiſſiones [e], emancipationes, & adoptiones: *vt ff. de off. procon. l. ij* § *j* [illegible].

m ¶ *Iudicum.* id eſt, præſidum.

n ¶ *Motus,* alias, *mutus.*

o ¶ *Voluerit.* ſcilic. aliquis coram defenſore. aliàs, *voluerint,* ſcilicet defenſores.

p ¶ *Tangat.* dico ad pecuniarum quæſtum, non quòd tangat eum potentem ratione iuriſdictionis: vt ſunt cauſæ de mero, vel mixto imperio: vt in fi. huius §.

q ¶ *Potentum.* id eſt, qui habent merum imperium.

a Iudicis propriū, & nota, in inuitū dare iudicium.

† Facit ad hon[orem] ... Gl. ... de ...

* Legendum, ſanciendum eſt, ... CONT.

† Incolæ, ...

b Propter quod vnumquodque tale, & illud magis tale.

a Nobiliores in electionibus dignitatē præferendi a[lijs].

† Sic etiā quilibet prælatus ... collegiatæ eſt iudex ordinarius in plebe ...

d Per circulū electionem ... vt quod dixi, & plenius dixi in meis ...

e Quot teſtes ... requirantur, vide apud Speculatorē, tit. de teſt. §. ...

a adde Gl. ... poſſeſſorum ...

† Iudex debet ... & probata, & non ...

b Electio in Canonicis ... requiſitis ... abſentibus ...

c Cui autem ... confirmandi, ... & remouendi ...

d Tale ... in hoc loco ... ſecundùm ...

agere eos, qui in adminiſtrationibus ᵃ ſunt, aut in qualibet poteſtate, non vt prohibeant quædam fieri contra ſe geſta: ſed ita inculpabilem ſuum præbeant modum, vt nulli detur tempus quærimoniarum aduerſus eos: & ſiue affuerit ᵇ ciuitatibus iudex, ſiue non, nequaquam prohibeatur quiſpiam ᶜ agere apud defenſores quædam monumenta in quibuſcunque voluerit ᵈ, præter illa ſola, quæ iuriſdictione ᵉ egent †, & ex ipſa iudicum auctoritate pendent ᶠ.

Vt defenſores exactores tributorum adiuuent, & exceptorem vnũ, duóſque cohortales habeant.

Defenſor publica exigere debet tributa, & inordinatè agẽtes videre: & publicum remouere tumultũ: & officiales prouinciæ debẽt ei auxilium impertiri & ex prouinciæ curia vnum exceptorem, & duos officiales habere. Bart.

3. Deinde eos, qui publicas exactiones habent, ciuitatum defenſoribus omnibus auxiliari modis: & ſi opus fuerit, [illegible] contemptus contumaciæ tributariorum ᵍ monumenta conficere: & hæc fieri velociter iubemus, & intereſſe, vt inordinatè agentes ʰ videant ⁱ, & his ipſis teſtimonium † perhibere, vel [illegible] remouere tumultum ᵏ, & abſolutè iudicum obtinere ordinem, & maximè quando abſunt ˡ: & officiales prouinciæ, quicunque in ciuitate ſunt illa in qua defenſor eſt, obedire illi, & adiuuare: vt abſentibus præſidibus gentium, nihil videatur deeſſe ciuitatibus ſub illorum præſentia ᵐ. Ex prouinciali ⁿ autem officio habere & exceptorem ᵒ eis adminiſtrantem, & duos officiales ᵖ, qui ea, quæ ab eis decernuntur, adimpleant.

Vt intra ſummam 300 aureorum iudicent.

Defenſores iudicare debent in pecuniariis cauſis vſque ad aureos trecentos: cunctatione in vetito exactione prohibita: appellatione ad præſidẽ permiſſa: & in curia circa perſonam defenſoris ab officialibus petita, ſucceſſoribus electione mandata. Bart.

§ Et iudicare ᑫ in ʳ cauſis omnibus pecuniariis vſque ad aureos trecentos ˢ: non valentibus noſtris ſubiectis trahere ᵗ ſibimet obligatos ad clariſſimos prouinciarum iudices, ſi vſque ad prædictam trecentorum ſolidorum quantitatem lis conſiſtat.

CAP. IV.

§ Sed neque pro hoc ipſo actores ampliùs æſtimare litem, vt conferant reos, & non ciuitatis defenſori, ſed prouinciæ deferant iudici. Sed ſi quid tale egerint, & ſententia ᵘ manifeſtet minorem eſſe litem trecentorum aureorum, & ſtudio auctam, vt apud ˣ prouincialem iudicem, & non ciuitatis defenſorem examinaretur: ſolum actorem omnis litis ᶻ ſubdi diſpendio.

CAP. V

Et à defenſoribus ʸ appellationes ad ipſos fieri iudices ᶻ. Si verò egerint aliquid iniurioſum circa defenſores officiales, tunc prouinciarum præſides viſcici, & caſtigare officiales portinc. Licentiam enim damus defenſoribus, ſi hoc neglexerint præſides, ſedis tuæ ᵃ eminentiæ hoc nuntiare, vt inde detur auxilium eis, & vindicta competens: & re vera defenſores eos ᵇ eſſe contra delinquentes, habentes iudicaturæ claritatis, & honeſtatis imitationem.

CAP. VI.

Quo ordine, & tempore, creentur.

1. § Et ſi cadere ᶜ contigerit ciuitatis defenſorem, mox ad alium deferri decretum ᵈ, qui ex circulo vocatur, cum dudum dicto ᵉ iureiurando: & ſuſcipere quidem mox curam: decretũ verò nunciari, & confirmari à tuo culmine: & nequaquã defenſoribus vices agentes (ſicut prædiximus ᶠ) dari: ne rurſus priori confuſioni demus quaſi rationabilem ᵍ occaſionem.

a § *Adminiſtrationibus*. ſcilicet maioribus, qui habent merum imperium.
b § *Affuerit* id eſt, præſens fuerit ſ. præſes. ſcribitur enim per aſ vel ff non per bſ.
c § *Quiſpiam* ſcilicet priuatus.
d § *Voluerit* hoc generale dictum ſtatim reſtringitur.
e § *Iuriſdictione*. ſcilicet maiori, vt merum imperium, vel mixtum, quod maioribus ᵇ tantum competit: vt ff. de off. proc. l. [illegible] § qui vniuerſas. & de iuriſdic. omnium iud. l. magiſtratibus. & C. eo. l. defenſores nihil. & hæc idem ſtatim innuit, & ex ipſa eod. &c. eſt enim quaſi expoſitio. Hoc enim nomen, iuriſdictio ᶜ, quandoque ponitur (vt hic) pro mero, vel mixto imperio: vt ff. de offic. eius, cui man. eſt iuriſd. l. 1. ibi, iuriſdictionem ſed & [illegible] niſi ſic ibi acciperetur, non errarent qui ſic dicunt: vt ibi dicitur. 2. Quandoque pro eo, quod iure magiſtratus competit: vt ff. de iuriſdict. omnium iud. l. [illegible] & ff. de offic. eius cui man. eſt iu. l. 1 § ſed & [illegible] hoc poteſt delegare. hic [illegible] planum modum accipitur, & definitur. Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ, & dicitur à iure, & dicione ᵈ: quaſi dicat, de iure poteſtas. Diuiditur autẽ [illegible] merum imperium, aliàs inferiorem, aliàs ſtat in ſuo nomine: ſic ff. de iudic. l. [illegible] Sed nunquid ᵉ in integrũ reſtitutionem dare poteſt? Reſpond. iure veteri non. vt ff. ad municip. l. ea quæ § 1. Sed hodie contra. cùm ᶠ enim poſſit delegare ſpecialiter, & generaliter: vt C. vbi. & apud quem [illegible] competit iure magiſtratus: vt ff. de off. eius, cui manda. eſt iuriſd. l. 1. § quæ verò. Alia verò, quæ ſunt de mero, vel mixto imperio nõ poteſt facere. vt hic dicitur. Sed contra [illegible]: tum ex conſuetudine ᵍ: tum ʰ quia quibuſdam ciuitatibus hoc conceſſum eſt à principibus quandoque ⁱ, vt à Frederico Lombardis.
f § [illegible] puta cauſa liberali. [illegible] C. de pe[illegible]. Accur.
g § *Tributariorum* id eſt, eorum, qui ſoluerẽt tributa. Acc.
h § *Agentes* id eſt, eos, qui inordinatè agunt.
i § *Videant* detineant.
k § *Tumultum* [illegible] § *deinde*.
l § *Abſunt* ſcilicet præſides, vt [illegible]
m § *Præſentia* id eſt, ex quo defenſores ſunt præſentes.
n § *Ex prouinciali* id eſt, ex curia præſidis prouinciæ.
o § *Exceptorem*. id eſt, notarium †, vel ſcriptorẽ. ſic dictus quia hominum dicta excipit: id eſt, recipit. Sed hodie videtur, quòd duos debeat habere: vt *infra de* [illegible] *§ nulla*. 2. Vel dic, quòd hunc habet à præſide, alium habet de ſuo.
p § *Officiales*, qui vicem executoris tenent: vt ſequitur. Accur.
q § *Et iudicare*. ſubaudi volumus, quod ad ſequentia [illegible] multa [illegible]
r § *Ad aureos trecentos*. ſed olim vſq; ad quinquaginta tantùm. vnde corrigitur, C. eod. l. [illegible] hæc autem ſumma ccc. poteſt extendi vſque ad cc. & quinquaginta libras: cùm lxxij. aurei faciant librã auri, poſito quòd libra auri valeat [illegible] lib. Bononien. vt C. de ſuſcept. & arc. l. quotieſcunque. lib. x. quod ergo vltrà eſt, nõ competit iure magiſtratus. præſes ergo delegare ᵃ non poteſt per legem iſtã, niſi contingat eum abeſſe: vt ff. de off. eius, cui man. eſt iur. l. [illegible] vel propter multitudinem cauſarum vt Cod. de pedo. iudi. l. 4.
ſ § *Trahere*. Ergo non poteſt recuſari: quod eſt mirum, cùm ſit ordinarius ᵇ: ſed epiſcopus poteſt [illegible] vt *infra*, [illegible] *congerit* [illegible] licet M. contrà [illegible], ſcilicet [illegible] [illegible] C. de iudi. l. nemo.
t § *Sententia*. ſeilicet præſidis.
u § *Apud*. [illegible] [illegible] [illegible]
x § *Omnis litis*. § Not hoc ſpecialiſſimũ, quòd [illegible] victo damnatus in expenſis: ſed regulariter eſt contrà: vt C. de iudic. l. properandũ. § ſin autem. & j de iudic. § porrò. colla vj. § Sed nunquid & hic perdit litem: vt Cod. de plus pe. l. [illegible] Reſp. non, quia denuo [illegible] tantum in plus petendo non ante [illegible] te exegit, vt ibi.
y § *A defenſoribus*. ſcil. iudicantibus de ſumma eis permiſſa, ſcilicet ccc. ſol. vt ſuprà proxi.
z § *Iudices* id eſt, præſides. & ſubaudi, volumus: nã cùm maior ſit eo: vt ſuprà § non igitur. & infrà. eodem. § ſi verò etiam appellatio rectè dirigitur: vt infrà, de ap. pel. & intra quæ temp. §. [illegible]
a § *Tuæ*. ô præfecte.
b § *Eos*. ſcilicet præſides.
c § *Cadere*. vel morte: vel quia finitũ ſit biennium.
d § *Decretum*, de ſuſcipiendo hoc munere. Ac.
e § *Dicto*. vt ſ. eod. §. interim. & § iuſſu.
f § *Prædiximus*. vt ſ. eod. § nulla.
g § *Rationabilem*. aliàs eſt, quamlibet rationabilem & aliàs, quaſi rationabilem.

o § Præte

2. ¶ Præcepta [a] verò faciat tua eminentia per vnamquamque prouinciam, vt in ciuitatibus habitatio quædam publica diſtribuatur, in qua conueniens eſt, defenſores monumenta [b] recondere, eligendo quendam [c] in prouincia, qui horum habeat cuſtodiam: quatenus incorrupta maneant hæc, & velociter inueniãtur [d] à requirentibus, & ſit apud eos archiuum [e]: & quod hactenus prætermiſſum eſt, in ciuitatibus emendetur.

CAP. VII.

Quia verò etiam [f] defenſores ciuitatum extra omne commodum fiunt [g], & pro decretis eorum, ſi quidem ciuitates maiores [h] ſunt, quatuor ſolummodo dabuntur aurei foro tuæ ſublimitatis: ſi verò minores [i], tres: ſicut iamdudum noſtris conſtitutum [k] eſt legibus: ſi verò quædam ſalaria habent publica, etiam hæc ſecundum conſuetudinem percipient [l].

CAP. VIII.

Qualem, aut quantam coërtionem habeant.

Defenſores leuia crimina audient, & caſtigationi competenti tradent: & vltra biẽnium defenſoris officium minimè durat: niſi tota ciuitas nullo reluctante elegerit eum. BART.

1. ¶ Audient quoque leuiora crimina, & caſtigationi competenti contradent, & eos, qui in maioribus criminibus capiuntur, detrudent in carcerem, & mittent [m] ad prouinciæ præſidem. ſic enim fruetur ciuitas vnaquæque [n] cura iudiciali: & omnis gens ſub maiori conſtituta iudice [o], maiorem ſentiet prouidentiam: & reſcindentur [p] plurimæ iudicum curæ, cùm ciuitatum defenſores in ſemetipſis eas imponunt, & leuigant præſidum, quas pro omnibus hominibus habent, ſolicitudines, ipſi [q] particulariter remouentes [r] ea, quæ vim patientibus inferuntur, aut dubitationes ſoluentes, & honeſto, (ſicut ſæpe dictum eſt [ſ]) eos, qui in adminiſtrationibus [t] ſunt demonſtrantes. Si verò etiam detineantur [u] ab aliquibus publicæ functiones: gentium præſides defenſoribus imperabunt contra detentores, exactiones: vt & ſecundùm hoc eos adiuuent.

Si qua verò [x] defenſoris præter hæc fiat ordinatio, aut reuerit aliquis defenſoris officium in ſemetipſum veniẽs, ſiue dignitatis, ſiue militiæ, ſiue priuilegij, ſiue alterius cuiuſpiam occaſione: iſte quinque librarũ auri ſubiectus pœnæ, etiam ſic poſt eius exactionem ad opera [y] ciuitatis proficientem cogatur [z] defenſoris implere ſolicitudinẽ. Conuenit enim vnumquemque nobilium ſemper functionem agere ciuitatum quas inhabitat, & hanc eis [a] conferre habitationis repenſationem.

EPILOGVS.

Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram inſinuata ſunt legem, tua ſublimitas in prouinciis, quibus præeſt, facere manifeſta per programmata propria ſtudeat: quatenus cognoſcant omnes, quia & maximorum [b] & mediocriũ, & paruulorum nobis cura eſt: & nihil eſt tale [c], quod à noſtra ſolicitudine [d] remoueamus. Partem verò faciat tua eminentia ſuorum [e] præceptorum, vt ex hoc iam gentium præſides præparent ſecundùm vnamquamque ciuitatem eos, qui bonæ opinionis [f] ſunt, nominari defenſores ſecundùm circulum (ſicut iam dictum eſt [g]) & decreta fieri communia [h] cum iureiurando in eis habito [i], & deſcribere prædictũ circulum: & ita per biennium ſubintrare curam eos, qui ſubſequuntur [k]: & † ſi exciderit quiſpiã ex eis, alium introduci: ſemper quidẽ decreto cũ iureiurando faciendo: ipſóſque dum futurus fuerit curam ſuſcipere, definitum iuſiurandum ſubeunte, & electione eius facienda à Deo amabili epiſcopo, & venerabili clero, & aliis in ciuitate bonæ opinioni ſtudentibus: quod etiam nunc mox fieri conuenit, omnibus (ſicut dictum eſt) ſecundùm hanc noſtram generalem procedentibus legem. Nunc autem [l] defenſores exiſtentes, ſi quidem placiti videantur, etiam ipſos inſcribi circulo, & biennio complere curam; & ſi quidem iam biennium in ea cura habent, remoueri defenſoris ſolicitudine: niſi tamen voluerint communi decreto teneri eos biennio in eodem officio. Si verò nondum biennium impleuerint: digni verò videantur communicare circulo, impleant reliquum tempus, vltra quod nullus ciuitatem defendat: ſed vſque ad hoc ſolum ſtet tempus, niſi cuncta ciuitas reluctante nullo elegerit eum: & hoc facto alio biennio ſuſcipiat ſolicitudinem, & modis [m] omnibus deponatur: & tunc rurſus [n] fiat, quando ipſe eum circulus ad hunc adduxerit ordinem: ne frequentia [o] ordinationis, & continuatione curæ, & per quandam machinationem illud ſemper renouando, fiat aliquibus infinita prædicta gubernatio. His omnibus valituris in omne tempus, quoniã cum toto hoc ſtudio, & vigilantia, & Domini Dei intuitu adinuenimus: & noſtris ſubiectis contulimus. Dat. Idib. † Aug. Conſtantin. Biliſario V.C. Conſ.

a ¶ *Præcepta.* publica, vt in palatio communitatis, & camera maſſariæ.
b ¶ *Monumenta.* i. publicas ſcripturas
c ¶ *Quendam* qui vulgo Maſſarius [a] vocatur Bononiæ: aliàs Carmelingus. Sed in iure ædiles vocantur: vt *ff. de orig. iur. l. 2. § item quia, vt aſſent.*
d ¶ *Inueniantur.* ſ. monumenta prædicta.
e ¶ *Archiuum.* hoc exponetur ſ. eo. § j.
f ¶ *Quia verò etiam.* q. d. non ſolùm præſides maiores: vt ſ. *vt iudi. ſine quoque ſuffr. §. hæc autem omnia.*
g ¶ *Fiunt.* quantum eſt à ſubiectis: ſed à principe, vel commune ciuitatis poteſt habere, vt ſubiicit
h ¶ *Maiores.* vt Florentia.
i ¶ *Minores.* vt Piſtorium.
k ¶ *Conſtitutum.* vt ſ. ſcriptum eſt exemplar.
¶ Eos autem, qui vocantur loci ſeruatores dare iudices in ciuitatibus prouinciæ, cui præſident (licet ſpectabiles viri, vel clariſſimi, vel præſides ſint) omnibus interdicimus [o] modis. Sed neque ſi milites aliqui ſequantur [p] te, neque illos gratis permittas expendere: ſed ex propriis emolumentis. Si verò non hoc egerint: ſed ex tributis expenderint, & angarias acceperint [q]: omne quicquid damnificabuntur ſubiecti, hoc ex eorum emolumentis [r] exigens [s], proprio periculo [t] læſis ſeruabis.

CAP. XI.

Vt præſes oblatas ſibi de religione iuſſiones contemnat.

Præſes permittere non debet occaſione religionis prouinciam commoueri: & ſi contra laicum crimen canonicum moueatur, cum epiſcopo iudex laicus cognoſcere debet, & decidere. Bart.

¶ Neque occaſione religionum, hæreſumque quæſtionis, permittas alicui [u] prouinciam commouere, aut aliter quamdam præceptionem [*] iniungi prouinciæ, cui præſides. Ipſe verò prouidebis, cum competenti vtilitate fiſcalibus, & quæ alia ſunt perſcrutari: & non permittere aliquid contra noſtras fieri præceptiones occaſione religionum. Si verò [x] canonicum [y] ſit quod quæritur: vnà cum metropolita prouinciæ hoc diſponere [z], & decernere, ſiue ipſi dubitent, ſiue alij quidam [*]: & cauſæ dare Deo amabilem, & docibilem terminum: qui & decenter orthodoxam [a] cuſtodiat fidem, & indemnitatem procuret fiſcalibus, & noſtros ſubiectos ſeruet inuiolatos.

CAPVT XII.

De capitali crimine damnatis, vt bona eorum non publicentur: ſed propinquis relinquantur.

Delinquentium bona publicari non debent: ſed generi relinqui. Bart.

¶ Oportet autem te & in hoc omnem ponere prouidentiam, cùm aliquis dignus apparuerit pœna, illum quidem punire: res autem eius non contingere: ſed ſinere eas generi, & legi [b] ſecundùm illum ordinem: non enim res ſunt, quæ delinquunt: ſed qui res poſſident: at illi [c] reciprocant ordinem, eos quidem, qui digni ſunt pœna, dimittunt [d]: illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex fortè ad illorum vocauit ſucceſſionem.

p ¶ *Sequantur*. iſti, qui delegantur. Accvr.

q ¶ *Acceperint*. milites, qui ſequuntur præſidẽ.

r ¶ *Emolumentis*. i. ſtipendiis. & facit ad hoc *ſuprà, prox. §. illud.* & ff. *de offic. præſi. l. illicitas §. illicita.* & §. *ne quid*.

s ¶ *Exigens*. ſ. tu.

t ¶ *Periculo*. i. ſi non feceris de burſa militum, facias de tua.

u ¶ *Alicui*. ſ. epiſcopo, vel abbati, vel alij ſimili perſonæ. Sed hoc durum videtur, cùm aliàs tantũ honorẽ epiſcopo habuerit, vt etiam Deo dixerit eũ cõmunicare: *vt ſupr. quomodo opor. ep. §. illud* in ſi. Sed dic reſtringendum hunc §. ad talia, ſi dicat epiſcopus, vel abbas, quod talis ſit conuerſus, vel monachus, vel quia dicat pizocaros: quaſi tam ipſe, quam eius res ſint monaſterij: *vt ſuprà, de mona. §. illud.* & ideo exemptæ ab huiuſmodi collationibus: *vt infrà, de ſan. epiſc. §. ſi quando coll. ix.* & *in coll. ſemper §. 1.* Vel aut excommunicet C. *de epiſc.* & *cler. l. y.* Hæc ergo cauſa per præſidem cognoſcitur: vt hic: ſed quæſtio hæreſis vna cũ epiſcopo: *vt infrà, §. prox.*

* al. iuſſionem

x ¶ *Si verò*. hoc refertur ad id, quod dixit, *hæreſumque*, &c.

y ¶ *Canonicum*. vt de articulis fidei: qui ſunt C. *de ſum. Tri. l. ſi.* Vel ſimoniam à laico commiſſa: *vt ſuprà, quomodo opor. ep. §. ſi quis autem.* Aliud ſi clerico obijcitur: *vt infrà, vt cle. apud prop. ep. con. §. ſi contra*.

z ¶ *Diſponere*. repete prouidebis, quod eſt ſuprà, prox.

a ¶ *Orthodoxam*. ſcilicet ſi vult conuerti, & eſſe bonus alias vt infamis, & Deo, & aliis pœnis, quibus hæretici ſunt ſuppoſiti, & hic erit: vt C. *de ſum. Trin.* & *fide cath. l. j.* & *de hæ. l. y.* De ſimonia autẽ punietur: *vt quam. opor. epi. §.* & *hanc non patimur*.

* Hoc tempore Iuſtiniani fuerunt Anthemio Eutychianiſtæ, pro quorum hæreſi ... tione frequentes legati mittebantur ſedes Romanum, multaque ... Cont.

b ¶ *Generi*, & *legi*. id eſt, agnatis [a], & cognatis, qui ex lege vocantur, ſecundùm Al. *vt infrà, de hæred. ab inteſta. §. ſi igitur*. Sed ſi dicas ipſis generi, i. agnatis vſque ad 2. gradum: cognatis vſque ad vij. *vt Inſt. de ſucceſſ. cogna. § ſi. tunc* erit contra *infrà, vt nulli iud. § ſi.* Item qualitercumque dicas, erit contra *ſuprà, de ſucceſſ. ... §. j.* Sed ſolue vtrumque contrà: *vt ibi de ſucceſſ. ... diximus.* Accvr.

a Generis appellatione intelliguntur etiam, qui ex linea tranſuerſa, agnati & cognati, ... ff. de pœnis ...

c ¶ *Illi*. ſcilicet. præſides. Accvr.

d ¶ *Dimittunt*. quod fieri

fieri non debet: vt diximus *ſuprà. de inceſt. nup.* §. *vlt.*
a ¶ *Patrocinia quoque iniuſta.* quæ fiunt facta ceſſione in potentiorem: vt *C. ne liceat potentioribus l.* j. vel alias aſſumpto patrocinio potentis.
b ¶ *Vitas* ſ. iniuſtè. vt dictum eſt. & ad hoc etiam, *C. de aduo. diuerſ. iud. l. aduocati.*

CAP. XIII.

De iniuſtis patrociniis, & prohibendis, & continendis.

Patrocinia iuſtè debent præſtari, & ſalaria licita percipi: & hoc pertinet ad officium præſidis. Bart.

¶ Patrocinia quoque iniuſta [a], quæ cognoſcimus in noſtris prouinciis fieri, omnibus corrige modis, non ſinens vllū aliorum vitas [b] in ſe ſuſcipere, non ampliare ſibi prædia nullo modo ei [c] competentia, non in aliorum læſionem [d] promittere patrocinium, non quemadmodum fraudant fiſcum [e], ſuam virtutem obiicere [f]. Neque ſit tibi [g] cura, cuiuſlibet ſint hæc [h] agentes dominij [i]: ſufficit † enim per omnia tibi ad perfectam fortitudinem, & lex, & imperij fauor.

c ¶ *Ei* [illegible] ſ. clientulo. & hoc exaudi, iniuſtè. vt ſi fiat pactum lite pendente: vt *C. de poſtul. l. quiſquis* §. *præterea* 2. Vel etiam ſi priùs hãc ſi non facta ſcriptura de hoc: vt *C. de ſuf. l.* j.
d ¶ *Læſionem.* ſ. iniuſtè: vt quia videat ſe iniuſtam cauſam fouere: vt *C. de mod. l. nem nimium* §. *patroni.* Quod tamen licèt lege caueatur, & etiam vt iurent, vt ibi dicitur: tamen conſuetudine non habetur ſecundùm B. quod eſt verum: quæ in hac parte vincit legem vt *ff. de leg. & ſenatuſc. l. de quibus & ff. com. præd. l. ſi aduer* §. *ſi conſtat. & ſ. ad leg. Rhod. de iact. l. lege.* Accvrs.
e ¶ *Fiſcum* hoc. ſ. intellige. vt dictū eſt prox. ſ. iniuſtè. Ideo autem ſpecialiter de eo ponit, ne videatur neglectum, qđ ſpecialiùs erat comprehendendum vt *ff. de* [illegible] *l. item apud Labeonem.* §. *hoc edictum.* 2. Vel dic quòd loquitur de eo, qui aduocatus fuerat fiſci, qui contra eum in ea cauſa eſſe non debet vt *C. de aduo.* [illegible] *l.* j. & in aliis caſu. vt *ff. de* [illegible] *l. 6.*
f ¶ *Obiicere.* i. promittere clientulo.
g ¶ *Tibi.* ſ. præſidi. Accvrsivs.
h ¶ *Hæc.* ſ. ſupradicta.
i ¶ *Dominij.* id eſt, potentiæ. & facit ad hoc *ſuprà, quomodo oport. epiſ.* §. *quia autem* [illegible] *& C. ne lice. po. l.* j. *& ſuprà, vt iud. ſine quoque ſuffr.* §. *quod autem* [illegible]

CAPVT XIV.

De alienis colonis, & capite cenſitis, vt nemo eos ſuſcipere audeat.

Nullus agricolas alienos ſuſcipere, vel occultare debet in eadem, vel aliena prouincia: & præſes prouinciæ literis publicis deſtinatis eos debet ad ſuam prouinciam reuocare. Bart.

¶ Sed etiam ſuſcipientes alienos agricolas [k] ſic [l] odio habebis, ſic compelles citò [l] reddere, quod ſuſcipiunt malè, vt ſi plurimùm [m] manſerint inobedientes [n], omne quicquid in onus [o] prouinciæ eſt [p], illorum [q] poſſeſſionibus imponas. Si verò in aliis prouinciis agricolæ dicantur eſſe conſtituti, literis vteris publicis ad prouinciarum præſides, vt in eas fugientes agricolas confitentes [r], aut conuictos tradant poſſeſſionibus, & reuocentur ad prouinciam, cui præſides, & inobedientes vehementer corripies, minùs idoneorum adiectione [s] †. Competens enim eſt, talia ſtudentem, hoc onus, & rerum diminutionem in ſua facultate cognoſcere: vt minoratus cognoſcat quantum eſt lædere, & delinquere in alios. Sed hoc ipſum age, ſiue prædia poſſidentes in prouincia ſint [t], ſiue aliquorum aliis competentium gubernatores ſint. Oportet etenim & poſſeſſores [u] illa ſolùm habere, quæ eis dat lex, & gubernatores [x] alienarum illis præeſſe ſolummodo, quæ per conductionem, aut alium legitimum, eis ſunt tradita, modum: extraneis [y] autem abſtinere: & non prouidere quidem aliis [z]: lædere verò alios [a], & ſibimet lucrum impium ex hoc acquirere.

k ¶ *Agricolas.* loquitur (vt puto) de omni laboratore, ſiue aſcriptitio, ſiue non, cùm per omnem exactio ceſſet tributorum, terra non afferēte fructum ſuum: cum econtra quilibet recipie[n]s teneatur: vt in [illegible] §. & facit ad hoc *C. de agric. & cen. l. omnes l.* j. & *infrà, vt nulli* [illegible] §. *ſi vero quis* [illegible] & *C. ne rei domini.* vel [illegible] *l.* j. & *C. vbi cau. fiſc. l.* j. & *C. vbi quis de* [illegible] *vel* [illegible] *l.* j. & *in conſtitu. Fred.* §. *ſi.* ¶ Et ſic no. quòd poteſtas [b] vindicat ciuem ſuum, vel comitatinum, vt dictum eſt: licèt hæc in Italia non videantur habere locum, quæ tributa non præſtat: vt diximus *ſuprà, vt* §. *non permittat.* Sed certè ob alia poteſt reuocare, vt ſubeat ſcilicet onera ciuitatis vt *C. de decur. l. nullus quolibet.* Item conueniet [illegible] tempore, &c. vt *ſuprà, de defen. ciuit.* §. *ſi quis verò.* & facit ad hoc. *ff. de rei vend. l.* j. Sed in Nouel. de aſcriptitiis tantùm loquitur hic †.
l ¶ *Citò.* intra [c] ſex dies forte. ſecundum R. vt & *ff. de ſerui. fug. l.* j. §. j. & *ſuprà. eod.* §. *ſed neque.*
m ¶ *Plurimum* i. multùm.
n ¶ *Inobedientes* nolentes reddere agricolas, quos ſuſceperunt.
Authent. ea.

o ¶ *Onus.* id eſt, damnum.
p ¶ *Eſt.* ob hoc, quod non redduntur.
q ¶ *Illorum.* ſ. qui ſuſcepit alias, alienum.
r ¶ *Confitentes.* ſponte.
ſ ¶ *Adiectione.* ſ. vt in eo, in quo illi fugientes minùs idonei inueniuntur, hoc adiiciatur illis, qui eos receperunt. ſic & alias *ff. de verb. obl. l. Accem.* & *ff. ſi cer. pet. l.* ſi.
t ¶ *In prouincia ſint.* id eſt, ſiue illi poſſideant: id eſt, habeant prædia aliqua in ſuo dominio, ſiue nomine conducta, vel precario, in quibus prædiis receperant ſupradictas perſonas.
u ¶ *Poſſeſſores* i. [a] dominos, quando fuerant coloni: vel ipſis rectoribus prouinciarum, quando prorſus liberi: qui poſſeſſores dicuntur domini ratione iuriſdictionis, vt alias dicitur quis ius poſſidere: vt *ff. de pet. hæred. regulas.*
x ¶ *Gubernatores.* vt caſtaldi.
y ¶ *Extraneis.* i. rebus ad ſe non pertinentibus. Accvrs.
z ¶ *Aliis* vt dominis prædiorum, quorum ſunt conductores.
a ¶ *Alios.* dominos poſſeſſionum, vnde prædictæ perſonæ fugiunt.

CAP. XV.

De titulis [illegible] *pradiis.*

Nullus titulos prædiis alienis, aut ergaſterias imponere debet: nec quis arma deferre, nec populum in tribus [illegible] *Bart.*

¶ Titulos [b] autem imponere prædiis alienis, aut ergaſterias [c] in ciuitatibus conſtitutis, & ſuperſcribere ſua vocabula ita præſumentibus periculoſum eſſe ſcias, vt agnoſcant, quia hæc agentes ipſi ſuam ſubſtantiam applicabunt fiſco. Si enim cauſam ſoli imperio, & fiſco delatam tentauerit aliquis arripere, in ſuis agnoſcat experimentum [d]: & ſuis [e] rebus titulis impoſitis publicis, fiat aliis exemplum [f] abſtinentiæ: qui iiſdem implicantur malis, ſimilibus ſubdendis pœnis. Hæc igitur omnia [g] obſerua [h], ſciens noſtram circa te voluntatem, atque ſententiam, qualis quidem erit [i] delinquere te: qualis autem probato [k], & noſtra ſequente præcepta, ac legis.

b ¶ *Titulos.* i. [b] ſcripturas quaſdam, in quibus continentur, quòd hoc prædium ſit talis hominis: quaſi aliquod priuilegium ante alios homines habeat. ſic & alias titulos pro priuilegiis ponitur: vt *ſuprà. de* [illegible] 2. Vel vexillū aliquod erat. ¶ Et vt planè hæc intelligantur, diſtingue: aut imponit prædio alieno nomen ſuum, aut alienum alieno, aut alienum ſuo, aut ſuum ſuo. 1. Primo [c] caſu, ſi eſt plebeius, damnatur ad mortem: non plebeius in metallum damnatur, & omnia ſua confiſcantur: vt *hic*, & *C. vt nemo priua. tit. præ. ſuis*, *vel alie. l.* ij. & idem dicas in ſecundo [d] caſu, quando alienum alieno: licèt non a tantis videatur exceſſus. Si verò alienum [e] ſuo, perdit illud: & alia omnia bona ſua dantur in fiſcum, & afficitur in metallū. vt *C. de* [illegible] *l.* j. 4. Sed in quarto [f] caſu, vbi ſuū ſuo prædiū illud amittitur *C. vt nemo priu. l.* j.
c ¶ *Ergaſteria* i. noctis vacationibus in ciuitate: vel dic *ſtationibus* [illegible] *j. de alie. & emph.* §. j.
d ¶ *Experimentum* i. damnum. Accvr.
e ¶ *Suis.* quondam. nam modò ſunt confiſcata. Sed contrà *ſuprà,* [illegible] Sed hoc in grauioribus, illud in leuioribus. Hodie verò dic: vt diximus *ſuprà. de inceſt. nup.* §. j. Accvrs.
f ¶ *Exemplum.* [illegible] *quem faciunt aliena periculo cautum*, & alibi: *Caſus dementis correctio fit ſapientis.*
g ¶ *Hæc igitur omnia* quæ in hac conſtitutione dicta ſunt.
h ¶ *Obſerua.* vt præfert.
i ¶ *Erit.* voluntas noſtra.
k ¶ *Probato.* i. te.

a Conſuetudo vincit legem.
† [illegible] 3. 34
c Citò fieri quando quod [illegible]
† Adiectione.
a Poſſeſſores
b Titulus quomodo dicatur
c Pœna imponentis nomen ſuum prædio alieno
d Pœna imponentis nomen alienum alieno prædio.
e Pœna imponentis nomen alienum ſuo prædio.
f Pœna imponentis nomen ſuum ſuo prædio.
g Ergaſteria.
h Titulus qui alieno periculo [illegible]

a ¶ *Ingrediaris.* aliàs, *ingrediens.*
b ¶ *Damno.* ſ. expenſarum, q. d. cum paruo ſumptu.
c ¶ *In quibus.* i. cum quibus mandatis.
d ¶ *Præſentem.* Nota malam Grammaticam: i. præſens. & ſic dicas de aliis duabus partibus hic poſitis.
e ¶ *Siquidem.* i. certè.
Hic notat adhuc duo præcepta: *vt hîc, & §. ſequ.* ¶ Et eſt notabile, quòd [a] qui miles non eſt, non militet: *vt hîc & C. qui milit. non poſſ. l. ij. & iij. & l. penult. lib. xij.* præter angarios, qui potuerunt militare in omni militia, præterquàm armata: *vt C. neg. ne milit. l. j. lib. xij.* ¶ Fit autem miles [b] per ſolennitatem quamdam: vtpotè per examinationem *vt C. qui milit. non poſſ. l. j.* & ſacramenti præſtationem, quòd mortem non euitet rei publicæ cauſa: *vt ff. ex quibus cau. mai. l. j.* Item per enſis additionem: *vt ff. de mili. teſtam. l. ſi. filiusfamilias.* Item ſtigma, id eſt, nota publica debet brachiis imponi, vt recognoſcantur: *vt C. de fabri. l. iij. lib. xj.* & vltimus in numero aliorũ debet ſeribi: *vt ff. de mili. teſta. l. ex eo.* & talibus militibus priuilegia militaria dātur, non aliis: *vt ff. de mili. teſta. l. ſ.*

a Autem non exercent, qui illam ignorant.

b Milites quidam ... & qui ſolennitate fiunt, & recipiuntur ... apud ſignum.

† Zonam, ... faciunt præſens tibi cingulū diuturnius, & glorioſius: vt bene ſuſpicatur Accurſius. Nam cingulum non dicimus: ſed cingulum.

f ¶ *Super alia.* id eſt, ſuper alia præcepta prædicta.
g ¶ *Cum aliis.* apparuit. Azo.
h ¶ *Quatenus.* repete, *prouidebis.* & ſubaudi, *quatenus debeas.* Accursivs.
i ¶ *Conſtiterit.* ſubaudi, *tibi.* aliàs, *conſtiterit.*
k ¶ *Nunciare.* ſ. ad nos, vel committere.
l ¶ *Hoc.* ſ. debes examinare, ſi fortè, &c. Accursivs.
m ¶ *Inquiſitione.* quia non confitentur. nam tunc nulla [c] patefaſcat iudicis in cognoſcendo: *vt arg. ff. ad leg. Aquil. l. proinde. & Cod. quorum ap. l. ij.*
n ¶ *Talibus.* ſ. hominibus, vel delictis.

c Iudicis vultu patres ſunt in non confitentem.

CAP. XVI.

Quid primum facere debeant præſides, cùm prouinciam ingrediuntur.

¶ Mox autem vt ingredieris [a] prouinciam, conuocaris omnibus in metropoli conſtitutis (dicimus autem Deo amabili epiſcopo, & venerabili clero, & nobilibus ciuitatis) inſinuabis hæc noſtra ſacra præcepta ſub geſtorum inſinuatione: & propones exemplar eorum publicè, non ſolùm in metropoli: ſed etiam in aliis prouinciæ ciuitatibus tranſmittens ea per officiales tuos ſine damno [b]: vt omnes cognoſcant in quibus [c] ſuſcepiſti cingulum, & videant ſi hoc conſeruas, & noſtro dignum temetipſum oſtendis iudicio. hæc enim conſeruata apud te faciunt præſentem [d] tibi cingulum diuturniorem, & glorioſiorem †.

CAP. XVII.

De armis interdicendis.

¶ Siquidem [e] ſuper alia [f], neque armis vti non militantem permittere aliquem. Hæc te & Deo, & legibus, & nobis chariſſimum conſtituunt. Sed & illud prouidebis, vt ſi quis eorum, qui populum in turbas ſolicitare tentant, aliquando ab hac magna ciuitate fugerit aut ſolus, aut cum aliis [g], & venerit in prouinciam, cui præes: quatenus [h] inueſtigare de hoc, & examinare cum omni ſubtilitate, & cautela cures, & vbi conſtiterit [i], nunciare [k] hoc [l], ſi fortè dignæ inquiſitione [m] ſint perſonæ, & adduci ad hanc fœliciſſimam ciuitatem, & pœnas ſuſtentare, quas lex de talibus [n] conſtituit. Datum † Kal. Maij, Conſtantinop. [Beliſario viceconſule, LXXVIII.] *

† XVI. Kal. in ... editione Conſ.
* ... poſt conſulatum Beliſarij V. C. conſ. vt antea notau. Cont.

o DE TRIENTE, & ſemiſſe, &c.

De triente hoc expeditur infrà, vſque ad illũ §. neque illo.
p ¶ *Succeſſionibus.* hoc dicitur infrà. §. *conſiderantes.*
q ¶ *Et collationibus.* hoc dicitur infrà eodem §. *illud.*

DE TRIENTE, ET SEMISSE [o], & ſucceſſionibus [p] filiorum, & nepotum naturalium: & collationibus [q], vel diſtributionibus [r], nec non & literarum [s], aut numerationum, atque rerum, ex quibus detinent, inſcriptionibus.

r ¶ Diſtributionibus. *hoc dicitur infrà, eod. §. quod ſæpe.*
s ¶ Necnon & literarum. *hoc dicitur infrà, eo. §. ſtudium. & § illud quoque.*
t *Iam quidem.* Ex principio huius conſtitutionis vſque ad §. *neque illo.* ſumitur Authent. *nouiſſima.* quæ eſt ſignata, *C. de ineff. teſt. l. cum quartam.*
u ¶ *De iure Romanorum.* ſuperfluè dicitur: cùm Romanorum tantùm dicatur reſpubl. *vt ff. de ver. ſign. l. eum, qui.* Sed impropriè etiam cuiuſlibet [d] ciuitatis: *vt ff. de pub. l. ſol. & ha. §. j.*

d Reſpublica impropriè dicitur de qualibet ciuitate, ... Gloſſ. ...

x ¶ *Codices.* id eſt, libri. nam codex generaliter omnis liber dicitur.
y ¶ *Scripſerunt.* ſ. de teſtamentis: *vt ff. de teſtamen. & ſeq. tit. vſque ad tit. de bon. poſſeſſ.*
z ¶ *Imperatorum.* *vt C. de teſtam. mili. l. iiij.* & abinde vſque ad tractatum *præſcriptionum.*

TITVLVS V.

Nouella conſtitutio decimaoctaua.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Ioanni glorioſiſſimo præfecto ſacrorũ per Orientem prætoriorum, iterum exconſuli, & patricio.

Liberis à parentibus triens, aut ſemis ſecundum liberorum numerum quoque relictis titulo debetur, antiqua lege ceſſante: hus obtinentibus in omnibus, quibus quarta portio per legẽ de inofficioſo teſtamento debetur: exceptis liberis curialium, quibus nouem vnciæ debentur: ſed liberi à parentibus vſufructu portionis debitæ defraudari non poſſunt. Bart.

PRÆFATIO.

Iam quidem [t] magnæ † huic, & vt ita quis dicat, bene à Deo conſtitutæ reipublicæ (dicimus Romanorum) [u] plurima de teſtamentis diſpoſita ſunt, & pleni legum codices [x] de talibus conſiſtunt, & non ſolùm ſapientes antiqui hæc ſcripſerunt [y], aut priorum poteſtas Imperatorum [z]; ſed etiam à nobis [a] iam non aliquo priorum principum minus legiſlationis prolatione prolati [b] ſunt. Deum verò ſemper conſiderantes [c], & quatenus ei placiti videamur, & aliquid [d] bonorum dignum in nobis agamus: nitimur aliquid adinuenire [e] ſemper & naturæ conſequens, & quod poſſit priora [f] corrigere. Frequenter igitur, & alia vice mirati ſumus, quo modo legitimis, & beneuolis [g] filiis, quibus [h] agunt gratias parentes, quibuſque quod relinquitur, iam etiam debitum vocant [i], ſolum triuncium [k] definierunt [l] ex neceſſitate [m] relinqui: reliquum verò iacet in voluntate parentum: & capiant quidem cognati omnia [n], & extranei [o], vel [p] cum libertate ſerui [q]: filij verò, licèt multi conſiſtant: etiamſi nihil offenderint parentes, confunduntur, & triũcium diuidunt ſolùm: vel ſi decem fortè, aut ampliùs fuerint, pauperes erunt [r] filij: donec vixerint patres idonei [s].

a ¶ *A nobis.* vt patet in finibus dictorum titulorum Codicis: vbi leges Iuſtiniani ſunt.
b ¶ *Prolati.* ſcilicet legum codices.
c ¶ *Conſiderantes.* ſcil. nos.
d ¶ *Aliquid.* repete, *quatenus.* quod eſt ſuprà.
e ¶ *Adinuenire.* ſic infrà, *vt facta no. conſtit. coll.* ix.
f ¶ *Priora.* ſcilicet malè poſita. nam noſtras [a] non piget leges emendare: vt infrà, *vt fra. §. j. reſpon. collat.* ix. Aliàs contrà: vt infrà, *qui mo. na. eff. ſui. §. tribus. coll.* iiij.

a Emendat ſuas leges vt Imperator ... ipſius non piget.

g ¶ *Beneuolis.* vt quia grati ſunt, & obſequioſi erga parentes. ſi enim eſſent ingrati [b], nec olim, nec hodie eſt neceſſe aliquid eis relinqui: vt in infrà, *de nuptiis. ... in filios. coll.* iiij. *§. fina.*

† Hæc ... dictum ... capta.
b Ingratis liberis parentes non ... neceſſe ... quid relinquere.

h ¶ *Quibus.* ſcilicet filiis.
i ¶ *Debitum vocant.* ſcilicet iuriſconſulti, & Imperatores. ¶ Et eſt hoc naturæ [c] inſtitutum: *vt ff. vnde libe. l. ſcriptus. in fi. & C. de codicil. l. fina. & ff. de bo. dam. l. fin. in prin.* Imò etiam non ſolùm eis debitum dicitur: ſed etiam domini dicuntur viuo patre [d]: *vt Inſt. de hære. quali. & differ. § ſui. & ff. de lib. & poſth. l. in ſuis.* & eſt ratio, cùm vnum, & idem eſſe præſumantur: *vt Cod. de impub. & aliis ſubſt. l. fina. & Inſtitut. de inutilib. ſtipu. §. ea quæ. & § poſt mortem.*

c Legitime liberis ... vel ... inſtituta.
d Contra ... poteſtate ... ſuper ... in mod. ... dicimus.

k ¶ *Triuncium.* id eſt, tres vncias.
l ¶ *Definierunt.* ſcilicet iuriſconſulti [e]: *vt C. de inoffic. teſtamen. l. cum quartam. & l. parentibus. & ff. de inoff. teſtam. l. Papinianus. § quoniam autem. & Inſt. de inoff. teſta. § fina.*

e D. Marcus ... et Iuſtitia ... reſpon. ... lege ...

m ¶ *Ex neceſſitate.* Scilicet conſecutiua [f], nam niſi hæc faciat, ſubuertetur teſtamentũ per querelam inofficioſi: *ſic Inſtitut. de exhe. lib. §. pœnũ. & ff. de inoff. teſt. l. poſthumorum in fi.* Hodie verò ad ſupplementum agitur: ſi aliquid relinquitur. *vt C. de inoff. te. l. ſi. omnimo.*

f Neceſſitas conſecutiua.

n ¶ *Omnia.* ſ. quæ ſuperſunt, ſc. dodrantem.
o ¶ *Extranei.* ſcilicet inſtituti.
p ¶ *Vel.* pro, etiam.
q ¶ *Serui.* ſc. inſt. tuti: non aliàs, niſi in caſu, quando hæres voluntatem defuncti non complet, & alij non ſunt teſtes nominati, qui velint: *vt ſuprà, de hær. & Fal. § ſi verò aut.*
r ¶ *Erunt.* poſt parentis obitum.
s ¶ *Idonei.* nam ſuſtentabat eos pater in neceſſariis, quod [g] facere

g Alere ſunt ... ſi ... poſſit ... filiis patrem poſſit.

cere debebat, niſi filius fuiſſet opifex, vnde poſſit viuere: *vt ff. de lib. agno. l. ſi quis a ſi § filius & § non tantum.*

a ¶ *Hæc.* quia datur patrem filiis.

b ¶ *Legem* quæ de iſta crudelitate loquebatur.

c ¶ *Deſpicere.* i. præterire quin augeamus illam quartam. Accursius.

d ¶ *Relinqui.* ſcil. volumus.

e ¶ *Tertiam.* ſc. partem.

f ¶ *Numerum.* ſc. quatuor filiorum, vel pauciorum. Accur.

g ¶ *Sextuncium.* i. ſex vncias, vt dixerat hic. Accurs.

h ¶ *Debetur.* ſ. iuſtinctu naturæ, vt diximus *ſuprà, § proxi.* non vi pacti. alioquin ex alienu non detraheretur: quod fieret *ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus. § eis.* Si autē minus habet, tunc agit ad ſupplementum: *vt C. de inoff. teſta. l. ſcimus.* Si autem nihil tunc exhæredatus agit querela. Præteritus[h] ſi eſt emancipatus, per contra tabulas. vel ſi ſuus eſt, dicit etiam ipſo iure nullum. *vt Inſt. de exhæred. lib. in princ. & C. de lib. præte. l. ſi.*

i ¶ *Et hoc.* ſ. quod dixi ex æquo inter eos fieri diuiſionem: non ſit intentum quo ad effectū, cùm in ipſa diuiſione liceat contrahentibus decipere[b] inter ſe ipſa, vt ſequitur: *vt ff. de mino. l. in cauſa. §. pe. & ff. loca. l. item ſi. §. quemadmodum* Accur.

k ¶ *Percipientibus.* ex ipſa diuiſione.

l ¶ *Contigerit.* ſcil. iure ſucceſſionis, licèt nonnunquam diſpar ſit emolumentum inaequaliter facta diuiſione.

m ¶ *In qualitate.* prout melius poſſunt bona fide, vbi res hæreditariæ in ſpecie ſunt.

n ¶ *Quantitate.* vbi ſunt res hæreditariæ in quātitatibus: *vt ff. de verb. oblig. l. ſtipula. itaque.*

o ¶ *Relinquat.* ¶ Not. non intereſſe quo[a] titulo, vel iure filij hæc habeant. Sed contra: *vt ✝ vt cum de appel. cog. §. aliud. coll. ix.* Nam tantùm iure inſtitutionis debetur vt ibi dicitur. Sed ſolue vt ibi.

CAP. I.

De legitima portione liberis relinquenda, id eſt, triente, ſi intra quaternarium numerum cōſiſtant. aut ſemiſſe, ſi quaternarium numerum excedant.

Hæc[a] nos mouerunt corrigere legem[b], & non eam deſpicere[c] ſemper erubeſcentes: talique modo determinare cauſam, vt ſi quidem vnius eſt filij pater, aut mater, aut duorum, vel triū, vel quatuor: non triuncium eis relinqui[d] ſolùm: ſed etiam tertiam[e] propriæ ſubſtātiæ partem: hoc eſt, vncias quatuor: & hanc eſſe definitā menſuram vſque ad prædictum numerum[f]. Si verò vltra quatuor habuerint filios, mediam eis totius ſubſtantiæ relinqui partem: vt ſextuncium[g] ſit omnino, quod debetur[h]: ſingulis ex æquo quadrunticium, vel ſextuncium diuidendo: & hoc[i] non ſub iniuſta circumſtantia rerum (forſitan enim ob hoc etiam alij iniuſtitiam patiuntur, & aliis quidem meliora, aliis verò deteriora percipientibus[k]) ſed quod contigerit[l] vnumquemque per omnia æquum eſſe in qualitate[m], & quātitate[n], ſiue quis illud inſtitutionis modo, ſiue per legati, idem eſt dicere, & ſi per fideicommiſſi, relinquat[o] occaſionem. licebit enim ei reliquum oſtuncium[p] fortè, aut ſextuncium habere: & largiri ſicut voluerit filiis ipſis, aut cuilibet extraneorum: & natura[q] primò curata competenter, ſic ad extraneas largitates accedere[r]: hoc obſeruando in omnibus[s] perſonis, in quibus ab initio antiquæ quarte ratio de inofficioſo lege decreta eſt.

p ¶ *Octuncium* vbi fuerint quatuor, vel pauciores vel ſexunciū vbi fuerint vltra quatuor. ¶ Sed quid ſi ſint vltra quatuor, putà decem & quatuor tantùm, vel pauciores ex his exhæredat, vel præterit: nunquid trientem, vel ſemiſſem eis dabit ſuæ partis? Reſp. ſemiſſem, cùm propter numerum & ſua legitima[a] ſit de meputa, quod hæc conſti. velle videtur, nam & aliàs dicitur nihil[✝] eſſe adeo magnum, quia ſiat inſenſibile, ſi per plures partes diuidatur: *vt ✝. de no. in ex. curia. § depo. in prin.*

q ¶ *Natura.* id eſt, filij, qui naturaliter procreantur: ſiue iure naturali: *vt ✝ ∞ § & neque illi. & Inſtit. de iure nat. §. p.*

r ¶ *Accedere.* i. licebit patri dare in extraneos: non autem priùs: & facit ad hoc *✝. de non elig. §. cùm igitur in ſi. §.*

ſ ¶ *Hoc obſeruando in omnibus.* ſ. filiis, & nepotibus, & cæteris inferioribus, cùm his omnibus detur iure veteri querela: *vt ff. de inoffic. teſt. l. j. & l. nam etiam.* ¶ Sed nunquid in ſuperioribus quarta debita olim augebatur[b] per hanc legem? Reſpō quidē quòd non: *vt infrà, eo. § prohibemus in fine §. & in Nouel. eo. tit.* Itē quia non inuenitur expreſſe dictum: ergo in ſua manet vetuſtate: *vt C. de app. l. præcipimus in fine.* Sed contrà eſt, vt puto: nam hæc ſunt verba generalia[c], *in omnibus perſonis,* &c. ergo generaliter intelligenda: *vt ff. de alea. in ſol. §. ✝ ven. & ff. de fer. vt pra. l. ſi ſeruitus in ſi.* cum. Sic autem patrem, & cæteros ſuperiores olim habuiſſe hoc ius contra filiorum teſtamenta, vt filij habeant contra eos: *vt ff. de inoffic. teſta. l. j. & l. nam & ſi & Inſtit. de inoffic. teſt. in princ.* Ergo hodie illud ius augetur: vt hic manifeſtè dicit. ¶ Item nunquid aliæ[d] quartæ per hanc conſtitutionē augentur, vt in Trebellianica, & iure inſtitutionis, & conſtitutione diui Pij in bonis arrogatoris: *vt ff. de inoffic. teſt. l. Papinianus. § ſi quis ex his. l.* Reſp. non puto, cùm hoc non velit hæc cōſtitutio dicere: *vt C. de teſt. l. ſancimus & C. de ap. l. præcipimus in ſi.*

t ¶ *Excipiatur.* ſ. de prædictis in §. proxi. ſuprà. Accurs.

u ¶ *Lex.* quam[b] non habemus: ſed eius ſententia eſt *infrà, eo. quib. mo. nat. effic. ſui §. ſi quis autem coll. vi.* Accurs.

x ¶ *Curialibus.* ſc.[c] viris. Sed hoc non videtur locum poſſe habere vbi duo ſunt filij, ſcilicet curialis[d], & non curialis, vel ambo curiales, vel filiæ nuptæ curialibus. ſi enim curiali dederit nouem vncias, non remanét alijs, niſi tres: cùm ſuprà dictum ſit, quod præteritus, vel exhæredatus vnus de duo, vel tres debeant habere quatuor vncias. Reſp. in tradendo generalem regulam & in cōputatione Falcidiæ, & in omnibus ſimilibus, quòd vbi plures ſunt, nec quantitatem lex definiuit: tacitè ſingulis decreſcit pro rata portione, ſicut & accreſcit: *vt ff. de hered. inſtituen. l. interdū. §. ſed ſi aliter. & § ſed ſi ex teſſ. ſoret & Inſtit. de hære. inſtituen. § ſi plures.* i. Vel meliùs, quilibet debet habere noniuncium, i. tres partes eius partis, quam habere debet ab inteſtato, quando ſunt omnes curiales vel filiæ curialibus nuptæ: alias non curiales ſemiuncium, vel quadriunciū. & ſecundum hæc omnia plana ſunt. Alij dicunt[e] quòd hic erat tātùm vnus curialis: vnde haber noniuncium, vel ſi erat filia curiali nupta, ſola erat: quod recidit in idem. Sed hoc plus contrà dicebant: quia ſi legitimi eſſent, & huius filij curiæ dati cum aliis: tunc non poterit habere plus curiæ datus, quàm legitimus: *vt infr. quibus mod. na. eff. ſui. § ſi quis igitur & §. & quantum verò & § ſi quis autē* licet fortè poſſet dici, quòd ſuperiora habent locum, quando omnes ſunt legitimi: ſed quidam erant curiæ obligati: alij non. Accurs.

CAPVT II.

Vt legitima portio filiorum curialium ſit dodrans. Ratio autem diuerſitatis eſt, quòd cum ſint grauiſſima curia onera, pluribus eis bonis opus eſt ad ea ſuſtinenda.

¶ Excipiatur[t] autem à nobis de curialibus nuper poſita lex[u], quæ filiis curialibus[x], aut filiabus curialibus nubentibus noniuncium omnino dari vult, reliquo triuncio à parentibus ſecundùm poteſtatem diſpenſando: omnibus aliis de inofficioſo poſitis legibus, & præcipuè noſtris, in ſua virtute ſeruandis[y], & de ingratis[z] filiis, & de naturalibus[a] præter ſolam quantitatem, quam ad præſens auximus[b] ſecundùm omnes prædictas definitiones.

CAPVT III.

Si liberis ſuis pater nudam proprietatem, & vxori vſumfructum omnem reliquerit.

¶ Prohibemus autem & illud graue exiſtens, & habens quidem aliquam legalem occaſionem[c]: in durum[d] tamen incidens crudelitatem, & amaritudinem. Nouimus enim aliqua teſtamenta, ſecundùm quæ morientes, non paternè, nec vt viros[e] oportebat: ſed nimis molliter, atque remiſſè fecerunt inſtitutiones vxoribus, ſiquidem illis omnem reliquerunt ſuarum rerum vſumfructū: filiis autem proprietatem nudam[f]. Quamobrem arbitror ſtudium eſſe huiuſmodi teſtamentis[g], vxores etiam proprietatem acquirere[h]: filiis fortè fame peremptis.

y ¶ *Seruandis.* Imò videntur omnes correctæ: quod dicitur in ſi. *vt cum de appel. cogno. § aliud.*

z ¶ *De ingratis* vt *ſuprà, de hære. & Fal. § exhæredatio.*

a ¶ *Naturalibus* vt *C. de nat. lib. per totum.* Sed quædam ex illis corriguntur aliàs: *vt infrà quib. mo. nat. effic. ſui.*

b ¶ *Auximus* vt prox. §. Accur.

c ¶ *Occaſionem.* nam quia conceditur à lege relinquere vxori vſumfructum rerum ſuarum: ſumebat occaſionem[f] vt etiam ſic auferret illum vſumfructum filiis de legitima, ſic aliàs: *vt ſuprà, vt ind. ſi quo ſuſ. § deinde ſi volumus. & §. an verò.*

d ¶ *In durum.* id eſt magnam. duæ partes ſunt.

e ¶ *Nec vt viros* No. viros[g] debere eſſe fortes, & robuſtos: *ſic infra, de nup. § per occaſionem.*

f ¶ *Nudam* & illam fortè non totam.

g ¶ *Teſtamenta* i. teſtatoribus: vel ſubaudi, *in.*

h ¶ *Acquirere.* quod ſtudere videntur parentes, rerum vſumfructum filiis adimentes.

a ¶ *Vnde.* Interrogatiuè lege.
b ¶ *Filios habenti.* ¶ Hic eſt argu. ſolis liberis auctam * eſſe portionē, ſecundùm Alb. quod diximus ſ. proxime § *hac ne. ...* c * *Relinquat.* hoc eſt commune [b] in omni quarta: vt ... *ad leg. Fal. l. quod de bonis. § fructus. & ff. ad Treb. l. mulier. § ſi heres.* Et facit ad hunc §. *C. de in offic. teſta. l. quoniam in prioribus.* Sed contra eſt, *ff de vſufru. l. uxorem meã.* Sed hæc corrigitur [c]: vt *arg. C. de inoffic. teſt. l. ſcimus. § cùm autem.* a. Vel ibi, ſi rectè inſpiciatur, non grauatur: quia omnium rerum proprietatem habet: quod plus eſt: *ar. ... per quas perſo. no. acquir. §. hoc quoque.* Item contrà, *ff. de inoffic. teſta. l. Papinianus § quarta autem.* Sed quod ibi dicit, in libertatibus eum grauari, vt tantùm minorem quartam habeat: dico correctum per hoc, quod hic dicitur, cùm in nullo poſſit grauari. Sed nunquid poteſt aliquo caſu filius fraudari? Reſpondeo ſic, ſecundùm Ioan. vt ſi habeat tantùm ſeruos quibus relinquit libertates, qui competunt: licèt etiam abſtineat filius, ſi eſt in poteſtate patris: vt *ff. de ... l. cùm ... § ſed & ſi quis ... ff. de inoffic. teſt. l. Papinianus § quarta. in fi.*
d ¶ *Neque illo.* ex hoc §. ſumpta eſt Auth. *quæ tertia portionis.* quæ eſt poſita *C. de coll. ſuper l. illam.* Accvrs.
e ¶ *Et ſub poteſtate.* ſupple, non: & tunc plana. a. Vel die *non ſuis, & ſuis,* qui duntaxat modò ſuccedebant: vt ſequitur. Si tamen ſunt ex filio nati, nõ autem ex filia nati, dicuntur in poteſtate: vt *Inſt. de pa. po. § ... & ... ¶* Et caueas tibi: quia in duobus tantùm caſibus hic §. loquitur in nepote, vel nepte ex filia, ſi moritur maſculus, vbi ſuccederet vna cum auunculis, vel materteris cum diminutione tertiæ partionis ſuæ. Item ſi fœmina moritur, de cuius ſucceſſione agitur: tunc nepos ex maſculo, vel fœmina cum dicta diminutione ſuccedit cum patruis: & hoc ſubiecit *in hoc §. & dicitur C. de coll. l. illam. & de ſuis & legi. l. ſi defunctus. & Inſtitut. de here. quæ ab inteſta. defe. § ... Quæ* hodie non diſtinguuntur, vt hic dicitur: quia omnes dicti nepotes [g] habebunt integram portionem, quam erat habiturus pater, vel mater. ¶ Sed nunquid dictæ leges corriguntur per *l. Inſtit. de hered. quæ ab inteſta. §. final.* ? Quidam dicunt quòd ſic: vnde hæc Auth. non corrigit: ſed iam correctum inuenit. Nos dicimus, quòd dictus §. loquitur in quodam alio caſu, & quadam alia parte, quæ dabatur agnatis ex conſtitutione Anaſtaſij: & illud corrigitur: vt ibi patet, & *C. de ſuis & legi. ſu.* vnde hic §. corrigit [a] dictas leges.

Vnde [a] enim & in medio gubernentur, & quotidianum habeant cibũ, nihil eis derelicto, vxoris ita, forſan & irrationabili intercedente, quæ eis etiam quotidianam gubernationẽ abſcipiat? Non licebit igitur de cætero vlli omnino filios habenti [b], tale aliquid agere: ſed modis omnibus eis huius legitimæ partis, quam nunc deputauimus, & vſumfructum inſuper, & proprietatem relinquat [c], ſi vult filiorum non repentè fame morientium, ſed viuere valentium vocari pater. Et hæc omnia dicimus non in patre ſolo: ſed in matre, auo, & proauo, & adiunctis vnicuique fœminarũ perſonis, id eſt, auia, & proauia, ſiue paternæ, ſiue maternæ ſint.

CAP. IV.

Quemadmodum liberi ab inteſtato per fœmineum ſexum deſcendentes ſuccedere debeant.

Nepos ex filio, vel filia, auo, vel auiæ, ita ſuccedit in ea parte, qua mater, vel pater ſuccederẽt: & hoc locum habet in nepotibus filiorum legitimorum, ſiue interuenerint inſtrumenta dotalia, ſiue non. Ang.

¶ Neque illo [d] † [quemadmodum ab inteſtato liberi per fœmininum ſexum deſcendentes, parentibus ſuis ſuccedere debeant] de cætero ſeruando in nepotibus, & pronepotibus non ſuis, & ſub poteſtate [e] conſtitutis, minus tertia parte eos habere, quàm [f] eorum parentibus viuentibus oporteba[n]t relinquere teſtatores. Non enim excipimus [g] vlteriùs [h] nepotes, qui ex filio paternis auis accreſcunt, vt illi quidem integram accipiant partem, quantam eorum acciperet pater viuens: nepotes autem ab auo per mediam filiam venientes, aut auia paterna [i], vel materna, minus tertia accipiant: ſed vnum ordinem in omnibus ponimus nepotibus, & pronepotibus, non ferentes fœminam [k] à maſculo in talibus minui. Neque enim maſculus ipſe in ſe, neque fœmina ſolùm ad natiuitatis propagationem ſufficiens eſt: ſed ſicut vtrumque eorum coaptauit Deus ad generationis [l] opus, ita etiam nos eandem vtriſque ſeruamus æqualitatem [m].

De dotalibus inſtrumentis non compoſitis.

1. ¶ Sed nec vſque in hoc ſtatuimus legem. Hæc enim dicimus & in illis filiis, qui ex nuptiis ſunt legitimis, licèt non ſint ſecutæ nuptias dotes, ſed affectus [n] indubitatus, & manifeſtus inter coniuges exiſtens filios præſtet eſſe legitimos. Dotem etenim celebrant nuptiæ: nuptias autem dotes non faciunt [o]: ſed coniunctorum affectus. Hoc idem obtineat & in iis, qui ex poſteriori affectu cum dotibus ſecundùm noſtras conſtitutiones [p] legitimi fiunt. & hæc ſit ſanctio legitimæ ſoboli.

CAP. V.

De concubinis, & naturalibus liberis, quomodo hi ab inteſtato ſuccedant.

¶ Conſideremus autem aliquid ad ſolam naturam clemens. Multi námque moleſti ſunt nobis ſemper, precéſque crebræ [q], & flentes filij. Et ſemper equidem clemens aliquid definimus: ſed quia non hoc cum lege agimus, erubeſcimus [r]: ideoque cauſæ etiam legem adiicientes, ipſi quidem populos [s] remouebimus: dabimus autem omnibus habere ex lege remedium. Quia enim teſtari naturalium filiorum patribus etiam ipſis [t] dedimus [u], legitima quidem exiſtente prole, vſque ad vnam ſolam vnciam, quam habebunt vnà cum matre: (hoc, quod etiam priùs fuit) filiis autem non exiſtentibus legitimis, vſque ad medietatem totius ſubſtantiæ: hoc dicunt à nobis poſitæ leges [x], non in teſtamentis ſolum patribus concedentes hoc agere: ſed etiam aliis munificentiis [y], quas & ſuperſtites donant. præſens [z] autem lex de iis [a], quæ ab inteſtato ſunt [b], loquitur, & noui aliquid introducit: nunc enim ſi quis moriens legitima ſibi penitus ſobole non exiſtente filiorum dicimus, aut nepotum, aut cæteræ ſucceſſionis, neque vxore legitima [c], pro-

f ¶ *Quàm.* ſcilicet tertiam partem. Accvrs.
g ¶ *Excipimus.* id eſt, ſeparamus. Accvrs.
h ¶ *Vlteriùs* i. amodò per hanc legem.
i ¶ *Paterna.* de cuius ſucceſſione nunc agitur. & caute nota hæc duo capitula, vt modò diximus.
k ¶ *Fœminam.* id eſt, natum ex fœmina, vel etiam maſculo, cùm de ſucceſſione fœminæ tractatur.
l ¶ *Generationis.* facit *Inſt. de exhære. libe. § noſtra & C. de ſuis & legi. l. lege ... & Cod. de libe. præter. vel exhære. l. ſi.* Accvrs.
m ¶ *Æqualitatem.* ſ. in iure ſucceſſionis.
n ¶ *Sed affectus.* facit *ff. de nup. § nuptias & ff. de reg. iur. l. nuptias.*
o ¶ *Non faciunt.* facit *C. de donat. ante nupt. l. ſi. & de nuptiis. l. ...* in hoc caſu tamen exigitur dos, & d matrimonium: vt *infrà, vt lic. mat. & auia. § quia verò dudum diximus.*
p ¶ *Conſtitutiones.* vt *C. de natu. libe. l. cùm quis. & l. nuper.*
q ¶ *Crebræ* fac. ad hoc, *C. qui pot. in pign. habe. l. ſi. in princ. & ſ. de hæredi. & Falc. in prin.*
r ¶ *Erubeſcimus.* ¶ Nota non [e] valere reſponſionem, quæ lege non probatur.
s ¶ *Populos.* i. multitudinem, quæ tota die nos interpellat.
t ¶ *Ipſis.* ſ. naturalibus filiis, id eſt, ad eorũ vtilitatem. Acc.
u ¶ *Dedimus.* id eſt, conceſſimus: vt *Inſt. de liber. § ...*
x ¶ *Poſitæ leges.* ſ. in quinto libro *C. in tit. de natu. lib. l. ... & l. ... alias eſt l. humanitatis.*
y ¶ *Munificentiis.* vt per donationem, vel cauſa mortis, vel inter viuos, vel dotis, vel donationis propter nuptias: vt *C. de natur. lib. l. humanitatis.* Sed hæc hodie ex teſtamento aliter ſunt: vt *infrà, quib. mo. nat. eff. ſui. § ne igitur & § ſi verò ... colla.* Accvrs.
z ¶ *Præſens* ſ. lex.
a ¶ *De iis.* ſcilicet ſucceſſionibus.
b ¶ *Sunt.* id eſt, defuncti.
c ¶ *Legitima.* quia hæc ſuccederet: ſed ipſa non ſuccederet niſi in ſubſidium: vt *C. vnde vir. & vxor. l. ...* ¶ Et his caſibus, vbi [f] filij huiuſmodi naturales repelluntur,

a Auth. ... ſuccedenti legitima.
b Et vſusfructus & proprietas omnis legitimæ plena relinquenda eſt. Vtrumque filius proprietatem legitimæ ſimul cum vſufructu conſequetur: neque proprietatẽ ſine vſufructu: neque vſumfructum ſine proprietate ... Gloſſ. Aut. nouiſſima. C. de inoff. teſt. Graſſium, ... §. legitima q. ... & ...
c Fraudari legitima filium aliquo caſu poteſt, vt hic, ad de alias quæſtiones, quæ apud Graſſium, ... § legitima q. 44. 45. 46. 47.
d Ex filio non ex filia nati ſunt in poteſtate.
f Incluſa etiã minutis literis ſcripta, vt ſignificarent inſcriptionẽ huius quaſi capitis præſentis legis: quod paulatim non diſcernentes librarij, ... cum ipſo textu confunderunt.
g Nepotes in locum parentis ſuo ſuo ſuccedentes, id partẽ conſequuntur, quam erat habiturus pater, vel mater.

a Approbatur per Iac. de Bel.
b Sexus vtriuſque maſculi, & fœminini æquatio in ſuccedendo ... & ...
c Nuptias affectus facit.
d Intelligendum, vt ſit matrimonium: vt ... ad matrimonium.
e Si legibus aut legem ... , reſponſa ... non probantur, non ... ſunt.
f Naturales liberi quib. ... [illegible]

inde moriatur nō diſpoſita ſubſtantia, & veniat cognatio [a] forſan, aut certè manumiſſor [b] bonorum poſſeſſionem [c] mouens, & inſurgens, aut etiam noſtrum ærarium: (nec etiam illi, quantùm ad hoc, parcimus) ſit autem ei domi, donec viuit, libera mulier in habitu concubinæ cum eo degens, & filij ex ea: (talibus [d] enim ſolis hæc ſancimus, vbi omnino indubitatæ ſunt ſiue concubinæ [e] in domo habitæ, ſiue [f] naturalium ibidem proles [g]) & nutrimentum † eis, & inteſtatò parentibus morientibus duas habere vncias [h] paternæ ſubſtantiæ, cum matre partiendas, quanticunque fuerint filij, ita vt pro portione vnius filij & mater accipiat [i]. Et hæc [k] dicimus [l], ſi vni concubinæ cohabitauerit, & filios ex ea habuerit: aut prædicedente † concubina, morte forſan, aut diuiſione, filij domi ſint: tunc enim damus eis ab inteſtato duarum vnciarum ſucceſſionem. Si autem confuſa concupiſcentia ita fiat, vt alias ſuperinducat priori concubinas, & multitudinem habeat concubinarum fornicantium (ſic [m] enim dicere melius eſt) & ex eis filios faciens moriatur, multas ſimul relinquens concubinas: odibilis quidem nobis eſt iſte, qui talis eſt: procul autem omnibus modis ab hac lege expellatur. Sicut enim quis legitimæ vxori coniunctus alias [n] ſuperinducere non poterit matrimonio conſiſtente, & ex eis legitimè filios procreare: ſic neque poſt cognitam (quemadmodum diximus) concubinam, & ex illa filios, dabimus [o], ſi aliud opus libidinis egerit, etiam hoc ad ſucceſſionem eius introduci, ſi mortuus fuerit inteſtatus. Nam ſi hoc non conſtituimus, indiſcretę erunt mulieres, quē [p] magis, aut quem minùs amauerint [q]: indiſcreti [r] etiam filij, & nos † non præbemus luxuriantibus: ſed caſtè viuentibus legem. Non autem diſtinguimus de filiis: ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint. Sicut enim natura nihil circa hoc arte ratiocinatur: ita nec nos alteram in maſculis, & alteram in fœminis ſecundùm hoc ponimus legem. Valebit itaque hæc lex [s] nobis in futuris, & maximè omnium [t] hæc [u]: quoniam earum, quæ dudum non rectè tenebant, plurima & emendauit, & explanauit [x]: & quod præteriit [y], non poteſt ab ea, quæ nondum erat, regulæ ſubiici. Hæc [z] à nobis de prædictis ſucceſſionibus ſunt ſancita.

CAP. VI.

De collationibus.

Collatio datorū ab inteſtato, & ex teſtamento fieri debet, niſi expreſſim aliud dictum ſit: omnibus, quæ prius de collatione dicta ſunt, confirmatis. BART.

¶ Illud [a] quoque bene ſe habere credimus hac lege complecti: prioribus enim legibus volentibus in collationibus: ſi quidem ſine teſtamento morerentur parentes, collationes ſecundùm earum [b] virtutem fieri: ſi verò teſtati, nihil dicentes [c] de eis [d], locum non fieri collationibus: ſed res habere per dotem fortè, aut alio modo datas: & quæ ſunt relicta [e], defendere [f]: nos ſancimus non eſſe omnino [g] talem [h] opinionem: ſed ſiue quiſpiam inteſtatus [i] moriatur, ſiue teſtatus: quoniam incert[redacted]ſt, ne forſan oblitus [k] datorum, aut præ tumultu mortis anguſtia[redacted]tus [l], huius non eſt [m] memoratus: omnino [n] eſſe collationes, & exinde æqualitatem, ſecundùm quod olim diſpoſitum eſt [o], niſi expreſſim deſigni-

---

hantur, alij debent arbitrio boni viri: vt ſ. quib. mo. nat. eff. ſui § ſi quis igitur. circa ſi. & addas vt ibi.

a ¶ *Cognatio.* id eſt, cognati.

b ¶ *Manumiſſor.* i. patronus. ACCVRS.

c ¶ *Poſſeſſionem.* ſ. contra tabulas: vt *Inſt. de ſuc. libe.* § j.

d ¶ *Talibus.* interpoſitio eſt.

e ¶ *Concubinæ.* adhærens quæ. ACCVRS.

f ¶ *Siue.* pro, *&*: nec enim concubinam [a] dico ſuccedere ab inteſtato: quia nec vxor ſuccederet, niſi in ſubſidium: quod ideo iam neceſſe, ſi legeres disiunctiuè: leges [b] ergo copulatiuè.

g ¶ *Proles.* ſic ſcilicet, & ex illa filius.

h ¶ *Vncias.* ex hac litera ſumpta eſt Authent. quæ eſt *C. de natu. libe. l. humanitatis. quæ incipit ſibi, licet pater, &c.* ACCVRS.

i ¶ *Accipiat.* & ſic mater admittetur in virilē.

k ¶ *Et hæc.* ſc. quæ dicta ſunt *ſuprà hoc §* ſcilicet vt filij naturales ſuccedant patri inteſtato mortuo in duas vncias. Sed hic non imponimus iſtam pœnam filiis naturalibus, ſcilicet vt ſuccedant patri in aliquo, ſcilicet quādo pater plures [c] habuit concubinas.

l ¶ *Dicimus.* id eſt, habent locum.

m ¶ *Sic.* interpoſitio. ACCVRS.

n ¶ *Alias.* ſcilicet vxores.

o ¶ *Dabimus.* id eſt, concedemus: & repete, non. AZO.

p ¶ *Quem* aliàs, *quam*.

q ¶ *Amauerint.* ſc. homines, ſi habes, *quam*. ſi habes, *quem amauerint.* dic, ſc. mulieres.

r ¶ *Indiſcreti.* ſc. erunt etiam filij. Nam tot erant concubinæ, & filij ex eis, vt neſciret pater eorum, qui nati eſſent ex vna, & qui ex alia. ACCVRS.

s ¶ *Hæc lex.* ſcilicet tota vſque ad prin.

t ¶ *Omnium.* ſcilicet aliarum legum tractantium de hac materia.

u ¶ *Hæc.* ſcilicet noſtra lex valebit.

x ¶ *Explanauit.* ſcilicet hæc noſtra lex.

y ¶ *Et quod præteriit.* q. d. non habeat locum in præteritis & facit, *C. de teſt. l. iubemus. & ſuprà. vt iudic. ſine quoque ſuffr. §. fin. & infrà. de admi. eff. § ſi. & coll. eſt.*

z ¶ *Hæc.* quæ dicta ſunt. ſ. vt filij naturales ſuccedant patri inteſtato mortuo, duas vncias.

a ¶ *Illud.* hinc eſt ſumpta Auth. poſita *C. de coll. l. j.* aliàs incipit, *ex teſtamento, &c.* ACCVRS.

b ¶ *Secundum earum.* ſc. legum, quæ multæ ſunt *C. de coll. l. j. ij. & iij. & iiij. & v.* & ferè omnes leges illius tit. Sed ſi teſtamentum faciebat, non fiebat collatio: vt ſubiicit: *& C. de coll. l. j. & l. filiam & C. communia vtriuſque iudic. l. ſi. j. reſpon.*

c ¶ *Dicentes.* ſ. parentes.

d ¶ *Eis.* ſ. collationibus.

e ¶ *Relicta.* ſcilicet in teſtamento, vt quia eſt inſtitutus hæres cum aliis ſuis fratribus.

f ¶ *Defendere.* putà partem ſuam hæreditatis.

a Nō ſi vt vxor in ſubſidium marito ſuccedit, ita & concubina.

b Concubina non ſuccedit ſuo concubino, etiam in ſubſidium: licet vxor ſuccedat non per ſe. vnde vir. & vxor. Bald. in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

† in quo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

† [illegible] diue, cùm prædeceſſerit concu.

c Concubinas plures vno, & eodem tēpore iure Romano non licet habere.

g ¶ *Omnino.* ſ. nobis.

h ¶ *Talem.* qualis dicta eſt ſuprà, in caſu quando ex teſtamento quis decedit.

i ¶ *Inteſtatus.* quod fit [a] ſex modis: vt diximus *Inſt. de hære. qua ab inteſt. j. reſp.*

k ¶ *Oblitus.* per lōgitudinē temporis, propter quā aduenit [a] obliuio. vt diximus *Inſt. de nupt. § quod autem.* ACCVRS.

l ¶ *Anguſtiatus.* nec eſt ei imputandū quare ſe anguſtiauerit: licèt alias interdū imputetur: vt *ff. ſi quis cau. l. ij § pe.* quia [c] mors inopinatè venit: vt *ff. de cad. & de mon. l. j.* & facit ad hoc, *Cod. qui teſt. fa. poſ. l. hac conſultiſſima. §. ex imp. & C. de pac. inter, que ſi, me. l. j.* ACCVRS.

m ¶ *Huius non eſt.* ſ. donationis. ACCVRS.

n ¶ *Omnino.* Sed cùm donatio [d] alia ſit ſimplex, vt puta donatio inter viuos. alia ob cauſam aliquā, vt dos, donatio propter nupt. vel propter militiā, vel ſimiliter: vt *ff. de don. l. j.* de quibus donationib. loquitur hic: Reſp. ſecundum [e] Io. de omnibus. nā omnia conferuntur ſecundùm eū: quia verba generalia ſunt omnino, &c. & ſubdit, *datorum, &c.* nec diſtinguitur qualiter data: ergo generaliter eſt intelligenda. vt *ff. de ſer. ru. præd. l. ſi ſeruitus. & ff. de aleo l. j § pe.* item cùm ſi dos, quæ de bonis patris diſceſſit, cōferatur: vt *ff. de coll. dot. l. ſi. & ff. ad leg. Fal. l. pater.* multò magis in ſimplici donatione, quæ in bonis patris remanſit: vt *C. de inoff. do. l. ij.* Sed M. & Lo. & R. contrà. Dicunt enim in donatione ſimplici collationē nō faciendam: ſed in iis, quæ ob cauſam fiunt, idem dicunt quod Io. Sed in ſimplici cōcedunt fieri in duobus caſibus: vt quando pater hoc expreſſit: vt hîc probatur, *& C. de inoff. teſt. l. ſi quādo. § j.* Itē quādo vni ob cauſā donauerat, alteri ſimpliciter: tunc enim ne emergat inæqualitas, etiam ſimplex donatio conferretur: vt *C. de coll. l. pe.* & hoc in his vbi ſit collatio, hoc eſt, in profectitiis [h]: non [i] autem in aduenticiis iure illo. vt *C. de coll. l. ſi.* ſiue ſui ſuis, ſiue ſui [k] emancipatis, ſiue econtra [l]. ſi autē emancipatis [m] emancipati, tunc nullo modo. Itē quādo ſunt nec [n] ſui nec emācipati: vt nepotes ex filia: vt *C. de coll. l. ſi emancipati.* ¶ Et quod dixi, emancipatum ſuo conferre: intellige in iis, quæ tempore mortis patris habebant, non quæ poſtea quæſiit: vt *C. de coll. l. nec emancipat. & l. ex damnum.* & hoc inter ſe [o]: extraneis autem cohæredibus nullo modo: vt *C. communia vtriuſque iu. l. ſi.*

o ¶ *Diſpoſitū eſt.* ſ. ex inteſtato mortuo: aliàs enim olim non fiebat coll. & ita non erat hic æqualitas. & facit ad æqualitatē *ſ. de no. ob. § ſi. & C. de iud. l. placuit. & j. vt eum. aptā. de § ſi. coll. v. y.*

a ¶ *Sed*

a Inteſtatum, ſex, [illegible]

b Obliuio [illegible] longitudine naſcitur.

c Anguſtiæ [illegible] [illegible] eſt naturalis) nemini imputantur.

† [illegible] [illegible] publicam [illegible]

d Donationū alia ſimplex, alia ob cauſā, & que illæ.

e Donationes omnes ſaltē liberis a parentibus an conferāt? [illegible] Alij donationem ob cauſam indiſtincte quidem conferri exiſtimant: ſimplicem verò duobus caſibus, de quo quæſt. one vide Cuiacium, [illegible] Sane ſimpliciter, & ad hoc ius nouū accommodè videtur [illegible] ſtatuere, vt omnes omnino donationes profectitię conferantur, niſi parens conferri expreſſè prohibuerit. Idque ſiue mortuus teſtatus, ſiue inteſtatus. Vtrōque enim caſu præſumitur velle collationem fieri ex eo, quod non vetat eam fieri.

f Generalia generaliter intelligenda.

g Argumētū à caſu profectitio ad ſimplicē donationem.

h Profectitia, non aduentitia conferuntur.

i Suus ſuo cōferre profectitia, non aduentitia.

k Suus emancipato conferre profectitia.

l Emancipatus ſuo cōfert profectitia tantum.

tudine dignum eſt. Antiquitas equidem nõ ſatis aliud de prioribus aut ſecundis perſcrutabatur nuptiis: ſed licebat & patribus, & matribus, & ad plures venire nuptias, & lucro nullo priuari: & cauſa erat in ſimplicitate confuſa. Maioris [a] autem Theo. temporibus amplior ſolicitudo facta eſt circa huius rei [b] tractatum, donec circúiens per cæteros Imperatores, in Leonem piæ memoriæ peruenit, virum [c] fortiter, atque viriliter etiam de iſtis plerumque ſanciẽtem. Nos autem in conſtitutionum compoſitione multa quidẽ, & alia de iſtis decreuimus [d]: exiſtimauimus autem oportere nunc cõſiliis perfectioribus cauſam conſiderantes etiam quædam corrigere: non aliorum ſolummodo; ſed etiam quæ à nobiſipſis ſancita ſunt. Non enim erubeſcimus [e] ſi quid melius etiam horum quæ ipſi [f] priùs diximus, adinueniamus, hoc ſancire †, & competentem prioribus imponere correctionem, nec ab aliis expectare [x] corrigi legem.

CAP. I.

¶ Duo igitur [g] hæc præmittantur huic legi: & primum [h] illud, vt omnia quidem quæcunque in prioribus ſancita ſunt, ſiue à nobis, ſiue à prioribus [i] noſtris, hæc valeant ſingula ſecundùm propria tempora [k], non habentia vllam ex præſenti legem [l] nouitatem: ſed & in ſuis caſibus valitura, atque tractanda: & ſuos euentus ex iis, quæ iam poſitæ ſunt, legibus expectantia: & nihil communicantia præſenti legi. Præſentem verò legem ex nunc valere volumus in omnibus futuris caſibus, & in omnibus poſtea nuptiis, ſiue prioribus [m], ſiue deinceps, & in poſteris [n], aut [o] futuris [p] ſiue nuptialibus lucris [q] †, ſiue ſucceſſionibus quæ ex filiis ſunt. Etenim quod quidem omne iam præceſſit, conſcriptis relinquimus legibus: quod verò futurum eſt, per præſentem munimus legem. Vnde ſiue ſecundæ prouenerint [r] nuptiæ, ſiue parentibus ſucceſſiones ex prioris matrimonij filiis, ſiue lucra ex dotibus aut antenuptialibus donationibus, aut ex alia cauſa, ſiue exiſtentibus ex ſecundo matrimonio filiis, ſiue etiam non: in prioribus temporibus hæc ſeruentur ſecundùm ſua ſingula tempora: & fruantur tam viri, quàm mulieres prioris legiſlatione, ſiue ad alias venerint nuptias, ſiue etiam vſque ad priores ſteterint [s]: ſiue ſucceſſerint filiis, ſiue aliquid omnium tegerint priores ſequentes leges. Illis enim [t] credentes & ita contrahentes nullus culpabit quare non futurum ſciuerunt: & hoc, quod videbatur quidem, & tractabatur omnibus modis, crediderunt: quod verò nondum factum erat, non formidauerũt [u]. Vnde illa quidem omnia maneant ſuum ſeruantia ordinem: deinceps [x] verò tempus in poſterioribus pariendis caſibus in vna ad hæc omnia hac lege poſita, atque collecta reſpiciat quæcunque de futuris (ſicut dictum eſt) nuptiis competunt valere. Vnum itaque hoc [y] præmittatur legi.

CAP. II.

¶ Secũdum verò illud, vt omnia quæcunque ex hodierna die teſtator diſpoſuerit de talibus ſiue vir [z], ſiue mulier conſiſtat, hæc valeant. Diſponat † itaque [a] vnuſquiſque [b] in ſuis [c] vt dignum eſt [d]: & ſit lex eius voluntas: ſicut & antiquiſſima nobis lex, & prima pene [e] reipublicæ Romanorum diſponens ait, (dicimus autem duodecim tabularum) ſecũdum antiquam, & patriam linguam [f] ita dicens [g]: *Vti legaſſit quiſq; de ſua re, ita ius eſto*, nullo valente [h] citra illius [i] voluntatem, nec ſi ſacram impetret formam [k]: nec ſi quiſpiam [l] aliud [m] omnium [n] aliquid [o] aliter diſponere malit [p]. ¶ Si verò nihil [q] teſtator dixerit, aut diſpoſuerit [r], quod non iam poſitis, & valentibus præoccupatũ ſit legi-

add. edict. l. in ſiſſimũ tum quia omnia alia ſunt hominum [a] gratia parata: vt *ff. de vſur. l. in pecudum & Inſt. de rerum diuiſione §. ſed*

a ¶ *Maioris* ſcil. primi: nam duo fuerunt. primus qui fecit illam *l. C. de ſecũ. nup. l. generaliter*. de qua hic loquitur. & quod ſequitur. *porro et ſi Imperatores*. i. per ſecundum Theodoſium: vt *C. de ſecun. nupt. l. cum alia*. quod autem hic ſue it, probatur *infr. eo §. necellud*. & forte de aliis legibus illius tituli licet ſint primò poſitæ in ordine, quàm ſuprадictæ, loquitur hic. Nam interdum quod [b] prius eſt compoſitum, vltimum eſt poſitum in ordine: vt patet *C. de inde l. properandum in prin. & C. vt intra certum tempus. l. ſi.*

b ¶ *Huius rei*. i. ſecundarum nuptiarum.

c ¶ *Virum*. vt *C. de ſecun. nupt. l. hac edictali*. ¶ Et no. quòd nomen [c] conſequens eſt rei: vt ſubiicit & *Inſt. de don. §. eſt & aliud*. Nã leo fortiſſimus eſt beſtiarum. ACCVRSIVS.

d ¶ *Decreuimus*. vt *C. de ſecun. nupt. l. ancip. & l. ſa.*

e ¶ *Erubeſcimus*. ¶ No. Sapiẽtis [d] eſt, in melius mutare conſilium: vt dicit Salomõ: *& hic. & J. vt fra. ſiſt. §. teſt. ſo. l. ex.*

f ¶ *Quæ ipſi*. ſ. nos.

g ¶ *Duo igitur*. ſc. quæ ſequuntur: quia conſiliis perfectioribus cauſam conſiderantes eſtimauimus quædam oportere corrigere: igitur, &c. ſecundùm Al. ¶ Et not. quòd hic nõ incipit adhuc. ſed incipiet *J. eod. §. nuptias*. Sed hæc acceſſoria, & præfationes [e] ſunt, quæ præſtant facilиorem intellectum ſequentium: vt *ff. de orig. iur. l. j.*

h ¶ *Primum*. ſecundum erit longè *J. hac collabi*, *ſecundum verò illud*, &c.

i ¶ *Prioribus*. ſcilicet temporibus.

k ¶ *Propria tempora*. ſc. ante leges quæ ſubiicit.

l ¶ *Ex præſenti lege* alias *præſentis legis*

m ¶ *Siue prioribus*. id eſt, primò contracta poſt hanc legem. Vel à prioribus poſt primas: ſic ponitur *J. de hæred. & Fal. §. enumeratum*.

n ¶ *Et in poſteris*. i. per monaſteria poſt hanc legem: vel futuris, i. deinceps poſt primos. Nec enim in iis, quæ tunc erant, habet locum: vt ſubiicit.

o ¶ *Aut. pro*, &c.

p ¶ *Futuris*. ſ. volumus valere.

q ¶ *Lucris*. vel aliunde: vt *J. eo. §. & quoniam*.

r ¶ *Prouenerint*. ſcilicet ante hanc leg.

ſ ¶ *Steterint*. quod eſt beatum: vt *J. eo. §. ſoluto*.

t ¶ *Illis enim*. ſcilicet antiquis legibus.

u ¶ *Formidauerunt*. nec enim peccauit antiquitas, ſi non diuinauit: *ſup. C. de teſt. l. ad. iubemus. in ſi. & ff. mand. l. ſi fideiuſſor*.

x ¶ *Deinceps*. i. futurum tempus conſideret in hac lege: vt ſubiicit, quæ eſt generalis: vt *J. eo. §. ſi.*

y ¶ *Itaque hoc*. q. d. diximus de primo in princ. huius §. & nunc dicit de ſecundo, quod huic legi præmittitur. ACCVRS.

z ¶ *Siue vir*. vt ſi dicat vir, nolo quòd vxor mea amittat proprietatem eorum, quæ lucratur a me, licèt conuolet ad ſecundas nuptias. Item è contra dicat vxor de marito: alias perderet quilibet, niſi hæc dicantur: vt *J. eo. §. ſi vero expelles*.

a ¶ *Diſponat itaque*. quia dixi valere, quod teſtator diſponit de his: itaque, &c. ACCVRSIVS.

b ¶ *Vnuſquiſque* qui alias poteſt teſtari: impeditur [b] autẽ xij. modis: de quo dic vt diximus *Inſt. qui teſta. fac. poſ. §. ſi.*

c ¶ *In ſuis*. qui largitur vt *J. eo. § ſed hoc*. AZO.

d ¶ *Vt dignum eſt*. i. ſecundùm leges & bonos mores: aliàs nõ valere, vt probauimus *Inſtit. de leg. §. q.* ACCVRSIVS.

e ¶ *Pene*. ideo dicit, *pene*: quia aliæ leges fuerant ante legẽ xij. tabularum: vt *ff. de orig. iur. l. ij. §. j.*

f ¶ *Patriam linguam* ſic *J. de non alie. §. alienationes*.

g ¶ *Dicẽs*. ſ. lex xij. tab. vt *ff. ad leg. Falc. l. j. in princ. & Inſtit. ad leg. Fal. in prin. & ſatis C. de ſacroſanct. eccleſ. l. j. & J. de hære. & Fal. § exhæredatus* ACCVRS.

h ¶ *Valente*. ſ. diſponere.

i ¶ *Illius*. ſ. teſtatoris.

k ¶ *Formam* i. principis reſcriptum voluntas enim, &c. vt *C. de teſta. l. omnium*.

l ¶ *Quiſpiam*. repete, *impetret aliud*. ACCVRS.

m ¶ *Aliud* ſ. priuilegium priuilegium, inquam, pragmaticũ à principe, vel ab alio impetret.

n ¶ *Omnium*. ſ. aliquid, quod ſit in mũdo, quiſpiam dico, &c.

o ¶ *Aliquid*. ſ. grauatũ

p ¶ *Malit*. i. magis velit diſponere aliquid aliter, quàm defunctus præcepit. ¶ Sed à quo alio poteſt fieri [d] impetratio, quàm à principe? Reſ. à ſenatoribus [e], qui ſimilem habent poteſtatem: vt *ff. de legi. & ſenat. l. non ambigitur. & ff. de poſtul. l. j. § de qua*. Item a præfecto prætorio, qui & legem facit: vt *C. de off. præfecti præto. l. formam*.

q ¶ *Si verò nihil*. ¶ Nota tres caſus: & in duobus locum habet hæc conſtitutio & in tertio non. 1. Primus quando nihil dixit: vt quia inteſtatus mortuus eſt. 2. Secũdus eſt: quando aliquid dixit præter legem, non contrà: ſed illud dictum non tangit conſtitutionem hanc. Sed eſt aliud, vt de inſtituendo hærede, vel alio facto, quod non eſt contra hanc legem: & hic, & in ſuperiori caſu locũ habet lex iſta. Item & illa voluntas ſeruatur, niſi contra alias vniuerſales, & ſpeciales etiam ſit leges: vt ſubiicit. Aut dixit *aliquid*, quod eſt contra ſubſtantiam huius conſtitutionis: & tunc ceſſat hæc conſtitutio, & ſeruatur voluntas. vt *J. ead. §. j.*

r ¶ *Diſpoſuerit*. aliquid, quod, &c.

a Hominum gratia omnia parata.

b Prius compoſitum, interdum ordine vltimum.

c Nomina rebus conſequentia, ſeu conſentanea eſſe debent.

d Sapiens mutat conſilium in melius.

¶ Vetus exemplar legit, ſanxire, quaſi ſeparare dicat, vel caſtigare. ¶ Concor. cap. de commentariis, et conſilia, cantica de exemplo & in c. graue, cum Gl. ſuper n. 16 parte, eod. tit.

e Præfationes ſeu aliorum ſpectantium ſequentibus præſtant.

¶ Vetus exemplar, addit has duas particulas, vel aliunde, quas de ſuo addere videtur Accurſius ex § & quoniam. infra eo.

¶ Diuinare nemo cogitur: ideoq;, nõ eſt in culpa, qui nõ diuinauit.

a Generalis enunciatio reſtringitur ad perſonas habiles.

b Teſtari quibus ex cauſis prohibeatur.

† omnino.

c Lege ſua libertas eſt.

† Concor. cap. nos inſtituta ſententia, de conſtitutione. prima de teſta.

d Impetratio iuris à quibus obtinenda.

e Senatui, & Præfecto prætorio licet facere leges.

b°, nec aliquid cõtra vniuerſales leges ordinauerit: tunc hęc nobis lex poſita ſit, omnia, quãtum eſt homini poſſibile, comprehẽdẽs, & tranſiens in breui [a], quæ in prioribus erant corrigens nuptiis, & quæ in ſecundis nuptiis, & in ſucceſſionibus, & in ſolutionibus nuptiarũ ſiue ex morte, ſiue ex ſeparatione: & quę antè luctuoſum tempus ſunt, & poſt illud: & vnam quandam cõtinuationem faciens totius huius conſcriptionis, atque legiſlationis: olim quidem inchoatam: ex quinque verò præcipuè & quinquaginta, & centum annis frequentiùs motã †, & particulariter collectam ſimul, & paulatim colligatam ad ſemetipſam, & cohærẽtem, confuſam in plurimis, & quadam ſemper egẽtem correctione, purámque & conſonam ſibi omnino declaratam. CAP. III.

Quæ res conſtituat nuptias, quæ diſſoluat.

Nuptias itaque affectus [b] alternus [c] facit, dotalium [d] non egens augmento. cùm enim [e] ſemel conuenerit ſub puro [f] nuptiali affectu, ſine etiam oblatione dotis, & propter nuptias donationis: oportet cauſam [g] omnino ſequi etiam ſolutionem [h] aut innoxiam [i], aut cum pœna: quoniam eorum, quæ in hominibus ſubſequũtur [k], quicquid ligatur ſolubile eſt [l]. Vt autem etiam ſuper indotatis matrimoniis diſtractione [m] facta, pœna meritò ſubſequatur: hoc nos adinuenimus [n] primi.

CAP. IV.

De diuortiis bona gratia factis, & aliis modis.

Matrimonia contracta publicè diſtrahuntur, ſcilicet ex conſenſu mutuo, & ex cauſa conuerſionis, & ex viri, vel mulieris impotentia quadam: quæ valet per triennium exſpectari. ANGELVS.

¶ Diſtrahuntur itaque [o] in vita [p] contrahentium matrimonia. Alia quidem conſentiente vtraque parte: pro quibus nihil hîc [q] dicendum eſt, pactis cauſam, ſicut vtrique placuerit, gubernantibus [r]. Alia verò per occaſionem [s] rationabilem, quæ etiam [t] bona gratia vocatur. Alia verò circa omnẽ cauſã [u]. Alia quoque cum cauſa [x] rationabili [y].

CAP. V.

¶ Secundùm occaſionem itaque inculpabilem [z], quãdo cõuerſionem altera elegit pars, ad meliorem migrãs vitam, & ſub caſtitate conuerſionem [a] concupiſcens. tunc enim lex alia [b] noſtra dicit licentiam [c] eſſe viro, & mulieri ad meliora migrãti, tranſigere matrimonium, & abſcedere, quodam breui [d] dimiſſo, & oblato ei, qui relinquitur. quodcũque enim pacti fuerint contrahentes ex morte fieri lucrum [e], hoc habere oportet eum, qui dimittitur ab altero, ſiue vir, ſiue mulier ſit, eò quòd & iſte, quantum ad matrimonium, videtur mori aliud pro alio vitæ eligens iter. CAP. VI.

¶ Per occaſionem [f] †quoque neceſſariam, & non irrationabilem diſtrahitur matrimoniũ, quando aliquis impotens fuerit coire mulieri, & agere quæ à natura viris data ſunt: ſi bienniũ quidem ſecundùm de hoc à nobis pridem ſcriptã [g] legem trãſcurrat ex nuptiarum [h] tempore: ille verò quia pro veritate eſt vir, non oſtendat [i], licebit enim mulieri, aut eius parentibus diſiungere matrimonium, & mittere repudiũ [k], vel [l] ſi noluerit

a ¶ *In breui.* Not. de quo intendit tractare tota hæc conſtitutio.
b ¶ *Affectus.* facit ff. de reg. iuris. l. nuptias. Et hoc ſi [a] interueniãt verba de præſenti [b]: vt [c] hæc vis eſſe vxor mea? Reſp. volo. & econtrà illa interroget. ſecus ſi de futuro, voles eſſe vxor mea? nã erit vxor tunc [d] demum, quando ducetur ad domũ mariti. vt ff. *de rit. nup. l. mulierem.* & l. j. Quid ſi vadat ſponſus [e] ad domum ſponſę, cùm per verba futuri temporis fuit celebratũ matrimoniũ? Reſp. non ideo fit matrimonium: vt ff. *de ri. nu. l. mulier.* quia hoc ratò fit: vnde nõ curatur à legiſlatoribus: vt j. *vt matres deb.* § j. & ff. *de legi. & ſenat. l. non ad ea.* Item domus mariti eſt domiciliũ [f] vxoris: ſed non ecõtrà: vt ff. *ad munic. l. ſi. § q* & ff. *de iud. l. exigere.* In caſu tamen illo & quandoque hoc fit, vt maritus [g] ducatur ab vxore: vt C. *ſolu. matri. l. ſi qua ...* & hoc ſec. audi Io. Sed P. ſæpè exigebat [h] ductionem in domum mariti: licèt ſint verba de præſenti: & ad hanc legẽ ſic reſpondet. ſolo conſenſu, i. etiam [i] ſine feſtiuitate, & ſolennitate inſtrumentorum, & annulorum datione, & aliis pompis matrimonium poteſt fieri: vt C. *eod. l. ſi donationem.* ¶ Itẽ an inter abſentes [k]? videtur quòd nõ: quia eſt actus legitimus. Sed cõtrà eſt etiam, quòd aliàs dicitur de cõtractu, qui conſenſu fit: vt venditio [l], & ſimiles, qui etiã inter abſentes fiunt: vt ff. *de act. & obl. l. cõſenſu.* quod dic: vt ff. *de ſpon. l. ſufficit.* ACCVRSIVS.
c ¶ *Alternum.* i. amborum, viri, & mulieris.
d ¶ *Dotaliũ.* i. inſtrumẽtorũ: vt nec dos [m], nec dotalis inſtr. ſit neceſſariũ. idem dico & de donatione propter nup. vt hîc, & j. *de trien. & ſemi.* § *neque alia.* hoc tamen fallit: vt dicimus j. *vt li. ma. & auia* §. *quia verò dudum.* coll. vij.
e ¶ *Enim.* i. certè.
f ¶ *Sub puro.* i. ſine dote, & propter nup. donat.
g ¶ *Cauſam.* hoc eſt, matrimonium.
h ¶ *Solutionem.* Sed nũquid ſicitur res in ... vt *Inſt. de pa. po. in prin.* Reſp. verũ eſt quantum ad [a] affectum. Nam huius debẽt eſſe propoſiti, vt nũquam diuidãtur. ſic & aliàs dicitur Auguſtus, & tutela conſtãt, vt ... *de iuſtit. & iure.* l. reſp.
i ¶ *Innoxiam.* i. ſine pœna. ACCVRS.
k ¶ *Subſequuntur.* i. contrahuntur, & aguntur.
l ¶ *Solubile eſt.* nec mirum, cùm omnis noſter ſtatus ſub perpetuo motu [o] conſiſtat: vt j. *de non alie.* §. *vt autem lex.* ACCVRS.
m ¶ *Diſtractione.* i. diuortio. ACCVRSIVS.
n ¶ *Adinuenimus.* vt C. *de repu. l.* § *vſque ad illum* § *inter culpas.* & eius tenorem habebimus j. *eo* §. *ſic itaque.*
o ¶ *Diſtrahuntur itaque* quia oportet ſequi cauſam omnino, & ſolutionem innoxiam, aut cum pœna, ſecundùm Al. itaque, &c. ¶ Et nota quatuor [p] eſſe modos diſiungendi: licèt vnus ſit modus contrahendi, ſ. conſenſus: vt j. *prox.* §.
p ¶ *In vita.* nam quando mors ... dirimitur dicitur j. *eo* §. *deinceps.*
q ¶ *Nihil hîc.* nec alibi. quod modò proponat: ſed tamen alibi hoc dicitur, vbi con... quod hîc dicitur in hoc ... *vt li. ma. & auia.* §. *quia verò ex conſenſu.*
r ¶ *Gubernantibus.* i. ex quo diſponſit de principali [a], i. de diuortio conſenſu faciendo. veriſimile eſt quòd de dote [b] diſponãt, & dona. propter nu. ¶ Sed quid ſi nihil dixerunt? Reſp. ſi dixerũt in contrahendo matrimonio aliquid in hunc caſum, idem erit: aliàs [b] dos ad mulierem, donatio propter nupt. ad maritum redibit: vt j. *eod.* §. *per occaſionem.*
s ¶ *Per occaſionem.* de hoc capite dicitur j. *proxi.* vſque ad §. *mulieres.*
t ¶ *Quæ etiam.* vt eadem iura ſeruentur: quando bona gratia dicitur diſſimitur j. *prox. tit.* & C. *de rep. l. ſi conſtante.* ACCVRSIVS.
u ¶ *Circa omnem cauſam.* de quibus dicitur j. *eo.* § *ſi verò altera.* ACCVRSIVS.
x ¶ *Cum cauſa.* alia quàm ſuprà dicta: ibi, *alia verò,* &c. ACCVRSIVS.
y ¶ *Rationabili* de quibus dicitur j. *eod.* § *mi... tores.*
z ¶ *Secundùm occaſionẽ itaque inculpabilem.* ſcilicet diſtrahuntur matrimonia.
a ¶ *Conuerſionem.* vel monachalem, vel quia ſit conuerſus: ita quòd ſæculo renunciet: vt j. *de mona.* §. *illud.* & § *ſi autem.* coll. j.
b ¶ *Alia.* Græca, de qua habetur mentio, C. *de epiſ. & cle. l. ſi. in ſi.* ... *ſpon.* ACCVRS.
c ¶ *Licentiam.* hoc de iure ciuili: ſed iure Canonum [c] diſtinguitur: vt ſi cognouerit ſe carnaliter, non poſſit vnus alterum dimittere, niſi voueat caſtitatem, qui in ſæculo remanet. Si autem nõ cognouerint ſe, tunc ſeruatur, quod hîc dicitur: vt extra. *qui ...* *contra poſ.*
d ¶ *Breui.* i. libello repudii, ſecundùm Al. ſed hodie etiam ſine [d] eo: vt C. *de ſan. epi.* §. *ſi verò conſtãte.* & in Nouel. eod. tit.
e ¶ *Lucrũ.* ¶ No. quòd ſi paciſcor de aliquo in caſu mortis [e]: ſiue ciuilis, ſiue naturalis mors aduenerit, locũ habet pactum: vt hîc, & C. *de epi. & cler. l. ſu. in ſu.* j. *reſp.* & j. *de ſan. epiſc.* §. *ſanſalibus.* coll. ix. Sed contrà, ff. *de verb. obl. l. ex ea parte* §. j. Sol. ibi de deportato: hîc de monacho. Itẽ cõtrà ff. *de do. inter vir. & vx. l. ...* §. *ſi donator.* Sed ibi ſeruus fuit, hîc monachus, vel conuerſus. Et hoc eſt verũ, quòd ciuiliter mortuus habeatur pro mortuo, quantũ ad matrimonia: ſed quantum ad alia, non. ſed hoc nõ valet: quia & deportatus poteſt habere vxorẽ: de quo dicitur in d. *l. ex parte.* & ff. *de bo. damn. l. ...* Sed tamen hoc eſt verũ: quia quoad quædam hic non eſt mortuus, vnde poteſt eſſe teſtis [f], cùm non ſit prohibitum: vt ff. *de teſti. l. j.* & *diximus* j. *de mona.* §. *cogitandum.*
f ¶ *Per occaſionem* q. d. non ſolùm in ſuperiori proximo caſu, ſed etiam in iſto, & ſequenti: ſed & capiti, &c.
g ¶ *Scriptam.* vt C. *de repu. l. in cauſis.*
h ¶ *Ex nuptiarum.* i. ex quo incæpit habere vſum ad eam.
i ¶ *Oſtendat.* i. vtui potentiam non exercet. in veritate tamen vir eſt. nam & pupillus ... eſt vir, & ſenex: vt ff. *de lega. iij. l. ſeruis.* Sed quidam dicunt pupillum non eſſe virum, nec non nimis ſenem: ſed contra eſt: vt *l. prædicta.*
k ¶ *Repudium.* ſed in Nouellis *eo tit.* dicitur, quòd ſine repudio poteſt eam dimittere: ſed intelligo, i. [h] ſine pœna repudii.
l ¶ *Vel pro etiam.* Sed quid econtrà ſi mulier [i] ſit impotẽs? Reſpon

a Affectus cõcurrẽtibus verbis de præſenti facit matrimonium.
b An verba requirãtur in matrimonio: vide quæ ſcripſi in Gloſſ. Nouell. ... de ſponſ.
c Forma matrimonii contracti per verba de præſenti vel futuro.
d Deductio ad domum mariti cõtractum futurum matrimonii præſens, id eſt, facit præſumi matrimonium iam cõtractũ non cõtrahendum, vt ... vxor mariti ... non poſſit.
† Intellige ..., quod intellexit ... C. de ... & ... Cõſ. anno Chriſti ..., & hic legem datã poſt Concilium ... anno Chriſti ..., quod quidem tempore tractatũ eſt ... Conc.
e Deductione ſponſæ ad domũ ſponſi cõtractus de futuro in præſentem non mutatur.
f Domicilium vxoris, mariti domus.
g Maritus quandoque ab vxore ducitur.
h Deductio in domum mariti pręter affectũ, & verba de præſenti neceſſaria ... Fuit alia opinio ... Gloſ. ... ff. de ... & domeſt. ... ſine ſolennitate annuli, & cæteris huiuſmodi pompis, matrimonium conſiſtere poteſt à lege: abſentes matrimonium conſiſtere poteſt. An verò ... vide Gloſſ. in l. ſufficit. ff. de ſponſal.
i Inter abſentes qui contractus perficiantur perfici.
m Sine dote, dotali inſtrumento, donatione propter nuptias matrimonium ſeguitur poteſt ...
n Indiuiduus affectu matrimonium.
o In motu ...
p Diſſoluitur quatuor modis matrimonium: vno cõſenſu.

a Diuortium, principalis, dos, & donatio propter nuptias acceſſorij tamen ſequuntur. Quæ de principali expreſſè, vel tacitè diſponit, de eius acceſſoriis diſpoſuiſſe intelligitur.
b Ad tacitum cõſenſum expreſſo de acceſſorio ſe ...
c Adde ... & ... extra de conuerſ. coniugatorum.
† Facit ad hoc ... cap. ... extra de ... & ... de ...
d Sine libello repudiũ mitti non poſſit.
e Mortis vocabulo, mors naturalis, & ciuilis intelligitur.
f Teſtimonium dici poſſit à monacho.
g Vir dici poteſt etiam qui pupillus & admodum ſenex.
h Repudiũ pro ... ſine repudio ... cap. ... extra de frigidis.

ſpon

ſpon.idem,cùm ſit eadem ratio:vt ff.ad legem Aquil. l. illud. & facit ꝟ.vt li.ma.& ante § prædictas.
a ¶ Namque ſumus alias ſumus.
b ¶ Sed etiam. non ſolùm prædicti duo.
c ¶ Eſt bona vt ſubiicit,ſicut ibi nihil perditur nec dos,nec donatio propter nupt.ita nec hic.

in propriè miſſo.
t ¶ Gypſo lucra erant ſic dicta.
u ¶ Seruitus. ſcilicet pœnæ.
x ¶ Legiſlatoribus.vt C.de bo.po.l.in metallũ.& ff.de interdi.& releg.l.ii. & Inſti.quib.mo.ius pa.po.ſol.§.cùm autem

hoc maritus, & hîc ſiquidem omnino data non ſit, ſequitur mulierem: & reddit hanc vir,ſi cõtigit eam accipi; propter nuptias autem, ſeu ante nuptias donatio manet apud virum, nihil de ſuo damnificandum. Hãc itaque legem corrigimus breui quadam adiectione. non enim biennium numerari ſolùm ex ipſo tempore copulationis; ſed triẽnium volumus. edocti namque ſumus [o] ex iis, quæ ante † hæc prouenerunt,quoſdam ampliùs,quàm biennium temporis non volentes, poſtea potentes oſtẽſos miniſtrare filiorum procreationi.

CAP. VII.

Matrimonium captiuitate alterutrius non diſſoluitur, niſi incertum ſit viuere perſonam,quæ ab hoſtibus capta eſt: quia tunc perſona,quæ in ciuitate remanſit,liberè poſt quinquennium nubere poterit: dote,& donatione ad vtrumquemque redeunte. Bart.

¶ Sed etiam [b] captiuitatis caſus talis eſt, quale eſt bona [c] gratia diſtrahere matrimonium, ſiue enim contingat tale infortunium viro, muliere in republica [d] manẽte;ſiue rurſus mulier quidem in captiuitatem ducatur, maneat autem vir in republica: ſcrupuloſa quidem, & ſubtilis ratio [e] tranſigit [f] nuptias: (ſeruitute namque ſemel ſuperueniente alteri perſonæ [g], fortunæ inæqualitas [h] æqualitatem ex nuptiis manere non ſinit [i]) attamen humaniùs talia contemplantes, donec quidem eſt manifeſtum ſupereſſe aut virum,aut vxorem [k], manere inſoluta matrimonia ſinimus: & non veniẽt ad ſecundas nuptias neque mulieres,neque viri, niſi voluerint videri auſu temerario hoc egiſſe, & pœnis ſuccumbere: illum quidem ante nuptias donationis dicimus exactioni, illam verò dotis. Si verò incertum ſit [a] verùm ſupereſt, an non, quæ ad hoſtes perſona deuenit: tunc quinquennium [l] expectandum † eſt ſiue à viro; ſiue à muliere: poſt quod, ſiue manifeſtum de morte fiat, ſiue incertum maneat, nubere licebit ſine periculo,hoc enim [m] & nuncupatis bona gratia tranſactionibus à præcedentibus [n] connumeratum eſt.nos quoque in hoc conſentimus, vt hic [o] neque repudio fiat opus,ita perſonis diſtantibus ab alterutris, & nullus ex hoc [p] lucrabitur, neque vir dotem, neque mulier antenuptialem donationem: ſed vnuſquiſque in ſuis manebit.

Matrimonium non diſſoluitur alterutro in metallum damnato: quia nemo benè natus ex ſupplicio ſit ſeruus. Bart.

CAP. VIII.

Quod † autem prius ex legum ſeueritate introductum eſt, nos clementi ceſſione [q] † reſoluimus. Si enim ex decreto [r] iudiciali in metallum aliquis aut vir, aut mulier dari iuſſus eſſet (quale nunc eſt in compromiſſo [s] †, & in appellata Gypſo [t]) ſeruitus [u] quidem erat & ab antiquis legiſlatoribus [x] ſancita, & ex ſupplicio [y] illata:ſeparabatur verò matrimonium,ſupplicio poſſidente damnatum, ſibique [z] ſeruientem:nos autem † hoc curauimus: & nullũ ab initio benè natorum [a] ex ſupplicio permittimus fieri ſeruum. Neque enim mutamus nos formam liberam in ſeruilem ſtatum; qui etiam dum ſeruientium manumiſſores eſſe feſtinauimus [b], Maneat igitur matrimonium hoc nihil ex tali decreto læſum, vtpote inter perſonas liberas [c] conſiſtens.

CAP. IX.

Coniuge alterius in ſeruitutem redacta, nuptiæ diſſoluuntur: nuptiæ autem cum ſeruo domino ignorãte contracta nulla ſunt ab ipſo initio: ideo diſſolui poſſunt. Nuptiæ verò cum ſeruo, vel ancilla cõtractæ domino expreſſe,vel tacitè conſentiẽte,vel cum ſeruo à domino eo languente derelicto, valent, nec diſſoluuntur. Bart.

¶ Si verò decretum iudiciale libertum [d], aut libertam [e], aut horum filios [f] in ſeruitutem redigat: conſtat quidem ab initio matrimonium; poſtea verò apparens ſeruitus ſeparat eos ab inuicem, tanquam morte ſecuta: quoniam præcedentes nos, dicunt,ſuperuenientem [g] ſeruitutem [h] nõ procul à morte differre:idcirco hoc quidem,quod proprium eſt, vnuſquiſque [i]

d ¶ In republica. id eſt, in ciuitate.
e ¶ Subtilis ratio. quæ ratio ſtatim ſequitur, ſeruitute,&c.
f ¶ Tranſigit. id eſt,diſſoluit.
g ¶ Perſonæ. viri, vel vxoris.
h ¶ Inæqualitas. quia alter horum ſeruus,ſcilicet qui eſt captus: vel liber, ſcilicet qui remanſerit.
i ¶ Non ſinit.Cod.de nu. l.ſi in prin.& infrà eo.§.ſi verò ab initio.Accursius.
k ¶ Vxorem. ſcilicet in captiuitate.
a ¶ Si verò incertum ſit. Hoc §.corrigitur l.vxores ff.de diuortiis, & repud.vbi quinquennium computatur a die, quo captus fuit. Cuiacius.
l ¶ Tunc quinquennium. ſ.ex eo tempore computandum, ex quo cœpit eſſe incertum [a]:nam hic articulus tunc [b],extremitatem ſignat.vt ff. de vul.ſubſt. l.in ſubſtitutione. & ff.de condi.& demon.l.cu.§.ſi.& ſic puto corrigi quod dicitur, ff.de diuor.& rep.l.vxores. in eo quod dicitur computandũ quinquennium ex [c] tempore captiuitatis.a.Vel dic hãc intelligi ſecundùm illam, vt ex tempore captiuitatis cõputetur:vt ar.ff.de legi.& ſenatuſc.l.ſin.& poſteriores. § Item hodie videtur, quod perpetuò debeãt expectare vt infrà,vt lic.ma.& auia.§.quod autem. Sed ibi loquitur in eo, qui eſt in militia,hic de capto,qui etiam ſeruus eſt:vt Inſt.de iure perſo.§.pe.Nam & hæc cõſtitutio inter hos duos, ſcilicet militem,& captiuum, differentiam facit:vt hic.& inf.eod.§.manifeſtum autem
m ¶ Hoc enim.ſ.diuortij genus.
n ¶ A præcedentibus.ſapientibus.vt ff.de diuor. l.vxores.& ff.ſolu. matri. l.ſi ab hoſtibus.
o ¶ Hic.id eſt,hoc caſu. Accursius.
p ¶ Ex hoc. ſcilicet diuortio.
q ¶ Ceſſione.id eſt,deciſione.
r ¶ Ex decreto. id [d] eſt, ſententia iudicis qui [e] autem ſententiam dare poſſint,ſũt quatuor tãtùm,qui hoc poſſunt:vt diximus Inſti.quib.mo.ius pa.po.ſol. §. cùm autem. Accurs.
s ¶ In compromiſſo.aliàs,

y ¶ Ex ſupplicio. i. ex pœna.
z ¶ Sibique. ſ.ſupplicio, nõ autem eſt ſeruus fiſci:vt ff.de iis,quæ pro non ſcrip.hab.l.j.reſp.
a ¶ Benè natorum id eſt, ingenuorum.
b ¶ Feſtinauimus. Vbi feſtinauit Reip.vt Inſti. de libert.§.ſi.& C.de La. lib.tol.l.j.per totum.& C. de manu.§.hinc.Sed & ꝟ feſtinauit:vt ꝟ.quib.mo.na.eff.leg.§.ij.col.vj.
c ¶ Liberas. cùm ſint ingenui, non ſunt facti ſerui pœnæ per metallum. Accurs.
d ¶ Libertum. qui vxorem habebat.
e ¶ Libertam. quæ virum habebat.
f ¶ Filios. qui vxores habebãt.Sed cùm filius liberti ſit ingenuus: vt Inſt.de inge.in prin.quare hic ponitur inter libertos?Reſpon. hic fuit ſeruus filius, & pater manumiſſus:aliàs eſſet contrà.ꝟ.eo.§.2. Vel dic occaſione [a] patris & filio, licèt ingenuo, hæc macula irrogatur:vt ꝟ.vt omnes obe. iudi.§.j.collat.v. Additio. Vide l. vl. C. de liber. & eor. lib. cuius hic non meminit Accurſ. Cuiac.
g ¶ Superuenientem.occaſione iudiciarij ſupplicij:vt dictum eſt: vel quia reuocetur in ſeruitutem ex ingratitudine [b]: vt C. de lib.& eo.lib. l. ij. Et facit ad hoc, ff.de reg.iu.l.ſeruitutem.& ff.de dona.inter virũ,& vxo.l.cùm hic ſtatus.§.ſi donator. & ff. de condic. & demõ,ſtra.l.intercidit. inſi. & ff. de ritu nupt.l. in eo iure.in ſi. Sed hic §. hodie correctus eſt, ſecundùm Io.cùm eiuſdẽ ſint hodie [c] iuris liberti, vt ingenui:vt in Auth.vt liber.de ca.§.illud. Vel æquiparãtur ibi liberti ingenuis in dignitatibus ad quas prius non perueniebant olim liberti propter legẽ Viſelliam:vt Co.ad legem Viſell. l.j. Sed hodie ſic vt dictum eſt.
h ¶ Seruitutem. ſcilicet pœnæ.
i ¶ Vnuſquiſque.ſcilicet in ciuitate manens, id eſt, liber: vt eſt mulier,quæ in ciuitate remanet, dotem habeat: ſi vir,qui in ciuitate remanet: & ille donationem propter nupt.recipiat: quia ſua eſt,vt dicit. Item & plus habet, qui in ciuitate remanet, ſcilicet pactum, ex morte:quia liber remanet, vt ſequitur: licèt

reliqua

† Inſpe hæc.
a Ab hac ſententia diſcedit Accurſ. infr.eo.
b Tũc articulus extremitatem ſignificat.
c Maritum captiuũ quo tẽporis ſpatio vxor expectare debeat, vt alij poſſit nubere.
d Decretum, ſententia definitiua.
† Iure Canon. expectatur,donec ducitur certificata de morte:vt extrà de ſpon. & matrimon.c.in præſentia.
e Deportandi ius quibus iudicibus competat.

† Hic §. tollit ſeruitutem pœnæ itaque corrigit §. pen. Inſti.quib.mo.ius pa.pot.ſol. & l.ſancimus.
† Procõnſo, appellato, Et autem inſula Procõnſi ſita. Grãecè, quæ & Alaponneſus dicebatur. Plin. l.5.c.31.
a Patris macula ſilio quibus irrogatur.
† In hoc lico incutur Auth.que eſt ſuper l.vnica, C. de repud. & negat, ſed hodie nemo b Ingratitudine quis reuocatur in ſeruitutem.
c Liberti ingenuis hodie exæquati: & hodie ſine impetratione iuris aureorum anulorum dignitates adipiſci poſſunt: adde C.de iure aureorum anulorum,impetrando. & ad h. hoc.

recipiat. placitum verò ſolum, quod ex morte eſt liberis acquiratur: reliqua verò veniant ad eum, qui redigitur in ſeruitutem.

CAP. X.

¶ Si verò † ab initio putauerit aliquis liberæ iungi perſonæ: illa verò famula [a] poſtea declaretur exiſtens, non dicimus ſolui matrimonium; ſed ab ipſo initio neque matrimonium fieri ſecundùm priùs à nobis dictam cauſam [b], propter inæqualitatis fortunam: vnde neque lucrum ex matrimonio contemplandum eſſe, neque aliquid tale; ſed puram [c] rerum competentium per congruas actiones [d] redditionem. Hoc autem decernimus: & tale non eſſe dicimus matrimonium, ſi cauſam animus incertus [e] diſponat ſolùm, neque conſenſu [f] domini, neque in malignitate [g] eius, neque aliqua negligentia [h] coniuncta.

CAP. XI.

¶ Nam ſi tradiderit tanquam liberam ſuam ancillam dominus, ille autem liber exiſtens, & credens [i] tradenti hanc accipit, forſan etiam dotalibus celebratis documentis, aut neque celebratis quidem, eius autem [k] voluntate cauſam gubernante: non erit iuſtum, tale non conſtare matrimonium: ſed tacitam libertatem ſequi ſiue virum [l], ſiue mulierem [m]. Cùm tale aliquid à domino fit, ſancimus & rapi talem virum, aut fœminam ad ingenuitatem, & cauſam tanquam ſuper liberis, & ingenuis iudicari. Si verò ipſe quidem nõ celebrauerit nuptias, alterius [n] perſonæ dominus; ſciat autem quod agitur, & ex ſtudio [o] taceat, vt poſtea cauſam ſarciat [p] alteri cõiunctorum: vlciſcimur huiuſmodi [q], ſi aperta probetur nequitia: & priuamus dominum ita malignè cogitantem: ſitque rurſus hoc etiam [r] matrimonium, tanquam ſi conſenſiſſet dominus ab initio: & ille quidem cadat dominio; ad ingenuitatem verò ſeruilis perſona rapiatur: hoc ipſo eueniente effectu, ſiue conſenſit [s], ſiue malignatus eſt [t] dominus. Palam itaque eſt, quia etiam filij ex talibus nuptiis, liberi, & ingenui ſecundùm hanc noſtram erunt legem.

CAP. XII.

¶ Et multò potiùs hæc valeant [u], ſi contigerit dudum ſeruum, aut ancillam ſeu languentes dereliquiſſe [x], ſeu etiam contempſiſſe [y], aut eos etiam amiſiſſe ſuper dominio aduerſus eos voluntatem. Illi namque, vtpote iam conſtituti liberi, & ſecundùm pro derelicto titulũ ſui [z], & non aliorum exiſtentes, non in poſterum inquietabuntur ab iis, qui poſſidere eos olim odio habuerunt.

CAP. XIII.

Deportatio non ſoluit matrimonium. BART.

¶ Deportatio [a] tamen, in quam migrauit vir, vel vxor, & antiqua ignis, & aquæ interdictio [quam aquæ, & ignis interdictionem vocant noſtræ leges [b]] non ſoluit [c] matrimonia. hæc enim & ſacratiſſimo pridem placuit Conſtantino [d] clemens quædam cauſa, & à nobis quidem probata eſt [e]: præſenti [f] verò non copulata legi, vnde neque effectus cauſæ dicendi ſunt, cùm in ſuo maneat [g] ordine.

CAP. XIIII.

Milite ad militiam accedente, vxor ſi literas ſoſpitatis eius nõ acceperit: & eum pro à veritate duce bello mortuum eſſe audierit, & per decem annos expectauerit, & à principe gratiam impetrauerit: licitè cum alio nuptias contrahere poterit. BART.

¶ Nouimus autem & huius noſtræ fœliciſſimæ [h] ciuitatis conditorem (diuæ memoriæ dicimus Conſtantinum †) ſcripſiſſe legem [i] ſecundùm quam ſi quis impeditus [k] fuerit, & tacuerit ad vxorem per quadriennium, & nullum ei fiat ab illo ſignum eius [l] circa eam [m] affectus: tunc licentia ſit mulieri ad ſecundas nuptias veniendi, offerenti prius libellũ militiæ principi [n], & hoc ipſum teſtificanti. & ſi hoc fiat, inculpabiliter mulier ad virum alterum tranſiet. & non damnificabitur quidem dote: non tamen antenuptialem donationem lucrabitur. Hoc itaque ſacratiſſimus Conſtantinus [o]. Vehementer autem nobis immaturè habere illa conſtitutio videtur: actibus enim bellicis occupato marito, vxoris priuationem inferre non minor eſt pœna, quàm ab hoſtibus capi [p]. Ideoque non priùs veniat ad virum ſecundum

reliqua ſubſtantia ad fiſcum veniat, vel principem vt ſubiicit. Sed hodie domino reſeruatur: vt j. vt nulli iude. §. ſi Icé ad eum, qui in ſeruitutem reuocatur ex ingratitudine: vt ff. de interdi. & releg. l. non ſolum in fi.

a ¶ *Famula.* i. ſerua.

b ¶ *Dictã cauſam.* hanc ſcilicet propter inæqualitatem, &c. vt ſuprà eod. §. ſed etiam. & C. ſolu. matrimo. l. ſi ignorans. & ff. de teſta. tute. l. ſi quis tutorem.

c ¶ *Puram.* id eſt, ſimplicem redditionem ſine lucro.

d ¶ *Per congruas actiones.* id eſt, per conditionẽ ob cauſam: quia ob cauſam, i. ob matrimonium datum, & non eſt ſecuta: vt C. de cond. ob cau. da. l. j. & ff. de cond. ſine cauſa. l. fi.

e ¶ *Incertus.* ſ. [a] quando ignorans accepit, & dominus neſciebat qđ ageretur. aut enim ita eſt aut dominus manifeſtè tradit: aut tacitè ex ſtudio: & his duobus vltimis caſibus fit libera: vt hic, & infrà proxi. ſubiicit.

f ¶ *Conſenſu.* expreſſo: vt infrà prox. reſpon. ACCVRSIVS.

g ¶ *Malignitate.* id eſt, taciturnitate [b] ex ſtudio: vt j. ꝟ. reſp. ACCVRS.

h ¶ *Negligentia.* ſcilicet domini, ſ. Vel dic accipientis eam in vxorem non tunc non debuit certiorari [c]: vt C. de adſcrip. l. j.

i ¶ *Credens.* hanc eſſe liberam. alias non eſſet deceptus.

k ¶ *Eius autem.* ſcilicet domini.

l ¶ *Virum.* ſ. ſeruum.

m ¶ *Mulierem.* ancillã. Sed contra infrà eod. §. adſcriptitio. Sed aliud in adſcriptitio. quia per eũ terra [d] deſereretur: vt ſuprà de man. prin. §. ſed neque.

n ¶ *Alterius.* ſ. ancillæ vel ſerui ſui.

o ¶ *Ex ſtudio.* ſci. dolo malo. AC.

p ¶ *Sarciat.* id eſt, litem inferat.

q ¶ *Huiuſmodi.* ſ. talem.

r ¶ *Hoc etiam.* non ſolùm ſuperiori caſu: vbi dominus expreſsè dedit.

s ¶ *Conſenſit.* expreſsè.

t ¶ *Malignatus eſt.* ſci. tacendo. ¶ Et ſic no. tacentẽ [e] affirmare ſic & alibi: ff. de dol. l. j. §. dolum autem. & C. ſi aduer. ſeq. da. ſu. l. y.

u ¶ *Hæc valeant.* ſ. vt ſit matrimonium, & liberi ingenui. vt ſ. §. prox. in fi.

x ¶ *Dereliquiſſe.* deiiciẽdo extra domum.

y ¶ *Contempſiſſe.* non [f]

præbẽdo curam eis. ſuper hoc triplex eſt opinio: quidam enim diſtinguunt, vt Al. inter languentes, & non languentes. Primo caſu liberi efficiuntur: vt C. de La. liber. §. ſed ſi ſeruum. & hic in ſecundo poſſunt occupari. cùm pro derelicto ſint habiti: vt ff. pro derelict. l. j. in fin. Alij dicunt indiſtinctè ſeruari hoc authenticum, quicquid leges veteres dicant, vt ſit liber, ſiue ſit languens, ſiue non: vt hic, & C. de infa. l. j. lib. x. Tertij diſtinguunt, an ipſe gerit ſe pro libero: quo caſu ſerua quod dicitur hic, & C. de infa. l. j. aut non gerit: & tunc ſerua quod dicitur ff. pro derelic. l. fin. & facit ff. de ſta. ſer. l. qui ſeruum. quod verius videtur. ACCVRS.

z ¶ *Sui.* ſcilicet. ¶ Not. aliquem eſſe ſui [a] ipſius: ſed contrà, ff. ad leg. Aqui. l. liber homo. z. Sed hic de hoc abnegatiuè dici, id eſt, non alieni, ſic ff. de donat. l. non debet in fin. l. 3. Vel dic ſecũdùm illum titu. qui dicitur pro ſuo, quem habemus ff. pro ſuo.

a ¶ *Deportatio.* eſt enim aliud deportatio [b], & aliud interdictio: vt Inſt. de cap. demi. §. media.

b ¶ *Noſtræ leges.* vt ff. de pœn. l. y & C. de repu. l. j. & Inſtit. de cap. demi. §. media.

c ¶ *Non ſoluit.* cùm libertatem retineat, quãuis ciuitatem amittat, & hoc eſt, quod lex dicit minima [c] capitis deminutio: vt hic, & ff. de bo. dam. l. ꝟ.

d ¶ *Conſtantino.* vt C. de dona. inter vi. & vxo. l. rei vxoriæ. Non autem dicit de l. j. Cod. de repu. quia illa eſt Alexandri.

e ¶ *Probata eſt.* ſ. hic, & eo ipſo quòd in Cod. eam poſuimus.

f ¶ *Præſenti.* ſ. huic. licèt enim tenorem aliarum legum tractantium de diſſolutione matrimonij hac cõſtitutione poſuerit ſuprà & infrà: tamen non poſuit: quia non ſoluitur matrimonium & quia nõ ſoluitur, nec [d] effectus cauſæ eſt dicendus, cum nulla ſit cauſa. ACCVRS.

g ¶ *Maneat.* ſci. matrimonium aliàs, maneat ſcilicet coniuges.

h ¶ *Fœliciſſimæ.* ſcilicet Conſtantinopoleos.

i ¶ *Legem.* vt C. de rep. l. vxor. ACCVRS.

k ¶ *Impeditus.* ſ. militis.

l ¶ *Eius.* ſcilicet viri.

m ¶ *Eam.* ſ. vxorem.

n ¶ *Principi.* quòd ipſa ſic facere velit. ACCVR.

o ¶ *Conſtantinus.* ſ. ſtatuit. AZO.

p ¶ *Capi.* ſ. maritum.

a ¶ Quam-

¶ Contrà. eſt hoc § & authentica. ſi quando in prouinciis.

a Incertus dicitur, qui ignorat.

b Malignus eſt qui tacet ex ſtudio.

c Certiorari non debet, qui iam ſcius certiorque eſt.

d Adſcriptitius terram, cui adſcriptus eſt, deſerere non poteſt.

e Tacens habetur interdum pro affirmante.

a Sui ipſius quis eſſe poteſt: ſic ſeipſum quis poteſt occupare.

b Differentia deportationis, & interdictionis.

c Minima capitis deminutione ciuitas amittitur, libertas retinetur.

† Concor. c. Conſtantinus.

d Cauſa nullo modo parit effectum.

huiuſmodi mulier, quam [a] legiſlator iſte propoſuit, quàm decennij [a] tranſeat tempus [a]: & hæc [c] importuna quidem ſit viro mittens literas, aut per aliquos verbis vtens ad eum; ille verò aut apertè renuat nuptias eius, aut abſolutè cótineat: tunc quoque libellum offerat aut glorioſiſſimo magiſtro militum aut ſpectabili duci, aut clariſſimo tribuno, ſub quibus ipſe eſt miles: tunc enim licentiam damus & preces porrigere Imperatori, & inde hoc promereri. Sciat autem quia ſi citra hoc aliquid egerit: tanquam temerariè nubens legitimis pœnis [d] ſubiacebit.

Viro, atque vxori ex cauſis hic enumeratis matrimoniũ diſſoluere permittitur: et tantummodò pœna imminente, qui diſſolutioni cauſam præbuit. BART.

¶ Mitiores [e] itaque nuptiarum ſolutiones, tanquam generali quadam ratione ſub bona gratia factis diſiunctionibus, ſciendum eſt tales eſſe quodammodo [f].

CAP. XV.

Cæteræ [g] verò cauſã quærunt inſpicere [h], aut à viro, aut ab vxore factã, vt damnificent temerarium [i] in caſu [k] eorũ, quæ ab eo data ſunt: dotis dicimus, aut propter nuptias donationis. Sed harum cauſarum antiquiores quidem faciebant plurimos, diuerſóſque tractatus: Theodoſius autem iunior alias quidem cauſas deinde ſumens, alias [l] autem & ipſe adinueniẽs, & de repudiis ſcripſit cõſtitutionem [m]: à nobis autem & aliæ quædam adinuentæ [n] ſunt cauſæ, quas rectè habere perſpeximus ad culpam referri eius, qui ſuccubuerit. 1. ¶ Si igitur ſecundùm Theodoſij piæ memoriæ conſtitutionem valuerit mulier oſtendere maritum aut adulterio delinquentem, aut reum homicidij, aut veneficij, aut ſeditionibus occupatum, aut (quod peſſimum omnium peccatorũ eſt) communicantem delicto (dicimus autem machinatum aliquid contra ipſum imperium) aut condemnatum falſitatis, aut ſepulchra effodientem, aut ex aliqua ſacratarum domuum aliquid rapuiſſe, aut latrocinij ſectantem vitam, aut latrocinantes ſuſcipientem [o], aut vnum eorum, qui appellantur abigei [p] (quibus eſt cura alienis inſidiari animalibus aut iumentis, & ea tranſponere alibi) aut probet plagiarium eſſe, aut ita luxurioſè viuentem, vt inſpiciente vxore cum aliis corrumpatur (quod maximè mulieres nuptas, vtpote circa cubile ſtimulatas, exaſperat, & præcipuè caſtas) aut ſi inſidias ſe paſſam à viro probet circa ipſam ſalutem aut venenis, aut gladio, aut per alium aliquem talem modum (multæ † namque [q] hominibus ad malitiam viæ ſunt) aut etiam ſi flagellis [r] ſuper ea [s] vtatur. Si igitur mulier tale aliquid oſtendere potuerit, licentiam ei dat lex [t] repudio vti, & nuptiis abſtinere, dotémque percipere, & antenuptialem donationem totam; non ſolùm ſi omnes ſimul probauerit cauſas, ſed etiam ſi ſecundam, ſeu vnam.

2. ¶ Et rurſus [u] licentiam dat viro mulierem abiicere, ſi adulteram inueniat, aut veneficam, aut delinquentem homicidio, aut plagiariam, aut ſepulchrorum violatricem, aut ſacrilegam [x] exiſtentem, aut fauentem latronibus, aut viro neſciente, vel etiam prohibente gaudentem conuiuiis aliorum nihil ſibi competentium [y]: vel etiam inuito viro circa rationabilem cauſam foris pernoctantem, aut extra eius voluntatem Circenſibus congaudentem, & ſpectaculis inhærentem, aut theatris aduenientem (dicimus autem vbi ſcena, & talia ſunt; aut etiam vbi beſtiis aduersùs homines pugna [z] eſt) aut inſidias ſibi [a] facientem ex venenis, aut gladio, aut alio factas modo, ex quibus circa vitam periculum eſt, aut etiam conſciam [b] tyrannidem [c] meditantibus [d], aut falſitatis ream conſtitutam, aut audaces eius manus inferentem ſibi [e]: ſcilicet tali aliquo facto dat lex [f] hæc viro abiicere mulierem, ſi vel vnam horum [g], & ſolam probauerit cauſam: & lucrari quidem dotem, antenuptialem verò habere donationem.

Vxor ſi diuortium ſine cauſa fecerit, vel diuortij cauſam præbuerit, pœnas legitimas patietur: & ante quinquennium nuptias contrahere non poterit: aliàs autem ante annum tantùm non licet propter ſobolis confuſionem. viro autem in omni caſu quandocunque nuptias contrahere permittitur. BARTOLVS.

¶ Si verò [h] altera harum perſonarum irrationabiliter repudium miſerit, & hoc ipſum [i] ſoluendi matrimonium ſine ratione: ſubdita [k] erit dudum à nobis dictis pœnis [l]. Inſuper [m] etiam vxor rea omnino ex memoratis cauſis pro irrationabilis repudij miſſione facta, & in quinquennium totum ad ſecundum venire prohibetur matrimonium, & ante quinquennium nuptias nó eſſe ſine reatu, neque legitimas

vocari;

a ¶ *Quam*. ſ. mulierem, aliàs, *qualem*.

b ¶ *Decennij*. ſed hoc corrigitur. cum [a] teneatur expectare, quamdiu ipſe ſteterit: vt j. vt li. matri, & auia. §. quod autem. coll. ix.

a ¶ *Decennij tranſeat tempus*. Hoc rurſus corrigit in Nouell. 117. §. quod autem. CVIAC.

c ¶ *Et hæc*. ſci. licentia maritãdi, licèt ſciat maritum viuere: ſed hoc corrigitur: vt not. j.

d ¶ *Legitimis pœnis* quibus ſubiacent, quæ malè dirimunt primũ matrimonium vt j. eod. §. ſi verò altera.

e ¶ *Mitiores*. hucuſque de vno genere ſolutionis dixit: nunc de alio incipit. ¶ Et dic mitiores, quàm aliæ duæ, quæ ſequũtur: nam ſupradictæ duæ fuerunt ſine pœna. hæ, quæ ſequuntur, cum pœna, & ſine pœna.

f ¶ *Quodammodo*. quales diximus.

g ¶ *Cæteræ*. diſſolutiones.

h ¶ *Quærunt inſpicere*. antequam ſiant licitæ, id eſt, ſine pœna.

i ¶ *Temerarium*. temerarium [b] vocat virum, qui repudiat vxorem ſine cauſa, vel qui repudiatur ab vxore cũ cauſa, & idem econtrà in vxore: deinde vt amittat dotem, vel donationem propter nuptias.

k ¶ *In caſu*. id eſt, amiſſione.

l ¶ *Alias*. ſ. cauſas.

m ¶ *Conſtitutionem*. vt C. de repu. l. conſenſu.

n ¶ *Adinuentæ*. vt C. de repu. l. penult. & fina.

o ¶ *Suſcipientem*. ſine quibus ſuſcipientibus [c] latro diutiùs latere non poteſt: vt ff. de aſſ. praſi. l. congruit.

p ¶ *Abigei*. ¶ No. quis ſit [d] abigeus, meliùs, quàm in alia lege inueniatur.

q ¶ *Multæ namque*. interpoſitio eſt: ſic infrà, vt hi, qui ob. in prin. coll. vj. & facit ff. de rei vin. l. in fundo.

r ¶ *Flagellis*. hoc quod de flagellis dicitur, hodie ſpecialiter eſt correctum [e]: vt infrà, vt lic. ma. & auiæ. 117. cap. 13. § ſi quis autem propriam. coll. ix. nam verberabat ipſam maritus.

ſ ¶ *Ea*. ſcilicet vxore. ACCVRS.

t ¶ *Dat lex*. ſ. Theodoſij, & hæc. Sed hodie quædam ex his cauſis remanent: aliæ remotæ ſunt, & correctæ. Item dicas econtrà, ſi maritus vxorem velit repellere: vt in vers. prox. Nam quædam ex illis cauſis correctæ ſunt, & remanent aliæ: vt infrà, vt li. ma. & auia. §. quia verò plurimas.

u ¶ *Et rurſus*. id eſt, econtrà.

x ¶ *Sacrilegam*. Sacrilegus [a] dicitur ille, qui rẽ ſacram [b] de loco ſacro aufert: vt not. ff. ad leg. Iul. pecu. l. diuus.

y ¶ *Competentium*. id eſt, nulla affinitate, vel neceſſitate coniunctorum.

z ¶ *Pugna*. ſic C. de repu. l. conſenſu. ſic ff. de pu. l. aut facta § fin.

a ¶ *Sibi* ſ. viro.

b ¶ *Conſciam*. vxorem.

c ¶ *Tyrannidem*. id eſt, contra legem Imperatorem.

d ¶ *Meditantibus*. id eſt, cogitantibus.

e ¶ *Sibi*. ſcilicet marito.

f ¶ *Dat lex*. id eſt, concedit lex Theodoſij: vt C. de repu. l. conſenſu.

g ¶ *Horum*. aliàs, harum.

h ¶ *Si verò*. hucuſque dixit quando cum cauſa dimittit vnus alterum: nunc autem quando ſine cauſa.

i ¶ *Et hoc ipſum*. ſcilicet repudium miſerit: cauſa ſubaudi ſoluendi, &c. ACCVRS.

k ¶ *Subdita*. ſcilicet dicta perſona. ACCVRSIVS.

l ¶ *Dictis pœnis*. ſcilicet amiſſionis [c] dotis, & antenup. donationis: & in hac pœna æquales ſunt ambo.

m ¶ *Inſuper*. Nũc etiam pœnam imponit fœminæ repudianti quãrum ad alia, quàm viro, ſcilicet [d] vt matrimoniũ intra quinquenniũ contractum ipſo iure non valeat. Item & infamis ſit: vt C. de repu. l. conſenſu. §. hac verba.

a ¶ *Volens*

a Vxor quandiu maritum militem debet expectare.

b Temerarius, qui ſine cauſa repudiat: aut cum cauſa repudiatur.

c Suſceptores latronum.

d Abigeus qui ſit.

e Flagellatio[n]is cauſa maritum vxor repudiare hodie non poteſt.

a Sacrilegus quis dicatur.

b ...

c Repudio iniuſtum facto ex parte mariti, priuat ipſũ maritum ...

d Repudio iniuſto per vxorem facto pœna ea eſt ...

vocari: ſed omnis volens adeſt [a], & accuſet factum tanquam contra legem [b] præſumptum,

CAP. XVI.

¶ Si verò etiam rationabiliter mulier repudium miſerit [c], & in certaminibus [d] vicerit, aut vir irrationabiliter eam abiiciens ſubiacuerit [e] pœnis: lucretur [f] quidem lucra primitus dicta [g]: erubeſcat autem ante annum completum ad ſecunda vota venire. Quod non obſeruandum nobis eſt in viro irrationabiliter [h] obtinente talia lucra: cùm & non obtinenti [i] etiam repente nuptias facere liceat: quoniam nulla circa ſobolis confuſionem [k] rationabilis eſt ſuſpicio, quod in mulieribus ante anni completionem rectè prohibetur: & tãta eſt prohibitio ex hoc [l]; quia licèt bona gratia diſſolui matrimonium [m] contingat, tamen etiam ex Anaſtaſij piæ memoriæ conſtitutione, in annum prohibitio ſecundarum nuptiarum mulieribus inſtituta eſt,

Vir vxori mittere poteſt repudiũ, ſi ſtudiosè facit abortũ, vel ſi vadit ad cõmune lauacrum cum viris, vel ſi malitiosè vineret, vel loquatur cũ alio ſe velle nuptias cõtrahere: & tres cauſæ per Iuſtinianum interdicũtur, & etiam vir dotem lucratur, & mulier ſuſtinet pœnas Theodoſij. ANGEL.

1. ¶ Has itaque cauſas nobis Theodoſius explanauit: nos autem ex veteribus ſumentes, & alias adiecimus tres [n]. Si enim mulier tanta teneatur nequitia, vt etiam ex ſtudio abortum faciat, virũmque contriſtet, & priuet ſpe filiorum: vel tanta libido [o] eſt, vt etiam cum viris voluptatis occaſione lauetur: aut etiam dum adhuc conſtat matrimonium cum viro, ad alios de nuptiis ſuis loquatur: licentia datur à nobis viris mittere eis [p] repudia, & lucrari dotes, & antenuptiales habere donationes: vtpote etiam his cauſis rationabiliter ſoluere valentibus matrimoniũ: & ſub eundem deferentibus [q] ordinem, ſub quem & pœnas Theodoſij diuinæ memoriæ definiuit conſtitutio.

CAP. XVII.

Mulier libera adſcriptitio alieno non nubit, etiam poſſeſſore conſentiente: ſed ſi eo neſciente fecit, caſtigari poteſt per poſſeſſorem, & iudicem loci: nec matrimonium tenet, nec dotis, vel donationis datio. ANGELVS.

¶ Adſcriptitio [r] autem alieno nubere liberam non licet, neque ignorante, neque ſciente [s], neque conſentiente poſſeſſore: ſed licèt aliquid tale ab adſcriptitio geratur, licebit domino & ipſi per ſe, & per prouinciæ iudicem [t] caſtigare plagis [u] mediocribus hoc [x] agentem adſcriptitium, & abſtrahere ab ea, quæ fruſtra ei coniuncta eſt. vnde neque nuptiæ ſunt, quod factum eſt; nec oblatio dotis, nec antenuptialis donationis: ſed pura facti mali correctio [y].

Ex cauſis ſuprà dictis matrimonium ſoluitur, etiã viro, & vxore viuentibus: & ſi culpa viri matrimonium diſſoluatur, cùm vxor indotata eſt, quartã partem vxor lucratur, dum tamen centum libras dicta portio non excedat. ANG.

1. ¶ Sic itaque [z] matrimonia diſſoluuntur viuentibus adhuc iis, qui ea contraxerunt: & pecuniariæ pœnæ circa dotẽ, & ſponſalitiam conſiſtunt donationem.

CAP. XVIII.

¶ Sed à nobis aliquid etiam aliud adinuentum [a] eſt, vt etiam indotata matrimonia irrationabilibus factis diuiſionibus caſtigationi tradantur competenti [b]. Si quis enim duxerit vxorem, aut etiam mulier ad virum veniat, nuptiali quidem aſſumpta voluntate, atque ſentẽtia [c]; non tamen ſecuta dote, aut ſpõſalitia largitate (vbi quoque præſumptiuè [d] fieri ſolutiones contingebat, nullo ex hoc con-

a ¶ *Volens adeat.* ſcilicet iudicẽ. nam hæc actio eſt popularis [a], vt hic dicit. & facit *ſuprà de non alie. § ſi coll. ij & C. de epi. & cle. l. ſi quis in hoc.*

b ¶ *Tanquam contra legem.* id eſt, ſicut accuſaret aliquid, quod eſſet cõtra legem. Sed hæc pœna expectationis quinquẽnij hodie mutata eſt: vt *ĩ. vt liceat ma. & aua. § quia verò contrà. coll. viij.*

c ¶ *Miſerit.* ſci. mulier, ſi non habet. ſed ego non habeo.

d ¶ *In certaminibus.* i. in iudicio contra maritum.

e ¶ *Subiacuerit.* iuſtè eum repulſum probans per aliquas de aliis cauſis, quas habuimus *ſ. § miſſiones. & § rurſus.*

f ¶ *Lucretur.* ſcilicet mulier.

g ¶ *Primitus dicta.* ſci. donationẽ propter nuptias: *vt ſuprà § miſſiores. in ſ.*

h ¶ *Irrationabiliter.* quod fit in duobus caſibus, quando vir repellitur ab vxore: & quando repellit: *vt in prin. huius §. & ĩ. § prox.*

i ¶ *Cum & nõ obtinenti.* ſc. marito non rationabiliter talia lucra. quod fit duobus modis, & tũc lucratur vxor: vt quando iuſtè dimittitur ab vxore, & quando iniuſtè dimittit eam: vt ĩ. § proxi.

Hodie in cauſis decē librarum, & infra in Ægypto, & in Aſia ad Auguſtalem præfectum appellatur, à cuius præfecti Auguſtalis ſententia non appellatur: In Aſia verò & Pontica diœceſi in cauſis prædictis ad ſpectabiles appellatur. Item ad conſules, comites, & prætores: à quorū ſententia non appellatur, & faciunt litem ſuā; in Oriente verò ſit appellatur ad comitem Orientis in prædictis cauſis ANGEL.

¶ Illud etiam in tertio capitulo [b] diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit: nouitas autem neglexit. Cùm enim veneranda [c] vetuſtatis auctoritas [d] ita magiſtratus digeſſerit [e], vt alij maiores, alij medij, alij minores ſint, & appellationes à minoribus iudicibus non ſolùm ad maximos iudices remitterentur, ſed ad ſpectabilium [f] iudicum tribunal [g], quatenus & ipſi ſacro [h] auditorio adhibito litem exercerent: nouitas autem hoc dereliquerit: euenit vt ſuper minimis [i] cauſis maximi noſtri iudices inquietentur: & homines propter minimas cauſas magnis fatigentur diſpendiis: vt forſitan totius litis æſtimatio ad ſumptus iudiciales non ſufficeret. Ideóque ſancimus, ſi quando ex Ægyptiaco tractu, vel adiuncta ei vtraque Libya prouocatio ſperatur, vſque ad decem librarum auri quantitatem: non in hanc regiam vrbem eam venire, ſed ad præfectum Auguſtalem [k], qui audiat, & cauſam dirimat vice ſacri cognitoris [l]: nulla [m] ei penitus poſt definitiuam ſententiam appellatione porrigenda.

¶ Similique modo quoties in Aſiana diœceſi, vel Pontica tale aliquid emerſerit [n], vſque ad prædictam quantitatem decem librarum auri, appellationes ad viros ſpectabiles, comites fortè, vel proconſules, vel prætores, vel moderatores, quibus ſpecialiter eaſdem lites peragendas deputauimus, remittātur: quatenus & hi ad ſimilitudinem præfecti Auguſtalis [o] vice ſacri cognitoris [p] intercedant, & cauſas ſine ſpe quidem appellationis: Dei tamen, & legum timore proferant decidendas. Orientalem autem tractum cauſas appellatione ſuſpenſas, & vſque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad virum ſpectabilem comitem Orientis mittere: ſimili modo [q] audientiam, & finem eis impoſiturum.

CAPVT IV.

Vt à ſpectabilibus ad illuſtres appelletur.

A ſententia ſpectabilis nōn ad ſpectabilem, ſed ad illuſtrē appellatur: ſcilicet ad præfectum, & ad quæſtorem: etiā ſi dictis ſpectabilibus cauſa fuerit ex principis delegatione commiſſa: à ſententia verò clariſſimi ad ſpectabilē appellatur, & à ſententia illuſtris ad ſuperilluſtrē appellatur, ſaluis remanētibus iuribus, & appellationibus. ANG.

¶ Illo videlicet [r] obſeruando, vt viri ſpectabiles, duces, vel alij ſpectabiles iudices, non ad alios eadem ſpectabilitate decoratos iudices ſuas tranſmittant appellationes in litibus quantæcumque ſint quantitatis: (cùm non [s] oporteat ad compares iudices appellationes referri, ſed à minore [t] iudicio in maius tribunal aſcendere) ſed ad illuſtriſſimam præfecturā, illorum appellationes, cuiuſcumq; ſint quantitatis (vt dictum eſt) dirigantur, qui vnà cum viro excelſo pro tempore quæſtore eas dirimat: vtroque officio [u] ſubminiſtrante, id eſt, tam ex ſacris ſcriniis more ſolito, quàm præfecto prætorio. Ita tamen hæc ſancimus, vt nec à ducibus, vel aliis ſpectabilibus iudicibus, quibus fortè, etſi priuati [x] ſint, imperialis maieſtas cauſas iniunxerit, appellatio ad memoratos ſpectabiles iudices curtat: ne cauſa non gradatim [y] procedere, ſed perperam videatur. Sed à præſidibus quidem prouinciarum, & iudicibus à nobis datis, ſi non ſint ſpectabiles [z] iudices: intra memoratam quantitatem referetur [a]. Si autem vel illuſtres ſint dati à nobis iudices, quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatem ſunt: vel duces [b], qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati, vel ij, qui à principe delegati ſunt, ſpectabilem habeant dignitatem: eorum appellationes ſub quacūmque quantitate in hanc regiam vrbem ad competentes antiquo [c] more iudices referantur; omnibus aliis, quæ de appellationibus ſtatuta ſunt, vel ab antiqua proſapia [d], vel ab auctoritate anteriorum [e] conſtitutionum, vel à noſtra [f] humanitate, intactis, illibatiſque cuſtodiendis [g]. Datum III. Nonas Ianuarii, poſt Conſulatum Beliſarij V. C. *Sic in epitome Græca apud Haloandrum; in epitome autem Iuliani eſt:* Datum Nonas Ianuarias, poſt Conſ. Beliſa. V. C.

a ¶ *Coarctare.* ſic ff. de alie. iudi. l. & quia ſic ff. ad Trebellia. l. ille § tempeſtiuum. ſic ff. de arbit. l. nam magiſtratus.

b ¶ *In tertio capitulo.* id eſt, tertio caſu huius conſtitutionis

c ¶ *Veneranda.* ſic ff. de iure immunit. l. ſemper.

¶ Iterū ſubſequenter no. quod tres [a] ſunt ordines magiſtratuū, quod dic: vt dicimus ſ. vt ab illu. & qui. § j. colla ii.

d ¶ *Auctoritas.* ¶ Not. pro antiquitate [b], ſiue vetuſtate: quod dic: vt ſ. de manu § in coll. j.

e ¶ *Digeſſerit* id eſt, ordinauerit.

f ¶ *Ad ſpectabilium.* id eſt, ad medios.

g ¶ *Tribunal.* vbi [c] ſedet iudex ordinarius in audiendo & iudicando: ſed Principis, vel Papæ dicitur conſiſtorium vt ſ. proxi. §.

h ¶ *Sacro.* id eſt, ſuo proprio.

i ¶ *Minimis.* ¶ Nota hic, quòd dicitur minima [d] cauſa, quæ eſt minor decem lib. auri: vt patet per ſequētia. alias autem aliter dicitur: quod dic: vt diximus ſ. de mand. princip. § ſit tibi quoque. colla iij.

k ¶ *Auguſtalem.* ſ. venire, qui moratur in illa contrata ACCVRS.

l ¶ *Cognitoris.* id eſt, principis.

m ¶ *Nulla.* ¶ Hîc not. ſecundo appellari non poſſe: vt in duobus ſequentibus. §§. & dixi ut s. eod §.

n ¶ *Emerſerit* quia prouocatio ſperatur.

o ¶ *Auguſtalis* de quo ſuperiori § proximo dicitur.

p ¶ *Cognitoris.* i. viceprincipis, qui facit cognitor eſt. ACCVRS.

q ¶ *Simili modo.* id eſt, ſine appellationis remedio.

r ¶ *Illo videlicet.* Hîc cauté nota tres caſus: aut enim appellatur à [e] ſpectabili: & tunc ad præfectum, & quæſtorem & hoc ſiue ex ſe ipſi ſpectabiles cognoſcant, ſiue ex delegatione principis: vt hic vſque illuc: *ſed à præſidibus quidem prouinciarū, &c.* Aut appellatur à clariſſimo: & tunc ad ſpectabiles appellatur: vt ibi, *ſed à præſidibus, &c.* vſque illuc, *ſi autem vel illuſ. &c.* Aut appellatur ab illuſtri delegato à principe, vel ſpectabili: & tunc ad antiquos iudices: vt ibi: *ſin autem, &c.* vſque illuc, *omnibus aliis, &c.* Si autem priuato princeps cōmitteret, tunc ad præfectum prætorio, & quæſtorem appellatur: vt C. de appel. l. præcipimus. § huic.

s ¶ *Cùm non* interpoſitum eſt.

t ¶ *Sed à minore.* ff. [a] de arbit. l. nam magiſtratus.

u ¶ *Vtroque officio.* id eſt, tam [b] ſuis officialibus, quam quæſtoris, qui ſocius ſuus erat.

x ¶ *Priuati.* ſcilicet adminiſtratione: non autem dignitate, ne contradicat ſupradictis.

y ¶ *Gradatim* [c], ſic ff. de minor. 25. l. qua etiatur. in principio. & ff. de muner. & hono. l. iij. gradatim.

z ¶ *Spectabiles.* ſcilicet clariſſimi. a Vel dic de duobus dici, ſ. ſi appelletur à præſide, qui verè clariſſimus eſt: vt C. de prima. car. l. ij. Item de iudice, ſcilicet priuato dato à principe, à quo ſi appelletur, ad ſpectabilem appellatur In vtroque ſecundùm hoc correctum eſt, quod dicitur C. de appel. l. præcipimus. § huic.

a ¶ *Referetur.* ſcilicet ad ſpectabiles.

b ¶ *Vel duces.* repete, dati ſunt à nobis.

c ¶ *Antiquo.* hic erat mos fortè, vt à ſpectabili ad illuſtrem: ab illuſtri ad ſuperilluſtrem appelletur. Sed ſecundùm C. appellatur in caſu huius reſponſ. ad principem: vt C. de appella. l. præcipimus. §. penult. Sed hoc eam corrigi per hanc.

d ¶ *Antiqua proſapia.* vt ff. de appella. vſque ad tit. de iure fiſci.

e ¶ *Anteriorum.* vt C. de appel. vſque ad tit. qui bonis cedere poſſunt. ACCVRS.

f ¶ *Vel à noſtra.* vt patet in multis legibus Iuſtiniani, quæ ſunt ſub prædictis tit. in C.

g ¶ *Cuſtodiendis.* ſiue per hanc conſtitutionē, vel per alias, quæ ſunt in hoc volumine poſt illam, inueniantur correctæ.

a Magiſtratuum ordines tres.

b Antiquitas veneranda auctoritas.

c Tribunal, & conſiſtorium differunt.

d Cauſa minima quæ ſit. [illegible]

e Appellatur à ſpectabili ad Præfectum, & Quæſtorē à clariſſimo ad ſpectabilem à delegato ad eum, qui delegauit. à priuato iudice, quē princeps dedit, ad P. Prætorio, & Quæſtorem.

a Appella[illegible] à minor[illegible] iudicibus [illegible] [illegible]

b Priuatus [illegible]

c Gradatim fit appell[illegible]

d Appellationes [illegible]

D E

a [illegible] ſuperiora [illegible] vide in noſtra editione. b Has Nouell. interpretationem in noſtra editione.

DE a PRÆSIDE b PISIDIÆ.

TITVLVS III.

Nouella conſtitutio vigeſimaquarta.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli, & patricio.

PRÆFATIO.

Nvnquam ſanè credidimus, veteres Romanos ex paruis, adeóque minutiſſimis principiis tam amplam cõſtituere rempublicam, & totum exinde terrarum orbem (penè diximus) ſibi adiungere, & premere, ac tueri imperio potuiſſe, niſi maioribus in prouincias magiſtratibus miſſis, plus ea re dignitatis ſibi comparaſſent; ſimúlque illis armorum iuxta, ac legum poteſtatem feciſſent, neque non ad vtrumque accommodatos, & idoneos habuiſſent, quos quidem Prætores vocabant: appellatione ex eo indita, quòd cæteris omnibus præirent, & præponerentur: permiſſa ſcilicet eis tam rei bellicæ adminiſtratione, quàm legum perſcriptione. Vnde & ea loca, in quibus publicè magiſtratus vel ius reddere, vel habitare ſolebāt, Prætoria appellare, & vt pleraque in rempublicam leges ex viua prætorum voce inferrentur, conſtituerunt. Ex multi prætores partim Siciliam, partim Sardiniam inſulam, partim Hiſpaniam, partim terra, marique alij aliud vel imperio adiecerunt, vel rexerunt.

CAPVT I.

¶ Hæc nos in animo reputantes, & vetuſtatem denuo maiore cum flore, & venuſtate quaſi poſtliminio reducentes in rempublicā, Romano præterea nomini dignitatē addentes, & videntes, quod duplici in aſperiores prouincias magiſtratu ad hunc vſque diem deſtinato, neuter ad plenum, ſua ſorte contentus fuerit, ſed ex ea cauſa per quaſdam noſtras prouincias, in quibus tam ciuilis, quàm militaris magiſtratus exiſtit, ſemper inter ſe rixentur, ſemper pugnent, non quò ſubditis boni aliquid faciant: ſed quò eos magis atterant, è re fore putauimus, ſi vtrunque magiſtratū tam ciuilem, quàm militarem in vnam formam contrahamus, imponamúſque denuo ei, qui hanc poteſtatem habebit, appellationem Prætoris, vt idē & militaribus copiis, quæ per prouinciam ſunt, ſecundū cognomentum antiquitus illis impoſitum præeat, & præficiatur legibus: ſi quidem & hoc initio Prætorum erat proprium, & cùm vtriuſque officij annonas habeat, vna tantùm cohorte vtatur ex centum cohortalibus (tot enim ei ſufficient) quæ Prætoriana cohors appelletur, & per probatorias conuenienter hunc procedētes conſtituatur. Ita enim dignitate plenus erit, ita latrociniis exercentib. terribilis, ita iniuſtis ineuitabilis, ſi maiore cum poteſtate omnia conficiat, & cum lex iam pridem à nobis poſita iubeat omnes omnino iudices puris vti manibus ei obtemperet, & præſtito iuramento, ſecundùm hanc res gubernet, tam armis vtens, quā ciuilia ſecundū noſtras leges ordinans. Vnde tametſi ex glorioſiſſ. Conſulib. aliquis ad hanc adminiſtrationem accedat, nihilominùs in hoc imitatio quædam priorum eluceat, qua videlicet prouincias ſortientes Coſſ. conſularéſque viri, & non multò illis inferiores Prætores, paulatim Romanorum nomen ita auxerunt, & tam amplum effecerunt, quantum nulli vnquam alij reipublicæ, ſeu imperio conceſſit Deus, id quod veteres etiam annaliū ſcriptores prodiderunt *, Inuenimus & olim Piſidarum gentem vniuerſæ illius terræ ſummum tenuiſſe imperium, & iam nunc maiore & vehementiore hanc prouinciam magiſtratu indigere (nam & maximi in ea pagi ſunt, & multi homines, & qui ſæpenumero ob ipſa publica tributa ſeditiones mouent) & prædatricib. illis, & ſanguinariis regionibus quæ ſuprà voracitatē, & quandā inſatietatē lupini capitis collocatæ ſunt, & Lycocranitarū habitaculum vocantur, hunc magiſtratum præficiendum credimus, qui iam inde ordine legitimo in eā progrediatur. Ac ſi hic magiſtratus ſub ſpecie quadā incurſionis miſceatur, componātur etiam in vnum tam militaria, quàm prætidalia inſignia, & omnes eam militares copiæ ſequantur, quæ in prouincia ſunt ad hæc tota ciuilis cohors venerando iam vocabulo appelletur, & prætoris cognomento honoretur, quis ipſum non abhorreat? quis non reuereatur, ſimul in vnum leges, & arma coire ſpectans, & indidem conditione propoſita, vt aut legibus obtemperet, ſi bono eſſe animo, & ſeruari velit, aut vt vel primo ſtatim intuitu pereat, armis in proximo leges corroborantibus?

CAPVT II.

¶ Oportet igitur, vt qui hunc magiſtratum ſuſcipit (ſemper antē gratis eum, & abſque vlla datione pecuniæ ipſi conferimus, vt & ipſe per omnia ſordibus abſtineat, & his ſolis, quæ ex publico ſoluuntur, contentus ſit; id, quod etiam prima noſtra lex dicit) iuſtè, & purè, & cum quadam aſperitate humaniter ſe erga ſubditos gerat; quemadmodum in priore lege diſpoſuimus, homicidia, adulteria, raptus virginum, omne denique maleficium prouincia expellat, & qui ea deliquerint, ſecundū noſtras leges puniat, neminē præterea maleficorū reuereatur, etſi de potentioribus ſit, neque his ſe ſubmittat, qui nullam de ſe vtilitatem; at bene nefarias de ſe occaſiones præbere poſſunt: ſed per omnia ius ipſum tueatur, & ad noſtras leges reſpiciat, & ſecundū eas iudicet, & vt ſubditi noſtri. ſecundùm illas vitam, ſuáque ſtudia inſtituant, efficiat: inſuper ad Deum quoque, & noſtri timorem reſpiciat: neque præterea quidquam omnino in animo cogitet. Item vt neque crebrò ex prouincia huc cōmeet, neq; immodicis literis nos interpellet; ſed in omnib. prior ipſe audientiam accommodet, eáque diſceptet, & memor, quantam illi dignitatis magnitudinē dederimus, ita ſe hac in re gerat, vt pro geſto magiſtratu cauſam dicere neceſſe non habeat, ſciens quòd ſi quis eo adito ius ſuum non conſequatur, cōpellatúrque hæc ad nos referre, pro eo deinceps certamen illi nobiſcum futurum eſt. Quemadmodum enim iuriſdictionis augmento ipſum honorauimus: ita rurſus ſi præter intētionem, & opinionem noſtram tradita eū adminiſtratione abuti deprehenderimus, competenti ipſum animaduerſione perſequemur, tā Deo in hoc ſubſeruiētes, quàm opem ferentes legibus, ſiue furta eum feciſſe, ſiue gratia fortè, aut inimicitiis ſuperatum, ſiue leges noſtras tranſgreſſum eſſe deprehenderimus. dum enim ſubditos iterum exigere, & his malis, quæ vſque adhuc extiterunt, mederi volumus: & magnas opes deſpeximus, & ad hanc diſpoſitionem oculos conuertere properauimus.

CAPVT III.

¶ Porro non tantùm ad hæc eum proſpicere oportet, quæ antè à nobis dicta ſunt; ſed etiam curare, vt affluens rerum copia ſit in vrbibus, ne quid ciues deficiat. Inſpiciat etiam in ciuitatibus opera, neque in hoc ſeipſos à ſe vinci patiatur, ſed & aquarū ductus, & pontes, & muros, & itinera publica refici ſtudeat: neque committat, vt exactores, qui illuc commeāt, in aliquo ſubditos noſtros prægrauent: neque iuſſiones illas, quæ improbato more fieri ſolitæ, ex thronis excellentiæ tuæ de refectione murorum, de ſternendis itineribus publicis, déque aliis plus mille cauſſis procedunt, ſuſcipiant. Omnium enim horum cauſa, & ſi aliud præterea eius generis *, nemini permittet, vt ſubditos noſtros iniuriis afficiat, neque prodibit de thronis tuis ſententia, quæ tale quid dicat: (iam enim

hoc

hoc prohibuimus; ſed ſolus ipſe omnium curam gerit. Si verò ex ſacræ noſtræ legis ſententia pragmaticam aliquam formam dirigamus, quam fortè ad tuam emittamus præfecturam, examinabit ille prius, quæ inibi à nobis iubentur. nemini autem alij omnino copia fiet deprædandi ſubditos; quò magis aliquando prouincias iterum referras hominib. iterum ſuis ciuib. efflorеſcentes, neque vndique huc confluẽtem videamus hominum multitudinem, qui propter improbitatem præſidum in ſuam patriam reuerti non audeãt. Ideòque ſancimus ne ampliùs excellentia tua Piſidicæ gentis magiſtratus pro diuiſis habeat, ſed vt vnum in ea ſit ſpectabilis Prætoris officium, quod idem & militare, & ciuile exiſtat; quod ſimiliter & publicarum, ciuiliúmque rerum curam gerat, & militib. præſit, vt & mutuo auxilio iuriſdictio ex armis vires colligat, & cohors armata condecoretur lege. Neque enim deinceps aliqua per vrbes orietur ſeditio, ſi talem de cætero virum præfecerimus, qui vtroque nobis officio dignus putabitur.

CAPVT IV.

¶ Quæcunque igitur fiſcus erogaturus eſt, ea ſecundùm ſubiectam huic ſacræ noſtræ legi deſcriptionem ſpectabili prætori, circáque ipſum verſari ſolitis præſtari iubemus. Vnde & ſacræ noſtræ appellationis notã præponi volum⁹, & qui Piſidię præſes erit, is prætor Iuſtinianeus eſto. Obtemperet autẽ illi Prætoriana cohors, ex probatoriis (vt diximus) conſtituenda quæ ſimiliter tam ciuilibus quam militarib. hominib. iuxtà, & rebus occupata ſit. Ad hæc publicorum quoque tributorum exactio hunc præſidem, cohortémq; eius reſpiciet, & omnia magiſtratus habebit inſignia, quæ etiam modò habet, ſellam ſcilicet curulẽ ex argento, ſecurim quoque & faſces; habebit etiam inter milites Ad reſponſum: adeóque & eo ipſo principatum illi inter milites, qui ibi locorũ ſunt, tribuimus, vt ipſos & pulchrè regat, & cogat in ordinem, inſtruátque, vt non ſolùm latrocinantes perſequantur: ſed etiã ſubditos inter ſe manſuetos, & modeſtos reddant, neque itẽ cõmittat, vt ſeditiones moueantur in vrbibus, aut comites quidquam ad fiſcum ſpectans diuellant: ſed ſupra omnes poteſtatem habeat, nemine prorſus excepto. Collocatus autẽ hic magiſtratus ſit in mediis, & in numerum ſpectabilium deſcriptus. Vnde quæcumque in vicariis olim, hodie in comitibus Iuſtinianeis Pacatianæ Phrygiæ, & Galatiæ primæ, item ſpectabili comite Orientis, & ſpectabilibus proconſulibus ſunt, & in hoc exiſtant: ſitque & ipſe ſpectabilis magiſtratus, & appellationes, quæ apud ipſum interponuntur, mittantur huc, & examinentur, ſicut in cæteris ſpectabilibus fieri ſolet magiſtratib us: introducanturq; in iudicium glorioſiſſ. præfectorum, in cognitionẽ cauſæ, adhibito etiam glorioſiſſimo quæſtore ſacri noſtri palatij: propterea quod tametſi is magiſtratus nonnihil in ſe habet militare, tamen quia prorſus in ciuilem, & legitimã mutatus eſt formã, ideo neceſſariò eundẽ tenere ordinẽ debet, qui pro conſuetudine iã olim obtinente in ſpectabilibus magiſtratibus obſeruatus eſt.

CAPVT V.

¶ Quoniam verò nuper ſacra conſtitutione cõſcripta promulgauimus, vt cauſæ appellationũ à ſpectabilibus præſidibus huc deuolutæ, in habitu, & ordine ſacri auditorij examinentur, ſancimus, vt ſi qua eiuſmodi cauſa emergat, ſcilicet in Piſidia dumtaxat, ex delegatione ſiue noſtra, ſiue alicuius glorioſiſſimorum noſtrorum procerum, niſi qui datus eſt iudex, ſpectabilis ſit: ſancimus, vt non ad ſpectabilem Iuſtinianeũ comitẽ Pacatianæ Phrygiæ (id quod priùs lege determinauimus) proficiſcatur; ſed ad ipſũ deferatur in ſua prouincia interpoſita appellatio, & ipſe de ea cognoſcat in habitu ſacri auditorij (cohoneſtamus etenim magiſtratum hoc etiam) & perfectam illi formam imponat non remittendã ad hanc almam vrbem, ne fortè paruis de cauſis magnas bonorum ſuorum perturbationes, & damna litigatores ſuſtineant.

CAPVT VI.

¶ Vt autẽ qui vel hoc prætoris, vel alia à nobis inuenta, & inueniẽda officia ſuſcipiunt, cognoſcant quo tãdem modo prouincias eos gubernare conueniat, viſum nobis eſt, non tantùm ſigna eis præbere adminiſtrationis in codicillis (vt vocãt) ſed etiam modũ præſcribere, ſecundùm quem prouinciam adminiſtrent (quæ quidem, qui nos antecеſſerunt legiſlatores, cõſulta quædam præſidalia appellabant) vt ad hæc intentis oculis propriam dirigant adminiſtrationẽ, pérque hanc omni ex parte ſubditis noſtris proſint. Vnde & id genus ſacra mandata iuſſimus in ſacro laterculo reponi, vt vnà cum codicillis præbeãntur præſidibus, tum iuſiurandum, quod in ſacra conſtitutione deſcripſimus, præſtantibus; tum omnia alia, vt nos ordinauimus, adminiſtrantibus. Subiicietur autem à nobis huic ſacræ legi quædam etiam deſcriptio, quæ exprimat quid ipſum, cum deligitur, præbere conueniat occaſione codicillorum officij: quid rurſum illi, itẽ adſeſſori, & circa ipſum verſari ſolitis porrigatur ex publico: vt omnibus nota facta prouidentia, quam circa officia gerimus, ille incontaminatum nobis, & vndique ſpectatum ſuum exhibeat miniſterium. Hanc ſanè legem tum ſacrarum noſtrarum conſtitutionum lectio monſtrabit (iuſſimus enim & hãc inter eas deſcribere) tum ipſe ad effectum deduces, vt perpetuò in ipſis factis reluceat, conſpiciatúrq;. Oportet Prætori Piſidiæ annonarum, & capituum, ac reliqui ſolatij titulo præberi ſolid. 360. eius adſeſſori ſoli. 72. eius cohorti aureos. 52. Rurſum pro codicillis adminiſtrationis oportet ipſum præbere ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, & laterculenſibus, ſoli. 45. eius adiutori, ſolid. 3. cohorti glorioſiſſ. præfectorum pro iuſſionibus, & omni alia cauſa, ſolid. 60.

DE PRÆTORE LYCAONIÆ.

TITVLVS IV.

Nouella conſtitutio vigeſimaquinta.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli, & patricio.

PRÆFATIO.

CVm ad prima illa principia, ex quibus Lycaonum gentem antiquarum rerum ſcriptores, & enarratores cõſtituiſſe tradiderũt, reſpicimus, & quòd maximam cum Romanis affinitatem habeat, quódque ex eadem fermè occaſione in vnum coacta ſit, maiore, quàm hactenus, magiſtratu eam exornare, iuſtum putauimus. Si quidem vſu venit, vt olim Lycaon, qui Arcadiæ in Hellade rex fuit, & Romanum ſolum incoleret, & aſſumptis quondam Oenotriis Romano Imperio daret veluti principium (dicimus autem vetera illa, quæ longo ante tempore Æneæ, & Romuli ætates præceſſerunt) & deducta in haſce partes colonia, Piſidiæ bonam partem adimeret, eíque deinde ſuũ nomen inderet, & regionem ex ſe Lycaoniam appellaret. Inde adeò iuſtum fuerit & ipſam magiſtratu adornare, cui veteris apud Romanos inſtituti ſigna, & notæ inſcribantur, & illos, qui hoc ipſam tempore regunt (de præſide ciuilis iuriſdictionis loquimur, & eo, cui armorum cura commiſſa eſt) in vnum contrahere, & prætoris appellatione decorare. Eſt enim hoc nomen quaſi iure patrio Romani imperij proprium, & ante ipſos etiam Coſſ. in ampla Romanorũ repub. vſui habitum. Nam veteres Romani ſuos Imperatores prætores appellabant, ſimulque illis præbebant, vt militaribus præeſſent copiis, & deſcriptis ab illis pare-

bant

bant legibus: & prorſus erat hic magiſtratus ex ambobus contemperatus, præ ſe ferens, & oſtentans tam in inſtruenda acie robur, quàm in ferendis legibus rectum, & decentem ordinem.

CAPVT I.

¶ Quoniam igitur propoſitum nobis eſt etiam hic vtramque adminiſtrationem in vnà contrahere, propterea optimo illi iure prætoris appellationem imponimus, vt vnà cum prætoris appellatione audientium animis inſorret ipſius quoq; magiſtratus ſubſtantia, ac natura, & quod non ſimplex ſit, neque ad vnam aliquá rem tantummodo (nempe vel arma, vel leges) reſpiciat, ſed ſimul vtrumque ad ſe munus ex æquo attrahat, quódque per copias militum vehemens, & robuſtus, per legem lenis, & manſuetus ſit: & per hanc cauſam maleficis quidem vehementiorem, probioribus verò ciuiliorem ſe, & moderatiorem exhibeat. Neque hoc ſine cauſa agimus, aut ſolam appellationem attẽdimus, ſed ex vſu, ac neceſſitate magiſtratus quoque metimur. Nam fortes ea regio viros habet, neque in vllo differt ab Iſauria in medio, vt quæ mediterranea, aprica equorum altrix exiſtens, tum multos viros, tú multos equos enutriat. magnus quoq; in ea numerus eſt magnorum pagorum, & virorum ad equitandum, ad ſagittandum, ad animos ſine negotio, & celeriter excitandos ad arma promptè tractanda, denique tam ad militare imperium fortè auerſandum, quia illorum ſtatus priuatam ipſis fortunam, & ſolis ciuilib. magiſtratib. ſubditam adſeribit, quam adhoc rurſus, *ciuile ſcilicet*, contẽnendum, quia ſoli obtemperare legi, quæ non item ſtrenuitatem quandam adiúctam habeat, audacioribus formidabile eſt, idoneorum. Hæc nos permouerunt vt hunc quoque magiſtratum, quemadmodum apud Piſidas fecimus, coadunatum redderemus, & noſtro appoſito nomine Prætoris ei appellationem inderemus. Volumus etenim & hunc prætorem Iuſtinianeum Lycaoniæ appellari, quomodo ſanè & Piſidiæ, & aliorum. Deinde vtramque etiam cohortem in vnam contrahimus, conſtituendam ex probatoris, more ſolito ex ſacro libellorum ſcrinio, ex quo olim & duciani eas ferebant, procedentibus: menſurámque illius ad centũ vſque virorum numerum extendimus, & vtriuſque magiſtratus annonas illi aſſignamus, ſed & adſeſſori, & reliquis, quæ quidem ex ſubiectis ſacræ huic noſtræ conſtitutioni deſcriptionibus clara faciemus. Habeat item Ad reſponſum, vt inter milites omnia rectè gerantur, atque ordine. adeóque & aliis eum militibus, qui per dictam prouinciam ſtationes agunt, imperitare ſancimus.

CAPVT II.

¶ Mittemus ſanè, qui id officij ſuſcepturus eſt, vnũ aliquem de probatis, & de numero noſtrorum procerum, vnde & olim prætores procedebant, ſuiſq; laboribus adornabãt rempublicam, nunc reſidẽtes in ſolo Italico, nunc proficiſcentes ad loca forenſia. At talis quidem ſemper ſui ipſius memor, & vnde illi hæc adminiſtratio acceſſerit, venerandum ſe præbeat ſubditis, horrendum latrocinantib. & maleficis, omnia maiore cum fiducia peragens. Neque dubium, quin puris vtetur manib. quandoquidem & officium gratis ſuſcipit: & alioqui lex noſtra nuper à nobis lata, omnib. omnino magiſtratibus in ipſa deſcriptis præcipit, vt manus contineant, (qua de cauſa & iuramentũ præſtant) & ſecundùm leges noſtras diiudicent, omnemque æquitatem, & iuſtitiam ſubditis impertiát. Eo pacto cum reipublicæ ſuæ ſtatum veteres Romani exornarent, omnibus aliis rebus publicis potiti ſunt. Quis enim hunc magiſtratum nõ reuereatur ſimul, & horreat, videns duplici eum forma excubias agere, tum vt quæ lex iubet, facile ordinet; tum vero ſi quid de lege violetur, vt hoc armis corrigat?

1. ¶ Quibus autem de rebus Prætorem Piſidiæ in lege, quæ de ipſo conſcripta, appellauimus; de iiſdem pulchrũ putauimus & hunc appellare. Oportet enim vt cùm vndique gratuitum hoc officium ſuſcipiat, ab omnib. & ipſe ſordibus alieniſſimus ſit, his ſolis contentus, quæ fiſcus præſtat, prout iam antè de præſidalibus officiis lata lex diſſerit: vt item in rebus gerendis ſyncerum, & iuſtum ſe præbeat, ac quomodo adminiſtrationis ratio permiſſa eſt, ita & ipſe harmoniam animi ſui nunc acutioribus & intentis, nunc lenioribus & remiſſis ſonis contemperet.

2. ¶ Odio quoque habeat, & puniat omne adulterium, ad hæc homicidium; ſed multò his vehemẽtius raptus virginum. Cæteros etiam maleficos, ſi quidem incurabili morbo laborant, citra exceptionẽ puniat: ſi verò mediocriter, ad meliorem frugem trãſponat. Inſuper neminem improbè agentium reuereatur, etſi dites, etſi maiore aliqua dignitate præditus ſit propterea enim de numero præſtãtiorum electũ ipſum mittimus, vt pro ſua potentia neceſſe non habeat cuiquam alij attendere, quàm nobis, & legib. ſecundum quas & ipſe iudicet, & ſubditos vitam inſtituere procuret.

CAP. III.

Sed neque ſocordiæ ſe dedat, neque alicui iniuriã faciat, ne eius prouinciæ homines, cui præeſt, propter iniurias illic acceptas regionem ſuam relinquant, & continuè nobis hic faceſſant negotia. Quin ipſe priùs audientiam his, quæ ad eum referuntur, præbeat, eiq; ideo propter: & vſque memor honoris, quem illi detulimus, ita adminiſtrationis laborib. ſe exerceat, vt laudem inde, & à rationib. geſti magiſtratus, reddendis, dicendaque cauſa immunitatem conſequatur. Illud certò ſciens, quòd ſi quis nos adeat referens domeſticam ſibi rem incommodis affectam eſſe, ſi quidẽ expertus apud eum, ius ſuum obtinuiſſet, hunc ipſum ſine aliquo dato reſponſo remittemus: ſi verò cùm priùs ad ipſum retuliſſet, deinde non obtento iure ſuo, ad nos decurrat, tunc non illi nos in poſterum; ſed ei, qui magiſtratu fungitur, iudicium conſtituemus. & quẽadmodum ampliorem ei honorem reddimus, ita & ſi ſocordiæ eum ſe dare, & his, quæ in ipſum cõtulimus, negligentiùs vti deprehenderimus, operam feremus legib. & conuenienti cũ animaduerſione perſequemur. & quemadmodum ille neque verba noſtra, neque leges, neque formã, & gradum magiſtratus veretur, ita neque nos ipſum verebimur, ſed perinde ei obuiabimus, vt & ipſe rerum adminiſtratione vtetur. & ſiue ſordidis eum manib. vti, ſiue ad affectam aliquẽ reſpicere, ſiue leges noſtras tranſgredi deprehenderimus, nos vigore legis ad facti ſui rationem reddendam cũ ſiſtemus. neque enim vt ſubditos ſeruaremus, pecuniis, aut quapiam aliarum rerum, quæ nobis ſupperterent, pepercimus.

CAP. IV.

¶ Oportet præterea ipſum prouidere, vt omnia rectè, atque ordine fiant in ciuitatibus: & primùm quidẽ vt ciuitates ſub ipſo collocatæ ſeditionib. careant ex omni parte æquitatem conſeruans, & ſummo ſtudio proſpiciens ne nimiũ ſubditis indulgeat. & fræno relaxet. 1. ¶ Deinde neque opera in ciuitatibus negligat, ne per hanc cauſam deminuantur vel aquarum ductus, vel ipſorum pontium tranſitus, vel murorum munitio vel cura itinerum: ſed omnia reficiat, aut ſaltem ad nos referat, vt partim ex ciuilib. ea reditibus, partim noſtra liberalitate queant reficere. 2. ¶ Neq; item cõmittat, vt exactoribus, qui à noſtris hinc proceribus cõmeant, ſit in aliquo damnũ ſubditis noſtris inferẽdi licentia, aut vt hi ſubditos noſtros grauẽt, quẽ conſuetas illas iuſſiones adferunt, quæ olim ad ſubuerſionem eorum, qui mediocriter vitam inſtituerãt, de thronis ſuis procedebant, nunc iniũgentes murorum reparationes, nunc curam itinerum, nunc imaginum, pontium, portuum aquæductuum publicorum renouationes, locorum denique publicorũ ablutiones,

& admini

& ædium quaſi in ſolo non iuſto exædificatarum demolitiones, & id genus alia magis ad nectendas calumnias expedita: ſed ipſemet hæc ad animi ſui curã reuocabit, omnia peracturus, abſq; diſpendio. Si verò nobis viſum fuerit maiore eam rem inſpectione indigere: ſacra pragmatica forma vtemur, qua ſecundùm ipſum alteri quoque hanc inquiſitionem iniungamus. Ita aliquando reſpirabunt ſubditi, ita denuo efflóreſcent ciuitates, ita qui eas incolunt, magnum incrementum capient, neque de patriis ſedibus diffugient, rerum ſuarum incolatum propter præſidum improbitatem, quaſi terriculamentum aliquod metuentes.

CAPVT V.

¶ Scire igitur oportet excellentiam tuam, quòd vnus & ſimplex hic magiſtratus, non duplex futurus ſit, vt omnia, quæ fiſcus vtrique priùs officio præbebat, ea ſecundùm deſcriptionem ſacræ huic noſtræ legi ſubiectam, tam ipſi det, quã circa ipſum verſari ſolitis, & cohorti eius, quemadmodũ & hactenus præbita ſunt. 1. ¶ Et publicorum tributorum exactio ipſi ſimul, & obtemperantib. ei prætorianis cohortalib. incumbet: habebitq; vtriuſque officij inſignia, tametſi plurima militaria ſunt, tamen & in vehiculo ſedebit argenteo, & præcedet ipſum ſecuris (nam & hoc conſulatis imperij ſignum eſt) ſimiliter & faſces ipſi cum ſolemnitate præibunt: obſeruabitq; eum vniuerſus exercitus, qui per eã prouinciã ſtationes habet, cui curæ erit, vt & latrocinia reſecet, & iniuria affectis opituletur, & ſubditos noſtros manſuetos inter ſe, & modeſtos reddat. 2. ¶ Sed neque comitibus permittet, vt ad publica tributa annuant, animúmvè adiiciãt. Sed & inter ſpectabiles ipſe collocabitur: tametſi qui eã adminiſtrationem ſuſcéperit, maioris fortè ſit dignitatis, ſi quidẽ dignatio eorũ, qui prouincias regunt, talis futura eſt, qualem nos ad quamque adminiſtrationẽ idoneã fore iudicauerimus. Ipſum verò propter imperiũ, quod gerit, conueniens eſt inter ſpectabiles numerari, inter quos & proconſules, & comites Orientis, Galatiæ, & Phrygiæ ſunt. 3. ¶ Vnde & ipſe cauſſis, quæ in eius mouentur prouincia, tam pecuniariis, quàm ciuilib. & liberalib. audiẽtiam præbebit, vti id genus magiſtratibus licet. Appellationes quoq; contra eius ſententias interpoſitas examinabunt hic ex more, qui iampridẽ in ſpectabilib. magiſtratib. obtinuit, tã glorioſiſſi. ſacrorũ noſtrorũ prætoriorũ præfecti, quàm glorioſiſſimus quæſtor (prout iam inde ab initio traditu eſt) eò quòd alter iã magiſtratus ciuilior factus ſit admiſſis legibus quas etiam in ipſã arma imperium habere volumus.

CAPVT VI.

¶ Secundùm legẽ verò nuper à nobis poſitã, ſi quæ cauſa intra prouinciã ſuã mota, quingentorum aureorũ quantitatẽ non excedat, quæ per prouocationẽ deinde à ſuo transferatur iudice, de hac non Pacatianæ Phrygiæ comes (vt priùs diximus) ſed ipſe cognoſcet, etſi ex delegatione, ſiue noſtra, ſiue alicuius glorioſiſſimorũ noſtrorum procerum cauſa alicui cõmiſſa ſit, modò propter rationes, quas nuper in cõſtitutione de appellationib. lata præſcripſimus, ſpectabilis nõ ſit: & cauſæ finẽ imponet, nõ (vt olim) poſt etiã huc mittendæ, ne ob paruas occaſiones magnorũ ea res diſpendiorum ſubditis noſtris anſam præbeat. Hęc autem & nos illi manifeſta facimus. Siquidem ſtudio habet potentia noſtra, non tantum vt adminiſtrationis ſigna eis ex codicillis (quos vocant) præbeamus, qualia ſpectabilib. magiſtratib. attribui ſolẽt: ſed etiam ex mandatis principalib. quæ veteres olim principes, & legiſlatores reſpõſi præſidib. edita vocabãt, quæ cũ nos deſcripſiſſemus, iuſſimus in ſacro noſtro reponi laterculo, vt inde ſemper vnà cum codicillis præbeantur magiſtratibus: ac hi quidẽ ipſum cõferant officium: illa verò dirigant adminiſtrãdi officij rationẽ. Cæterũ ex deſcriptione, quæ ſacræ huic noſtræ legi ſubiicitur, clarum erit tũ quid ipſum, cũ deligitur, occaſione codicillorum officij præſtare conueniat, tũ etiã quid ipſi ſimul, & aſſeſſori, ac cohorti eius è publico erogabitur. Sed & ſi quos vicinarũ ei prouinciarum pręſides circa tributariã rationẽ negligentes inueneris, nõ aliũ emittes: ſed ipſos ſpectabiles præſides fatigabis, vt vicinarum prouinciarum præſidibus, ſi ſocordiæ ſe dedãt, immineãt, & procurent quò magis ea omnibus in publicum modis inferant.

EPILOGVS.

¶ Præſentem itaque legẽ nos quidẽ ſacrarũ noſtrarũ conſtitutionũ volumini iuſſimus inſeri; ipſe verò ea ſuſcepta, omnia ex illius præſcripto agas, immortalem perpetuò beneficij noſtri memoriam præ ſe ferentis. Oportet Lycaoniæ Prætori in hunc modum præberi. Ipſi quidem annonarum capitũ, & reliqui ſolatij nomine, ſolidos 300. eius aſſeſſori, ſolid. 72. eius cohorti, aureos 51. Rurſum oportet eum præbere ſpectabilibus chartulariis ſacri cubiculi per cauſſam codicillorum, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, & laterculenſibus, ſol. 24. eius adiutori, ſol. 3. cohorti glorioſi. præfectorum pro iuſſionibus, & omni alia cauſſa, ſol. 60.

DE PRÆTORE THRACIÆ.
TITVLVS V.

Nouella conſtitutio vigeſimaſexta.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli, & patricio.

PRÆFATIO.

ILlud in confeſſo eſt, quòd ſi quis Thracum regionem nominet, ſtatim vna cum dicto virilitas quædam animum, & militarium copiarum, bellorum, ac pugnæ cogitatio ſubeat. Sunt enim illa ingenita, & quaſi patrio quodam iure huic regioni attributa. Itaq; & priùs à nobis ſuſcepta eſt cogitatio redigendi in meliorem ſtatum ea, quæ illa loca concernunt; & hoc tẽmpore de his, quæ longo iam agitauimus cõſilio, præſentem legem tulimus. Duos ſanè vicarios nomine ad longum murum ſedere omnes ſcimus, quorum alter militares cohortes regit (eſt enim magna vis militum eo in loco) alter præfectus eſt negotiis ciuilibus. At cùm ambo vices illic impleãt: hic quidem glorioſiſs. præfectorum: ille verò magnanimorum magiſtrorum militiæ, nunquam tamen inter ſe conſentiunt: ſed tametſi ſuas vnicuique fiſcus annonas ſeparatim ſuppeditat, & alia præbet ſolatia, nihilominùs vnum hoc ſibi negotij perpetuò, & indeſinenter ſumunt, vt contentiones inter ſe immortales exerceant.

CAP. I.

¶ Rectè igitur, atque ordine viſum nobis eſt hîc quoque facere, quod apud alias gentes, quanquam non ita efferas, non ita militaris cuſtodiæ indigentes, fecimus: & vt non hic quidem ciuilibus negotiis præſit: ille verò inter milites, & ſolos imperitet, vtrumque officium in vnum contrahere, & præficere ei loco grauem aliquem, & reuerentia dignum magiſtratum qui ex æquo tam ciuilia illic negotia curet, quàm de venuſto, & decenti ordine militum ſolicitus ſit. Nam qui prouinciam moderatur, is in aliis verſatur locis, vix illis ſufficiens. 1. ¶ Si verò horum locorum cuſtodia, omniúmque rerum per ea loca adminiſtratio, & in bonũ ordinem collocatio, cum etiam militia bono aliquo viro indiget, & qui idoneè tã milites poſſit excolere, quàm imperitare ex lege: quod tandem illi nomen ex vetuſtate accommodatum imponemus? aut quam appellationem amplexi, hunc gerenti magiſtratum aptabimus? an verò re ipſa manifeſtum non eſt, quòd quemadmodum Piſidiæ rector, & ſummus Lycaoniæ magiſtratus à nobis nominatus, inſtitutúſque eſt, ita & hic prætor nominabitur aſſumpto pietatis noſtræ cognomine? Nam ſi prætor Romanorum Imperatoris ſimul, & legiſlatoris locum in ſua Republica

blica tenuit: in confeſſo eſt, quod nihil perinde huius magiſtratus appellationem deceat, quàm nomen Prætoris. Si quidem & militum copias reget, & paganos ſubditos non paucos habebit, quibus ex noſtris legibus ius reddet. Denique tam ciuiles res, quàm militares in iis locis bono aliquo viro indigent. Nam & anterioribus temporibus ſemper quidam militares viri in ſummis conſtituti dignitatibus tam militarib. illic copiis præibant, quàm cæteris auxilio erant; quamuis non milites, ſed pagani exiſterent. Barbarorum enim excurſiones non mediocri opus habēt præſidio. Quæ verò illos concernant, ea committi debent vni alicui, qui ſecundùm leges ipſis præire poſſit, cùm multum interſit inter rectum, & peruerſum ordinem: & omnibus perſpicuum ſit, quòd militaris quidem res, ſit ſola & per ſe conſiſtat, vltra quàm decet, efferatur audacia: ciuilis verò niſi admiſtum habeat robur militum, infrà mediocritatem auctoritate careat: vtrunque verò ſi in idem cum altero cōcurrat, omnium perfectiſſimum, & abſolutiſſimum ſit; quódque tā ad gerendum bellum, quàm ad tuendam pacem ſufficiat.

CAPVT II.

¶ Ideoque huius etiam prouinciæ officia copulantur, & prætor hic Iuſtinianeus Thraciæ nuncupatur. Signa verò magiſtratus à nobis erunt, tam codicilli hinc procedentes in forma cæterorū ſpectabiliū magiſtratuum, quàm monita quædam Imperialia, rationem explicantia, qua prouinciæ adminiſtrationē perficiat, quæ maiores noſtri *Mandata Principis* nuncuparunt, cum quib. in prouincias proficiſcentes, qui eas ſortiti erant, inde quid facto opus eſſet, accipiebant. Atque ea res ſemper, & pulchrè excellens habita eſt, magnumq; nominis ſplendorem prætoribus addidit apud plurimas reipublicæ noſtræ gentes, & maximè Occidentales, à quibus progreſſi Romani totum (penè dixerimus) Septentrionem, & Meridiem, & multò maximā Orientis partem ſuo adiecerunt imperio. Quæ igitur in dicta à nobis lege de prouincialibus officiis ſcripta ſunt: quæ item de Prætore Piſidiæ, & Lycaoniæ diſſeruimus, vt & ipſi gratis hic deſignētur, & gratis ſe viciſſim ſubditorum noſtrorum commodis exponant: omnib. manifeſta ſunt. In vniuerſam enim iam imperij noſtri ditionem lex prodijt, & apud omnes vulgatiſſima facta eſt. Deſcriptum ſanè & iuſiurandum eſt, quo magiſtratus noſtros conuenit, cùm officia ſuſcipiunt, animam ſuam deuouere Deo, & tueri ſubditos noſtros in æquitate, & iuſtitia, ab omnib. ſordibus, inimicitiis, gratia remotiſſimos. 1. ¶ Cæterum cohortales ei non vltra centum apparebunt, habebitque tā ciuilis, quàm militaris officij inſignia. Inſuper aderit illi etiam. Ad reſponſum propter copias, quæ illic reſident, in quas plenum habebit imperium, & quiduis cum illis ad vtilitatem Reipub. & attentandi, & perficiendi licentiam. 2. ¶ Publicorum præterea per illa loca tributorū exactio totum ipſum, tum cohortem eius reſpiciet: & tota cohors Prætoria appellabitur, hinc edendis, & ex ſacro epiſtolarum ſcrinio prodeuntibus probatoriis conſtituenda: vnde tales olim probatoria Vicariana quoque cohors ferebat.

CAP. III.

¶ Curæ autem habebit, primùm quidem, vt à donis, & muneribus puras conſeruet manus: deinde vt omnem æquitatem ſubditis noſtris tam publicè, quàm priuatim exhibeat, & omnem iniuſtitiam à litigantibus depellat. Item vt milites quidem bellicis exercitationib. meliores, & alacriores efficiat, paganos verò per legē cōponat, vt iuſti, & ab omni improbitate, & malitia immunes reddantur, quò magis hi quidē ad iuſtitiam; illi verò ad virtutem, & fortitudinem progreſſus faciant: & ſi belli cauſa aliqua fiat excurſio, facillime hanc expediat, vtraque cohorte præſente, illa quidem alteri ſubminiſtrāte in iis, quæ ciuiles cohortales decet: copiis verò militarib. citra tergiuerſationem hoſtiles inſultus propulſantibus. 1. ¶ Oportet inſuper, vt etiam in cauſis, ſiue hæ pecunias, ſiue crimina, ſiue aliud quiddam concernant, audientiam præbeat, & rectè ſecundùm leges noſtras, & abſque omni affectu iudicet, ne aliqui inde excurrentes, noſtram inquietent potentiā. Neque enim volumus, vt collatores noſtri, relicta prouincia ſua, à prouinciæ præſidib. deſpecti, huc aduentent. Nam ſi poſthac nobis ab his, qui ex eo loco commeant, negotium fiet, omnino percūtabimur adeuntes, ſi ea renunciarint imperium in prouincia gerenti: ac ſi edocti fuerimus, quòd iſta non denūciarint, cum ſumma eos increpatione remittemus in prouinciam: ſi verò illi denunciarint quidem; at prouinciæ imperium gerens aut per ſocordiam omiſit, aut turpi aliqua de cauſa legum rationem non habuit, tunc omnem animi noſtri motū in ipſum conuertemus. Quēadmodum enim maiores in illū erogationes fecimus, (nimirū vtriuſq; officij) tantæq; hominū multitudini cū præfecimus, ita ſi cōpertum habuerimus, quòd indignè in hoc verſetur officio, neque remiſſè agemus, neq; mediocres pœnas irrogabimus: imò quāto ipſum altiùs in ſublimē euehimus, ſi probè ſe gerat, tāto rurſum grauiorib. eum percellemus pœnis, ſi quid contra leges deliquerit. Ad hæc nemini omnino oportet eum ſuccumbere, neq; ſi inſigni aliqua dignitate ſit præditus, neque ſi opib. abundet. propterea enim grauioribus viris, & auctoritate plenis eiuſmodi tradimus officia: ne quid neceſſe habeant remittere his, qui opib. ſuis freti, aliis velit inferre iniuriam.

CAP. IV.

¶ Curabit quoque omnia illic opera publica, neq; patietur, vt vel portus, vel muri, vel pontes, vel itinera, vel denique alia vitium contrahant: ſed ipſe, quæcumque ex ciuilibus reditib. poſſunt refici, ea procuret: ſi quid verò ex his maiore cura indiget, id per ſuggeſtionem ad nos referat *, & rationes conficiantur, prout iam à nobis lege ſancitum eſt. Neque enim volumus, vt qui ſolitas haſce negotiationes, itē aquarum peruestigationes, & hortorum, murorum, imaginum, aliorúmque id genus reparationes (quæ quidem omnia olim abrogari placuit) exerceant, hi à præfectura, quam moderaris, mittantur in prouinciam: ſed ipſe peruestiges ea, quæ fieri debeant, & ſecundū conſtitutionem noſtrā rationes illos faciat edere. 1. ¶ Quòd ſi nobis placuerit alium ad hoc dirigere, per pragmaticas formas id efficiemus, quæ (ſi ita viſum ſit) ad tuam deferantur præfecturā. Nam vt ſubditos noſtros eripiamus, & liberemus diſpendiis, propterea & magnam pecuniæ vim (vt ex parte vel ipſe noſtri) deſpicimus, & ita amplis annonis tam præſides, quàm cohortes, & circa illos verſari ſolitos conſolati ſumus, ne per egeſtatem fortè, aut eiuſmodi aliquid, parum decentib. factis occupentur; ſed inſigni dignitate præditi, & de amplo Senatorum ordine ſint, & ita cum Dei, & noſtri memoria verſentur in prouinciis. Quæ ſi nullo vnquam pacto memoria neque huic exciderint, per omnia ſeipſo pulchrior futurus eſt. 2. ¶ At ſi veteres Romani cōſularib. tantum, & prætoriis viris prouinciarum adminiſtrationes demandarunt, neque nos alienum à bonis moribus faciemus, ſi talib. eas tradamus, qui exactorum hinc in prouincias tendentium, & præter rationem collatores noſtros damnis inuoluere tentantium violentias reprimentes, huiuſmodi neceſſitatem queant reſoluere. Damus etenim ei & curioſiùs iſta indagandi, & prohibendi, & ad nos per ſuggeſtionem nunciandi facultatem, & vt partim ipſe per ſe ea corrigat, partim celeriùs ad noſtram referat notitiam: vt ſi qua in re imbecilliores ſunt, ibi vires creſcant, & ſuppleantur ſcientiæ, & iuſſionis noſtræ acceſſione. 3. ¶ Hæc etiam in ſacris ipſos admonebimus mandatis, quæ vnà cum ſignis magiſtratus tradēmus, vt memores iuramentorum, quæ præſtant, & monitorū, quæ illis dabimus, prout nos noſtrimq; de

illis meretur iudicium, & propriam exornent vitam, & traditum gubernent officium, dantes illis (vt dictũ eſt omnem poteſtatem, vt tam in pecuniariis, quàm criminalibus, & omnibus denique cauſis iudicent, & appellatio apud ipſos interpoſita ad glorioſiſſi. noſtros præfectos, & glorioſiſſimum decurrat quæſtorem: qui cauſſæ communem præbeant audientiam ſecundùm formam earum cauſarum, quæ in ſacrum introducuntur palatium. Si quam verò cauſam minorem quingentis aureis per ea loca prouocatione ſuſpendi contigerit, & ſi ex delegatione vel noſtra, vel iudiciaria ſit, neque is, cui ea cauſa delegata eſt, ſpectabilis iudex ſit, vt ex illis locis appellatio ad ipſum procedat, eámque audiat in forma ſacri palatij. Ornamus enim officium eius hoc etiam modo, & æqualem conſtituimus ſpectabili comiti Orientis, & proconſulibus & comitib. Phrygiæ, & Galatiæ, vt & ipſe in nullo ſit * hac noſtra lege, quæ clariſſimi prouinciæ * deminuit, quæ quidem propria legum ſunt: hoc ſcilicet demandatam ſibi à nobis ſolicitudinem in illis partib. in quib. conſiſtit, implente. 1. ¶ Subſicietur item à nobis huic legi deſcriptio, quæ cõmemoret & quid ipſum erogare pro codicillis magiſtratus, & quid ipſum, circáque ipſum verſari ſolitos rurſus auferre ex publico conueniat titulo annonarum, quas etiam ſolas, ipſos omni alio extra hanc cauſam loco abſtinentes, accipere permittimus. Propterea enim per maiores erogationes ampliores eos efficimus, vt & ipſi ſubditos noſtros vndique conſeruantes, & iuramentorum, quæ præſtare ſolent, memores, ipſis hanc nobis factis remunerationem reddant. Atq; hanc ſanè præſentem legem habebit quidem legum volumen: ſed thronus tuus ſuſcepeam eam, & memoriæ mandatam perpetuo cõſeruet in opere. Oportet autẽ prætori Thraciæ annonarum, capituũ. & reliqui ſolarij nomine præberi ſolid. 200. eius adſeſſori, ſolid. 72. eius cohorti, aureos 52. Occaſione verò codicillorum præbere oportet eum ſic: ſpectabil. tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſoli. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, & laterculenſibus, ſoli. 24. cohorti glorioſiſ. præfectorum pro iuſſionibus, & omni alia cauſa, ſolid. 40.

DE COMITE ISAVRIÆ.
TITVLVS VI.

Nouella conſtitutio vigeſimaſeptima.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſ ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli, & patricio.

PRÆFATIO.

QVod quibuſdã ante nos Imperatoribus, vt in Iſaurorum regione facerent per imaginem, & figuram in mentem venit, id nos re ipſa iam per ipſam operum efficaciã tam in Galatia prima quàm Pacatiana Phrygia confecimus, vicarij officio (vt priùs appellabatur) cum ciuili adunato, & vna vtrinq; cohorte cõſtituta, & ipſis (vt oportuit) exornatis, neque non vtrique pro vetere appellatione comitis nomine impoſito: vt ille quidem comes Galatiæ primæ nuncupetur: is verò nominetur comes Pacatianæ Phrygiæ, vtramque horum ipſorum noſtro cõcomitante cognomine.

CAP. I.

¶ Idémque hoc & in Iſaurorum prouincia præcipimus. Neque enim volumus, vt qui de cætero in hoc cõſiſtit officio, duplicib. vtatur codicillis, & ſigna capiat ciuilis etiam poteſtatis, & duplex nomen circũferat, cùm res planè ſit eadem: ſed iam inde vt vnitũ officium habeat, ſtatuimus, quod ipſum & armis prouideat, & publica in ſe recipiat, omnia ſub ſe continẽs, & vna cohorte vtẽs, quæ Comitiana appelletur: & ſuæ militiæ probatorias ferat ex ſacro libellorum ſcrinio. Obueniet autẽ omnino & is magiſtratus gratis, neque quidquã exhibebit, numerabitq; pecuniæ. Et vt ipſe quoque puris vtatur manibus, quemadmodum reliqui, ad ipſum nuper à nobis editam legem trãſmittemus. Sed præter codicillos, qui & ipſum inter ſpectabiles adſcripſerunt, dabimus ei ſacra etiam præcepta, quæ mandata Principis * illata, ex quibus intelliget quæ ſingulatim ad eius pertineant ſolicitudinem tam in publicis omnibus, quã priuatis contractibus. quidquid præterea venuſtum, & decorum eſt, ne quid fiſcus ſentiat diſpendij. & ſimpliciter quæcũque ipſum facere conuenit, ex iis illi manifeſta fient.

CAPVT II.

¶ Hoc vnum ſciat, quòd & ipſe inter ſpectabiles magiſtratus collocatus eſt, & appellationes apud illũ interpoſitas glorioſiſſ. ſacrorum noſtrorum prætoriorum præfecti, tum etiam glorioſiſſ. quæſitor noſter audient, quemadmodum & Auguſtalis, & Proconſulis, & trium prætorum nuper à nobis in Piſidia, Lycaonia, Thracia inſtitutorum, & inſuper Comitis Pacatianæ Phrygiæ, & Galatiæ primæ. Quòd ſi qua in Iſauria cauſa minor quingẽtis aureis ſit, & poſtea per prouocationem ſuſpendatur, huic & ipſe audientiam accommodabit in forma ſacrorum auditoriorum. Nam & hoc illi concedimus, dignitatis illi pleniorem magiſtratum in hac etiam parte efficientes.

EPILOGVS.

¶ Tua igitur excellentia ad prædictorum magiſtratuum imitationem, ea quoque, quæ hunc concernũt, conſtituat. Subiiciemus enim & deſcriptionem huic noſtræ legi, declarantes, quid ipſum, cohortémque eius, & eius adſeſſorem ex publico ferre: quid item nomine codicillorũ magiſtratus, dare conueniat. Agnouerint qui hoſce à nobis nuper ad nouam pulchritudinem redactos magiſtratus ſuſcipiunt, quòd & pecunias, quæ continuè pro officiis offerebantur, omnino recuſare, & quæ non prouenerant, de noſtro tam ipſis, quàm ipſorum adſeſſoribus dare, & cohortibus largiri; quæ ab aliis ablata erant, & ipſis præſidibus maiora adſignare ſolario ſuſtinuimus in hoc tantùm, vt vndique ſubditos noſtros immunes à diſpendiis conſeruemus. Quòd ſi quos vicinarũ illi prouinciarũ præſides negligentiùs agere circa tributa publica deprehendas, non alium emittes, ſed ipſos ſpectabiles magiſtratus fatigabis, vt vicinarum prouinciarũ præſidibus, ſi ſocordiæ ſe tradant, immineant, & efficiant, vt omnibus hæc modis inferant, quòd magiſtratus multo pulchrior ſit, & præſtantior, quàm dudum. Oportet Iſauriæ comiti pro annonis præſtari ſolid. 200 eius adſeſſori, ſolid. 72. cohorti eius, aureos 52. Oportet item ipſum præbere occaſione codicillorum ſic: ſpectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum, & laterculenſibus ſol. 24. cohorti glorioſiſſ. præfectorum pro iuſſionib. & omni alia cauſa, ſol. 42.

DE MODERATORE HELENOPONTI.
TITVLVS VII.

Nouella conſtitutio xxviij.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni præfecto prætorio.

PRÆFATIO.

QVod pulchrè, & longo antè tempore cõcinnatum, adunatumq;, & in ſua iam firmitate compoſitum extitit: id ſanè nouare, aut diuidere abſque rationabili cauſſa, confirmati, validique imperij non eſt. Neque enim in verborum multitudine; ſed in vero, & iuſto rerum effectu robur imperij collocandum eſt. Et tamen circa duos illos (vt vocant) Pontos, nempe Helenopontum, & Pontum Polemoniacum, tale quiddam factum eſſe didicimus. Cùm enim ſub vnum antea præſidem ordinata eſſet prouincia, duo conſtituti ſunt: neque publica id neceſſitate exigente, neque alio aliquo rationabili

prætextu

pertextu ſubſiſtente, quem expeditè aliquis, & facilè inueniat. Adeoq; amplum eius facti teſtimonium res ipſa præbet, cùm in hodiernum vſque diem vno tantùm publicorum tributorũ, & diſpoſitionũ tractatore vtraque vtatur prouincia. Ac ſi quis vrbes, quæ per vtramque ſunt, enumeret, vix vnius prouinciæ iuſta, & ſufficiens menſura reſultet, ſi modò Helenopontũ quidẽ octo vrbes implent, hoc eſt, Amaſia, Ibora, Euchaita, inſuper & Zela, & Andrapa, & Ægæum ad climachas, hoc eſt gradus ſitum, Sinopa, & Amiſus antiquæ vrbes; ſed & Leontipolis, quæ & ipſa iam inter vrbes numeratur: aliæ verò quinque Polemoniacum Pontũ continent, Neocæſarea, & Cõmana Trapeſus, & Ceraſûs, & Polemoniũ. Pitius enim, & Sebaſtopolis inter caſtra potiùs, quã vrbes numerandæ ſunt: vt intra hoſce terminos vterq; Pontus cõſiſtat. Poſt quos iam noſtra conſtituta eſt Lazica, in qua vrbs Petræon eſt, quæ noſtro beneficio & eſſe, & nominari vrbs cœpit, quã quæ noſtræ pietatis nomine vtitur, & Iuſtinianea appellatur. Archæopolis quoque, & Rhodopolis maxima, & antiqua caſtra: in quibus plenè etiam ea caſtra ſunt, quæ nos à Perſis recepimus, Scandias, & Sarapanes, & Muriſios, ac Luſieros: & ſi quid aliud præterea à nobis Lazis elaboratum eſt. Hanc deinde Tzanorum regio excipit, ſub noſtro nunc primum Imperio Romanorum ditioni adiuncta, quæ & ipſa vrbes partim nuper factas ſuſcepit, partim mox futuras ſuſcipiet. Poſt iſtam aliæ item gentes conſiſtunt, Suani, & Scymni, & Apſilæ, & Abaſgi, & aliæ, quæ omnes (permittente Deo) vel noſtræ, vel ſociæ ſunt.

CAPVT I.

¶ Sed ad iſta quidem nos de his locis inſtituta oratio detulit: nũc autem denuo ad Pontos, & illorũ vnitionem reuertamur. Ambos enim illos locos, tredecim comprehenſos vrbibus, iterum nunc in vnam prouinciam contrahimus, aſſignantùque ipſis tam veterem vnitionem, quàm modernam appellationem. Namque ab omnibus Helenopontus nuncupetur, quod illi nomen à pientiſſ. principe Conſtantino impoſitum eſt occaſione honeſtiſſ. ſuæ matris, Helenæ ſ. pientiſſ. mulieris, quæ nobis etiam ſacrum Chriſtianorum ſignũ inuenit. Vetus enim illud nomen Polemonis, quo plerique in ponto tyranni vſi fuerunt, deinc quieſcito: primùm, quia tyranni extitit: ſecundò, quia vrbem de ſuo nomine appellatam habet, ſ. Polemonium: tum etiam, quia pulchrius fuerit, regiones Chriſtianorum, & regum nominibus deſignare, quàm his, quæ polemi, hoc eſt, belli, & tumultus præ ſe notionem ferunt.

CAPVT II.

¶ Omnes autẽ illæ tredecim vrbes vnius ſunto prouinciæ, vt tamẽ neq; alterutri in iis metropoli (Amaſiæ ſ. & Neocæſareæ) metropolis nomen detrahatur: & Dei amantes earum epiſcopi, metropolitani quidẽ in hac vrbe: qui verò ſub metropolitanis collocati ſunt, ab his, qui metropoles ſub cura ſua habent (vt hactenus in more fuit) ordinentur. nihil enim circa ſacerdotium illarum innouamus, cùm multas eiuſmodi inſtitutiones inter Dei amantiſſimos epiſcopos exiſtere, tam vetuſtũ ſeculũ, quàm quod per nos modò exornatur, nouerit. Et cum imperio quidem inducitor illis vnus vtriuſque prouinciæ præſes cognomento Moderator, quem quis vulgari lingua vſus Harmoſten appellet; quandoquidem & moderatoris nomen vetuſtum eſt, Romanáq; amplitudine dignum: & ipſe Harmoſtes quidam olim magiſtratus erat, qui è Lacedæmone hinc inde per omnem eius ditionem dirigebatur.

CAP. III.

¶ Vnde qui id officium ſuſcipit, Moderator Iuſtinianeus Helenoponti nominator: obtemperantóque illi per eam prouinciam ſtationem agentes militares copiæ. Habeto etiam Ad reſponſum: cuiuſcunque conditionis homines omnes ſe illi ſubmittunto ſine vlla prærogatiua priuilegij. Audientiam quoque præbeto in cauſis tam pecuniariis, quã criminalibus & aliis: minimis quidẽ, ſine ſcripto, & gratis: maioribus verò, licèt ſcriptis interuenientibus eo tamen ſumptu, quẽ ſacra noſtra preſcribit conſtitutio. Item qui hunc magiſtratum ſuſcipit, is vtriuſq; officij annonas ferto, ſurgentes vſque in ſeptingentos vigintiquinque aureos: vnáq; vtitor cohorte, & publicorum tributorũ decurſio, & periculũ idem, & cõmune eſto tam contra eũ, qui officiũ obtinet, quã contra cohortẽ: quãdoquidem & ipſa in vnam coibit formam: & inter ſe conglutinabitur, quemadmodũ is ordinauerit, qui ſupra prouinciã poſitus eſt. Sed & magiſtratus adſeſſor ſeptuagintaduos ex publico aureos capiet: & cohors ex ambabus prioribus vna facta, quadringentos quadragintaſeptem aureos feret, & tremiſſem.

CAP. IV.

¶ Inſuper qui hoc fungitur officio, neque vicarios in locum ſuum per vrbes dimittet: (obſeruabitur enim & id, quemadmodũ in ſacris noſtris continetur mandatis) ſed ipſe oberrando vrbes luſtrabit, nullis omnino lege, aut ſacra fortè pragmatica forma prohibendus, tametſi præcedens tempus tale quid iuſſerit. Stationáq; aget vbicũque illi viſum fuerit, vel in vna metropoleon, vel aliis vrbibus, ſi modò ad eius ſuſtentationẽ vrbs per omnia ſufficit, ſordium ipſe & lucri abſtinens, omniáq; citra incolarũ diſpendium gerens. Nã neque ipſe, neque cohortalis, neque miles ipſum comitatus à collatoribus aliquid capiet, aut gratis ſumptum faciet, aut etiam collatores noſtros vel ipſe atteret, aut comitantes ipſum milites hoc ipſum agere permittet. hoc etenim & ipſum pars eſt noſtrorum mandatorum Ipſe certè ſacramenti memor, quod præſtitit, & quòd gratis officium ſuſcipit, quódq; tam magnũ annonarum incrementũ meruit, nunquam quidquam ſubit accipere, niſi magna id cum pœna velit fecit facere: neque vt cohors per eiuſmodi occaſionem tale quid vel exigat, vel oblatum accipiat, permittens. Et niſi procurauerit, vt miles ipſum annonis ſuis contenti ſequantur, neque ipſe iuſtam indignationẽ effugiet, irrogatumq; ab ipſis damnum compelletur ex eorum annonis exigere, & hoc collatoribus ſarcire. 1. ¶ Propterea certè maiores hoſce magiſtratus, auctoritatiſque pleniores tam multitudine apparitorum (centum enim illum cohortales habere volumus) quàm dignitatis magnitudine (ſiquidem ſpectabilem illi magiſtratum efficimus) eſſe volumus, vt neceſſitatis tempore amplioribus vtamur magiſtratibus, & qui noſtris ſubſeruire poſſint iuſſionibus. Quid enim facerent hi, qui vetere forma præfuerunt prouinciis, qui cùm paucas circa ſe haberent, pauciſſimis ipſi imperitabant, modicáq; admodũ ferentes è publico, plurima dantes, rapere cogebantur, & vnum hoc habere ſtudio, vt ſequentibus & vndique ipſis imminentibus creditoribus occaſione pro officio datorum nonnihil gratiæ referrent, & beneficij? Quibus rebus noſtros conſueuerunt auctionari ſubditos, impios iuſta, & periculi plenos ſibi reditus conquirentes. 2. ¶ Harum nos rerũ indignitas permouit, vt non ſolùm exinde prouenientibus lucris renũtiaremus; ſed & de noſtro magnos inſuper ſuſtineremus ſumptus: & ſi quib. ſpecies aliqua magiſtratus interueniſſe pretio à prædeceſſorib. noſtris tradita eſſet, adhibita id medicina curaremus: atque hoc genere tributi collatores noſtros redderemus liberos, & officia ſuſcipientib. de noſtro ſolatiũ introduceremus, quò magis hos quoq; libertatis participes efficeremus. Siquidẽ in parato nobis eſt, Deo (vt apparet) talia largiente, vt non ſolùm Afros, & quæ ibidẽ gentes ſunt, libertate donemus, ſed etiã vt eos, de quibus in meditullio quodammodo noſtræ reipublicæ ſingulis fermè annis noua auctio inſtituebatur, neque ta-

men dabatur ſub eiuſdem manere imperio, huiuſmodi diſpendio, & turpitudine liberemus. Hác nos gratiam Deo referendam putauimus, qui Imperij nobis coronam impoſuit, qui communi omnium calculo per patrem noſtrum purpuram nobis donauit, qui denique tot, tantáſque in nos liberalitates explicuit, quantas nulli maiorum noſtrorum vnquam dedit.

CAPVT V.

¶ Oportet igitur, vt qui ad hoc officij accedit, ſciẽs, prudẽsq; quàm multis hominibus, quàm multis præſideat vrbibus quàm venerandus item futurus ſit, mutata dignitatis forma ex Conſulari, & Correctoria in maiorem magiſtratum, & ſpectabilem, per omnia ſubditis parcat, & indemnes ipſos tueatur, puris etiam vbique vtatur manibus, & publicum augeat, ad eiúſque commoda omnẽ referat prouidentiam: priuatim quoque ſordibus & muneribus abſtineat: & ciuitatibus publicè ſimul, & priuatim ſua iura decernat, oberrando eas perluſtret, & iis medeatur: nihil lucri cauſa faciat, neque paruum, neque magnum; ſed bonũ, & memorabile nomen appetat, & diligenter, ſanctéque per omnia datum iuſiurandum obſeruet; in omnibus deniq; gratioſum ſe nobis exhibeat. 1. ¶ Cauebit verò etiam, ne quod præcipuè in Põto committi ſolet, eius rei cuipiam facultatem det, vt nempe titulos imponat prædiis*, vel alienis ædibus. ſiquidem hoc ſolummodo fiſci proprium eſt, & regiarũ domuum tã noſtrarum, quàm pientiſſimæ Auguſtæ. Si verò ſub alterius appellatione tabulas, ſiue titulos impoſitos deprehenderit, tam ipſas protinus detrahet, quàm eum, qui illas affixerit, peruestigabit. At ſi quidem is, qui ſe rei dominum eſſe dicit, hoc fecerit, exemplo illius rebus publicos imponet titulos; priùs his titulis, quos ipſe appoſuit, ad caput eius impactis, confractiſque. Si verò alienarum rerum procurator fuerit, tam titulos (vt diximus) ad eius caput confringet, quã modicis etiam tormentis eum ſubiiciet, quò magis hæc perdiſcens* perſonæ conuenit cognoſcere, quod neque ipſi per ſe, neque per certos ſatellites, aut per eos, qui in hoc aſſumuntur vt explendæ eius auaritiæ ſatagant, ſubditos iniuriis afficere liceat.

CAPVT VI.

¶ Conſimiliter oportet, vt ipſe ſpectabilis Moderator latrocinia exercentes, & habendi ſtudio alios defraudantes, mulieres denique, bona, iumenta, & eius generis alia rapientes reprimat, quò incontaminatum ius conſeruet, & nos rectè hoc videamus cepiſſe conſilij; neque quibuſdam per prouinciam graſſantibus, ipſis verò eius facti vindictam non repetentibus pœnitentia nos inceſſat, quòd latrunculatores, & violentiarum repreſſores ceſſare fecerimus. propterea enim illi etiam milites ſubmiſimus, vt illorum manu inſtructus, difficiliùs queat ab inſultantibus expugnari.

CAPVT VII.

¶ Hæc nos illi ſtrictim, & ſub compendio commendata eſſe volumus. Nam quæ per partes gerenda ſunt, ea manifeſtè perſpiciet tã ex lege, quàm cũ magiſtratus ordinaremus, in cõmune omnibus deſcripſimus, quàm ex mandatis principalibus, quibus illi datis explanabimus quomodo magiſtratum diſponet, tractabitque. Atque hæc agens, non ſolùm nobis ingratus non erit; ſed etiam Deo ſimul, ac nobis animam ſuam deuouebit, & pro magiſtratu deniq; bene geſto bonam remunerationis ſpem concipiet. Subiicietur autem & quædam recenſio huic ſacræ noſtræ legi, per quam clarum fiet, quid ipſum, & aſſeſſorem, cohortémque eius ex publico percipere; quid item ipſum pro codicillis magiſtratus præbere conueniat: vt edoctus quãta in ipſum conferatur liberalitas, & ad quãtam moderationem impenſa pro codicillis ab ipſo facienda redacta ſit, rebus, vt æquum eſt, & rectè vtatur, maiorum inſuper gentium & plurium hominum imperium ſperans, ſi his, quæ in manibus habebit, conuenienter vtetur.

CAPVT VIII.

¶ Porro damus huic quoque, vt appellationes in ſpectabilium magiſtratuum forma ab ipſo huc tranſmiſſæ tam apud glorioſiſſim. præfectos, quàm glorioſiſſ. noſtrum quæſtorem vice ſacræ conſultationis diſceptentur. At ſi quæ cauſæ minores quingentis aureis apud aliquos in ſua prouincia motæ (tametſi ex delegatione fortè) non tamen apud ſpectabilem actæ, per prouocationem ſuſpendantur: tunc & in hoc gratior, venerabiliórque factus, augmenti à nobis in ipſum collati meminerit, & ita in rebus gerendis verſetur, vt omnibus ſubditis, & nobis ipſis, & ante nos Deo ſimul, ac legi irreprehenſibilem ſe præbeat.

EPILOGVS.

¶ Hæc igitur omnia pernoſcens excellentia tua, & tam magnas illi annonas addat, & ita amplæ eum dignitatis effectum ſciat, vt floris, & dignitatis iam nunc nobis illi traditæ cupiditate multis hunc conſequi meritò affectabile ſit.

DE PRÆTORE PAPHLAGONIÆ TITVLVS VIII.

Nouella conſtitutio vigeſimanona.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni præfecto prætorio.

PRÆFATIO.

Paphlagonum gens & antiqua, neque ignobilis olim extitit: in tantum quidem, vt & magnas colonias deduxerit, & ſedes in Venetiis Italorum fixerit, in quibus & Aquilea omnium ſub Occidentem vrbium maxima, & quæ multoties cũ ipſis etiam regiis certamen ſuſceperit, condita fuit.

CAPVT I.

¶ Hanc ſanè Paphlagonum gentem Honorij pientiſſ. principis temporibus demonſtrationem paſſam, & aliquot amiſſis vrbibus nulla vtili de cauſa veteris illius contentionis, & rigoris remiſſionem amplexam, nos denuo ad priſtinam formam reducendam eſſe, ipſam quoque Paphlagoniam ad inſtar vnius ciuitatis redigendam, & quæ in duobus iam Pontis fecimus, eadem putauimus & in ipſa conſtituenda: vt qui harum gentium adunatum imperium, & vnum ex duobus prioribus (nempe Paphlagoniæ, & Honoriadis) ſactum tenet, is prætor nuncupetur, (quod nomen & ipſum Romanum eſt, & prouinciarum rectoribus accommodatum) & vna vtatur cohorte ex duabus prioribus conglutinata, quam & centum virorum numerus ſupplebit. Imminebit autem omnino hic quoque tributis publicis exigendis, tam quæ Paphlagones, quàm quæ Honoriadas olim incolæ pendebant. Præterea omnibus ex æquo vrbib. prouideat, quas vtraque priùs habuit prouincia, hoc eſt, in Honoriade quidem Pruſiadi, Cratiæ, Hadrianopoli, Tio, Claudiopoli, & Heracleæ. Tametſi enim ex ipſis quædam, vt Pruſias, Heraclea, & ipſa prouinciæ metropolis, & caput, Claudiopolis ſcilicet, ex Bithynia priùs illi adſumptæ ſunt: tamen ex quo ſemel eò tranſmigrarunt, magnæ curioſitatis eſſe putauimus, denuo ipſas ad Bithynos reducere, & veterẽ perturbare ordinem. Vnde hæ ſelectæ vrbes, & in Honoriade priùs exiſtẽtes, erunt iam nunc & ipſæ pars Paphlagoniæ. Inter ipſos verò Paphlagonas iuriſdictionem habebit in alias ſex vrbes, quæ iam inde ab initio ad eam prouinciã pertinent, nempe Germanicopolin, Gangram, Pompeiopolin, Dadybros, tumulos Amaſtridis, & inſuper Ionopolin. Et duodecim omnino totius prouinciæ vrbes erunt quantum ad præſens inſtitutum.

Cæterùm

Cæterùm circa ſacerdotia nihil innouamus; ſed metropolitani, qui olim ſacerdotia hîc ſuſcipiebant, tam in eodem manebunt ordine, ipſorum ordinatione quo ad locum non mutanda; ſed ab huius almæ vrbis beatiſſimæ patriarchis ordinandi, quàm quos ſub ſe poſitos hactenus ordinarunt, eos & nunc ordinantes, non de illis inter ſe diſſideant, non confundantur. Et vna de cætero fiet prouincia, plures habens metropoles, id quod & in aliis quibuſdam noſtris exiſtit prouinciis

CAPVT II.

¶ Enimuerò qui totius prouinciæ imperium tenet (appelletur autem tota prouincia, quemadmodum & antè, Paphlagonia) etiam oberrando vrbes luſtrabit, nulla id factum prohibente ſacra forma, olim fortè ad talium prohibitionem compoſita; ſed neque vicarios in locum ſuũ hinc inde per vrbes dimittens. Omnino enim hoc ipſum prohibemus: ſiquidem turpe eſt, vt quandiu ipſe in prouincia ius reddit, interim alteri quoque vices ſuas contra legem committat. Sed ipſe omnia diſpenſabit, & publica tributa ſumma cũ animi promptitudine profligabit, neque plus, neque minus exigens: iuſtitiæ præterea conſentaneam æquabilitatem retinens, ſimul prouidentiam adhibebit, vt ſi quid dãni fiſcus acceperit, id corrigat: ſimul vrbes illæſas tam publicè, quàm priuatim conſeruet. Annonam quoque, quam vterque priùs magiſtratus habebat, ſurgẽtem in ſeptingentos viginti quinque aureos, capiet: tum adſeſſorem habebit, qui ſeptuaginta duos ferat aureos: & cohortem vnam ex ambabus compoſitam procedentem vſque ad centum virorum numerum, & quadringentos & quadragintaſeptem aureos, & tremiſſem percipientem è publico. Cùmque gratis officium ſuſcipiat, gratis item hoc ipſum obeat. Nos enim in hac quoque parte ſubditos noſtros redimemus, & * his, quæ ex conſuetudine per occaſionem ſuffragij (vt vocant) ferebantur, dabimus ipſi, hoc nimirum per thronum tuum erogantes ex publicis eius prouinciæ tributis: neque patiemur, vt ſub ſpecie, & velamento auctionis ſubditi noſtri in ſeruitutem adigantur. neque enim nos, qui deceſſorum noſtrorum collatores à Barbaris ereptos, ad veterem libertatem reduximus, committemus, vt qui nobis ipſis ſemper addicti fuerunt, aliis ſeruiant: quin potiùs Deo, qui multis per nos gentibus libertatem elargitus eſt, ſubditorum noſtrorum vſque nouis auctionibus oppreſſorum libertatẽ (quoad eius fieri poteſt) quaſi donarium aliquod offeremus: neque oblædentes eos, qui iam accipiunt (introducemus enim ſolitam illis ad hoc ſecuritatẽ) neque item permittentes, vt datæ pro officio pecuniæ nomine magiſtratus quaſi mancipium aliquod ſubditos noſtros à vendentibus coëmant, & reuendant iniuriã inferentibus. Eſto igitur inter Pontici tractus prouincias & hæc vna, duplex antea (haud ſcimus qua de cauſa) facta: appellabuntque (vt diximus) eum, qui prouinciæ præerit, Prætorem Paphlagoniæ Iuſtinianeum: Licebit autem Græca ipſum lingua etiam Strategum appellare.

CAPVT III.

¶ Præterea ſemper illi in memoriam rediges iuſiurandum, cuius interuentu officium ſuſcipiet, vt puras manus neque turpi lucro ſordidas habeat, vt fiſci cõmoda iuſtis, & vndique inculpatis acceſſionibus augeat, vt ſubditis noſtris æquitatem, & iuſtitiam impertiat tam in cauſis publicis, *quã priuatis*, ſiue cõtrahant, ſiue iudicio inter ſe contendant. Vrbes autem abſque læſione ſubditorum luſtrabit, vt neque ipſe, neque adſeſſor, neque quod ipſum ſequitur famulitium, ſiue ex militibus, ſiue ex cohortalibus, ſiue ex ſeruis, aliquid lucretur, aut gratis ſumptus faciat. Oportet enim vt tam ipſi ex iis annonis, quæ porrigũtur ipſis è publico, ſumptus faciſe, cum conuenieute mediocritate agentes vitã quàm milites, qui ipſos comitantur, cognoſcant, quòd ſi non ſuis contẽti annonis iter faciant, ſed collatores noſtros auſi fuerint tentare iniuriis, aut dãnis inuoluere, aut gratis ſumptus facere, collatoribus indemnitas futura eſt ex ipſorum annonis per eũ, qui magiſtratu defungitur, vt ipſe tã eas repetat, quã etiam ex illis ſuo periculo collatorib. indemnitatem aſſerat.

CAPVT IV.

¶ Atque hæc ſanè lex nobis de Paphlagonibus poſita eſto, honoratiorem illis magiſtratum efficiens, vt qui inter ſpectabiles numeretur, præbens ipſi auctoritatem tam in prouinciales milites (quatenus tamen iuſtè eis præcipiat) quàm etiã contra alios, nullis eius prouinciæ hominibus priuilegio vti queuntibus, ſiue maiores, ſiue minores, ſiue etiã procurationi rerum ad potentes homines pertinentium præfecti ſint. Certè quod facilè per ea loca admittitur, huius rei excellẽter curam geret, ne cõmittat, vt aliquorum prædiis tituli apponantur vllum aliud nomen habentes inſcriptum, quàm vel fiſci, vel regiarum domuũ. ſed ſi quid tale factum deprehendat, eos quidem titulos e veſtigio detrahet: fiſci verò nomine prorſus alios titulos prædiis eius, qui talia delinquit (ſi præſẽs hæc faciat) imponet, priùs detractis titulis ad illius caput confractis. Si verò abſens ſit, prædiorum curatore comprehenſo tam corpus eius tormentis ſubiciet, quàm titulos detrahet: & in capite eos curatoris prædiorum comminuet: ſciens quòd ſi quid eiuſmodi negligat, nos verò didicerimus ſimul aliorum ab aliquibus impoſitos prædiis titulos hærere, quàm fiſci, regiarumq; domuũ, tam noſtrarum, quàm piẽtiſs. Auguſtæ ſimul præſidem re ipſa cõpertã iſtos per negligentiam omiſiſſe: is, qui hunc magiſtratum obtinet bonorum ſuorũ publicationem ſuſtinebit, qui cũ facilè pro magnitudine imperij præſens iſta prohibere potuiſſet, dedita ea opera neglexerit.

CAPVT V

¶ Ad hæc diligenter ibi ipſum locorum proſpicere volumus, vt omnes, qui latrocinia exercent, qui alienas ſubſtantias, aut etiam vxores rapiunt, qui alia denique patrant crimina, perſequatur, comprehendat, & competentibus ſuppliciis ſubdat, & omnem prorſus iniuſtitiã reprimat, neque committat, vt in aliquo probiores, & manſuetiores iniuriis afficiant, ne aliis denuo talium perſecutoribus opus habeamus, cogimúrque rurſus violentiarum repreſſores, latrunculatores, & alia id genus tolerare nomina ſimul, & negotia: quæ nos aduerſati, ipſum ad hunc ordinem produximus, & ita amplũ, dignitatiſque plenũ magiſtratũ effecimus, vt tam appellationes apud ipſum cũ iudicat, interpoſitas, ad excellentiam tuam, quique eũdem vnquam magiſtratum ſuſcepturi ſunt, & celeberrimum quæſtorem ſacri noſtri palatij, qui in forma cõſultationis audientiã iis accõmodabant quàm minores cauſas quingentis ſolidis, in prouincia eius apud aliquos non ſpectabiles motas, & ſi ex delegatione ſint, cùm per prouocationem ſuſpenduntur, ad ſe deducat in habitu, & ordine ſacri auditorij, vt & ipſe inter à nobis inuentos, & in ampliorem formã redactos magiſtratus vbique connumeretur. Siquidem & ipſi maiores erunt, & in maiore, quàm priores reputatione habebuntur, & faciliùs nobis vel in maioribus negotiis ſuum exhibebunt miniſteriũ. Nihil enim in paruo magnũ exiſtere tũ à noſtris dictum eſt maiorib*, tum nos etiam ex ipſis iudicauimus, probauimúſque factis. Subiicietur autem & huic legi deſcriptio; quæ ſignificet, quid è publico tam is, qui prouinciã regit, quàm adſeſſor, & cohors eius accipiet, quo etiam dato magiſtratus codicillos percipiat. 1. ¶ Ipſa ſanè ratio, qua magiſtratum geret, cùm hoc loco ſub compendio explicata eſt: tum in lege, quæ de omnibus magiſtratibus in commune deſcripta eſt, ſimul & ex

imperatoriis noſtris mandatis, quæ ei dabimus, cùm adminiſtrationis codicillos conferemus, & iuſiurandum ſecundum legem noſtram in hoc conſcriptam exigemus, manifeſtabitur.

EPILOGVS.

¶ Hæc igitur omnia perdiſcens excellentia tua, & tam magnas illi annonas ſubminiſtret, & ita ipſum ſciat amplæ dignitatis effectum, vt floris, & dignitatis hoc à nobis tempore in illum collatæ cupiditate meritò multis ipſum conſequi ſit affectabile.

DE PROCONSVLE CAPPADOCIÆ. TITVLVS IX.

Nouella conſtitutio trigeſima.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli, & patricio.

PRÆFATIO.

CVm amplum nomen Cappadocum gens habeat, & quanta Romanis negotia exhibuerit, priuſquam in illorum ditionem redigeretur, non ignorant veteris eruditionis ſtudioſi. Certè olim totius fermè Ponti Imperium tenuit, & nominatiſſimi viri, inque magna apud Romanos reputatione habiti, inde duxerunt originem. Terram præterea habet diffuſam admodum, & mirabiliter præſtantē, & quæ ita maieſtati Imperatoriæ placuerit, vt etiam poſſeſſionibus, quas illic habet, peculiarem magiſtratum præfecerit, non minorem ciuili. Siquidē & populoſiſſima eſt, & vrbem maximam præbet eiuſdem cognominis cum chariſſ. nobis Cæſare, qui ſummo orbis terrarum arbitrio, quod nos obtinemus, bonum dedit principium: qua etiam de cauſa apud omnes terræ populos nominatiſſimum Cæſaris nomen eſt, & nos præter omnes alias Imperatoriæ maieſtatis notas eo gloriamur.

CAPVT I.

¶ Hanc ſanè regionem paruo tradere magiſtratui, contra omne nobis decorū, & dignitatem fore viſum eſt, cùm aliàs, tum verò maximè quia ſemper ipſam aduerſùs magiſtratum noſtris domibus præfectū ſeditiones mouere cernimus, & quia factionibus inter ſe diuiſa eſt ciuitas, quarum alteram Tamiacam, quaſi fiſcalem, & ærariam; alteram Eleuthericā, hoc eſt, liberam appellant: & cùm exiſtat ambitu murorū vna, duplex eſt ſententiis. Vnde & ſeditionū, & diſſenſionum occaſiones, & ſi quid omnino mali fatigat homines, id (vti nos arbitramur) ex hac prouenit cauſa: qua ſublata robur ſimul, & cōcordiam negotio addemus, qua nihil vnquam inter homines præclarius extitit, & præſtantius. 1. ¶ Ac cū aliis magiſtratibus, quos nuper inter Piſidas, Lychaonas, Thracas inſtituimus, adminiſtrationis forma, & aceruus ex duarū rerum congreſſu conſtitit: tū verò maiore hunc formā adornare cupientes tertiam etiam poteſtatem illi adiicimus. Nam his, quem huic præficiemus officio, non ſolùm præſidebit legibus & vniuerſæ cohorti ciuili: ſed etiā præſidebit militibus tam qui in prædicta regione, quàm qui in aliis Pontici tractus prouinciis, in quibus Tamiaca exiſtunt prædia, ſtationes habent, perinde quaſi per ea loca ſuper milites cū Imperio poſitus ſit. Permittimus etiā illis in homines Tamiacos imperium, & omnes, quicunque ad Comitianam priùs cohortem pertinebant, ſiue ſummarij, ſiue id genus alij fuerunt, hiſce obtemperabunt: & triplici forma cōflatum habebit magiſtratum: ſiquidem & ciuilis magiſtratus erit, & militaris, neque non Tamiacis quoque rebus præſidebit: vtraq; illi cohorte, tam Comitiana, quæ & ſua cōficiet, neque cum ciuili cohorte habebit commercium, quàm clariſſ. prouinciæ præſidis apparēte. Vniuerſam verò proconſularem fieri, appellarique volumus vtraque cohorte, tā quæ Comitiana prius, quàm quæ ciuilis vocabatur, tametſi vnam appellationem (nempe proconſularem) obtinet; ſeparatim tamen ſua obeunte munera: vt ciuilis quidem curet tributaria & ciuilia, quæ initio ſemper ad ipſam pertinuiſſe ſcimus, quæ verò Comitiana priùs cohors erat, imperialium rerum adminiſtrationi inſiſtat, & exactionem conficiat: ea ſ. forma, quam modò explanabimus.

CAPVT II.

¶ Curatorum etenim, & tractatorum ne nomē quidem omnino ſupereſſe volumus, reſpicientes ad vetera exempla, & nimiam læſionem, quam miſeris illi collatoribus induxerunt: ſed per ſingulas domos, & totius Comitianæ cohortis, tredecimque primatium, quos primos, & ſecundos magiſtros vocant, periculo, alios tredecim, qui ſtatim poſt illos ſeparati ſint, nominari volumus, ſingulos (vt dictum eſt) ex ſingulis ædibus, & poſt priores tredecim exactioni incumbere, & ſeruare fiſco, quæ ſua ſunt: proſpicere itē collatorum indolentiæ, & ne quid ab aliquo ipſorū damni ſuſtineant, ſcientes quòd damnum ex cauſa collatoribus irrogatum, multò magis ipſorum facultates reſpiciet, cùm totius publicæ exactionis periculum ad ipſos deuoluatur. Sed neque eos, qui primi, & ſecundi priùs magiſtri vocitabantur, neque tredecim illos, qui poſt ipſos modò ſeparati ſunt, quos profligationē tributorum facere ſancimus, quidquam omnino ſpectabili pro tempore Proconſuli præbere, vel nominationis titulo, vel quacunque alia de cauſa: ſi quinquageni ſolidi aurei ab vnoquoque horum tredecim exactorum primoribus tredecim magiſtris præbeantur.

CAPVT III.

¶ Porro neque ipſos exactores amplius aliquid à ruſticis, aut denique iis, qui ab ipſis exactionem tolerant, accipere, quàm quæ formis Nicetæ magnificæ memoriæ cōtinentur, & exactoribus deputata ſunt: neque cūctibus ipſis nomina fingere, & damna pro hiſce nominibus inducere per cauſam Apacticon, ſeu tractatoriatum, vel quocunque alio prætextu; ſiue ad aliquam conſuetudinem, ſiue ad quamcunque vexationē portigatur. cùm enim ab omnibus illis collatores noſtros liberos conſeruari volumus: tum improbo etiam, & pernicioſo tributo eos liberamus, quod pendebant tractatoribus, per quod fiebat vt circa publicū, & ſuas deſcriptiones idonei non eſſent: quin & ſi forma aliqua ſit pragmatica, quæ velit tractatoribus aliquid præberi, aut longa conſuetudo; etiam hanc tollimus: ſublato enim ipſo nomine tractatorū, meritò quidquid ad eam cauſam peruenit, vnà ſuſtollimus, ſpecialem hanc collatoribus noſtris largitatem impartientes. Quòd ſi quis exactorū præter ea, quæ forma beatiſſ. Nicetæ definita ſunt, quæ ſola ipſos ferre concedimus, aliud quiddam auſus fuerit accipere: ſciat, tam militia ſe, quàm dignitate, & ſua ſubſtantia caſurum.

CAPVT IV.

¶ Quoniam verò fieri poteſt, vt inter tredecim exactores (ſiquidem vt gradatim ad hunc perueniant ordinem, ſancimus) vnus aliquis ad expediendam exactionem idoneus non ſit: concedimus, vt ſic quoque reditus quidem ex eo gradu ſaluus illi permaneat. Cæterùm ſancimus, vt tredecim illi primores magiſtri, & inſuper qui poſt ipſos ſunt proximi, proprio bonorum ſuorum periculo alterum quempiam illi adiutorem adnominent, qui conuenienter pro illo exactionem expediat: vt neque per illius imbecillitatem iniuria afficiatur fiſcus, neque ille temporis, & gradus ſui ſolatio defraudetur, promotione videlicet adiutoris eius, qui ad hoc munus idoneus non eſt, facienda periculo (vt dictum eſt) tredecim primorum magiſtrorum, & aliorum, qui poſt illos ſunt proximi. Ac magnas meritò nobis gratias publicorum tributorum

exactores

exactores habere oportebit, qui ingentibus illis damnis, quibus antea tam magiſtris, quàm ſpectabili pro tempore comiti, eiúſque cohorti obnoxij erant, eos liberauerimus. Propterea autem hiſce omnibus eos liberauimus, vt neque ipſi collatores noſtros iniuriis opprimant, neque prætextus excogitent introitus illos aut aliter nominantes, quibus ruſticorum facultates eneruētur: ſed his ſolis contenti, quæ ſecundum formam Nicetæ claræ memoriæ curatoribus præbebantur, omnibus aliis abſtineant.

CAP. V.

§ Ipſi verò ſpectabili proconſuli omnium ex æquo rerum cura imminebit, ſiue ciuile aliquod ſit, ſiue ad militarem magiſtratum, ſiue ad poteſtatem Tamiacā reſpiciat: neque quidquam omnium negliget. Ac quoniam maiorem huic loco, quàm cæteris, magiſtratum attribuere volumus, & veteribus Romanis in more fuit, vt vel deſignatis conſulibus, vel his, qui illorum loco proficiſcerentur, quos proconſules vocitabant, prouincias ſortirentur: propterea & Cappadocū magiſtratum proconſulatū eſſe volumus, quo in Africa prius Romani Imperium ſuum exornarunt. Et in tantum illum nos magiſtratum auximus, vt eū, qui hunc ſuſcipit, glorioſiſſimis ſacrorum noſtrorū prætoriorum præfectis connumeremus. Appellatúrque patria lingua is, qui huic præſidet, vt & appellationem magiſtratui propriam habeat, & ſimul ex re ipſa, Archegetes: quaſi primarius magiſtratus nominetur. Suſceperit enim is, qui hūc magiſtratum obtinet, facilè talem formam, quando & poteſtatem per ſe magnā, & per cauſam Tamiacæ poſſeſſionis etiam ad alia loca protenſam habeat. In ſumma tot rebus, hominibúſq; præſidens dignitate, & auctoritate affluet, adiunctiſque militaribus copiis omnia diſponet minore negotio. Ciuiles igitur res conficiet more ſolito: militibus verò & ipſis commodè præibit, nempe & illis ſe ipſi ſubmittentibus. 1. § Sed cum primis animū aduertito ad rerum Tamiacarum adminiſtrationem, quæ in tam grauem, & omnium cauponationibus expoſitam inopiam delapſæ ſunt, vt in nullo ferè amplius pretio exiſtant: tot, tantaque enim edocti ſumus per prouinciam delinqui, quæ vix ampliſſimo cuique adhibita medicina curare facile eſt. Nam qui potentium poſſeſſiones procurant (ſed pudet nos iam propemodum dicere) quanta cum inſolentia paſſim oberrant, vt ſtipatores illis inſeruiant: vt non ferenda hominū multitudo ipſos ſequatur, vt impudēter omnes latrocinentur: miramúrque ſedulò, quomodo eo loci ſubditi tot perferēdis iniuriis ſuffecerint. Inde adeò quotidie Cappadocum iniuriis oppreſſorum multitudo occupatos nos, & rempublicā tractantes adit ex quibus multi ſacerdotes, pleru̅mque mulieres, qui omnes lamentantur, queruntúrque res ſuas ſibi ablatas eſſe, quando nemo in proximo ſit, qui huiuſmodi prohibere valeat. Tamiaca certè poſſeſſio iam penè in formam priuatæ redacta eſt, tot conuulſa, direptáq; vnà cum ſuis equitiis, nemine omnino reclamāte, ore ſcilicet ipſis auro obſtructo.

CAP. VI.

§ His igitur de rebus vnum aliquē ex perſpectiſſimis nobis regioni huic præficere decreuimus, qui triplici huic ordini præſit, ſolus omne in ſe imperium, & poteſtatem circumferens, ciuilis officij veteris inſignibus, habēs in vſu vehiculum ex argento, ſecurim, fasces, & quæcunque olim procōſularis imperij fuerunt inſignia: præcipiet autem & militibus, & curam geret Tamiacorum redituum, vt ſine vllo detrimēto, & ceſſatione omnibus ad hoc ordinatis magiſtratibus obueniant, multoque magis ad noſtrum palatiū, quemadmodū etiamnum occaſione eorum, quæ vel nobis, vel ſacratiſſim. & pientiſſi. Auguſtæ coniugi noſtræ inferuntur, tam in auro, quàm veſte ingrediantur. Nihil enim illinc volumus decedere. 1. § Non tamen vt ea forma præbeantur, qua hactenus, ex rapinis ſcilicet, & ex titulo lætionis, dationiſque collatorum (hæc enim omnia toto odio proſequimur, tum è noſtra eiicimus republica) ſed ex iuſtis, legitimiſque cauſis, quas ſubiici ſacræ huic noſtræ legi iuſſimus, vt eas ferens is, qui pro tempore hunc gerit magiſtratū, ſacratiſſimæ Auguſtæ cōiugi noſtræ auri libras quinquaginta, prout dictum eſt, inferat. Magiſtratum etenim gratis nos creamus, & ordinationes eius abſque omnibus procedere largitionibus ſancimus: neque quiſquam erit, qui pro hac quidquam capiat. 2. § Sed & annonas ipſi quidē ad viginti vſque auri libras damus, prout ſubiicitur: adſeſſori verò eius præbemus ad duas auri libras. capiet itē vtraque cohors id, quod vſque adhuc è publico ſuppeditabatur, nullo prorſus modo deminutum: nulla enim re hunc magiſtratum minuimus: & maximè glorioſiſ. Præpoſiti ſacri noſtri cubiculi. ſiquidem & hunc & ſuppoſitam ipſi denotiſſ. Palatinorum ſcholā in Cappadocia ſimul cum poteſtate, ordine, & figura manere ſancimus: non tamen quidquam exinde ferentem vel conſuetudinum, vel annonarum titulo, vel in auro, vel in veſte, vel in aliis ſpeciebus, neque à ſpectabili pro tempore procōſule, neque ab eius cohorte. nam aliter puritas conſeruari nequeat. ſub vnum enim magiſtratum, quidquid in ea regione geritur, contrahimus, ne conuulſione ipſa claudicet.

§ Sanè Tamiacæ poſſeſſionis curam, & rationem, magnam habebit is ipſe, qui ad hoc à nobis officium proficiſcitur: & circumſpiciet, ſi quid à Tamiaco ſolo detractum, & fruſtra ab aliis detētum ſit, ſiue in paſcuis, ſiue in aruis, ſiue in locis vitibus conſitis, ſiue in prædiis, ſiue domibus: & verus ſolum rebus ſuis vindicabit, nulla longi temporis præſcriptione illi opponenda. neque enim fiſco licet tale quid opponere, neque lucrum captans, vt maximè patrimoniū ſuum exinde locupletet: nā depauperatio potiùs eſt, quam locupletatio, ſi quis ſordidis vtendo manibus, arbitretur ex eo lucrum ſe facere, quod multifariam poſtmodū cū impietate, & ſummo probro reſtituet. 3. § Sed & ipſam vrbem ab omni prorſus perturbatione quietam conſeruabit: neque committet, vt ſeditio aliqua ordinem, & adminiſtrationem reipublicæ corrumpat. Publica quoque tributa vigilanter, & cū iuſtitia exiget: nihil in illis curæ prætermittens, neque concedēs, vt aut fiſcus, aut priuati in aliquo circa res ſuas damnum ſentiant: vt qui ex æquo in omnes imperium obtineat, ſiue milites, ſiue ſcriniarij ſint tam glorioſiſſi. præfectorum, quàm magnanimorum magiſtrorū militiæ, ſiue in ciuili cohorte numerentur, ſiue cingulū Tamiacum geſtent, ſiue in maioribus, ſiue minoribus dignitatibus conſiſtant, ſiue inter ſacerdotes cooptati ſint. Vnus enim hic magiſtratus omnib. præficietur: & tam ſuæ ipſius exiſtimationis, quàm noſtrarū legū, & ante omnia Dei memor, vt publica quidem tributa per proconſularem cohortem ſine detrimento, & ceſſatione importentur, curabit: reditus verò Tamiacos per ſubditas prius illi throno perſonas inferet, intendens etiam ad ea, quæ pro conſuetudine præcipiuntur à glorioſiſſi. præpoſito ſacri noſtri cubiculi: nequeuntibus ipſis canonicariis, qui pro tempore à glorioſiſſi. præpoſito emittuntur, vel ſaltem obolo penus aliquid accipere vel conſuetudinum nomine, vel quacumque alia de cauſa, vel ab ipſo pro tempore ſummario, iiſve, qui publicas exactiones conficiunt, vel à ſpectabili proconſule, vel eius cohorte, vel his, qui Kataſceuaſtæ quaſi inſtructores vocantur,

vel præpoſitis, vel quacunque alia perſona ad ſacrum noſtrum pertinente patrimonium. At verò exercitu vtrique harum ſolicitudinum opem feret, ſedabitque potentium ſatellites, neque committet vt loca depopulentur, & latrocinijs infeſta reddant. neque ipſe ea percurret; quemadmodum priùs facere ſolebant comites: neque item in locum ſuum dimittet vicarios; ſed locorum defenſoribus, & cohortalibus ſuis ad id miniſterium obeundum vtetur. 2. ¶ Sicuti verò & militibus opus erit, ex iis locis milites, vbi neceſſitas poſtulat, opitulari iubebit. atque hi proprijs iſta ſumptibus expedient, neque ſubditos damnis inuoluent, aut gratis vlla ex parte ſumptus facient; ſed tam ipſe his abſtinebit, ſumptum de ſuo faciens, vbicunque tandem erit, quamuis ad aliam ipſum proficiſci regionem iubeamus: quam etiam adſeſſor eius, & reliquum famulitiū, ſiue ex proconſularibus, ſiue ex militibus, quamuis ſeruile etiam, aut ſubiugale aliquod omnes hoſce ſequatur: neceſſitatem habentibus (vt prædiximus) militibus, & quicunque alij ibi locorū habitant, ſcholares fortè, aut domeſtici, vt illius iuſſionibus obtemperent, cinguli, & ſubſtantiæ ſuæ periculum reuereri: damus enim ei poteſtatem, vt & hæc illis adimat, niſi eius iuſſis appareant: propterea quòd eum, qui hunc magiſtratum obtinet, volumus formidabilē ſubditis, & venerandum exiſtere. Etenim ſiue miles, ſiue proconſularis, ſiue ſcholaris ſiue domeſticus per cauſam illius iuſſionum damni aliquid collatori noſtro irrogauerit, conueniens eſt, vt ipſe hoc ex illius actionis proprio periculo recepto, iniuria affecto medeatur. Poſtremò neque vlli eorū, qui ex hac vrbe eò cōmeant, collatores noſtros iniuria tentari permittet. 3. ¶ Sed & curſum publicorum equorū illæſum cōſeruabit. Et ſi ſiquis ex quocunque hinc iudicio ad eā regionem commeantium iniurius erit, & vltra deputatum, & conſtitutum exegerit, hunc perſequetur.

CAP. VIII.

¶ Curam autem geret etiam ciuitatis, & eorum, quæ ad frumentationem publicam pertinent, & ſitonica appellantur, operúmque eius: & procurabit, vt ſecundum legem noſtram ratiocinia conſcribantur, & tam Tamiaca, quàm ciuilia inſinuentur. Et ſi quem eorum, qui ſolitas illas iuſſiones inſinuare conſueuerunt, nempe quòd aquarum aliquis ductus impediat, & quòd quæ muros concernunt, diffundātur, aut quia pontes aliqui ſint per prouinciam, aliquáve itinera, aut alia denique eiuſmodi exiſtat occaſio, prout improbè olim fuit in vſu habitum, penitus ipſum prouincia expellet, nec permittet ei, vt vel iuſſionē eiuſmodi inſinuet, vel per hanc cauſam quidquam omnino lucri capiat. Nam ſi nobis viſum fuerit eiuſmodi inſpectionem operum celebrari, ſacra pragmatica forma vſi ad eum, qui hunc geret magiſtratum, communicato præterea de his cum throno tuo conſilio, rem ipſam nos diſponemus, ne cui facilè ad eius generis pecuniarū exactiones pateat aditus, & acceſſus. Omnia quoque, quæ audierit *improba*, prohibebit is qui hoc magiſtratu defungitur. Quòd ſi vehementiore aliquo, & aſperiore opus erit, certiorē ea de re faciet tam excellentiam tuam, quàm glorioſiſſ. præpoſitum, & alios celeberrimos magiſtratus, quibus ad talē rem conficiēdam aliquid adeſt facultatis: nos deniq; ipſos, & nos illi, quid facto opus ſit, explanabimus. 4. ¶ Titulos verò prædiis apponere per prouinciā, cui præſidet, continentes certorū hominū appellationem, excepto nomine maieſtatis Imperatoriæ, aut Tamij, hoc eſt ærarij, in tantum prohibebit, vt patrimonium eorum, qui tale quid perpetrare moliantur, in publicum redigat, & manus abſcindat eos imponentibus, ſi præſentes fortè id auſi fuerint: ſi verò procuratores abſentium, ingentibus illos tormentis ſubdet. Titulos certè, quicunque tandē affigere auſi fuerint, ſiue præſentes, ſiue abſentium procuratores; detractos protinus ad capita eorū, qui affixerunt, infringet: ſciēs fore, vt ſi id factum cognitum neglexerit, ipſe bonorum ſuorum publicationem ſentiat.

CAP. IX.

¶ Iuri dicundo cum ſumma animi intentione, & cura incumbet, neque (vt hactenus) ruſticanos homines ſinet iniuriis opprimi. Neque ampliùs negotia nobis hic faceſſent Cappadoces, magno cum clamore ſupplicantes, & lamentantes; ſed ipſe iudicem ſe illis, & diſceptatorem præbebit. Nam ſi quem huc aduenientem viderimus, qui non priùs apud ipſum calamitates ſuas lamentando explicuerit, hunc nos denuo cum increpatione mittemus in prouinciā, propterea quòd relicto magiſtratu prouinciæ continuò ad nos decurrit. Si verò cū eos, qui iniuriā intulerunt, conuenerint, ipſe comeſſationibus deditus, & luxu iam perditus, illorum ſe orationibus non accommodauerit, ſed ſupplices plorare permiſerit, hique ad nos cogantur decurrere, & maximè ſi mulieres ſint, nóſq; edocti fuerimus, quòd hi quidem adierint: ille verò iniuriam vltus nō eſt, protinus negotium vt ſuſpectum habebimus: quaſi propter lucrum, vel per gratiam, vel aliquorum obſequium factum, & noſipſos illi prorſus opponemus: & cùm triplicem magiſtratus functionem gerat, tripliciter quoque illi reſiſtetur, tam ipſo iure, quàm nobis, & legibus eum oppugnantibus.

CAP. X.

¶ Quæ ipſum reueritum, memoria item repetētem præcepta noſtra, quæ illi vnà cum codicillis magiſtratus dabimus (appellabant autem ea maiores, mandata Principis) conuenit omnia ſecundū legē noſtrā agere, vtentem in cognoſcendo æquitate, in rebus gerendis puritate, vbique colentem iuſtitiā, qua nihil inter homines vnquā extitit robuſtius, aut pulchrius, quódve Deum, & Imperatorem placare, cōciliaréque magis poſſit. Talis enim ipſe cū ſit, ita noſtro quoque teſtimonio cōprobatus: volumus vt ſolus omnia in prouincia cōficiat, neque cauſis audiētiam alio quopiam præbente, neque nobis facilè vel in eam vēturis ſententiam, vt alicui alij haſce delegemus, vel occaſione cohibendarum violentiarum, ſeu quacunque alia de cauſa emiſſuris aliquos: vltra hoc, quod tametſi tale quiddam vel ex ſacris noſtris formis, vel magiſtratuū iuſſionibus hactenus factum eſt, omnibus id vacaturum ſit modis, ipſo totius prouinciæ adminiſtrationem ſuſcipiente, neque vlli omnino, vt acceſſum eò habeat, permittente.

CAP. XI.

¶ Porro autem hunc quoque magiſtratum, prout procōſulum proprium eſt, inter ſpectabiles ponimus, appellationéſque ab ipſo tranſmiſſas, tuam excellentiam volumus vnà cum glorioſiſſimo quæſtore ſacri noſtri palatij in forma, & habitu conſultationum diſceptare. Si qua verò alia in Cappadocia cauſa minor aureis quingentis per prouocationē ſuſpendatur ſiue noſtro, ſiue alicuius magiſtratus iuſſu datus Iudex fuerit, qui tamen non ſit ſpectabilis: huic ſpectabilis ipſe proconſul in forma ſacri conſiſtorij, & vice ſacri auditorij accommodabit audientiam: ſiquidem & hoc illi ius addimus, decoramúſque illi magiſtratum tam amplo priuilegio, quantū nullus in hunc vſque diē in Cappadocia obtinere viſus eſt. Eſto igitur iuſtus, & elato animo, & tam nos, quàm legē præ oculis habeto: cognoſcitóque, quòd ſi ſtrenuè iſta exequetur, longiore tempore in hoc officio permanebit, & maior ipſum alius fortè magiſtratus excipiet. Cæterū ſi noſtris iuſſionibus neglectis, potentiores aliquos, non legem, aut nos colat, & veneretur: tum primo quoque tempore iis, quæ in ipſum collata fuerunt, excidet, tum de cætero inter condemnatos habebitur, indignus noſtro viſus iudicio.

CAP.

CAPVT XII.

¶ Adulteria verò, & raptus virginum, & immoderatas, illicitáſque, & augendæ rei ſuæ cauſa cōparatas circumſcriptiones, neque non homicidia, & ſi quid eiuſmodi delictorū eſt, ita acerbè punito, vt paucorū hominum ſupplicio omnes reliquos continuò caſtiges: eſtóque ſecundùm legem exquiſitus delinquentiū caſtigator. Neque enim inhumanitas hoc, ſed potiùs ſumma quædam humanitas eſt, cū multi paucorum animaduerſione ſaluantur. Quòd ſi quē hoc nomine in crimē vocatum ſuſtineas, qui vel cinguli, vel dignitatis, vel ſacerdotij, vel eiuſmodi alio prætextu ſperet ex illius ſe manib. ereptum iri: certò ſciat, quòd noſtro iudicio indignus videbitur. Nemo enim quacunque potentia ita fretus, quodcunque alienū prætendens patrocinium, in talibus delictis ſeueritatem legis effugiet. Quin potiùs ſi quis talibus ſe patrocinus auſus fuerit immittere, ſimilem cum delinquente pœnam & ipſe ſuſtinebit: idē cum ſit, ipſum aliquem delinquere, & eū, qui talia peccauit, & deliquit, velle de manu legis eripere. 1. ¶ Subiicietur autem legi & deſcriptio, quæ ſignificet, quid ipſum, eóſve, qui circa ipſum ſunt, è publico capere: quid item vel occaſione codicillorum dare, vel ſacratiſſimæ Auguſtæ cōiugis noſtræ piæ domui inferre conueniat: trifariā videlicet inferēdis iis, prout iā inde ab initio, & in hanc vſque diē obtinuit. 2. ¶ Et ſubditis noſtris (id quod ſæpe diximus) purè vtetur. Quæ res ſummo à nobis ſtudio habita effecit, vt magnas etiam opes deſpexerimus, quanquā in tot ſumptibus, & magnis bellis, per quæ Deus nobis dedit, vt non ſolū pacē ad finem deduxerimus, & Vandalos, Alanoſ, Mauritanos ſubegerimus, & totā Africam, inſuper & Siciliā recuperauerimus: ſed bonā ſpē habeamus, quòd Deus nobis annuet, vt & cæteras gentes, quas ſocordia ſua Romani amiſerunt, cùm ad vtriuſque Oceani terminos tenerent, iterum ditioni noſtræ adiúgamus: quas nos, diuino freti auxilio, ad meliorē ſtatū redigere properámus: neque quidquam detrectamus eorū, quæ vel ad extremam pertingunt difficultatē: vigiliis ſimul, & inedus, cæteriſq; laboribus iugiter pro ſubditis noſtris vltrà, quā humanæ naturæ modus patitur, vtentes. Perleget etiā mandata noſtra, quæ illi dabimus vnà cū codicillis magiſtratus, quemadmodū antè diximus. Et ſi quidem omnia ſecundùm illa peregerit: & admirabilis futurus eſt, & vndique dignum ſe noſtro exhibebit imperio.

EPILOGVS.

¶ Hæc igitur omnia, quæ per hanc exprimuntur legem, cognoſcens excellentia tua, & prædictas annonas huius officij thronos præbeto: & ita ipſum ſecto amplum effectum, vt collati modò in ipſum ſtatis, & dignitatis cupiditate, multi metuò hunc conſequi affectent.

DE DESCRIPTIONE QVATVOR præſidum Armeniæ

TITVLVS X.

Nouella conſtitutio trigeſimaprima.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto iterum exconſuli & patricio.

PRÆFATIO.

Perpetam, effuſéque poſita, ſi ad competentem perueniant ordinē, & benè diſponantur: aliæ propemodum res apparent, ſpecioſæ pro turpibus, ornatæ pro incultis, articulatæ, diſtinctæque pro incompoſitis priùs, & confuſis. Quod cùm & in Armenia admiſſum deprehenderimus: putauimus & ipſam ad congruentiam quandam, & vnam harmoniam collocari debere: quò magis ex bene cōſtituta eius moderatione, & competens illi robur addamus, & decentem imponamus ordinem.

CAPVT I.

¶ Vnde quatuor Armenias fecimus. Vnam quidem interiorem cuius metropolis piæ appellationis noſtræ cognomine exornata eſt, priùs Bazanis, ſeu Leontopolis dicta, quam etiam proconſulatu honorauimus, cui magnificentiſſ. vir. Acacius præfuit, magiſtratu inter ſpectabiles relato, omnibuſque illi traditis, quæ proconſulatum habere conuenit. Nam & ſtola ipſum exornauimus, & vrbes illi aſſignauimus, Theodoſiopolim, quam etiam priùs habuit, Satalam, & Nicopolim, Colonea quoq; ex prima (vt antè vocabatur) Armenia aſſumpta, item Trapezunte, & Ceraſunte ex Polemoniaco priùs dicto Ponto: his partim à clariſſi. prouinciæ præſide, partim à ſpectabili moderatore ſeparatis: in ſeptē omnino vrbes, & quæcunque circa ipſas in proximo ſunt loca, tota prouincia redacta. 1. ¶ Secundùm verò ordinem tenere iuſſimus eā Armeniam, quæ antè prima dicebatur, in qua cæteras præcedit Sebaſtea vrbs, attributa illi, & Sebaſtopoli, quam priùs quoque habuit: & inſuper Commana ex Polemoniaco priùs Ponto dicta: & Zela ex Helenoponto: neque non Briſa: vt ea prouincia quinque contineatur vrbibus, officio, quod Correctorium eſt, in priſtina forma relicto, neque præſide eius maiore aliquo nomine condecorato: ſed ipſo in eodem, quod priùs habuit derelicto. 2. ¶ Ad hæc tertiā Armeniam inſtituimus eam, quæ priùs ſecunda dicebatur, in qua principatum tenet Melitena, vrbs antiqua, vrbs inſignis, in pulchro ſolo, clementique cœlo poſita, neque multùm diſtans à fluentis Euphratis fluuij. Hanc nos in præſentia & augendam, & ad formam ſpectabilium traducendam putauimus. Præſidem quoque huius comitem Iuſtinianeū nominandum, dandóſque ipſi pro annonis ſol. 700. eius adſeſſori ſol. 72. & cohorti eius ſol. 160. & vt omnia habeat quæ eiuſmodi thronorū propria ſunt. Et qui priùs cohortales nominati ſunt, tum omnia faciant, quæ etiam priùs, & maxime circa publicam exactionem occupentur: tum ad Commanorum appellationem tranſeat, perinde omnibus eis conſeruatis, ac ſi cohortales exiſterent. Vrbes verò ei partim Arcam, & Arabiſſum: partim Ariarathæam, & alteram Comanā, (quā etiam Chruſam appellant) & Cucusū ſubdidimus, quas & priùs habebat è ſex omnino conſiſtens vrbibus. 3. ¶ Conſtituimus autem & quartam Armeniā, quæ priùs nō in forma prouinciæ continebatur, ſed è gentibus erat, & ex multis barbaricis colligebatur nominibus, Tropheëna, Anzethena, Ophena, Aſteëna, Balabithenáque dicta, & Satrapis ſubdita. Id verò nomen magiſtratus neque Romanū, neque maiorū noſtrorū, ſed ex altero imperio introductum fuit. Exornauimus igitur & illā ciuili magiſtratu, & forma: tam ciuili ibi magiſtratu inſtituto, quàm Martyropolitanorum illi vrbe, & Citharizа caſtro addito. Conſiſtatque ipſa in forma ordinariorum magiſtratuū, Conſularis à nobis facta: vt cùm quatuor ſint Armeniæ, duo quidem magiſtratus exiſtant ſpectabiles, nempe alter proconſul, alter comes: & primæ quidem Armeniæ proconſul, tertiæ comes præeat: ſecundæ verò, & quartæ ordinarij. Et quia ſummo à nobis ſtudio cautum eſt, vt appellationes intra quingentorum ſolidorum quantitatem non ad hanc almam deferatur vrbem; ſed ad proximos ſpectabiles magiſtratus: propterea diſponimus, vt appellationes, quæ quidem ex ſecūda Armenia procedunt, hoc eſt, in qua Sebaſtea vrbs eſt, hæ ad Armeniæ primæ præſidem: hoc eſt, proconſulem deferantur: quæ verò ex quarta mouentur Armenia, hæ intra dictam quantitatem ad tertiæ Armeniæ præſidem deueniant.

CAPVT II.

§ His ita à nobis ordinatis, inſuper illud etiam determinare iuſtum putamus, vt primæ Armeniæ talis vir præficiatur, qui pro amplitudine ſua, & ſpectatiſſimo iam erga nos miniſterio, magiſtratus huius tam iuramento, quàm excellenti maieſtate dignus ſit. Ac cùm Thomam magnificentiſſimũ virum aliquot iam in Armeniorum regione officiis defunctum, & alioqui frugi hominem eſſe, & nobis abſque fuco ſemper inſeruiſſe, & modò quoque inſeruire deprehẽderimus, promouemus ipſum ad huius officij adminiſtrationẽ, vt nõ ſolùm prędictà à nobis forma ad tẽpus huic prouinciæ præſideat: ſed etiam aliis prouideat, quæcũque ei vel per ſacra commonitoria commiſimus, ſiue in prouincia, quam ei tradidimus, ſiue in aliis: quod, inquam, fecimus, ſacris ad ipſum conſpoſitis commonitoriis de diuerſis actib. quos ipſum & in aliis regionibus ad effectum deducere æquum eſt. 1. § Quæ verò ad ſacerdotia ſpectant, ea (vt ſæpe diximus) volumus in priſtina manere forma, negotio ipſo neque circa ius metropoliceũ, neque circa ordinationes vel mutationem, vel nouationem, ſuſcipiente: ſed priùs ordinatis nunc quoque ex ordinatione auctoritatem obtinentibus, & prioribus item metropolitanis in ſuo permanentibus ordine: vt quantum ad ipſa nihil penitus innouetur.

CAP. III.

§ Illud ſanè in confeſſo eſt, ex quo tertiæ Armeniæ comitem nõ tãtùm ciuilem, ſed etiam militarem magiſtratum fecimus: neceſſe habere etiam milites, qui in ea ſtationes agunt, vt huic ſuppoſiti ſint: licentia illi præbita, vt (quemadmodũ militaribus permittitur magiſtratibus) & nomine quẽque ſuo euocet, & inquirat, & de ipſorum annonis diſpiciat, & ſupplicio eos perſequatur, ſi quãdo iniuſtè egerint: neq; cõmittat vt milites in ſubditos noſtros iniurij ſint. Quòd ſi quid flagitioſius perpetret, ad inſtar criminalium cauſarum audientiam præbeat, tametſi milites exiſtant. Omnia denique agat, quæcũque militaribus attributa ſunt magiſtratibus. Et quemadmodum comiti Iſauriæ, & Pacatianæ Phrygiæ, & inſuper Lycaoniæ, Piſidiæ, ac Thraciæ prætoribus militares etiã copias ſubdidimus: vt æquẽ & ipſe nõ ſolũ ad res ciuiles cohortẽ; ſed etiam in copias militum poteſtatem habeat, & imperium, & cum ſumma auctoritate, & amplitudine tam militibus, quàm paganis facienda præcipiat, omnia agens quaſi vno aliquo officio exiſtente. Inque vnã hanc rem prouidentiam conferat, ne quid per prouinciã admittatur flagitij; ſed & vt admiſſum cõpetenter coërceat. Neque hanc illi poteſtatem in vlla omnino perſona, quæ in prouincia ſit, detrahimus, ſiue paganica, ſiue militaris ſiue Tamiaca ſit. Sub æquabili enim & perpetua pace noſtros tueri ſubditos volumus, non pro diuerſitate perſonarũ inducentes legũ cõtemptũ.

EPILOGVS.

§ Quæ igitur nobis placuerũt, ea ſecũdùm deſcriptionem quatuor Armeniarum, & maximè tertiæ, cuius occaſione præſentem ſacram legem tulimus, iam inde in omne reliquum tempus excellentia tua cuſtodire ſtudeto: omnibus quæ ſingulis annis dari iuſſimus, per particulares deſcriptiones thronorũ tuorum conficiendis.

NE QVIS MVTVVM DANS AGRICOLÆ, terram eius teneat: item quàm magnas vſuras creditores ab agricolis debeant percipere.

TITVLVS XI.

Nouella conſtitutio trigeſimaſecunda.

Imp. Iuſt. Aug. Agerochio clariſſ. præſidi Æmimontis Thraciæ.

PRÆFATIO.

REm duram, & quæ omnem lõgè impietatem, & auaritiam ſuperat, communi lege quaſi medicina quadã curare nobis viſum eſt, quæ non in præſenti tantùm neceſſitate: ſed per omne deinceps æuum ſuo in Rep. munere defungi queat. Cõperimus enim nonnullos in prouincia, cui præſides, nõ dubitaſſe captato ad hoc de induſtria ſterilitatis frumẽtariæ tempore, ſub modica admodum menſura frugum mutui cum aliquibus contractum celebrare, & ex eo vniuerſam illorum terrã ad ſe recipere: vt plerique ea occaſione ruſticorum diffugerint, plerique etiam fame perierint, & tetra quædam lues, ac contagio exorta ſit, in nullo penè barbarica incurſione inferior.

CAPVT I.

§ Sancimus igitur, vt quicunque agricolis quantamcumque menſuram quorumcũque aridorũ fructuum crediderint, ſi ab his receperint, circa vllã exceptionẽ hæc illis reſtituant, nemine prorſus audente per cauſam prædictorum mutuorum, ſiue ſcriptura interueniente, ſiue ſine ſcripto celebrata ſint, terram penes ſe detinere: octauam duntaxat modij partem in ſingulos modios per integrum annum vſurarũ nomine ferentes, ſi fruges mutuo datæ erunt: ſi verò pecunia numerata, in ſingulos ſolidos ſingulas annuas ſiliquas. Ceterùm de reliquo continenti creditores octaua modij parte in ſingulos modios per annum, aut quantumcunque maneat, pro portione crediti, aut ſiliqua: omnino reſtituant, ſiue terram ſiue aliud quiddam, boues fortè, aut oues, aut mancipia pignori ceperint. Atque hæc lex omnibus humanitatis, & pietatis de ſe ſpecimen præbeat, & tam egenorum neceſſitati medeatur, quàm creditoribus nonnihil adferat ſolatij.

EPILOGVS.

§ Quæ itaque nobis placuerunt, ea claritas tua effectui, hinique tradere ſtudeto, ſcituro creditore, quòd ſi hæc contrà facere aliquid auſit, exactione cadet: & qui mutuum accepit, quive iniuriam pertulit, ex eo ſolatium habebit, quòd tum ipſe à faceſſendo negotio liberatus ſit, tum creditorem in rebus ſuis iacturam pati videat. Dat. xv. Iul. Conſtantino. Biliſ. V. C. Conſ.

VT NVLLVS MVTVANS AGRICOLÆ, teneat eius terram.

TITVLVS XII.

Nouella conſtitutio trigeſimatertia.

Idem Auguſt. Dominico præfect. prætorio per Illyricum.

Prouiſio indulta per legem pro agricolis contra priuatos creditores, extenditur etiam ad milites. BART.

Hæc conſtitutio, Latina lingua eſt compoſita, ideoque in Scrimgeriana, & Haloandrina editione deeſt. CONTIVS.

PRopter auaritiã[a] creditorum, qui anguſtia[b] temporum abutentes, terrulas infœlicium agreſtium ſibi acquirunt, pro pauco frumento omnem illorum ſubſtantiam retinentes, legem poſuimus, quam primò quidem in Thraciam, & in omnes eius prouincias; in præſenti autem

VT NVLLVS mutuans, &c.

Scilicet facta ſolutione, vel aliquo dato loco ſolutionis aliàs contrà. vt ⁊ proxi. cõſtitut. § ſancimus. *Et no. differentiam inter hanc & illam. Illa enim dicit etiam quantam vſurã debeant dare agricolæ ſuis creditoribus quod hæc no dicit. Item hæc eſt localis*: vt ⁊ titul prox. & §. fin. autem. *& ideo hanc breuiter pertranſeas, & procede ad ſequentem.*

a *PRopter auaritiã.* ſic C ne lice. po l. ij. & i. vt und *ſine quoque ſupra* §. 1.

b § *Anguſtia.* dicentes terminum cucurriſſe, vt ob hoc vſuras, vel acceſſiones peterent, ex mora, & propterea retinerent terras loco pignoris: vt ſubiicit. ACCVRSIVS.

a Hæc Nouella nõ fuit [illegible] quod [illegible] vtraque [illegible] eſt de [illegible] [illegible] Differt tamen, quòd hæc [illegible] [illegible] Thraciæ [illegible]

in Illyricanas [a] potrias diceximus: cuius exemplarium [b] ſubdi etiam præſenti legi præcipimus: vt ne priuati quidem homines putent legem contra ſe ſolummodo eſſe propoſitam: milites autem altiore tutentes faſtigio, legem contra ſe non eſſe prolatam exiſtiment. Vt ergo & tua magnitudo ſciat quod communis hæc lex poſita eſt & prouincialibus [c], & militibus, & omni cingulo, nullo excuſatione cuiquam competẽte: ideo ad tuam ſublimitatem præſentem legem deſtinauimus: ſcituris militibus, qui præſenti legi non eſſe obediendũ exiſtimant, quod cingulo denudati, inter priuatos habebuntur: pœnis, quas in anteriore lege [d] poſuimus priùs, nihilominùs ſubiugandi.

NVLLVM CREDENTEM [e] agricolæ, tenere illius terram [f] & quantam debeat vſuram [g] dare.

TITVLVS XIII

Nouella conſtitutio xxxiiii.

Nullus creditor agricolæ pro debito teneat terra eius: & ſi crediderit aliquos fructus aridos pro quolibet modio nomine vſurarũ in anno percipiet octauã partem modij: ſi vero pecuniam mutuauerit, pro quolibet ſolido accipiet vnam ſiliquam. ANGEL.

I[illegible] Aug[illegible] [illegible] ſcili Æmimontis [illegible] in Thracia.

PRÆFATIO.

REm duram, atq; te inhumanam, & quæ vltra omnẽ impietatem, & auaritiam [h] ſit, [illegible]

proſpeximus lege ſaluberrima ſanare: & communem omnibus [i] deponere medicinam, non tantùm in præſentis neceſſitatis tempore: ſed etiam in omni æuo futuro. Venit enim ad noſtras aures quoſdam in Myſia ſecunda, prouincia quam adminiſtras [k], auarè neceſſitate temporum capta, quoſdam fœneratitios feciſſe contractus, & paucam menſuram fructuum dantes [l], terrulas eorum abſtraxiſſe, & ex hac cauſa quoſdam colonorum fugæ latebras petiiſſe, & alios fame eſſe necatos, & triſtiſſimam peſtem hominis inualuiſſe, incurſione barbarica non minorem [m].

CAPVT I.

¶ Sancimus itaque omnes huiuſmodi creditores, quantumcumque vel tritici, vel hordei, vel in alia ſpecie [n], quæ in fructibus aridis [o] eſt, crediderint: hoc reddito in præſenti cum parte modij octaua [p] pro ſingulo modio in vnoquoque anno præſtanda, terrulas [q] colonis reſtituere. nemine penitùs eorum audente terrulas detinere ſub occaſione fœneratitiæ cautionis, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis credita ſint contracta. Sin autem pecunias dedit, nihil amplius quàm ſiliquam [r] vnam pro ſingulo ſolido annuam præſtare. Et hanc ſaluberrimam legem in omnes extendimus [s], ex præſenti quidem tempore initium [t] accipientem: in omne autem æuum modis omnibus obſeruandam: vt ſiquando fuerit vel triticum,

a ¶ *In Illyricanas.* id eſt, in Sclauoniam. ALBE.

b ¶ *Cuius exemplarium.* id eſt, ſicut in illa cõtinebatur, quã miſit ad Illyricos & militib. ita & hic dicitur, vt [illegible] mentionem de proxima conſtitutione, licet quidam contra ſentiant [illegible] nullam habet continuationẽ, vt. continuationẽ, licet loquatur de ſimili materia.

c ¶ *Et prouincialibus.* i. ipſis paganis, ſiue ruſticis in locis illis tantùm vbi ipſa locum habet. licèt ſequens conſtitutio ſit generalis.

d ¶ *Anteriore lege.* quã miſimus ad Thracas gentes.

NVLLVM CREdentem, &c.

e ¶ Nullum credentẽ, &c. id eſt, mutuantem. ſic ff ſi cer. pet. l. i. §. i.

f ¶ Tenere illius terram. vt ſup. prox. in rub. *facta ſolutione debite non* [illegible] vt j. e. §. ſancimus.

g ¶ Debeat vſuram. *ſc. agricola: licèt quidam dicant idem in quolibet* [illegible] decemus inf. §. ſin autem pecunias.

h REm duram.] *Auaritiam. ſuprà. tit. prox. in princ.*

i ¶ *Communem omnibus.* At ſup. etiã fuit localis: quidam tamen dicunt hanc localem, ſ. in Cõſtantinopolitana tãtùm ciuitate: ſed eam de extendi dicunt ad alias terras: vt j. §. *ſin autem pecunias.* ACCVRS.

k ¶ *Adminiſtras* loquitur Agerochio cui hæc conſtitutio mittitur.

l ¶ *Dantes.* ſcilicet creditores mutuo illis tradentes.

m ¶ *Non minorem* imò maiorem, cùm maior ſit pœna inter homines & vicinos conuerſari, & eorum non poſſit vti ſuffragio, quam ſi eſſet ab eis remotus: vt *Cod. de apoſta. l. hi, qui ſanctam.*

m ¶ *Minorem.* id eſt per incurſionem nõ minorem, quam ſit barbarica. ACCVRS.

n ¶ *Alia ſpecie.* alias, *aliam ſpeciem.*

o ¶ *Aridis* ſiche autem aridi, quia [illegible] di continentur [illegible] *fio §. ſi dicemus & §. quadi frumentum.* ¶ S[illegible] quod eſt [illegible] ſponſionis, [illegible] eſſe acceptio: ſicut in vſura nautica. vt *C. de vſur. l. i.* Nã vt in nautica pecunia eſt periculum dantis mutuum, ita in tali mutuo ſi fructus medio tempore efficiũtur deteriores, id eſt, vi[illegible] res pretij: vt *ff. de non ſolui. l. fenerator in fi.* etiam nudo pacto, vt in illa vſura nautica: vt *C. de vſuris. l. frumenti.* cùm enim hic hoc non mutetur, nec nos dictum ius antiquum prohibemus. ACCVRS.

p ¶ *Parte modij octaua.* ADDITIO. *Sic* [illegible] *modij* in alia Græca [illegible]. Meliorus autem, & eius diſcipulus Baldinus hunc locum corrigunt, vt pro octaua, legãt vigeſimamquartam. Ego autem [illegible] locum non eſſe corrigendum. Illos mouit, quòd octaua pro modio excedit centeſimam: hic autem permittitur trientem tantùm accipere in pecunia vſuræ nomine. Equidem fateor excedere centeſimam, idque vna ducenteſima, quæ pars cùm ſit tam minuta vt nullam iniquitatem in vſu hominũ efficiat, Iuſtinianus magis rotundè, quam ſubtiliter definit centeſimam in frugibus, cum octaua pars datur. Cum autem centeſimam permittat in frugibus, cùm in pecunia trientem tantum indulgeat, hæc inæqualitas ratio eſt, quod pecunia ſterilis eſt, ideoque contra naturam eius eſt, vt vſuram parere debeat: vnde triẽs tantùm permittitur. At frumentum fertiliſſimum eſt & vnum granum centum alia parit. nõ mirum itaque ſi permittitur hoc caſu centeſima. vt & in *l. eos. C. de vſuris.* Et tanè illam legem illi eadem ratione corrigere debebas, cum nihil hic in ſpecie ij ſe non dationibus innuet, niſi quod rotunde definit centeſimam, octauam modij partem, ſicut & trientem [a] in pecunia, ſiliquam pro ſolido vno. Nam quantum octaua excedit centeſimã, tantum ſiliqua pro ſolido excedit trientem, & tres [b] ſiliquæ pro ſolido centeſimã. Quam tamen centeſimæ definitionẽ [illegible] *in interpret. l.* [illegible] *Cod. Theod. de vſuris.* ANTO. CONT.

q ¶ *Terrulas* & hoc dicit [illegible], vt denotet vilitatem rei, & creditoris auaritiam.

r ¶ *Siliquam.* Siliqua eſt, vt Iſidorus interpretatur *lib. xvij. cap. xxviij. Etymologiarum*, viceſimaquarta pars ſolidi.

ADDITIO.

¶ Quod hic demonſtratur Solidus habet oboloſ, ſiue ſcrupulos quatuor, ſcrupulus autem ſex ſiliquas. ergo ſolidus viginti quatuor ſiliquas. non ergo ſatis accurè reprehenſus eſt ab Alciato, & Antonio Auguſtino Iſidorus. vtiaã & cæteros libros, & hũc etiam ſemper recte inſpexiſſet Accurſius.

Quod autẽ dixit Iſidorus, idem ante tradiderat Priſcianus in poemate de ponderibus, quem habeo emendatiſſimũ manuſcriptum. Item & Beda *de natura rerum cap.* [illegible] CONT. Alij dicunt eſſe octauam, argumento eius, quod hic de octaua [illegible] dicitur. 2. Vel dic eſſe genus monetæ, qu[illegible] eſt. 3. Vel quarta pars vnciæ: vt *ff. de annu. leg. l. liberto. §. ſtiã.* ¶ Et not. quod per legẽ ſtatuitur certus modus vſurarum in certo genere hominũ: vt in ruſticis: vt hic, & alias lex ſtatuit certas vſuras: vt *C. de his quibus vt indig. l. i. & j. de alie. & emph. § hoc etia ſuper.*

s ¶ *In omnes extendimus.* hinc colligunt [d] quidam quod hodie vbique ſunt vſuræ coarctandæ, & acceſſiones per hanc cõſtitutionem, vt iam non valeat, imò ſit correcta lex *Cod. de vſur. l. eos. §. ſuper his* & facit etiam pro hoc, quod eſt infra *& hanc legem communem,* &c. Item facit & [illegible] *ſcituris omnibus creditoribus,* &c. Item facit, quia & alias lex eſt generalior, quam rubrica & hic vt *Cettum ob chirog.* [illegible] *prima.* Itẽ quia vſuræ odioſæ ſunt: ergo reſtringẽdæ in dubio: vt *j. de pæ. l. penult.* Sed nos contra reſtringimus enim hãc legem tantum in agricolis [illegible] cauſa & alia ſtatuuntur ſpeciali[illegible]. Nam tempore [illegible] ad munera [illegible] *C. de* [illegible] Item & circa teſtamenta vt *C. de teſtam. l.* [illegible]. Item & circa [illegible] ignorantiam & quãdam [illegible] vt *ff. de iur. & fact. ign. l. regula.* ¶ Item ipſa rubrica hoc euidenter oſtendit, à qua licet argumentari: vt *ff. ſi certum petatur l.* [illegible] in alijs ergo omnibus ſeruatur lex prædicta, in qua ponit varios modos vſurarum. Sed hodie iure Canonum [e] aliter eſt: quod dic, vt not. *infrà, de eccl. titul. in prin. colla. v.*

t ¶ *Initium.* nam leges generaliter in futuro, non autem in præterito

terito

a Exemplaria, [illegible]

a Triens ſcilicet in pecunia ſiliqua vna pro ſolido vno.

b Centeſima vero tres ſiliquæ pro ſolido.

a Vicini mobiles habere [illegible]

b Aridi fructus [illegible]

d Hac Nouella [illegible] centeſimas.

e Priuilegia [illegible]

g Canonico iure [illegible]

teſito tempore ante cõpoſitionem ſui extendūtur: *vt ſuprà, de nupt. §. 60. & C & ff. de legi. & conſt. l. leges.*

a ¶ *Et creditoribus. ſic ſuprà, de fideiuſſ. §. quod autem.*

b ¶ *Omnibus.* non tamen omnibus debitoribus ſecūdum nos, ſed ſecundùm alios etiam omnibus debitoribus. ACCVRS.

c ¶ *Cadent.* ipſo iure: *vt C. loca l. fi.* ACCVR.

vel hordeum fœneratum, vel alij aridi fructus, creditores tam quod dederunt accipientes, quàm pro vſuris octauam modij partem annuam pro ſingulis modiis, vel ſiliquam pro ſingulo ſolido, ſecundùm hunc modum, inquantum fœnus permāſerit, percipientes: ſiue terrulas, ſiue aliud pignus acceperunt, boues fortè, vel pecora, vel mācipia, hæc modis omnibus reddere: & hāc legem communem omnibus eſſe, humanitate, & pietate gaudentem, & omnibus egenis conſulentem, & creditoribus [a] mediocre ſolatium afferentem.

EPILOGVS.

¶ Hæc igitur, quæ à nobis ſtatuta ſunt, charitas tua in omni prouincia, quæ tuo moderamine gubernatur, obſeruare feſtinet: ſcituris omnibus [b] creditoribus, quòd ſi aliquid præter hæc commiſerint, exactione cadent [c]: & cui fœnus oblatum eſt, hoc habebit ſolatium, vt ipſe quidem ſecurus degat: auarum autem creditorem videat in ſuis pecuniis patientem iacturam. Dat. XV. Kalend. Iul. Conſtantinopoli poſt Biliſar. V.C. Conſ.

DE ADIVTORIBVS QVÆSTORIS.

TITVLVS XIV.

Nouella conſtitutio trigeſimaquinta.

Hæc prorſus deeſt in Græco, iſtam autem epitomen inueni in Nouellis Iuliani, quam hic aſcripſi.

Vigintiſex adiutoribus Quæſtoris, quos boëthos dicunt Quæſtoris, liceat in ſuo loco alio ſubſtituere, idoneos tamen, & quos pro tempore Quæſtor elegerit, propoſitis ſacris Euangeliis. Hi autem qui fiunt in locum eorum, qui ſuo loco ceſſerunt, centum ſolidis præſtitis fiant. Iſtorum autem trium graduum viri, id eſt, ſcrinij memoriæ, & duorum, qui proximi futuri ſunt, quamuis non ex vigintiſex adiutoribus, tamen licentiam habeant ſurrogare in locum ſuum. Habeant igitur ius vendendi militiam ſuam, & non vltra centum ſolidos, dummodo & is, qui ſubrogatur, electione Quæſtoris fiat. Prærogatiuas autem conſtit..tio dat Theodoſio, & Epicteto, & Quintillo, & Sabbatio, & Perigeno. Illo videlicet obſeruando, vt ſi quis ex vigintiſex adiutoribus defunctus fuerit, ab hærede eius centum ſolidi dentur, & electione Quæſtoris militent. Sin autem liberi ſint defuncti, idem iuris habeant, quamuis hæredes parenti ſuo non extiterint. Dat. C. Biliſ.

DE SVCCESSORIBVS EORVM qui in Africa degunt.

TITVLVS XV.

Nouella conſtitutio trigeſimaſexta.

Omne infinitum, &c. Vt Africa, quæ Vandalorum temporibus, vel ipſis, vel propriis parentibus, vel auis vtriuſque ſexus, vel ex tranſuerſo cognatis vſque ad tertium gradum erepta ſunt, intra quinque annorum ſpatium vindicent, niſi legitimis excludantur præſcriptionibus. 2. Vt ad comprobandum genus ambæ partes probationes proferant. 3. Vt omnes Afri Romanis legibus ſubditi ſint.

DE ECCLESIIS CONSTITVTIS in Africa.

TITVLVS XVI.

Nouella conſtitutio trigeſimaſeptima.

Venerabilem eccleſiam, &c. Ab Arianis ablata capiunto, ſibique habento eccleſiæ Africæ: vt tamen publicas pro illis penſiones conferant, ab iiſdem acceptis immobilibus à nemine lædendis, Hæreticus non baptizato, ad rempublicam non accedito, catechumenum non circumcidito. Nulla omnino hæreſis domum, aut locum orationis habeto. Carthaginenſis Eccleſia priuilegia obtineto, quæ in vniuerſum de omnibus dicta ſunt Eccleſiis in Codice. Qui ad Carthaginenſem Eccleſiam confugerit, is impunitatem habeto, niſi homicidium, aut raptum virginis, aut vim in Chriſtianum admiſerit. Eccleſiis Africæ ab aliquo pro ſua ipſius ſalute oblata, à nemine prorſus auferuntor. Hoc ipſe generaliter de omnibus Eccleſiis accipito.

DE DECVRIONIBVS, ET FILIIS eorum.

TITVLVS XVII.

Nouella conſtitutio xxxviij.

Imp. Iuſtinianus Aug. Ioanni P. P. per Orientem.

Qvi Rempublicam olim nobis diſpoſuerunt, exiſtimauerunt oportere ſecundùm regiæ vrbis inſtar adunare in vnaquaque ciuitate nobiles viros, & vnicuique Senatus dare curiam, per quam debuiſſent agi, quæ publica ſunt, atque omnia ſecundùm ordinem. Sic itaque res florum ſic fuit clara, vt magnæ, & populoſæ domus curialium eſſent multitudine quidem exiſtente curialium: quod autem functionum videbatur eſſe onus, nulli omnino intolerabile exiſtebat. Nam quod in multitudinem diuiditur, onus inſenſibile propemodum facit eis, qui hoc ſuſtinent. Quando autem per partes quidem cœperunt ſe eximere albo * Curiæ, & occaſiones inuenire, per quas liberi his efficerentur, ſic paulatim deminutæ ſunt curiæ, innumeris excogitatis occaſionibus; per quæ potuiſſent ſpecialia quidem bene habere, cōmunia autem, & publica deminui. Propterea ad paucos viros redactæ functiones, & illis facultates commouerunt, & ciuitates ita deminutæ ſunt, vt ſub iſtos perditos conductores, quos vindices vocant, redacta curia, contigerit reſpublica plena quidem defectibus; plena verò omni iniuſtitia fieret.

[illegible] (margin note) · * [illegible] (margin note)

1. ¶ Hæc nos ſæpe perſcrutantes, æſtimauimus oportere medelam rei adhibere, & quantum nos in hoc laboramus, tantum omnem adinuenerunt curiales artem aduerſus ea, quæ rectè, iuſtéque ſancita ſunt, & contra fiſcum. Dum enim vidiſſent compelli ſe omnimodo curiæ ſeruare quartam partem, & hoc vix per noſtras leges impoſitum, cœperunt diſcerpere proprias facultates: quatenus minus idonei deficerent, & non quartam portionem: ſed omnem continuò paupertatem ſuam curiæ derelinquerent. Denique quoniam ipſis corporibus fraudare curiam voluerunt, rem omnium impiam adinuènerunt à nuptiis legitimis abſtinentes, vt eligerent magis ſine filiis, quàm ſub lege deficere, aut generi ſuo, vel curiæ inutiles * apparere. Et rurſus egerunt dudum poni legē, quæ præter decretum iubebat eis donare propria, cū quandam venditionem cum decreto fieri ad eam lex volebat, ſed hæc ipſa erat mirabilis, quæ ſolam venditionem ſubiiciebat adiectioni decreti, & aliis exinde ne

* [illegible] (margin note)

de neceſſitatibus: alia verò omnia derelinquebat eis agere, ſecundùm quem voluiſſent modum: hæc tranſtulerunt curialium facultates ad alias, & alias perſonas, nihil exinde habente curia. Denique ſi quis denumerat noſtræ reipubl. curias, attenuatas inueniat virorum, neque alias quidem, neque rerum copias habentes, aut paucorum forſan hominum: rerum autem nihil penitus.

2. ¶ Igitur olim per partes nos protulimus ſanctiones, volentes & venditiones, & donationes ſimplices, omnem actum alienationem habentem immobilium curialium rerum, ſubiacere decreto, cum obſeruatione facta, quæ in illa lege poſita eſt. Deinde poſt hæc quia ſub falſas cauſas faciebant donationes: & hoc omnino abrogauimus, donationem ſimplicem facere curialem in quacunque perſona. excepimus autem competenter ante nuptias donationes, eo quod neque donationes omnino ſunt; ſed contractus ſpecies in eis inſerta eſt, & filiorum procreandorum copiam introducunt, quod nobis, & maximè in curialibus ſtudij eſt. Poſt hæc conſpicientes de hoc ipſo multas circumſcriptiones fieri, legem conſcripſimus omnino debere curiam ſiue cum corpore, ſiue ſine ipſo, omnino tres vncias habere, & non minus licere cuidam relinquere curiæ, neque circumſcribere: neque diminuere eas ſub vllo modo, ſiue filius ſit, qui in curia eſt, ſiue ipſa ſuſcepit tres vncias curia.

3. ¶ Et non vſque ad hoc ſtetimus: ſed & fœminas in propria inſtitutione dare quandam partem ſanciuimus, quatenus per nullam occaſionem deminueretur curiæ (ſic ut prædiximus) quarta pars totius ſubſtantiæ curialis. Sed & multas iſtas, & diffuſas munificentias abrogauimus, non concedentes liberari aliter curia, niſi per maximarum dignitatum adeptionem, patriciatus, aut præfecturæ ſiue ciuilis, ſiue militaris: præfecturas autem eſſe & eas, quæ principatum agunt exercitus, lex nouit. itaque ſi quis præfecturæ dignitatem adminiſtrauerit, in ipſo actu conſtitutus & ſiue adminiſtrans eam, ſiue principatum agens exercitus, curiali iſte liberatur à conditione ſecundùm noſtram legem, aliis omnibus exceptionibus abrogatis. Nam quæ propter ſolum honorem dantur, tales dignitates (præfectorias dicimus; idem autem eſt dicere & magiſtro militatus) non eximere curiæ albo eos, qui hæc meruerunt, ſanciuimus. Hæc itaque in anterioribus à nobis ſancita ſunt, cum aliis multis, quæ licebit ex ipſis olim poſitis legibus aduertere. Abſoluimus autem & quoſdam à curiæ conditione, diuerſas his pragmaticas concedentes leges, quas omnes firmas eſſe volumus, & præſentem ſanctionem ab vndecima Indictione nuper delapſa inchoare, ex qua nobis in conſilio venit hæc lex.

4. ¶ Quoniam autem vidimus quoſdam ſic aduerſos eſſe contra proprias patrias vt eligant potiùs aliis ſuas relinquere ſubſtantias, & vix quartam partem curiæ, & hoc per noſtram legem exiſtimauimus oportere, vbi filij deſunt, hanc partem augere.

CAPVT I.

¶ Si igitur poſt hanc noſtram legem defunctus fuerit curialis, filios non habens neque maſculos, neque fœminas, iſte propriam ſubſtantiam * curiæ derelinquat: quartam verò quibus voluerit. Erit nanque ei pro filio forſan vno, vel pro plurimis tota curia: id eſt, & totius ciuitatis plenitudo in filiorū modo exiſtens, & fama bona perpetua, & immortalis memoria, & fructus tantus, quantus nequaquā à filiis eſſet. Quòd ſi quis legitimos filios non habuerit; naturales autem ei fuerint, liceat cum onere curiæ ſcribere ſibi hos hæredes, & ſcriptura pro omni datione ſit, & non indigeat antiquarum legum, aut aliis adiectionibus, neque dum adhuc ſuperſtes eſt datione: ſed mox ſcripti, ſiquidem liberi fuerint, curiales, & hæredes efficiantur, & habeant ipſi nouem vncias ſubſtantiæ, ſecundùm quod pater eis diuiſerit. Quòd ſi omnia eis relinquere voluerit, adhuc meliùs faciet; veruntamen vſque ad nouem vncias modis omnibus eis relinquat, cognoſcens quia vel ſi reliquerit minus, à lege eis omnino vſque ad nouem vncias ſupplenda erit ſubſtantia: illi verò, ſi quidem deſiderauerint [ſubſtantiam accipere] & curiales efficiantur. quòd ſi quidam voluerint, quidam autem recuſauerint, ad eos, qui elegerint, recuſantium veniant partes: quòd ſi omnes recuſauerint, tunc tanquam ſi nullus filius ſit, taliter ad curiam veniant omnes nouem vnciæ.

* In Græco [illegible] propriæ ſubſtantiæ nouem vncias.

CAPVT II.

¶ Quòd ſi ille quidem tacuerit, filiorum autem legitimorum ei procreatio non fuerit, tunc quarta pars ad hæredes, qui ſine ſcriptura ſunt, veniat; naturales autem filij, ſi voluerint ſe offerre curiæ, recipiantur, ſecundùm quod voluerint, ſiue omnes, ſiue quidā ex eis, modis omnibus nouem vnciis ſubſtantiæ ad eum, qui curiæ ſe dedit, deuolutis. Quòd ſi ex ancilla ei progeniti fuerint; deinde ipſe eos manumiſerit, aut dū ſupereſt, aut in teſtamento: & obtulerit eos, & iſti ſuſcipiantur, & ſint curiales ſecundum quod teſtator voluerit, aut ſecundùm quod deſiderium eorum fecerit, dantium ſe curiæ, accepturi ſecundùm quod dictū eſt, nouem vncias. Vbique enim volumus ſiue teſtatus fuerit, ſiue inteſtatus deceſſerit, eos, qui ad curiam venerūt, nouem vncias accipere. quòd ſi manumiſerit quidem tantummodo, non tamen obtulerit; illi autem etiam taliter voluerint, aut vnus, aut quidam ex eis ad curiam venire. & tunc nouem vnciæ ei, vel eis, qui in curia ſunt, ſecundùm virilem partem dentur. Quòd ſi nullus naturalium voluerit, aut datus non fuerit, tunc nouem vncias curia percipiat.

CAPVT III.

¶ Quòd ſi legitimorum filiorum fuerit pater, tunc res decernenda eſt, vtrùm tantummodo maſculi, aut tantummodo fœminæ, aut certè permixti ſexus ſint quatenus lex vndique perfectionem habeat, & curiæ vtilitatem. Si ergo maſculi ei tantummodo fuerint filij, vel forſan nepotes maſculi ex prædefuncto filio, nouem vncias in omnes filios, ſicut voluerit, diuidat; ſic tamen, vt in nullo diminuatur lex, quæ de inofficioſis legitur teſtamentis, niſi fortè ingratitudinis modus hoc fecerit, neque enim quæ in his poſitæ ſunt leges, omnino deſtruimus; illo omnimodo cuſtodito, vt nouem vnciæ inter non ingratos filios diuidantur, & ſecundùm hoc vnuſquiſque ſubeat curiæ paternæ functionem, ſecundum quod eis pater diuiſerit ſubſtantiam, trib. vnciis tantummodo paternæ derelictis voluntati, vbi eas peruenire voluerit.

CAPVT IIII.

¶ Quòd ſi omnes fœminæ nuptæ fuerint, ſi quidem eiuſdem ciuitatis curialib. nuptæ fuerint: licentia erit patri, ſi quidem nuptæ fuerint (ſicut dictum eſt) curialibus, diuidere inter eas omnem ſubſtantiam, aut certè nouem vncias ſecundùm quomodo voluerit, reſpiciens & hic legem, quæ de ſucceſſionibus ſine ſcriptura diſpoſuit. Quòd ſi quædam ex eis nuptæ ſunt curialibus, quædam verò non his; talib. quidem nouem vnciæ omnimodo relinquantur à patre curialium, vxoribus diuiſæ, & hic ſecundum quod pater voluerit: reſiduum autem his, quæ non curialibus propriæ patri nuptæ ſunt, vel certè aliis proculdubio legitima portione, & eis omnino reſeruatis.

Quod

Quòd ſi needum nuptæ ſint, tunc ſub tali definitione ſcribendum eſt de his aut quandam, aut quaſdam ex eis in V I I I I. vnciis eſſe hæredes, quatenus omnimodo nubant eiuſdem ciuitatis curialibus. Quòd ſi hoc noluerint, aut ipſe quidem ſcripſerit: illæ verò nõ pertulerint, nouem vnciæ quidem ad curiam ciuitatis veniant: tres autem vnciæ tantummodo inter omnes, ſecundùm quod lex vult, diuidẽtur in modum deductis in rationem etiam dotibus earum.

CAPVT V.

¶ Quòd ſi maſculi, & fœminæ fuerint, maſculi quidem omnimodo ſubſtantiæ mediam habeant portionem; fœminæ verò reſiduam mediam: non integram quidem; dabunt namque ipſæ quartam partem curialibus fratribus; ſi tamen non fuerint curialium vxores omnes, aut quædam ex eis: quod ſi ad tales peruenerint nuptias, & curialibus propriæ patriæ fuerint ſociatæ, tunc liberabuntur à quarta parte curiæ danda, vtpote quæ videantur & ipſæ per viros ſuos, donec ſuperſunt, eſſe participes functionum. Hæc nos ſancire oportere exiſtimauimus, non quò auferamus hominibus propriarum rerum diſpenſationem: ſed vt ciuitatum non integrè deſolatæ curiæ remanerent, neque adinuentionibus quibuſdam forſan, & impiis deminuerentur curiæ. Denique cognouimus quoſdã interdictas lege contrahere nuptias, vt ex hoc non legitimi, ſed naturales filij procreentur, & ipſis reuera, vtpote extraneis relinquere, & ſic fraudare curiam debita facultate.

CAPVT VI.

¶ Sed & illud etiam ex ipſo reperimus experimẽto, quòd aduerſus curiam ſint multi quaſi dicentes, aut ſacri ærarij [a], aut vicaneæ, aut purpurariæ, aut alterius cuiuſcunque conditionis eſſe alterum parentum curialis; & tentant adiudicare ſeipſos vel ſacri ærarij, vel vicaneæ, vel purpurariæ, aut alius quibuſcunque conditionibus, & curiam euitare. Sancimus itaque nullam eſſe talem artem aduerſus publicum. Sed omnino ſiue ex ſacri ærarij matre, ſiue ex purpuraria, ſiue ex vicanea nati fuerint filij curiali, curialẽ conditionẽ obtinere volumus. Curiales enim pauciores ſũt vbiq; locorum noſtræ reipublicæ: ſacri verò ærarij, & vicanei, & purpurarij in multitudinẽ effuſi, conſtituti ſunt, & congruens eſt magis amplificare curias ciuitatum in paucis corporibus anguſtatas, quã multitudinem multitudini adijcere. Quòd ſi quidam nomine propriæ matris, tanquam ſacri ærarij, vel purpurariæ, aut vicaneæ conditionis ſit, ſe ſubtrahere à curiæ conditione tentauerunt, vel tentauerint, à nuper præterita DECIMA INDICTIONE, & ipſa, & ea, quæ ſecundùm hunc acta ſint modum, ſiue à noſtra aula, ſiue aliunde, vacua, & inualida ſint, & hos tales curiales de cætero eſſe ſancimus. nam ſi quid actum eſt ante decimam Indictionem, hoc firmum, & in ſua fortitudine permanere volumus.

[a] Tamiace. Iulian.

CAPVT VII.

¶ Excipimus autem ab hac noſtra diuina conſtitutione Theodoſium, & eius fratres, & filios Ioannis, qui cognomen habuit Xeſcon, qui in ſacri ærarij, conditione permanſerunt, licèt de curialib. eſſent patribus ante decimam Indictionem, & omne, quidquid actum eſt in eorum liberatione deſtruimus. Nihil enim eorũ, quæ licuerunt, frui volumus; ſed curiales eſſe, & quæ curialium ſunt agere, & ad functiones curiales reſpicere, nihil ſicut prælocuti ſumus, eis prodeſſe poſſibile. Sed & ſi quid elicitum eſt eis ſiue ex noſtro palatio, ſiue aliunde.

De reſtitutionibus. hæc ſubſcriptio deprauata apud Scrimgerũ, & alias editiones.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur viſa ſunt nobis & ad vtilitatem ciuitatum, & curiarum, complacuerunt, quæ per hanc indicantur legem, tua excellentia & cuſtodire, & operi tradere feſtinet, imminente pœna XX. LIBRARVM AVRI aduerſus eum, qui hanc legem noſtram præuaricari præſumpſerit. Datum X V. Kalendes Martias, Conſtantinopoli, Indictione vndecima, poſt conſulatum Baſilij anno ſeptimo.

DE RESTITVTIONIbus [a], & ea, quæ parit [b] in vndecimo menſe poſt mortem viri.

TITVLVS XVIII.

Nouella conſtitutio XXXIX.

Imperator Iuſtinianus Aug. Ioanni glorioſiſs. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli, & patricio.

Res reſtitutioni ſubiacentes alienari prohibentur, niſi propter cauſam dotis, vel donationis propter nuptias: propter quas cauſas alienatio permittitur. BART.

PRÆFATIO.

Decurſio, & varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad bene ſe habendum reuocatur: (licèt prima eius [c] gubernentur principia;) niſi etiam, quod particulariter ei reſiſtit, corrigatur [d]: ſicque conſtituatur ſub trãquillitate, & quiete, vt legi [e] conueniens eſt: quale ſcilicet quiddam etiam nunc emergens, ad legis [f] nos opus adduxit. Scimus enim quod etiam dudum de reſtitutionibus dubitabatur: & ſi contigiſſet quaſdam hypothecas obligari eius, qui reſtitutione grauabatur, plurimæ contentionis erat negotium, ſiue oporteret etiam res, quæ reſtitui iuſſæ fuerant, periculum [g] pati, ſiue ſolas eius, qui grauabatur, reſtitutione [h]: & multa [i] quædam erat, etiam circa ipſam verborum differentiam, quæſtio [k], vtrùm defunctus præcepiſſet res [l], quæ manerent poſt mortem eius, qui grauabatur reſtitutione, oportere

---

a DE RESTITutionibus, &c.

Hæc prima pars expeditur inſt. eodem. vſque ad §. vnum.

b ¶ Et ea quæ parit. *hoc dicitur* infrà, eodem §. vnum. *vſque in fi. conſtitutionis.*

c *Decurſio.*] *Licèt prima eius.* id eſt dicere, licèt principia dentur, quæ maximæ, ſiue regulæ appellantur in Dialectica: hoc non ſufficit, niſi a nouæ exceptiones, quæ regulas ſalſificant, dicantur: *vt hic, & ſuprà, de non alienan. §. vbi autem colla. 4.* Hæc autem eſt regula, quòd res, quæ ſubiacẽt reſtitutioni, prohibentur alienari. hæc autem eſt exceptio, niſi [b] in cauſa dotis [c], & donat. propter nupt. & facit *ff. de reg. iur. l. ſemper generalibus, & ff. de le. ij. l. vxorum. §. fideicomiſſo.* Sed econtrà regula pẽremptoria, ſiue regulariter ſoliquo perempto, non eſt opus alia perſcrutatione deinde: *ſicut ſuprà, de non alie. §. ſiommen* [illegible] *coll. j. & ff. de re. iu. l. ſi ex. §. verùm.*

d ¶ *Corrigatur.* corrigendo alias exceptiones, quæ non placent, & dimittendo quæ placent.

e ¶ *Vt legi.* ſubaudi, &c. ſed ſine eo ſubaudiri legi poteſt. ACCVR.

f ¶ *Ad legis.* quam modò incipiet, ſcilicet *infrà, eodẽ §. quamobrem,* Hic autem primò tres dubitationes ponit, quas non ſoluit. ſed tu ſolue: vt ibi diximus circa literam.

g ¶ *Periculum.* ſcil. obligationis, ſecundum Albe.

h ¶ *Reſtitutione.* hanc primam dubitationem non ſoluit: ſed ſolue vt diximus *Inſtit. de leg. §. 9 & C. communia de legat. l. 3.* quæ dicunt, quòd non ſunt obligatæ.

i ¶ *Multa* ſcil. quæſtio, vt ſubiicit. & eſt ſecunda dubitatio, quam non ſoluit.

k ¶ *Quæſtio.* & erat bene facienda hic dubitatio, cùm hæc verba diuerſa adinuicem ſignificent. Nam vnũ cogat reſtituere [d], quod hæredi ſupererit quando morietur, ſcilicet hæredes, ſufficit ſi quartam reſeruet: *vt infrà, de reſtit. § fin autem. coll. vij.* ſi verò ſimpliciter, tunc quarta deducta dodrantem reſtituat: *vt C. ad Trebell. l. j. & ij.* alias enim niſi inter verba eſſet vis, nõ eſſet quæſtio facienda: *vt Cod. communia de leg. l. ij* quæ huic reſpon. eſt contraria.

¶ *Res.* non ſolùm res illius, qui grauabatur reſtitutione.

[illegible marginal notes]

a ¶ *Poſt*

a ¶ *Poſt detentionem.* hoc verbū non erat neceſſe per teſtatorem dici, &c.
b ¶ *Et introducebantur* vt patet C *communia de leg. l.* j & eſt hic tertia quæſtio: ſed hanc dicit ſe ſoluiſſe: vt ſubiicit.
c ¶ *Ex inopia* ſcilicet actione in rem.
d ¶ *Legem.* vt *Cod. communia de leg. l. fin.* ¶ *ſed quia noſtra maieſtas.* Accvrs.
e ¶ *Alienari* irreuocabiliter[a] quod verbum alienationis ad eos actus refertur proprie, per quos dominium transfertur. vt *Cod. de fun. do. l.* j. Sed largè & ad pignoris obligationem trahitur vt *in præ. de non alien. ¶ alienationis collat.* ij ¶ Sed certè hæc litera videtur ſibi ipſi contraria nam prohibet primò alienationem: ergo ſi fiat, non valet: cum quidquid fit contra[b] legem, non valeat: vt *C. de legi. & con. l. non dubium.* Sed ſtatim ſubiicit, quod ambulat cum propria fortuna alienatio: ergo valet. Sed dic, quòd valet, ſcilicet interim[c]: non autem valet, ſcilicet irreuocabiliter. nam exiſtente conditione [illegible] alienatio. & hoc propter prohibitionem: vt patet. *ff de leg.* j *l. ſi fundum & ff. quemadm. ſer. amit. l. [illegible] ¶ fin. & ff. de adem. liber. l. generaliter. ¶ quotiens.* In caſu tamen etiam interim non valet: vt ſi velit alienare manumittendo[d]: & eſt ratio: quia non poſſet reuocari facilè. vt alia relicta *vt ff qui, & à qui. l. generaliter. ¶ ſub conditione.* niſi in teſtamento [illegible] rogatus: quo caſu & teſtamenti fauore, & libertatis valet: vt *ff. ad Trebel. l. quidam. ¶. ſi quis filium* ¶ Sed cùm quarta maneat apud grauatum, quare non valet alienatio, quatenus durat quarta, vt & alias vt *ſuprà, de nupt. ¶ quoniam informat* Reſpon. imò valet: vt *ff. ad Trebell. l. Marcellus ¶.* Quod ergo hic dicit, poſſe reuocari: dic eſſe verum, ſi vltra quartam ſuam alienet, vel obliget. Accvrs.
f ¶ *Reuerti* ſic *ff de contrahen. emp. l. alienatio.* ſic *ff vt in poſſ leg. l. ſi fideicommiſſorum* j *& q. reſpon.*
g ¶ *Lex.* ſcilicet. C *comm. de leg. l. ſ.*
h ¶ *Longæua eſt.* id eſt, inueterata, ſecundùm Al. Sed certè nō poterat habere vltra x. annos, vel xj cùm illa, & iſta ſic Iuſtiniani, nec ipſe imperauerat tempore huius leg. niſi x annos, vel parū plus: *vt infr. vt præpo. nomen imperat. ¶ pen.* Alias longæuū pro c annis [illegible]
i ¶ *Quod prædiximus* ſcil. in princip. huius titu.
k ¶ *Indigere* alias, *oſtendere* & tunc repete, *oſtendere* [illegible] C *commu. de leg.* [illegible] ¶ Sed [illegible] exceptione [illegible] exceptionibus [illegible] dotis [illegible] vt declarant ſequentia.
l ¶ *Ex his læſi.* ſc. quæ ſuprà dicuntur in dicta noſtra lege.
m ¶ *Dotem.* ſuam.
n ¶ *Facta.* a viro.

o ¶ *Dabat* ſc. pactum in caſu mortis viri factum. vt j *e. ¶ quamobrem.*
p ¶ *Et patris.* ſc. communis tam mortui fratris quam heredis qui nūc petit bona. cauerat enim fortè communis hic pater, vt quicunque eorum præmoreretur ſine filiis, ſuperſtiti partem ſuam [illegible]
q ¶ *Et trahebat* ad ſe.
r ¶ *Res.* i. dotem.
ſ ¶ *Eas expendiſſe.* id eſt conſumpſiſſe, cum fortè dos erat inæſtimata. alias[a] enim eſſet maritt periculo: nec valeret hęc allegatio ſtatim. ſic *ff ſol. ma. l.* [illegible]
t ¶ *Ei* ſcilicet ſuperſtiti.
u ¶ *Omnibus* ſcili. aliis rebus mulieris. 2. Vel dic ex omnibus, id eſt, ab omnibus, ſcilicet eas poſſidentibus, nedum a muliere. Accvrsivs.
x ¶ *Legi noſtræ* q. d. non ceſſabat, niſi adimpleatur ea omnia, [illegible] C *communia de le. l.* [illegible] *¶. ſed quia.* Nam omnia vocabat. 2. Vel dic, non ceſſabat, donec hæc lex ſuperueniret licet poſtea ceſſaret eum oportuit. vt *infra, eodem. ¶ quamobrem.*
y ¶ *Forma.* q. d. hæc quæſtio fuit de facto, & determinata eſt, ſed illa determinatio non eſt in corpore iuris.
z ¶ *Ruſſus.* nunc conqueritur vir. ſuprà verò conqueſta eſt vxor.
a ¶ *Alter* vir.
b ¶ *ſupplex.* id eſt, ſupplicans.
c ¶ *ſubſtituiſſe* id eſt, [illegible]
d ¶ *Valentibus* vt *ſupra. de nupt. in princ.* [illegible]
e ¶ *Alia* id eſt, omnes alij caſus, qui ſunt *in dicta l. Cod. communia de leg. l. ſi.* valeant præter eum, qui eſt *in d. ¶. ſed quia.*
f ¶ *Fecerit.* ſ. heres ſuſtinere [illegible]
g ¶ *Hoc enim.* alias, *quod enim.* &c & tunc interrogatiue legas. q. d. nihil eſſet, quod correxiſſet *ſupra, de trien. & ſemis ¶. j. collat.* iij quod falſum eſt: imò correxit omnes ll. quæ dicebant[b] quartam ſufficere ad filium excludendum. vt *dicebat lex Cod. de inoffic. teſta. l. cum quaerebatur & l. parentibus* alias eſt, *quodam enim.* & tunc ponitur enim pro certè. Accvrsivs.
h ¶ *Inopiam eius,* i. paruitatem eius quartæ.
i ¶ *Tertiam,* ſcilicet ſeruet filio pater iubens fieri reſtitutionem ſuarum rerum.
k ¶ *Numerum.* quod plenè dictū eſt *de trien. & ſem. ¶ hinc tit.*
l ¶ *Parte* [illegible]
m ¶ *Si non ſuffecerit* ¶ Sed nónne hanc legitimam debet habere ſine onere grauaminis: vt *ſuprà, de trien. & ſe. ¶ prohibemus.* Reſpon. [illegible] poſtmodum tenetur ipſam grauari conſtituendo donationem, & pactum ſuper ea donatione faciendo. Vnde nō a patre, ſed a ſemetipſo hoc grauamē ſentit: quare de ſua legitima ſatisfacere debet donec durat: vt hic dicitur. Hæc eadē ponas econtrà in muliere. ¶ Et not. hic mirabile quia etiam[d] vltra legitima habet filius de bonis patris, etiam contra velle ipſius patris: ſed hoc non eſt propter ſe, ſed propter dotis, vel donationis propter nup. priuilegiū, vt ſubncit: & hoc etiam

reſtitui: an abſolutè reſtitui quod relictum erat, poſt detentionem[a] legitimæ partis deberet: & introducebantur[b] etiam fideicommiſſi perſecutiones: & ex inopia[c] in rem actiones, & plurimi alij, & varij, & inſolubiles pene prædictæ in rem miſſionis circuli. Sed tanquam nos ad ſedandum hoc fluctuantes, legem[d] ſcripſimus, modis omnibus prohibentes reſtitutione grauatas res aut alienari[e], aut obligari: ſed cum propria ambulare fortuna: & apud quemcunque fuerint, non manere firmè: ſed reuerti[f] ad illum, cui dari iuſſæ fuerunt. Et facta lex[g] iam quodammodo longæua eſt[h], & in iudicio approbata frequentatur; ſed futurum erat, quod prædiximus[i]: vt (quod ferre omnia conſueuit) tempus oſtenderet indigere[k] quadam exceptione neceſſaria legem. Adierunt enim nos viri, & mulieres ex his læſi[l]. Moriente namque viro, vxor quidem & dotem[m] exigebat, & donationis ante nuptias factæ[n] partem, ſeu propter nuptias, quam viri mors ei dabat[o]: defuncti verò frater aliunde vindicabat res, & patris[p] proferebat voluntatem & trahebat[q] mulieris res[r], dicens fratrem quidem ſuum [illegible] mulierem videre paternas res, quas pater non exiſtentibus filiis reſtitui præceperat ei[t]: & recipere ex omnibus[u] eas inſtabat, neque ceſſabat donec ſatisfactio legi noſtræ[x] per omnia præueniret. Sed ingemiſcebat iuſtè mulier, & dicebat iniuſtum eſſe quaſi per deceptionem dominum quidem virum fieri dotis totius: & ſi præmori mulierem contigiſſet, lucrum habere ſecundum pactum: quia verò vir mortuus eſt ſe ignorante reſtitutionem, amiſſionis periculū ſuſtineret. Sed huic quidem data eſt negotio forma[y], quam bene ſe habere putauimus. Ruſſus[z] autem alter[a] ſupplex[b] apparuit, dicens vxoris patrem ſubſtantiam eius ſubſtituiſſe[c] aliis ſuis filiis: paruamque partem ſolam apud eū iuſſiſſe manere: & magnum ſibimet imminere periculum, ſi ſuæ quidem ſubſtantiæ periculum pateretur & circa dotis reſtitutionem, & circa totum ex dotalibus inſtrumentis ſuper antenuptiali donatione pactum, ſibi verò nihil liceret promereri horum propter ſublationem, & reſtitutionem. Hæc nos meritò commouerunt, & in melius arbitrati ſumus noſtram corrigere legem, quàm ſubiectos deſpicere periculum ſuſtinentes; maximè in nuptiis, quarum nihil eſt hominibus vtilius, tanquam ſolis facere homines valentibus[d].

CAPVT I.

Si quis vnum ex liberis ſuis heredem inſtituerit, vel extraneam perſonam.

¶ Quamobrem præſentem ponimus legem, omnia quidem alia[e] prioris a nobis poſitæ conſtitutionis rata manere volentes: hoc verò innouantes ſolummodo, vt ſi quis de cætero reſtitutionem fecerit[f] ſuarum rerum: primum quidem ſeruet filio legitimam partem, non quartam: (hoc enim[g] emendauimus, inopiam eius[h] plurimū reprehendentes) ſed tertiam[i] modis † omnibus, aut mediam ſecūdum filiorum numerum[k]; deinde ex reliqua ſubſtantiæ parte[l], ſi nō ſuffecerit[m] legiti-

etiam niſi in fraudem nimium ſe grauauerit: j. eo. §.hæc igitur omnia & hæc eadem locum habent, quando filius dotem iam accepit, & ſuper dona à ſe data pactum fecit, vt lucretur mulier: vel econtrà mulier donationẽ iam accepit, & ſuper dote à marito lucranda pactum fecit. Nam ſi hæc duo debita non poſſunt ſolui de bonis eius, qui ad hoc tenetur, porrigitur manus etiam ad reſtitutionẽ: vt ſuprà, eo. §.adierunt & §.rurſus. & etiam ad hunc intellectũ poſſunt hæc verba accommodari: & vterque intellectus verus eſt. ¶ Sed quid ſi fuerit extraneus heres grauatus reſtituere? Reſpond. retinet [a] pro dote, vel dona. non tamen ſi ſoluit: vt in Nouell. eod. tit. ACCVRSIVS.

ma pars ad dotis [a], aut antenuptialis donationis oblationem; honeſtè, & ſecundùm perſonarum qualitatem, & merita [b] excipere etiam hoc ad reſtitutionem, ſecundùm quod adiectum [c] legitimæ parti, dotem, aut antenuptialem facit donationem. Sancimus enim ſecundùm hunc modum excipi modis omnibus ad reſtitutionem nuptialia documenta, & ſuper his factas alienationes, aut hypothecas: & vel ſi grauata ſit perſona aut viri, aut mulieris reſtitutione tali: liceat ei etiam nuncupatam antenuptialem, ſeu propter nuptias donationem offerre, nihil, quantùm in illis rebus, reſtitutione valente: & ſi mulier reſtitutione grauetur, non impedimentum ad dotis oblationem fieri. Ea enim, quæ communiter [d] omnibus † proſunt: iis, quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus: ſitque hoc nuptialibus donationibus, & harum exactionibus priuilegium. Si enim & ante nos [e] ex generalibus hypothecis plurima per præſumptionem exceperunt: (cùm vtique non ita nobis neceſſaria conſiſtant) quomodo non nos ex maiore, & meliore ſententia nuptialium lucrorum exceptionem faciemus.

Mulier de reſtituendo grauata non cõſtituit de nouo ex rebus ſubiacentibus reſtitutioni dotem, vel vir donationem propter nuptias. ANGEL.

1. ¶ Hæc igitur omnia futuro conferimus tempori, etiam ei [f] poſtea [g] faciendis reſtitutionibus [h] ſecundùm hanc legem. non enim [i] illarum concedimus fieri læſionem [k], vt ſi qua mulier paruam habens dotem, deinde legem cognoſcens noſtram aut ſi quis vir mediocrem fecerit antenuptialem donationem, ad circumuentionem legis velit augmentum [l] aut dotis, aut antenuptialis donationis facere: & hoc trahere ad inſidias reſtitutionum. hanc enim perimimus circumuentionem, nullam vtilitatem habere concedentes facientibus augmentum: quantum ad reſtitutionis læſionem, putam futuro tempori noſtram ſeruantes legem. Vnum [m] ſiquidem hoc capitulum eſt præſentis legis.

CAPVT II.

De muliere, quæ peperit vndecimo menſe.

Mulier intra tempora luctus pariens, ita quòd ſit certum ex primo matrimonio ſobolem nõ extitiſſe: illis pœnis punitur, quas patitur ſtatim nubens intra tempus luctus. ANGEL.

3. ¶ Et non fingant tabelliones occaſiones, per ægritudinem fortè diſcedentes, aut occupationes huiuſmodi: licebit enim eis, ſi quid tale fuerit, euocare eos, qui contrahunt, & per ſe cauſam complere [c], proinde hæc, quæ contingunt rarò [d], non impedimentum facient vniuerſis, eò quòd nihil inter homines ſic eſt indubitatum, vt non poſſit: (licèt aliquid ſit valde iuſtiſſimum) tamen ſuſcipere quamdam ſolicitam dubitationem [e]: ſed nec quæſtus [f] eorum minores fieri per hoc, propter cõtrahentium frequentiam occaſionem habentes: cùm melius ſit pauca agere cautè [g], quàm multis intereſſe periculosè.

4 ¶ Vt tamen [h] non vehementer eis [i] dura [k] lex eſſe videatur: nos conicientes [l] humanam naturam, mediocres etiam eis leges noſtras ponimus propter tales enim eorum fortè dubitationes [m] damus eis licentiam ſingulis [n] vnum [o] ad hoc conſtituere, geſtis apud clariſſimum magiſtrum cenſus fœliciſſimæ ciuitatis [p] ſolenniter celebratis, & licentiam [q], eis [r] dare, vt delegentur [s] ei ab iis, qui veniunt ad eius ſtationem, & documenta: & dimiſſis eis intereſſe: & nulli † omnino alteri in ſtatione exiſtenti licentiam eſſe, vt aut delegetur ei initium [t], aut cùm dimittuntur [u]; interſit: niſi tabellioni, qui auctoritatem habet, aut [x] qui ab eo ad hoc ſtatutus eſt.

Si verò præter hoc fiat, & alter delegetur: tunc ſubiacet pœnæ tabellio, qui auctoritatem habet à nobis dudum [y] definitam: ipſis tamen documentis [z] propter vtilitatem contrahentium non infirmandis. Nouimus enim quia legis metu de cætero & ipſi cuſtodient, quæ à nobis decreta ſunt, & documenta ſub cautela facient.

c ¶ *Et per ſe cauſam complere.* q. d. aut faciãt iſta, quę facere deberent aut eos contrahentes admoneant, vt per ſeipſos ſuos compleant contractus.

d ¶ *Rarò* quia tabellio impeditus per ſe componere: non ideo ſemper hac obiecta occaſione dicat ſe velle aliis cõmittere vnde legiſlatores de iis, quæ rarò accidunt, non curãt: *vt ſuprà, vt ſine prohi. ma. debi. & ere.* § | *coll. vij.* Fiant ergo inſtrumenta cum cautela, vt per ſe omnia faciant: quia etiam ſi facta incidunt in dubium, nedum aliàs malè facta: vt ſubiicit.

e ¶ *Dubitationem.* vt *C. quibus ad liber procla. non li. l. fin.*

f ¶ *Sed nec quæſtus* videbatur enim quòd ex quo hæc omnia faciunt & per ſe, quòd tota die habebũt quid faciant: vnde minus debeberent accipere à quolibet, cum in alio recompenſentur: quia habent exercitium maius: ſed tamen non eſt ita: vt ſubiicit.

g ¶ *Cautè.* vnde Salomon ait *Melior eſt buccella panis ſicca cũ gaudio, quã tota domus plena victimis cum iurgio* [d]. Item: *Melius eſt parum cũ iuſtitia* [d], *quàm multi fructus cũ iniquitate* [e] & facit *C. de vete. iu. enucl. l. 1. §. ſed neque. argu. contrà infra de alea. & coll. vij. §. h verò contigerit. coll. ix* ACCVRS.

h ¶ *Vt tamen.* hic incipit conſtitutio localis.

i ¶ *Eis.* ſc. tabellionibus Conſtantinopolitanæ ciuitatis.

k ¶ *Dura.* alias, *dira.* aliàs, *dura.*

l ¶ *Conicientes.* i. conſiderantes.

m ¶ *Dubitationem.* ſcilicet an poſſent aliquem delegare [f]: vel commodè poſſent facere, ſi qua neceſſitate ad talia cogerentur: *vt ſuprà eodem. §. & non fingant.*

n ¶ *Singulis.* ſ. tabellionibus, & omnibus, & ſingulis: *vt in Nou. eod. tex.*

o ¶ *Vnum.* ſ. tabellionem: *vt in Nou. eo. tex.* Sed quidam habent, vnam. ¶ Et tunc dic vnam licentiam, i. ſemel vnum conſtituere. & erit idem intellectus.

p ¶ *Ciuitatis.* quidam habent in textu, *huius:* & dicit de Conſtantinopolitana, & bene. Nam hic §. localis eſt: *vt infrà §. 6.* Sed etſi non ſit in textu hæc dictio, *huius*, tamen intelligitur

q ¶ *Licentiam.* repete, & damus eis licentiã. dare eis licentiam quam habent pro ſe in curia magiſtri cenſus, vt delegẽtur, &c.

r ¶ *Eis.* id eſt, delegatis eis inſtrumentis: ſed dic intereſſe, ſcilicet completioni inſtrumenti, ſcilicet illum, cui delegata ſunt inſtrumenta.

ſ ¶ *Vt delegentur.* ſ. inſtrumenta facienda: vt ſtatim innuit.

t ¶ *Initium.* i. audientia contractus.

u ¶ *Dimittuntur.* i. quando cõpletur ipſe idem contractus, vel quando ſcribitur.

x ¶ *Aut.* i. ſaltem.

y ¶ *Dudum.* in hoc §.

z ¶ *Documentis.* ¶ Hic eſt argumentum, imò lex expreſſa, quòd tabellio non poteſt delegare [a] diſcipulum ſuum ad componenda inſtrumenta. [b] Sed ſi fecerit inſtrumẽtum, non [c] vitiatur: ſed tabellio pœnam patitur. Sed certè hoc eſt in Conſtantinopol. ciuitate tantùm. Quid autem de aliis? poteſt dici idem ratione ſimilitudinis: vt quod eſt hic in omni eo, cui committitur præter deſignatũ ad hoc idẽ ſit ibi in quolibet. vel dicas aliud ibi: quia ibi prohibetur, & nullo caſu conceditur: quare eſt illud perpetuò prohibitum, hic nõ. vnde ſi ibi fiat contrà, non valet inſtrumentum: *vt C. de leg. & conſ. l. non dubium.* ¶ Item not. hic aliud optimum argum. quòd vt cumque [d] tabellio perdit officium ſuum (quod eſt propter multas [e] cauſas) et quia miniſtrauerit ſcripturam alienationi rei ſacræ: *vt ſuprà, de non alien. §. ad hæc* & in aliis ſimilibus caſibus, quòd non ideo debent vitiari ſua inſtrumenta: & facit *ff. de offic. præt. l. Barbarius.* & hoc eſt verum Argum. contra tamen eſt, *C. de ſen. paſ. l. ſ.*

CAP. II.

Vt tabelliones in protocolo deſcribant, idque cum die, & conſule.

Tabellio debet primò inſtrumentum in protocolo redigere, ponendo diem inſtrumenti celebrati: & omnia opportuna, & in ea charta cõtractũ ſcribere per extenſum: aliter non tenet inſtrumentũ confectum: quod habet locum in ciuitate Conſtantinopolitana. ANGELVS.

¶ Illud quoque præſenti adiicimus legi, vt tabelliones non in alia charta pura ſcribant documenta, niſi in illa, quæ [a] in initio [b] (quod vocatur protocolum [c]) per tempora glorioſiſſimi comitis ſacrarum noſtrarum largitionum habeat appellationem [d], & tempus, quo charta facta eſt, & quæcunque in talibus ſcribuntur [e]: & vt [f] protocolum non incidant: ſed inſertum relinquant. nouimus enim multas falſitates ex talibus chartis oſtenſas & priùs, & nunc: ideóque licèt aliqua ſit charta (nam & hoc ſancimus [g]) habens protocolum non ita conſcriptum: ſed aliam quamdam ſcripturam gerens, neque illam ſuſcipiant [h], tanquam adulteram [i], & ad talia

a ¶ *Quæ.* ſcilicet res, ſcil. ſcriptura in initio chartæ facta.

b ¶ *In initio.* ſcilicet habeat appellationem, vt ſequitur & facit *infrà, vt prepo. nom. imper. §. 1.*

c ¶ *Protocolum.* dicitur [f] a protos, quod eſt primum, & collũ, quod eſt collatio, ſcilicet literarũ q. d. prima collatio literarũ in charta. non autem ideo dicitur quaſi in primo collo literarũ hoc fiat: quia ſi fieret in primo collo chartæ, ſecũdùm hoc charta haberet plura colla. in hoc antè initio imbreuiatura totius contractus fiebat, & anni Domini, & familia, vt ſubiicit, & debet ſtatim in eadem charta, ſiue membrana ſieri inſtrumentum: vt ſi eſſet dubitatio in inſtrumento, recurreretur [g] ad imbreuiaturam [h], quæ [i] protocolum dicitur. (vt dictum eſt) ſic & Adã dicitur protoplaſtus, quaſi primò plaſmatus a Deo. Item Stephanus protomartyr, quaſi primus martyr poſt Natiuitatem Chriſti. Hodie autem hæc non ſunt in vſu: ſed vel in quaterno, vel prorſus alia charta fiunt huiuſmodi rogationes. quæ conſuetudo [k], cùm ſit generalis, vincit hanc legem generaliter: *vt ff. de legibus & ſena. conſultis. l. de quibus. in ſi.* Sed olim in Conſtantinopolitana tantùm ciuitate ſeruabatur: *vt infrà, §. proxi. §.*

d ¶ *Habeat appellationem.* quaſi dicat, habeat charta nomen comitis ſcriptum. ACCVRS.

e ¶ *In talibus ſcribuntur.* ſcilicet in breuiaturis, nam præter ea, quæ dicuntur infrà: *vt præponatur nomen imperatoris. collatione quinta.* & hic ſcribitur: ibi forma contractus breuiatur.

f ¶ *Et vt.* repete, præſenti adiicimus legi, vt protocolum non incidant.

g ¶ *Sancimus.* ſ. facienda.

h ¶ *Suſcipiant.* ſ. iudices.

i ¶ *Adulteram.* i. falſam.

a Rarò quæ accidunt, in legiſlatione non referuntur.

b Hoc facit à contrario ad quæſtionem, qua quæritur, an ſtipendia, quos victus domi fecerit, ſint deducenda, non de quo vide Lib. Franc. in præmp. 11. nu. 18.

c An ratione lucri, quod quis facere in vno loco, aut tempore, minus lucri in alio petere, aut adſectare debeat.

Prou. 17. a.

d Iurgij, & quietis antitheſis

e Iuſtitiæ, & iniquitatis antitheſis.

† Conſer. cum c. cum tabel. in Ou. & ea. quæ à de fide inſtru.

f Delegari ab poteſt inſtrumenti conditio à notario

a Tabellio licet non poſſit delegare diſcipulũ ſuum ad cõponenda inſtrumẽta: ſi tamen delegauerit, nõ vitiabitur inſtrumentum. ipſe verò notarius punietur. *Item dictum eſt ſuprà in verbo, ipſis per ſe, & in verb. dubitationem*

b Vide Bal. in l. 1. § ne autem. in 4. col. C. de cadu. tol.

c Inſtrumentum factum à delegato tabellione valet [illegible] promiſſa [illegible] delegatio.

d Inſtrumentum nõ vitiatur [illegible] tabellio amittit officium ſuum, vt hoc notat Speculator, [illegible]

e [illegible] Tabellio quibus ex cauſis officium amittat.

f Protocolum inepta deſcriptio.

g Sed neſcitur apparet inter, originale exemplum, ſi ne protocol., & inſtrumentorum exẽplum, ſtatur protocolo: *vt ibi Gloſſ. Bal. in l. 1. ſemper in ſtipulatione ff. de lege.*

h Imbreuiatura

i Falsò generaliter propriè nõ dicitur imbreuiatura: ſed nota, qua dignoſcebatur quæ eam chartam, quo tempore, ſub quo comite largitionum præparatiſſet, vt notat hic Cuiacius. Ex manuſcrip. Conceſ lib. 1.

k Conſuetudo generalis vincit legem. Et est apud Iulianum capit. 5. c. 72.

a ¶ *Diximus.* vbi eſt breuiatura in prin.
b ¶ *Decreta ſunt.* in illo §. *vt tamen non vehementer.* & ex §. *illud.* vſque huc. nam alia communia ſunt, quæ diximus *ſuprà eodem §. nos.*
c ¶ *Valere.* ex neceſſitate. ACCVRS.
d ¶ *Et licet.* repete, & vbi licet, id eſt licitum eſt: negotiis intereſſe ſaluandi.
e ¶ *Non dare.* repete, & vbi non licet dare.
f ¶ *Cui.* ſcilicet falſitati.

non opportunam: ſed in ſola tali charta, qualem dudum diximus a, documenta ſcribant. Hæc itaque, quæ de qualitate talium chartarum à nobis decreta ſunt b, & de inciſione eorum, quæ vocantur protocola, valere c in hac fœliciſſima ſolum ciuitate volumus: vbi plurima quidem contrahentium multitudo, multa quoque chartarum abundantia eſt: & licet d legali modo intereſſe negotiis, & non dare e occaſionem quibuſdam falſitatem committere: cui f obnoxios exiſtere demonſtrabunt, qui præter hæc aliquid agere præſumpſerint.

EPILOGVS.

Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſanctam declarata ſunt legem: tua celſitudo operi, effectuique tradere feſtinet. Dat. xix. Kal. Septemb. †

† VI. Kal. Septem poſt Biliſ. V. C. conſulatum anno ſecundo. ſic ſe Scrimgeriana editione. CONT.

VT NON LIBERENTVR CVRIALI fortuna Iudæi, nec Samaritani, aut hæretici occaſione eorum religionis: ſed curialibus quidem functionibus ſubiaceant: priuilegiis verò curialium non fruantur. Poſſe verò eos contra orthodoxos, quòd ſubiaceant curiali fortunæ, teſtimonium perhibere, vt qui & pro orthodoxa politia rectè teſtimonium perhibeant.

TITVLVS XXIV.

Nouella conſtitutio xlv.

Idem Imp. Ioanni P.P. iterum exconſuli, & patricio.

PRÆFATIO.

VErbum quoddam nobis tua retulit eminentia, quoſdam inter curiales eſſe Iudæos fortè, aut Samaritas, aut Montaniſtas, aut aliter reſpuendos homines, quos nondum hactenus recta, & immaculata fides illuxit: ſed & in tenebris ſedent, animis vera non ſentientes ſacramenta: & quoniam hæreticos odio habemus, putant per illam occaſionem liberi curialium eſſe functionum, & quæ competunt his declinare. Nos igitur mirati ſumus, ſi ſapientia, & acumen tuum tales eorum pertulit rationes, & non repentè talia dicentes dilaceraſti. Si enim homines quidam ſunt, qui quidem putant propter nouiſſimam abſurditatem illa promereri ſe præmia, quæ ſolis maximis dignitatibus reſeruauimus, quis non eorum habeat exoſam inuerecundiam, & ſtultitiam? Quapropter curiam exerceant huiuſmodi homines, & nimis ingemiſcentes, & curialibus functionibus, ſicut etiam officialibus, vt dudum ſancitum eſt, & nulla religio ab eiuſmodi nos excipiat fortuna. (horum enim nihil neque antiquorum quaſlibet legum, neque Nouellarum dictum eſt:) indigni tamen curiali ſint honore; & quoniam leges plurima curialibus præbent priuilegia, & vt non cedantur, neque ad aliam ducantur prouinciam, & alia plurima, horum nullo fruantur: ſed ſi quid ſcriptum eſt de curialibus, quod non confert priuilegium, hoc etiam in his valeat, & compleant corporalia, & pecuniaria munera, & nulla ab his eripiat eos lex: honore verò fruantur nullo: ſed ſint in turpitudine fortunæ, in qua & animam volunt eſſe. Sic igitur eis de hoc diſpoſitum ſit.

CAPVT I.

¶ Illud quoque nunciaſti dignum quæſtione tua natum. Quia enim hæreticos teſtimonium perhibere prohibuimus, quando orthodoxi inter alterutros litigant, dantes eis per noſtram cōſtitutionem, ſi quidem inter alterutros miſceantur illi, & litigent, & vterque hæreticus ſit, actor, & reus, poſſe teſtimonium perhibere, dignis adinuicem exiſtentibus, & litigantibus, & teſtimonium perhibentibus: ſi verò rurſus hæreticus ſit, & orthodoxus, contra hæreticos quidem etiam valde dari teſtimonium orthodoxo: aduerſus orthodoxum autem nequaquam, orthodoxis quoque exiſtentibus litigatoribus nullum eſſe penitus acceſſum illis ad teſtimonium perhibendum. Docuiſti igitur nos quod quidam orthodoxi conſtituti refugiunt curialis eſſe fortunæ, & neceſſitatem ſubire perhibendi teſtimonij eos, qui illi genere iuncti ſunt, vel qui aliàs quo modo eorum ſciunt fortunam. & quoniam lex eorum ſuſpendit ſuper orthodoxis teſtimonia, propterea iudices piguiſſe hoc admittere, cúmque in vanum metuant inuicem, qui huiuſmodi dubitant recipere teſtimonium, primum quidem pro orthodoxis fiunt: (hoc autem leges agere hæreticos non prohibent) deinde exiſtentes curiales poſtea contra fortunam reluctantes trahit quiſpiam ad curiam, & hæreticos ad teſtimonium vocat, quomodo non hoc pro noſtra agit republica? vt ſit quidem reſpublica litigans orthodoxa, & maximè ex quo nos Deus dedit imperare: qui autem ſuper hoc teſtantur, pro orthodoxis perhibeant teſtimonium. Conuerſatio enim noſtra recta eſt, & plena orthodoxa fide, omni alia hæreſi meritò conſtituta ſub odio.

EPILOGVS.

Et hoc igitur tua eminentia cuſtodiat, noſtram cognoſcens mentem *, & quod reipublicæ expedit commemorans, & ſciens per omnia, quia illa nobis agere, & ſancire lege ſtudij eſt, quæcunque noſtræ proſunt reipublicæ. Datum xv. Kalend. Septembr. Conſtantinopoli, poſt Conſulatum Biliſarij viri clariſſimi.

* [illegible] in Græco.

COLLATIO QVINTA.

DE ECCLESIASTICARVM REram g immobilium alienatione, & ſolutione h.

TITVLVS. I.

Nouella conſtitutio xlvj

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Ioanni glorioſiſſimo ſacroſ*an*ctorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli, & patricio.

Rei immobilis alienatio, & in ſolutum pro debito fiſcali conceſſio, permittitur de rebus Eccleſiæ, ſi ex mobilibus ſatisfieri non poſſit: ſi tamen epiſcopi, & clerici conſenſus accedat: pro debito verò priuati ſolum in ſolutum datio conceditur, exceptis rebus immobilibus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & aliarum ſibi ſubditarum, vel recommendatarum, quæ nullatenus alienantur. ANGELVS.

g DE ECCLEſiaſticarum rerum, &c.

Hic ſubiicitur quinta collatio. & quòd dicit, alienatione, ſcilicet facta pro fiſcali tantùm debito.
h ¶ Solutione, *id eſt, datione in ſolutum ipſi creditori, etiam priuato, non ſolum fiſco:* vt infra eodem. §. ſi verò priuatus.

a ¶ *Et*

PRÆFATIO.

ET circa leges ſtudium, & alia omnia à nobis deo quotidie cum labore aguntur, vt vtilitatem noſtris ſubiectis inueniamus: quod effuſum † quidem, & immenſum [a] eſt remouentes: quod autem & optimum, & metitum [b], ſubrogantes. Sæpe quoque ex ſtudio propter priorem immenſitatem etiam vltra menſuram [c], legem conſtruximus: vt quod primitùs effluebat retinẽtes [d], ita æqualitatẽ de cætero introduceremus. Nuper igitur ſcripſimus legem [e] de ſanctiſſimis Eccleſiis omnibus, & monaſteriis, & reliquis venerabilibus domibus, nullam eſſe eis rerum immobilium alienationis licentiam permittentẽ. Videbamus [f] enim cautam eſſuſam, & paulatim [g] ad alias eccleſiaſticas migrantes poſſeſſiones, neque [h] pretiis ſolutis dignis [i], neque opere incuitabili [k] imminente alienatis [l]: ſed etiam [m] contra poſitas † iam leges, decies millies circumuentiones factas.

Quocirca primam perimentes [n] viam omnibus ſimiliter inacceſſibiles contra eas [o] facimus circũuentiones. Sed hinc [p] pleriſque [q] quidem ſanctiſſimarum Eccleſiarum, aliarúmque venerabilium domuum vtilitatem habuerunt poſſeſſiones, nullo has minuere præſumente. Occurrit tamen [r] etiam aliquid difficile. Debita enim, aut longo tempore conſtituta, aut etiam poſtea ex quadam neceſſitate, & maxime per fiſcales occaſiones eis accidentia, ad alienationis neceſſitatem ſacras perduxerunt domos. mobili enim non extante [ſ] ſubſtantia ſufficienti, periclitabantur in nouiſſimam venire neceſſitatem harum præſules, neque vendere potentes, neque vnde debita ſoluerent [t], habentes.

Sed pro talibus quidem debitis poſſe pro ſolutione creditoribus dari poſſeſſiones eccleſiaſticas: tamen cum competenti ſubtilitate, & obſeruatione facienda ſolutione, iam ſæpe permiſimus [u]: ſicut neque [x] palàm hoc noſtra prius permiſimus lege. Si verò non priuatus aliquis eſt creditor, ſed præeminet † fiſcus, & exigit debita, eſt autem inopia pecuniarũ, accipere verò immobilem poſſeſſionem impoſſibile eſt: fiſcum hæc relaxare aliquid, ſubtilitati legis; competere iudicauimus. Et ſi qua neceſſitas huiuſmodi ſiat; etiam alienationem ſinere perſpeximus [y].

CAP. I.

¶ Sancimus igitur, ſi ſanctarum aliqua Eccleſiarum, aut reliquarum colendarum domuum fiſcales debeat functiones, & vnde faciat harũ redditionem, non habeat: conuenire † omnes in vnũ, & qui ex clero ſunt, & Deo amabilem epiſcopum eius ciuitatis, inſuper & metropoleos, & ſacris propoſitis eloquiis [z] cauſam examinari: & ſi non apparuerit vllus quæſtus citra alienationem immobilis rei, valens ſoluere fiſcale debitum, tum licentiam eis eſſe ſententia [a] tali procedente, & decreto † celebrato apud prouinciæ iudicẽ [b], etiam poſſeſſiones immobiles cõtingere, & eas alienare ad ſolutionem debiti: emẽtibus quidem in fiſcum [c] ſoluentibus, & deſuſcepta inde percipientibus, & ſubeuntibus [d] fiſcale debitũ, & cautelam inde habentibus, & nihil metuentibus primitùs poſitam legem [e]: conſtitutis etiam fiſcalibus deſuſceptis intimatis inter monumenta geſtorum, deponentibus [f] ut, qui fecerunt ea, vt & apud ſanctiſſimas Eccleſias ſaluentur data deſuſcepta [g]: eò quòd fiſcalia ſoluta ſint tributa, & omnia ſecundùm noſtram legem geſta ſint: non potentibus [h] aliquibus [i] fingere fiſcale debitum: & ita ad alienationes immobilium rerum accedere. Ideo enim & decreti factionẽ permittimus, vt & fiſcale debitum teſtimonio pandatur, & ex quantis deſcendit temporibus, & quoniam non pecuniis ſolutum eſt: ſed in neceſſitatem alienationis venit: vt veritas vndiq; proteſtata ſit: omnibus coram ſacris Euangeliis agendis: ſacerdotibus & epiſcopis, & clericis, & aliis omnibus, quia Deus reſpiciet, quæ geruntur ab eis: & ſi quid egerint per dolum, aut lucrũ, aut machinationem: hoc in ſuis recipient animabus viuentes, ac morientes.

CAP. II.

¶ Si verò priuatus aliquis creditor fuerit, poſſit ſecũdùm pro ſoluto ſchema [k] accipere immobiles poſſeſſiones, hic quoq; decreto faciendo: pro menſura verò eorum debitorũ aſſignandis eos poſſeſſionib. Si verò fiſcale debitum fuerit, potentibus eis ad alienationẽ [l] immobiliũ accedere ſecũdùm priorem obſeruationem: vt nihil deſit neque ſubtilitatis, neque communis vtilitatis.

[a] ET circa leges.] Immenſum. ſic ſuprà vt deter. pt num. cleric. in princ. ſic ſuprà de nupt. §. deinceps. in fi. colla. iiij. Accvrs.

[b] ¶ Metitum ſ. eſt.

[c] ¶ Menſuram q. d. non contin[illegible] mus quantũ neceſſe videbatur: ſed diximus etiam vltra menſuram vt non [a] nimium recedere videamur ab eo, quod iuſtè primò conſtitutum, vt patet Inſtitut. quib. mo. nõ poſſ. §. cum ergo. Accvrs.

[d] ¶ Retinentes. i. retractantes.

[e] ¶ Scripſimus legem. vt ſuprà, de non alie. coll. ij.

[f] ¶ Videbamus. ratio quare fecimus legem illam.

[g] ¶ Paulatim. repete, videbamus.

[h] ¶ Neque. migrantes dico, neque &c.

[i] ¶ Dignis ſ. Eccleſiis.

[k] ¶ Inuitabili. imò bene poterat euitare illam alienationem.

[l] ¶ Alienatis. ſ. poſſeſſionibus ſuis.

[m] ¶ Sed etiam. ſc. videbamus. vt not. ſuprà, de non alie. § lex itaque. & § ſequenti.

[n] ¶ Perimentes. quaſi dicat. generaliter etiam prohibendo fieri alienationem eccleſiaſticæ rei, nequaquam plus timere oportet huiuſmodi fraudes, cum omne genus alienationis ſit prohibitum: vt ſuprà, de non alie. §. ſancimus. in fi.

[o] ¶ Contra eas. ſ. venerabiles domos: vel dic melius contra eas. ſcil. leges. Accvrs.

[p] ¶ Sed hinc. i. ex prædicta lege.

[q] ¶ Pleriſque. ſc. clerici, alias. plerumque. i. frequenter.

[r] ¶ Occurrit tamen. ſc. de nouo [b] poſt prædictam legem: & ideo conſilio nouo indigebat: vt ff. de ventre in. ſpic. l. j. §. i. in princip. §. quod conſilia hic ſubiiciuntur ibi, ſancimus igitur. Accvrs.

[ſ] ¶ Non extante. alias, non exiſtente, illa enim poſſunt [c] alienari, cum non inueniatur prohibita alienatio in talibus: vt diximus ſuprà, de non alie. § non igitur. Accvrs.

[t] ¶ Soluerent. volentes ſcilicet vendere, repete.

[u] ¶ Permiſimus. ſcilicet in reſcriptis, quæ non habemus in corpore iuris, & ideo ignoramus [d] quæ fuit illa ſubtilitas hodie ſcimus poſt hanc legem: vt infra, de alien. & emphy. §. item inſuper. colla. ix. Accvrs.

[x] ¶ Sicut neque. ſcilicet tali modo, quo palam, id eſt, ſpecialiter priore non permittebatur lege: ſed generalis permittebatur hypotheca: vt ſuprà, de non alienan. §. ſin autem creditor. Azo. z. Vel dic, permiſimus in ſcriptis fieri donationem in ſolutum: ſed non permiſimus palam: id eſt, indiſtinctè: ſed quibuſdam cãtùm per illa noſtra reſcripta, quæ legem appellant, ſcilicet ſpecialem: vt Inſtitut. de iure natura. § ſed & quod principi. & nota quia dicit ſe permiſiſſe donationem in ſolutum propter debitum priuatum: ſed propter fiſcale, & donationem in ſolutum, & etiam alienationem: vt ſub. [illegible], & etiam ſtatuendo dixit poſtea proximè.

[y] ¶ Perſpeximus. ſcilicet in illis noſtris conceſſionibus. & idem etiam ſtatim dicam generaliter ſtatuendo.

[z] ¶ Eloquiis. ſic infrà, conſti. ut. quæ ex adſcr. § fin. ſic infrà, de ali. & emphy. §. ſed etiam. collat. ix.

[a] ¶ Sententia. interlocutoria.

[b] ¶ Apud prouinciæ iudicem. hoc dicit propter impenſam ſcripturæ, quæ ibi remittitur: vt infrà, de alie. & emphy. §. hoc etiam. Accvrs.

[c] ¶ In fiſcum. i. fiſco. Accvrs.

[d] ¶ Subeuntibus. i. ſoluentibus.

[e] ¶ Legem. ſuprà, de non alie. § non igitur.

[f] ¶ Deponentibus. ſic ff. de in rem verſo. l. iij. §. in rem. ſic ff. de re. credi. l. magis. §. ut tamen.

[g] ¶ Deſuſcepta. Deſuſceptum [a] dicitur profeſſio cenſualis, qua profitebatur poſſeſſor ipſi fiſco ſe tale prædium a fiſco ſuſcepiſſe, & tantùm cẽſus eo nomine ſe debere: vt C. ſine cenſu vel reli. l. fi. & ff. de cenſi. l. forma. & plenè dixi ſuprà, de man. princ. § coget autem, &c. colla. iij. fa. infrà, vt hi qui cb. § j. colla. vj. & C. de collat. fund. patr. l. pla. nos & infrà de his, qui ingred. ad ap. § illud. in fi.

[h] ¶ Potentibus. i. non valentibus.

[i] ¶ Aliquibus. ſcil. clericis.

[k] ¶ Schema. i. titulo pro ſoluto. Az.

[l] ¶ Ad alienationem. ¶ Et ita not. quòd pro debito fiſcali permittitur alienatio, & in ſolutum datio: ſed pro priuato ſola datio in ſolutum

† Imperator ſoluit quod eſt immenſum, & eſſuſum, [illegible]

a Ab antiquis, & antiquitus recepta, quam in memoriam deducendum.

† [illegible] in prou. [illegible]

b Nouis negotiis noua remedia adhibenda.

c Alienari res mobiles Eccleſiæ poſſunt, quia alienatio nõ ſunt prohibitæ.

† Imminere. d Ignorantia iuris non apparentis excuſatur.

† In alienatione rei Eccleſiaſticæ procedere debet tractatus inter perſonas Eccleſiaſticas.

† Decretum requiritur in alienatione rei Eccleſiaſticæ.

a Deſuſceptũ quid, & vid. Nou. 17. c. 8. in prin.

Solutum per hanc cõſtitutionem: ſed hodie [e] generaliter permittitur alienatio propter debitũ vel fiſcale, vel priuatum cum ſolennitate tamen: vt infrà, de al. e. & emphy. § vot etiam ſuper.

a § *His autem.* ablatiui caſus. & ſubaudi ab

b § *De hoc.* i. de rebus Eccleſiarũ Conſtantinop. ciuitatis: ſtatuimus enim recitãdo legem Leonis, & confirmãdo eam: vt ſuprà, de non alie. §. vult. enim illa. Nã d. l. Leonis tantùm in rebus Eccleſiarum Conſtantinop. ciuitatis loquitur: vt C. de ſacroſ. Eccl. l. iubemus.

c § *Eam.* i. hanc conſtitutionem.

e Alienari poſſunt immobilia eccleſiaſtica pro debito fiſcali, vel priuato: ſic tamẽ vt precedat ſolennitas in venditione.

CAP. III.

His autem [a] vniuerſis ſanctiſſimam maiorem Eccleſiam fœliciſſimę huius vrbis, & eius cõfinia & orationum domos, quarum ipſa curam ſuſcepit, omnibus excipimus modis: quæ iã de hoc [b] ſancita ſunt à nobis, in ſua virtute durantibus. Si autem & aliqua monaſteria ſub eadem ſãctiſſima maiore Eccleſia ſint, nec ea ſub præſentem facimus legem, foriſſecis in prouinciis eam [c] conſtituentes ſolùm, in quibus multa quidem eſt inopia pecuniarum per quam ſanctiſſimæ Eccleſiæ ſoluere per pecunias debita non valuerunt.

EPILOGVS

Tua igitur celſitudo, quæ placuerunt nobis cognoſcens, ſecũdùm hæc procedere ſuper ſacris reb. alienationes cuſtodiat. Dat. xiiij. Kal. Sept. Conſtantinop. poſt conſulatum Baſilij V.C. anno ſecundo.

VT † PRÆPONATVR [d] nomen Imperatoris documẽtis & vt Latinis [e] literis apertiùs tempora inſcribantur.

TITVLVS II

Nouella conſtitutio xlvij.

Imperator Iuſtinianus Aug. Ioan. præfecto prætorio iterum ex conſuli, & patricio.

In omnibus inſtrumentis iudicialibus, quæ ad tẽporis memoriam conſeruandam aguntur, vel etiam in extraiudicialibus nomẽ principis, & conſulis, indictio menſis, & dies ſunt apponenda: & etiam apponi debet aliud, ſi eſt de conſuetudine. ANGEL.

PRÆFATIO.

ILLVD omniũ honeſtius eſſe putandum documẽtum [f], & geſta [g]: & quidem omnino pro temporis memoria hominibus adinuentum eſt, quod ipſa quoque commemoratione ornatur imperij [h], conſulis [i] etenim, & indictionis [k], & quod [l] indicium [m] temporum [n] omnino eſt. & apud nos ſunt quidem forſan, & hæc ſignificatiua horum, quæ volunt: non tamẽ nos aliquod horum perimimus: ſed maiorem adiectionem eis imponimus: vt ex maioribus, & perfectioribus eis temporum deſignetur curſus. [o]Si quis enim reſpexerit ad vetuſtiſſima [p] hominum, & antiqua reipublicæ: Æneas nobis Troianus rex reipublicæ princeps [o]: & nos quidem Æneadæ ab illo vocamur: ſiue qui etiam ad ſecũdas principia reſpexerit, ex quo [p] purè Romanorum nomen apud homines coruſcauit, reges eam [q] conſtituerũt Romulus [r] & Numa: ille [ſ] quidem ciuitatem ædificans: hic autem eam legibus ordinans, & exornans. ſiue etiam tertia principia ſumat [t] quilibet [u] imperij: Cæſarem maximum, & Auguſtum Piũ [x], & ita rempublicam nobis inueniet hanc, quæ nunc eſt, valentem [y]: itque [z] immortalis [a] ab illis [b] procedens. Erit [c] ergo abſurdum in documentis, & iis, quæ in iudiciis aguntur, & abſolutè [d] in omnibus, in quibus memoria quædam fit temporum, non imperium his præponi.

d VT PRÆPONATVR [b] nomen, &c.

Hoc expeditur. infrà eo. vſque ad § illud.

e § *Et vt Latinis. hoc dicuntur.* infra, ad §. ii.

f [*Illud.*] *Putandum documentum.* alias deeſt, *d. commentum.* & tamen ſubauditur.

g § *Et geſta* [c]. ſcil. ſunt honeſta putanda. aliàs autẽ ſunt geſta, quæ in iudiciis geruntur, & in ſcriptis rediguntur, & eadem dicuntur acta.

h § *Imperij.* ¶ Not. dari plurimam auctoritatem inſtrumento ex [d] memoria principis. & facit, C. de teſt. l. omnium.

i § *Conſulis.* commemorat

k § *Indictionis.* Eſt autem indictio [e], curſus xv ann. vt dicitur, indictione prima, & ſecunda, prout eſt in hoc curſu xv. ann. vltra autem non extenditur, ſed a prima incipit. Et inde habetur quòd antiquitus Romani ſingulis xv. an. recipiebant tributũ de toto mũdo. & erat [f] in 1. primo quinquennio ferrum, vt inde fieret arma militibus Romanis. 2. ſecũdo quinquennio argentum, vt inde haberent ſtipẽdia milites 3. tertio quinquennio aurum: quod in ærario ponebatur, vt tẽpore neceſſario pro republica Romanorũ expenderetur vnde adhuc hodie ſeruamus curſum illorũ trium luſtrorum ſc. horum xv. an. & indictionem appellamus: quia ſic tributa indicebantur antiquitus. ¶ Si autẽ velis eam indictionẽ [g] colligere, accipe annos Domini, qui ſunt M.ccxx. & eis addas iij an. quia totus annus erat tempore Natiuitatis Chriſti, ſ. tertius indictionis. & diuide per xv. & ſemper abiicies iſta xv & cum habeas numerum completum, Lxv. inuenies te habere indictionẽ viij. & de hoc no. C. de teſt. eod. tom. ſo ſi.

l § *Et quod.* Hic incipit oratio iſta: & tantum dicit, quòd ſi qua

b Con. c. cum Auth. inter debitis, cum illa, ſuper verbo, indictionis. contra de ſtipu. non renuntiatur cum illam conſuetudinem.

c Geſta, & acta

d S [illegible] quod fit in præſentia principis

† Aliàs xv in [illegible] editione.

e Indictio quid. De Indictione vide Glo. in [illegible] ſuper verbo, indictionis. contrà de ſtipu. vbi [illegible] indictione notatur.

f Inſtrumentorũ quæ forma eſſe debeat: vide Gloſ. [illegible] vero, ſerui [illegible]

¶ Nota, vt dicit ad conſt. de nouo Cod.

g Indictionũ tẽpus quemadmodũ colligatur.

* Quotquot iudicia.

alia iudicia ſunt ratione memoriæ temporũ, vel apud nos, vel apud alios vt ſi forte fiat mentio ciuitatis: vt infrà, eo. §. ſi qua verò. vel quæſtoris: vt ſuprà, de ta §. ſi. hoc non tollamus: ſed eis iſta adiicimus: vt infrà, eo. §. ſi qua verò. ibi, nos enim, &c.

m § *Indicium* alias *iudicium*: & hæc eſt mala litera. alias, *indicium.* & hæc eſt bona

n § *Ad vetuſtiſſima.* principia.

o § *Princeps.* ſubaudi, iuſſit nomen apponi in documentis, & geſtis.

p § *Ex quo.* ſcilic. tempore

q § *Eam.* Romam.

r § *Romulus.* ſub. ſcilicet.

ſ § *Ille.* ſ. Romulus.

t § *Sumat.* reſpuenda.

u § *Quilibet.* ſ. aliquis.

x § *Auguſtum Pium.* ſ. inueniet, vt ſubiicit. ACCVRSIVS.

y § *Valentem.* q. d. eadem, quæ tunc erat: nec ſi de ind. i. proponebatur.

z § *Sit.* in ſtatuto.

a § *Immortalis.* reſpublica. ACCVRSIVS.

b § *Ab illis.* imperatoribus.

c § *Erit.* cùm ſic poſt Imperatorum nomina talia facta antiqua inueniebantur: vt dicitur ab illo §. ſi quæ enim. vſque huc, ergo erit abſurdum.

d § *Abſolutè.* i. indiſtinctè. ACCVRSIVS.

e § *Imperij.* ſub. tempore.

f § *Hæc.* ſcilic. documenta.

g § *Ciuitatum temporibus.* puta 2. an. à compoſitione ciuitatis: vt de imperio modò dixit. & facit Cod. de ferr. l. omnes. ibi, *hic ad. licet natalitiis*, &c.

h § *Quam.* ſc. diem, in qua die geruntur.

i § *Annus.* ſ. quot anni ſunt, quod illa ciuitas facta fuit.

k § *Nihil.* ſupr. i. eod. in prin. ibi, & quotquot iudicia, &c.

l § *Imperiali.* ſcil. nomine.

m § *Inchoetur.* ſc. documentum.

n § *Mox.* priuſquam alia ponatur. ACCVRSIVS.

o § *Auctore.* putà in nomine Domini. & facit infrà de quæſtore, in prin. & de armis, in prin. coll. vj. § Sed nunquid anni [a] Dominicæ incarnationis apponendi ſunt? Reſp. hac lege vel alia non cauetur: ſed tamen dico quòd apponendi ſunt [b], & aliàs non valet inſtrumentum: quia eſt de conſuetudine, quod apponendi ſunt: & aliàs non valet quod agitur: vt ſuprà proxim. §. ſi qua verò & ſuprà eodem. in princ. ibi, & quotquot &c. & eſt etiam conſuetudo generalis. vnde etiam ſi lex diceret contrà: tamen deuincet eam conſuetudo: vt ff. de

§ Tantas

a Anni [illegible]

CAPVT I.

Vnde ſancimus eos, quicunque geſtis miniſtrant, ſiue in iudiciis, ſiue vbicunque conficiuntur acta: & tabelliones, qui omnino qualibet forma documenta conſcribunt in hac magna ciuitate, ſiue in aliis gentibus omnibus, quibus nos præſidere dedit Deus, hoc modo incipere in documentis: Imperij [e] illius ſacratiſſimi Auguſti Imperatoris anno tertio †: & poſt illa inferre conſulis appellationem, qui in illo anno eſt: & tertio loco indictionem, mẽſem, & diem. ſic enim per omnia tempus ſeruabitur, & pro Imperij memoria, atque conſulatus ordine, & reliqua obſeruatione interpoſita documẽtis, inadulterata hæc [f] valde conſtituuntur.

1. § Si qua verò apud Orientis habitatores, aut alios homines obſeruatio cuſtodiatur in ciuitatum temporibus [g], neque huic inuidemus: ſed præſcribatur quidem imperium: ſequatur verò (ſicut dictum eſt) conſul, & indictio, atque menſis, & dies, ſecundùm quam [h] geruntur, & conſcribuntur quæ aguntur: & tunc inſeratur etiam ciuitatis omnibus modis annus [i]. Nos enim auferimus quidem priorum nihil [k]: imperiali [l] verò additamento cauſam augemus. Et inchoetur [m] mox [n] auctore [o], Deo à præcedente

Digitized by Google

prima indictione [a]: ita quodammodo eis ſcribentibus: Imperij Iuſtiniani ſacratiſſimi Auguſti Imperatoris anno xj. & poſt cõſulatum [illegible] clariſſimi viri anno ij. [illegible] ix. Kalendas Iunij [a]: ſic quoque innumerentur Imperij anni, & noſtri [b], in quantum eos Deus elongauerit, & de cætero Imperatorum. Palam namque eſt, quia nũc [c] quidem annum vndecimũ [d] noſtri ſcribunt Imperij: inchoante verò Aprili menſe, & prima die, in qua nos Romanorum ſuperpoſuit rebus, duodecimum annum ſcribent: & ita de cætero [e], donec noſtrum Deus Imperiũ extenderit: vt nobis etiã hęc cauſa ſuper leges, & harum [f] celebrationem continue maneat immortalis, dum memoria Imperij omnibus ſimul intertuerit cauſis, atque temporibus.

CAP. II.

Vt tempora, quæ Latinis literis deſignantur, apertius ſcribantur.

Illud quoque adijcimus: quoniam hi, qui tempus in iudicijs [g] deſignant, cùm incertis illis [h], & antiquis literis hæc declarant, obſeruetur in omni iudicio, vt poſt illas literas antiquitatis alias ſubdant, id eſt, has communes, & omnibus notas, & quæ legi ab omnibus [i] facile poſſint, & ſignificare geſtorum tempus, vt non fatigentur requirentes id tempus: deinde [k] errantes expectent, donec hominem quem cunque comperiant literas [l] illas pro veritate lecturum: ſed ſi quidem [m] reliqua [n] etiam poſt præſcriptionem incertarũ literarum, ſi Græcæ ſint vocis, Græcis literis ſubdi tempus. Si verò Latinis quidem totius chartæ conſiſtat ordo, Latinis quidem perſcribatur tempus, interpoſitis illis certis elementis, clariorem tamen ordinem habentibus literis, quas liceat omnibus legere omnino ſyllabarum Latinarum ignaris.

EPILOGVS.

Tua igitur eminẽtia, quæ placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem & in hac maxima ciuitate, & in prouincijs vniuerſis, quibus præes, manifeſta conſtituat: vt nullus præſumat aliter numerare tempus, aut aliud agere: ſed ita ſicut dudum [o] decreuimus. Datum kalend. † Septembris Iul. a. c. Bel. vir. c. an. xj.

DE IVREIVRANDO A MORIENTE, &c.

P Semper.] Eſſe firmas. vt ſuprà, de hered. & Falc. §. 1. & § [illegible] Accvrs.

DE IVREIVRANDO A morientae præſtito propter menſuram ſuæ ſubſtantiæ.

TITVLVS III.

Nouella conſtitutio xlviij.

Imperator Iuſtinianus Aug. Ioan. præfecto prætorio iterum exconſuli, & patricio.

Iuſiurandum à moriente præſtitum, vt quæ ſubſtantiæ ſuæ menſuram facit manifeſtã, inter ſuos heredes diuidendo ab herede ſeruandum eſt: creditoribus tamen nullũ præiudicium generatur. Bart.

PRÆFATIO.

Semper hanc vnam habemus intentionem, diſpoſitiones morientiũ eſſe firmas [p], niſi reſultent legi, & apertè contrariæ ſint iis, quæ illi [q] placent. Scimus igitur motum, & annũciatum nobis, quia cùm teſtaretur quidam, cum iureiurando [r] ſuam ſubſtantiam omnem dixit [ſ]: & quia hanc ſolam reliquit ſuis hæredibus: aliqui verò eorum hæredum ad hoc reſultant, non iuſte facientes [t]: quia ſubſtantiæ quidem illius hęredes fiunt, & in hoc acquieſcunt [u] iis, quæ ab eo diſpoſita ſunt: quæ verò dixit cum iureiurando, nequaquam hæc rata manere, neque cuſtodire ea ſecundùm competentem modum volunt: cum vtique noſtris videtur legibus vnam quodammodo [x] eſſe perſonam hæredis, & eius, qui in eum tranſmittit hæreditatem: ideoque nullus [y] eidem ſibimet [z] eſſicit reluctari, & quod dixit [a] atque iurauit ratum eſſe, hoc nolle valere: ſed contra proprios reluctari ſermones [b].

CAP. I.

Sancimus igitur, ſi quis deſcriptionem faciens, ſiue propria manu, ſiue per alterius quidem ſcripturam: à ſe autem ſubſcriptam, aut in ſuis teſtamentis [c] ſubſtantiæ ſuæ menſuram faciat manifeſtam, hæredibus fortè aliis quidem præſentibus, aliis verò abſentibus: aut etiam omnibus præſentibus: non licere hæredibus contra hoc reſultare, neque dicere, quia aliquis hæredum celauerit res extra ea, quæ dicta ſunt à defuncto. Sed ſi quidem † iuſiurandum moriens præbuerit, & iurauerit [d] ſecundùm ſua teſta-

---

[Gloss, left column:] [illegible] ... a ¶ *Prima indict.* [illegible] ... Iuſtinianus [illegible] tempore [illegible] ... Accvrs. b ¶ *Noſtri* [illegible] imperij. c ¶ *Nunc* ſcilicet quãdo hæc conſtitutio facta fuit. Accvrsivs. d ¶ *Annũ xj.* No. quòd tempore huius conſtitutionis Iuſtinianus regnauerat xj. an. Item quia in Kal. April. promotus fuerant [illegible] vnde in Kal. April. ſumitur ſuis imperium. e ¶ *De cætero* ſcil. ſcribant. f ¶ *Harum.* ſcilicet legum. g ¶ *In iudicijs.* id eſt, in ſententiis, vt dicunt. 2. Vel dic: id eſt, in [illegible] qui ſiunt in iudicio, [illegible] ... ſanximus. h ¶ *Incertis* [illegible] ... i ¶ *Ab omnibus.* [illegible] ... k ¶ *Deinde* in hac conſtitutione. Accvrsivs. l ¶ *Literas.* ſcil. Latinas. m ¶ *Si quidem* pro certè, & ita conſtrue. Sed certè ſi reliqua Græcæ vocis ſunt, Græcis literis ſubdi tempus & poſt præſcriptionem incertarum [illegible], puta Latinarum [illegible] eſt, iuxta Latinas, quę ſunt incertæ Græcis, apud quos fuit factum inſtrumentum, poteſt [illegible] interpretatio in Græco. n ¶ *Reliqua.* vt tenor inſtrumenti. Accvrsivs. o ¶ *Dudũ.* in hac conſtitutione.

[Gloss, right column:] q ¶ *Illi,* ſ. legi. & facit ff. de leg. [illegible] r ¶ *Cum iureiurando* ſ. verbo tenus. vt infrà, in Nouell. [illegible] ſ ¶ *Omnem dixit.* puta ſciatis: quia cõtum habeo in bonis t ¶ *Facientes.* non iuſte dico: quia ſubſtantiæ, &c. u ¶ *Acquieſcunt* ſcilicet ſunt hæredes, ſicut teſtator diſpoſuit [a]: non autem vt ſtent diſtributioni, vel aſſignationi ipſius quod facere nõ debet [illegible] ... x ¶ *Vnam quodammodo* [illegible] perſonam teſtatoris, & hæredis. vt [illegible] C. de vſu. & in l. [illegible] & l. hæres ff. de vſu. ¶ Et not. modum, per quem probat ſupradicta non debere fieri ab hærede. nam probando quod ſit vna perſona hæredis & teſtatoris [illegible] hoc dixiſſe, & iuraſſe videtur. iam ergo non contra alterius dictum venit ſed contra ſuum, & ita eſt ſibi cõtrarius: ergo repellendus: vt ff. quando ap. ſit. l penul. §. ſed ſi alius. Item facit C. de non nu pec. l generaliter. & C. de [illegible] & infra de [illegible] quis rogat. ad [illegible] § aliud quoque [illegible] Accvrs. y ¶ *Nullus.* Hæres. z ¶ *Sibimet.* nam ſi dicam reluctari teſtatori, per conſequẽs dicerem reluctari ſibi: quia per verba, quæ dixit teſtator, ipſe videtur dixiſſe, cum ſit cum eo eadem perſona. a ¶ *Dixit.* ſ. teſtator. b ¶ *Sermones.* nullus hæres debet contra ſermones ſuos reluctari: & nullus hæres dicit nolle valere, quod dixit, atque iurauit ratum eſſe. Accvrs. c ¶ *Aut in ſuis teſtamentis.* i. ſcriptis, vel non ſcriptis, vel etiam in non teſtamento: vt in Nouell. [illegible] d ¶ *Et iurauerit.* ſi corporaliter, planum eſt ſi verò verbo tenus & tunc idem dico: vt in Nou. [illegible] & hoc probatur in eo, quòd dicit, per ſua teſtamenta. nam aſſeueratio quędam eſt ſed non rectũ iuramẽtum: quia illud [e] eſt tantum per Deum, ſecundum Ioan. & facit ad hoc. C. ſi min. ſe ma. dix. l. 1. Si autem nullo modo iurauit, & tunc aut dicis præcipiendo eos

[Side notes:] a Diſpoſitioni & non etiam [illegible] voluntate defuncti [illegible] ... b Hæres, & teſtator ſunguntur eadẽ perſona. [illegible] ... d Differentia [illegible] & veteris iuramenti. [illegible] ... Quid obtinet. [illegible]

eſſe contentos partibus deſignatis, & tunc ſtandum eſt: vt ff. de leg. ij. l. pater in prin. aut affirmando: & tunc nõ fecit inter eos præiudicium: quia magis errando, quàm volendo dixiſſe videtur: vt ff. de leg. ij. l. Titia §. Gaius in fi. & l. cùm pater §. pater, qui filio. & l. ſi. §. j. & ff. de leg. iij l. cùm quis decedens §. nuptura. & §. codicillis. & C. communia vtriuſque iudicij. l. ſcriptura. quæ omnes ll. huic poſſunt figurari contrà. Sed ſic ſolue: quia ibi nõ iurauit, vt dictum eſt.

a ¶ *Suos cohæredes.* Quid in extraneis aliquid de bonis defuncti habentibus? Reſp. cõtrà videtur per literam iſtam. & hoc dicunt quidam. ſed dicas idem vt hæredes ab illis extraneis non poſſint repetere. quod hic in cohæred. dicitur gratia exempli dictum intellige.

b ¶ *Solius ſunt.* i. quæ illis contentionem continent: non autem quæſtionem ſeruorum.

c ¶ *Nullius.* ſc. contentionis.

d ¶ *Apud hæredes.* ſ. iuramento.

e ¶ *Sed hæc* ſcil. vt fiat præiudicium ex verbis defuncti.

f ¶ *Curioſi.* i. ſtudioſi in adipiſcendis omnibus bonis teſtatoris nõ curantes de iuramento eiuſdem.

g ¶ *Inter creditores.* id eſt, in præiudicium creditorum. Accvrs.

h ¶ *Declaratum eſt legibus.* vt ff. de leg. j l. ſiliusfamilias §. diui & ff. de lib. leg. l. Aurelius §. eã, qui & C. de probat. l. rationes & l. exẽplo & C. de beſt. l. omnibus & ff. de interrog. action. l. de ætate.

¶ Licèt autẽ præiudicare[a] nõ poſſet creditoribus: poteſt tamẽ prodeſſe[b], ſi iuraret tãtùm ſe debere: quia licèt non habeat creditor aliam probationẽ[c], hoc tamẽ ſufficit: vt ff. de leg. iij l. cùm quis. §. antepenult. & econtra ſi eſt creditor[d], & iuret ſibi deberi tantùm x. cùm xx. debeantur: quare non prodeſt extraneo debitori? Certè prodeſt: imò & ſine[e] iuramento, ſimpliciter dicendo, videtur velle remittere per pactum: vt ff. de pac. l. tale pactũ. licèt quidam dixerint hanc conſtitutionẽ habere locum inter cohæredes tantùm.

l ¶ *Illis.* ſ. creditoribus.

k ¶ *Omnia.* ſ. bona defuncti, & quæ dixit ſe habere.

l ¶ *Contentos.* ſ. volumus.

m ¶ *Negotij.* vt cadat à cauſſ. Accvrs.

n ¶ *Nõ poſſit omnino frui.* ſic C. de fideic. l. ſi. in ſi. ſic ſuprà, de hæred. & Fal. §. ſi quis autem.

o ¶ *Aut obedire omnibus.* hic reprobatur particularis approbatio: ſic ff. de admin. tut. l. cùm quæritur. & C. de omni agro deſert. l. qui vtilia lib. xj & ff. de acqui. hære. l. j. & ij.

p ¶ *Seruari.* ſ. volumus.

q ¶ *Transfacto.* & iſta locum habet etiam in præteritis factis: vt hic dicitur. & in Non. to. tit. nec mirum: quia hoc expreſsè hic dicitur, aliàs ad futura tantùm trahitur: vt C. de legi. & conſt. l. leges. & conſtitutiones.

a Teſtator, idémque debitor creditoribus ſuis non præiudicare: ſed prodeſſe poteſt.
b Prodeſſe creditoribus debitor poteſt. debiti quantitatem confitendo, & iurando.
c Confeſſio iurata debitoris, creditori probationis loco eſt.
d Creditor, iurando ſibi obeſſe: debitori prodeſſe poteſt.
e Sine iuramento creditor enuncians minorem ſibi quantitatem deberi, ſuperfluum debiti remiſiſſe videtur.
† Aliàs, vt in Scrimgeriana editione.

menta, quia nihil eſt aliud ei præter hæc: hoc amplecti hæredes, ſiue filij, ſiue etiam extranei ſint, & neque tergiuerſari, neq; calũniari ſuos cohæredes[a], neque ob hoc ſeruos quærere ad tormenta deducere, & alia ſimilia diſcutere, & perſcrutari, quæ ſolius ſunt[b] contentionis: alterius autem penitus nullius[c]: vtpote dũ ſubſtantia videatur eſſe tanta, quantam teſtator iurans, hanc ſolam apud hæredes[d] inueniri voluit.

1. ¶ Sed hæc[e] quidem inter hæredes, qui curioſi[f] videntur in defuncti eſſe ſubſtantia, valere volumus: non tamen hoc ratum eſſe & inter creditores[g]: eò quòd noſtris declaratum eſt legibus[h], quæcunq; quilibet pro ſe dixerit, aut ſcripſerit, hæc nihil ei prodeſſe, neque creditoribus præiudicare: ſed illis[i] licentia ſit omnia[k] perſcrutari quo volunt modo; hæredes autem contentos[l] eſſe iis, quæ à teſtatore dicta ſunt. Sitque pœna negotij[m] inter hæredes, vt qui aduerſatur iis, quæ relicta ſunt, eis non poſſit omnino frui[n]: neceſſitate imminente aut obedire omnibus[o], aut vniuerſa contẽnere, & non hæc quidem eligere: his verò reſultare; ſed defuncti volũtatem ab eius ſucceſſoribus ita ſeruari[p], vt in nullo ei contradici præſumatur. His valentibus in reliquo tempore vniuerſos & in omni negotio nõdum moto in iudicio, neque iudiciali ſententia, aut interuentione amicabili tranſacto[q].

EPILOGVS.

Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, cognoſcens, ſolenniter per programmata propria manifeſta faciat vniuerſis. Datum X. † Kalend. Septemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Beliſarij V. C. anno ſecundo.

DE HIS, QVI INGREdiuntur ad appellationem & quando per ſcripturam manus propria fiat collatio literarum, & de iure iurando dilationis, & vt comungatur iuriiurando calumniæ.

TITVLVS IIII.

Nouella conſtitutio xlix.

Imperat. Iuſtinianus Auguſt. Ioanni præfecto prætorio, iterum exconſuli, & patricio.

Appellanti ad appellationem exercendam ſtatuitur annus: ex cauſa biennium. Item appellatore in biennio cauſam delinquente, conceditur victori, cùm vnus menſis ſupereſt eam proſequi, vt ſententia infirmetur: in vtroque caſu appellatore in expenſis condemnando: neutro autem proſequente, ſententia remanet firma: his obtinẽtibus in cauſis futuris, ac etiam pendentibus nondum finitis. Bart.

PRÆFATIO.

Volubile hoc[r], & humanum, & quod manere idem[s] nunquam valet: ſed ſit quidem[t] ſemper: manet autem nunquam[u]: & legiſlationibus introducit aliquem tumultum, & iis, quæ videntur ſe habere rectè, & firmè poſita iudicãtur[x]. Sed & ea, quæ ſubtili obſeruatione cauta ſunt, plerumq; turbauit emergentiũ varietas cauſarum. Scimus enim quia dudũ correximus[y], quod malè, & doloſè circa appellationes agebatur: quia hoc ſolo vt cognitionẽ introducerent in iudicium appellantes contenti, & perſonam facientes[z] firmam, aut per vnam partem[a], aut etiam per cognitionem (hoc enim indifferens[b] eſt) relinquebant cauſam: & victori omnino erat inexplicabilis victoria, non valenti[c] neque iis, quæ erunt iudicata, frui propter appellationem, neque appellationem examinari poſſe propter abſentiam appellantis.

1. ¶ Hæc nos † dudum ſancientes correximus[d]: annũ quidem deputantes[e] appellationẽ offerenti, ſiue ipſi ſecũdùm ſe[f] ingredienti, ſiue communiter[g]: quatenus intra[h] hũc litem exequatur, & mereatur[i] quæ iuſta

r ¶ Volubile hoc. id eſt, varietas negotiorum: vt ſubijcit in fine huius reſponſi.

ſ ¶ *Idem.* ſic infrà, de conſan. & vte. fra. in prin. Accvrs.

t ¶ *Sit quidem.* ſc. aliquid noui.

u ¶ *Nunquam.* ſ. in idem: vel in perpetuum.

x ¶ *Iudicantur.* repete, introducit aliquem tumultum.

y ¶ *Correximus* vt C. de tempo. app. l. ſi. § illud.

z ¶ *Et perſonam facientes* ſcilicet ſatiſdando iudicio ſiſti. ¶ Et ſic not. quòd ſatiſdare debet iterum in cauſa appellationis[a] iudicio ſiſti, nec mirum: quia prima[b] ſatiſdatio eſt finita, ex quo eſt finitum primum iudicium: vt ſup. de exhib. reo. § ſuſcepto, diximus. & ita eſt pro opinione noſtra, qui dicimus cauſam appellationis[c] eſſe aliam à prima. nam & teſtes de nouo inducuntur: vt Cod. de app. l. ea. §. ſi quis autem. & Cod. de tempor. appell. l. per hanc & dicemus infrà de teſtib. § quia verò teſtes. coll. vij. a. Vel dic, firmatur perſona, ſcilicet procuratoris: quia vult agere per procuratorem in cauſa appellationis: putà ſatiſdando pro eo iudicatum ſolui, & ſimilia: vt Inſtitut. de ſatiſdat. §. ſin autẽ per procuratorẽ.

a ¶ *Per vnam partem.* id eſt, præſente vna parte tantùm fuit præbita dicta firmatio. ſ. Vel etiã per cognitionem id eſt, præſente vtraque parte. ſ. Vel meliùs, vt puto, per vnam partem: id eſt, ſiue promittatur vni parti, quod de confirmatione iudicij promittitur: ſiue etiam per cognitionem, id eſt, ſiue ipſi iudici fuerit promiſſum. ſiue ex cuius ſtipulatione vtilis actio quæritur: vt ff. rem pu. ſal. fo. l. ij. iij. & iiij. §. j. reſpon. & hoc etiam hic ſubiicit.

b ¶ *Hoc enim indifferens.* id eſt, non[d] refert quo ad efficacem actionem quærendã, vtrùm ipſi parti ſit promiſſum, aut iudici, ſiue cognitori: vt dictum eſt.

c ¶ *Non valenti.* id eſt, victori.

d ¶ *Correximus.* vt C. de tempor. appel. l. fin. §. illud.

e ¶ *Deputantes.* ſc. non. Accvrsivs.

f ¶ *Secundùm ſe.* id eſt, pro cauſa ſua tantùm.

g ¶ *Communiter.* id eſt, in cauſa communi, quam etiam intendere poteſt ſine[e] mandato: vt C. de conſor. eiuſd. lit. l. ij. ſ. Vel dic ſecundùm ſe, id eſt, ipſa tantùm communiter: verũ eſt, vna cum altera parte, ſ. aduerſa. Accvrs.

h ¶ *Intra.* ſ. annum.

i ¶ *Et mereatur.* appellans.

a Satiſdatio iudicio ſiſti ab exordio ad cauſæ vſque ſententiam.
b Satiſdatio ſiſti, finito iudicio finitur.
c Appellationis cauſa alia eſt à prima.
d Vt aliis quæritur actio ...
e Cauſam communem ſine mandato ...

a ¶ Relin

ſunt, & non relinquat[a] ea ſine prouiſione: deinde propter clementiam, ſi per occaſionem iudicis appellatio prolongetur, aut per aliam quamlibet cauſam ineuitabilem, etiam alium adiicientes[b] annú[c]: poſt quem niſi litem compleuerint, ratam manere victoris ſentétiam ſancimus. Hæc itaque placuerunt nobis, & in communi lege[d] conſcripta ſunt: & obtinere legem hanc volumus, & obſeruationem illius.

2. ¶ Sed plurimi[e] interpellauerunt nos, dicentes ſe quidem denunciaſſe[f] appellantibus[g], & voluiſſe litem examinari: non tamen ab ipſis iudicibus impetrare voluiſſe, propter quaſdá forſan ineuitabiles occupationes[h]. Alij[i] verò etiam ventorum immenſitatem accuſauerunt: & quia nauigare[k] non licuiſſet de prouincia, contrariis flantibus ventis: per terram verò venire non valentes propter inopiam, aut certè quia in inſula commanentes, aliter niſi per mare venire non poterant: & propterea non valuerunt examinare vſque ad finem negotium, neque ſecundo anno: & quidam tempeſtatum acerbitatem, alij languorem ineuitabilem. quæ omnia ex ipſis agnoſcimus rebus nobis inſinuatis. Vnde nos hæc iuſtè mouerunt, & legem tranſcendere nolentes, & iis, qui per talem quamdam fortunæ circumuentionem læduntur, dare præſidium poſſibile cupientes.

CAPVT I.

Vt imminente biennij fine appellationis cauſa pertractetur.

SIngula bonorum operum à nobis Dei auxilio oportet accipere principium, aut ſi qua, ea quę ab aliis facta ſunt bona, ſecuta eſt corruptio, hanc emendari à nobis, & in antiquum reduci ordinem. Vt nos aut factione rei, aut correctione, ad bonos actus ſtudeamus habere ſemper participium. Quale videlicet aliquid & ſuper exequiis defunctorum factum non rectè perſpeximus emendare, & donare omnibus ne duplicem ſuſtineant difficultatem, ſimul quidem vt quæ ſua ſunt amittant; ſimul autem vt pro ſe damnificentur. Sed quod *Conſtantinus* piæ memoriæ rectè cogitans diſpoſuit, & poſt hæc *Anaſtaſius* piæ memoriæ firmauit, adiiciens etiam reditus cauſæ, hoc nos ipſi cum periculum patiatur cadere, reparare, & dare cum omni cautela, & terminis competentibus cogimur, illud facientes manere immortale. Conſtantino enim piæ memoriæ nongentis octoginta * ergaſteriis, ex diuerſis corporibus fœliciſſimæ huius vrbis ſine tributis dante ſanctiſſimæ maiori Eccleſiæ: Anaſtaſio verò piæ memoriæ non ſolum ergaſteriis illis quinquaginta & centum adiiciente; ſed & reditum certum largiente per duas pragmaticas formas, quatenus quod ex ipſo reditu colligitur aurum proficiat ad ea, quæ dantur à Deo amabilibus œconomis his, qui ad hoc laborant, plurimi plerumque adierunt nos, dicentes non ſimiliter cauſam procedere, neque ſine mercede fieri defunctorum exequias: ſed exigi amarè, & inueniri plurima ſortis nomina, & corpora, quæ etiam inuitos exigunt lugentes, & cogunt dare non habentes: hæc omnia iuſtum iudicauimus competenti correctione digna facere.

* In Conſt. [illegible]

CAPVT I.

¶ Primũ itaque ea, quæ per ergaſteria plurimam ſuſceperunt læſionem, & diminutionem, ad plenũ reſtituimus ſanctiſſimæ maiori Eccleſiæ, ſacram propter hoc ſcribentes formam ad vrbis Præfecturam, quatenus ipſa cum obediente ſibi officio traderet mille centum ergaſteria omnibus modis Deo amantiſſimis Eccleſiæ defenſoribus, & œconomis ſanctiſſimæ dictæ Eccleſiæ, & octingentis quidem in corporibus ergaſteriorum præbendis Deo amantiſſimis defenſoribus, trecentis autem Dei cultoribus œconomis,

nomis, vt Deo amabiles œconomi habeant quadraginta † ergaſteria, & reditum ab Anaſtaſio diuæ memoriæ donatum, nequaquam quærentes tanquam minus ſit; ſed ſupplementum ex trecentorum ergaſteriorum datione habentes, facere menſtruorum expenſas, & decanis & alijs ordinibus. Deo verò amabiles defenſores habentes octingenta ergaſteria, & appellatos lecticarios præbere, & aliud miniſterium facere, quod defunctorum exequiæ volunt: quatenus per hoc damna auferantur lugentium. [* In Græco eſt trecenta]

CAPVT II.

¶ Oportet ergo ſupradicta mille centum ergaſteria cuſtodiri & Deo amabilib. œconomis, & defenſoribus ſemper ſine tributis, & ſine diminutione, & ſupplenda à glorioſiſſ. præf. fœlicis huius vrbis, ſi quis faciat caſus quolibet modo, aut mutatio horum faciei, aut mercationis, vt Deo amabiles quidem œconomi habentes prædiorum adminiſtrationem, quæ ſepulchris deputata ſunt, habentes etiam ſine tributis trecenta ergaſteria, defenſores autẽ octingenta circa exequias defunctorum faciant gubernationem, ea quidem, quæ ex prædiorum reditu accedunt à Deo amabilib. œconomis dari ſepulturis, ſicut deſcendentes diximus, adiecto etiam & trecentis ergaſteriis cremento, quod etiam ipſum in ipſo opere percipere petierunt. Quia igitur mille centum ergaſteriorum in hac exiſtentium fœlici vrbe plurima ceciderunt, præcipimus ſecundũ præſens tempus repleantur, & horum mille centum ergaſteriorum numerum imminutum conſeruatum & ſine tributo, diuiſum ſecundùm dictum à nobis modum ſeruari & Deo amabilib. œconomis, & Dei cultorib. defenſoribus, vt tamen non minus ſint Decani. ſeu laboratores octingentis deputati Deo amabilibus defenſoribus, pro verò trecentis datis Deo amabilibus œconomis licentiam his eſſe hiſdem Deo amabilibus viris ſi voluerint in corporibus accipere trecẽta ergaſteria, aut omnia, aut quædã ex his, aut percipere occaſione appellatorũ excuſatorũ, pecunias pro cũctis, aut pro aliquibus ergaſteriis, ipſaſque pecunias, quas hactenus non habebant (ſicut & ipſi noſtram docuerunt poteſtatem) expendere circa defunctorum exequias, vt ex his pecuniis, & ex reditibus prædiorũ diſtributio fiat & decanis, & aſceteriis, & canonicis, [& acolythis] ſicut deſcendentes ordinauimus. Iiſdem enim Deo amabilibus œconomis docentibus, quia iam impoſſibile eſt ex prædiis de cætero eundem reditum ſeruari, rectè nos trecentorum ergaſteriorum crementum diſtribuimus huic parti, quatenus quod inculpabiliter hactenus datum eſt laborantibus circa funerum exequias, & deinceps detur, hoc eſt, per ſingulum mẽſem quadringẽtos ſolidos diuidendos Decanis, & acolythis, & aſceteriis, & canonicis, ſecũdum eam, quæ hactenus apud eos tenuit conſuetudo: hoc eſt, decanis quidẽ per ſingulos menſes centum octoginta duos ſolidos, aſſiſteriis autem nonaginta [vnũ] ſolidos, & canonicis triginta & quinque * ſolidos, cõgregandos quidẽ ab eiſdem Deo amabilibus œconomis: ſoluendos autem in eis, qui conſueuerunt accipere, per ſex menſes. [* Quod in Græco]

CAP. III.

¶ Oportet autẽ competentem quidem auri partem reuerendiſſimis aſſiſteriis dari per Deo amabiles œconomos ſecundùm dictas inducias, Eugenio Deo amabili diacono, & xenodocho Sampſonis ſanctæ memoriæ xenonis, & eius, qui per nos conſtitutus eſt, & his, qui erunt poſt eum Deo amantiſſ. xenodochi memoratorum xenodochiorũ, eò quòd aſſiſtriæ ad hoc miniſtrãtes opus ſub xenodochis per tempus memoratorũ venerabilium xenodochorum conſtitutæ ſint. quod autem contingit, acolythos & reuerendiſſimas canonicas ſimiliter dari ab iiſdem Deo amabilibus œconomis, & qui nunc præſunt eis, & quib. per tempus præſulatus earum committitur, vt per eos diſtributio fiat prædeclaratis, & ſub eis conſtitutis aſſiſteriis & canonicis, nécnon & acolythis. Si verò retrò * fecerint circa talem ſolutionem Deo amabiles œconomi, & hoc palàm fiat, intra ſex menſes, in ſecundo ſemeſtre veniente, ſi nullam fecerint ſolutionem, tunc omne, quod poſt primũ ſemeſtre debetur, exigi ſemper à Deo amabilibus œconomis cum vſura tertiæ partis legitimæ centeſimæ poſt ſemeſtre tempus, prouidentiam huius ponente per tempus ſanctiſſi. archiepiſcop. & patriarcha fœlicis vrbis, vt ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ. [* Moram fecerint]

CAPVT IV.

¶ Si autẽ & alter annus tranſeat, & neque ſic aliquid exoluãt Deo amabiles œconomi reuerendiſſimis mulieribus aut memoratis decanis, licentiam eſſe per tempus ſanctiſſimo patriarchæ non ſolum exigere Deo amabiles œconomos debitum cum dicta vſura: ſed etiam dare eos cogere quæcumque decreta ſunt: & (ſi voluerit ſanctiſſ. Patriarcha) expellere eos à gubernatione prædiorum, & exigere horum faciem puram ab eis, qualis eſt. Horum omnium ſolicitudinem ponente pro tempore beatiſſimo archiepiſcopo, & vniuerſali Patriarcha, ſub quo ſunt & Deo amabiles œconomi, & omnis clerus, & vniuerſus ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ ſtatus.

1. ¶ His ita factis nullum penitus ab inuito percipere pro mortuo corpore tutato quicquam: vt autem decreta ſunt omnia, ſancimus ſingulo lecto gratis dato vnum aſſiſterium dari, aſſiſteriarum aut canonicarum non minùs octo mulierum præcedentium lectum, & pſallentium, & tribus acolythis, qui nihil penitus accipient. Si tamen quis voluerit competentium defuncto & exequias facientium ipſe ſponte, cogente nullo, & aliud aſſiſterium vnum, aut duo, aut etiam amplius aſſumere, hoc ſit quidem eius munificentiæ, tamen nec hoc indefinitum relinquimus, & hic eandem menſuram eſſe volumus harum, quæ per munificentiam aſſumuntur aſſiſteriarum, ſeu canonicarum, & acolythorum, quam ſuperiùs definiuimus, non minus octo aſſiſterias, ſeu canonicas eſſe, quæ ex vnoquoque aſſiſterio aſſumuntur, & tres acolythos per ſingulum aſſiſterium.

CAPVT V.

¶ Dare autem aſſiſteriis, ſeu canonicis his, quæ circa id gratis miniſtrare ſumuntur, ſi quidem intra nouos muros fœlicis huius vrbis ſint exequiæ, vſque ad ternos ſolidos, nihil ex hoc acolythis penitus recipientibus, neque diuidentibus hæc cum reuerẽdiſſimis aſſiſteriis, aut canonicis. Acolythis autẽ, qui præter tres gratis miniſtrantes ſumuntur, ſi quidem alij tres ſint, fieri contentos ſiliquis tribus: ſi verò ſex, ſiliquis ſex, & deinceps ſecundùm hunc modum etiam de his gubernari. Cæterum verò eſt, quia ſi & ſpatium plus conſtat, & qui lecto * miniſtrant decani plures ſint, aſſiſteria plura propter huius oneris partem, etiam aliquid & ipſis dabitur ſecundùm ſimilitudinem ad aſceteria diſciplinæ laborantium, vt differentia laboris videantur aliquod & ipſæ habere hinc ſolatium. Videtur autem intra nouos muros & tranſitus * Iuſtinianarum, ſeu Sycorum, quoniam non longè conſtitutæ [neque *] egeret ampliori tempore, vel labore ad veniendum ibi. Si verò foris nouos muros fœlicis huius vrbis exequiæ fiant, aut etiam in altos tranſitus citra quàm dictum eſt, tunc aſſiſtrias quidem, ſeu canonicas dimidiam partem ſolidi accipere, neque hic communicãtibus penitus vllo modo eis acolythis. Ipſis autem acolythis in ſingulo aſſiſterio quatuor accipientibus ſiliquas, & vltra hæc nihil ſecundùm memoratam diuiſionem, aſſiſterio ſequente gratis [* Scilicet lecti.] [* [illegible] * D eſt in manuſc. ſed addi[illegible] ex Græco.]

datum lectum cum trib. acolythis & ipſo omnino veniente, per octo aſſiſterias, aut canonicas, & tres (ſicut dictum eſt) acolythos, & nihil penitus accipientibus, neque per cereorum dationem exigentib. & aliam menſuram adinuenientibus ſub alio velamine.

CAPVT VI.

¶ Hæc itaque omnia definiuimus ſuper his, qui non per munificentiam quærunt duos maiores lectos in venerabili valorum cuſtodiario poſitos. Dicimus autem Studij glorioſæ memoriæ, & Stephani magnificæ memoriæ. Si quis enim illos voluerit accipere, vtpote & pluribus hominibus egentes, & cuſtodia potiori, & omnimoda curioſitate egentes, hoc non coniúgimus his quæ priùs diximus: ſed tanquam magnificam exhibens voluntatem, quantumcumque pro labore decanis, aut reuerendiſſimis aſſiſteriis, vel canonicis dare placuerit, tantum & præbeat, non tamen volentibus tráſcendere decem * ſolidorum quantitatem in duobus lectis Studij, & Stephani. in deaurato autem poſito in ſanctiſſima maiore Eccleſia, vel vno * ſolido pro eo forſan faciendo quatuor ſolidorum: aſſiſteriis autem, & canonicis, & acolythis duplicia accipientibus quam prius de his definiuimus: quippe & ipſo aſſiſterio, ſeu canonicis gratis in aliis lectis præcedente, eandem accipiente quantitatem, quam & reliqua aſſiſteria. Hoc ipſo & ſuper acolythis obſeruando quod prædiximus, vt & iſti duplum, quæ iam à nobis ordinata ſunt, accipiant, quando vnus tamen horum trium fuerit lectus, in quo funus agitur, id volente, qui hoc celebrat: quippe Deo amabilibus defenſoribus neceſſitatem habentibus corpora decanorum præbere ex eis deputauimus octingentis ergaſteriis, & etiam lectos, non tamen expenſas facere aliquas, Deo amabilibus œconomis cogendis, vel ex reditu ab Anaſtaſio diuæ memoriæ relicto, vel ex trecentis ergaſteriis omnem memoratam expenſam fieri circa dictas perſonas ſecundùm in omnibus ordinatam à nobis diuiſionem. Sic nihil indefinitum erit: ſed mediocres ſepulturas fieri volentes hac fruentur diſpoſitione, & ad munificentiam reſpicientes, non magis damnificabuntur, ſed erunt cum mediocritate munifici.

* Scrimger. duod. [illegible]

* hic locus tunc noſtra opera lucem accepit, cuius obſcuritati nullum ſe remedium inuenire poſſe, nec ex Græcis quidem Scrimgeri fuerat ingenuè agnoſcit.

CAPVT VII.

¶ Hæc igitur nos decreuimus & ſuper ergaſteriis, & ſuper reditibus, & ſuper exequiis, vel quæ gratis, vel per munificentiam fient. Cuſtodes quoque ponimus vt imminutus ſemper cuſtodiatur ergaſteriorum numerus, non ſolum glorioſum præfectum huius vrbis, & ei obediens officium, ſed multò potiùs tuam celſitudinẽ, & qui ſemper cingulo ſunt addendi, cui nunc ipſe præſides. Inſuper & pœnam definimus & aduerſus officium tuum, ſi neglexerit, quinquaginta librarum, & aduerſùs eos, qui ſemper tuam perceperint ſedem, duplicem: vt non concedatur aliquando memoratorum mille centum ergaſteriorum numerus deficere ſecundùm dictam à nobis diuiſionem: ſed ſi docearis hoc, aut ipſe, aut qui poſt te, huius omnem ponas prouidentiam, & procures eum imminutum per omnia perdurare: & inonuſtum, & ſine adinuentione, & à tua celſitudine, & ab omni alia perſona, vt non hæc fiat occaſio quatenus contra quod definitum eſt, detur aliqua merces pro funere alicuius perſonæ, nulla diſcretione facienda perſonarum defunctarum, ſiue diuites ſint, ſiue pauperes: niſi tantùm, ſicuti præcedenter diximus, vnum trium lectorum elegerint, in quibus competẽtia diſpoſuimus, & volumus etiam illa tenere ſecundùm hunc modum, & eſſe per omnia immutilata, & immortalia, hac ſacra pragmatica lege per omnia tenente, donec ſunt homines, donec magnum & valde laudandum Chriſtianorum nomen in omnibus eſt, & quotidie per Dei prouidentiam augetur. prouidente quippe his, ante alios omnes ipſo ſanctiſſimo patriarcha huius felicis vrbis, vt cum pontificali dignitate * ipſe cauſa vtens, non ſinat ab vlla perſona neque ſacerdotali, neque iudiciali, neque aliorum vlla, deprauari quæ à nobis ordinata ſunt: ſed & ipſum imperium coniuramus ad magnum reſpicientes Deum, vt ſemper ſceptrorum Dominus vigilãter huic rei prouideat. Non enim hoc pro ſolis mortuis: ſed etiam pro viuentibus, & maximè imperantium ſalute eſt, pios actus omnino ad effectũ adduci, & non laborantium bonũ opus à ſubſequentiũ deſidia perire. Sicut autem ad mille cẽtum ergaſteria imminuta, & ſine tributo ſeruari diſpoſuimus: ita reliqua ergaſteria omnia ſub tributis conſtitui ſancimus, nullo penitus licentiam habente excipere à tributis, neque venerabiles domos, neque ex xenodochiis, neque ex aſceteriis, vel monaſteriis, aut alio quolibet: ſed neque ipſa imperiali noſtra domo, aut qui in cingulo, aut qui in poteſtatibus ſunt, ſed omnibus ergaſteriis ſimiliter agnoſcentibus tributa, nec paulatim ſingula excuſare, & propriũ leuigare, & reliquis paucis exiſtentibus totum imponere pondus, & ex hoc magnum ſuſtinere ſtipendiũ, ferre hoc non valentes.

* [illegible]

EPILOGVS.

¶ Tua igitur celſitudo, & qui poſt eandem adminiſtrationem acceperit, & parens tibi officium, quæ placuerint nobis per præſentem diuinam pragmaticam formam, nunc, & in reliquum omne tempus ſeruabunt. Dat. III. Non Nouemb. CP. D. N. Iuſtinia. PP. A. Ann. 11. poſt Baſil. V. C. Conſ. an. II.

VT DEFVNCTI, SEV FVNERA EORVM non iniurientur à creditoribus, & vt conſiliarij a non ſuſcipiant cognitiones abſque iudicibus.

TITVLVS XV.

Nouella conſtitutio lx.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Ioanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætor. præf. iterum exconſuli & patricio.

Mortuis, & moribundis, funeribus eorum, necnon eorum domui, & rebus, ac familiæ, creditores iniuriam inferre prohibentur abſque iudiciali decreto. BART.

PRÆFATIO.

QVi varietatem cauſarum coniiciunt, non facilè ad culpam veniunt, ſi veritatem examinent. Quoſdam namque veriſimile eſt multitudinem legum, quæ per ſingula à nobis adiiciuntur, culpare, non conſiderantes quia opere ſemper vocante b conſonas cauſis ponere leges compellimur: cùm ſemper inopinabile emergat, & ab iis, quæ iam poſita ſunt, mederi non valeat: quale quidem nuper eſt agnitum. Deberi ſibi quidam dicens ab aliquo, dum hominem in morte cognouiſſet eſſe conſtitutum, milites congregans, & ſeruos alios c plurimos, ingreſſus eſt ſuper morientem: verùm ille anxiatus clamare cœpit, donec eum violentia compreſſum reliquiſſet ſpiritus. at ille etiam ſignacula impoſuit rebus ſua poteſtate d, præſente nullo cingulo conſtituto, aut quolibet omnino legali, & ciuili officio obſeruato, & neque ita receſſit, ſed etiam defunctum iniuriare non

VT DEFVNCTI, &c.

Hæc prima pars expeditur] *e. vſq ad* §. illud.

a ¶ Et vt conſiliarij. *hæc expeditur*]. eodem. §. illud. vſque in ſi.

b ¶ QVi varietatem.] *Opere ſemper vocante.* id eſt, neceſſitate imminente.

c ¶ *Et ſeruos alios.* Ergo ſerui a poſſunt eſſe milites: ſed contrà, C. *qui militare non poſſ. l. ſuper ſeruis lib.* xij. Sed dico, quòd hæc dictio *alios* b, non implicat hic: ſicut in diuina Scriptura, *Crucifixus eſt Ieſus, & alij duo nequam:* ſic] *de man. prin.* §. *oportet. colla.* iiij *& ff. de procu. l. non ſolum.* §. *quæritur.*

d ¶ *Poteſtate.* id eſt, auctoritate ſua.

a Serui n[illegible] eſſe [illegible]

a ¶ Deſp

etiam piguit: primùm quidẽ inſiſtens non fieri exequias: deinde cùm vix cœpiſſet de domo deponi mortuum, inſtabat publicè portari lectum non ſinens: neque deducendum dicens, niſi debitũ perceperit, donec ſponſorem accepit: & ita iam defunctum tradi terræ permiſit. Negotium ſiquidem, quo hæc commiſſa ſunt, competẽter diſpoſitum eſt [a]. Oportere autem iudicamus etiam generali lege hæc emendare: non ſinentes hęc rurſus committi ſemper ſine legiſlatione manentia.

CAP. I.

De creditoribus, qui mortuis debitoribus imminent. Sic Iulianus.

¶ Sancimus † igitur [b], ſi quis illo ſuperſtite adhuc, quem putat debere ſibi, aſcendat domum eius, & moleſtus ſit ſuperſtiti homini, aut qui eius ſunt, vxori fortè, vel filiis, aut domui omnino [c], aut etiam ſignacula per propriam poteſtatem imponere præſumat, non priùs decreto, & officio legali ſeruato: poſt eius, qui dicitur debere, mortem, actione quidem modis omnibus [d] cadat, ſiue iuſtam habeat hanc [e] ſiue non: quantum verò deberi ſibi dicit, tantum aliud ſuperexigatur, & detur iniuriati hæredibus. Confiſcationem quoque in tertiam partem ſubſtantiæ ſuſtineat, ſicut & Marcus Philoſophus Imperator in ſuis conſcripſit legibus: & infamia feriatur. Qui enim hominis naturam non erubuit, dignus eſt & pecuniis, & gloria, & aliis omnibus condemnari.

1. ¶ Si verò etiam moriente [f] quodam, circa funus peccetur aliquid morientis, quod [g] exequias prohibeat: ſcripta quidẽ iam lex eſt [h] & à noſtro patre ſuper hoc: tamen ſimul etiam ex noſtris maior ſequatur delicti pœna, & iiſdem ſubiaceat, quæ præſens infert lex [i] eis, qui in viuentem tale aliquid, quale diximus, committũt: huius rei prouidentiam habente præcipue quidem glorioſiſſimo præfecto huius fœliciſſimæ ciuitatis, cui talium emendationum cura eſt: nihilominùs autem & glorioſiſſi. ſacrorum noſtrorum præt. præfecto, & glorioſiſſi. magiſtro ſacrorum officiorum. & ſemper his obediẽtibus officiis. Oportet [k] enim cõmunibus exiſtentibus contra naturam iniuriis, cõmunem eſſe iudicibus ſuper his prohibitionem, atque vindictam: his non in ſola hac fœliciſſima ciuitate valentibus: ſed etiam in omnibus gentibus, quarum nobis principatum alium quidem ab initio dedit Deus [l]; alium verò adiecit, & adhuc etiam dabit, ſicut ait quidam ante nos [m]: prouinciarum quippe iudicib. ſiue militaribus, ſiue ciuilibus huius rei prouidentiam habentibus. Sequitur [n] enim hic quidem iudices, eorúmque officia triginta librarum auri pœna, ſi quid horum neglexerint: prouinciales autem quinque, ſi neque ipſi ad hoc inſtiterint, denunciatione qualibet aut hic [o], aut per prouincias facta.

CAP. II.

Ne conſiliarij ſiue adſeſſores ſuſcipiant cognitiones abſque magiſtratibus.

Iudex ordinarius occupationibus publicis impeditus, cauſam cõſiliario poteſt delegare, ſententia ſibi ſeruata: dummodo tamen cauſam audiat, & ſententiam proferat, & appellationem interpoſitam ſuſcipiat: iudex autem appellationis, & delegatus delegare non poteſt. Bart.

¶ Illud etiam rectè ſe habere perſpeximus, non permittere (ſicut Zenonis piæ memoriæ dicit conſtitutio [p], & noſtra quoque) conſiliarios iudicũ [q] ipſos cauſas per ſe [r] audire, quæ apud adminiſtratores [s], aut datos à nobis iudices agũtur [t]. Multò nãque meliùs, atque perfectiùs coram ipſis adminiſtratoribus [u], præſentibus [x] illis, quorum intereſt, cauſæ mouentur, terrore imminente, exhibitis teſtibus [y], & omnino cauſa propriam habente honeſtatem [z], quam ſi [a] apud pedaneos iudices [b] talia decernantur, in nullo conſiliariorum officio diſtante ab illis [c]. Sed quoniam à nobis cõſtituti [d] ſemper adminiſtratores, occupationibus rerũ, noſtrarúmque iuſſionum comprehenſi, ad hãc neceſſitatem deponuntur [e]: oportet conſonam, cõgruámque legem rebus imponere. Sancimus † igitur, cõteſtationes quidem litiũ omnibus modis apud ipſos fieri adminiſtratores, ſiue maiores [f], ſiue minores [g] ſint: ſed etiã in mediis litibus introduci rurſus apud eos ſimul moti negotij [h] res quatenus ea, quæ examinantur, agnoſcant: cum verò nouiſſima [i] ſententia proferenda eſt, nullo modo præſumere conſiliario abſque adminiſtratoribus audire: ſed cum competenti honeſtate, quam dudum diſpoſuimus [k], propoſitis ſacroſanctis eloquiis, ipſos adminiſtratores & audire quæ examinata ſunt omnia, conſequenter & iudicare eos negotia, & ſuſcipere [l] appellationes, ſi quis appellauerit, ſine vlla dilatione, vbi

lex

a ¶ *Diſpoſitum eſt.* à nobis per ſententiam.

b ¶ *Sancimus igitur.* nũc repetit quæſtionem, vt addat.

c ¶ *Domui omnino.* repete non.

d ¶ *Modis omnibus.* [illegible]

e ¶ *Hanc.* [illegible]

f ¶ *Moriente.* id eſt, mortuo.

g ¶ *Quod.* pro, quia. Accurſius.

h ¶ *Lex eſt.* vt C. de ſepul. viol. l. [illegible]

i ¶ *Infert lex.* vt ſuprà. proxi. Sed contra. ff. de ſepul. viol. l. [illegible] §. [illegible] Sed ibi ab amicis portabatur, & ſecundùm voluntatem defuncti: hic autem contra voluntatem [illegible] ff. de mor. l. [illegible] §. & ſi fortè. Accursius.

k ¶ *Oportet.* ſic C. de hæred. l. [illegible]

l ¶ *Dedit Deus.* ſic inſrà. de fide inſtrumen. §. [illegible]

m ¶ *Ante nos.* ſcilicet dixit fortè. Accursius.

n ¶ *Sequitur.* id eſt perſequitur.

o ¶ *Hic.* id eſt, in regia ciuitate. Accursius.

p ¶ *Conſtitutio.* nec illam cõſtitutionem, nec ſequẽtem noſtram habemus hic. Sed huius conſtitutionis, ſcilicet Zenonis, habemus memoriam inſrà, de iud. §. [illegible]

q ¶ *Conſiliarios iudicum.* id eſt, adſeſſores: vt inſrà, de iud. circa princ. [illegible] vt quorũ conſilio adminiſtratores iudicãt: [illegible] Accursius.

r ¶ *Per ſe.* id eſt, [illegible]

s ¶ *Adminiſtratores.* id eſt, ordinarios [illegible] vt patet ex [illegible]

t ¶ *Aguntur.* id eſt, [illegible]

u ¶ *Adminiſtratoribus.* [illegible]

x ¶ *Præſentibus.* [illegible]

y ¶ *Teſtibus.* vt poſſint terreri, & cogi teſtimonium ferre: vt Cod. de teſtib. l. ſi quando. 2. Vel aliter vt poſſint torqueri: [illegible] de teſt. §. hoc omnino in pecuniariis. coll. [illegible] C. de teſtib. l. nullum & de Epiſ. & cler. l. presbyteri. Quod fieri non poteſt a conſiliario: vt ſ. de teſtib. §. ſi verò [illegible]. ¶ Sed in eo, quod dictum eſt coram eodem [b] adminiſtratore produci teſtes, contra eſt [illegible] & quoniam. Sed illud ſpeciale, quando abſentes ſunt.

z ¶ *Honeſtatem.* alias, breuitatem: & alias, poteſtatem.

a ¶ *Quam ſi.* hoc reſpicit ſuperius verbũ, perfectiùs. Accurs.

b ¶ *Iudices.* id eſt, delegatos.

c ¶ *Ab illis.* ſcilicet pedaneis iudicibus. quia ſimiles [e] ſunt conſiliarij pedaneis iudicibus. vnde ſi ita obtinet in pedaneis: ergo ita & in [illegible] à parte [d], vel à communiter accidentibus [e], vt ff. de publ. l. [illegible] Sed fallit in eo, quòd pedaneus [f] interdum eſt ordinarius, vt [illegible] de peda. iudi. l. ſi. & ſupr. de adſeſ. [illegible] §. & iudicare & iſte poteſt cognoſcere de tota cauſa ſuo iure ſine commiſſione alicuius.

d ¶ *Sed quoniam à nobis conſtituti.* alias, à nobis [illegible]

e ¶ *Deponuntur.* id eſt, deducuntur, ſiue detinẽtur, vt non poſſint per ſe audire. alias ergo nõ poteſt fieri delegatio [g], vel commiſſio referenda [illegible] de iudi. §. [illegible]

f ¶ *Siue maiores.* vt præſides, vel proconſules.

g ¶ *Minores.* vt defenſores ciuitatis, qui & [illegible] dicuntur, vt modò diximus.

h ¶ *Moti negotij.* alias, motum negotium.

i ¶ *Nouiſſima.* ſcil. definitiua.

k ¶ *Diſpoſuimus.* vt C. de iudi. l. rem non nouam.

l ¶ *Et ſuſcipere.* alias, punitur, qui non ſuſcipit: vt Cod. de appell. l. [illegible] & l. ſi quis prouocationem.

a ¶ *Lex*

a Medium [illegible]

a vide Glo. & quod ibi ſcriptũ in Nouel. de teſtib. [illegible]

b Teſtes [illegible]

c Conſiliarij [illegible] pedaneis [illegible]

e Conſiliarij [illegible]

e vide l. [illegible]

f Pedaneus interdum eſt ordinarius.

g Delegans cauſã an [illegible]

f Valeat quæ [illegible]

l Cauenda ſi per quãſcunque [illegible]

a ¶ *Lex hoc aliis, & lex hoc* &c. non autem permittit lex quandoque[a] vel ratione perſonæ iudicantis: *vt ſuprà, de appel.* §. j. Vel ratione rei: vt ſuper poſſeſſorio: *vt diximus, C. ſi de momen. poſſeſ. l. j.* Vel quia occurrit tēpus appellationis faciendæ: *vt* ⁊ *de ap. j. reſpond.*

a Appellationes dilationē certis caſibus non admittunt.

b ¶ *Iudices* vel delegati, quibus cauſa appellationis committitur, vel ordinarij: ad hoc *ſuprà, d. app. § illud & §. Originalem collatio. iiij.* ¶ Sed quid[b] ſi ordinarius, qui de appellatione cognoſcit, impeditur publicis occupationibus? Reſp. idem, quod in eo, qui de principali cauſa cognoſcit: vt ſicut ille in eum caſum tantùm, quando ſic impeditur, poteſt audiētiam committere: ita & iſte: vt ſtatim hic ſubiicit, & ſuprà proximè. Sed aliud in delegato etiam quocumque, vt tantùm per ſe cognoſcat: *vt infrà eodem §. fin.* Sed alij dicunt, quòd idem in iudice appellationis, quod in delegato: id eſt, vt tantùm per ſe audiat, etiam ſi publicis occupationibus impediatur.

b Delegare an poſſit iudex appellationis, & ordinarius.

c ¶ *Noſtram.* quas duas non habemus.

d ¶ *Falſitatis.* id eſt, iniquitatis. ſic *Inſtitut. quibus ex cau. man. non ſ. ſumme. § ſemel.* Nam falſitas[e], eſt immutatio veritatis: *vt* ⁊ *de fide inſtru. in prin. coll. vj.*

e Falſitas, eſt immutatio veritatis.

e ¶ *Occupationes.* ſcilic. concedunt veniam: vt ſubiicit.

f ¶ *Qui nullam adminiſtrationem.* id eſt, nullā ordinariam iuriſdictionem: delegatam tamē habent: *vt ff. de offic. eius cui man. eſt iur. l. j. in §.* in eo quòd dicit transferri[d] in delegatum iuriſdictionē: *vt ff. de iuriſdict. om. iudi. l. more.* Sed quidam dicunt delegatū nullam habere iuriſdictionem: *vt ff. de re iudi. l. at prætor.* Sed certè verbum notionis quod ibi ponitur, pro arbitrio adiicitur. Item eſt pro eis, *ff. de offic. eius cui man. eſt iur. l. j. § fi.* in eo quòd dicit, propriū nihil habet. ſed dic, ſcilicet ordinarium. 2. Vel dic, quòd non habet proprium propter hoc: quia citò poteſt reuocari. *vt C. Communia de leg. l. fin. § j. & de iudi. l. iudicium ſ. luitur.*

d Delegatus an habeat iuriſdictionem.

g ¶ *Egerint.* id eſt, non audierint, cùm reſeruauerint ſibi ſententiam.

h ¶ *Cum eis* ſcilicet adminiſtratoribus.

i ¶ *Per omnem.* id eſt, per totam litem.

lex hoc[a] fieri permittit: & rurſus appellationis iudices[b] modis omnibus per ſe audire negotia, nullo agere aliter præſumēte: ſed ſi quid tale fiat, ipſis quidem adminiſtratoribus viginti librarum auri formidantibus pœnam: conſiliariis autem, qui tale aliquid agere præſumpſerint, ſi quidem aduocati ſunt, expellendis ab eloquentiſſimorum aduocatorum collegio: ſi verò aduocati non ſunt: ſed alij quidam: etiam çingulo (ſi quidem habent) priuandis, & decem librarum auri caſtigandis pœna. Non enim oportet eos, qui Zenonis piæ memoriæ contempſerint legem, & dudum noſtram[c], & præſentem, arbitrari vt vnquam falſitatis[d] huius fugiant pœnas. Erit enim curæ per tempus glorioſiſſimi comitis ſacrorum noſtrorum priuatorum, huius rei habere prouidentiam, & exigere pœnam, & inferre ærario, dum tale aliquid commiſſum fuerit: cognoſcente etiam ipſo quia de ſuo fiſco complere debeat, niſi huius rei habuerit competentem prouidentiam.

2. ¶ Sed hoc quidem in adminiſtratoribus decernimus, quibus publicæ, & circa noſtras iuſſiones occupationes[e], vt non per ſe audiant cauſas, concedunt veniam.

3. ¶ Alios autem omnes, qui nullam adminiſtrationem[f] habent: cauſas autem ex iuſſionibus noſtris audiunt aut in hac fœliciſſima ciuitate, aut in aliis: ſi tale aliquid egerint[g], & eos, qui in officio conſiliariorū cum eis[h] audierint, adhuc vehementioribus affligimus pœnis: niſi per omnem[i] conſequentes litem ipſi cum ſuis conſiliariis audiant cauſam[k], nam & dignitatum caſum eis interminamur[l], & pœnam vicenarum librarum auri: & eorum conſiliarios ex ipſa pelli ciuitate, in qua hoc egerint: inſuper etiam ipſos proprio cadere honore.

EPILOGVS.

¶ Tua igitur eminentia, quæ viſa ſunt nobis, & per hanc diuinam declarata ſunt legem, omnibus faciat manifeſta, ſecundùm ſolennem modum edictis per prouincias vtens: vt nullam gentium lateat aliquid, quod à nobis ſancitur. In hac enim fœliciſſima ciuitate glorioſiſſimus præfectus vrbis hoc proponet. Datum Kalendas Decembris. C. P. Imper. Domi. Iuſtin. PP. Aug. anno xj. poſt Biliſ. V. C. Conſu. ann. II.

VT IMMOBILIA ANtenuptialis donationis[m] neque hypothecæ dentur, neque omnino alienentur à viro, nec conſentiente[n] vxore: niſi poſtea ſatisfieri poſſit vxori: hæc verò[o] etiam in dote valere.

Nouella conſtitutio lxj.

Idem Imperat. Iuſtinianus Auguſt. Ioanni glorioſiſſ. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli, & patricio.

Donatio propter nuptias in immobilibus conſiſtens, etiam muliere conſentiente non alienatur, nec obligatur, niſi elapſo biennio mulier ſuum conſenſum confirmet: nec tunc ſibi nocet, ſi vir aliud in bonis non habet, ex quo mulieri ſatisfieri poſſit: contrahenti tamen cum vno ius ſoluum eſt cōtra eum ad reliqua ſua bona. Item dos alienari poteſt: & omnia priuilegia doti data ſunt firma. ANGEL.

PRÆFATIO.

Cauſam miſerandā[p] fieri cognoſcentes, coram nobiſipſis negotio moto, illud quidem correximus competenti modo[q]: lege autem generali † emendamus huiuſmodi negotia (hoc quod moris eſt[r] noſtri.)

CAPVT I.

Vt immobilia propter nuptias donationis neque hypotheca dentur, neque omnino alienentur.

¶ Et ſancimus, ſi quis conſcripſerit antenuptialem, aut propter nuptias donationem (ſic enim eam oportere magis vocari decreuimus[s].) ſiue ipſe pro ſe hoc faciens, ſiue etiam altero ſcribente[t], aut patre, aut matre, aut cognatis, aut extraneis fortè: Si quis igitur[u] tale aliquid fecerit, & ſcripſerit donationem, in qua etiam aliquid immobilium eſt: interdicimus ei[x] aut de cætero ſupponere[y] rem conſcriptam in antenuptiali donatione, aut alienare omnino. Quod enim ſemel vinculis ſponſalitiæ[z] largitatis obligatum[a] eſt, non erit conueniens alienari: vt mulier forſan in lucro, quod ei confert antenuptialis donatio[b], difficultatem patiatur, non inueniens rem in viri ſubſtantia, cùm ſit alienata

k ¶ *Audiant cauſam.* ſ. à principio vſque ad fi. & ita delegatus[a] à principe nō delegat: *vt hic.* Sed contrà. *C. de iudi. l. à iudice.* Solu. hic exaudit Ioan. ſi velit ſibi definitionem retinere. Nā hic per ſe tantum audire debet negotium, licèt ſecus ſit in ordinario: *vt ſuprà dictum eſt.* ſi verò totum vellet alij committere, poſſet: *vt ibi.* Nam & hic, & ibi de delegatis à principe loquitur. alius enim nullo modo delegat: *vt ibi, & ff. de offic. procon. l. legatus.* 2. Vel ſic, ibi loquitur de iudice ordinario delegato: hîc verò de eo delegato, qui non erat ordinarius: & hoc poteſt dici per verba illa, quæ hic ſunt, ſcil. *alios autem omnes,* &c. Vel hæc corrigit illam, ſecundùm Ir. vel aliter, hîc non prohibetur delegato delegare prorſus: ſed non poſſe litē conteſtatam tantū audire: ſed rurſus in medio ſemel, in fine omnia. & hæc eadem cum prima ſolutione, quæ eſt ipſa veritas. ACCVRSIVS.

a Delegatus à principe an delegare poſſit. Gl. ... Cod. de iudic.

l ¶ *Interminamur.* i. interdicendo minamur.

VT IMMOBIlia antenupt. &c.

m ¶ Donationis. *Hæc prima pars expeditur infrà eodem. vſque ad §.* & multo.

† Contra ...

n ¶ Neque cōſentiente. *nedum eo inuita.* Ac c.

o ¶ Hæc verò. *hæc ſecūda pars dicitur* infrà, eo. *vſque ad §* & multò. ACCVRS.

p *Cauſam miſerandam.* id eſt, miſericordia dignam.

q ¶ *Competenti modo.* id eſt, per ſententiam definitiuam.

r ¶ *Moris eſt.* vt ſuprà, *tit. l. j. in prin. & infrà, de fide inſtru. § quia igitur.*

ſ ¶ *Decreuimus.* vt *Cod. de dona. ante nupt. l. fin.* & facit *Inſtit. de don. §. eſt & aliud.*

t ¶ *Scribente.* ſcilic. prædictam donationē propter nupt. & faciente eam.

u ¶ *Si quis igitur.* repetit, vt procedat vltrà.

x ¶ *Interdicimus ei.* ſcilicet marito ſcribendo talem donationem.

y ¶ *Supponere.* id eſt, obligare pignori.

z ¶ *Sponſalitiæ.* id eſt, donatio propter nupt. impropriè enim ponitur: *vt infrà, vt ſpon. lar. §. reſpon.*

a ¶ *Obligatum.* eo quòd facta eſt in dominio mulieris.

b Donatio propter nuptias ...

b ¶ *Donatio* per[c] pactum

c Datio ...

pactum de lucrando. ACCVRSIVS.

a ¶ *Potentibus fortè perſonis.* quibus pares eſſe non poſſumus: *vt ff. de alie. iud.* [illegible]

b ¶ *Quatenus illi.* ſcil. mulieri.

c ¶ *Dum ex hoc ipſo.* id eſt, iure communi [illegible] illo edicto *de alie. iudi. mu. cau. fa.* [illegible] *l. j. & ij.*

d ¶ *Obſeruetur.* ſcilicet quod in L. illa continetur.

e ¶ *Poſthac.* id eſt, poſt hanc legem.

f ¶ *Habebit.* in re mobili antenuptialis donationis.

g ¶ *Non ſcriptis.* datiui caſus eſt. & [illegible] *que ex adſcripe.* [illegible]

h ¶ *Immo derate.* ſed moderate. ACCVRS.

i ¶ *In rem.* ſcilicet ſoluto matrimonio, vt ſubiicit. & etiam [a] conſtante eo, ſi maritus vergat ad inopiam: *vt infrà, de equa. do.* [illegible] *& facit ſuprà vt de cætera commutatione* [illegible] *ſi quis igitur emere.*

k ¶ *Inueniuntur* ſcilicet creditores. ACCVRSIVS.

FLORENTINVS.

l ¶ *In interceſſionibus.* Id eſt, eo titulo, in quo de interceſſionibus terminatum quarto Codicis libro diximus tit. ad *S. C. Velleianum* [illegible] *Accurſius* not. CONTIVS.

m ¶ *Scripſimus.* *vt C. ad Vellei.* [illegible]

n ¶ [illegible] ſemel [illegible]

o ¶ *Intermus* [illegible]

p ¶ *Conſenſum* [illegible] ſecundum [illegible] duplicem [illegible] interdum [illegible] *C. de non numer. pecun. l. in contractibus* [illegible] *& C. ad Vellea. l. ſi mulier.* [illegible] *de verbor. obligat.* [illegible] Sed quid [illegible] de duplici [illegible] conſenſu circa [illegible] *& illud vero* [illegible]

q ¶ *Audita.* id eſt, conſenſa.

r ¶ *Delinquuntur.* id eſt, fiunt in præiudicium eius. ACCVRS.

ſ ¶ *Decepta.* ſcilicet ſemel.

t ¶ *Alia res.* in hoc ſolummodo hoc Authen. [illegible] Codicis ad Vellei. *ſi mulier.* ſecundum Ioannem, quod ſic intelligo. in hoc ſolo eſt [illegible] in conſenſu circa antenuptialem dona-

aliis aut ſuppoſita, vt potentibus fortè perſonis [a]: quatenus illi [b] propter huiuſmodi cauſas aut ſit omnibus modis inhabilis vindicatio, aut difficilis, & litibus egeat, dum ex hoc ipſo [c] ſit adiuuanda.

1 ¶ Quapropter hæc obſeruetur [d], & qui poſthac [e] contra [illegible] ſiue hypothecam habeat, nihil horum vtilitatis habebit [f] omnino: ſed æqualia erunt non ſcriptis [g], nec dictis, quæ ſuper hoc ſcripta ſunt, aut conuenerunt: vt ſeruetur vxori lucrum. Non enim videntur nobis immoderatè [h] [illegible] ſtrorum [illegible] etiam ipſam in rem [i] [illegible] bus poſt [illegible] ctionem [illegible] largitatem dederunt: quod recte inchoatum, deinde à poſteris [illegible] quaſi pro ſuperuacanea quadam ſubtilitate contemptum eſt: & non quilibet viri, & [illegible] [illegible] hypothecas, præparando mulieres conſentire, & ita proprio cadere iure. Conſenſus enim in talibus aut in hypothecam, aut in venditionem, aut in aliam alienationem conſcriptus, percipienti omnino non prodeunt [k], ſi ſemel conſenſus fiat, ſed, ſicut in interceſſionibus [l] ſcripſimus [m], vt oporteat bienni) tempore exiſtente, & rurſus aliam profeſſionem [illegible]

2. ¶ Et ſi conſentiat [n] mulier ſecundum ſpeciem in interceſſionibus [illegible] nis [o], niſi etiam ſecundum (ſicuti prædiximus) celebrauerit conſenſum [p], plura itaque ex primo [illegible] ſeducta [illegible] fraudè decepta, & propter [illegible] re iura. Cum verò in [illegible] tempore conſtauerit pro [illegible], nec fortan [illegible]

3. ¶ Verumtamen neque hoc ſimpliciter damus: ſed tunc mulieré ex ſecundo conſenſu damno ſubiacere [illegible], dum ſunt aliæ res [t], ex quibus poſſibile eſt ei ſatisfieri pro re, vel rebus immobilibus, quæ in antenuptiali donatione continentur, & quæ ab alio detinentur propter alienationis, aut ſuppoſitionis modum. alioquin ſi nihil aliud ſuperſit, neque ſic læſionem ſuſtinere mulierem permittimus: ſed licèt ſecundò, vel frequenter conſentiat, cauſa ad interceſſionis feratur rationem [u], & ſit omnino ei lucrum ſub cautela [x] poſitum [illegible] niſi apparuerit relictum aliud ſufficiens ad antenuptialis largitatis quantitatem. Et hæc dicimus non ſolùm parcentes in [illegible] talia [illegible] & [illegible] communibus ſiliis antenuptialis donationis ſeruantur res: & rurſus hæ remanent apud ſubſtantiam viri, eiuſque ſucceſſionem, ex hac obſeruatione: ideóque vtilis eſt lex vxori, & marito ſecundùm has ſanctiones [illegible]

¶ [illegible] ſi [illegible] enim hæc [illegible] del mare, [illegible]

4. ¶ Sed neque ipſos contrahentes omnino neglexímus, nam etiam ſuper his obligationem, quantum ad mulieres, [illegible] le volumus [c]: & ipſos viros in aliis eorum rebus obligari volumus occaſione alienationis, aut hypothecæ: mulieribus quidem ſeruantes in ipſis immobilibus [illegible] ius innouatum: viris [d] autem competens ius ex documentis, quantum in aliis rebus ſuis [e]: omnibus priuilegiis iam doti datis [f] à nobis, in ſua firmitate [illegible] [illegible] ex antiquo dedimus, neque nunc damus.

EPILOGVS.

¶ [illegible] quæ placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, omnibus faciat manifeſta, ſecundùm ſolemnem modum [illegible] dictis præceptis per prouincias [illegible], quæ à nobis ſancita ſunt. In hac enim fœliciſſima ciuitate [illegible] præfectus vrbis hæc proponet.

DE ORDINE SENATOrum (vt in quibuſdam libris inſcribitur) ſeu, De conſultationibus (vt in meo manuſcripto Nouellæ) ſeu, vt Anton. Auguſtinus ex Florentino Codice refert, De Senatoribus epitome, partim ex Haloandro, partim ex Iuliani epitome collecta [illegible] nihil eius extat præter [illegible]

TITVLVS XVII.

Nouella conſtitutio [illegible] *Antiquis* [a] *temporibus.* al. [illegible] *de* [illegible]

[illegible] ¶ *Sumptus* [illegible] præiudicet libr. ACCVRSIVS.

x ¶ *Lucrum ſub cautela.* ſic ſuprà [illegible] & ita circa [illegible]

poſſit vindicari [illegible]

[illegible] *In due* [illegible] *de rei vxo.* [illegible] *lex* ſecundum AZO [illegible]

[illegible] & vt [illegible] de dicta [illegible]

[illegible] eundem Ioan. *vt Inſtit.* *quibus alien.* [illegible]

[illegible] ancon. propter nup. [illegible] licere in rebus mariti. C. [illegible] & alia [illegible]

eundem Ioan. [illegible]

b ¶ *Sancita ſunt* [illegible] *de rei vxo.* [illegible]

c ¶ *Volumus.* [illegible]

d ¶ *Viris.* [illegible] eſt, contra [illegible]

[illegible] primam [illegible] à principio obliga[illegible] actio [illegible] pignoratitia [illegible] licet & primò [illegible] ſecundum Placè. [illegible] *ff. de* [illegible]

f ¶ *Doti datis.* [illegible]

g ¶ *Monere* [illegible]

Fuit ergo Latina lingua edita hæc Nouella, cuius omiſſa præfatione ſententia hæc eſt apud Iulianum, & Haloandrum.

HÆc conſtitutio iubet prouocationes in conſultationibus, non tantùm in ampliſſimis magiſtratibus, ſed etiam omnibus Senatoribus induci, vt totus Senatus cauſas appellationum audiat, & conueniat, quamuis ſilentium tantùm ſine conuentu Senatoribus denunciatum fuerit. Silentio enim conuentum ineſſe videri. Audiant itaque prouocationes ſanctis Euangeliis propoſitis, & quod ſibi viſum fuerit, Imperatori referatur, vt ex diuina ſententia eius, Senatus calculus confirmetur.

* Hoc ex Haloandro tranſcripſi, & addidi quæ deerant in Iuliani epitome.

1. ¶ Agat * autem Senatus conuentus in Hippodromis.

2. ¶ Vrbicaria præfectura omnibus aliis præſedeat dignitatibus, id eſt, antè ſedeat. Et poſt præfectum cæteri Patricij numerentur, & conſules quidem, & qui inter eos conſularibus inſignibus decorantur, ſecundùm conſulatem ordinem, & prærogatiuas conſulatus ſui ſedeant, vt tamen anteponantur ordinarij conſulares honorariis conſularibus, & poſt hos præfectorum, & magiſtrorum militum, & illuſtrium virorum ordo ponatur. Omnes autem iſti habeant * facultatem in Senatu ſententiam dicere. Qui autem propter cingulum magiſtratus à Senatoribus * honoratur, etiam poſt depoſitionem cinguli ſui, inter Senatores connumeretur. Liceat autem illuſtribus viris patriciatus codicillos accipere: quamuis neque conſulares, neque præfecti * facti ſunt. Quod non ſolùm in futuro tempore, ſed etiam in præterito conſtitutio relaxauit.

* In quibuſdã additur, liberã.

* al. Senatoribus connumeratur.

* Præfectorij. [illegible]

3. ¶ Illud autem certum eſt, quòd tertiam partem ſportularum in ingreſſu dignitatis dare compellantur, omnibus aliis ex conſuetudine ſportulis dandis, in quauis promotione in ſua firmitate, durantibus. Qui autem præſentem conſtitutionem non obſeruauerint, pœna quinquaginta librarum auri plectentur. Quæ pœna, non ſolùm ipſis violatoribus conſtitutionis imminebit, ſed etiam aliis, qui eam violari conceſſerint. Datum CP. poſt conſulatum Biliſarij iterum Coſ. [al. in editione Haloand.] PP. menſe Ianuario, poſt conſulatum * Biliſarij, V. Clariſſimi, anno ſecundo.

* al. Baſilij.

DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE maritimi aſpectus.

TITVLVS XVIII.

Nouella conſtitutio lxiij.

Nulli licet ædificare in hac regia ciuitate vltra terminos à iure permiſſos, ſi principaliter noceat. BART.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Longino huius almæ vrbis præfecto.

PRÆFATIO.

CAuſam, quæ doloſè fit in hac regia ciuitate circa domuum ædificia, cohibere, & emendare iuſtum credimus. Quid enim certis menſuris diſtare domos ab inuicem, Zenonis piæ memoriæ conſtitutio † dicit: nos etiam aliquid tale [ſancimus. Sequitur autem] in hac regia vrbe non poſſe aliquid † vltra centum pedes prohibere maris aſpectum rem omnium gratiſſimam. Oportebat quidem forſan & exampliari menſura aſpectus eius partem, & non eos prohibere. Sed tamen hoc inopinabili quadam machinantur arte. Quidam enim centum pedum relinquentes menſuram, aut etiam parum aliquid huic addentes, deinde ædificant: nihil aliud habentes, ſed tanquam aliquod velum tetenderint: & cum abſtulerint maris aſpectum per omnem poteſtatem, & non repugnantes legi propter centum pedum ſpatium, interim ædificant ſine prohibitione: & dum quod quærunt, potiuntur, deponunt illud, quod propter vtilitatem ab eis iniunctum † eſt. ſed ita ſchema circumuenientes omni voluntate, extraneas poſſeſſorum conſtituunt domos: quod de cætero fieri nullo modo volumus.

Hanc ante deperditã reperui in proprio titulo Codicis ſub titulo, De [illegible] [illegible] [illegible]
CONT.
[ ] pro incluſis legendum, [illegible]
† Aliquem, legendum.

† [illegible]

CAPVT I.

¶ Sed ſi quis voluerit tale aliquid excogitare, & malignari, non taliter ludat: ſed ſi hoc egerit, pro veritate domum totam ædificet, & vſque ad ſpatium totum (centum dicimus pedum) tendat, ædificia faciens tanquam neceſſaria ſibi, & ineuitabilia futura, non autem propter vicini læſionem conſtruat parietes, & velut ex quadam pictura talem extendens machinationem, priuationem aſpectus arripiat. Sicut enim eis, qui aliena diripiunt, directè aduerſamur, & pœnis dignos putamus: ita & hæc molientes, nihilominùs & malitiam eorum, qui alienas res abripiunt, æſtimauimus. Vnde ſi paruam aliquam rem per domum abreptionis auferre præſument, beneficio Vi bonorum raptorum, conquadruplatur pœna: quomodo non hunc neceſſe eſt, qui tale aliquid agit, & cogit quod ab eo factum eſt, alia maiori pœna mulctari: hoc eſt, decem librarum auri inferendarum theatralibus tuæ celſitudinis, vt non malus vicinus, (hoc quod in ſermone) conſtitutus, vadat deridens legem, tãquam non valentem eum propriis inhibere diſpoſitionibus.

EPILOGVS.

Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo in hac fœliciſſima ciuitate operi, terminóque contradere, & in perpetuum vnà cum obedienti officio ſeruari feſtinet. Eadem decem librarum imminente pœna contra hæc præuaricantes, aut præuaricari ſinentes. Dat. vij. Idus Martias, CP. Imperat. Domi. Iuſtinia. PP. Augu. anno xj. Ioan. N.P.V.C. Conſ.

DE HORTVLANIS CONSTANtinopolitanæ ciuitatis.

TITVLVS XIX.

Nouella conſtitutio lxiiij.

Antonio Contio interprete.

Idem Imperator Longino glorioſiſſimo præfecto fœlicis. & regiæ huius vrbis.

PRÆFATIO.

MVltæ vndique nobis accuſationes ex tempore multo, contra fœlicis huius vrbis, & eius proaſtiorum hortulanos deferuntur, indignantibus cunctis de ipſorum malitia. Quæ autem delata ſunt, talia quodammodo ſunt.

CAPVT I.

¶ Aiunt ex corpore hortulanorum etiam pretiorum æſtimatores (ſeu cenſitores) vt plurimum eſſe, & rem facere grauem. Quando enim horti dominus ipſum tradit hortulano mercedem ſubeunti, nihil aliud, quàm plantatum in ipſo olus æſtimant, & eius æſtimationem taxant *, accipienti hortulano, ſeu conductori. Cùm redditurus eſt poſt implementum temporis conductor, tunc facere eos ſubtiliſſimam

* [illegible]

leſſimam oleris æſtimationem, ipſam verò in ſextuplum, & multiplex offerre. & ſi quidem ipſi quinquaginta aureorum ſit olus, non minus trecentis, interdum etiam & pluris hoc æſtimare: & non vſque ad hoc ſolum rei conſtituere inexplebilitatem, ſed & maiorem illam facere, vt plurimùm dicentes quòd ſtercolinum iniecerunt terræ, & quædam inde habeant emponemata, & inde extollũt vtique, quoad poſſunt, æſtimationem, & ſuper hæc pro æſtimatione plantarum (fortè) arborum alias pretij acceſſiones facere, tametſi quando à dominis accipiunt, nulla talis expenſa imputata ſit. etiam hæc vt plurimùm in pactis, confitentibus hortulanis, quod & cuſtodiens implantatas arbores, & alias plantabunt,

Sed æſtimator, etiam in ſeipſo ſimilem rem paulò pòſt fore putans, reuera pro ſeipſo talem inexplebilitatem infert, ita vt ſi quidem miſer ſuſtineat dominus ex imperitia tantum ſibi inferri damnum, & ſua recipere, alteri autem tradat hortulano ipſum hortum, & rurſum ſub illo idem patiatur, & ad hæc plus tertia fortè, aut quarta parte tanta, patiatur illius auaritiam, periclitetur & ipſo penitus excidere horti dominio, & à ſuis rebus abalienetur, fiat autem & ipſi maior quædam improbitatis acceſſio. Nam ſi poſt hæc adueniens hortulanus addat, quod priori reddatur, & ipſe ab huiuſmodi conductione deſinens exigat æſtimationem, tãquam ex emponematibus ipſius factam, quamuis nulla penitus acceſſio ex illius ſedulitate facta ſit, ſed fortè ab initio, vel per temeritatem eorum, qui tradiderunt, vel per deſidiam minoris, quàm par erat, locantium, quæ quidem nobis omnia ſupra omnem videntur eſſe malitiam, & audaciam quam reprimi volumus à tua excellentia, diuinæ huic noſtræ legi attendente: & vt quemadmodum hortulanus accipit hortum à poſſeſſore; ita & ipſum reddere debeat, & ſi quidem olus habeat quando hortulanus ipſum accipit, & æſtimatio ſit eius, ſimiliter & in reſtitutione, ſubtilem æſtimationem oleris ſolus accipiat. Si verò non habeat, ſed nudum accipiat hortum, ſiue habentem ſtercus, ſiue non, ſic & reſtitutionem fieri oporteat. & ſimpliciter ſic obſeruari rei ordinem in tradente, ſeu reddente hortulano, qualis fuit, quando ipſe accepit: nullo alio contingente domino damno. æſtimationem autem olerum, non ſolùm ab hortulanis fieri, ſed & à vocatis Summariis, & ipſis hortorũ peritiam habentibus diuinis nimirũ propoſitis Euangeliis. Non enim volumus poſſeſſoribus inutiles eſſe poſſeſſiones, propter conductorum malitiam, & inexplebilitatem. Propter hæc igitur congregatis his, definies, neque permittes fraudem aliquam inferri poſſeſſoribus, ſed vndique ipſos innoxios, & indemnes cuſtodies. Volumus enim in ſe pari menſura, & conditionem dominorum erga hortulanos, & hortulanorum erga dominos eſſe, propterea quòd vndique paritas nobis curæ eſt, & ne alterutra pars iniuriis adficiatur.

CAPVT II.

*[illegible]

§ Si verò quis terram ſpinoſam * (ſquallidam) locauerit, hic verò eam excoluerit, culturæ mercedem accipiat, & veram oleris, quod ibi erit, æſtimationem, atque ita ſine negotio recedat, nulla auaritia, neque callidè excogitata arte in ea re admiſſa: vt per hanc diuinam noſtram pragmaticam legem, & futuram ex ea diſpoſitionem à tua excellentia, de cætero maneamus ab huiuſmodi rebus immoleſtati, & non reliquis noſtris ſuper republica curis, etiam tales ſuperueniant curæ. Quandoquidem nobis non parua, non magna noſtræ reipublicæ pars extra ſolicitudinem conſtituta eſt, omnia luſtrantibus ipſis mentis oculis, & nihil inornatum, neque inordinatum, neque ambiguum manere volentibus. Comminaberis autem & pœnam quinque librarum auri contra eos, qui poſthac tale quid facient, aut facere permittent. Dat. CP. ** Ioanne Conſule.

VT TERRVLÆ, AVT DOMVS, AVT VINEÆ ſanctiſſimæ Eccleſiæ Myſiæ, in redemptionem captiuorum, aut alimoniam pauperum relictæ, poſſint alienari ſecundùm comprehenſam hac lege diſtinctionem.

TITVLVS XX.

Nouella conſtitutio lxv.

Integra deeſt apud Scrimgerum, præter ſuperiorũ titulum. Ea primitus Latina fuit. Eius epitome Græca apud Haloandrum: Latina apud Iulianum extat.

PRÆFATIO.

SCimus antea promulgaſſe legem *. Hæc conſtitutio localis eſt. nam promulgata eſt de Eccleſia Myſiæ. Et iubet, vt ſi quis rem immobilem eidem Eccleſiæ dederit, vel reliquerit, certum reditum habentem, & adiecerit vt in continentia pauperum reditus adminiſtretur (addit Haloander, vel ad redemptionem captiuorum) huiuſmodi legatum, vel hæreditas, vel donatio nullo modo alienetur. Quòd ſi incertus reditus eorum ſit, domus autem relicta, vel vinea procul à ciuitate fuerit, in qua Eccleſia ſita eſt, cui legatum, vel donatio facta ſit, tunc liceat tales poſſeſſiones vendere. Sin autem domus, vel agri, aut intra ciuitatem, aut circa muros eius fuerint, teſtator autem voluerit venundari ea, & ex pretio eorum redemptiones fieri, tunc ſecundùm tenorem verborum teſtatoris, & in his venditio celebretur. Talis enim rei actus firmiſſimus eſt. Qui * iudicio conuentus fuerit, ſi deſtiterit, condemnator, quippe malam cauſam habens, & priùs in ius vocatus, & conteſtatus, & vocatus legitimè, & non obtemperans. Emiſſa menſe Aprili xiiij. anno Imperij Iuſtiniani ſub Ioanne [Conſ.]

* Addit hæc Haloander. quæ adiectio pertinere ad ipſam conſtitutionem nõ videtur.

VT FACTÆ NOVÆ CONSTITVTIONES poſt inſinuationes earum poſt duos menſes valeant. Pareat autem non cuſtodientibus ſubtilitatem conſtitutionum ſuper teſtamentis in relinquendo quadrante, aut non ſubſcribendo nomen hæredis, aut non dicendo.

TITVLVS XXI.

Nouella conſtitutio lxvj.

Hæc Nouella pertinet ad duas Conſtitutiones Iuſtiniani, quarum vna eſt Nouella 18. *quæ quadrantem legitimæ portionis debitum liberis mutat in trientem, ſi quatuor vel minus ſint: in ſemiſſem, ſi plus quam quatuor: qui ſi non relinquatur, inofficioſum teſtamentum eſt, & querela competit, vel ſupplementi actio. Altera eſt* l. iubemus. C. de teſtibus. *quæ vult in teſtamentis ſcriptis, manu teſtatoris ſcribi nomen hæredis, vel ſi neſciat literas palam nuncupari coram teſtibus, & à teſtibus [illegible] alioquin nullum eſſe teſtamentũ. Declarat autem hæc Nouella, cum ſiue [illegible] teſtamenta quædam, in quibus de vtriuſque Conſtitutionis iure non obſeruato ambigebatur, ſe velle vt vtraque conſtitutio valeat ex eo tempore quo propoſita, & inſinuata eſt in vrbe, vel in metropoli, vel alia ciuitate cuiuſque prouinciæ [illegible] tamen [illegible] ex eo tempore ſed poſt duos menſes demum à publicatione, idemque ſeruari generaliter in omnibus Nouellis Conſtitutionibus. Et vt ſi quis teſtamentũ fecerit contra quam ea, quæ nuper prodierat conſtitutio, noua præcipiat, non ideo cogatur mutare teſtamentum, & aliud conficere ſecundum legem nouam, ita autẽ facta [illegible] ob legem nouam: verùm hoc ita, niſi id lege noua nominatim comprehenſum ſit. Leges trahi ad præterita, ſi hoc ſit nominatim expreſſum* vt Nouella [illegible] vlt. C. de pact. pign. l. [illegible] C. de [illegible] *[illegible] leges ex [illegible] tempore vulgare, & valere quam [illegible] hac Nouella. ſi hoc ſit in legibus ſpecialiter expreſſum* vt Nouella [illegible] *Illud non eſt omittendum, & poſtea Iuſtinianum emendaſſe* d. l. iubemus. Nouella 119. *quæ quidem non vult teſtatorem literarum*

literarum ignarum, qui ſcribendum teſtamentum ad hibet, palàm teſtibus nuncupare nomen hæredis: alioquin teſtamenta ſcripta ſecreta non fore, & tamen ea & alia, quæ per nuncupationem fiunt, diſcrimina nihil fore. Satis igitur eſſe per alium ſcribi nomen hæredis. Cuiac.

VT FACTÆ NOVÆ conſtitutiones, &c.

a ¶ *Semper.*] Facta pendet vſque illuc, *Neceſſarium exiſtimauimus.*

b ¶ *Quale eſt.* vt Cod. de teſt. l. iubemus.

c ¶ *Ex quantis.* vt ſ. de triente & ſem. §. j.

d ¶ *Leges.* ſc. prædictæ duæ. Accurs.

e ¶ *Valere.* ſcil. in regia hac ciuitate. Accursius.

f ¶ *Huiuſmodi lex.* ſcil. pro teſtamentis [a]: vt ſ. vt prox dictum eſt. ¶ Sed nunquid idem [b] in aliis? Dico quòd ſic: vt patet ex rubr. in princ. cuius verba ſunt generalia [c]: & ita hoc intellige generaliter [d]: vt ff. de aur. & arg. lega. l. ſpecies. & ff. de iur. & fact. igno. l. pen. & fin. Sed contrà: vt ſ. vt in priuatis dom. in ſin. vbi dicitur, quòd intra tres menſes. Sed illud ſpeciale: vt ibi dixi. Item contra infrà, vt neque miles, neque ſe. §. ſunt vt tur. Sed illud ſpeciale ſimiliter: hoc autem generale.

g ¶ *Hæredis nomen diſpoſuit.* vt in d. l. C. de teſtament. l. iubemus. & facit Inſt. de teſt. § j.

h ¶ *Formas.* Dando reſcripta extra corpus iuris.

i ¶ *Importunitatem.* ſic ſ. de hæred. & Falc. §. j.

k ¶ *Seniorem.* ſc. l. iubemus.

l ¶ *Alteram.* vt ſuprà, de triente, & ſemiſ. collat. iij.

m ¶ *Eò quòd factis à nobis.* id eſt. eò quòd fecimus vniformes conſtitutiones. & ita ablatiui [e] caſus in accuſatiuos reſoluuntur. ¶ Et quòd dicit *factis,* dic, id eſt, fecimus: ſic j. vt hi, qui ob. j. reſpon. ibi, non exiſtente, &c.

n ¶ *Frequentiam.* ſic ſuprà, de non alien. §. alienationes.

o ¶ *Voce.* l. lingua. Ac.

p ¶ *Deſtinata.* aliàs eſt, *conſumata.* Accurs.

q ¶ *Valeántque.* [f] ſic j. hac conſtitutione innouat conſtit. coll. vj. & j. de eo, qui ingred. ad monaſt. colla. vj. ſic ſuprà, conſtit. quæ ex adſcriptitiis. §. j. Accursius.

a Huius triexemplum erit in querela inofficioſi & ſup plemêto legitimæ poſſuiſſe, vt ſ. d. te. vbi ſupr. et pro. ſupplementum.

b Teſtamenti, & alia inſtrumenta condita ſecundum leges antiquas, ante legem nouam, etiam poſt legem nouam, ſed tamen ante legis publicationem, vel inſinuationē, valent.

c Generalia generaliter intelligenda.

d Accur. cap. ſi ... de probat.

† Concord. ca. t. ... ſuper verbo, ſolutum ... de poſtul. prælat. quæ ... Auth. §.

e Ablatiui caſus in accuſatiuos reſoluuntur.

f Leges, ſi tempus certū non eſt adiectum, ligant à duobus menſibus inſinuationis.

Lex poſt inſinuationem ligat in ciuitate Conſtantinopolitana: in prouinciis verò poſt duos menſes à die publicationis. Angel.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Ioan. glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem præto. præfecto, iterum exconſuli, & patricio.

PRÆFATIO.

SEmper legum nobis occaſiones motorum negotiorum præbuerunt cauſæ. Pluribus enim nobis aditionibus factis [a] occaſione noſtrarum conſtitutionum, quas ſuper ſucceſſionibus ſcripſimus (quale eſt [b], vt oporteat teſtatorem propria manu hæredis ſcribere nomen, & ex quantis [c] vnciis reputari oporteat Falcidiam, quam filiis parentes relinquunt, ſiue ex tribus, ſiue ex quatuor, ſiue etiam ex pluribus) & multis propter hoc periclitantibus teſtamentis cadere, ne complerentur, quæ in eis ſcripta ſunt: quia licèt factæ ſint leges [d], tamen non ſunt cognitæ aut prouincialibus, aut etiam hîc nondum fortè propoſitæ, nullique manifeſtatæ †: neceſſarium exiſtimauimus talia lege breui corrigere.

CAP. I.

¶ Sancimus igitur ex illo noſtras conſtitutiones, quæ pro teſtamentis ſunt, valere [e], ex quo in commune factæ ſunt manifeſtæ. In prouinciis autem, ex quo diſcretæ per metropolitas palàm factæ ſunt, vel poſtea factæ fuerint: ne legum ignorantia (ſecundùm quod dudum tenuit) teſtamenta homines facientes, videantur præuaricari legem. Vt autem apertiùs adhuc cauſa declaretur, ſancimus, ſi ſcripta fuerit huiuſmodi lex [f], hanc poſt duos menſes dati ei temporis valere, & in republica tractari: ſiue in hac fœliciſſima ciuitate, ſiue in prouinciis poſt inſinuationem, ſufficienti hoc tempore omnibus manifeſtam eam conſtituere, & tabellionibus eius cognoſcentibus virtutem, & ſubiectis agnoſcentibus legémque ſeruantibus. Sic nulli omnino erit declinatio vt noſtram cuſtodiat legem. Non enim volumus deficientium infringi volũtates. Omnibus ſiquidem ſtudemus modis ratas eas conſtituere. Cur enim culpabimus eos, qui poſitas noſtras ignorauerint conſtitutiones: vel ſi poſt paululum fortè, quàm ſcripta lex eſt, & adhuc ignorata, deceſſerint teſtatores, & propterea in teſtamentis aut non ſcripſerint propria manu hæredum nomina, aut etiam tres vncias ſolùm reliquerint filio, & non quatuor: in quo legem aut non poſitam eſſe contigit, aut poſitam, & eò quòd nondum propoſita fuerit, iuſtè ignoratam?

1. ¶ Igitur etiam hactenus, licèt antiqua conſtitutio ſit, & in cognominis noſtri poſita conſtitutionum Codice, quæ ſcribi propria manu hæredis nomen diſpoſuit [g]: tamen plurimi præter eius teſtati ſunt virtutem ignorantes eius legiſlationem: & hactenus talia prætermiſſa denunciantur noſtræ poteſtati: & omnibus ſemper talia poſcentibus, veniam dedimus: quoniam nondum fieri has manifeſtas euenerat, & ſacras ſuper his fecimus formas [h] iuſtam eis largientes veniam. Ne igitur importunitatem [i] patiamur de his per ſingulos dies, & formas ſcribere cogamur: propterea ſancimus (ſicuti dictum eſt) ſeniorem [k] quidem in Iuſtinianeo poſitam Codice legem valere; hîc quidem ex quo inſinuata eſt, in prouinciis autem, ex quo directa, & palàm facta eſt in vnaquaque metropoli, aut alia ciuitate. Tempore namque plurimo tranſeunte, & noſtro Codice vbique directo, non rectè ignorabitur.

2. ¶ Alteram [l] verò Nouellam, quæ inter conſtitutiones poſt Codicem poſita eſt †, decernentem quod filiis relinquatur, valere & in hac fœliciſſima ciuitate, & in prouinciis poſt duos menſes * inſinuationis, ſicuti prædiximus: eò quòd factis à nobis [m] vniformibus conſtitutionibus de menſura inſtitutionis filiorum, alia quidem Græcorum lingua conſcripta, propter multitudinis frequentiam [n]: alia verò Latina, quæ etiam firmiſſima propter reipublicæ figuram eſt: illa quidem Kalendarum Martiarum habet conſcriptionis tunc diem: noua autem tunc inſinuata eſt, alia verò eſt Latina voce [o]. conſcripta ad Solonium glorioſiſſimum apud Afros ſacrum præſulem tunc prætoriorum, Kalendis Aprilis.

† Nouella eodem ... menſe Codi... poſt Codicem ... Conſt.

* ... Dict. ...

3. ¶ Quia verò neque Græca lingua conſcripta, mox palàm facta eſt, & directa: denique etiam, quæ hîc ad glorioſiſſimos præfectos ſacrorum noſtrorum prætoriorum cõſcripta eſt, id eſt, Græca lingua, Maio menſe inſinuata eſt in eadem ſede, atque directa: ideo ſancimus oportere eius legiſlationem, quæ de menſura inſtitutionis filiorum eloquitur, valere hîc quidem ex Kalẽdis Maiis, vt duos menſes ei ſeruemus: in prouinciis autem, ex quo hæc palàm facta eſt, etiam ibi duobus menſibus poſt inſinuationem ſeruandis. Si verò nondum hactenus in omnibus prouinciis deſtinata [p] eſt: velociter & eam, & alias, quæ fortè non miſſæ ſunt adhuc, aut etiam poſtea comitante Deo à nobis faciendas, mitti nunc, vel mittendas eſſe: quatenus noſtræ conſtitutiones in metropolitanis ciuitatibus fiant, vel faciendæ ſint manifeſtæ.

¶ Prouinciarum verò præſides ipſos mittere eas, & miſſuros eſſe per omnes ciuitates ſub vnaquaque prouincia conſtitutas, vt nullus de cætero occaſionem ſumat cuiuſlibet ignorationis.

4. ¶ Vnde præteritum omne iuſtam habet veniam, valeántque [q] defunctorum voluntates, & diſpoſitiones, vel ſi nuper factæ ſunt, ſicut eas illi fecerunt, vel ſi ſecundùm priùs tenentem legiſlationem literis propriis non ſcripſerunt hæredum appellationes, aut teſtibus eas non fecerunt manifeſtas, aut tres vncias, & non ampliùs, reliquerunt filiis. Non enim infringi (ſicuti prædiximus) defunctorum volumus diſpoſitiones, ſed ratas eas eſſe per omnia declaramus: vt ſi vel proximè ſcripta ſint teſtamenta poſt poſitionem legis, nondum verò contigerit conſtitutiones factas innotuiſſe: & ſuperuenientibus fortè teſtatoribus non

a ¶ *Mortes.* tam in terra,quàm in aqua. *vt ff. de dona. cau. mort. l. Sena*[illegible] *§.* [illegible]

b ¶ *Innoteſcerent.* ſic *infra, vt cum de app. cogno.* [illegible]

c ¶ *Supplementum* a. ſic *ff. de contrahen. empt. l. Rutilia.*

d ¶ *Fiat* nam ſic erat iure veteri *vt C. de in off. teſta. l. cum quaritur. & l. parentibus.*

e ¶ *Sancitum eſt vt ſuprà de triente & ſemiſ. §.* [illegible]

VT NVLLVS, &c.

Hæc prima pars exponitur infra eo. vſque ad §. illud quoque.

f ¶ Et vt epiſcopi. *hoc dicitur infra eo. §.* illud.

g ¶ Et de alienatione. *hoc dicitur* infra. eo §. quoniam verò.

h E*A. quæ.*] *Legibus.* quæ ſunt in C. & *infra, & ſuprà in hoc volumine.*

i ¶ *Negotia infrà de ſanctiſ. epiſco.* §. *ſi quod.*

k ¶ *Et rurſus. &*, pro id eſt.

l ¶ *Accedunt.* ad eas faciendas.

m ¶ *Eas* ſcilicet Eccleſias.

n ¶ *Orationem* ſic *ſuprà de mona. §. hinc & infra de eccl. tit. §. ſi quo autem* [illegible]

o ¶ [illegible] *medentur.* i. ſe dicunt mederi velle.

p ¶ *Ædificare.* i. conce[illegible]

q ¶ *Priuſquam* ſic in *decretis x. c.* [illegible] *ſit & infra de ſan. epi.* [illegible] *ſi quis* [illegible]

r ¶ *Luminaria.* ſcil. in Eccleſia.

ſ ¶ *Multa.* interpoſitio eſt vſque illuc, *ſecabit ei, &c.*

t ¶ *Adminiſtratur modo.* ſcilicet forte ab [illegible] qui eas antiquitus ædificauerant.

u ¶ *Eorum* ſc. clericorum.

x ¶ *Agenda.* ſic *ſuprà vt cler. qui voca. §.* [illegible]

y ¶ *Legem vt ſuprà quomodo epiſc. §.* [illegible] *& §.* [illegible] *& facit infrà de ſan. epiſ. §. interdicimus autem.*

z ¶ *Deo amabiles vt ſuprà, vt cle. qui voca. §.* [illegible] *coll.* [illegible]

a ¶ *Multum.* ſ. b vltra annum *vt ſuprà quomodo opor. epiſco. §. illud.* Sed alias dicitur multum quinquennium: *vt Inſt. de lit. ob. §. multum & ff de ſepa. l.* [illegible] *§. quod autem dictum eſt.*

b ¶ *Et ipſe.* ſcilicet epiſcopus & quod ſubiicit, *inde,* id eſt, ex eis.

¶ Et quod ſubiicit, ei ſcilic. Eccleſiæ. ¶ Item quod ſubiicit. *obſeruare* c, duo ſignificat pro-

[Left margin notes:] [illegible] Mor. in [illegible] Conſtan. [illegible] Nul[illegible] [illegible] Vtereſcas, [illegible]

non ſunt mutata: maneant etiam ſic inſtitutiones, quæ ab initio ſecundùm tunc certas exſtantes factæ ſunt leges, propriā virtutem habentes, & non accuſandæ eò quòd tempore, quo ſuperuixerunt illi, eas non mutauerunt. Non enim omnia ſunt in nobis, nec ſemper quibuſdam tempus ſit teſtandi repentè: plerumque enim incidunt hominibus mortes a teſtandi eis poteſtatem auferentes. Quâobrem ab initio factum rectè, eò quòd non fuerit mutatum, non arbitramur poſtea mutari, aut aliquo modo infringi: ſed immutilatam manere, quæ tunc placuit teſtatoribus ſententiam, valideque ſeruari. Erat namque abſurdum, vt quod factum eſt rectè, ex eo, quod tunc non erat factum, poſtea mutetur.

5. ¶ Collectiuè igitur dicendum, percipiant filij relictas ſibi (ſi ita contigerit) à patribus tres vncias ex teſtamentis ita factis, aut ante legis poſitionem, aut poſt poſitionē legis: antequam hæc tamen apud iudices innoteſcerent b. Si verò adiectum ſit teſtamentis, oportere quod reliquum eſt, eis impleri, ſecundùm quod tunc legibus debebatur: hoc percipiendum ſecundùm antiquas leges: vt ſi quid deeſt tribus vnciis, ſecundùm illas ſupplementum c fiat d, non in quadrÿcio, quod poſtea quidem ſancitum eſt e, nondum tamen tunc agnitum.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, præceptis propriis tua eminentia omnibus faciat manifeſta, & qui in hac maxima ciuitate, & qui foris inhabitant, quatenus omnibus fiant palam, quæ à nobis pro omnium cautela ſancita ſunt. Datum Kal. Mart. † Conſtantinop. Do. Iuſtin. PP. Aug. ann. xj. & Ioan. V. C. Con[illegible].

VT NVLLVS FABRICET oratorii domos præter voluntatem Epiſcopi: & vt deputet prius, quæ circa diligentiam & ſtatum in fabricando oratorio ſufficiant: & vt Epiſcopi f non deſint ſuis Eccleſiis: & de alienatione g eccleſiaſticarum rerum immobilium.

TITVLVS XXII.

Nouella conſtitutio lxvij.

Idem Imperat. Iuſtinianus Auguſt. Menæ ſanctiſſ. & beatiſſ. Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, & vniuerſi ſacri patriarchæ.

Nulli licitum eſt Eccleſiam, vel monaſterium, vel oratorium ædificare ſine Epiſcopi voluntate, Epiſcopo ædificium inchoante qui ſtatuit clericorum menſuram, & expēſas tam factas, & opportunas. Sed ſi ædificare volēs non eſt ad hoc ſufficiens: Epiſcopi conſenſu vnam Eccleſiam vetuſtate corruptam, vel neglectam ædificare poterit. BART.

PRÆFATIO.

TA, quæ de ſanctiſſimis Eccleſiis ſunt, multis comprehendentes legibus h, adhuc etiam alia lege egemus, ad exorta negotia i, & rurſus k emergentia ſufficiente. Plurimi namque nominis cauſa, non ad opus ſanctiſſimarum Eccleſiarum accedunt l: deinde eas ædificantes, nequaquam curam ponunt vt expenſas quoque eis deponant decentes, & ad luminaria, & ad miniſtrantium alimenta, & ad ſacra miniſteria, ſed deſerunt eas m etiam in nudis ædificiis conſtitutas, & aut deſtruendas, aut omnino ſacro miniſterio defraudandas.

vt cum [illegible] ad illud verbum, *inde*, dic, *obſeruare* id eſt, habere. Item [illegible] ad [illegible] *obſeruare,* id eſt, reſarcire: ſcilic. de ſuo ipſi Eccleſiæ ad ſuum[illegible] etiam refertur. ¶ Nec mirum, quod verbum a ſemel poſitum ad duo [illegible] refertur [illegible] [illegible] ¶ Item quod [illegible] *non ſufficiat,* [illegible] eſt, non valeat, vel nō poſſit, & ita eſt [illegible] litera.

a Verbum ſemel poſitum, ad diuerſa referri poteſt.

a ¶ *Legem.*

CAPVT I.

¶ Sancimus igitur præ omnibus quidem illud fieri, & nulli licentiam eſſe neque monaſterium, neque Eccleſiam, neque orationis domum incipere ædificare, antequam ciuitatis Deo amabilis Epiſcopus orationem n in loco faciat, & crucem figat, publicum proceſſum ibi faciens, & cauſam manifeſtam omnibus ſtatuens. Multi enim ſimulantes fabricare quaſi orationis domos, ſuis medentur o languoribus, non orthodoxarum Eccleſiarum ædificatores facti, ſed ſpeluncarum illicitarum.

† [illegible] ædificium, [illegible] [illegible]

CAP. II.

Vt qui Eccleſias ædificant, prius definiant, quæ ad curam, & conſtitutionem eius, & conſeruationem pertinent.

¶ Deinde non aliter quempiam Eccleſiam ex nouo ædificare p, priuſquam q loquatur ad Deo amabilem Epiſcopum, & definiat menſuram, quam deputat, & ad luminaria r, & ad ſacrum miniſterium, & ad incorrumpendæ domus cuſtodiam, & obſeruantium alimenta, & ſi ſufficienter habere videtur, faciat priùs donationem eorum, quæ futura ſunt deputari: & ita domus ædificetur. Si autem non ſufficiat quidem aliquis ad hoc, nomen forte deſiderans, quo & ipſe fabricator Eccleſiæ vocetur: & vult aliquid tale facere multæ ſ enim & in hac regia ciuitate, & in prouinciis Eccleſiæ ſunt, in quibus competenti quadem adminiſtratur modo t: periculum vero ruinæ patiuntur per vetuſtatem, aut etiam paruæ conſtitutæ ſunt, & inordinatæ ſecundùm deſiderium eorum u, qui in eis deputati ſunt, licebit ei vnam talium Eccleſiarum accipienti, hanc ædificare: & hic voluntate Deo amabilis orthodoxorum Epiſcopi res agenda x eſt. Sic enim poterit & ſacræ domus fabricator vocari, & nihil de ſuo ſuperexpendere: deputatis iam circa hoc expenſis oblatis ab eis, qui etiam priùs has expendebant.

CAP. III.

De Epiſcopis non reſidentibus in propriis Eccleſiis: ſic Iulianus epitomator.

¶ Illud quoque ſancimus, quatenus ſecundùm iam à nobis prolatam legem y, Deo amabiles z Epiſcopi in ſuis Eccleſiis maneāt, & non relinquant quidem eas, tempus verò multū a hic morentur, & cogāt per prouincias œconomos expenſas ſibi tranſmittere, & ſanctiſſima Eccleſia expendat, quod & ipſe b

a Pecunia. Ecclesiaſtica ſpecies.

b Decretum præſidis neceſſarium in alienatione rei Eccleſiaſticæ.

† Cum per totum. de rec. eccl. alienatione, in auth. & lib. 6. decr. & c. & 12. q. 2. per totum ibi quaſtionem.

c Tempus pro tempore ſumitur.

d Oeconomi Eccleſiaſtici, qui.

e Synodus quid ſit, habes in auth. vt nulla de auth. & c. ſuper hoc in ma. & ibid.

a ¶ *Legem, vt ſuprà quomodo oper. epiſco. §. & illud.* ACCVRS.
b ¶ *Defuerit.* ſ. per annũ.
c ¶ *Amplius tempus.* ſc. anni.
d ¶ *Plurimo tempore.* ſc. vltra annum. AL.
e ¶ *Valebunt.* ſcil. vt a expellatur à clero epiſcoporum, & choro clericorum: *vt ſuprà quomodo oper. epiſco. § illud.*
f ¶ *Quoniam verò contigit. vt ſuprà de eccl. rer. immo. alie.*
g ¶ *Decretum* ſ.[b] præſidis volumus in dicta conſtitutione: & facit *infrà de ali. & emphy. §. hoc etiam*
h ¶ *Metropoleos epiſcopo.* i. Archiepiſcopo.
i ¶ *Sancitum.* i. ſanciendum: & ita tempus [c] pro tempore ponitur ſic *ff de lega. 19. l. etiam 2.* Vel dic, *ſancitum*: ſcilicet in conſtitutione Græca, vel extrauaganti, nec enim in illa *ſuprà de non alien.* vel in alia *ſuprà de eccle. re. immob. alien.* vel alia, iſte caſus habetur.
k ¶ *Oeconomi*[d], quibus res eccleſiaſticæ gubernandæ mandantur: *vt C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus. in princ.* ſcil. Epiſcopi voluntate: *vt C. de Epiſco. & cler. l. omnes, qui vbique. §. hoc nihilominùs.* ACCVRS.
l ¶ *Adiicimus.* ſcil. per hanc conſtitutionem.
m ¶ *Interſint.* Quid adiicit hæc conſtitutio. Poteſt dici vt duo Epiſcopi interſint. Alij dicunt, quòd hoc erat etiam dictum in conſtitutione, cuius hîc facit mentionem: & dicunt hîc adiici quòd iſti duo Epiſcopi debeant eſſe de ſua ſynodo: hoc[e] eſt, de ſuo archiepiſcopatu.
n ¶ *Secundum ſe.* i. in ſuo contractu.
o ¶ *Ipſe.* Archiepiſcopus præbens auctoritatem Epiſcopo ſub ſe poſito.
p ¶ *Ei.* ſcil. epiſcopo.
q ¶ *Præſens.* archiepiſcopus.

inde ei obſeruare non patiatur. Sancimus igitur iam à nobis poſitam legem [a] in ſua manere virtute. ſi verò defuerit [b] Deo amabilis Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ ampliùs tempus [c], nullam ei mitti expenſam de prouincia: ſed illam quidem circa actus pios, & ſanctiſſimam Eccleſiam expendi: ipſum verò hîc errantem non expenſis ſanctiſſimam Eccleſiam prægrauare: cùm certum ſit, quòd ſi plurimo tempore [d] defuerit, quæ iam à nobis ſuper eiſdem ſancita ſunt, valebunt [e].

CAP. IV.

De alienatione rerum eccleſiaſticarum immobilium.

¶ Quoniam verò contigit † [f] iam nos ſanxiſſe, vt ſi qua in prouinciis alienatio rei immobilis eccleſiaſticæ faciẽda eſt, ſecundùm decretum hanc procedere, ſicuti dudum prolata à nobis conſtitutio dicit: agi verò decretum [g] non ſolùm præſente Deo amabili Epiſcopo ciuitatis, eiúſque clero: ſed etiam metropoleos Epiſcopo [h]: necnon & illud inſuper eſt ſancitum [i], ſi metropoleos ſanctiſſimus Epiſcopus futurus eſt venundare, ſiue eius Eccleſiæ ſanctiſſimi œconomi [k], quid oporteat fieri, etiam hoc adiicimus [l], vt duo ex ſynodo, quæ ſub eo eſt, Deo amabilium Epiſcoporum quoſcunq; elegerint, ipſi interſint [m], & alia omni obſeruatione cuſtodita, quæ iam ſancita eſt, præſentia duorum Deo amabilium Epiſcoporum adiiciatur: vt ſecundùm ſe [n] videatur cum ſua ſynodo rem agere: & ſicut ipſe [o] rem facit credibilem, & ſufficientem ei [p], qui ſub eo conſtitutus eſt, dum præſens [q] eſt: ita & ipſi, quæ ſub eo eſt ſynodus præſens, per duos Deo amabilium Epiſcoporũ videbitur rem præbere cautiſſimam, ſumentem ex huiuſmodi ſynodo teſtimonium.

EPILOGVS.

¶ Hanc itaque noſtram legem, & ad ſedem tuę beatitudinis, & ad cæteros ſanctiſſimos patriarchas miſſi, ipſi per literas proprias ſub vos metropolitis facietis manifeſtam, vt illi palàm faciant ſub ſe conſtitutis epiſcopis: vt nullum lateant, quæ à nobis conſtituta ſunt. Dat. Kal. Maij, CP. Imp. DN. Iuſtin. PP. A. an. xij. Ioanne V.C. Conſ.

VT CONSTITVTIO SACRATISSIMI Imperatoris de ſucceſſionibus nuptialium lucrorum, quæ apædiæ, id eſt, non exiſtentium liberorum lucra introducit, obtineat in his factis, quæ acciderunt poſt conſtitutionem: in his autem factis, quæ ipſam præceſſerunt, Leonis conſtitutio locum habeat.

TITVLVS XXIII.

Nouella conſtitutio lxviij.

Antonio Contio interprete.

PRÆFATIO.

SCimus Leonis piæ memoriæ conſtitutionem de his ſcriptam, qui ad ſecundas perueniunt nuptias, ſiue viri ſint, ſiue fœminæ, & nuptiale lucrum procreatis ex illo matrimonio liberis ſanctè cuſtodientem, & eum qui ita lucratur, ſolius vſusfructus dominum facientem: dominium autem illis conſeruantem, & iubentem: vt ſi quidem filij, vel nepotes moriantur nullo ſuperſtite, per quem, qui ad ſecundas nuptias tranſiit, dominio priuetur, tunc immota & ſolida apud lucrantem etiam perueniat dominij vtilitas.

VT OMNES obediant, &c.
Hoc dicitur infrà, c. §. hoc conſiderantes.
r ¶ Et ibi negotia. *hoc dicitur* infrà eo. §. ſi igitur fuerit. *vſque ad illum §. arripiat.*
ſ ¶ Priuilegium. *ſ. ſpecialiter indultum, vel de nouo conceſſum aliàs. quod planè dicimus* infrà, c. §. ſi igitur ambo. ACCVR.
t ¶ Huc. *id eſt, in ciuitatem Conſtantinopolitanam: vt ſubiicit infrà, eo. §. arripiat.*
u ¶ Conuenti. *ſcilicet in prouinciis.*

CAPVT I.

¶ Ipſam nos nuper correximus, alia quidem ſtatuentes, volentéſque vt hæredes mortuorum liberorum, vel nepotum, ſiue parentes, ſiue alij, quicunque ſint, habeant inde aliquod ſubſidium, lucrentúrque etiam iure dominij per eorum mortem quantum ex pacto non exiſtentium liberorum erant lucraturi: reliqua verò pars ad hæredes filiorum, vel nepotum, qui mortui fuerunt, perueniat. nihil enim à nobis occaſione vſusfructus immutatum eſt.

1. ¶ Hæc itaque & nunc, & in omne tempus obtinere volumus, præterquam in his filiis, qui mortui fuerint ante noſtram conſtitutionem. Poſtquam enim præuenit lucrum ſolidum iam adiectum ei, qui ad ſecundas peruenit nuptias, liberis ante legem mortuis, ne quicquam laborauerit noſtra lex circa ea, quæ lex piæ memoriæ Leonis anteuertens ſub ſuam redegit poteſtatem. Itaque non ſolùm filiis, aut nepotibus non exiſtentibus, ſecurè habebunt, quæ lucrati fuerint: ſed & ſi quid eorum apud alios eſt, ſecundùm ius, quod dominis competit, euincent. Hæc igitur breui lege comprehendentes, huiuſmodi dubitationes tollimus, ne aſſiduè ſuper cauſis moleſtiam patiamur: ſed lege hæc communi recolentes, his liberemur turbis, volentes ſeruari formam, quæ noſtram legiſlationem præceſſit ei, qui ante eam beneficio affici meruit.

EPILOGVS.

¶ Tua itaque excellentia, quæ à nobis hac de re conſtituta ſunt, in hunc modum omnibus manifeſta propriis præconiis, & programmatis efficere ſtudeto. Dat. viij. Kal. Iun. Impe. Domi. Iuſti. PP. A. ann. xij. Ioanne V.C. Conſ.

VT OMNES OBEDIANT IVDICIBVS PROuinciarum & in criminalibus, & in pecuniariis, & ibi negotia[r] examinentur, nullo excepto per priuilegium[ſ]: nec huc[t] conuenti[u] deducantur, niſi ſacra pragmatica forma exhiberi quempiam iuſſerit.

TITVLVS XXIV.

Nouella conſtitutio lxix.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus (Ioanni † glorioſiſſimo prætoriorum per Orientem præfecto, iterum exconſuli, & patricio.)

† In verſ. Græca ... ne per ... legitur ... Conſ.

In prouincia, in qua quis forum ſortitur, illic eſt conueniendus vtraque parte præſente, vel altera tantùm: & vbique iuſtitia ſeruata, ſententia condemnatoria, vel abſolu

a ¶ Vnam omnium ſ. virtutum. ACCVRSIVS.

[illegible]

abſolutoria ſeruatur omni priuilegio ceſſante, niſi pragmatica forma alicui datur, vel aliud propter appellationem accideret. his obtinentibus in omni loco, & tempore: pœna contra facientibus imminente. BART.

PRÆFATIO.

VNam quidem eſſe omnium [a] perfectiſſimam virtutem arbitrandum eſt hominibus quæ iura omnibus diſtribuit: hæc eſt ex cauſa [b] cognominata iuſtitia. Etenim vnamquamque [c] aliarum virtutū niſi ſubſequantur huius [d] bona, fiet nihil horum, quæ competūt: itaque nec fortitudinem, quæ non eſt cum iuſtitia [e], laudabimus: cùm ſcilicet patria lingua [f] fortitudinem in actinis virtutem appellet ſolùm: & ſi quis ab ea [g] iuſtitiam ſubtrahat, delictorum ſolummodo, non quorumdam bonorum fiet occaſio: quam [h] in noſtris prouinciis intuentes contemni, lege placenti Deo eam corroborare, & ad fortitudinem decentem reducere iudicauimus oportere. Plurimorum namque alij quidem literas ſacras [i], alij priuilegia [k], alij pragmaticas formas [l], alij præcepta iudicum, quidam alia ex aliis adinuenientes occaſiones [m] ſibi pararunt peccandi [n]: quidam in prouinciis, & extra eas [o] litigare ſimulant [p]. Qui [q] enim in quolibet loco malè patitur, aut aliquid ſuorum amittit, aut de terminis terræ litigat, aut de proprietate, aut de poſſeſſione, aut de hypotheca, aut de alio quocunque [r]: quomodo valebit in alio loco probationes horum, quæ pertulit [s], exhibere [t]? hæc enim agentes, oſtendentéque potentiam ſuam [u], & fortitudinem [x], ita iuſtè credentes [y] talia machinantur: & hæc [z] homines perpetrant [a] tanquam perpetuam virtutem habituros ſe confidentes, & non reſpiciūt ad mille, & decies [b] mille exempla [c]: quia ſerò tandem & in perſonis innumerabilibus [d] ex impotentibus videmus potentes procedere: ex non diuitibus diuites: in omne autem æuum pene [e] ex potentibus [f] proceſſerunt inanes [g], ex diuitibus autem pauperes, dum patrum iniuſtitiam ſoboles eſt ſecuta [h]: & non cogitant, neque reputāt: quoniam quod ipſi quaſi per ſe machinantur poteſtatibus vtentes [i], hoc fortan contra eos, qui ex eis procreantur, agunt: non eadem potentia ſequente ſobolem, quæ illos ſequitur.

CAP. I.

¶ Hæc conſiderantes, præſentem ponere legem exiſtimauimus oportere: & præcipimus omnibus in prouinciis iudicibus; quicunque noſtris obediunt ſceptris [k] in vniuerſa ditione, & quæ aſcendentem [l] videt, & quæ deſcendentem [m] ſolem, & quæ ex vtroque eſt latere [n]: vt vnuſquiſque in qua prouincia deliquit [o], aut in qua pecuniarum [p], aut † criminum [q] reus ſit, ſiue de terra [r], & de terminis [s], ſiue de proprietate [t], ſiue de poſſeſſione [u], aut hypotheca [x], vel de qualibet alia occaſione [y], illic etiam iuri ſubiaceat [z]: hoc enim apud legiſlatores præcedentes varie [a] quidem

[illegible]

Authentica.

dictum eſt, coll.ij. & ff. de iudi. l. hæres. §. j. & ſeque in ſi.

a ¶ *Non purè.* hoc eſt, non inuenitur lex aliqua de antiquis, quæ ita dicat purè, & ſimpliciter, de omnibus, vt iſta dicit: & ſtatim ſubiicit. Nam hæc [a] in delictis, & quaſi, item in contractibus, & quaſi loquitur. Item & in actionibus in rem: in quibus quis ratione poſſeſſionis ſortitur forum: vt *C. vbi in rem act. l. ſi.* Item in interdictis poſſeſſorijs: vt hic continetur.

b ¶ *Conſiderauimus.* ſcilicet quia reus reſpondeat: ita econtrà dicimus, quòd actor alibi nō agat, vel agere quærat, vt ſubiicit. 2. Vel dic ad reum tantùm refer eundem hoc.

c ¶ *Scripturam.* i. libellum conuentionalem. At.

d ¶ *Examinationem prouincialem.* id eſt, faciendam in prouincia ea: vbi contractum eſt, vel delictum (vt ſuprà dictum eſt:) & eſt ratio, vt ſubiicit facultas [b] probationum. nam facilius probabit actor hic, quàm extrà prouinciam, & facit *Cod. de fure & Mani. l. quoniam. in fi. & Co. de re. cred. l. generaliter. in princ. ibi probationibus pinguius*, &c.

e ¶ *Iure potiatur.* Simile dicitur in diuina pagina, quòd nullum adeò eſt veniale [c] paruum peccatum, quod ſi deducatur in contemptum, mortale non efficiatur.

f ¶ *Quem.* ſcil. reum.

g ¶ *Præſentem.* eam ſubaudi.

h ¶ *Illius.* ſ. rei.

i ¶ *Læſum.* ſc. actorem.

k ¶ *Ingemiſcentem.* ſic *Cod. quando impe. inter pupil. & vid. l. j.*

l ¶ *Ferre.* ſ. pœnas, quas patitur. At.

m ¶ *Multitudo.* ſic *C. qui poti. in pig. habe. l. ſi. in prin.*

n ¶ *Crebrò.* i. ſæpe.

o ¶ *Ipſi.* i. nos Accvrs.

p ¶ *In prouincia.* in qua obligatio contracta eſt: vt [illegible] §. *hæc conſiderantes* ¶ Sed quid ſi in Italia? Reſp. idem licet non ſit prouincia: ſed prouinciarum [d] domina. vt *infra* [illegible]

q ¶ *Trahatur.* ſ. per reum.

r ¶ *Priuilegio.* hoc eſt, non [e] prodeſt reo priuilegium, vt poſſit alibi reuocare iudicium, quam vbi contraxit. Sed contra, [illegible] *super autem.* Solu. dicunt quidam illam correctam per iſtã. & eodem modo reſpondent ad l. ff. *de iudi. l. non [illegible] §. item ſi quis Romæ.* nam & ibi dicitur non debere legatum Romæ conueniri etiam de eo, quod ibi facit dummodo ante hanc legationem in qua nunc eſt. Sed hoc non placet, quia per aliam auth. quæ eſt poſt iſtam, ſalua ſunt legatis, & [illegible] priuilegia. vt *infrà, de [illegible]* §. ſi verò [illegible] Loquitur ergo hic loquitur priuilegijs, quæ extra [f] corpus iuris poſita ſunt, vt colligitur, *ſuprà eod. §. plurimorum* Nec videtur aliquid corrigere. vt *ſuprà e. §. hæc conſiderantes* [illegible] quæ autem in iuris corpore ſunt, nō tollantur per hanc auth. vt dictum eſt. Sed quadam alia auth. & fori, & iudicis videtur tollere priuilegium, ſecundum [illegible] *vt ſuprà vt [illegible]* §. *quod aute priuatus.* quod nō puto, [illegible] (vt dictum eſt) in non iuris corpore [illegible] Nam & in ſeq. §. po. [illegible] *intendimus* quibuſdam ſeruatur priuilegia. Item contra *ſuprà de exhi.* §. [illegible] eo, quòd actori permittitur ex priuilegio ad aliud iudicium trahere reum. Item ad idem contra *C. de dila. l. ſi quando & C. de [illegible] l. [illegible] criminali.* Sol. quidam dicunt illas duas leges eſſe correctas per iſtã, quod non placet [g] quia quantum poſſumus euitare [g] legum correctiones, hoc facere debemus Iuſtinianum imitantes vt *infrà, quib. mo. nat. eff. ſui. §. tribus autem.* Dic ergo quòd hæc loquitur in reo: illa in actore trahente reum ad extraneum iudicem. Sed hæc mala videtur ſol. nam non debet licere actori, quod non licet reo: vt *ff. de reg. iur. l. non debet.* Sed dic hoc ſpeciale, aliud generale, cui generi [h] per hanc ſpecialem derogatur: vt *ff. de leg. [illegible]*

a Forum quis ſortitur ratione delicti, vel quaſi: contractus, vel quaſi, & ratione poſſeſſionis, ſiue agatur rei vindicatione, ſiue interdicto.

b Probationũ facultas ſemper in loco, vbi quis delinquit.

c Venialia delicta fiunt mortalia.

d Italia non prouinciarum domina, [illegible]

e Priuilegio [illegible] contractus [illegible] à reo poſſit, [illegible]

f [illegible]

g Legum correctiones vitandæ ſunt.

h Generi per ſpeciem derogatur.

dictum eſt, licèt non purè [a], & ſicut nos illud conſiderauimus [b]) & vltra terminos litigare non quærat.

1. ¶ Siue enim magna delicta ſint, ſiue contractus conſiſtant, oportet omnibus modis ſuper iis & conuentiones eſſe, & ſcripturam [c], ſi opus fuerit, & examinationem prouincialem [d] propter facilem probationem: ſiue quidem in paruo quiſpiam ſimiliter delinquat: ſiue maius adhuc peccatum fiat: quale eſt ſi nec in paruis iure potiatur [e]: ſed expectet venire in extraneæ terræ prouinciam: vbique eum conuenire, & de talibus litigare: quem [f] neque præſentem [g], neque in prouinciam forſan propter virtutem illius [h], aut infirmitatem ſuam conuenire poterat competenter. Quid enim erit durius, quàm læſum [i] circa ſublationem bouis, aut equi, aut iumentorum alicuius, aut pecudum, aut (vt exiguum dicamus) domeſticæ gallinæ, hunc cogi, non in qua aufertur prouincia litigare: ſed alibi currere, & ibi probationes horum, quæ pertulit, exigi: & aut plures expenſas pati, quàm rei æſtimatio eſt, aut inopiam ingemiſcentem [k] ferre [l]? Hinc nobis multitudo [m] plurima eſt interpellantium quotidie: & crebrò [n] in talibus cauſis inquietamur paruarum gratia occaſionum & ipſi [o] multas ſuſtinentes importunitates; & videntes plurimam quidem multitudinem virorum, plurimámque mulierum ex proprijs locis agitatas, & ad hanc venientes fœliciſſimã ciuitatem: quorum plurimi etiam mẽdicantes † & afflicti hîc agunt, interdum quoque hîc moriuntur.

CAP. II.

De præſentibus reis.

¶ Si igitur † fuerint ambo in prouincia [p] & actor, & reus, nequaquam ad aliam prouinciam cauſa trahatur [q], neque ad hanc fœliciſſimam ciuitatem, neque ex priuilegio, [r] cuiuſpiam, neque ex iuſſione: ſed illic decidatur [s].

¶ Si verò [t] alter quidem adeſt, alter autem abeſt: qui verò præſens eſt, ex domo abſentis iniuſtitiã [u] patiatur: cõueniatur omnib. modis ipſe, qui iniuſtitiã egit [x], ſiue curator, ſiue cõductor,

l. & verò. § fin. & [illegible] & de reg. iu. l. ſemper. ſit & alias licet [a] actoribus agere quando vult: quod reo non licet conueniri quando vult: vt *ff. de exac. do. l. purè. §. ſi. & ff. de pet. hære. l. ſi quis libertatem. [illegible] dominum [illegible] & erat in ipſum, & [illegible] vt Co. vt ne [illegible] vel arc. l. j.* ſed hoc non licet reo.

ſ ¶ *Sed illic decidatur* ſcilicet in prouincia illa: vbi contractum eſt.

¶ Sed quid ſi ibi non inueniatur? nónne remittitur [b] in contractu vt in delicto, vt *infrà vt [illegible] iude. §. ſi verò quis* Reſpond. dic vt ibi dicemus.

t ¶ *Si verò.* Caſum iſtũ pono tribus modis. 1. Primò in domino, domus: qui cum inquilinus, vel mercenarius habitabat: vt *ff. de vſu, & habi. l. Proculus.* & eſt ex domo ab vno inquilino deiectus: conuenitur ipſe inquilinus ex ſuo delicto lege Aquilia directa, vel vtili: ſed & dominus ex quaſi delicto tenetur actione in factum, qui opera malorum hominum vtatur: vt *Inſt. de oblig. quæ ex quaſ. deli. naſ. §. item exercitor.* hæc ergo Authen. permittit hoc nouum, vt poſſit nunciare domino, & datur ei ſpatium. & ſi veniat, plenè examinatur cauſa: alioquin damnatur præſens conuentus. & ſi de rebus eius actori nõ poſſit ſatisfieri, capiuntur res abſentis propter eius contumaciam. hãc reprobo, quia ex [c] quo certum eſt quis deceſſit, quia [illegible] alias teneri vt *ff. de in. qui de [illegible] l. [illegible] in ſi. & l. [illegible] & ff. de verbor. oblig. l. continuus §. cùm ita* in ſi. Si autem diceres dominum cum ſua familia non habitaſſe, etiam alia ratione non teneretur: vt *ff. de in. qui deie. vel eff. l. j. §. po* 2. Secundò poteſt poni ſic: Aliquis conueniebat me, quia [illegible] obnoxius, vel rei vin. vel qualicunque actione: & aliquis offert ſe defenſioni meæ promittendo iudicio ſiſtere me dominum, & pœnam, ſi non faceret ſtare permittitur. ergo huic procuratori ſiue defenſori, vt nunciet mihi domino: vt hic ſubiicitur, & ſi non veniam, procurator condẽnatur [d] ad [illegible] quia me non facit ſtare: in [e] quo venit etiam rei petendæ æſtimatio. Itẽ & ego dominus in actione, quæ contra me competeret, condemnabor, & ſi [f] ex rebus procuratoris ſatisfieri non poſſit, tunc de meis ſatisfiet. nec mirum: quia hoc propter meam contumaciam contingit. & quod hic dicitur, ipſe qui iniuſtitiam egit ſc. dominus. Item not. quòd hæc Auth. facit hunc verum procuratorem eo ipſo, quòd non remouetur abſente [g], & ante litem conteſtatam permittit ſententiam ferri: quod eſt mirabile. vel dici poteſt, quòd quaſi conteſtata eſt: vt *C. vbi in rem act. [illegible]* 3. Tertiò dic, quòd in quocunque defenſore locum habet, qui ſatiſdat iudicatum [h] ſolui. nec curo quòd ſatiſdederit iudicio ſiſtere dominum. 4. Vel dic quartò, quòd procurator [i] meus per vim expulit aliũ me mandante, vel ratum habente: vnde poteſt conueniri tam ipſe, quàm ego dominus: vt *ff. de vi, & vi arma. l. j. §. quoties & ff. de iniu. l. [illegible] & l. ſeq. [illegible] & ff. quod vi, aut clam. l. denique § po.* permittit ergo hæc Auth. hoc nouum vt poſſit mihi nunciari. & hæc vltima placet præceptori meo. ¶ Sed quare pro Deo permitteret hæc Auth. domino denunciari, cùm ipſum procuratorem præſentem, & ſuo nomine poteſt conuenire? Reſp. poteſt: quia ſic eſt in fideiuſſore. vt *ſuprà, de [illegible] §. j. & § 9.* Sed tertia poſitio caſus magis probari videtur in illo 4.

u ¶ *Iniuſtitiam.* quia aliquid eſt deiectum, vel effuſum ſecundùm primam poſitionem caſus. 2. Vel dic iniuſtitiam e quadebitor eſt meus ille, qui eſt dominus domus, ſecundum alias tres poſitiones caſus.

x ¶ *Iniuſtitiam egit.* ſ. conductor, vel ſimilis ſecundùm poſitionem primam, & ſecundùm vltimam. 2. Vel dic ſ. dominus, qui eſt abſens, ſecundùm duas medias poſitiones caſus.

a Actoribus agere quando volunt, [illegible]

b Vbi [illegible]

c [illegible]

[illegible]

Quicun-

ſiue quicunque ſit eius [a] : & liceat ei ſecúdùm prouinciæ ſpatium, & ſecundùm legem communem [b] antiquitus poſitam inducias accipientem, nuntiare quæ de his geſta ſunt, illi, ad quem cauſa refertur.

1. ¶ Sed ſi quidem vicina prouincia eſt, in qua hoc agitur [c], vna, aut duabus manſionibus [d] in medio prouinciarum conſtitutis: quatuor ei menſium dare inducias: ſi verò maius ſit ſpatium, lex. Si verò ex Palæſtina forſan, aut ex Ægypto, aut ex ſpatio gentium longinquarum [e], menſes octo ad hoc ſufficient. Si verò ex Heſperiis gẽtibus, aut Septentrionalibus, aut è Libya: tunc quod etiam præcedentibus legiſlatoribus ſufficiens viſum eſt eſſe tempus determinatum [f], hoc eſt, nouem menſium vtile. Et ſi quidem ipſi nuntianti credat [g], litem [h] illi eam committat. ſi verò aliquid aliud de illo ſapit [i], alium dirigat ſuſcepturum modis omnibus actionem, & completurum [k] omnino quæ decernenda ſunt: niſi appellatio [l] fuerit ſubſecuta, ſiue in maiori [m], ſiue in minori [n] cauſa.

2. ¶ Si autem ille [o] quidem nuntiet: ille verò [p] non ordinet, & ſtatutum [q] tranſeat tempus: tanquam [r] firmè agentem [s] eum, qui conuentus eſt [t], & pro abſente perſona, etiam inuitum repræſentet negotij iudex [u] apud ſuum tribunal, & cauſam examinans præſente eo, qui conuentionem ſuſcepit, condemnet etiam eum, in quo obnoxius [x] apparuerit, & inſuper illum [y] poſt huiuſmodi admonitionem mittere [z] in prouinciam non volentem [a]: ſi tamen omnino obnoxius apparuerit, & ſi quidem locuples [b] ſit: ipſe [c] exigatur quæ decreta ſunt: ſi verò minus ſit, quod habet, vt non ſufficiat in ſua condemnatione: tunc & de abſentis [d] rebus compleatur victori damnum huiuſmodi.

CAP. III.

De abſentibus reis.

¶ Si verò neque ipſe apparuerit, qui dominum ſuum præſentare iuſſus eſt, aut qui pro eo legitimè cogatur [e]: tunc vocetur quidem legitima voce [f]: non autem obediens condemnetur, & abſens [g] ſecundum ſchema, quod appellatur eremodicium [h]: id eſt,

a ¶ *Quicunque ſit eius.* ſc. ſiue caſtaldus, ſiue procurator, ſiue ſimilis perſona quæ præſens eſt.

b ¶ *Legem communem.* vt *Cod. de dila. l.* 2. Vel dic xx millium diurnorũ vt *ff. ſi quis cau. l.* 1. Prima verior videtur quia hac ſtatim ſubiicit eſſe conſiderandam prouinciam quod *in d. l. Cod. de dila.* continetur. ¶ Sed nunquid ibi alia tempora cõputantur? Reſp. ſic: ſed ad inſtar eius hæc proponentur.

c ¶ *Hoc agitur.* id eſt, cauſa tractatur. s. Vel dic, *hoc agitur*, vbi abſens degit vt in Nou.

d ¶ *Manſionibus.* id eſt, diebus: vel dic prouinciis, quia duæ prouinciæ ſunt in medio vt in Noue.

e ¶ *Longinquarum.* id eſt, regionum [a] .i. dilatio petitur

f ¶ *Determinatum.* vt *Cod. de dilat. l.* [illegible] ¶ Sed nónne in aliis temporibus hæc lex corrigit illam? Reſpond. non quia illa loquitur in dilatione [b], quæ datur præſenti, & petenti gratia teſtium, vel inſtrumentorum hæc autem loquitur in alio caſu quando ſcilicet patitur quis iniuſtitiam ex domo abſentis: quidam tamen dixerunt eam corrigi.

g ¶ *Credat.* id eſt, confidat.

h ¶ *Litem.* ſed dominus. vnde videtur quòd ſi non credit, quòd hic non poſſit eum inuitum [c] defendere [d]. Sed contrà *ff. de noua. l. ſi Stichum § ſi* & *ff. de ſolut. l. ſolutionẽ. quæ ſunt contraria huic* Solu. quidam dicunt hoc caſu eas correctas, licèt in aliis firmæ remaneant. Sed nos dicimus quòd hîc loquitur quando nomine procuratorio eum defendere volebat: ibi autem volebat in ſe iudicium transferre animo [e] nouandi quod poteſt etiam eo inuito vt [illegible] & facit *ff. de negot. geſt. l.* [illegible] *ſoluendo.*

i ¶ *De illo ſapit.* quòd non ſit homo legalis.

k ¶ *Completurum.* etiam ſoluendo iudicatum.

l ¶ *Niſi appellatio.* completurum dico, niſi, &c. nam tunc nec iudicare videtur: vt *ff. ad Trep. l.* 1. *§.ſi.* Accvrsivs.

m ¶ *In maiori.* i. in criminali.

n ¶ *In minori.* i. in ciuili: quæ etiam ratione minoritatis poſtponitur criminali: vt *C. de ordi. iu. l. ſi.*

o ¶ *Si autem ille.* ſ. procurator.

p ¶ *Ille verò.* ſ. dominus, cui nunciatum eſt. Az.

q ¶ *Statutum.* ſ. à iudice

r ¶ *Tanquam.* iſtud, *tanquam*, non denotat ſimilitudinem: ſed proprietatem.

ſ ¶ *Agentem.* .i. reſpondentem ſic *ff. de eden. l.* 1. *circa princ.*

t ¶ *Conuentus eſt.* ſ. procurator, vel ſimilis ei.

u ¶ *Iudex.* ſ. ordinarius. ſi autem delegatus [f] eſt, non vocabit eum re, & verbo vt *ſuprà de exhi.* [illegible] *§ ſi verò quidã.* nec etiam poterit defendere [illegible] iurisdictionem ſuam [illegible] nali vt *ff. ſi quis ius di. no. obtemp. l.* 1. [illegible] Sed hoc per ſuum delegantem fieret, vt *in d. §. ſi verò quidam*

x ¶ *Obnoxius.* ſc. nomine abſentis, quem defendit, ſecundùm Azo. 2. Vel dic ſuo nomine condemnatur, ſiue ſecundùm primam poſitionem caſus, ſiue ſecundùm aliam ſcilicet ſecundam poſitionem, vel tertiam vt *ff. de proca. l. Plautius.* & *ff. de re iudic. l. ſi ſe in princ.* Item multò magis ſecundùm quartũ modum ponendi caſum vt *in princ.* [illegible] *§. dixerunt.* præterea & ſtatim dicit ipſum abſentem damnari quomodo ergo bis condemnaretur, ſemel per alium, & ſemel per ſe? certè abſurdum videtur.

y ¶ *Illum.* ſ. abſentem.

z ¶ *Mittere.* ſ. aliquem ad defenſionem ſui.

a ¶ *Non volentem.* ſcilicet condemnet: & repete quaſi conteſtata lite contra eum. per [a] hæc enim, quæ facta fuerunt à perſona præſentis, & miſſione pro abſente, & [illegible] ſatisdationis ad iudicatum ſoluendum hæc omnia quaſi quamdam conteſtationem contra abſentem facere videntur vt *in c.* & *Cod.* [illegible] *ad l.* 9. vnde non obſtat quod dicitur [b] ante litem conteſtatam non poſſe dari definitiuam ſententiam: vt *Cod. de tempor. appell. l. fin. § illud.* quia eſt hîc quaſi conteſtata, vt dictum eſt, contra abſentem. contra præſentem verò verè eſt conteſtata. quidam tamen dixerunt hanc ſententiam, quæ contra abſentem datur, eſſe [c] interlocutoriam de miſſione in poſſeſſionem pro menſura declarati [illegible] & in alio caſu, quem ſtatim ſubiicit.

b ¶ *Locuples.* ſc. procurator.

c ¶ *Ipſe.* ſcilicet inquilinus vel qui præſens eſt.

d ¶ *Et de abſentis.* ſi obnoxius apparuerit vt ſuprà proxim. Vel quia mandauit procuratorem, vel ratum habuit: vt *ff. quod vi, aut clam. l. denique §. penult.* ¶ Et notat. quod duo videntur neceſſaria eſſe, vt [d] abſens exigatur: & quòd obnoxius appareat, & quod con[illegible] non ſit

e ¶ *Legitimè cogatur* vt pater ſuus, ſi erat filius familias ille, qui volebat repræſentare abſentem. Nã pater legitimè poteſt cogi pro [e] [illegible] vt *Cod. de bo. ma. l.* 1. & *inſt. per quas perſo. no. acqu. §.* 1. 2. Item & aliæ ſunt perſonæ, quæ pro aliis compelluntur: quas not *Inſti. de cura. in fin.* Sed de fideiuſſore, qui ſatiſdederat de iudicio ſiſti, ſecundùm ſecundam caſus poſitionem, vel iudicatum ſolui, ſecundùm tertiam: hoc ſpecialiter [illegible] quod hoc [f] ſatiſdatione ad [illegible] non debeat cum ſit cautio prætoria: vt *ff. de præto. ſtipu. l.* 1. *in princ.* & *l. prætoriæ ſatiſdationes.*

f ¶ *Legitima voce.* ſ. præconis, vel nuncij miſſi ad domum: vt *ſuprà. de litig. §. omnem. coll.* viij. Accvrs.

g ¶ *Et abſens.* ſcilicet procurator, vel ſimilis. ac ſi diceret, non ſolum condemnabitur, ſi præſens eſt: vt *prox. §.* ſed etiam abſens: vt *hîc dicitur.* vel dic etiam *abſens*, quaſi dicat non ſolùm hic procurator, vel ſimilis, qui primò fuerit præſens: ſed etiam ille, qui ſemper fuit abſens: vt *ſupra proxi. §. habuimus.* ¶ Sed qualiter [h] hæc ſententia erit lata contra vtrumque abſentem? Reſpond. quidam vt Az. & alii, quòd ſit interlocutoria. & hoc ſecundùm ſchema, id eſt, ordinem negotij, vt lite non conteſt. [illegible] miſſio in poſſeſſio abſentis vtriuſque ſecundùm menſuram declarati debiti: vt *ſuprà. de exhi. §. ſi verò quidã. coll.* v. lite autem conteſtata, & hoc cognito de cauſa detur definitiua etiam contra abſentem. Sed cauſa non facta liquida, idem quod in primo caſu: vt *C. de iud. l. properandum. §.* & *ſi quidem.* & *§ ſin autem* Se [i] certè hîc poteſt dici ſemper conteſtata, vel quaſi. vnde ſemper datur definitiua, dummodo liqueat: vt diximus *ſuprà proxi. §.* Neque hoc ſolo caſu iure [l] nouo datur definitiua: licet non fuerat verè ab eo lis conteſtata: imò & alio, [illegible] abſente actore. vt *infrà. de litt. § omnem coll.* viij. licet iure veteri non daretur definitiua, niſi verè eſſet lis conteſtata. vt *Cod. de temp. appel. l. ſi. § illud.*

h ¶ *Eremodicium* [k] q.d. ſecundùm ordinem, qui ſeruatur quando cauſa deſeritur: ſequens ordinem modò proximè diximus. & hoc eremodicium aliter iure veteri, aliter iure nouo ſeruatur. nam veteri, actore abſente non contrahebatur eremodicium: ſed cancellabatur eius proceſſus vt *ff. de iudi. l. & poſt edictum.* Sed hodie tam reo, quàm actore abſente conceditur, vt poſſit procedi in lite ad ſententiam: vt *C. de iud. l. properandum §. ſin autem.* & *infrà de litt. § omnem* Accvrs.

a Quaſi cõteſtata contra abſentem: quę admodũ fiat.
b Ante litem conteſtatam [illegible]
c Sententia de miſſione in [illegible] pro menſura declarati debiti [illegible]
g Vox legitima vocatio, quid.
h Sententia, quæ fertur [illegible] procuratore [illegible] interlocutoria, an definitiua.
l Definitiua datur etiã [illegible]

deſertæ cauſæ. nam qui per cõtumaciam deſerit, in nullo minor [a] præſente putabitur. Si verò ille quidem forſan aduenerit, aut miſerit quempiam, accuſator [b] autem deſit: tũc & abſoluere [c] eum, & damna [d] eius mederi [e] calumniatorem cogat: ſic erunt temperatiores [f]: ſic peccare ceſſabunt: ſic non putabunt [g] potentiam [h] diuitiarum iuſtitiæ præualere [i].

1. ¶ Nec latet nos quia forſan nec ſufficiat [k] hoc ad perfectiſſimam cauſæ medelam: cùm iudicantes potẽtioribus magis, quàm iuſtitiam volentibus, & ad prouincias venientibus præſtent [l]. Sed tamẽ nouimus plurima iniuſtitiarum curata ab hac legiſlatione: magis autem quantum ad nos eſt, totum erit ſanatum. Námque non aliter tradimus cingula, niſi priùs iuſiurandum ſubierint hæc accipientes, iuſtè omnibus iudicare, & puras ſeruare [m] manus. Nõ puto [n] poſt præſentem legem altero quolibet egebimus augmento, ſi illi quidem iuſtè iudicent, ad legem ſimul, & iuſiurandum reſpicientes.

CAP. IIII.

De fori præſcriptione tollenda.

¶ Arripiat [o] autem nullus prouincialibus cingulis violentos, nullo vtens priuilegio, aut poteſtate, aut forma: niſi fortè [p] ſacra noſtra pragmatica forma occaſione publicæ cauſæ [q] præcedens, exhibitum hîc quempiam inferri præcipiat [r]: aut ex lege hoc faciat, quale eſt [s] ſuper appellationibus: licèt etiam hoc ex multa parte curauimus, plurimos [t] malorum iudicum in prouinciis appellationum conſtituentes, vt apud illos magis appellatio, quando non de maximo [u] negotio fuerit quæſtio, quàm in hac examinetur maxima ciuitate.

1. ¶ Hanc dicentes iuſtitiæ legem adhuc potiùs faciemus eam iuſtiorem, ſi nulli permittamus habere contra eàm quædam priuilegia [x]: neque excipi ab hac lege quolibet priuilegio [y]: nec ſi cuilibet ſanctarum Eccleſiarum largitum ſit, aut alicui venerabilium xenodochiorum, aut aliis venerabilibus domibus, aut alij cuilibet ipſarum domuum imperialium [z], aut ſacro patrimonio [a], aut ſacris priuatis [b], quæ meritò poſt ſupernum [c] honorem ſecundo loco ſunt poſita: nec ſi aliquibus iudicibus, aut in potentatu poſitis, aut omnino ſub nos conſtitutis hominibus: ſed obediant omnes legi [d], & ſuccumbentes iuſtitiæ ſanctioni, honorent eam, & per omnia habeant ſortem [e]: non ſolùm in ſemetipſos reſpicientes, ſed etiam in futuras ſucceſſiones [f]: & ſcientes quia nihil penè in ſemetipſo manet: ſed currit † natura ſemper multas euoluens mutationes [g], quas neque præuidere facile eſt, neque prædicere: ſolummodo Deo, & Imperatore ſequente Deum, hæc gubernare mediocriter, & manſuetè valente.

2. ¶ Si verò quiſquam vtatur aliquibus ſacris formis, ſiue pragmaticis, ſiue aliis, de tali quodammodo ſibi largitis: erunt omnino infirmæ [h], iudicibus maximam ſoluentibus pœnam [i], ſi omnino ſuſceperint: & non hoc: quod fit, ſolummodo meditabuntur: ſed quod etiam faciendum eſt. etenim ſi poſthac tale aliquid impetretur ab aliquibus noſtrorum ſubiectorum, aut ab alio quolibet, quibus priùs interdiximus, inter quos complectimur (ſicut dictum eſt) Eccleſias, & venerabilia monaſteria, & ſacras noſtras domos, & ſacra priuata, & ſacrum patrimonium: neque hoc omnino valebit.

g ¶ *Incurabile.* Imò curabile eſt, cùm in triplum actor teneatur & etiam ante hanc legem ad damna, quæ paſſus eſt reus propter plus petit. *vt Inſtitut. de act. §. tripli.* quia ſicut minus [e] ſoluit, qui nihil [f] ſoluit: *vt ff. de verborum ſignif. l. minus.* ſic plus [g] petit, licet nihil petere debeat. Sed reſp. quòd hæc conſtitutio generaliter de damnis tractat ſportularum, & rerum ſuarum, ſic enim dicit eſſe damnum. &c. *vt infrà proxi. §.* At ibi de damno circa ſportulas tantùm dixit: vt patet ibi in litera. Item hac conſtitutione plenius et cauetur: ſc. per cautionem: vt ibi no.

h ¶ *Amplius.* quàm Romæ.

a Admin[illegible] [illegible] [illegible] ante ingreſſū ſucceſſoris

b Legibus obediendum.

† Con[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de proficiſcentia [illegible] de iudic.

c De expenſis itineris, & viarum [illegible] C. de fru[illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] ff. de [illegible]

d De [illegible] [illegible] Nou. [illegible] [illegible] ſportu.

e Minus ſoluit qui nihil ſoluit.

f Pœna [illegible] [illegible] locum ha[illegible] [illegible] ſolum [illegible] creditor agit, & pene [illegible] qui recipere debent: verùm etiam quando ille, qui nihil debet recipere, petit.

g Plus petit, qui nihil petere debet.

a Pœna admini[illegible] ad adminiſtrationē [illegible] prouincia recedē[illegible] ante quinque [illegible] dies.

b Subſtituere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] poteſt.

uentis antequam cautionem [a] exponant & [b] in fugientem [c] & in negotij [d] executorem: quia intra duos [e] menſes omnibus modis litis conteſtationem facient apud iudicem; aut ſi hoc non egerint, omne dominum eueniens conuenti reſtituent duplum, non tranſcendente cautione [f] triginta & ſex aureos.

CAP. II.

De his, qui conueniuntur, & reconueniuntur.

Conuentio, & reconuentio mox à principio coram eodem iudice fieri debet: aliàs cauſa reconuentionis finita, reconuentio fieri poterit corã quocunque iudice, antiqua ceſſante calumnia. BART.

¶ Illud quoque promereri competentẽ correctionem decet. Adiit nos quidam docens, quia in conuentionem fecit [g] obligatum ſibi apud quemdam glorioſiſſimorum [h] noſtrorum iudicum: deinde qui factus eſt in conuentione tanquam, & ipſe [i] actorem obligatum habens [k], eum apud alium traxit iudicem: & aliquid inopinabile fiebat. quia enim vterque ſeorſum actoris obtinet officium, miſerandum quiddam, & riſibile inde veniebat: mox enim cùm voluiſſet aliquis propriam mouere litem; repentè is, qui ex diuerſo conuenerat apud alium iudicem trahebat eum, apud quem ipſe ſortitus fuerat iudicem: & alterutros protrahentes, immortaliter permanſerunt litigantes [l].

1. ¶ Sancimus † igitur ſi quis obnoxium arbitratur habere eum, qui contra ſe conuentionem expoſuit: non apud alium iudicem, ſed apud eum mox [m] à principio conuenire: & eundẽ eſſe iudicem vtroque negotio. Si verò forſan diſplicuerit [n] apud quem licet ſortitus eſt iudex, licet [o] et etiam hoc emendare. viginti enim dierum inducias dantibus nobis libelli tranſmiſſionem, poſt quam oportet litem conteſtari: licet intra prædictam ſuſpenſionem refutare quidem illum: alium verò mereri apud quem iterum ſimiliter vtramque exerceri competit litem: & eiuſmodi artes in nullo fieri: ſed vnum quemque proprio iure vti. Si itaque tacuerit [p], deinde poſtea voluerit cauſam apud alium iudicem mouere: neceſſitatem eum habere ſuſtinere terminum eius litis illatæ ſibi ab eo, qui eum in iudicium traxit: & dum finem lis acceperit, tunc eum ſuam cauſam apud alium iudicem proponere: vt ita tales eorum auferamus artes, & in alterutras calumnias.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo operi effectuique tradere feſtinet †.

DE ÆQVALITATE DOtis, & propter nuptias donationis: de augmento [q] dotis, & ante nuptias donationis: & de priuilegio [r] dotis, quod aliis [s] exponitur priuilegiis, & vt excipiantur [s] hoc priuilegio creditores in emptione militiæ: & de dote remeante ad patrem, & rurſus [t] data pro eadem filia ſecundo viro, & de dotis collatione [v], inope marito moriente.

TITVLVS IX.

Nouella conſtitutio xcvij.

Imperator Iuſtinianus Aug. Ioanni glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum præfecto, & iterum exconſuli, & patricio.

Hodie quantum ad pacta lucrorum, & ipſorum effectum, ſeruanda eſt omnino æqualitas propter æqualitatem dotis, & donationis propter nuptias. ANG.

a ¶ *Cautionem.* ſ. [a] nudam vt *C. de verb. ſignif. l. ſancimus.* cùm ſit ciuilis. ſecus in prætoriis. vt *ff. de præt. ſtip. l. prætoria.* & quòd dicit, *fugientem* [b], dic reũ, ſi præſens eſt, a loquitur cauetur in executoribus, & dicas, *&* [c], pro aut. nam ea ſtipulatione [d] executoris actio quæritur: vt *ff. rem pu. ſal. fo. l. non. quaſi in princ.*

b ¶ *Et* pro aut.

c ¶ *Fugientem.* ſi præſens eſt.

d ¶ *Negotij.* ſi reus abſens eſt.

e ¶ *Duos.* hæc [e] Auth. ſtatim litis non teſtatur; ſed totum. Sed inferior Auth. *de litig. § ad excludendas* [illegible] finem. litis aliê præſtatur [illegible] oblato libello. non enim prius reſpicit iudex, quàm ſecundum formam huius [illegible] cautum. Illa vero [illegible] a iudice libello: ſed nondum reo porrecto præſtanda eſt: quod dici poteſt ſecundum Ioan. Sed alij dicunt vtrumque [illegible] receptio a iudice libello: ſed [illegible] non porrecto. [illegible] locum habet illa, quæ eſt de iudicio ſiſti *ſuprà de exhib. reis § ſancimus* col. v. ¶ Sed quare maius tempus hic ſtatuitur, quàm ibi? Reſpon. quia ibi ad vnam liberationem ſuper libello, & vnam recuſationem iudicis datur ſpatium: hic autem plures poterant fieri: ſcilicet mutatio libelli ante litis conteſtationem. ideóque maius actoris, & rei ſpatium neceſſarium eſt.

f ¶ *Cautione.* de duplo M.

g ¶ *Quia* [f] *in conuentionem fecit* [illegible] vet. manuſcriptus, *in conuentione fecit*, ad verbũ [illegible] cauſam traxit. Malè Iulianus epitomator, & Haloander [illegible]. [illegible] enim hac tota lege [illegible] agitur: ſed de [illegible], vt apparet ex libelli datione, & [illegible] in ſequentibus [illegible]. Quod rectè [illegible], qui Aut. & [illegible] in codice reſtituit, vertit *ego ab aliquo conuentus, ſi vociſſem ipſum, [illegible] velim, &c.* Hoc deplorandum eſt, omnes, qui nũc aliquid ex Græco trãsferunt, ſequi vulgaria Lexica, tãquã oracula, quæ ab iis confecta ſunt, qui non ſatis linguam Græcam calluerunt. In Lexicis enim, quæ circumferuntur, ita reperies, [illegible] in crimen vocare. At hic aliter ſumi debere, liquidò apparet, cùm regula ſit, in criminibus reconuentioni locum non eſſe, *l. j. C. qui accuſ. non poſſ.* CORT.

h ¶ *Glorioſiſſimorum* hic loquitur in ordinario iudice actoris, & ret quod ex eo paret quia dicit, *apud quemdam glorioſiſſimum.* Item in delegato: quod ex eo patet quia dicit eum, qui indignus, poſſe recuſari [h] *vt § eo. vot. § ſi verò.* Sed quidam vt M. dicunt etiam ordinarium poſſe recuſari *arg. ff. de [illegible] l. ſi pater.* & hic illud quæritur. ſi iudicem in cauſa tua, puta de boue impetraueris: cùm & ego coram eodem te conuenire volo, an poſſim? Et reſp. quod poſſum per hanc Auth. Sed actor, qui vult ſe de domo reconuenire, velit & de agro coram eod. deleg. agere, quia dicit, ego conuenio, & reconuenior, & ego volo te reconuenire? Reſp. non poteſt. quia licèt conuentus dicatur, qui conuenit, & delator refert tamen aliud ſtatuitur in delatore, quàm in relatore: vt *ff. de iureiu. l. iuſiurandum. § ſed nec.* IOAN.

i ¶ *Ipſe* ſcil. reconueniens. ACCVRS.

k ¶ *Habens.* nec erat liquidũ [a], quid hinc inde debeatur aliàs fieret compenſatio in bonæ fidei iudiciis ipſo iure: oppoſita tamen ab homine in ſtricto iure, exceptione doli mali ſecũdùm vetera iura, vel ſecundùm noua in vtroque ipſo iure *vt Inſt. de act. § in bonæ fidei. & C. de compen. l. fi.*

l ¶ *Litigantes,* in lite: quod non debet: vt *C. de iud. l. properandum. in princip.*

¶ Sed quomodo hoc eſt, cùm etiam iure veteri coram eorum iudice reſpondere cogatur, vt *ff. de iud. l. qui [illegible]. & ff. de p. l. actione & ff. de quib. re. ad eũd. iud. l. [illegible].* Reſp. imò non erat: ſed in ll. prædictis idem erat ordinarius etiam actoris hodie autẽ habebit hoc locum & in eo, qui non eſt iudex actoris, licèt hic ponat caſum in ordinario vtriuſque: quia ita lex principis erat.

m ¶ *Mox.* [b] No. hic, tria iura. hic, & *C. de ſen. & interl. pe.* & dictũ Papiniani, quod priùs tetigit *in d. l.* tractatur. quæ ſic differunt: quia lex Codicis adiicit dicto Papiniani in hoc: quia non inſpicitur, verùm competens iudex ſit agentis: cuius enim, &c. vt ibi dicit: licet in dicto Papiniani fortè hæc conſiectantur, & et eſſet eadem res in reconuentione per legem tamen Codicis etiã in alia re poteſt fieri reconuentio. ſed ſecũdùm conſtitutionẽ iſtam modificatur, & reſtringitur: vt hîc reconuentio [c] fieri poſſit ſtatim, non ex interuallo *vt hic, & C. de compen. l. fi.* Sed quidam dicunt quãdoque poſſe fieri huiuſmodi reconuentionẽ vſque ad ſententiam coram eodem iudice. ſed prima verior eſt. ¶ Et dico ſtatim [d], ſiue ante, ſiue poſt pactum, ſiue eodem tẽpore: vt *C. de pac. l. petẽs. & ff. de re. cred. l. lecta.* ibi, *quæ prima, &c.* ſed quãdoque dicitur ſtatim ante litis conteſtationem: vt *C. vbi in rem act. l. j. in prin.* ACCVRS.

n ¶ *Diſplicuerit.* conuentio. Alij dicũt, conuenienti, & reconuento. licèt enim per ſuũ negotiũ recuſari non poſſit tamẽ per ſuperueniẽs poteſt. *arg. ff. de acq. her. l. cũ hereditate.* ſed prima placet.

o ¶ *Licet.* i. licitum eſt. ACCVRS.

p ¶ *Tacuerit.* in recuſando intra xx. dies.

DE ÆQVALITATE DOTIS [f], &c.

Hoc expeditur vſque ad § aliud.

q ¶ De augmẽto. *hoc ponitur* in § aliud. vſque ad § his conſequẽs.

r ¶ De priuilegio. *hoc* infrà eo. § his conſequens.

ſ ¶ Excipiantur *hoc* infra eo. § quia verò.

t ¶ Rurſus. *hoc eſt* infrà eo. § quia verò.

u ¶ Collatione. *hoc* in § illud quoque.

a ¶ Quoniam.

a [illegible] vetere lege [illegible] nuda cautione [illegible] eſt verum [illegible].

b Fugiens pro [illegible].

e Differentia [illegible] ſtatutis ex [illegible] Auth. & aliis [illegible].

f In conuentione [illegible] cauſam [illegible].

† [illegible]

g Reconuẽtio coram quibus iudicibus fieri debeat.

h In præſumptionibus an & quomodo [illegible] actore mandari debere poſſit [illegible] Auth. [illegible] vel recuſet, C. de hoc [illegible].

a Compenſatio non [illegible] liquidam [illegible].

b Reconuentio quando [illegible].

c Reconuentio ſtatim [illegible] quid ſtatim.

d Statim [illegible].

e Recuſatio [illegible].

f [illegible]

PRÆFATIO.

Voniam plurimas in legibus quæſtiones videmus & circa primas noſtras natiuitates (id eſt, nuptias, & filiorum procreationes) motas, & circa nouiſſima, quæ eſt aliquid voluntatum, & teſtamentorum: cogitatio facta eſt nobis nuper perſcrutari, & agnoſcere quid volens antiqua [a] lex ſuper dotis inſtrumentis, menſuram quidem pactionum nuptialium inter alterutros æquam eſſe, & maſculos, & fœminas vult [b], & æqualitatem penſat eorum, qui adinuicem copulantur: non alij quidem mediam fortè dat ſtipulari partem: alteri verò tertiam, aut quartam: ſed ex medio trahens, æquale vtrimq; exigit fieri pactum, aut mediam dicimus in vtroque conſtituēs, aut tertiam aut quartam, aut quantamcũque contrahentes voluerint. hoc autem nõ multò priùs quæſitum, vt ipſorum, quæ dantur, æquæ ſint menſuræ: ſed aliis quidem permiſit in mille fortè, aut in duobus millibus aureis facere rationem [c], aut in quantumcumque voluerint: aliis autem non in tantum ſed in minus: vt æqualitas in verbis ſolis, & literis puris [d], ſed non in rebus ipſis quæreretur.

CAP. I.

De exequatione dotis, & propter nuptias donationis.

¶ Hoc igitur ante alia vniuerſa corrigimus [e], æqualia in dotibus eſſe, & propter nuptias donationibus, & ea quæ offeruntur, & ea, quæ in ſtipulationem deducuntur, pacta: & tantam quidem quantitatem conſcribere virum [f], quantam & mulierem: tantum quoque lucrum ſtipulari, & ex tanta parte, ex quanta voluerint [g], æqualis tamen menſuræ. non enim aliter iuſtitiæ, & æquitatis ſeruabitur ratio, ſi negotiatiuè [h] alterutros circumueniant: & videantur quidē æquas facere ſtipulationes, pro vero autem [i] inæqualis maneat effectus, non priùs quantitate datorũ eadem conſiſtēte. Irrideri videatur vndique lex [k], ſi ille quidem conſcribat duo millia aureos †: mulier autē ſex millia fortè in dotem offerat: & ſtipulentur [l] alterutros quartam conſcriptæ in lucro percipere: proinde illo eueniente lucro, illa quidem nihil aliud lucrabitur, niſi quingentos aureos ex quarta: ille autem quingentos & mille ex eadem quarta: & tanquam in ænigmate [m] multò videbitur quarta vnius alterius quarta minor. Ex ſuſcepta námque vel æqualitate, quanta inæqualitas ex hoc ipſo procedit [n]. Quæ igitur priùs [o] expoſita ſunt dotalia [p], ſecundùm quem cõſtituta ſunt modum habeantur. quod enim [q] factum eſt, infectum manere impoſſibile eſt. De cætero † autem in omni datione ſancimus æquas quidem eſſe oblationes: ipſos autem mediocria lucra paciſci: vt per omnia iuſtitiam, æquitatémque honoremus. ſi enim aliquis ampliùs alio diues eſt, licet ei per alium modum [r], legitimum tamen, & agnitum noſtris legibus, clementiam præbere alij: non per inæqualitatem [ſ] redigens ad æqualitatem, lucrum maius alteri acquirere. & hæc quidem de hoc lex ita quodammodo habeat, ſuam iuſtitiam vniuerſi oſtendens.

CAP. II.

De augmento dotis & donationis propter nuptias.

Conſtante matrimonio augeri poteſt dos, dum tamen in tantundem augeatur donatio propter nuptias: & econuerſo dos tantum augeri debet in immobilibus, ne fraus aliqua excogitari poſſit aduerſus creditores ratione augmenti. In rebus verò mobilibus, ſi maritus creditoribus eſt obnoxius, tale augmentum nullo modo procedit: ſecus ſi non ſit alicui obligatus: augmentum verò donat. propter nuptias, tam in immobilibus, quàm mobilibus fieri poteſt: quoniam in hoc nulla eſt captio creditoris, vel alterius. ANG.

¶ Aliud quoque, quod circa nuptiales oblationes fit, inſpeximus, atque conſiderauimus. dicimus autem de augmento. Quia enim & ab ante nos legiſlatoribus, & à nobis ipſis de augmentis dictum eſt [t]: plurima autem à nobis, & non facilè numeranda, etiam in his ſuper antiquitate philoſophata [u] ſunt, adinuentas ab aliquibus circumſcriptiones perimentes, & puram iuſtitiam ſeruari volentes, etiam illud corrigimus [x]. priuilegium [y] enim dedimus dotibus, vt contrà antiquiores hypothecas habeant honorabiliora iura, vtpote dum contrahentes [z] cum viris eorum credant ſubſtantiis, & non mulierum: & quæ fortè [a] tunc néque competebant iis [b], qui priùs contraxerunt [c]. Dedimus [d] autem licentiam (hoc videlicet, quod antiquitus)

---

a ¶ Quoniam.] Antiquã Leonis: vt C. de pa. l. 1. cum ſuper do. l. ex morte, & ſupple quod in ſequ. l. ibi dicitur.

b ¶ Vult. ſ. prælegata l. ex morte.

c ¶ Rationem. aliàs, donationem.

d ¶ Puris. in quibus verbis, & literis continetur pactum de lucrãda dote, vel donatione propter nupt.

e ¶ Vniuerſa corrigimus. corrigitur ergo id, quod eſt Cod. de pact. l. ex morte. & l. ſequen. & de donat. ante nupt. l. cum multa. & ſu. eod. & ſuprà de nupt. §. deinceps. coll. iiij. ACCVRSIVS.

f ¶ Virum. ¶ An idem econtrà, ſi [a] vir dedit donationē propter nuptias: quia illa habebat neceſſe dare dotem tantùm? Reſp. ſic: quia [b] in augmento eſt idem: vt infrà proxi. §. aliud. & ſi alteruter eorum nihil dedit, nihil ex pacto lucrari poterit: vt ſuprà de non eligend. §. aliud. colla. j. ACCVRSIVS.

g ¶ Voluerint. ſcilicet vir, & vxor. alias, voluerit.

h ¶ Negotiatiuè. id eſt, vt moris eſt in contractibus, vbi licet contrahentibus [c] ſe decipere: vt ff. loca. l. item ſi in pre. tio. §. quemadmodum & ff. de mino. l. in cauſa §. pe. 1. Vel dic quòd malum eſſet, ſi ſic permitteremus paciſci. ACCVRSIVS

i ¶ Autem. quod dixit obſcurè, audi per apertius.

k ¶ Vndique lex. ¶ Nota, non [d] debet lex deri. deri: vt C. de bo. quæ lib. l. fin. §. ſed.

l ¶ Stipulentur. vt moris eſt in contractibus: id eſt [e], per ſtipulationem promittantur: ſic ponitur ff. de condit. inde. l. ſi non ſortem §. pe. in princ.

m ¶ In ænigmate. id [f] eſt, facto pacto æqualitatis. ¶ Et not. quòd ænigma dicitur [g] ſpeculum, in quo mulieres ſpeculantur. & ſicut in illo videtur eſſe, quod non eſt: ita hîc videbatur in pacto eſſe æqualitas, facto pretio in quota tantùm: ſed non eſt, cùm deficit æqualitas in quantitate.

n ¶ Procedit. ſcilicet quod dictum eſt, ſubaudi.

o ¶ Priùs. ſ. ante legem iſtam.

p ¶ Dotalia. id eſt, inſtrumentum, ſeu pactum. ACCVRSIVS.

q ¶ Quod enim. ¶ No. h[ic] vt [l]ic. & ff. de capti. & poſtli. re. l. in bello. § facta autem.

r ¶ Modum. vel per donationem, vbi conceditur conſtante matrimonio donatione, vel cauſa mortis, vel per legata.

ſ ¶ Per inæqualitatem. apertiùs dictum eſſet, non per inæqualitatem. æqualitas [a] ergo omnino ſeruatur in dote, & donatione antenuptiali: non tamen in lucris exinde prouenturis. ſed in præſtatione, & in conſtitutione vtriuſque: vt hîc dicitur. & ſ. prox. § in prin.

t ¶ Legiſlatoribus. vt C. de dona. ante nup. l. ſi conſtante.

u ¶ Philoſophata. vt C. de donatio. ante nupt. l. fınal.

x ¶ Corrigimus. interueniebatur autem deceptio: quia [b] ex vna parte poterat fieri augmentum: ex alia non erat neceſſe fieri: vt C. de dona. ante nupt. l. ſi conſtante in princ. & corrigitur hîc, & infrà proxi. ibi, primùm quidem & illud, &c. ACCVRSIVS.

y ¶ Priuilegium. & benè dico in hac neceſſitate agendi æqualitatem fauore dotis ſeruari. nam & aliàs dedimus ei priuilegiũ ſcilicet vt tacitam [c] habeat hypothecam: vt ibi dicit. & C. qui po. in pig. ha. l. ſi. & Inſt. de ac. §. fuerat. & ſ. de priui. de. har. mu. non pe § quia enim colla. v.

z ¶ Contrahentes. putà pater mulieris, vel alter: non extraneus, etiam ſine pacto: vel extraneus, dummodo ex pacto, ſibi reddendæ dotis: vt C. de rei vx. act. §. accedit.

a ¶ Et quæ fortè. ſupple, & eis ſubſtantiis credunt, quæ fortè, &c. & fortè dicit ideo: quia & ſi tunc cùm contraxerunt marito cum primis contrahentibus, habebant iſtas res, idem eſſet: vt ſupr. proxi. Sed maximè tunc quando non competebant iſtæ res eis mariti.

b ¶ Iis. ſcilicet viris. ACCVRS.

c ¶ Contraxerunt. cum creditoribus ſuis, antequàm acceperunt dotes mulierum.

d ¶ Dedimus. reaſſumit quod inchoauerat, præmiſſa prædicta interpoſitione. ACCVRSIVS.

a ¶ Dotem.

---

a Viro donationem faciente propter nuptias, mulier dotem dare debet.

b Lucrum donationis propter nuptias non lucratur mulier ex pacto, niſi vel dotem dederit, vel dotem ſoluere ſit parata: nec lucrã dotis vir ex pacto lucratur, niſi ſimul donationem propter nuptias ſoluerit.

c Contrahentibus ſe decipere licet.

d Lex non debet derideri.

e Stipulari, promittere per ſtipulationem.

f Ænigma quid ſit.

g Mera fabula.

h Auctorum.

h Facta, infecta eſſe non poſſunt.

a Æqualitas ſeruanda in dote, & donatione antenuptiali, non tamen in lucris exinde prouenturis.

¶ Conſtante hoc § & § cum Cl. ſ. poſt princ. tacitè de dote, item vt C. vxor in [illegible] de[illegible] ex qua ab[illegible] contingere [illegible] pauper[illegible].

b Deceptio præſumitur in contractu ex inæqualitate contentionum.

c Hypothecam tacitam in bonis mariti pro dote habet.

a § *Dotem.* ſc. mulier, vel pars eius.
b § *Propter nuptias.* ſcilicet maritus, vel eius pars.
c § *Sicuti prius* vt in d l. *Cod. de donat. ante nupt. l. ſi conſtante. in prin.* ACCVRSIVS.
d § *Conſtitutio.* ſcilicet Iuſtiniani: *vt C. de donat. ante nupt. l. ſi conſtante.* ACCVRSIVS.

a Schematicũ augmentum quid.

e § *Sed ſchematicum.* id[a] eſt, inſignitum, vel ordinatum ſecundùm Acc. & Vel dicatd eſt, figuratum, vel dubium, vel fictum, q. d. figuram, vel ſimilitudinem habet augmenti; ſed non eſt augmentum: *vt infrà ead. § ſi autem mulier.* ACCVRS.
f § *Et maximè.* i. abundante ratione, nam ſecus eſt in viro: *vt infrà, eo. ibi, vir autem.*
g § *Circumſcribat.* mulier.
h § *Immobilibus.* vna dictio.
i § *Mulierem.* vel mulieres.
k § *Priuilegium.* aliàs, non habet priuilegium, vt ſequitur. *Si autem mulier,* &c. eſt ratio, ne videatur dicere ſe dotem auxiſſe[b] animo decipiendi creditores.

b Dos augeri non poteſt in fraudem creditorum.

§ Quid ergo ſi mulier velit probare per teſtes ſe in augméto res mobiles dediſſe: nunquid habeat priuilegium? Reſpon. ſecundum Ir. non, quia eſt turis[c], & de iure præſumptio: *ſic Cod. ad Macedo. l. vlt. & ff. quæ in fraud. cre. l. omnes § j.*

c Præſumptio iuris & de iure oppugnatur probatione ſaltè per cõfeſſionẽ aduerſarij. *Lanf. contra c. quoniã. de proba. n. 15.*
d Hypothecæ priuilegiũ mulieri competit in dote, in rebus donatis propter nuptias iure cõmuni vtitur.
e Donatio propter nuptias dote non eſt priuilegiata.
f Facit ad hoc cap. quod ab gratiam, & c. quod fauore extra de reg. iur.
f Prior tẽpore, potior eſt iure.
g Imò & hoc caſu vtitur mulier ſuo priuilegio. vnde Angelũ hic not. Priuilegiũ quidem *l. aſſiduis.* non habere locum in dote cõfeſſata, niſi creditores fateãtur dotem datam.
§ Aequalitatem.
h Priuilegium ſine altercatione concedendum.

l § *Orietur.* vtitur[d] ergo priuilegio in dote ſola: non[e] propter nupt. donat. neque in hypothecis: *vt ff. qui in fraud. cred. l. omnes § j.* In hypothecis enim propter nuptias donatione vtuntur mulieres iure communi cum cæteris creditoribus: vt qui prior[f] eſt in tempore, potior fit in iure: *vt infrà de priuil. do. hæ. mulie. non præ. § quia enim. coll. viij.*
m § *Scribat.* i. dicit ſe ſcripſiſſe, & creditor hoc neget. ſed ſi confitentur creditores: non vtitur[g] priuilegio mulier, ſecundùm Azo.
n § *Quod.* ſc. augmentum dotis.
o § *Factum eſt.* vt dos ab initio data. ACCVRSIVS.
p § *Priuilegio.* § Not. priuilegium[h] ſine altercatione conceſſum intelligi: *vt ff. de naufr. l. j. in § & l. nec filio.*
q § *His conſequens.* quia ſicut ſuprà de commodo mulieris dictum eſt & nunc. ACCVR.
r § *Antiquioribus.* re-

antiquitus) & augmenta facere permittentes & viro, & mulieri, ſiue ambo voluerint, ſiue etiam horum alter celebrare augmentum. Primum quidem illud ſancimus, ne aliqua fiat circumſcriptio: ſiue augere voluerit dotem[a], aut propter nuptias[b] donationem, non licere alij quidem facere, alij autem in prioribus manere: ſed vtrumque celebrare omnino augmentum: & non in electione, ſicuti priùs[c], ſed in neceſſitate cauſam conſiſtere: omnino tamen quantitate æquali: hoc quod etiam noſtri patris dicit conſtitutio[d]. Et ne contingat augmentum non ipſa fieri veritate, ſed ſchematicum[e], & maximè[f] in parte mulieris; & ne viri creditores circumſcribat[g], priuilegio vtens: ſi quidem habuerit vtræque immobiles res, melius eſt in immobilibus[h] fieri oblationem: quatenus ſit palam, & indubitatum quod quidem ab initio fuit: quod autem poſtea additum eſt. Si autem non vtrinque immobiles res fuerint: mulierem[i] omnino per immobiles res celebrare augmentum, vt & dos, & augmentum ſimiliter habeat aduersùs antiquiores creditores priuilegium[k], vndique indubitato augmento exiſtente: vir autem etiam in rebus mobilibus faciat augmentum, nulla enim hinc orietur[l] læſio. Si autem mulier immobilium habens rerum ſubſtantiam, in rebus mobilibus ſcribat[m] augmentum: ſciat priuilegium non habituram, niſi in antiqua ſola dote, non in figurato exiſtente augmento. Quod[n] enim ab initio factum eſt[o], in toto ſine ſuſpicione eſt: quod autem poſtea machinatum eſt contra creditores, hoc ipſo introducit meditationem: & lædi homines † ex dato à nobis dotibus priuilegio[p], nullo volumus modo. Si verò non fuerit debitum contra virum vllum, neque ſuſpicio contra creditores circumuentionis: tunc & in pecuniis & vt volunt, augmentum fiat ab eis: vtrique tamen augmento ſic fiendo, & æqualitatem habente, vt æquitatem † ſeruemus. Quæ enim erit circumuentionis ſuſpicio, viro obligato, nulli exiſtente, & præterea augmentis ſine tergiuerſatione factis?

CAPVT III.

De priuilegio dotis, & creditorum ex cauſa militiæ empta.

Mulier priuilegiis dotalibus vti poteſt aduerſus omnes creditores viri, etiamſi eorum pecunia res ſit empta, vel refecta, exceptis creditoribus, quorum pecunia militia eſt empta. BART.

§ His conſequens[q] eſt & illud decernere, quod in caſibus huiuſmodi dubitatum nouimus, antiquioribus[r] creditoribus aliquas hypothecas præponere iuniores exiſtentes, ex priuilegiis à legibus datis: quale eſt, quando aliquis propriis pecuniis procurauerit nauem comparare, aut fabricare, aut reparare[s], aut domum forſan ædificare[t], aut etiam emi agrum[u], aut aliquid horum: in his enim omnibus priores exiſtunt poſteriores creditores, quorum pecuniis empta, aut renouata res eſt iis, qui etiam multò antiquiores ſunt. Quæſitum eſt igitur, ſi mulier prætendens priuilegium ſuper antiquã dotem, & augmentum, in quo[x] etiam hoc ſeruatur priuilegium, ſicuti prædictum eſt[y], prioribus voluerit præponi creditoribus: veniat autem & alter creditor poſterior[z] quidem, prætendens autem pecuniis ſuis emptam, aut reparatam nauem, aut domum, aut agrum, aut competere[a], cum in his rebus, quæ eius pecuniis emptæ, aut reparatæ ſunt, habere prædictum priuilegium[b]; vtrùm oporteat dotem etiam talibus præponi: in aliis quidem præualere creditoribus quicunque non talia prætendunt; his autem cedere, quoniam ex eorum ſubſtantia res acquiſita[c] eſt. Plurimùm igitur ſuper his cogitantes, non inuenimus mulierem iuſtè exiſtentem cedere[d] alicui tali priuilegio. Videbamus enim (quæ cauſæ abſurditas[e] eſt) quia aliquis quidem fornicantibus mulieribus ex proprio corpore aduenit quæſtus, & viuunt ex hoc quæſtu, aduerſantibus[f] autem, & quæ ſemetipſas, atque ſubſtantiam ad virum introducunt, non ſolùm nullus fit quæſtus à viris malè degentibus: ſed etiam minuuntur, & ſpes eis nulla[g] fit ſecundùm hoc. Vnde volumus, vt ſi quis domum renouaſſet, aut etiam agrum emiſſet: non poſſit talia priuilegia mulieribus[h] opponere. infirmitatem námque muliebris naturæ ſatis nouimus, & quia[i] facilè circumuentiones fiunt aduersùs eas. minui autem eis dotem nullo ſinimus modo. ſufficit enim quòd à lucris cadunt[k], & ſi

pere, nouimus.
s § *Reparare.* & ſunt hi caſus, *ff. de priuil. cre. l. qui in nauem. & l. quod quis. & ff. qui pot. in pig. ha. l. interdum, & l. huius.* ACCVR.
t § *Ædificare.* vt *ff. de priuil. credi. l. ſi ventri. § j. & ff. ſi cer. pet. l. credit. & ff. in quib. cau. pig. ta. contra. l. j.*
u § *Agrum.* appoſito pacto, vt ſi numeranti obligetur: *vt C. qui pot. in pig. ha. l. licet.* Secus ſine pacto: *vt C. de pig. l. quamuis ea.* niſi ſit pupillus: *vt ff. qui pot. in pig. l. idemque.* In aliis autem prædictis etiam tacitè contrahitur pignus: vt prædictis ll. patet. & max. *ff. in quib. cau. pig. ta. contra. l. j.*
x § *In quo* ſcil. augmento. ACCVRS.
y § *Prædictum eſt.* vt ſuprà eod. § *vir autem* non aliud in donatione propter nupt. *vt C. qui pot. in pig. ha. l. aſſiduis in ſ. & in § huius 6.*
z § *Poſterior.* nam ſi[a] prior eſſet, fortè præferretur mulieri: quia quando duo priuilegiati[b] concurrunt: qui prior[c] eſt in tempore, potior eſt in iure: vt in fiſco[d], & in muliere dicitur: *vt C. de pri. fiſci l. quamuis.*

a Hæres prior mulieri in iure fiſci poſtea mulieris præfertur.
b Priuilegiatis duobus concurrentibus, qui prior tempore, potior iure.
c [illegible]

a § *Competere.* i. conuenire. ACCVRS.
b § *Priuilegium.* ſc. nominis. Acc. vel melius repete *prætendens.* ACCVRSIVS.
c § *Acquiſita.* aliàs, *ad muniſicata.*
d § *Cedere.* i. ſi det locum alicui priuilegio.
e § *Abſurditas.* [illegible] cedit alicui priuilegio.
f § *Aduerſantibus.* ſcilicet fornicationi, [illegible] fornicari nolentibus: quod ex quæſtu venit id eſt aduersùs hoc facientibus: vt quia nolunt ſic quærere: ſed magis ſe, & ſua viro committunt, quod honeſtum eſt: *vt C. de pac. l. hac generali.*

e Mulier ſe & ſua viro committit.

g § *Ei nulla.* ſcilicet mulieribus: aliàs ad dotem repetendam. ACCVRSIVS.
h § *Mulieribus.* petentibus dotem, vel augmentum dotis. ACCVRS.
i § *Et quia.* repete, nouimus.
k § *Cadunt.* i. à priuilegiis propter lucra: *vt Cod. qui po. in pign. ha. l. fin.*

& ſi prior antenuptialis donatio inuenıatur, & ſufficiẽs quoddam extet eis ex hoc damnum: non etiam eas volumus & circa ipſam dotem periculum ſuſtinere.

CAPVT IV.

¶ Quia verò & huiuſmodi quædam aditiones nobis factæ ſunt, eò quòd quidam aliorũ militant [a] pecuniis, & oportet eos, qui in has crediderunt cauſas, præponi: ſancimus ſi quis crediderit aurum occaſione militiæ [b], ſiue ſtatutum fieri [c], vel pro aliis quibuſdã talibus cauſis & expreſſim hoc ipſum ſcribatur in inſtrumento: & in hoc fiat pactum [d], vt caſu proueniente [e] prior [f] ſit ſolus [g], qui ad hoc credidit: & huic ſolo caſui [h] cedere mulierem [i], neque facile credendum, neque per teſtes; ſed negotio ex ſcripto geſto [k], & teſtium habente ſubſcriptiones, & ipſo opere procedente: tunc enim ſi per omnem huiuſmodi viam cauſa procedat, ſuſpicionem non habeat, & competit [l] contrahentes propriis non priuari: aliis omnibus præualere mulierem, ſecundùm quod iam à nobis eis datum eſt priuilegium.

CAP. V.

Vt eadem quantitas dotis in ſecundis nuptiis filiæ à patre conſeruetur.

Dote à patre pro filia data, & in ipſum patrimonium reuerſa, nõ licet patri, cum filia ſecundo nubit, eam diminuere, niſi patris ſubſtantia fuerit diminuta: tunc enim ſecundum eius facultates dos erit conſtituenda. BART.

¶ Quia verò iam legẽ [m] ſcripſimus, vt patres ſemel offerentes dotem pro filia ſub poteſtate [n], aut ſuæ quidem poteſtatis, reuerſionem autem in ſemeipſum facientem [o]: quæſitum eſt apud aliquos ſi competens eſt moriente genero, & remeante [p] ad patrem dote, quæ ab eo data eſt, hanc partem ſemel offerentem, poſſe ad ſecundas venientes nuptias filiæ, minuere, aut hoc non facere, cogitantẽ: quia ſemel alienata eſt [q] ab eius ſubſtantia: ſed ipſa menſura ei nubenti rurſus dare tanquam ſi nec contigiſſet viduatam. hoc enim [r] nobis nunciatum eſt, quia xxx. librarum auri quidam pater exiſtens obtulit dotem: deinde filia viduata, & ad ſecundas veniente nuptias, non iam triginta libras ipſe obtulit; ſed quinque & decem ſolas: quoniam contigerat mulierem lucratam mediam antenuptialis donationis partem, in quinque & decem auri libras exeuntem: & pater nequaquam de ſuo obtulit triginta auri libras, ſed quinque quidem & decem ipſe, quindecim verò ex lucro mulieris.

Non iuſtum igitur exiſtimauimus hoc eſſe [s], ſed ſimiliter in diuiſione [t] habere quidem eam præcipuum antenuptialis donationis lucrum: ex paternis autẽ quinque & decem percipere reliquas: tanquam ſtuduerit pater lædere filiam. quid enim egerat [u], ſi non contigiſſet ſecundis eam nuptiis copulari, ſed manere eumdem generum viuum, aut quomodo futurus erat minuere dotem iam à ſe datam, aut proprium [x] illius lucrum ſuum facere & in dotem ſecundi viri deducere? cùm vtique oporteret eam in paraphernis hæc habere [y], & forſan propter hanc cauſam dictori nubere viro: nõ ſolùm triginta librarum auri domina facta eſt, ſcilicet quindecim [z] antenuptialis donationis, & quindecim à patre oblatis: & non quadraginta quinque [a], lucrum quidem in paraphernis ei conſtitutum, fortuna ei datum: quod autem ex largitate paterna oblatum eſt, manente integro. Hoc autem ſancimus, ſi & patris ſubſtantia manſerit in ipſa figura, in qua priùs fuit. Sin autem fortuita quædam clades minuerit eius ſubſtantiam, vt neque volenti ſit poſſibile æquæ menſuræ [b], qua priùs [c] dare rurſus dotem, & probetur à patre [d] fortuita diminutio patris ſubſtantiæ: tunc non ampliùs cogi patrem dare ſecundò filiam iungentem, niſi in quantum ſubſtantiæ virtus eſt: ſed lucrum quidem prioris antenuptialis donationis habere integrum, tantum verò percipere à patre in ſecundo ordine dotem, quãtum ſubſtantiæ eius menſura ſuſceperit [e]. palam enim eſt quia hoc lucrum, quod ex antenuptiali dicimus donatione, cuius ſolum ei vſum damus ex omni neceſſitate: moriens reſtituet filiæ, proprietatis antenuptialis donationis dominæ omnibus modis factæ.

CAPVT VI.

De collatione dotis.

Filia ad ſucceſſionem cum fratribus veniens, dotem debet conferre viro exiſtente locuplete: aut minus in ſua portione ſuſcipere: quæ ſi ſit inops, debet actionem, quam contra eum habet, cedere. in certis etiam caſibus hic inſertis mariti eam non releuat à dotis collatione inopia. ANGEL.

¶ Illud quoque ſancire neceſſarium exiſtimauimus, in plurimis videlicet, & innumeris [f] rebus quæſitum. Obtulit enim pater [g] dotem., aut fortè mater pro filia ſua, hanc autem illa obtulit marito: & defunctus eſt vir inops. deinde patre, & matre [h] mortuis, exigitur [i] quæ nupſit, conferre ſuam dotem.

ſua, & hic ſubiicit, & infrà de priui. do. hæret. non §. quia enim col. viij. opiniones autem circa hoc dictas ſcripſi in Co. *qui po. in pig. ha. l. ſin.*

Militare pecunia quid.

a ¶ *Militant.* Tunc dicitur quis pecunia militare, quando ex pecunia accepta militia emitur, & à principe tãtùm datur: & vbi expreſsè non obligatur ei, ex cuius pecunia emitur: vt ſubiicit, *& ſupr. de introd. & exhib. re. §. oportunum col. v.*

b ¶ *Militia* ſcemendæ.

c ¶ *Fieri.* tepete, dedit aurum fieri. i. vt fieret ſtatutũ de annona vel præbenda ſibi danda.

d ¶ *Pactum.* aliàs *factum.*

e ¶ *Proueniente.* quia moritur ille, qui militabat propter alienã pecuniam.

f ¶ *Prior.* ſcilicet quàm ſit ille, qui mutuauit ad refectionem domus, vel ſimiles. de quibus ſuprà dixi.

g ¶ *Solus.* & non vxor eius ACCVRSIVS

h ¶ *Caſui.* hic accipe verbum ſupra poſitum, *ſancimus.*

i ¶ *Mulierem.* idem in fiſco, & principio: *vt C. de priuil. fiſ. l. quamuis. & de primipi. l. ſacit.* AZO. Item idem in caſu illius *l. aſſiduis. §. exceptis.*

Scriptura aliquando plus, quàm teſtibus creditur. [illegible]

k ¶ *Geſto.* Not. caſum, in quo plus [b] creditur ſcripturæ, quàm teſtibus: vt Col *ad Vellei. l. antiquam. §. j & ff de proba. l. ſenſum. & C ſi mi. ſe maiorem dix. l. ij.* Sed regulariter contrà: *vt C. de pact. l. pactum.*

l ¶ *Competit.* id eſt, cõueniens eſt, ex quo ſic ſibi diligenter prouident.

m ¶ *Quia verò iam legem* vt *C de rei vxo. act. §. accedit.*

n ¶ *Poteſtate.* vt tacitè patri quæſita actio ſit: *vt C de rei vxo. actio. §. accedit.*

o ¶ *Facientem.* ſcilicet dotem. & hoc quando pactus eſt.

p ¶ *Remeante.* in lib. AZO. *reuertẽte* aliàs *remeante.* *Et hic tepete, quæſitum eſt, ſi competens eſt hoc non facere. ſ. patre remeante.*

Dos non eſt in bonis patris donee datur, ſed ab eius bonis ſeparata. Ideoq; prædicans bonis patris, non prædicabitur dos.

q ¶ *Alienata eſt.* ¶ Et not dotem [c] eſſe alienatam à patris ſubſtantia: & ſic non eſt in bonis patris: *vt hic, & ff. de col. do. l. j. in fi. & ff ad legem Fal. l. pater.*

r ¶ *Hoc enim.* audi in ſpecie, quod dixit in genere.

ſ ¶ *Hoc eſſe.* quod dictũ eſt, ſed iuſtum eſſe ſimiliter, &c.

t ¶ *Diuiſione.* facienda cum fratribus. ACCVRSIVS.

u ¶ *Egerat.* id eſt, egiſſet. ACCVRSIVS.

x ¶ *Proprium.* antenuptialis donationis.

y ¶ *Habere.* ſcilic. quæ ſunt antenu. lucri proprij viri.

z ¶ *Quindecim.* in Libro ROMAE.

a ¶ *Et non quadraginta quinque.* ſubaudi: ſed totius ſummæ, ſcilicet xlv. & ſic erat lucrum quidem, &c.

b *Menſura.* i. ſimilis quali, &c.

c ¶ *Prius.* i. primo viro, ſubaudi, dederat. ACCVRSIVS

d ¶ *A patre.* ¶ No. quis probet: *& ff. de eden. l. ſi quis ex argentariis § ſin.* nam qui [a] fuit ſemel diues, & poſtea præſumitur: *vt C de proba. l. ex perſona.*

a Diues ſemel ſemper talis præſumitur.

e ¶ *Suſceperit.* ¶ Not. [illegible] *l. ſi hæres. in ſin tit. & ff. ad legem Falc. l. in ratione § [illegible].*

f ¶ *Innumeris.* i. ſine numero. ACCVRS.

g ¶ *Pater.* quando pater obtulit dotem.

h ¶ *Matre* quando mater obtulit.

i ¶ *Exigitur* per *l. Co. de coll. dotis. l. quis iam.*

dotem, aut minus tanto accipere. Si quidem [a] vir idoneus eſt: cauſa vndique abſoluta [b] eſt. Si verò nullius alterius domina conſiſtit illa, niſi actionum, quæ contra maritum ſunt: at ille minùs idoneus [c] eſt: & obiiciatur mulieri [d], quòd iam data ſit dos pro ea: illa verò actionem conferat, nullum habentem penitus effectum legis [e]: cauſa nobis digna putata eſt. Et nouimus quidem iam in plurimis iudiciis duritiam poſtea ſic iudicatam, & mulierem coactam conferre dotem: aut certè reputare pro ſe datam, ex qua nullum ei omnino contigit effectum in ipſis rebus recipere. Nos autem † ex aliis noſtris legibus iuuamus cauſam. Quia enim dedimus mulieribus electionem etiam conſtante matrimonio, ſi malè res maritus gubernet, & accipere eas, & gubernare †, & ſecundùm decentem modum, & ſicuti noſtra conſtitutio [f] dicit: ſiquidem ſuæ poteſtatis, & perfectæ ætatis mulier eſt, ſibimet culpam inferat [g] cur mox viro inchoante [h] malè ſubſtantia vti, non percepit, & non auxiliata eſt ſibi: ſic enim habitura erat in collationis ratione proprias res vndique, & ſine deminutione: & in ea minus tanto collationem facere.

1. ¶ Sin autem ſub poteſtate [i] eſt, & ſine patris voluntate hoc agere non poterat: ſi quidem adiens patrem, hoc dixit [k], & conteſtata eſt, vt conſentiret ei & res percipere etiam conſtante adhuc matrimonio, & ſecundis temporibus eas ſeruare, & hoc egit pater: etiam rurſus hîc integra habebit ſua iura, rebus ei ſuis ſeruatis: cùm etiam ante nuptialis donationis res vindicare (quia mulier) etiam conſtante matrimonio dederimus [l] ei, & poſteriori periculo omni liberari. Sin autem illa quidem hoc conteſtata eſt patrem: ille autem neque monuit, neque conſenſit, & neque dedit licentiam filiæ [m] hoc agere, non eam periculum pati, ſed & conferri nudam actionem contra inopis mariti res, & fortunam eſſe communem & ipſi, & eius fratribus: nō tamen ex collatione damnificari: ſed competentem ei partem dari ex paternis rebus, actionem illa quidem conferente: ab omnibus autem mouendam fratribus, & hoc proficiendo vniuerſis ipſis, quod fortunæ euentus dederit. Sed ſi quidem pater in talibus caſibus obtulerit dotem, & de eius ſubſtantia ſperari futura eſt collatio: hoc valere [n]. Si verò maior [o] fortè oblatio fuerit & collatio circa illam vertitur ſpem † ex patris inobedientia neque mouere volentis, neque permittentis ei mouere: tunc etiam per ſemetipſam filiam mouere, & non habere occaſionem eò quòd non potuerit mouere, & ſibimet auxiliari, & futuræ læſionis ex inopia viri admittere metum. Et nouimus Vlpianū ſapientiſſimum talia quæſiſſe; & inope viro comperto, iuuiſſe mulierem, & in quātum vir idoneus eſt, collationem ei fieri voluiſſe [p]. Sed quoniam in multitudine legum exiſtentium antequam eas conſtitueremus, & ad conſpicuum perduceremus ordinem, plurima, & neceſſaria ignorabantur: & decreta [q], quæ contraria vellent à iudicibus poſita ſunt: ne vlla ſeductio [r] circa hoc fiat, propterea [s] neceſſarium putauimus proinde [t] etiā in medio noſtræ poſitæ conſtitutionis [u] quæ etiam conſtantibus matrimoniis mulieri auxiliatur, ad meliorem, & magis conſequentem viam venientes præſentem ponere legem. Vt autem non per partes enumeremus perſonas, in quibus valere eam oportet, generali ſermone decernimus: quapropter in quibus eſt collationis ratio, in his & conſtitutionem valere, ſiue pater, ſiue auus, ſiue mater, ſiue auia, aut aſcendentium aliqua ſit perſona.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram inſinuata ſunt legem, tua celſitudo per programmata propria manifeſta facere vniuerſis ſolenniter procuret, & in perpetuum ſeruare feſtinet. Dat. xv. Kal. Dec. CP. Dn. Iuſtin. PP. anno xvj. Arione V.C. Conſ.

NEQVE VIRVM, QVOD EX DOTE eſt, neque mulierem ex ſponſalitia largitate lucrum propriū habere: ſed ſeruare dominium ſuis filiis, vel [x] ſi ad ſecundas nuptias non veniant, vſu ſolo [y] in lucro conſiſtente, & vt ex repudio tranſigentes nuptias, lucrantes aut dotem, aut ante nuptias donationem, & ipſis ſimiliter dominium ſeruent filiis: vſum habente perſona cogenda filios alere [z]. Si verò bona gratia ſoluantur nuptiæ, & videantur occaſione damni detineri quædam & hac arte † perimenda, quæ detinentur: & filiis ſeruentur [a]. † pura.

TITVLVS X.

Nouella conſtitutio xcviij.

Imperator Iuſtinianus Augu. Ioanni glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario, & patricio.

Extat Græcè in Scrimgeriana editione quæ hactenus deerat in Haloandrina. CONT.

Matrimonio ſoluto morte, diuortio, vel bona gratia, lucrum dotis, vel donationis propter nuptias debet ſeruari liberis illius matrimonij quoad proprietatem, vſufructu ſolo à lucrante retento: & quod ab altero coniugum quaritur, retinetur: his obtinentibus ſiue coniuges ad ſecunda vota tranſierint, ſiue non. BART.

PRÆFATIO.

EA quidem, quæ ſemper idem * ſe habent, legibus non egent variis, ſimplicitatem, & quod ſine [b] vllius diuerſitatis mixtura eſt, continuè poſſidentia, & vtentia legibus

* Id eſt, eodem modo ſe habent.

a ¶ Si quidem. ex hoc verſi. colligitur Authe. *quòd locum.* quæ eſt *in dicta l. dotis.*
b ¶ *Abſoluta.* [a] quia aut debet conferre, aut tanto minus accipere.
c ¶ *Idoneus.* ſ. ad dotis reſtitutionem.
d ¶ *Mulieri.* ſ. ad reſtitutionem dotis.
e ¶ *Legis.* condendæ.
f ¶ *Conſtitutio.* vt *Cod. de iure dot. l. vbi. & l. in rebus. in fin.*
g ¶ *Inferat.* q.d. ſibi imputetur: vt *ff. de reg. iu. l. quòd ſi quis.*
h ¶ *Inchoante.* [a] ¶ Sed videtur quòd debeat expectare tamdiu, quòd non ſit ſoluendo: vt *ff. ſol. ma. l. ſi conſtante quæ eſt contrà* Solu. hæc corrigit illā. Vel illa ſecundùm illam intelligitur: & erit hoc ſecundùm conſuetudinem [b] loquendi: ſicut homines dicunt, iſte cœpit nauigare *arg. ff. de fun. in ſtr. l. cùm de lanionis §. aſinam* ¶ Sed quid ſi ſocero [c] data fuit, & ipſe vergat ad inopiam? Reſ. idem, quod in marito, cùm eadem [d] æquitas ſit *arg. C. ad leg. Fal. l. fin.* item quid ſi vtrique [e] data fuit, & alter vergat? Reſpon. poteſt agi, vt hic: quia verum eſt malè inchoari vel.
i ¶ *Sin autem ſub poteſtate.* Sic ergo filia agit cum cōſenſu patris. Sed quare ipſe pater non agit. *vt C. de bon. quæ li. l. vlt. §. vbi autem. quæ eſt contrà. j. reſpon.* Sed hoc ſpeciale fauore dotiū, ne pereāt, & prolis procreandæ cauſa. 2. Vel hoc corrigitur: vel illa non negat filio poteſtatem agendi, licèt concedat patri ¶ Item not. de ſimili denunciatione: [f] vt *ff. quis ord. in bo. poſ. ſer. l. fina. & C. de bo. quæ liber. l. fin. j. reſp.* ACCVRSIVS.
k ¶ *Dixit.* ſ. patri, & corā teſtibus: vt ſubicit.
l ¶ *Dederimus.* i. conceſſerimus: vt *Cod. de iure dot. l. vbi.* ACCVR.
m ¶ *Filiæ.* agenti de dote.
n ¶ *Hoc valere.* quod de conſenſu dictum eſt, nā ſi mater, non eſt neceſſarius cōſenſus patris, cùm [g] non ſit profectitia. neque matris, cùm non ſit in poteſtate.
o ¶ *Si [h] verò maior.* i. magna. Parnā[i], vel magnam intelligo ſecūdū qualitatem perſonarū.
p ¶ *Fieri voluiſſe.* quòd dcco reſponſum inuenies, *ff. de col. do. l. j. §. cùm dos.*
q ¶ *Decreta.* ſ. principalia. i. leges. AZ.
r ¶ *Seductio.* i. ignorantibus ſubiectis, quæ debebant ſeruare.
s ¶ *Propterea.* ſ. nos venientes perinde ad meliorem, & magis conſequentem viam.
t ¶ *Proinde.* id eſt, poſtea ſicut dicitur abinde, & deinde.
u ¶ *Conſtitutionis.* noſtræ poſitæ in medio. ſ. inter hanc, & Vlpia. q.d. meliùs modò, & ſublimius, quàm cōſueuerimus per legem noſtram. *C. de iur. do. l. vbi.*

NEQVE VIrum, quod ex dote eſt, neque mulierem ex ſponſalitia largitate, &c.
x ¶ Vel. *pro etiam.*
y ¶ Solo. *& non [a] proprietate, & hac prima pars expeditur* j. eo vſque ad §. illud.
z ¶ Filios alere. *& hoc expeditur* j. eod. § illud. vſque ad §. fi. *quæ incipit, nonimus.* ACCVRS.
a ¶ Seruentur. & hoc expeditur j. eo. § fi.
b ¶ *A quidem.* *Quod ſine.* id ſubaudi.
a ¶ *Tu*

a Dos repeti vel conſtante matrimonio poteſt ſuſpecto inopię marito, ita vt non cogatur expectare manifeſtam viri inopiam.
b Paupertas, & diuitiæ probātur per publicam famam [illegible] ubi [illegible] verb. ad inop. l. C. de iure dotiu. alias probatur motu, & officio iudicis [illegible] in verb ſubſtantiam. & in Authent. ut præterea. C. vnde vir. & uxor quibus adde Aff. [illegible] 149 num. Menoch. 2. de arbit. Cent. 2. caſu 64 Conſtantinus Reſolut. [illegible] vbi explicant quis dicatur inops, & pauper.
† Concord. cum hoc §. ca. per veſtras. vnde Gl. ſuper verb. ad inopiam. et ca. [illegible] donat. inter vir. & uxor.
† Dotis reſtitutæ mulieri conſtante matrimonio gubernatio, & adminiſtratio ad ipſam mulierem pertinet.
c Dos repeti à ſocero etiā cōſtante matrimonio poteſt, ſi ad inopiam vergat. Gloſ. l. vbi adhuc. C. de iure dotium.
d vide Eueradum in loco a ſimili, num. [illegible] Adde Gl. l. vbi adhuc. C. de iure dotium.
e Parentibus res liberorum negligentibus liberi iudicis officium implorant.
f Dotis adiuentitiæ nomine filia agere poteſt ſine conſenſu patris.
g Dotem magnam conſtāte matrimonio filia etiam patre cōtradicēte repetere à marito inopię ſuſpecto poteſt.
h Dos magna, aut parua, quę dicatur. his adde Menochiū 2. de arbitra. iudic. Cen. 2. caſu 149. vbi multis definit, quę dos cenſeatur congrua, ne iuſtam conquerendi cauſam habeat mulier.

† Specimen

a Dotis lucrum [illegible] denuntiatur [illegible] à parente [illegible] venit [illegible] tantum [illegible] perpetuam.

gibus ſempiternis, ac ſacris, nulla correctione egentibus. Quod autem ſecundùm nos eſt in redundationis comprehenſum tumultum [a], gubernatiua indiget ſapientia, ex legibus ſuperueniente negotiis [b]. Vnde quoniam nos neque ad iudicia [c] ſegnes, multis interpellantium cauſis, ſingulis quidem medemur: comprehendentes autem vnamquamque quæſtionem dubitatam à nobis, & iudicibus noſtris, per legiſlationem, quæ oporteat agi, generaliter in vnaquaque quæſtione exponimus. Itaque illud ante omnia viſum quidem eſt forſan eſſe priſcis legislatoribus non ſine quadã diuiſione: nobis autem putatum eſt benè ſe habere temperata lege ad ſimplicitatem cauſam transponere, & nunc inchoante, & nihil perſcrutante horum, quæ priùs terminata ſunt [d]: & nobiſipſis pridem non diſplicentibus [e] de hoc ipſo, quæ legibus viſa ſunt meliora ſecunda: (nuptialibus nanque lucris ſi quidem aliquis coniunctorum ſeruauerit pudicitiam manentibus apud ipſos validè, & eorum ſubſtantiis infixis: ſi verò veniat ad alterius perſonæ coniunctioñe, ex prioribus nuptiis filiis ſeruãuandis [f]) ſimplici [g] quadam, & meliori lege dupliti hãc placuit interimere. Si enim ſecundis [h] mixta nuptiis mulier, aut etiam vir fortè ad ſecundam reſpiciens coniugem quę ex morte lucrata ſunt, aut etiam ex repudio fortè, ſeruat filiis (cùm vtrique forſan & alij erunt eis filij ex nuptiis ſequentibus) quomodo iuſtum eſt eos, qui in ſolis filiis [i] legitimis moriuntur, non ſeruare eis lucra ex mortuis eorum parentibus; ſed aliis [k] ea tranſmittere? Scilicet quid erit precioſius [l] filiis [m] parentibus non ingratis?

CAP. I.

Vt proprietas dotis, & propter nuptias donationis ſeruetur filiis.

¶ Propterea igitur ſancimus, ſi mulier moriatur, & eueniat lucrum fieri viro dotem: hanc omnino ſeruare filiis, ſiue ad ſecundas veniat nuptias, ſiue etiam [n] non. Et ex diuerſo ſi mortuus fuerit vir, mulierem antenuptialis donationis lucra [o] proprijs filiis ſeruare: vſum quidem lucrorum ex nuptiis apud eos conſtitutum [p], proprietatem verò eorum filiis, omninò ſeruandam: his, quæ ſuper parentibus ad ſecundas veniẽtibus nuptias ſancita ſunt, in ſuo ordine ſeruandis: & hoc valere matrimoniis quocunque modo ſolutis, ab hodierna die, & in omne [q], quod ſequitur: & his matrimoniis, quæ iam ſoluta ſunt quidẽ, ſiue morte, ſiue quolibet alio modo, adhuc autem pendẽte [r], eò quòd vnus ſuperſtes ſit. Nam ſi ambo defuncti ſint, hoc hæredibus non damus: ſed tãquam ſemel terminatum, veteribus relinquimus legibus. Illud certũ eſt; quia dum ſemel fuerit filiorum, & proprietatẽ lex deferens eis præſtiterit: tunc in ſucceſſionibus, & aliis acceſſionibus [s]: ita & in his erit, ſicut & in prioribus ſancitum eſt filiis, qui propter ſecundas nuptias parentum lucrum aliquod ex legibus ſunt potiti.

CAP. II.

Vt repudio, vel bona gratia ſoluto matrimonio, id, quod alterutri perſona cautum eſt, filio ſuo conſeruet: & de alendis liberis à parẽtib.

¶ Illud quoque ex quadam cauſa denunciatum [t] nobis, ad legislationem deducere exiſtimauimus oportere. Quia enim tranſegerunt quidem inter alterutros [u] & vir, & vxor: filios autẽ, qui eis erant ex matrimonio, deſpexerunt eos ambo, & circumibant mendicantes [x]: propterea iudicauimus vehemẽtiori [y] quidem fortè, ſed conuenti [z], vt ad melius ſe habens vti lege: vt timore, ſcilicet pœnarum quieſcant, aut lucrorum [a] cauſa iniuſtorum matrimonia dilacerare, aut etiã proprios negligere filios. 1. ¶ Si enim omnino aut per trãſactionẽ [b] aut per modum [c] alium ſeparetur matrimonium: ſi quidem non ſunt filij, maneant priora in ſuo ordine. Si verò filiis exiſtentibus fiat hoc: & neq; filios erubeſcentes [d], dent tamẽ occaſionem ſpontaneam & trãſactionis, & per conſenſum factæ, aut etiam inuitæ, forſan peccante † viro, aut committente digna amiſſione [e] antenuptialis donationis, aut muliere [f] digna caſu [g] dotis: neque vir dotem lucretur, neque mulier antenuptialem donationem: ſed repentè caſu procedente aut dotis, aut antenuptialis donationis proprietatis lucrum mox ad communes veniat filios, & eorũ fiat: vſu ſolo apud tranſigentes manẽte: cogendo tamẽ eo, qui vsũ lucretur, filios ex eo matrimonio & alere, & alia omnia miniſtrare eis ſecundùm lucratæ ſubſtãtiæ menſuram [h]. 2. ¶ Nouimus autem aliquid etiam tale factũ: quia & bona gratia diſſolui matrimonia & recedere [i] quidẽ antenuptialem donationẽ ad eũ, qui conſcripſit, dotẽ verò ad eã, quæ obtulit: tamen occaſione quaſi dãni [k], & aliarũ cauſarũ, auri quantitas nõ mediocris vtrique data eſt parti, vt non videretur hoc nuptiale lucrũ, neq; ſeruaretur filiis ſecundùm de hoc leges: ſed extrinſecus accedens quaſi ex alia cauſa lucrũ, fieret eius, qui accipere hoc egit [l]. Ideóque ex hac

† *Peccante*, in vetuſtis, & impreſſis, & ſcriptis exempl.

a ¶ *Tumultum*. i. redũdat in tumultum, quia adhuc vacillant apud homines.
b ¶ *Negotiis*. datiui caſus eſt.
c ¶ *Iudicia*. ſubaudi, circa. Accvrs.
d ¶ *Terminata ſunt*. id eſt, ſtatuta ab aliis principibus, & à nobiſipſis. Azo.
e ¶ *Non diſplicentibus*. i. non diſplicuerunt ſecunda [a], quæ viſa ſunt nobis meliora legibus primis. ſci. tractantibus de hac materia: & ſic participium in verbum reſoluitur. ¶ Et ſic not. quòd corrigit [b] ſeipsũ: *ſic s. de nup. §. j. colla. iy. & inf. vt fratrum filij. in princ. collat. ix.* lex enim antiqua idem quod hic dicit: *vt C. de ſecun. nup. l. quoniam. § fi. & l. hac edictali §. fi.* Sed alia *s. de nup. §. ſi verò* diſtinguit. nunc autem dicit indiſtinctè: ſed per aliam *s. vt fratrum fil. coll. ix.* diſtinguitur: vt iam dices. Accvrsivs.
f *Seruandis*. lucris.
g ¶ *Simplici*. hac ſc. quę eſt melior antiqua duplici.
h ¶ *Secundis*. ſc. parentibus.
i ¶ *Solis filiis*. ſcilicet exiſtentibus ex primo matrimonio.
k ¶ *Sed aliis*. ſcilicet extraneis.
l ¶ *Precioſius* quàm huiuſmodi lucra ſupradicta eis ſeruari à parentibus.
m ¶ *Filiis*. ſcilicet pręnominatis.
n ¶ *Siue etiam*. Sed hodie conceditur viro, & vxori virilis [c] portio ſecũdùm numerũ liberorũ: vt aliquid [d] amplius ſit ei, quę non nubit: quàm ei quæ nubit. & ſic iſta per aliam determinatur, & corrigitur: *vt s. vt fra. fil. §. quæ verò. col. ix. quæ eſt cõtra.*
o ¶ *Lucra*. ſ. ſancimus ſeruare.
p ¶ *Conſtitutum*. dicimus.
q ¶ *Et in omne*. ſcilicet lucrum. Azo.
r ¶ *Pendente*. ſc. matrimonio: quia vnus coniugum ſupereſt, vt ſubiicit: & ſic trãſit de plurali ad ſingularẽ. Azo. cùm dixerit priùs, *matrimoniis*: nunc *matrimonio*. & ſecundùm Al. dic, quòd pendet ſuperſtite illo, qui fecit lucrũ. ¶ Et ſic no. [e] quòd dicitur pendere matrimonium vno tantùm ſuperſtite.
s ¶ *Et aliis acceſſionibus*. hypothecarum, quam in bonis ſeruantis eas poſſunt vindicare filij: *vt C. de ſecundis nupt. l. hac edictal. §. vlt.* fructus ſunt eius, qui ſeruat.
Authentica.

a Secundæ cogitationes prudentiores.

b Corrigere ſe ipſum quis poteſt.

c Virilis portio viro, & vxori competit pro numero liberorum.

d Præmia vnis nuptiis conſtituta, vt ſecundis pœnæ.

e Pendere matrimoniũ vno tantum ſuperſtite dicitur.

Accvrsivs.
t ¶ *Denunciatum*. ſcilicet à nobis. Accvrs.
u ¶ *Alterutros*. i. inter ſe, vel ab inuicem diuerterint.
x ¶ *Mendicantes*. ſcilicet filij.
y ¶ *Vehementiori*. i. duriorem pœnam inferente. Accvrs.
z ¶ *Conuenti*. quaſi dicat. cõuenti ſumus per interpellationem fortè ad id, quod meliùs ſe habeat. Accvrs.
a ¶ *Lucrorum*. lucra iniuſta [a] ſunt lucrantibus propter ſolutionẽ matrimonij: vnde filio applicatur proprietas: vt ſubiicit infrà. Azo.
b ¶ *Per tranſactionem*. quia vnus coniugũ cõmiſit delictum quare ab altero ſit repulſus.
c ¶ *Per modum*. quia vnus repellit alium ſine cauſa: ſed in ſequenti §. *nouimus*. loquitur quãdo bona gratia.
d ¶ *Erubeſcentes*. ſci. parentes: & dic quod *filios* eſt accuſatiui caſus: & conſtrue ſic: *& parentes non erubeſcentes filios dent actiones*, &c. Azo.
e ¶ *Digna amiſſione*. id eſt, quia vir commiſit ea, propter quæ eſt dignus vt donationem amittat. & idem in vxore ſubiicit etſi nõ cõmittat, ſecundùm Azo. *vt infr. prox. §. dicit.* Accvrsivs.
f ¶ *Muliere*. repete, *committente*.
g ¶ *Caſu*. i. amiſſione.
h ¶ *Menſuram*. ¶ Not. filium ali ſecundùm [b] ſubſtantiã patris. quod facit ad id, quod diximus, *ff ad Maced. l. ſed Iulianus. §. quod dicitur.* Accvrs.
i ¶ *Recedere*. id eſt, redire.
k ¶ *Quaſi damni*. ſcilicet dati à viro vxori, vel econtrà.
l ¶ *Hoc egit*. id eſt, curauit.

a Lucra iniuſta.

b Filius ſecundum patris facultates ali debet.

a ¶ *Dici*

a Princeps omnium pater eſt.
b In vſu eſſe intelliguntur, quæ expreſſe non correcta.

a ¶ *Dicimus autem* ¶ No.[a] principem omnium patrem, & legis, *vt ſ. de inceſtu nup. § debitorem.*
b ¶ *Nihil.* ¶ Not. omnia intelligi remanere[b] quæ expreſsè non corriguntur: ſic *C. de appell. l. præcipimus. in fi. & vt determinatus ſit nu. cle. in fi. coll. j.* ACCVRSIVS.

DE DVOBVS reis promittendi.

Nomine duorum & plures intellige: vt Inſtit. eod. §. duo. & dicuntur rei ſtipulandi, qui eãdem rem ſtipulantur debendi, qui eandem rem debent: vt ff. eo. l. j. & non rei tã: ſed à re, quam ſimul plures promittũt: vel ſtipulantur, vel reus, id eſt, firmus quia firmiter promittit: a reor, reris.

c N *Ouimus.*] *Electione* ſc. inhibẽda: *vt ſuprà de fideiuſſoribus.*

e Mandatoris, fideiuſſoris, & ſponſoris differentia.

d ¶ *Mandatorum.* inter hos not. differentiam[e]: *vt diximus ſupr. de fideiuſſ. §. j.*
e ¶ *Legiſlationes.* nam & alia præterquam de electione multa continentur in conſtitutione illa. Azo.
f ¶ *Egere.* ſcil. l.
g ¶ *Et incremento.* incrementum dico ex genere, & vſu non imperfecto neque inutili: ſed perfectum erit, & vtile tam ad genus contractus, ſuper quo ponimus quàm ad vſum: quia in frequentia eſt hic tractatus: & ſic ſuper frequenti[d] fiunt leges: *vt Inſt. in proœm. §. cũmque. & ſuprà de hære. & Falc. in princip.* ibi, *quæcunque quidem, &c.*

d Leges fiunt ſub frequenti: id eſt, de his, quæ frequenter accidunt.

h ¶ *Vſu imperfecto.* in libro M. *vſus.*
i ¶ *Si quis enim alterna.* i. & vnus fideiubeat pro altero expreſſim, ſeu tacitè. ¶ Hic nor. pro Martino, quod duo[e] rei videantur inter ſe fideiubere: *vt l. ie. & ff. de duo. re. l. reos. in princip.* Sed Ioan. contrà. & in prædictis ll. dicas, quòd ſpecialiter hoc fuit actum pro Ioann. *ff. de arbitr. l. ſi duo. & ff. de excep. l. exceptione. §. rei.* Tu dic ſecundũ Azo. diſtinguendum, an perueniat ad vtrũque eorum: & tunc quatenus ad alium peruenit, videatur alter fideiuſſiſſe: an ad vnum tantùm, & tunc alter in ſolidũ videatur fideiuſſiſſe: vel ſi non eſſet diuiſa: ſed in communes vſus expẽſa: tunc ſerua quod dicitur *ff. ad Velle. l. vir vxori. in fi.* vbi hoc dixi: & ſecundùm prædicta patet, ſecundùm M. dari actionem mandati vni contra alterum: ſi ſolus vnus ſoluit, ſecundùm Ioan. non mandati: ſed negotiorum geſtorum: & ſic vario modo intelligunt, *C. de duo. reis l. j.*

e Duo rei debendi verum inter ſe fideiubere videantur. & ſuper ea re Martini, Ioannis, & Azonis tres variæ ſententiæ. *Similis omnium eſt Gloſ. in l. vir vxori. 15. §. mulier. in verbo, interceſſionem factam. ff. ad Vellean.*

k ¶ *Fideiuſſione.* i.[f] promiſſione: *vt ff. eo. l. aliter.*
l ¶ *Suſtinere.* idem iure veteri videtur hoc caſu: *ff. eo l. reos. § fin. & C. e. l. ij.* ¶ Et hic no. quòd hinc ſumitur Auth. quæ eſt, *C. e. l. ij.*

Fideiuſſio, pro promiſſione.

arte factam curantes læſionem, ſancimus, vt vel ſi quid tale fiat, & adueniat alteri aliquod lucrum: & hoc ſimiliter ſeruari filiis: proprietate quidem mox veniente ad eos; vſu verò ſolo apud lucrantem conſtituto. Sic abſtinebunt omni vitio, ſic omni deſiderio irrationabili, ſic nec inuiti, nec ſponte ſuis nocebunt filiis: ſed erunt temperati, maximè quidem circa ſuam caſtitatem: deinde etiam circa matrimonij affectum, quem competens eſt habere eos, qui ſemel coniuncti ſunt alterutris. Res eſt & caſtitate plena, & bonis moribus congrua, & paterno, maternóque affectu plena, vt quod eis parentes ſponte non ſeruant, hoc poſt Deum (qui eſt communis omnibus pater; dicimus autem[a] qui Imperium habet) per legem iis, qui à parentibus læſi ſunt, ſeruet: vt hîc quoque ea, quæ de lucris, & ſucceſſionibus pridem diſpoſita ſunt, teneant. nihil[b] enim eorum innouamus, præter illa ſola, quæ expreſſim in hac lege conſcripſimus.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo operi, effectuique tradere feſtinet. Dat. xv. Kal. Ia. CP. Imper. Dn. Iuſt. PP. A. anno xiij. Iuſt. V. C. Conſ.

DE DVOBVS REIS promittendi.

TITVLVS XI.

Nouella conſtitutio xcix.

Imperator Iuſtinianus Aug. Ioanni glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario & patricio.

Duo rei promittendi conſtituuntur, ſi adiectum fuerit, vnũquemque in ſolidũ teneri: quo caſu vtroque ſoluẽdo exiſtente, & præſente, quilibet conuenitur pro parte: & negotium cõmuniter examinatur, & fertur ſentẽtia: ſed alio nõ exiſtente ſoluẽdo in totum, vel in parte: vel ſi eſt abſens, conuenitur alter in ſolidum, vel in eo quod alter ſoluere non poteſt: & per iudicem ordinarium ad iudicem venire compellitur: his omnibus in futurum obtinentibus. BART.

PRÆFATIO.

NOuimus pridem ponentes legem de electione[c] mãdatorũ[d], & fideiuſſorum, & ſponſorum, multas habentem & in cõmune vtiles noſtris ſubiectis legiſlationes[e]. In præſenti verò & aliud nobis viſum eſt egere[f] quadam explanatione, & incremento[g], non ex genere, neque vſu imperfecto[h], & inutili conſiſtente.

CAP. I.

¶ Si quis enim alterna[i] fideiuſſione[k] obligatos ſumat aliquos: ſi quidẽ nõ adiecerit oportere & vnum horum in ſolidum teneri: omnes ex æquo conuentionem ſuſtinere[l]. Si verò aliquid etiam tale adiiciatur, ſeruari quidem pactum[m]: non tamen mox ab initio vnumquemque in ſolidum exigi: ſed interim[n] ſecundùm partem, qua vnuſquiſque obligatus eſt[o]: cedere[p] autem eum & contra reliquos actionẽ, ſi & idonei ſunt, & in eo loco, & ſi hoc ita ſe habere videatur[q] ſi quidem idonei ſint, & præſentes inueniantur, illos periclitari complere[r] in ſingulos[s] in propria parte, quod ſub alterna promiſſione creditum eſt, aut ex quo omnino[t] obligati ſunt, & non commune debitum proprium cuiuſpiam fieri onus. Si verò minus idonei ſe habere reliqui videantur, ſiue omnes, ſiue quidã, ſiue in partem, ſiue in ſolidum, ſiue abſentes[u] fortè: in illud tenere, quod accipere ab aliis non potuit[x]. Sic enim & illis ſeruabitur pactionis modus, & nullum[y] ſuſtinebit damnum actor, licèt aliquid[z] inter ſe illi pepigerint[a] ignorante iſto, qui habet eos obligatos: & vnuſquiſq; tenebitur in id quod ab initio ſcripſerit, artibus, aut dolis, aut tranſactionibus præuaricari, quæ conſtituta ſunt, non ſinendus.

1. ¶ Sin autẽ iiſdem commorẽtur vtriq;, aut omnes locis, ſãcimus negotij iudicẽ deducere[b]

m ¶ *Pactum.* hoc eſt, quòd tenebuntur in ſolidum.
n ¶ *Interim.* id eſt, donec appareat eos eſſe ſoluendo, qui præſentes ſunt.
o ¶ *Obligatus eſt.* repete, exigi.
p ¶ *Cedere.* id eſt, accedere. & ſecundùm hoc, *ſine*, quod ſequitur, ſunt duæ partes, *ſi*, & *ne*: pro, & q. d. accederet & contra alios, ſi ſint idonei, & præſentes: & hoc ſtatim clariùs exprimit. & ſic ita corrigit hic quod eſt in *C. de duo. reis. l. ij.* quæ eſt contrà: *vt Cod. locati. l. ſi diuiſa.* Quæ *eſt contra.* vt & alibi vbicunq; dicit[a] duos reos in ſolidum cõueniri: niſi in his duobus caſibus: ſcilicet quando eſt abſens alter & quando non eſt ſoluendo. & quod hîc dicit in duobus reis: idẽ eſt in pluribus tutoribus: *vt ff. de tut. & ratio. diſt. l. j. §. nunc tractemus* & fideiuſſoribus[c], & conſtitutoribus[d]: *vt Cod. de conſtit. pecu. l. fin.* Sed non idem in pluribus fideiuſſoribus eiuſdem[e] tutoris: *vt ff. rem pupil. ſal. fo. l. fin.* ¶ Sed an beneficio huius legis poteſt renunciari[f]? ¶ Dic quòd ſic: *vt Cod. de pact. l. pen.* Sic ſe habet conſuetudo. ¶ Item nunquid[g] & plures rei ſtipulandi ſimiliter diuidunt petitionem ſuam? Reſpon. fortè non: quia neque hoc dicitur in rubrica, neque prodeſt reo. nam ſi etiam vni ſoluerit, liberatur ab omnibus: *vt Inſtitut. eodem § j & ff. eod. l. ij.* ACCVRSIVS
q ¶ *Videatur* ſcil. quòd ſit adiectum quemlibet in ſolidum teneri.
r ¶ *Complere.* i. illos pati periculum complendi in propria, &c.
ſ ¶ *In ſingulos.* ſ. actione competente. ſimile periculum eſt *ſuprà de teſti. in princ.*
t ¶ *Omnino* id eſt, in ſolidum. ALC.
u ¶ *Abſentes.* ¶ Sed cum inuicem videantur fideiuſſores, cur[h] non datur præſenti tempus ad reducendum abſentem: *vt ſuprà de fideiuſſ. § j.* Reſpond. plus ibi operatur expreſſa[i] fideiuſſio, quàm tacita: quæ quæſtio ſecundùm M. procedit ſecundùm Ioan. non, cùm videantur fideiubere ad inuicem: vt diximus *ſ. eodem. in princ. §. j.*
x ¶ *Non potuit.* ſic in tutoribus vno ſoluendo conſtituto, aliis non: *vt ff. pro quibus rebus ad eund. iud. ea. l. fin.* Sic in fideiuſſoribus: *vt Co. de fideiuſſ. l. ij.* ſic *C. ad Vellea. l. antiqua §. ſed ſi minus.*
y ¶ *Nullum.* aliàs, *nullus.*
z ¶ *Aliquid.* puta vt vnus non teneatur pro alio aliquo caſu.
a ¶ *Pepigerint.* quod facere non poſſunt[k] in præiudicium creditorum: *vt hic, & de pac. l. debitorum. & l. pacto.*
b ¶ *Deducere.* re[l], & verbo, quòd faciet tantùm ordinarius, nõ deleg.

k Debitores in præiudicium creditorum paciſci non poſſunt.
l Re, & verbo denũciatur ab ordinario non à delegato.

illos mox, & communiter examinare negotium: communiter autem inferre † ſententiam. Sic enim [a] & rei omnes obligabuntur [b]: & ſubſtantiæ eorum qualitas examinabitur: & debitum ſimiliter quidem ſecundùm iuſtitiæ: ſimiliter autem ſecũdùm legum ordinem procedet.

2. ¶ Si autem non adminiſtrator [c] ſit cauſæ iudex, ſed alter aliquis, damus licentiam aut incompetenti iudici interpellationẽ ſuſcipiẽti [d], aut in prouinciis his denunciatis clariſſimo præſidi, aut competenti [e] iudici cogere per ſuum officiũ, & illos [f] intereſſe liti, & partem eius fieri: & vt nullum impedimentum huic noſtræ legi fiat. his omnibus incipientibus in contractibus ſequentis temporis, & ab huius legis diſpoſitione: quod autem ante eam prætetiit, poſitis pro his relinquimus legibus [g].

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legẽ, tua quoque celſitudo operi, effectuíque contradere feſtinet. Dat. xv. K. Ian. CP. Dom. Iuſtin. PP. Aug. anno xiij. Arione V.C. Conſ.

deleg. *vt ĩ de exhi. & intro §. ſi verò etiam quidam. coll. v. & hic ſubijcit.* ACCVRSIVS.

j Hinc colligunt: vno, & eodem libello plures reos de bendi conueniri, & condẽnari poſſe.

a ¶ *Sic enim.* id eſt, ſic omnia ſupradicta ſeruentur.

b ¶ *Obligabuntur.* in ſolidum in contractu.

c ¶ *Non adminiſtrator.* id eſt [a], nõ ordinarius: ſed delegatus fortè. ſic ponitur adminiſtrator. *Cod. de iud. Authent ad hoc. & dicta Auth. ĩ. de exhib. & introd §. ſi verò etiam quidam.*

a Adminiſtrator.

d ¶ *Suſcepienti.* ſcilicet delegato, ſi habet merũ Imperium: *vt ſuprà de exhibẽn. §. ſin autem non adſunt.*

e ¶ *Copetenti* putà ſpectabili, vel illuſtri. AZO.

f ¶ *Illos.* ſ. reos defendit, qui præſentes volunt adeſſe.

g ¶ *Legibus.* ¶ Sed cum olim vno [b] conuento interim alter non conueniretur. *vt ff. de pa. l. quæſtio § ſi creditor.* & vno conuento alteri ſolui non poterat: *vt ff. eod l ex duobus.* Item ab vno, vel contra vnum facta conuentione, interruptio [c], omnibus, vel contra omnes fiebat: *vt C. eo l. fin.* Quæro cùm hod e quaſi diuerſa ſunt, vt dixi hic: an prædicta iura ſeruentur, & an ſint correcta? Reſp. *l ex duobus. ff eod* non puto corrigi. Item nec corrigi *C eod. l. fin* Sed quod dixi, quid vno conuento, alter interim non conueniebatur: hoc determinatur per hanc l. vt omnes conueniantur, ſi ſunt ſoluendo.

b Vno reo cõuento alter nõ conuenitur.

c Interruptio facta ab vno, vel cõtra vnũ vnotũ debẽt, alus prodeſt, vel nocet.

COLLATIO VIII.

DE TEMPORE NON SOlutæ pecuniæ ſuper dote.

TITVLVS I.

Nouella conſtitutio c.

Imp. Iuſtin. Aug. Ioan. glorioſiſſimo per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario, & patricio.

Exceptio, ſiue querela non numeratæ pecuniæ creditæ biennio finitur. l. in contractibus C de non nu. pec. Exceptio non numeratæ dotis poſt ſolutum matrimonium anno finitur. l. vlt. Cod de dote cau. non num quod ita procedere Iuſtinianus declarat, ſi biennio tantùm durauerit matrimonium. nam ſi diutius durauerit, non tamen ampliùs decennio, poſt ſolutum matrimonium tribus menſibus finitur. ſi ampliùs decennio durauerit, mulieri dotem repetẽti ex inſtrumento dotali, nulla opponi non numeratæ dotis exceptio poteſt. Excipitur maritus minor xx v. annis, cui à contracto matrimonio xij anni dantur ad conteſtandam querelam non numeratæ dotis, hæredi eius annus eo defuncto intra annos xij. Differentia igitur hæc eſt inter maiorem & minorem, quod in maiore ſi ampliùs decennio durauerit matrimonium, ſilentio decennij extinguitur exceptio: in minore non aliter, quàm ſi plus quàm xij. ſteterit matrimonium. Excipitur etiam hæres mariti minor xxv annis, cui datur quinquennium à morte mariti ſiue defunctus maior fuerit, ſiue minor, dummodo viuo marito non fuerit decennio extincta querela, id eſt, modò intra decennium maritus deceſſerit. Et hæc ita conſtituit in futuris matrimonijs: in conſtantibus matrimonijs vult vt ſi in recenti contracta ſint, intra decennium opponatur exceptio: vel ſi iam aliquantum temporis ſteterit matrimonium, ita vt non minus biennio deſit ad decennium explendum id temporis habeat maritus, hæreſque eius ad conteſtandam querelam. Quòd ſi decennio iam durauerit, aut minus biennio deſit ad decennium, vt ipſe maritus intra biennium opponat exceptionem non numeratæ dotis, hæres eius intra tres menſes à ſoluto matrimonio. Sed hoc poſtea alia quadam Leonis, vel Baſilij Nouella clariùs declarauit, cuius ſententiam Harmenopulus refert, ſublatis omnibus dubitationibus quæ in hanc Nouellam mouere ſolent de minore xxv annis, & de hæredis conditione meliore, deteriorève, quàm defuncti. Etiam illud adiecit Iuſtinianus, querelam eſſe conteſtenda nõ nuda denunciatione ſed literis in iudicium vocata muliere, aut eo, qui pro ea dotem cauit: quod & ita fit in conteſtatione non numeratæ pecuniæ. l. in contractibus. §. pen Cod. de non nu. pec. *Conteſtatio perpetuat exceptionem, & transfert onus probandi in actorem. l. 3. C. eod. niſi agatur ex chirographo, quo adſcripta ſit debiti cauſa.* l. generaliter. C. eod. *Id quoque notandum eſt, huic exceptioni non numeratæ dotis locum non eſſe, ſi præter inſtrumentum dotale etiam apochã cauerit maritus ſe dotem accepiſſe.* l. in contractibus. § ideoque. C. eod. CVIACIVS.

Authentica.

Exceptio non numeratæ dotis olim toto tempore matrimonij, & eo ſoluto intra annum competebat: hodie verò ſi matrimonium intra biennium durat, prædicta competit exceptio: & etiam ſoluto competit intra annum: matrimonio verò ſoluto vltra biennium, intra decennium dicta exceptio viro, & hæredibus eius competit. BART.

PRÆFATIO.

OMnes pecuniæ non numeratæ replicationes [h], ſubiectas in aliquibus caſibus [i] non examinatas [k] noſtræ reliquerunt leges: ſed prolixitatem earum, & effuſionem abbreuiauimus, ne ſua negligentia, aut calliditate forſan negotiis [l] fruantur homines, & cauſas præbeant aliis [m], non enim ſub æqualitate ſemper [n] probationes erunt eas exhibere volentibus. multa quoque tempus reſurat. Quapropter benefacientes abbreuiamus in quibuſdam caſibus pecuniæ non numeratæ querelas, quas licet ex iis, quæ à nobis iam ſancita [o] ſunt, colligere [p]. Quia enim omne tempus matrimonij dabatur [q] viris donec matrimonium conſtaret, queri de non data dote: interpoſitio quoque maior facta eſt etiam poſt mortem virorum, vt & poſt repudium intra annum daretur querela: ideo exiſtimauimus breui, & compendioſa lege velocem facere, & pecuniæ non numeratæ ſuper dote querelam, & liberare à probatione mulieres in talibus ex longo tempore [r].

CAPVT I.

De dote non numerata.

¶ Si ergo annis duobus ſolummodo habeat aliquis vxorem, aut etiam his temporibus minus, & non accipiat dotem; nihil ex taciturnitate viri lædatur: neque hæredes viri, licèt tacuerit ille: ſed intra annum alium querela moueatur: breuitas enim matrimonij [ſ] ad hanc nos legiſlationem vocat. Si verò maius biennio tempus: minus autem decennio matrimonium protendatur: damus marito queri [t], & dicere non illatam ſibi dotem, aut in partem, aut in ſolidum: & ſi hoc fecerit, tranſmittere [u] querelam, ſemel marito querente: & muliere, quia dedit, non probante.

1. ¶ Si autẽ neq; intra decenniũ queratur, taciturnitate [x] mariti auferimus querelã: neque ei poſt decennium

DE TEMPORE non ſolutæ, &c.

h OMnes pecuniæ.] *Replicationes.* i. exceptiones. ACCVRSIVS.

i ¶ *Caſibus.* vt in dote.

k ¶ *Non examinatas.* ad plenum.

l ¶ *Negotiis.* id eſt, in ſuis negotiis callidè, vel negligenter verſentur homines.

m ¶ *Aliis.* ſ. hominibus callidè, vel negligenter verſandi. ¶ Et ſic not. quòd tollitur [a] materia peccandi: ſic *Inſt. vt ba. rap §. ſed ne dum.*

a Peccãdi materia tollenda.

n ¶ *Semper.* quoniam [b] poſt longum temporis ſpatium nec documentis integritas, nec actis fides, nec ætas valet teſtibus ſuffragari: *vt ĩ. hac conſt. innouat conſtitutionẽ.* ACC. Item poſt temporis interuallum non eadẽ fides teſtibus habetur: *vt ff. de Car. ed. l iij § cauſa.*

b Probationũ nõ ſemper eadem eſt fides.

o ¶ *Sancita.* vt *C de non nu. pe. l. in contractibus.* ACCVRSIVS.

p ¶ *Colligere.* in libro R. deeſt

q ¶ *Dabatur.* vt *Cod de dote cauta l fi.* ACCVRSIVS.

r ¶ *Tempore.* ſ. ſuſcipientes grauamen probationum.

ſ ¶ *Matrimonij.* quod durauit tantummodo per biennium ſcilicet, vt d. [illegible]

t ¶ *Queri.* aliàs, *conquerere*, toto tempore matrimonij: *vt hic*: & etiam poſtea per tres menſes: *vt infrà, § ſi verò vltra biennium*

u ¶ *Tranſmittere.* ſc. ad hæredes: *vt l i, & C de non nu pec. l ſi. intra §. ſin autem. & l. cùm ultra*

x ¶ *Taciturnitati.* Imò videtur quod ſtatim ſibi præiudicet, cum ex cauſa fuerit confeſſus: vt

nium

vt Cod. de non num. pe. l. generaliter. & ff. de proba. l. cùm de indebito. & ſi qua ſunt contrà Sed ſpeciale a in dote, vt non ſtatim præiudicet confeſſio: licèt ex cauſa ſic eſt ſpeciale in b mutuo, in odium creditoris, vt tantùm poſt biennium præiudicet: *vt C. de non nu. pe. l. in contractibus in princip.* ACCVRSIVS.

ma die xxv. ann. contraxit, cùm non poſſit exceptio tam breui tempore finita eſſe: ſcil. vna die. Sed non attenditur ſecundùm M. niſi quòd conceſſio fieret intra ætatem. ſed certè imò eſt attendendum etiam quòd ſit præſcriptio completa: vt prædicta litera dicit. & ſic etiam ſecundùm eum, cùm diceret vſque ad xxxvij. ann. produci, oportet quòd cautùm ſit intra xxv. antequam potuerit exceptio cucurriſſe, & ita ab ann. xxv. vſque ad xxxvij. ann. vna die minus vſque ad plus proceditur, etiam ſecundùm M. ſed nos Bul. ſententiam probamus.

nium hoc agere ſinemus, nec annum dantes vlterius hæredibus eius. ſitque in hoc non noſtra aduersùs aliquos pœna, ſed libertatis ſubiectorum diligentia a. Vbi enim licet in prolixo ſic tempore, decennij dicimus, proponere querelam: ſi † tacere elegerit, palàm eſt voluiſſe, vel ſi non accepit dotem, omnino eum, aut ſuos reddere hæredes: his valentibus b, & ſi repudio ſolui contingat matrimonium: in nullo diſcernentibus nobis, ſiue mulier tanquam dotem offerens conſcribat, ſiue pater, ſiue alter quiſpiam pro ea: tempore in omni caſu tali, ſicuti prædiximus, extendente ſuos effectus, & dante, vel perimente querelam. Conteſtationem verò dicimus non in ſermonibus ſolùm (ſæpè enim indignationis, aut alterius incidens occaſio, talia quædam virum præparat dicere: aut etiam ille quidem dixit nihil: teſtes autem redempti hoc mentiuntur) ſed oportet conteſtationem in literis eſſe c. Si autem etiam in iudicio eam aliquis fortè facere voluerit, oportet omnino innoteſcere mulieri, aut ei, qui dotem omnino offerre conſcripſit. nam nihil eſt quod prohibeat maritum in ſemetipſum hoc agere, & queri: quaſi & partem quidem mulieris, quod agitur, ignorare: prouidentiam verò ſui etiã ponere nullo valere modo d: & quia vel ab eo querela facta eſt, neſcire.

CAP. II.

¶ Generaliter e igitur dicendum eſt, intra biennium quidem matrimonio ſoluto ſiue morte, ſiue repudio, & ipſi marito de non numerata pecunia licere queri, & hæredi eius intra alium annum. Si verò vltra biennium vſque ad decem f annos matrimonium extendatur: marito damus querelam g, & hæredi eius intra menſes tres. Si verò tranſcurrerit h decennium: tunc neque marito, neque hæredibus eius querela erit, tempore ad omnia ſufficiente mulieri. Et ſi quidem intra ætatem maritus ſit, & non queratur i tantum ad in integrum reſtitutionem k, ei damus tempus, vt tranſcendat l duodecim annos à tempore nuptiarum m. Nouimus enim eos, qui vehementer citiùs contrahunt nuptias, non minus quindecem annorum n ad hoc procedentes: qua de re tranſit quintum & vigeſimum annum: & erit poſſibile intra vigeſimumſeptimum o annum queri de non numerata pecunia dotis: moriente quoque eo intra prædictum tempus p, hæredes habere q annum r ad querelam.

1. ¶ Si autẽ minores ſint non querentis hæredes, ſiue maioris, ſiue minoris, quinquennium habeant ſolummodo ad mouẽdam querelam non numeratæ pecuniæ, ſufficiente tempore, & non expectante exitum s omnium minorum temporum t: quòd nos ad præſentem legẽ u mouit. muliere nanque x coniuncta quarto & decimo anno poſt vigeſimum y annum mortis patris, abutens minori ætate, mouebat z quidem contra matrem a non numeratæ pecuniæ, obiiciens rationem poſt quartũ & vigeſimum nuptiarũ annum: quod nos iudicãtes curauimus: & propter has circunſtantias, & ætatem minorum in quinquennium in præſenti decernimus lege illo videlicet non numeratã pecuniã obiiciente, qui ſcri-

a ¶ *Diligentia.* ¶ Not. exceptiones c non in pœnã, ſed propter ſubiectorum libertatẽ inductas, vt non omni tẽpore de ſuo iure dubitẽt: *vt Inſt. de vſ. in prin.*

b ¶ *His valentibus.* nam à §. *ſi ergo*, vſque huc, dictum eſt quando ſolutum eſt matrimonium morte viri, vel vxoris. ACCVRS.

c ¶ *In literis eſſe.* d ¶ Not. querelam e non numeratæ dotis in ſcriptis fieri debere. ſic f & in atteſtatione filiiſ ſuſtiosſ facta: *vt infrà, vt cùm de app. cog. § ſi quis de prædictis.* Sic etiam in libello g eſt ſcriptura neceſſaria: *vt ſuprà de exhib. § ſancimus. collat. v. & Codice quando lib. prin. da per totum.* ſic *& Cod. de mand. princip. l. j.* Regulariter autem etiã ſine ſcriptura, *vt Cod. de pact. l. pactum.* ¶ Item not. quòd ſi h fiat in iudicio, debet innoteſcere mulieri, vel ei, qui dotem cõſcripſit: ſic *& infrà de litigioſis. §. contem verò in princ.*

d ¶ *Valere modo.* ſcilic. mulierem, cùm ignoret: vt ſubiicit.

e ¶ *Generaliter.* repetit breuiter quæ dixit, & addit parum infrà, ſcil. de tribus menſibus.

¶ Et not. quòd hinc ſumitur Authent. quæ eſt *C. de dote cauta non numerata ſuper l. fin.*

f ¶ *Ad decem.* non eſt excluſiuum. IOAN.

g ¶ *Querelã.* ſ. dũ viuit.

h ¶ *Transſcurrerit.* vel tranſierit. ACCVRS.

i ¶ *Et non queratur.* id eſt, conteſtationem ſecundùm quod ſuprà dictum eſt, intra tempus non oppoſuerit.

k ¶ *Reſtitutionem.* Hanc reſtitutionẽ putat i Io. quòd ſuo iure habeat minor, etſi eam nõ petat: ſed directè hanc exceptionem proponat. Sed hæc litera apertè dicit contrà: vnde ſecus puto, quò l ſcilicet petatur per officium iudicis: *vt ff. de mino. l. quod ſi. in fi.* & hic conſcripſit ſe dotem accepiſſe poſt confectionem dotalium inſtrumentorum. ſi verò ante confectionem, non eſt neceſſaria reſtitutio, cùm exceptionem habeat iure communi: ſicut quilibet maior. Sed certè licèt habeat exceptionem iure communi, tamen reſtitui poteſt, ſecundùm Azo. *vt ff. de mino. l. in cauſa. §. Pomponius.* ACCVRS.

l ¶ *Tranſcendat.* ſ. ius commune vſque ad an. xij. vltra xij. non audiantur. ACCVRS.

m ¶ *Nuptiarum.* k contractarum, ſecundùm M. *arg. C. de nupt. l. ſancimus.* & ſic poteſt opponi intra xxxvij. annũ vna die minus, ſi ponas maritum in vltima die xxv. anni contraxiſſe: vel dic, contrahendarum, ſecũdùm Bul. vt probatur per hæc verba, *nouimus enim eos, &c.* & ſic, vſque ad vigeſimum ſeptimum annum vna die plus. nam à xv anno completo in antea ſit cõputatio. Itẽ contra M. facit apertè hic, vt dic. & ſi quidem ſit maritus intra ætatem, & non queratur. nam & ex hoc oportet intra ætatem tempus exceptionis cucurriſſe, & cum non fuiſſe conqueſtum: quòd nunquam dici poteſt eo caſu, quando in vlti-

n ¶ *Quindecim annorũ.* de a conſuetudine forte: aliud de iure: *vt Inſt. de nup. in princ.*

o ¶ *Intra vigeſimumſeptimum.* i. citra, vel ſecundùm Ioann. etiam pone propriè.

p ¶ *Tempus.* xij. ſcil. an.

q ¶ *Habere.* ſcilicet maiores.

r ¶ *Annum.* ſpeciale: nã habere regulariter quis debet b, quod defuncto ſupererat ſecundùm omnes. Azo.

s ¶ *Exitum.* i. non conſiderabimus quantum morienti, vel ſucceſſori ſuo ſupereſt tempus.

t ¶ *Temporum.* nã ſemper tempora prædicta ſeruabimus.

u ¶ *Ad præſentem legem.* Sunt ergo hic minori c ſex ſpecialia. Primum, vt licèt hæc præſcriptio ſit temporalis, ſcilicet anni, vel trium menſium: *vt ſup. proxi.* tamen minori: vnde reſtitutio neceſſaria eſt: vt hic, aliàs contrà: *vt C. in quib. cau. in inte. reſtitu. non eſt neceſ. l. ſ.* Sic eſt in quibuſdam aliis caſibus ſpeciale quod dic: *vt ſuprà de haer. & Falc. §. pupillus.* 2. Secundum, quia aliàs reſtituitur minor intra tempora conſtituta à iure, ſcilicet xxix. ann. *vt Cod. de tempor. in inte. l. ſ.* hic autem intra xij. ann. 3. Tertium, quia aliàs incipit quadriennium elapſo xxv. ann. *vt ff. de minor. l. interdum.* hic autem à d tempore nuptiarũ contractarum, ſecundùm e M. vel, contrahendarum, ſecundùm nos. 4. Quartum quia maior minori ſuccedens, habet quadriennium: ſed hîc habet annum, quantumcunque ſupererat defuncto. 5. Quintum quia minor minori, vel maiori ſuccedẽns, habet ſua tempora ratione ſuæ ætatis: & poſtea quadriennium: hîc autem quinquennium eſt. 6. Sextum, quia hoc quinquennium currit in minori ætate huius ſuccedentis; adeò vt non reſtituatur: aliàs contrà: *vt ff. de mino. l. etiam ei.*

x ¶ *Muliere namque.* Mulier nupſit viro habenti xiiij. ann. ex eo concepit: & durauit matrimonium per quatuor ann. deinde vir deceſſit: & poſt mortem eius elapſi ſunt xx. anni: & tunc agit de dote mulier. Sed filius, quem ex dicto marito habuit, exceptionem opponit ratione ſuæ ætatis, & ſic poſt xxiiij annum à tempore contracti matrimonij, & dicit mulier, eadémque mater, quòd non poteſt, cùm tantùm quinquennium habeat poſt mortem patris.

y ¶ *Vigeſimum.* aliàs xxx. & ita dicet durare matrimonium xiiij. annos.

z ¶ *Mouebat.* ſcil. filius defuncti.

a ¶ *Contra matrem.* ſcil. marito maiori, vel minori.

a Dotis cõfeſſio non ſtatim præiudicat.
b Mutui confeſſio poſt biennium præiudicat.
c Præſcriptiones introductæ non in pœnam: ſed propter libertatem ſubditorum, ne de iure ſuo ſemper dubitent. *adde Capel. titu. de vſucap. pro emptore.*
† Præſcribi tẽ ſuam qui pattitur, eam alienare velle præſumitur.
d Scriptura quando ſit neceſſaria, *vide ...* extrà de ... *lib. 6.*
e Dotis nõ numeratæ querela in ſcriptis facienda.
f *Adde Gl. Authen. hanc aut. C. de non numer. pecu.*
g Libellus an, & quando requirat ſcripturam.
h Dotis numeratæ exceptione propoſita in iudicio ſemper certiorãda eſt mulier, aut is, qui dotẽ conſcripſit.
i Dotem ſe recepiſſe minor confeſſus, non modo tutus eſt aduerſus illã confeſſionem iure cõmuni: ſed etiã reſtitui poteſt: *vt hic in fin. ſimilis eſt Gl. ... l. in cauſa.* 36 § *Pomponius* ... non enim. *ff. de ... poribus.*
k A tempore nuptiarũ proponi exceptionem dotis nõ numeratæ, quod. *Porro ſi ... Gl. in Authent. ſi ... C. de tempor. ... infrà ... ad præſentem.*

a Nuptiæ ...
b Tẽpus ... præſcriptionis ... ſuperſtes ... defuncto ... regulariter datur.
c Dotis ... numeratæ ... non ... minori ... legis ...
d Tempus ... dotis ... numeratæ ... tempore nuptiarum ...

prus fuerit dotem ſuſcepiſſe, & ſecundùm ſua tempora, ſiue perfectæ ætatis ſit, ſiue minoris, cauſa iudicanda. Valente hac lege ſuper iis, quæ poſtea futuræ ſunt, nuptiis: ſuper iis enim, quæ conſtant, ſi quidem reſiduum eſt decennium, aut non minus biennio, hoc habeat tempus in non numerata pecunia, quod † ei etiam poſt tranſmiſſionem dabit. Si verò aut minus ei biennio reliquum eſt tempus, aut etiam exceſſit totum decennij tempus: tunc ipſis quidem biennium damus ad querelam non numeratæ pecuniæ: eorum autem hæredibus & poſt ſolutionem matrimonij intra tres menſes: vt per omnia eis iuſtitiam ſeruemus.

† Alias, quod ei etiam reſtitutio in integrum dabit.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo manifeſta omnibus facere feſtinet. D. xiij. Kal. Ian. CP. Domi. Iuſti. PP. A. ann. xiij. Arione V.C. Conſ.

Ex veteri libro manuſcripto Ant. Contij.

DE † DONATIONIBVS A CVRIALIBVS factis, ſiue ab inteſtato, vel teſtamento, eorum ſucceſſoribus.

† Sic inſcribitur in manuſcripto: ſic & in libro, quo vſus eſt Albericus, in verbo ſ[illegible].

TITVLVS II.

Nouella conſtitutio cj.

PRÆFATIO.

BOnæ nobis ſanctionis occaſionem interpellatio quorundam curialium dedit. Et hanc legem facimus nō ad quoſdam curiales, ſed ad omnes, qui nobis obediunt: dicimus autem quantum quidem ad Orientem eſt, & quantum occidens ſol reſpicit, & quantum ex vtriſque lateribus eſt. Quoniam enim ſolicitudo fuit eis, qui ante nos fuerũt, de curialibus, & de collationibus in curias: quidam autem ſunt, qui trahuntur ad curiam, quidam verò liberantur; illud ſancimus, licentiam eſſe curialibus non ſolùm eiuſdē ciuitatibus curiales hæredes inſtituere (hoc enim hactenus licitū fuit) ſed etiam quoſdā liberos à curia, ſi voluerint inſtituere hæredes, hoc agere ſub hac videlicet conditione, vt offerat modis omnibus ſe hæres, ſiue hæredes conditioni curiæ defuncti, id eſt, ex qua illa progreſſus eſt, & curialis ſit particeps functionis, & hæreditatem nullo impediente percipiat. Scientes enim quia hæc res erit in præſenti correctio; quoniam nunc quidem adiicitur curiæ ex iſtis modis in pecunia vtilitas: ex futura verò legiſlatione & curialis, & ſubſtantia proficiet, & [florebit curia corporibus pluribus] & ſubſtantias habebit eorum.

CAP. I.

¶ Propterea ſancimus licentiam eſſe eis, qui curiales ſunt, dum teſtamenta condent, vti hæredibus ſiue curialibus eiuſdem ciuitatis voluerint, (hoc lege permittentes) ſiue quibuſuis ex ſuo genere, ſiue extraneis, ſiue curiales fuerint, ſiue non, ſiue in portionem non minùs nouem vnciarum, vel certè in integrum, dantibus ſe tamen curiæ, & vnitis eius corpori & explentibus inculpabiliter functiones. Hoc valente circa ipſos filios, & nepotes, & reſiduos ſucceſſores: non tamen ſecundùm modum, ſecundùm quem ante paululùm conſtitutio promulgata circa eos, qui ſe curiæ offerunt, præceperat, prolem eorum, qui ſe obtulerunt ad conditionem non trahens; ſed tanquam ſi ab initio fuiſſent conſtituti Curiales, ita & ipſi cum propria prole curiæ vniti, & albo, & corpori. Neque enim quicquam differt, aut eum, qui eſt curialis eiuſdem ciuitatis, ſcribere hæredem, aut eum, qui mox erit.

CAPVT II.

¶ Sed & ſi quis conſanguineus curialis exiſtens, vel alter ab eadem conditione liber ad ſucceſſionem curialis defuncti fuerit vocatus, tanquam eius, qui non ſcripſerit teſtamentum; voluerit autem & ille ſeipſum dare curiæ, licere ipſi hoc agere, & ſuam voluntatem in actis iudicare intra menſes ſex: & pariter curialem cum ſuis ſucceſſoribus, atque ſubſtantia pariter & fieri hæredem, nihil omnino ex eadem ſubſtantia expetendo occaſione quartæ portionis, ſeu nouem vnciarum, ſemel eo, qui ſucceſſerit in hæreditatem, aut curiali exiſtente, aut mox exſtituro, & re, ac ſubſtantia rurſus ad curiam veniente. Sed & ſi quis donauerit res propriæ facultatis, aut multas, aut omnino non minus nouem vnciarum, vel curiali eiuſdem ciuitatis exiſtenti, vel alij cuidam offerens, tamen ſe, & propriam ſubſtantiam, atque prolem, ſiue quæ eſt, ſiue quæ erit, & reſiduam ſucceſſionem curiæ, cuius eſt, qui donationem fecit, ſancimus valere factam ſub hac conditione largitatem. omnimodo enim nobis ſtudij dignum eſt videre, vt nullo modo ſubſtantiæ curialium alienentur à curia illius ciuitatis, cuius ſunt curiales.

CAP. III.

¶ Vt autem non ad colluſionem hæc fieri videantur: & quidam domini effecti hæreditatum curialium aut per donationes, aut per teſtamentum (ſecundùm quod prædiximus) aut ab inteſtato deferantur, & propter hanc obligationem & rebus quidem frui velint, oblationem autem ſuam non faciant. Sancimus, ſiquidem per donationem hoc, quod prædictum eſt, dederit, non priùs traditionem fieri rerum, ſed hoc manere apud donatorem, donec is, qui donationem accepit, inter geſta confecta apud iudicem prouinciæ gratis, & citra omnem dationem ſecundùm prædictum modum datus fuerit curiæ, & mox conſcriptus aluo *, tunc enim etiam res ei dari volumus. Quòd ſi donator tradiderit res, & needum confeſſione facta, quæ accipientem ſociet curiæ, etiam ſic defendi *, quæ donata ſunt curiæ vſque ad nouem vncias, in quibus omninò vocari curiam cenſemus.

* In manuſcripto libro tam hoc loco, quā ſuprà ſemper ſcribitur, [illegible], non albo: vt in Digeſtis Flor. de aluo ſcribendo, tam in titulo, quàm duabus eius legibus.

* Vindicari.

1. ¶ Quòd ſi ex teſtamento, aut per vocationem legis qui non eſt curialis ad ſucceſſionem perueniat curialis: tunc mox à morte curialis concurrere curiā, & vnà cum defenſore ciuitatis præter læſionem futuram rerum defuncti deſcriptionem fieri rerum præſente etiam eo, qui ad hæc vocetur, & res tradi curiæ ſub facto ſignaculo tam defenſoris, quàm Deo amatoris epiſcopi, & dum prædicta actio geſtorum facta fuerit apud iudicem prouinciæ, & data fuerit curiæ, ſecundùm quod frequenter dictum eſt, cum ſubſtantia, & prole, quæ eſt, & quæ fuerit, tunc eum & res percipere, & eſſe eum dominum, ſecundùm quod & prior ille curialis fuit, nihil ab illo differre viſus, his geſtis ſine dubio apud iudicem prouinciæ habitis præter omne lucrum, & diſpendium. Neque enim ad illuſionem, vel ad diſpendium curiæ, ſed ad vtilitatem hanc proferimus ſanctionem, vt in perpetuum valeat augens & corporibus, & pecuniis curialium facultates, atque ſubſtantias. Si verò is, qui ab inteſtato vocatur curialis hæres, non tamen exiſtens & ipſe curialis, noluerit adire, & ſe dare curiæ, curia quidem teneat nouem vncias: tantummodo autem ipſe dominus efficietur trium vnciarum, quas ei dat & anterior lex vel ſi non fuerit curialis. Quòd ſi plures fuerint eiuſdem gradus, qui vocantur ad curialis hæreditatem, & quidam dederint ſe, quidam recuſauerint, nouem quidem vncias accipere eum, vel eos, qui ſe dederint curiæ, tres autem vncias reſiduos, qui ex lege vocantur, accipere hæredes. Studij enim nobis eſt omnimodo nouem vncias ad curiales eiuſdem ciuitatis peruenire.

CAP. IV.

¶ Sin autem defunctus fuerit quidam ſuperſtite filia, ſi nupta quidem fuerit curiali eiuſdem ciuitatis, dubium

dubium non eſt, quia præter calumniam habebit paternas res aut in integro, aut omnimodo nouem vncias, ſi fortè ad alium quendam pater voluerit tres vncias peruenire: ſed & ſi non àb initio exiſtenti curiali nupta fuerit; acceſſerit autem quidam ad eius nuptias volens eam ad hoc accipere, vt ſi curialis & dare ſe curiæ, & ſtabiles ei nuptiæ fuerint, etiã ſic habere nouem vncias ſine calumnia, occaſione bonæ circa curiam voluntatis: & qui curialis offertur rebus, & gubernabit eas, propter quod & omnimodo mulieri dari eas volumus. Quòd ſi plures fuerint filiæ, & quædam ex his nuptæ fuerint curialibus aut exiſtentibus, aut per oblationem factis, nouem vnciæ quidem inter eas diuidendæ ſunt: ad reſiduas autem tres vnciæ quidem venient; illi autẽ, qui vxores eas acceperint, vſuri ſunt rebus ipſis ad curiales cauſas, licèt in dominio ſint vxoris. propterea enim eis dedimus res patris, vt exinde coniuges earum impleant curiæ functiones. Quòd ſi contigerit deficere eam, quæ nupta fuerat illi, qui ſe curiæ tradidit, ſi quidem filios maſculos de eo habuerit, apud filios erunt res, & ipſi erunt in curia, & nulla tergiuerſatione res indigebit.

1. ❡ Quòd ſi fœminæ fuerint, quæ natæ ſunt, ſi & ipſæ quibuſdam nuptæ fuerint aut curialibus eiuſdem ciuitatis, aut qui ſeipſos dederint curiæ eiuſdem ciuitatis, ſimiliter & ipſæ eas habebunt ſine vlla moleſtia, ſubiectis curiæ functionibus per proprios viros. Quòd ſi non nuptæ fuerint curialibus; aut qui ſunt, aut fuerint, tunc ſecundùm datam olim diuiſionem, nuptæ quidem curialibus nouem vncias habebunt, propter quas functiones curiæ compleantur, reſiduis autem ſufficient tres vnciæ. Quòd ſi neque maſculi, neque fœminæ eis erunt, quouſque vir ſupereſt habeat earum vſum, explens in eis curiæ functiones, & ſi quidem ad ſecundas venerit nuptias, & filiorum fuerit effectus pater maſculorum, ſeu fœminarum, & has coniunxerit curialibus, rurſus ſimiliter curiæ ſeruabuntur corpori. quòd ſi mortuus fuerit, aut ad ſecundas nuptias non venerit, aut filias non procreans eas non ſociauerit curialibus vel qui ſunt, vel qui fuerint: tunc recto ordine curia has res accipiet. neque enim vnquam hanc partem curialiũ copiarum, & functionum alienari concedimus: vel ſi ad plurimos redactũ fuerit genus ſucceſſionis, quatenus per omnes hac linea deſcendẽtes, ſiue per maſculos liberos curialiũ, ſiue per generos dantes ſe curiis nouem vnciæ curiæ ſaluæ ſint. Quam legem valere volumus in omni deinceps tempore, & in cauſis adhuc etiam nunc pendentibus, & quæ conſecutæ non ſunt iudiciali ſententia, aut amicabili interuentu abſolutionem.

EPILOGVS.

❡ Quæ igitur viſa nobis ſunt, & hac ſacra lege declarata, tua excellentia cuſtodire feſtinet, maximè omnium vtilitatis publicæ prouidentiam omnem faciens. Dat. Kal. April. CP. D. N. Iuſtin. PP. Aug. Arione V.C. Conſ.

DE MODERATORE ARABIÆ. TITVLVS III.

Nouella conſtitutio cij.

Imp. Iuſtin. Aug. Ioan. glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

CVm pleroſque alios prouinciarũ magiſtratus ad meliorem iam formam traduximus, qui humiles, abiectique priùs exiſtentes, neque vlli rei conuenienter agendæ idonei, poſtquam in ampliorem conſtituimus ordinem, & valentiores per omnia facti ſunt, & ita rerum adminiſtrationem capeſſere cœperunt, vt vniuerſa in melius commutarentur: tum verò à nobis etiam proconſules, & prætores, & moderatores, & veterum horum nominum amplitudo inuenta eſt, auctæque ipſis annonæ, & ſumma poteſtas data: & ante omnia interdictum illis fuit, ne perniciem inferant ſubditis, & multis ad ipſos diripiendos vtantur manibus. iuramentis quoque rem muniuimus omnium horrendiſſimis: neque aliter eis officia tradimus, quàm præſtitis iuramentis, ita codicillis magiſtratus digni ſunt habiti. Conuertimus igitur & ad Arabum regionem oculos: & requiſita cauſa, quamobrem & publicũ laboret inopia, quanquam regio florentiſſima ſit, & tã magnus nos interpellantium numerus iis locis accedat, & omnes lamententur: alij furta, & rapinas, alij iniurias; alij alia damna in querelam deferentes: occaſionem, & cauſam huius mali ex imbecillitate, & impotentia eorum, qui magiſtratum ibi gerunt, prouenire deprehendimus. Erat enim ita tenui poteſtate præditus is, qui ciuili magiſtratu defungebatur, vt ei, qui præeſſet armis, ſeruili propemodum more mancipatetur, & in illius arbitrio huius ſalus eſſet poſita, aut vt ne eſſet quidem omnino hic magiſtratus. Inde adeò & longum tempus eſt, ex quo is deſierit, & militaris ea, quæ ciuilem magiſtratum concernunt, peragat. Cùm tamen neque ſibi, neque ipſi per omnia ſufficiat. In hoc enim eſt, non vt vtilitatem aliquam ſubditis adferat, ſed vt vtrinque lucrum capiat.

CAP. I.

❡ Hæc nos ad ſuſcipiendum præſens conſilium excitarunt: & præſenti vtentes lege, magiſtratum ad pulchriorem formam tranſponimus, benignéque & ipſi Moderatoris appellationem largimur (id quod etiam in Ponto fecimus) & ſpectabilium magiſtratuum ius concedimus, vt in nullo ſit Duciano inferior. Sed & publicis exactionibus, cum ſumma vehementia adhæreſcito, adhæreſcito etiam priuatorum vtilitati, neque committito, vt vel ſpectabilis dux, vel tribunus, vel aliqua potentiorum domuum, vel etiam ſacrum patrimonium, vel ſacræ noſtræ res priuatæ, vel ipſa ſacra noſtra domus, qualecunque ſubditis noſtris damnum irroget: neque facilè ſuccumbito, neque formidinem contrahito; ſed viriliter ſubditis præito, & ante omnia Deo pariter, ac nobis, & legi puras conſeruato manus: ſi quidem iiſdem iuramentis & hunc ſubmitti volumus, quibus & cæteros magiſtratus ſubmiſimus. Deinde cum codicillis percipito etiam Imperialia mandata, quæ tam ante nos legumlatores, quàm vetus illa reipublicæ forma nouit, & nos cùm penè obſoleuiſſent denuo reparauimus, & in rempublicam reduximus: vt ea ſemper adhibeat veluti in colloquium, & iuſſiones noſtras cuſtodiat. Nam ſi illas ſanè ſecutus fuerit: non eſt cauſa, quamobrem, non omnia illi præclarè, & ex animi ſententia occurrant, & legum beneficio ad ſummam ipſe in rebus gerendis facilitatem, & iuſtam facultatem perueniat.

CAPVT II.

❡ Principiò igitur (vt diximus) ſtudio illi ſit publicorum tributorum exactio, deuotis quidem humano paternóque ſe affectu exhibens, indeuotis verò vehementem, & ſeuerum. Deinde curam geret etiam reipublicæ, & vt rectè in ea, atque ordine omnia fiant, néve tumultibus, & ne ſeditionibus dediti ſint vel Boſtreni, vel alij, & quæ à vetuſtate permiſſa ſunt ad delectationem, ea conuertant in furorem, & cædes. Habebit item ſecundùm mandata noſtra dicto ſuo audientes milites (ſi quidem & hoc inde licebit deſumere) neque vllam omnino rem negliget, quæ commoditatem aliquam in ſe habeat. Quemadmodum enim in Ponto cũ Moderatorẽ egimus, ita & ipſum per eadem eius magiſtratus veſtigia ingredi

ingredi facimus. Eritque & ipſe ſpectabilis: & conſimiliter cùm alia multa, tum etiam ea, quæ appellationes concernunt, adminiſtrabit. Sed neque ad modum prioris duntaxat ſolatij reſiſtemus. Volumus enim, vt ipſe quidem per cauſam annonarum, & reliqui ſolatij percipiat quindecim auri libras: adſeſſor verò eius magiſtratus duas libras, & cohors eius nouem * auri libras habeat. Et quanquam (vt diximus) ex Imperialibus mandatis iam etiam militibus præeſt: erit tamen nobis curæ, vt nonnullos illic ſtatiua agentes militares numeros & ei ſubdamus, qui in hoc magiſtratum gerit, vt illi ſoli obediant, eiúſque formulis, ac præſcriptis cedant, & obtemperent. Non igitur communionem omnino habebit aliquam ſpectabilis Dux neque cũ militibus, quos expreſsè huic aſſignabimus, neque cum pagano aliquo, neque cum illorum litibus, ſi quas inter ſe habent, neque ſi paganorũ aliquis in ius producatur. Nullum denique habeat cum paganicis cauſis commercium: quandoquidem magnum in medio interuallum & inter ciuilem, & militarem adminiſtrationem: diſcernuntúrque ea inter ſe quemadmodum patres noſtri in republica iſta ordinarunt, & inſtituerunt: sciturо ſpectabili duce, quòd ſi rebus ſe ciuilibus immittere auſit: neque militaria retinebit; ſed & illis ſpoliatus priuatum aget, & huius magiſtratus Imperio ſubditus erit.

* Scrimger δώδ.

CAPVT III.

¶ Atque hæc nobis itẽ de magiſtratu regionis Arabicæ ſancita ſunto. Perſuaſum enim habemus voluntate Dei, quòd ea res ad melius profectura ſit. Ex quo enim neque pecuniis pepercimus, & annonas illi auximus: inde adeò certò ſcimus, quòd & is, qui hunc magiſtratum gerit, talem ſe circa verè publicorũ tributorum exactiones præbere ſtudebit, vt non damnum exinde, ſed iuſtum lucrũ fiſco adducat. Illud ſanè fieri, obtineréque volumus, vt ſpectabilis dux inde annonas ſuas percipiat, vnde prouinciæ præſes iuſſerit, cùm manifeſtarium ſit, non cum tanta eum ignauia his rebus admoturũ animum, vt ſuas ipſe annonas exigere nequeat: ſciens, quòd ſi quis hæc contrà fecerit, quindecim librarum auri pœna mulctabitur. Dat. vj. Kal. Iun. Conſtant. D.N. Biliſ. V.C. Conſ.

DE PROCONSVLE PALÆSTINÆ.

TITVLVS IV.

Nouella conſtitutio ciij.

Scripta Ioanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

IAm quidem & alios gentium præſidatus maiores reddidimus, qui priùs humiles pariter erant, & ad aliquid fortiter agendum impotentes: & tam inter ſpectabiles ipſos conſtituimus, quàm etiam annonas ipſis, adſeſſoribúſque, & cohorti auximus: & inter alia omnia, quæ benignè illis elargiti ſumus, vt item de appellationibus cognoſcerent, præbuimus: alióſque honore proconſulum exornauimus; alios (vt appellant) comitum, alios prætorum, alios denique moderatorum: & ſemper præclaro aliquo adinueniendo, nouum veluti florẽ noſtræ addimus reipublicæ. Venit autem nobis in mentem & metropolis Cæſarea, quæ in prima Palæſtina principatum tenet, quam præ cæteris maiore etiam honore perfrui oportebat: propterea quòd & quondam proconſul ipſam tenuit, & præfectus illi talis magiſtratus fuit, licèt poſtea ab ampliore dignitate ad minorẽ tranſierit: nimirũ cùm vna priùs tota Palæſtina eſſet, ea deinde in tres diuiſa partes, & neque proconſulatum retinente; ſed ad magiſtratum hunc (vt appellãt) ordinarium delata. Quanquam ſanè & vetuſta vrbs ſit, & ſemper ampli nominis fuerit, tam cùm Strato primus eam in formam vrbis redegit, qui mutatis ſedibus excedens Græcia huius conditor extitit: quã cum diuæ memoriæ Veſpaſianus celebratiſſimus ille Imperator, qui piæ memoriæ Titi pater fuit, quod illi ad ſummam gloriam vel ſolùm potuit ſufficere, ipſorum Cæſarum appellatione eam nominauit, cùm antea Strationis turris vocaretur: hoc illi honore impenſo, eò quòd in ea poſt Iudaicas victorias inter Imperatores adſcriptus eſſet.

1. ¶ Cernimus autem quòd & magnæ, admirãdæque regionis Imperium habeat ea prouincia, & quam maximam reipublicæ noſtræ gratiam, & ſenſum exhibeat, tam tributorum magnitudine, quàm deuotionis exuperantia, præbeátque ampli nominis ciuitates, ac bonos ciues enutriat, & omni doctrinarum genere refertos, neque non inter ſacerdotes celebres, & (quod omnium maximum eſt) quia vniuerſi conditor Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Verbum illud Dei, & totius humani generis ſalus in ea comparuerit, dignatúſque ſit aſſumere noſtra.

CAP. I.

¶ Hanc igitur quomodo non honore afficiamus, & prouehamus ad formam proconſularem, concedamúſque illi, qui in ea defungitur magiſtratu, vt proconſul pariter ſit, & vocetur, id quod facimus per hãc pragmaticam formam? Appellari autem eã volumus, & Cæſarienſium priuilegium. Et qui eũ magiſtratum gerit, proconſulem efficimus: præbemúſque ei, vt inter ſpectabiles adſcribatur, & omnia habeat, quæ eiuſmodi magiſtratus ſunt propria; audiat etiã prouocatione ſuſpenſas lites vſque ad decẽ auri libras, quæ ex vtraque ad ipſum Palæſtina deuoluuntur: valeátque omnino talis exiſtere, vt iuſſiones noſtras præclariùs, & maioribus cum viribus queat ad effectum deducere. Vtetur autem & veneranda illa, atque * antiqua Veneta (de purpurea planè ſtola loquimur) in ſacris eã menſium feſtis induens, venuſtúmque ſe præbeto tãto redimitus honore, & multis imperato militibus ac tantis: & quicquid denique vel publico, vel noſtris vtile eſt ſubiectis, facito. Cæterùm per occaſionem annonarum præbemus illi viginti libras auri, quas tam inter ſe, quàm adſeſſorem ſuum, & obtemperantem ſibi cohortem diuidat, quo ipſe voluerit modo, per ſuggeſtionem nos de iis certiores reddens, vt ſacra pragmatica forma eam diuiſionem corroboremus. Neque enim ſuſtinuerimus videre, aut vt ipſe, adſeſſórque eius ſub priſtina tenuitate annonas percipiant; aut vt cohortem eius, quanquam circa tot tributorum illationes laborantem, periclitantémque, omni deſtitutam auxilio, non ſubleuemus, quò maiore cum beneuolentia & illi appareant, & publica tributa exigant, & iniuſtis rapinis abſtineant.

* Interpres legit, τὰ ἀρχαῖα. Sed legendum eſt ex Scrimgeri Codice, τὰ βένετα.

CAPVT II.

¶ Inſuper nullam omnino cum ciuilibus cauſis, publicorúmque tributorũ profligationibus communionem habebit pro tempore ſpectabilis eorũ locorum dux: ſed ipſe omnes publicas, priuatáſq; cauſas (prout dictum eſt) diſceptabit, & maximè omnium prouidebit, vt publica tributa ſine retardatione, detrimentóque inferãtur, & puris ipſe vtatur manibus. Qua quidem re diligenter obſeruata, cùm & ſpectabilis vir Stephanus, qui nunc primus in ea verſatur, magnam laudem conſecutus ſit: prorſus in eam opinionem venimus, ſumpta videlicet ex antecedentibus coniectura, quod rurſus hoc faciet. Maximè omnium verò curam geret, vt quæque ſuo ordine fiant in ciuitatibus,

neque popularis aliquis tumultus excitetur in vrbibus. Siquidem & hoc eius, cùm in magiſtratu eſſet, proprium fuit: qui cùm prouinciam tum ex aliis occaſionibus, tum verò maximè ex diuerſitate religionũ ſeditionibus laborantem ſuſcepiſſet, euidenter pacatã eam reddidit, & omni motu, ac turba liberauit: quod ſanè nunc illi quoque, vt faciat, iniungimus. Et ſi quando res ita ferat, vt etiam in ſecundam Palæſtinam excurrat, & ibi tumultus ſedet, neque committat, vt incommodè aliquid in illa geratur, & præſertim in illa: quandoquidem & multos illic tumultus exiſtere cernimus, neque leues horum euentus.

CAPVT III.

¶ Quòd ſi etiam militibus indigeat, qui in prouincia ſtationes habent: adiungimus & hos illi, ex quo militarium numerorum ſtrenuitatem compertam habemus, tam in tuenda dignitate vrbium, quàm conſeruanda moderatione in iis, qui ruri habitant, & exigendis tributis publicis. Sacra pragmatica forma, quæ ad eam illi rem priùs data eſt, nunc quoque rata manente, quæ non vult, vt vel ſpectabilis dux, vel glorioſiſſimus magiſter militum licentiam habeat militum præſidia, quæ apud illum cõſtituta ſunt, ab illo abſtrahendi, ne quis exinde in ciuitatibus oriatur motus, ac turba: id, quod nunquam euenturum eſt, ſi ille, & ciuilem magiſtratum gubernet, & inter publicorum tributorum collatores rectæ diſciplinæ prouidentiam accommodet, tam in auxilium paratos habens milites, quàm ſi quid indecorè, vel ab ipſis, vel ab aliis per ipſos geratur, corripiens.

1. ¶ Eruntque omnino inter ſe diſtincti officiis ſpectabilis locorum Dux, & is, qui proconſularem gerit magiſtratum. Nam ille quidem militibus & limitaneis, ac fœderatis, & quicquid omnino in prouincia armatæ militiæ aſcriptum eſt, præibit, exceptis his militibus, qui proconſuli deputati ſunt. hic verò tam ciuilibus perſonis, quàm rebus, & præſidiis militum illi adhærentibus prouidentiam adhibebit, & cuſtodiam. Certè publicorum tributorum nomine, aut per cauſam motæ in populo ſeditionis nemo prorſus à ſpectabilis proconſulis iuriſdictione eximetur: ſed omnibus imperabit, omnibus præcipiet, neque quiſquam eius reſiſtet formulis, ac diſpoſitionibus, aut vllum habebit prætextum vel defraudandi publicũ, vel ciuibus inferendæ iniuriæ, publicæ ſeditionis auctor factus: aut etiam vtetur vel cinguli, vel dignitatis, vel ſacerdotij, vel cuiuſlibet alterius cauſæ prærogatiua: ſed eo ſolo ſeipſum noxa liberabit, & ſupplicio, ſi nullam noxam contrahat.

2. ¶ Hæc igitur (vt diximus) & huic magiſtratui concedimus, & conſeruare perpetuò per hanc ſacrã pragmaticam legem volumus. Sed & vt excellentia tua perpetuò ipſam conſeruet, & eo modo particularibus thronorum tuorum diſpoſitionibus ac formulis adſcribat, ſancimus: neque non vt omnes Palæſtini, qui in ſequẽti futuri ſunt tempore, cognoſcant, quòd denuò proconſulare ipſis ius reſtitutum ſit, ſummúſque in prima Palæſtina magiſtratus Proconſul rurſum ſit, vt olim, qui liberatus priſtino faſtu, nunc in honore, quàm qui ciuitati debeatur, futurus ſit maiore, & priore liberatã ſupercilio, in maiore nunc honore erit, nempe ciuitati debito.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, ea ſtudeto excellentia tua effectui, & fini tradere.

Nouella 104. (quæ Latina fuit) epitome partim ex Haloandro, partim ex Iuliano.

DE PRÆTORE SICILIÆ.
TITVLVS V.
Nouella conſtitutio ciiij.

Habeto Sicilia prætorem, qui & res ciuiles tractet, & curam gerat militaris impenſæ. De officio quæſtoris, & Haloan. Ex Haloand. Ex Iuliano.

1. ¶ Publica tributa Siciliæ non pertinent ad ſolicitudinem prætoris, ſed cenſentur ſub Comite patrimonij Italiæ.

2. ¶ Prouocationes à Sicilia in hanc ciuitatem venientes apud excellentiſſimum quæſtorem ventilentur. Et ſi defenſorem ciuitatis, vel patrum creandorum decreta opus ſit celebrari, apud eundem illuſtriſſimum virum celebrentur.

DE CONSVLIBVS.
TITVLVS VI.
Nouella conſtitutio cv.

Idem Auguſt. Strategio Comiti ſacrarum largitionum, exconſuli, & patricio.

Conſules, & eorum vxores, & matres in ſeptem ludis, & proceſſibus poſſunt ſpargere argentum, & ex argento populum muneribus honorare: aurum autem eis ſpargere non licet, quia ſoli principi aurum cõtemnere cõuenit. BART.

PRÆFATIO.

Conſulatus [a] nomen, & cauſa priſcis quidẽ Romanis aduerſus hoſtiũ adinuentum eſt vtilitatem: & in decretis [b], quæ eis ordinatio cõmunis dabat reipublicæ figura[c], ſortiebatur repentè prouincias, in quibus [d] Romani bellum habebant: & ſecundùm has ſortiebantur faſces [e]. ſequens verò tempus Imperatorum piiſſimorum tranſponens bellandi, & pacificãdi poteſtatem, ad largitatem, ſolam cauſam conſulibus mutuauit, & hanc temperatam, & ordinatam, menſurámque non excedentem: paulatim verò quidã ita ſumptuosè cauſam aggreſſi ſunt, vt ſuam quidem ederent magnanimitatem, non tamen cogitarent, quia exemplum aliud non haberent. nõ enim ad plurimos venit ſubſtantiæ magnitudo tranſcendens [f] etiam magnificentiam animæ, non menſura rei; ſed propria magnitudine proueniens. Quia igitur videmus periclitari conſulum nomẽ, quod ex temporibus ita prolixis, & ad milleſimum propè annum veniens, cum Romanorum republica pullulauit: præterea credimus oportere cauſam comprehendere, & immenſitatem eius recidentes †, ad beneplacitas conſulares ſtatuere expenſas: quatenùs continua ſit Romanis, omnibus autem bonis viris exiſtat acceſſibilis, quoſcunque huiuſmodi nos dignos eſſe honore decreuimus. Cuncta ſiquidem perſcrutantes perſpeximus quantum eſſe conueniat quod datur. A Marciano itaque Imperatore eximio ſcripta lex [g] eſt, quæ volebat non ſpargere pecunias conſules. & ipſa eius conſtitutionum prima fuit. Igitur & poſt prædictam conſtitutionem, quoniam inuenimus quod quidam hanc ſequentes, nihil

† Reſcindendo.

DE CONSVLIBVS.

a *Conſulatus.* hic ponunt quidam peſſimam notam, ſcilicet hanc, hæc conſtitutio nihil [a] valet. Sed certè imò valet ad multa notabilia, vt notatur circa ipſam literam. dic ergo in primis antequam ad notabilia tituli veniamus. Conſul [b] dicitur qui conſulit reipublicæ: *vt ff. de origine iur. l. ij. §. exactis, ij.*

a Hic titulo quem vim, quamve literas habeat.

b Conſul qui dicatur.

b ¶ *In decretis.* electionis. ACCVRS.

c ¶ *Figura.* id eſt, æqualitate.

d ¶ *In quibus.* i. contra quas.

e ¶ *Faſces* i. honores.

f ¶ *Tranſcendens.* id eſt, dicere: non [e] tranſcendens menſuram rei, vt expendas plus quàm poſſis: ſed ſecundùm propriam menſurã proueniens ex animi virtutibus: quod eſt notandum. & facit ſ. *vt deter. ſit num. cler.* §. j. *in h. coll.* j. ACCVRS.

e Expēſa pro menſura rei facienda.

g ¶ *Scripta lex.* Cod. *de conſulib. in l. ij. lib. xij.*

a ¶ *Mo*

nihil ſpargere populo paſſi ſunt: alij autem & vltra legem agere hæc petentes, & promerentes quæ pertinuerunt, deinde ad ſui animi reſpicientes menſurã, circa aſperſionum largitatẽ vltra terminum celebrauerunt: quidam verò † medium ª benè eligẽtes, mediocrib. pro plurimis contẽti fuerũt: quoniam etiam nos præcedentibus quod medium eſt, optimum vuum eſt eſſe, tãquam ex vtroque ſummis periclitãtib. mox ad immenſitatem procedere: propterea exiſtimauimus & nos de hoc definire quod decet: vt nihil nec immẽſum ᵇ, nec inordinatum ſit, neque noſtrorum temporum indignum.

CAP. I.

¶ Quantumcũque ergo competens eſt dari ab eo, qui à nobis eligitur per annum conſul, occaſione ſportularum omniũ, & diſtributionum, & expenſarum: hæc omnia cõpetenti ſcriptione ᶜ huic noſtræ interponi ſacræ iuſſimus legi. In legis enim hoc ponimus ſchemate, vt trãſcendenti etiã pœna quædã inferatur competẽs. Reditus autem eorũ immunitos omnes eſſe volumus. Si enim hoc adinuẽtum eſt, vt ſpectacula ᵈ ad animi voluptatem agãtur populo; hęc autẽ à nobis determinãtur in Circenſib. & beſtiarum ſpectaculis, & thymeles delectatione, nullo horum noſter priuabitur populus: ſed erit quidem ei proceſſus primus, quo ſuſcepit conſulatũ, & huius poſſidet codicillos, Kalen. Ianuarij ᵉ. poſt illum verò ſecundum aget ſpectaculũ certantium equorum (quã hippomachiã vocant) ſemel exhibendum: & poſt illud, quod dicitur totius diei, multa delectatione implebit populũ: hoc, quod vocatur Græcè μονομάχιον, & eum beſtiis pugnantes homines, & vincẽtes audacia, inſuper & interemptæ beſtiæ. Quintũ quoque faciet proceſſum quod ad theatrum ducit, quem adorna ᶠ vocãt: vbi in ſcena ridiculorum eſt locus tragœdis †, & thymelicis ᵍ choris, & ſpectaculis vniuerſis: aut quod à iudicib. apertum eſt theatrum, rurſus quidẽ ſpectaculum equorum certantium edit, ſeu quæ vocatur hippomachia. Sextum agens hunc conuentum, ex hoc deponit annalem hunc honorem, in depoſitione agens ſolemnem editionem: & ita ſeptem noctium, & proceſſium complebitur curſus: nullam ſpecierũ antiquitus ſtatutarũ derelinquẽs. Vnam ſiquidem aliam adinuenire hippomachiã, duóque continuare, quæ vocãtur theatrum, & amphitheatrum, & non priorum horum contentos eſſe palam eſt, quia nihil noui vltra id, quod priùs agitur, habet. Sufficere itaque ritè cauſa putabitur: & ſingulæ dantur clarè, & non in tantùm vt iam populo etiam odibile ſit. in eis enim, quæ rarò fiunt, miraculum eſt ʰ. Hæc itaque de conſularibus à nobis ſcripta, & determinata ſunt expenſis.

CAPVT II.

¶ Si autem etiam vxorem conſul habeat: definita eſt à nobis & circa illam expenſarum menſura. decet enim frui eas & coniugis claritate ⁱ. Si verò non copulatus eſt vxori, his ſatis eſt, niſi mater eius conſtat iam conſulatu digna: & priùs honorata, & velit eam vnà frui ſecum ſchemate, & hoc in ſola matre præbemus: aliã verò non decorabitur mulier penitus præter coniugem, & matrem: & illæ quidem omnibus modis: quoniam vxores coruſcant radiis maritorum, hoc lege dante: matres verò, ſi conſul hoc voluerit ᵏ. nam neque filia ˡ, neque ſoror fortè, neque vxor filij: & multò magis ſi nec pertinens ad genus ſit. hoc enim purè illicitum exiſtebat.

1. ¶ Spargere autem in ſeptem his proceſſionibus populo conſulẽ meliùs nos deſignauimus: ſicut Marciani diuæ memoriæ conſtitutio dicit ᵐ. Illa quidem abnegauit omnino munificentiam: nos autem corrigimus eam cauſam voluntate eius, qui conſulatus habet honorem, diſponentes: ſiue enim nihil voluerit ſpargere, non cogimus, ſiue rurſus venire ad hoc voluerit, & ex argento muneribus honorare ⁿ populum, nec hoc interdicimus. non tamen aurum ſpargere ſinimus, non minoris alicuius, non maioris omnino, non medij characteris, aut ponderis: ſed argentum, ſicut prædiximus. ſoli enim aurum ſpargere damus imperio, cui ſoli etiam aurum contemnere præſtat fortunæ faſtigium. argentum, verò, quod mox poſt aurum ᵒ precioſiſſimum fiet, & aliis conſulibus largimur decens: & hæc ſinimus eos ſpargere quæ vocãtur miſſilia †, thymelicis, & caueis, & in quadrangulis, & talibus, quãtò enim minora ſunt quæ ſparguntur, tantò plures ſuſcipientes erunt. ſitque rei menſura, dantis virtus, & voluntas, ſiue nihil, ſiue mediocre, aut tranſcendens populo erogandi. hoc enim in conſulatu definimus, neque inuitos ſpargere cogentes, neque volentes prohibentes. Sed de argento quidem ſpargendo ita à nobis ſancitum ſit. & ſi omnino ad hoc acceſſerit, licentiam habeat diſtribuendi argenti munificentiam in ſuis proceſſionib. ſicut ipſe rectè ſe habere putauerit: ſolo prohibito aurum omnino iaculari: quod Imperatori ᵖ tantùm tributum eſt contingere.

2. ¶ Aliorum autem, quæ à nobis decreta ſunt, & conſcripta in deſcriptione, quæ hac continetur lege, tranſcendi aliquid omnino, aut addi nos nullo permittimus modo. Quod itaque definitum eſt (dicimus autem ſpargere) in dantis ponimus voluntate: omnino propriæ poteſtatis hoc eius, qui dat, facientes: quod verò à nobis definitum eſt ſemel, & ordinatum, tranſcendi hoc noſtra lex prohibet. Sed ſi quis præſumpſerit, quod definitum eſt egredi, centum librarũ auri perſoluet pœnam, vtpote noſtra præuaricatus præcepta, & omnem huius legis corrumpens, quantum in ſe eſt, intentionem. Si enim pro hac tanturmodo poſita eſt lex occaſione, ne dandorum immenſitate conſulatus deſint, & propterea nos ſuperfluas illas donationes & expenſas abbreuiauimus, & in populum effuſas proceſſiones, & ſpectacula ad benè ſe habentem deduximus menſuram: ritè aliquid decentius denumerauimus conſiderantes, id ſpargere argentum, & neque quicquam dare, eorundem conſulum dimittentes voluntatibus, vt nobis ſint amplius, & ſemper

ex

a ¶ *Medium.* ¶ Nota mediumª eligendũ: vnde dicitur, *Medium tenuere beati.* & illud Ouidij: *Medio tutiſſimus ibis.* & facit *ff. de offi. procon. l. ſolent. §. fi. & Inſtit. de rerum di. §. cùm ex alie.* ibi, *placuit media. & Inſtit. qui manumit. non poſſ. §. vlti.* Accvrs.

b ¶ *Immenſum.* ¶ Nota reprobari immenſitatem ᵇ: ſic & *ſ. vt determ. ſit num. cler. in pri. & ſ. de reſe. §. fi. & ſ. de nupt. §. deinceps. argum. contr. ſ. de non eligen. §. ſinimus. coll. j.*

c ¶ *Scriptione.* centum lib. auri.

d ¶ *Spectacula.* ſic *Co. de ſpec. l. j. & de fer. l. ſ.*

e ¶ *Ianuarius.* ¶ Not. quẽ adipiſci honorem ᵉ in Kal. Ianuar. ſic *ff. de condi. & demon. l. Publius. & ff. de pet. hære. l. item veniunt. § prædo.*

f ¶ *Adorna.* genus ludi eſt.

g ¶ *Thymelicis.* ſic *ff. de his, qui notan. inf. l. athletas in prin.*

h ¶ *Miraculum eſt.* vnde dicitur, *Omne rarũ* ᵈ *charum: vt hic. & infrà, vt ſine prohi. ma. §. j. & ff. de leg. & Senatu. l. nam ad ea.* Accvrs.

i ¶ *Coniugis claritate.* conſonat quod ſtatim ſubiicit, *& quoniam vxores, &c.* vt ſi ᵉ maritus eſt conſul, & hæc conſularis dicatur: licèt alia, quæ eſſet vxor nobilioris, ei præferatur: *vt ff. de Sena. l. j. quæ hic eſt ſignata contrà.* & hæc ſunt vera matrimonio durante, ſeu iam diſſoluto, antequam ᶠ nubat homini inferioris dignitatis: *vt C. de nupt. l. cùm te. & ff. ad muni. l. filij. §. j. & ff. de Senat. l. fœmina. & Cod. de dign. l. mulieres. & ſ. tit. j. §. non tamen.* Accvrsivs.

k ¶ *Voluerit.* ¶ No. honorem deferri ad ᵍ ſuperiorem, ſ. matrem per filium. *Sed contrà, ff. de Sena. l. j.* Sol. vt ibi: quia hic ſpeciale.

l ¶ *Nam neque filia.* arg. *contrà. C. de epiſc. & cle. l. eum.* Accvrs.

m ¶ *Conſtitutio dicit.* de qua paulò antè fecimus mentionem: *vt C. de conſul. l. ij.* quæ ſtatim hic corrigitur. Accvrs.

n ¶ *Honorare.* ſic *Inſtitu. de rer. di. §. hoc amplius.* Accvrsivs.

o ¶ *Poſt aurum.* ¶ No. ʰ aurum precioſius metallum: & poſt aurum argentum.

p ¶ *Imperatori.* ¶ Not. ſolum principem ⁱ debere habere aurum. & facit *C. de agri. & cenſi. l. domino. lib. xj.* Accvrsivs.

a Mediũ omnibus in reb. eligendum.

† Concord. c. 1. extra de eſſe. vaſ. & c. quæ conc. de eſſe de leg.

b Infinitas reprobanda.

c Honores Ianuarijs Kalẽdis dabantur.

d Quæ rara, chara.

e Conſularis mariti vxor, conſularis dicitur.

f Dignitas quæſita nuptijs, amittitur, ſi vxor nubat poſtea inferiori.

g Dignitas plerumque aſcendentibus quæritur ex perſona liberorum.

† Vide. Alc. in lib. 10. Cod. de aurum.

† Vide. Alc. in lib. 10. Cod. de aurum.

h Aurum metallorum eſt precioſiſſimum.

i Aurum ſolus princeps habere debere.

a Nomē debet eſſe conſequens rei.
b Conſul vnde dictus.
c Ebrietas.
d Iudices digni honorandi.
e Breuiatores qui.
f Princeps eſt lex animata in terris.
g Trabea.

a ¶ *Ex ſuo vocabulo.* nā nomē [a] debet eſſe conſequens rei;cùm [b] conſul a conſulendo dicatur *ſic Inſtit. de donat. §. eſt & aliud. & C. de epiſ. & cle. l. decernimus.*
b ¶ *Per fuſtes.* ſic *&* in *praæ. ff. circa fi.*
c ¶ *Potationibus.* ¶ No. de ebrietate [c], & potationibus. *ſic C. de adulter. l. quæ adulterium.*
d ¶ *Spe lucri.* ſic *ff. de pet. hær. l. ſed & ſi. §. quod autem quæ.*
e ¶ *Memoriam.* ſic *infrà vt proponatur nomē Imperatoris.*
f ¶ *Dignos.* ¶ No. iudices [d] dignos honorandos ſic *C. de offi. ciui. iud. l. j.* Accvrs.
g ¶ *Immortalem* ſic *ſ. quomodo . op. epi. C. ſi. & auſr. vt prepo. no impera. in prin.*
h ¶ *Deſcriptionis.* id eſt, ſcripturæ. Accvrs.
i ¶ *Breuiatores* [e]. id eſt, qui breuiationes ſcribunt. Alb.
k ¶ *Legem animatam.* ¶ Not. principem [f] eſſe ipſam legem animatam in terris. & facit ad hoc, *C. de leg. & conſti. l. digna. & C. de teſt. l. ex imperfecto. & ff. de l. . . . ſenatuſcon. l. princeps. & ff. de lega. i. . l. ex imperfecto & Inſt. quib. mo. teſt. infirm. §. j.* Accvrs.
l ¶ *Trabea.* veſtis cōſularis, de qua fit mentio *C. de conſuli. l. j. lib. xij.* Accvrs.

DE

ex ſuo vocabulo [a] tempus adornēt: qui quod diſpoſitum eſt, tranſcendit, ritè, vtpote noſtram præuaricatus legem, dignus eſt pœna. ſic enim nobis erūt iugiter conſules, cauſæ immenſitatem non formidantes, nec tanquam certiſſimum periculum conſulatum refugientes & auerſantes. & propterea ſancimus legem hanc ſub firmitate ſeruari.

3. ¶ Nullus igitur eam egredi præſumat, nec ſi vehementer idoneus ſit nec ſi noſtrorum ſit iudicum, nec ſi maximæ curiæ, aut nulli adminiſtrationi præſit. Hæc enim omnia nos conſiderantes, omnibus propoſuimus ſuper donationibus æqualitatē, nulli penitus licentiam dantes exire menſuram, quæ hac continetur lege, niſi in ſolo argento in proceſſionibus ſpargendo, aut neque hoc faciēdo: quod in eorundem conſulum poſuimus (ſicut ſæpe diximus) voluntatibus. Ipſis quoque, qui hoc accipere conſueuerūt, maximæ gratiæ in hac noſtra repoſitæ ſunt lege. ſi enim periculum erat deficientibus conſulibus neque quicquam accipere, nunc autem accipient mediocriter, multum habebunt ritè huic legi gratiam, quòd ſufficiat pro nihil offerente. & hoc enim ipſum non permittere nos glorioſiſſimis conſulibus aut aurum ſpargere, aut vaſa maiora; ſed in miliareſiis, & melis, & caneis, & quadrangulis mediocribus, & huiuſmodi facere donationem: ſanctio ad humanitatem à nobis adinuenta eſt, & populo medelam præbens. Si enim hoc egerint, qui conſularem edent munificentiam, & his ſolis concilient populares, nequaquam de maximis lucris decertantes ſeditiones exercebunt ad inuicem, & venient vſque ad alternas plagas quas per fuſtes [b], & gladios, & lapides egerant frequenter; rem omninò nobis odibilem. Videbamus enim eos contendentes quidem, & malis innumeris implentes alterutros occaſionē ſparſorum, & ab eis arreptorum: domum verò referentes omnino nihil: ſed ea die in ebrietatibus & potationibus [c] omnia expendentes. Si verò, forſitan ſpe lucri [d] maioris etiam pr[æ]expendiſſe contigerit, poſtea verò aut nihil, aut minus accipiat: etiam damnum & debitum habebit, & plagis, & vulneribus, & ex hoc malis incurrere cogetur. Si autem mediocre ſit, quod ſpargitur, nec vehementer contendet: nec quæſtus expectantes, abundantia vulnera, aut plagas alterutris vltra menſuram dabunt. Ideoque communem prouidētiam introduximus ex hac lege, & communi reipublicæ figura, quatenus tempus habeat poſt imperium & conſulis iugem memoriam [e], atque vocabulum, glorioſiſſimis noſtris iudicibus, & quia ex maxima curia ſunt (eò quòd honorare nobis placet dignos [f] non expendentes immenſè) decentem damus conſolationem & noſtro populo, & aliis omnibus, licèt deſperantibus tam cauſam: propterea quòd ſuperfluum eſt auferentes, vt conſulatum immortalem [g] reipublicæ ſtatuamus.

4. ¶ Subiaceat igitur (ſicuti prædiximus) noſtra diſpoſitio huic legi: cuius exemplaria recondentur in foro tuæ celſitudinis cum hac lege, quam ad eam direximus. Per tempora tamen glorioſiſſimos conſules ſancimus ex ſolo tuo foro exemplar deſcriptionis [h] accipere huic ſubditæ legi, vt ſecundum eam omnia dentur. Deſcriptionem namque ideo à ſede tua dari volumus, vt nec ipſis liceat præuaricari, nec his, qui vocantur breuiatores [i], adulterari aliquid horum, quæ à nobis diſpoſita ſunt: ſed periculo cuſtodientium hāc deſcriptionem in foro tuæ gloriæ, dari exemplar eius cum ſubſcriptione cingulum habentis hoc; cui nunc ipſe præſides: vt per omnia inadulterata maneant quæ à nobis diſpoſita ſunt. Difficultatem verò nullus habebit horum, qui ad conſulatus veniunt honorem, ſi mediocrem ita faciens expenſam in omni tempore fiet. Etenim omne quicquid hactenus conſulatus habentes honorem, & ex foro tuæ celſitudinis, & ex glorioſiſſimis præfectis noſtris, aut etiam aliunde per munificentiam noſtram percipiebant, & nunc eis dabimus: ab eis quidem faciendas expenſas abbreuiantes: à nobis autem largitatem non minorantes. Omnibus autem à nobis dictis, Imperatoris excipiatur fortuna: cui & ipſas Deus leges ſubiecit legem animatam [k] † committens hominibus, eò quòd Imperatori quidem iugis, & indeſinens conſulatus omnibus ciuitatibus & populis, & gentibus in ſingulis, quæ placent diſtribuerit, adueniet: aut cùm ipſe annuerit trabea [l]: ideoque & imperij conſulatus per omnia ſit ſequens ſceptra.

† Sic Pan. citat hunc etiam locum [illegible]

EPILOGVS.

¶ Tua igitur celſitudo hanc noſtram ſuſcipiens legem, perpetuò eam in ſua manere fortitudine procuret ſecundùm omnem, quæ in ea continetur, virtutem legis. Scriptum exemplum Ioanni glorioſiſſimo ſacrorum prætoriorum præfecto iterum exconſuli, & patricio. Scriptum exemplar Longino prudentiſſ. & glorioſiſſ. præfecto huius almæ vrbis.

DE VSVRIS NAVTICIS.

TITVLVS VII.

Nouella conſtitutio cvj.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Petro † glorioſiſſimo præfecto ſacrorum prætoriorum.

† al. ſecun.

PRÆFATIO.

NVncium audiuimus à tua celſitudine, cui occaſionem nos ipſi præbuimus. Duos enim iſtos Petrum, & Eulogium ſupplicaſſe noſtræ ſacræ poteſtati, & per ſe explanaſſe dicentes quòd conſueuerunt naucleris, ſeu negociatoribus mutuare, & maximè in mari negotia facientibus, & hanc vitæ habere occaſionem. Ipſa verò marina credita vocare noſtra conſueuit lex traiectitia, & metuere eos, vtpote dubitationibus hincis extortis, oportere propterea fieri manifeſtum quæ valeat ſuper his conſuetudo, vt ſacra noſtra in hæc procederet iuſſio, quæ conſuetudinem ad certiſſimam duceret formam. Itaque nos delegantes tibi dubitationis naturam cognoſcere, & hanc ad nos deducere: quatenus manifeſta nobis facta, quod videretur lege comprehenderetur perpetua: tuámque gloriam hoc à nobis agere iuſſam, conuocaſſe naucleros, quibus hæc mutua curæ ſunt, & interrogaſſe quæ aliquando antiqua conſuetudo

tudo fuit. Illos autem & iuſiurandum adiicientes teſtimonio,perhibuiſſe, modos eſſe varios taliũ mutuorum; & ſi quidem placuerit creditoribus in ſingulis ſolidis pecuniarum, quas dederint, vnum tritici modium,aut hordei imponere, qui mercedem publicis præberent telonariis:ſed quantum ad ipſos ſine telonio nauigare naues,& hunc habere fructum, & harũ quas crediderint pecuniarum, & inſuper etiam pro decem aureis vnum percipere ſolidum pro vſuris: in ipſos autem creditores reſpicere ex euentibus periculum. Si verò non erumpant hanc viam creditores: octauam partem percipere pro ſingulis ſolidis nomine vſurarum, non in tempus aliquod certum numerandum: ſed donec naues reuertantur ſaluæ. Secundùm hoc autem ſchema contingit forſan & in annum extendi tempus, ſi tantum foris moretur nauis, vt annum, aut terminos ſuos ſumat,aut etiam tranſcendat: citiùs autem ea remeante,tempus in vnum ſolum, aut duos trahi menſes: & ex tribus ſiliquis vtilitatem habere: vel ſi ita breue ſit tempus, vel ſi apud alterum extra debitorem maneat debitum, hoc idem valere: aliam rurſus negotiatoribus profectionem aſſumentibus, & per vnumquodque onus definiri ſchema, ſecundùm quod competit mutuũ, aut manere aut permutare ſecundùm pactum, quod ob hoc conuenerit partibus. Si tamen poſt reuerſionem nauis ſaluæ, nequaquam nauigare propter tempus valentes reuertantur: triginta ſolùm dierum inducias dari à creditoribus debitoribus, & nihil pro debitis vſurarum cauſa exigere,donec vendi contingit onus,parentes apud alium eſſe debitum non reddendum,duas partes centeſimæ dominis pecuniarum dare vſuras, & mutuare & mox mutuum in terrenum tranſponere modum, nequaquam maritimis periculis creditoribus moleſtandis. & hæc omnes dixiſſe cum iureiurando perhibentes teſtimonium,quæ ad nos nunciaſti,vt nos ſanciremus quod nobis videretur: & ſuper his dicebas hæc noſtræ nunciare poteſtati.

CAPVT I.

¶ Nos igitur & ipſa legentes geſta, & cauſam edocti, ſancimus ſecundùm quod teſtatum eſt coram tua celſitudine, ita nunc & deinceps in omne tempus tenere, eò quòd neque iam poſitis repugnet legibus vt oporteat nũc,& de cætero ſecundùm quandã propriam legem in naucleris,aut negotiatoribus ſuper talium cauſarum hæc ſeruari litibus & ſecundùm dictum modum prædictarum pactionum ita fieri etiam euentus, & alia omnia,quæcunque in priorib. teſtata ſunt apud ſedem tuam, vnde ſecundum propriam legem teneant in naucleris, aut negotiatoribus. Quod enim longis ita ſeruatum eſt temporibus, & tenuit immutabiliter, ſicut teſtimonia apud tuam gloriam definierunt: quomodo non eſt iuſtum & in aliis omnibus valere,quæ poſtea erunt, & eſſe hanc eis rerum tranſactionem ex propria lege valentem, & altera quadam diſpoſitione non egentem: ſed in naucleriis, ſeu negotiatoriis occaſionibus in omne tempus valentem, vtputà generalem exiſtentem legiſlationem, & naucleris, ſeu negotiatoribus & eorum contractibus expoſitam? Quæ debet etiam pars fieri iam à nobis poſitarum legum,& iudicantes ad hanc reſpicientes proferre ſententiam.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, tua celſitudo iugiter ſeruare feſtinet.

DE TESTAMENTIS IMPERFECTIS A parentibus in filios factis: & de diuiſione rerum [a] à filiis coram parente,& de eius facultatibus facta,& ſubſcripta.

TITVLVS VIII.

Nouella conſtitutio cvij.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Baſſo magnificentiſſ. comiti deuotiſſ. domeſticorum locum obtinenti Ioannis glorioſiſſ. prætoriorum præfecti,iterum exconſuli, & patricio.

Teſtamentum militis ſcriptũ notis valet. l. Lucius ff. de mil. teſt. *Pagani non valet, & ſecundùm noteriam non datur bonorum poſſeſſio.* l. ſed cum patrono. §. vlt. ff. de bon. poſ. *niſi facta ſit inter liberos ſuos,vel emancipatos,ex Conſtitutione Conſtantini.* l. 1. Cod. Th. fam. erc. l. vl. C. eod. *vel etiam inter quoſcumque liberos ex Conſtitutione Theodoſij* l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. *quod hac Nou. tollit. Vult enim etiã inter liberos omnia, etiam vnciarum modum claris literis perſcribi: quod & de omnibus numeris Baſilium Macedonem conſtituiſſe in omnibus inſtrumentis Cedrenus ſcribit. Alia tamen ratione ſi imperfectum ſit teſtamentum factum inter liberos, ſanè valet quantum ad portiones eis adſcriptas.* d §. ex imperfecto. *legata, aut fideicommiſſa, aut libertates non debentur, portiones extraneis adſcripta non debentur, niſi propinquis, vel vxori, vel alumno, vel aliis perſonis, quib. veriſimile eſt omnimodo preſtare teſtatorem voluiſſe,* ar. l. in teſtamento. ff. de fid. lib. *Ex hac Noue etiam extraneis liberi ex imperfecto teſtamento preſtare debent legata, ſi modò holographum, & teſtibus palam nuncupatum teſtamentum fuerit.* Item ex hac Nou. *teſtamentum imperfectum factum inter liberos non rumpitur alio teſtamento imperfecto ſcripto, vel non ſcripto. Quod non ita procedit in teſtamento militis: nam infirmatur imperfectum alio teſtamento imperfecto intra annum miſſionis.* l. eius §. vltim. ff. de mil. teſt. *Confirmatur &* hac Nouella *quod de diuiſione bonorum inter liberos cautum eſt*, No. 18. §. 4. CVIACIVS.

Volens in ſcriptis teſtari inter filios ſi non eſt literarum ignarus, manu propria filiorum nomina, quotas, & quantas non per ſigna, ſed per literas totas deſignare debet, in quo libertas, & legatum vxori, & extraneis relinqui poterit. ANGEL.

PRÆFATIO.

A Conſtantino diuæ memoriæ lex ſcripta [b] eſt per antiquæ coniecturæ ſimplicitatem: porrò cauſarum varietas, & natura eas [c] frequenter mutans, egere leges illas emendatione noſtra præparauit. Dicit itaque lex oportere moriẽtium voluntates, quando ſunt parentes, omnibus modis inter filios tenere, & tamen eos erubeſcit parentes exiſtentes [d]: quia eis & claram rerum concedit [e] ſignificationem, dicens, & ſi non manifeſtæ ſint eorum diſpoſitiones; apparuerint autem ex quibuſdam indiciis, & coniecturis,& qualibet ſcriptura:& ſic eas valere [f]: & hoc in ſuis, & emancipatis filiis. Inſuper & Theodoſius [g] decreuit [h] non in patribus ſolùm hoc diſponens; ſed etiam in matribus & aſcendentibus vtriuſque naturæ. Hanc apprehendentes licentiam homines in tantam ingreſſi ſunt obſcuritatem, vt diuinantibus magis quàm interpretantibus hæc egerent. Itaque neque perſonas ſcribentes [i], neque rerum dicẽtes notitiam, & fortè nec quantitatem, tamen dignantur coniecturis & veriſimilium ratione

DE TESTAMENTIS.&c.

Et hoc dicitur vſque ad §. quia verò.

a ¶ Rerum *repete*, teſtamentis factis: *id eſt, ſcriptis. filiis de diuiſione rerum, coram parente facta, de eius facultatibus & ſubſcripta.* ¶ *Sed P. hic ſcripſit malam eſſe hanc grammaticam, & falſam, quia non tractat de teſtamentis filiorum inter parentes: ſed econtrà.* ¶ *Sed certè ita rectè intelligitur, quod pater iuſſit inter filios diuiſionem fieri, & ipſe ſubſcripſit:* vt j. eod. §. vlt. *Azo. vbi hac ſecunda pars expeditur.*

b ¶ *Conſtantino.*] *Scripta.* vt Co. *fa. erciſ. l. vlt.*

c ¶ *Eas.* i. eam, vel leges ſimiles. a. Vel dic cauſas.

d ¶ *Exiſtentes.* i. ſupponere ſe ... iuris communis reſpectu filiorum, quia, &c.

e ¶ *Concedit.* i. remittit.

f ¶ *Valere.* hoc iure veteri [a] videbatur. *vt ff. de lega. 4. l. pero. §. mater.*

g ¶ *Theodoſius.* ſcil. conſtituit.

h ¶ *Decreuit.* vt Cod. de *teſta. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.*

i ¶ *Scribẽtes.* id eſt, perſonis ſcribẽtibus, & ſic

de

a Teſtamentũ imperfectum, inter liberos iure veteri no valebat. [illegible]

a Lex debet eſſe clara.
b Legatorum, & inſtitutionis quantitas per ſigna inuſitata ſcribi non debet.
† Vide pulchra dicta de legibus di. 4. c. in glo. vbi per beatum Aug.
c Vt hanc Nouellam & aliam ſuprà de triente & ſ. l. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto. & Authen. hoc fine. Co. de teſtamentis rectè intelligas, notãdæ ſunt duæ diuerſæ iuriſconſultorum ſententiæ Io. Bulga. Azo. putarunt parentes inter liberos teſtari ſcripto vel nõ ſcripto. Scripto ex ſolẽnitate huius Nouell. & alterius de triẽ. 18. c. 8. Et nõ ſcripto, ſeu nuncupatiuè duobus etiã tãtũ teſtib. præſentibus: teſtibus, inquam, etiã fœminis, ex l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtamentis. Martinus contra putauit parẽtes non aliter inter liberos teſtari poſſe, quam ex ſolẽnitate huius Nouellæ & alterius de trien. 18. c. 8. ſeptem teſtibus accitis. Mihi ſanè verior videtur Ioãnis, Bulgari, & Azonis ſententia. Hac enim Nouella & alia de triente, 18. c. 8. nihil aliud dicitur, quàm vt parẽs, ſi fieri poſſit, vero ac ſolẽni teſtamẽto teſtetur inter liberos: ſi id non poſſit, vt ſi literas ſciat ex ſcripto, ita inter liberos teſtetur, vt ſcriptum illud ſit ſubſcriptũ vel ab ipſo teſtatore, vel ab eius omnibus liberis: deſtituta enim ſubſcriptione, vel eius liberorũ omnium ſcripturas, vim nõ habituras teſtamẽti paterni inter liberos. Quid tamẽ ſi quid extraneis in illo ſcripto legauerit? Non ſufficit ſuperior forma. Accitis enim teſtibus (opinor ſeptem) quid extraneis legauerit teſtator palam edicere debebit hac Nouella. Quòd ſi literas neſciat, aut ſciat quidem: ſed ſcripto teſtari aut non poſſit, aut nolit, puto parentibus facultatem nuncupatiui inter liberos teſtamenti permitti ex forma, & ſolennitate d. §. ex imperfecto. quæ in Glo. hic, & in Authent. quod ſine. C. de teſt. & in Nouel. 18. c. 8. in verbo, ſubſcribere. Adde Clarum lib. ſinton. §. teſtam. q. 10. ad 14. Graſſ. ſcom. § teſtam. q. 11. ad 16.   d Teſtamentum inter liberos quot, & quos teſtes admittat, duas etiam fœminas, vt hic. & ſortitos: vt Gl. l. vit. in fi. C. de codicill. Hinc colligunt indicia probanda eſſe ſaltem per duos teſtes.

de aliis accuſatiuis hîc poſitis, vt omnes in datiuos caſus conuertantur, & regãtur à verbo, *permittere*.
a ¶ *Talia*. id eſt facere fieri teſtamentum.
b ¶ *Clara*. ¶ Not. legẽ claram a eſſe debere: & ideo cum magna fit deliberatione: *vt C. de leg. & conſti. l. humanam* ſic *ff. de inſti. l. ſed & ſi pupillus §. præſcribere*.
c ¶ *Inter ſuos filios*. Ergo vbi extraneo relinquit, tria exiguntur, id eſt, quòd ſcribat, & per conſequentiam. 2. quòd dicat idipsũ, quod ſcripſit, coram teſtibus. 3. Item quòd in fine ponat generalem clauſulam excluſiuam: quæ dixi, & ſcripſi, volo ſeruari. In filiis primũ exigitur tantum, ſicut in Nouellis Azo.
d ¶ *Diſpoſitionem*. id eſt, voluntatem in libro R.
e ¶ *Tempus*. ſcil. declarandi infr. prox.
f ¶ *Manu*. ſcilic. ſcripta fuerint.
g ¶ *Vncias*. vbi in quotis partib. inſtituit, idẽ & ſi in certis rebus, vt ſubiicit Accvr.
h ¶ *Numerorũ*. ſigna b numerorum ſunt hæc, v. & x. & xx.
i ¶ *Derelinquant*. & ſic valet. ¶ Et not. quòd vbi hæc ſolemnitas ſit, non oportet filiis ſubſcribere, & aliàs fieri ſolemnitates, de quibus dicitur *ſupr. de trien. & ſe. §. & ſæpe. coll. iij.* vt patet ex continuatione, quam fecit, videlicet de illa Auth. ad iſtam: *vt C. de teſtamen. l. hac conſultiſſima. in Auth. quod ſine.* ¶ Item no. c quod tam hanc, quàm prędictam Authen. *ſuprà, de trien & ſemiſ* intellexerunt Io. & Bul. & Azo, loqui quando paterfamil. fecit teſtamentum in ſcriptis. Si autem cõdidit nuncupatiuũ, cur exigetur ſubſcriptio, cùm ibi nulla ſit ſcriptura? ideoque ibi veterem legem ſeruat quãdo ſit nũcupatiuum, vt quoquo modo ſufficiẽte indicio poſſit probari veritas eius: *vt C. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.* duobus d tamẽ teſtibus maribus vel fœminis: *vt ff. de mi. teſtamen. l. Lucius § Reſp.* licèt aliàs fœminæ repellantur: *vt ff. de teſti. l. ex eo.* & ſic patet, quod tantùm in teſtamento in ſcriptis derogatur

talia a permittere.

CAPVT I.

De voluntatibus parentum in diſtributione patrimonij facienda.

¶ Nos igitur omnia clara b, & aperta conſiſtere volentes (quid enim † ſic proprium eſt legum, ſicut claritas, maximè ſuper defunctorum diſpoſitionibus) volumus, ſi quis literas ſciens, inter ſuos filios c voluerit facere diſpoſitionem d primùm quidem eius ſubſcriptione tempus e declarat: deinde quoque filiorũ nomina propria manu f, ad hoc vncias g, in quibus ſcripſit eos hæredes, non ſignis numerorum h ſignificandas, ſed per totas literas declarandas: vt vndique claræ, & indubitatæ conſiſtant. Si verò etiam rerum voluerit facere diuiſionem, aut in quibuſdam rebus certis aut omnes, aut quaſdam inſtitutiones ſtatuere, & harum inſcribat ſignificationes: vt eius literis omnia declarata, nullam vlterius contentionem filiis derelinquant i. Si tamen aut vxori, aut extraneis perſonis aliquibus voluerit relinquere legata, aut fideicommiſſa, aut libertates, & hæc propria ſcripta manu, dictáque à teſtatoribus coram teſtibus, quoniam omnia conſequenter in diſpoſitione poſita ipſi & ſcripſerunt, & volunt valere, ſint firma: nihilo minuenda eò, quòd videantur in charta ſcripta, reliquam obſeruationem k teſtamentorum non ſuſcipientia: ſed hoc ſolum immutetur, quòd eius manus, & lingua habet omnem virtutem chartæ præbitam l.

CAP. II.

Teſtamentum conditum inter liberos, licèt imperfectum, ita demum rumpitur per ſecundum, ſi teſtator deſignat expreſſim coram ſeptem teſtibus adhibitis nolle valere primũ quod fecerit: & aliud ſollenne condidit ſcriptis, vel ſine ſcriptis. Angelvs.

¶ Et ſi quidem vſque ad mortem maneat hoc ſchema m, nullus poſtea deducet teſtes: quia voluit fortè talem voluntatem commutare n, aut conuertere, aut aliquid tale facere, cui licuit rumpere quod factum eſt, & aliam facere voluntatem, declarantem perfectam eius ſententiam, quam comperit valere. hoc enim concedimus ei agere o, hoc ipſum expreſſim p ſignificantem ſub præſentia teſtium vij. quia & ſi fecerit quãdam talem voluntatem q, non tamen eam valere vlteriùs vult, ſed rurſus vult aliam facere: & hanc aut in teſtamento perfecto faciat omnia teſtamentorum habente ſigna, aut in non ſcripta perfecta r voluntate: videri eum defunctum eſſe prioribus infirmis factis ex ſecunda eius ſecundùm perfectum teſtamentum, aut voluntatem, diſpoſitione.

CAP. III.

Si pater bona diuiſit inter filios, & filij in diuiſione ſcripſerunt, & promiſerunt eam ratam habere, vel ſimpliciter eam ſcripſerunt, aut etiam ſolus pater diuiſionem factam inter liberos ſcripſit manu propria, rata debet haberi hæc diuiſio. Angelvs.

¶ Quia verò nouimus aliquos diuiſiones facientes inter proprios filios, & præparantes s eos t his ſubſcribere u: & hoc ſchema ſuſcepimus. Si quis enim diuidat proprias res, & ipſos filios euocans faciat ſubſcribere diuiſionibus ipſis, & ratas eas iudicare, & profiteri x filios hoc ſecundùm hunc habere modum: ſit & hoc firmum in huiuſmodi rerum diuiſione y, ſecundum noſtram conſtitutionem, quam ob hoc poſuimus: quam in omnibus, quæ in ea z continentur, firmam eſſe per hanc legem ſancimus. Si autem & in diuiſione a ipſe ſubſcripſerit b, & clara omnia per ſubſcriptionem ſuam fecerit, ſit & hoc ratum: quoniam & hoc iam noſtra legiſlatione c continetur. Palam verò eſt, quia in talibus caſibus valebit hæc lex, quocunque poſtea moueri contigerit.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua gloria cognoſcens, omnibus faciat manifeſta: vt nullum lateant quæ rectè & prouidenter pro noſtris ſubiectis ſancita ſunt. Datum Kalen. Ianuariis Conſtantinop. Do. Iuſtiniani PP. A. Imperij an. xiij. Baſilio † V. C. Con.

DE RESTITVTIONIBVS.

TITVLVS IX.

prædictæ *l. de teſta.* per iſtã. Sed M. putabat in totũ ei derogatum, dicens vt hodie nõ poſſit pater minùs ſolenniter inter filios teſtari, niſi ſubſcriptio fiat ab ipſo, vel liberis, vel omnia declaret per cõſequentiam, *vt hic*, & exigebat numerum vij. teſtium vt in perfecta voluntate, quia & extraneis dicit poſſe legari.
k ¶ *Obſeruationem*. id eſt, ſubſcriptionem teſtium, & ſignaculorum.
l ¶ *Præbitã*. per linguã, & manum teſtatoris.
m ¶ *Schema*. iſtud dic ſecũdũ prædictũ ſchema.
n ¶ *Commutare*. quam priùs diſpoſuerat.
o ¶ *Agere*. i. voluntatem mutare ſi vult.
p ¶ *Expreſſim*. Ergo ſũt duo a neceſſaria vt rũpatur teſtamẽtum prædictum: ſcilicet quòd dicat expreſsè ſe pœnitere teſtamenti, & illud mutare: *vt ff. de legat. iij. l. ſi quis. in prin.* quod valet notare ad reſcripta contra ius elicita, quòd valeant ſi expreſſim dicatur, *non obſtante vel. tali.* 2. Item ſecundum eſt neceſſarium, iſtud aliud perficiat: *vt Inſtitut. quibus modis teſta. infir. § ſi.*
q ¶ *Voluntatẽ*. ſ. minus ſolẽnem inter liberos.
r ¶ *Perfecta*. b hæc ſolẽnitas fortè exquiritur, cũ extraneos inſtituit hæredes in ſecundo teſtamento, non filios: *vt Cod. de teſt. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.*
ſ ¶ *Præparantes*. ſcilicet patres.
t ¶ *Eos*. ſcil. filios, vt ſubiicit.
u ¶ *Subſcribere*. ſ. filios, vt ſubiicit. Accvrs.
x ¶ *Profiteri* ſcilicet faciat filios, quod eas ſic tenebunt.
y ¶ *Diuiſione*. nec c enim aliquem inſtituit, vel exhæredauit: ſed res ſingulares vnicuique aſſignat: ſicut in codicillis ſolet fieri. vnde neque conſequentia literarum: *vt ſ.* neque teſtibus eſt opus: dum tamẽ de ſcriptura, & ſubſcriptione vel per teſtes duos, vel per confeſſionem partium conſtet.
z ¶ *Quæ in ea*. conſti. quę eſt *de triẽ. & ſe. §. illud. & §. quod ſæpe. coll. iij.* non dicit quid extraneis poſſit relinqui.
a ¶ *In diuiſione*. facta aliis: vt conſonet ſupradictis. Azo.
b ¶ *Subſcripſerit*. ſc. ſolus, vel cum filiis, P.
c ¶ *Legiſlatione*. *ſuprà, de trien. & ſemiſ. coll. iij. §. & illud.*

a Teſtamẽtum inter liberos vt rumpatur, quæ ſint neceſſaria
b Teſtamentum inter liberos quæ ſolennia [illegible]
c Diuiſio [illegible]
† Corrupte [illegible] legitur [illegible]

DE RESTITVTIONIBVS.

Sed quæ eſt differentia inter hunc titulum, & ∋. de reſtitu. & ea, quæ pa. col. 4. *& alium* inf. de re. fideicom & nomine fa. col. 9. *Reſp. in iſto fit reſtitutio in morte reſtituẽtis: id rerũ, quæ ſuperſũt: in ſuperiori fit ſtatim, vel prout voluit poſt teſtator. Item omnium excepta quarta, vt colligitur hæc differentia duplex.* infrà eod. §. nobis. in princ. *inferior autem de reſtit. fideicom. dicit de quodam teſtamento, & codicillo, in quo ſingularia fuerũt relicta legata, & per fideicom. fuit rogatus qui habuit, vt non alienet: non principaliter de reſtituẽdo, ſed ſi alienet ad aliquem perueniant: vt in rub. ibi patet.* Azo.

a Negotium] *Quod.* ſcili. negotium vel teſtamentum.

b ¶ *Iuſtum.* aliàs in libro Azo. dignum.

c ¶ *Ex eis.* aliàs, *ex his.*

d ¶ *Ab eo.* ſc. teſtante. Accurs.

e ¶ *Eo moriente.* id eſt, eo patre mortuo.

f ¶ *Non vti.* in lib. Azo. non eſt, *non*: & idem eſt ſenſus.

† al. hæredũ.

g ¶ *Deterente* à detero, deteris: vnde veſtes detritæ, i. deterioratæ.

h ¶ *Definitionem.* quæ definitio infrà ponitur ſecũdùm Papiniani dictum: quod reſponſum inuenies *Inſt. de fideicõ. hæred. §. ſed quia. & ff. ad Trebel l. Titius.*

a In ænigmate proponere.

i ¶ *In ænigmate.* i. [a] in obſcuritate: quia non poteſt ſciri quando fecit cauſa interuertendi fideicom vel non.

k ¶ *Ad ſoluendum.* i. annihilandum. Accurs.

l ¶ *Oneratus.* ſcilicet fideicommiſſo. Al.

m ¶ *Talibus verbis.* ſ. quę tẽpore mortis inuenirentur. *vt ſupr eo. tit.*

b Interuertere fideicommiſſum.

n ¶ *Diſpoſuit.* verum interuertendi [b] cauſa fideicommiſſi fecerit, vel non: *vt ff ad Trebellia. l. Titius rogatus. & ff de vſur. l. iij. §. nonnunquã.*

† al. deterente. malim autem in accuſatiuo vtrumuis legere.

o ¶ *Sancita. vt ſupr. de reſt & ea. quæ pa § j.*

p ¶ *Subiacet* i. quale eſt in caſu noſtro.

q ¶ *Prioribus.* i. à prioribus, ſcil. Papiniano, & Marco. Accurs.

r ¶ *Et ordine.* ſcil. viſum eſt diſponere.

ſ ¶ *Penitus.* aliàs, *amplius.*

t ¶ *Exiſtẽs.* id eſt, ſi ipſe diues eſt per ſe: aliàs ſecus: *vt infr. eo §. ſi verò contigerit.* ¶ Et ſic no. [c] quòd tres partes ſibi aſſumit, & hanc quartam ſolam reſtituit fideicõmiſſario. Sed quãdo de tota reſtituenda rogatur, tunc quartam ſibi, tres partes fideicõmiſſario det: *vt Cod. ad*

c Reſtituere quod ſupererit ex hæreditate, & hæreditatem differunt. Priore caſu reſtituere rogatus quartam fideicommiſſario relinquere tenetur: ipſe verò tres alias partes minuere poteſt. Poſteriore caſu quartam tantum ſibi retinere poteſt: tres verò alias fideicommiſſario reſtituere tenetur.

Nouella conſtitutio cviij.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Baſſo magnificentiſſ. comiti deuotiſſ. domeſticorum, locum tenenti Ioannis glorioſiſſ. ſacrorũ prætorior. præfecti.

Hæres rogatus reſtituere quicquid de hæreditate ſupereſt tempore mortis, de tribus partibus hæreditatis ſibi relicta poteſt facere quòd vult: quartam autem imminutam debet relinquere: niſi in certis caſibus hic expreſſis. Itẽ ab hæredibus debet præſtari ſatiſdatio de fideicom. portione reddenda, niſi à teſtatore fuerit remiſſa. Bart.

PRÆFATIO.

Negotium audiuimus pro teſtamento dubitato, quod [a] etiam interpretari iuſtum [b] exiſtimauimus, & lege comprehendere certiſſima: hoc quod noſtræ conſuetudinis eſt, in negotiis motis ex legibus optimis accipere occaſiones.

1. ¶ Filios enim quidam ſuos inſtituens hæredes, deinde alterutris eos filiis non exiſtentibus ſubſtituere volens, iuſſit, ſi contigerit aliquem eius filiorum, & hæredem † futurum, ſine filiis humanam ſoluere vitam: poſt exceptionem horum, quæ ex lege debentur ei, ex eis [c] quæ ab eo [d] relinquebantur ei rebus, reliquas omnes res, & iura quęcunque apud eum in tempore mortis inuenirentur, venire, & reſtitui ex his ſuperſtiti, aut eius filiis, ſi etiam ipſe moreretur: omni ceſſante inter eos propter memoratam ſubſtitutionem cautione, & fideiuſſione in his eo moriente [e], & vno quidem eius filiorum, & hæredum filios habente; alio verò manente ſine filiis, prohibet eũ, qui ſine filiis eſt, is, qui filios habet, non vti [f] rebus vtpote eas deterente † [g], at ille vtens verbis teſtamenti, quia quicquid inueniretur in tempore mortis apud eum, hoc eum reſtituere iuſſit: ſecundùm hoc vult ſchema licentiam habere vti rebus ſicut voluerit, nulla prohibitione de eorum gubernatione illata ei.

2. ¶ Nos igitur ſumẽtes ex hoc occaſionem, exiſtimauimus oportere & antiquam definitionem [h], & deinceps diſcretionem hanc quidem definire; hãc autem putam hominibus reponere, & propterea lege cauſam comprehendere, vt diſcant homines omnem legis ordinem cum quo competit talia & diſcere, & iudicare. Nouimus igitur apud Papinianum ſapientiſſimum dictum in decimonono libro eius Quæſtionum, vbi permittit alienationes in tali caſu: illud ſolum velut ex ſtudio in ænigmate [i] proponens, vt tunc oporteret prohiberi alienationes, cùm ad ſoluendum [k] fideicommiſſum ex ſtudio, qui hoc oneratus [l] eſt, ad alienationem venit. Et tanquam philoſophatus inter Imperatores Marcus tali quodam propoſito caſu, viri boni arbitratum videri ineſſe talib. verbis [m] diſpoſuit [n].

CAP. I.

¶ Nobis ergo rectè viſum eſt, hanc ita diſponere legiſlationem, vt ſiquidem vniuerſaliter aliquis dicat reſtitutionem fideicommiſſi, hæc tenere quæ in talibus decreta ſunt, & à nobis ſancita [o]. Sin verò tale ſit fideicommiſſum, qualem ſubiacet [p]: & ea, quæ inueniuntur, ſeu remanent in tempore mortis, teſtator ſubmittat ſola in fideicõmiſſum: tunc indefinitè dictum prioribus [q], ſub quadam legitima deducere diuiſione, & ordine [r]. Si quis enim hoc, aut etiam aliquid aliud tale dixerit: ſancimus vſque ad Falcidiam ſolùm ſuæ inſtitutionis neceſſitatẽ habere ſeruare eum, qui oneratus eſt fideicommiſſi reſtitutione, & non poſſe aliquid penitus [ſ] ex illa minuere ſufficiens exiſtens [t]: ſed hæredi quidem ſuperſint tres partes: illi autem quartæ ſolius relinquatur ratio. Non enim concedimus ei, qui grauatus eſt, etiam donationib. vti aliquibus, & forſan ex ſtudio (quod Papinianus dicebat) interuertendi fideicommiſſi cauſa, vt etiam quarta minuatur inſtitutionis eius: ſed hoc omnino relinquere fideicommiſſum aliis omnib. in eius poſitis poteſtate: & licentiã habere eum his ſicut voluerit vti, quemadmodũ perfectis dominis cõpetit. Si verò & ipſam quartam [u] is, qui grauatus eſt, contingat: neceſſarium eſt perſcrutari cauſam, ſecundùm quam hoc egit: & ſi quidem aut dotem voluerit dare [x], aut ſponſalitiam [y] largitatem, aliã non habẽs [z] ſubſtantiam: oportet ei hoc permitti agere: hoc videlicet, quod noſtra continetur iam lege: in qua ei omnino non negauimus talem deminutionem. Si verò & in captiuorum redemptionem (hanc enim excipimus [a], & dicamus [b] Deo cauſam) & hoc licentiã eum habere facere, & minuere etiam quartam pietatis ratione: quod omnium nobis precioſius videtur. Si verò contigerit neque ipſum habere ex aliquibus cauſis vnde faciat [c] expenſas, ex tali reſtitutione etiã has facere damus ei licentiam (hoc quod teſtator permiſit) quod relinquetur, omnino hoc volens ad reſtitutionẽ trahi, & quaſi aliquis dicat, ex hoc quod remaneret ei reſtitutionem fieri. Si autem nulla talis ſubiacet occaſio, neceſſitatem habere omnino quartam partem propriæ inſtitutionis ſeruare, & tali [d], & aliis [e] reſti-

tutionem

Trebel l. j.

u ¶ *Ipſam quartam.* quã debet reſtituere. & dic contingat, i. tangat.

x *Dare.* ſcilic. pro filia, vel nepte, quam neceſſe [a] habet dotare. Vel dic reddere alicui: verũque enim eſſe poteſt. ¶ Sed [b] ſi dos data deſinat eſſe dos, vt ſoluto matrimonio, nunquid redit in cauſam reſtitutionis? Reſp. non: *arg. ff. ad Trebel l. hæredibus. §. fin. & l. mulier §. ſi* & eodem modo reſpondeo, ſi hoc idem quæratur in illa conſtitutione, *ſupr. de reſtit. §. quamobrem. colla. iiij.* Nam & ibi pro dote deminui de reſtitutione permittit.

y ¶ *Sponſalitiam.* id eſt, dona. propter nuptias.

z ¶ *Non habens.* idoneam, ſc ad dotem, ſiue ad donationem ſponſalitiæ largitatis. Accur.

a ¶ *Excipimus.* quando ſci. non habent aliunde fortè: vt ſup. dixi. ¶ Idẽ nunquid [c] Eccleſiæ ſimili modo dari poterit res huiuſmodi: Reſp. non: cũ hoc non ſit ſpecialiter dictum: *argu. ∋. neque virũ. quod ex dote. §. fin in ſi iſta coll.* ¶ Item not. quòd aliqua pro [d] captiuis alienãtur, quæ aliàs non alienarentur: ſic *∋. de eccl. titu. §. interdicimus. coll. ix. & Cod. de ſacroſan eccle. l. ſancimus. in fi.* ¶ Item in pręcedenti dicto not. quòd ob dotem [e] fit alienatio, quæ aliàs non fieret: vt *∋ de reſt. §. quamobrem* Accurs.

b ¶ *Dicamus.* id eſt, dedicamus.

c ¶ *Faciat.* ad [f] ſui ſuſtentationem, vel egentem ſobolem: *vt in Nouell.* Azo. ¶ Et ſic no. ob impẽſas [g] permitti quod aliàs non fieret: *vt ff. de petitio. hæred. l. hæres.*

d ¶ *Et tali.* occaſione, qualis dicta eſt Azo.

e ¶ *Et aliis.* ſimilibus. q.d.

a Reſtituere ſimpliciter, vel quod ſupererit rogatus, quartã, quam cogitur reſtituere, etiam diminuere poteſt pro dote filiæ, vel nepti ſoluenda, vel reſtituenda.

b Reſtituere rogatus ex bonis reſtitutioni obnoxiis, dotare filiam poteſt. Quin dos talis ad patrẽ reuerſa poteſt retineri à patre, vt iterum dotetur.

c Reſtituere rogatus non poteſt minuere res reſtitutioni obnoxias, vt ex iis aliquid donet, aut conferat Eccleſiæ.

d Reſtituere rogatus, minuere quartã reſtitutioni obnoxiam poteſt, vt captiuos redimat.

e Reſtituere rogatus res obnoxias reſtitutioni minuere poteſt dotis conſtituendæ cauſa filiabus, & neptibus. *adde Gl. ſupr. in verb. dare.* Imo reſtituere rogata ex illis bonis dotare poteſt. *Gl. in l. ſi filia. 72. ff. ad Trebell.* Imo & donationẽ propter nuptias grauatus, filio facere poteſt. *Bartol. hic. Gloſ. Nouel. 39. c. 1 in verbo, ſi non ſuffecerint: & in verbo, merita: & in verbo,* adiectum.

f Reſtituere rogatus res reſtitutioni obnoxias minuere poteſt, propter ſua, ſuorumque alimenta.

g Expẽſarum ratione aliquid permittitur; quod aliàs non permitteretur.

rutionem donare. Si tamen aliquid expenderit habens. vnde ſupplementum faciat : ex illo ſuppleri quartam , & per nullam [a] cauſam hanc minui.

CAP. II.

¶ Si verò contigerit [b] quartam , & non habeat [c] ad ſupplementum aliam ſubſtantiam: tūc damus & contra emptores, aut aliter accipientes res , in rem [d] , & hypothecas [e] ex auctoritate huius legis , vt liceat complere ſibi fideicommiſſum ex rerum vindicatione : hoc , quod in legatis iam dedimus [f] , & ex conſtitutione in rem et donantes, & fideicommiſſi perſecutionem:vnde & cautionem fideicommiſſarius dabit non minùs quartam ſeruare : niſi & ipſam teſtator, ſicut in pronunciato nobis facto,prohibuit.cùm enim ipſe teſtator omnem non fideiuſſionem ſolùm , ſed etiam cautionem relaxauerit : nos aliter diſponere , non eſt morientis conicere [g] voluntatem.

EPILOGVS.

¶ Hæc igitur ſit cauſis deciſio,ipſi [h] quæ præbuit quæſtionem,& aliis omnibus,in quibus pendere contigerit caſus teſtamentorum quidem factorum, & teſtatorum quippe defunctorum : nondum autem tali locum accipiente fideicommiſſo ; ſed adhuc eo , qui grauatus eſt , ſuperſtite. Et hæc dicimus non in filiis ſolùm, ſed etiam in aliis cognatis , & extraneis agere, in quibus omnino tale fideicommiſſum relinqui contigerit. Tua igitur gloria omnibus hæc manifeſta faciat noſtris ſubiectis, vt ſciant quemadmodum competat & viuere eos , & mori,& teſtari, & fideicommiſſa relinquere,& alia agere , quæ in talibus ſunt ſancita. Dat. Kalend. Feb.CP. Domi. Iuſti. PP. Aug. anno XIV. Baſilio V.C. Cons.

DE PRIVILEGIIS DOtis hæreticis mulieribus non præſtandis.

TITVLVS X.

Nouella conſtitutio cix.

Imperat.Iuſtinianus Auguſt.Ioanni glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum præfecto , iterum exconſuli ordinario & patricio.

Mulieres tacitam hypothecam habēt in bonis mariti,tam ſponſaliū,quàm dotis nomine.Habent & priuilegiū in perſecutione dotis,non item ſponſalium : vt Nouell. 61. 91. 97. *Hac Nouella excipiuntur hæreticæ, vt neque tacitā hypothecam habeant,neque priuilegium ,niſi reſipuerint. Confirmātur & veteres Cōſtitutiones, quib. hæreticis militia qualibet, & curatione publica interdicitur: Citat & Conſtitutionem Leonis : ea eſt* l.6.C.de diuer. offic *Citat & Conſtitutionem Iuſtini : ea deſideratur in tit Codicis* de epiſcop.aud *ſed eius ſententia extat* 57. βασιλικῶν. Cviac.

Hæretici nō poſſunt ad aliquam dignitatem vocari : & qui ſint hæretici,hac lege notantur. Item mulier hæretica in ſua dote nullum habet priuilegium prælationis , vel aliud , niſi ad orthodoxam fidem peruenerit. Angelvs.

PRÆFATIO.

VNam nobis eſſe in omni noſtræ reipublicæ , & imperij vita, in Deo ſpem credimus : ſcientes quia hæc nobis & animæ,& imperij dat ſalutem : vnde & legiſlationes noſtras inde pendere competit, & in eam reſpicere : & hoc eis principium eſſe, & medium , & terminum. Sicut igitur vniuerſi,qui ante nos imperantes , & maximè Leo piæ memoriæ, & Iuſtinus piæ memoriæ noſter pater [i] , in ſuis conſtitutionibus , hæreticis omnibus interdixerunt , vt neque vlla ipſi participarentur militia , neque quodlibet in publicis curis participium [k] haberent, vti [l] ne occaſione militarium, & publicorum collegiorum ſanctæ Dei Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ membra viderentur vaſtare : & ita nos [m] ipſi hoc egimus, noſtris conſtitutionibus hoc roborantes. Hæreticos verò & illi dixerunt, & nos dicimus eos,qui diuerſarum ſunt hæreſum:quibus coniungimus, & cōnumeramus & qui Neſtorij Iudaicam ſequuntur væſaniam, & Eutychianiſtas, & Acephalos ; qui Dioſcori, & Seueri mala ſecta languent [n] , & Manichæi, & Apollinaris renouantium impietatem , & ad hoc omnes, qui non ſunt membrum ſanctæ Dei [o] Catholicæ,& Apoſtolicæ Eccleſiæ,in qua omnes concorditer ſanctiſſimi Epiſcopi, & totius orbis terrarum patriarchæ,& Heſperiæ , & Romæ, & huius regiæ ciuitatis, & Alexandriæ , Theopoleos, & Hieroſolymorum,& omnes,qui ſub eis conſtituti ſunt , ſanctiſſimi epiſcopi,Apoſtolicam prædicant fidem , atque traditionem. Igitur ſacram communionem in Catholica Eccleſia non percipientes à Deo amabilibus ſacerdotibus hæreticos iuſtè vocamus. Nam licèt nomen Chriſtianorum ſibimet impoſuerint [p] : veruntamen à Chriſtianorum ſe fide,& communione ſeparant , Dei iudicio ſemetipſos ſubdi cognoſcentes.

CAPVT I.

Quæ igitur de hæreticis prolata ſunt lege , omnibus ſunt manifeſta. Nos autem volentes, orthodoxam amplectentes [q] fidem , & eam defendentes , habere [r] aliquod ampliùs priuilegium iis, qui alienant ſemetipſos à Dei ouili (quoniā neque iuſtum iis eſt æqualibus cum orthodoxis hæreticos dignos [s] fieri priuilegiis) propterea & nunc ad præſentem reſpeximus legem. Quia enim dedimus [t] priuilegium mulieribus dotium , vt etiam prioribus creditoribus præponātur, & meliorem ordinem eas habere , & nec à tempore [u] ſuperatas : in donationibus autem propter nuptias ſecundùm tempora , per quæ fiunt , hypothecas habere [x] :omnibus in præſenti facimus manifeſtū per hanc ſacram noſtram legem, quia & hoc priuilegiū , & tacitas hypothecas, & omnia alia , quæ mulieribus omnibus in diuerſis priuilegiis à noſtris legib. data ſunt, illis,

q. d. prædictis modis poterit donare:nō aliàs
a ¶ *Per nullam.* diſſimilem prædictis.
b ¶ *Contigerit.* id eſt, tetigerit.
c ¶ *Non habeat.* ſ. nunc: habebat tamen tunc, cùm conſumpſit. alioquin contrà. Azo.
d ¶ *In rem.* vtilem, etiā non reſtituta hęreditate: quia fideicommiſſario in alienatis dico eā non eſſe neceſſariam. Azo.
e ¶ *Hypothecas.* in rebus, quę fideicommiſſo non continētur,& fuerunt defuncti.nam rei [a] meæ non habeo hypothecam : *vt ff. de pig. actio. l.ſi rem alienam.* 2. Vel dic, vtile [b] dominium non repellit hypotheca.*vt C.de iure do. l.in rebus. direct. contrà.* Accvrs.
f ¶ *Dedimus* vt C *communia.de leg.l.j.*
g ¶ *Conicere.* id eſt, ſeruare. ſed eſt contra facere. & ideo non eſt faciendum: *vt hic.* & *C.vt in poſſ.leg. l. in ipſis. & l. cum Antecedorum.* Accvrsivs.
h ¶ *Ipſi.* hoc eſt ipſi, ſci. cauſæ, quæ præbuit,&c.

DE PRIVILEgiis dotis hæreticis,&c.

i VNam. *Noſter pater.* ¶ No. Iuſtinianum [c] filium Iuſtini: quod dic : *vt Inſtitut. de donat. §. eſt & aliud.*
k ¶ *Participium.* Nam nec aduocati [d] : *vt Cod. de poſtu l nemo vel in foro.* Item neque defenſores ciuitatum : *vt C. de epiſcop.audien l. iubemus.* Itē neq; in alia dignitate conſtitui: *vt C. de Iudæis.l.fin.*
l ¶ *Vti.* pro,vt.
m ¶ *Et nos.* hic accipe, ſicut ſuprà,poſitum , & ſupple , *ſicut ipſi fecerunt : ita nos.*
n ¶ *Languent.* id eſt. languendo ſequuntur , & morantur in ſecta Dioſcori.
o ¶ *Sancta Dei.* ¶ Not. eſſe hæreticum [e] qui non eſt Eccleſiæ membrum. & facit ad hanc conſtitutionem *in decretu, xx. q vij c.vlt. & Cod. de hæret. & Mani. l ij & iiij. q.j c.ij.*
p ¶ *Impoſuerint.* ¶ Not. parum [f] eſſe habere nomen, niſi etiam factum habeatur:cū nomina [g] debeant eſſe conſonantia rebus: *vt Inſti.de don. § eſt & aliud.*
q ¶ *Amplectentes.* accuſatiui caſus.
r ¶ *Habere.* nam in [h] hoc priuilegium non habet: *vt ſuprà,de equa. dotis § his conſequens. & C.qui po.in pig.l.vlt.* Ac.
ſ ¶ *Dignos.* Immò omnia priuilegia [a] orthodoxis præſtita , hæreticis denegantur: *vt C.de hæreticis.l.*)
t ¶ *Quia enim dedimus.* vt *Cod. qui po. in pig.l. vltim.*
u ¶ *A tempore.* id eſt,ab his,qui antea contraxerunt.
x ¶ *Habere.* nam in his priuilegium [b] non habent.

a Hypothecā rei ſuæ nemo habet.
b Hypothecā non repellit vtile rei dominium.
c Iuſtinianus Iuſtini filius.
d Hæretici à quib. functionibus arceantur
e Hæreticus quis ſit.
f Nomen facto deficiente parum prodeſt.
g Nomē rebus conuenire debet.
h Dotis priuilegium hoc eſt, vt tacitam hypothecam priuilegiatam habeat.
a Priuilegia orthodoxis hæreticis negantur
b Donationis propter nuptias cauſa, mulier tacitam quidem [illegible] hypothecam, non tamen priuilegium

bent: *vt ſupr. de aqua. de tu. §. his conſequens. & C. qui po. in pig. habeant. l. vlt.* ACCVRS.

a ¶ *Factis.* & ita parcitur eis, ſi volunt ᵃ pœnitere ᵇ. Sed contra *C. de apoſt. l. hi, qui. in fin.* Sol. aut illud ſpeciale eſt in apoſtatis ᶜ, aut hæc corrigit. 2. Vel ibi de his, qui iam fuerunt Catholici, qui apoſtatauerunt: hic de his, qui nunquam noſtram fidē priùs cognouerunt: quibus eſt parcendum à principe: *vt Co. de hæret. l. iv. in fin.* Item à Deo: *vt Co. de ſum. Tri. & ſi. Cath. l. fin. circa fin.* ¶ Itē contrà ſuprà, *vt cler. qui recedunt coll. v. in me. cōſtit.* Sed ibi non ſuſcipiuntur clerici redeuntes: quia grauaretur Eccleſia in expenſis pro ſurrogatis, & reuertentibus, vt ibi dicit. Item not. quòd niſi ᵈ pœniteant, etiam à patribus hæredes non fiunt: *vt infrà, vt cùm de appella. cog. §. generalem. colla. ix.* ACCVRSIVS.

Pœnitētibus ... hæreticis qui... ignorauerunt ... Eccleſia. *Concor. cap. ... ſuper ... humilia... prope fin. ... qui ... vel ... dicitur, ...* veniam pœnitentibus non negamus. ... Apoſtatarum ... hæreticos ... conditio.

† *al. principem.* d Exhæredari poſſunt liberi a parentib. ob hæreſim.

DE NAVTICIS vſuris.

b N*Ouimus* Hāc legem quidam nō habent: & non legitur.

c HÆC CONſtitutio, &c.

Scilicet quæ eſt ſupr. vt Eccleſ. Ro. Nouell. 9. ſecundùm Io *vt legitur in Nouel. nam dicit illā generaliter loqui in omnibus eccleſiis, & ideo generaliter corrige. Sed nos intelligimus eam tantùm de Romana* ᵉ *Eccleſia, & aliis ei ſuppoſitis. vnde dicas* ᶠ *hic fieri mentionem de ea, quæ eſt* Co. de ſac. Eccl. l. ſi. *ſuperior autem:* vt Eccl. Rom. &c. coll. 2. *remanet in firmitate ſua. & hoc probatur in iure canonico:* vt extra, de præſcript. c. vigilanti.

e Male. Occidentis Eccleſiis omnibus, vt ibidem ſcriptū.
f Malè. Lex enim 23. (quæ hic vltima dicitur ab Accur.) pertinet ad Græcas Eccleſias nec eſt ... plus Occidenti, quàm Orienti tributa: & ita poſt multos interpretes, & poſt ... anteceſſorē Cōſtantinopolitanum, ſentit Cuiac. 5. *Obſeruationum* 5. niſi ... Nouel. ... inſcriptā Theodoro Orientaliū Prætoriorum Præfecto, vt hæc ... ad Orientales tantum Eccleſias pertineret.
g Quod morbis medicina, hoc ius litibus eſt.
h Probationū inopia eſt in ... probandis ... centū an... actis ...

d ❧ *Vod medicamenta.*] *Iura.* Vt enim morbo per ᵍ medicinam quis liberatur, ſic & negotium per ius. & ſicut quandoque mala datur medicina, quæ creditur bona, & hoc dudum poſtea apparet, & alia eſt neceſſaria tūc medicina: ita & lex quādoque ſit mala, quæ creditur bona: & cùm pòſt appareat: eſt neceſſaria noua lex. & hoc dicitur hic. ACCVRS.

e ¶ *Vulnerum.* vt vulnus malè curatum iterum pateſcit: ſic præſcriptio centum annorum, quæ videbatur pacificata, iterum tractabitur: & non poterat ad finem perduci inopia ʰ

Authentica,

illis damus ſolis, quatenus his fruantur, & vtantur, quæ diligentiam habent rectam, & adorandam noſtram fidem tenere (Catholicæ dicimus, & Apoſtolicæ Eccleſiæ) & participare in eius ſalutari communione. Quæ enim ſeparant ſe à ſancta Dei Catholica, & Apoſtolica eccleſia, & ſacroſanctam in eo communionem percipere non patiuntur à Deo amabilib. ſacerdotibus, nolumus omnino talibus frui priuilegiis. Si enim ſe ſeparant à Dei muneribus, & à ſacra communione alienas faciunt: multò potius & nos non eas dignas fieri priuilegiis, neque ex noſtris legibus frui permittimus continentia: ſed ſint eis inaggreſſibilia omnino ex legibus beneficia: & omni priuilegio ex noſtris conſtitutionibus eis dato priuabuntur †.

CAP. II.

¶ Licebit autem eis melioris ſententiæ factis ᵃ, & rectam, verámque amplectentibus fidem, & hac ſemper contentas, ſtabilibus perfrui muneribus & priuilegiis: his in omni ditione valentib. atque ſeruandis: principaliter quidem à Deo amabilibus epiſcopis, & ſacerdotib. deinde à noſtris adminiſtratoribus & iudicibus, ſiue ſint maiores, ſiue minores: & inſuper à tua celſitudine, apud quam & præſentem facimus legem. Vnde cōpetens eſt, & iudices, apud quos aliquæ mouebuntur cōtra mulieres cauſæ, aut à mulieribus quædam priuilegia ſibi vindicare volentibus reſpicere ad præſentis noſtræ legis ſubtilitatem: & ſi non inuenerint eas orthodoxæ fidei exiſtentes, & percipientes ſacroſanctam, & adorabilem communionem in ſanctiſſima Catholica Eccleſia & Apoſtolica à venerandiſſimis eius ſacerdotibus: non permittere frui ex noſtris conſtitutionibus priuilegiis.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo cognoſcens, cauſis apud eā motis ſeruare, & operi effectuíque tradere curet, & per ſolennia edicta, & præcepta propria omnibus faciat manifeſta & in hac fœliciſſima ciuitate, & in prouinciis: vt cognoſcant omnes quanta, & quæ nobis cura eſt & veræ circa Dominum Chriſtum verum Deū fidei, & noſtrorum ſubiectorum ſalutis. Dat. II. Kalend. Maij, Conſtā. Domino Iuſt. PP. Aug. ann. XIV. Baſilio V. C. Conſ.

DE NAVTICIS VSVRIS. TITVLVS XI.

Nouella conſtitutio cx.

Imperator Iuſtinianus Aug. Ioanni glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario, & patricio.

probationum: quia vix inueniebatur aliquis centum annorum, qui probare poſſet: & hanc neceſſitatem reduxit ad quadraginta annos. ACCVRSIVS.

f ¶ *Suffragari.* ¶ Not. fidem teſtium ᵃ poſſe perire: ſic *ff. de Carbonia. edic. l. iy. §. dua & ſupr. de temp. non ſo. pec. in princ.*

a Teſtiū fidem perire poteſt.

a ¶ *Angu*

PRÆFATIO.

NOuimus ᵇ ex denunciatione tuæ celſitudinis, legem feciſſe iam nos de traiectitiis pecuniis, quæ manifeſta facta eſt foro tuo.

CAPVT I.

¶ Sed quoniā poſtea aditionibus nobis factis, præcepimus legem illam non valere, reſcindi eam ſperantes ex foro tuo: cognouimus autem eam & in quibuſlibet prouinciis iam inſinuatam: propterea ſancimus talem legem omnino vacare: & ſi contigerit etiam per prouincias eam deſtinari, nec ibi valere: ſed inualidam eſſe. Sicque non volumus cauſam procedere, tanquam ſi nec ſcripta fuiſſet memorata lex: ſed ſecundùm de talibus poſitas leges à nobis, negotia & æſtimatione, & ſententia potiatur.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo operi, effectuíque tradere feſtinet. Dat. VI. Kalend. Maij, CP. Dom. Iuſt. PP. Aug. Biliſa. V. C. Conſ.

HÆC CONSTITVTIO c INNOVAT conſtitutionem, quæ præſcriptionem centum annorum venerabilibus locis dederat.

TITVLVS XII.

Nouella conſtitutio cxj.

Quas actiones triginta annorum excludit præſcriptio, ſi loco religioſo competunt, quadraginta tantùm excluduntur, vſucapionibus trienny, & quadrienny ſaluis manentibus. ANGELVS.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Theodoro Orientalium prætoriorum præfecto.

Præfatio hæc deeſt in Scrimgeriana editione. CONT.

PRÆFATIO.

QVod medicamenta † morbis, hoc exhibent iura ᵈ negotiis: vnde conſequitur, vt nonnunquam à iudicio diſcordet effectus: & quod credebat coniectura prodeſſe, experimento inueniatur inutile. probat igitur hoc præſentis etiam neceſſitas ſanctionis, in qua priuilegium ex religioſo propoſito ſacroſanctis Eccleſiis Dei, & monaſteriis, aliiſque religioſis locis conſtitutione noſtra nuper indultū, neceſſaria correctione diſtinguimus. Dudum ſiquidem iuſſeramus ad centum illis annos exceptionis propagari curricula, per cuius licentiam ſanctionis negotia quidem multa commota ſunt, & velut antiquorum vulnerum ᵉ obductæ patuerunt iterum cicatrices: ſed eorum ſanitas prouenire non potuit, probationum ſ. difficultatibus impedita: quoniam per tantum ſeculi magis, quàm temporis ſpatium, nec documentis integritas, nec actis fides, nec ætas valet teſtibus ſuffragari ᶠ.

† *Concord. c. ceterum. cum Gl. 3. extrà de iure iu. ... hæc verba ... & ... proœ. Decr. in Gl. ... ſuper verba, noua litigia: circa fin. ibi*, & quòd medicamenta

DD CAP. I.

a ¶ *Anguſtia.* i. non occurrunt ea, quæ noſtra largitate vtantur, cùm ex memoria perit: licèt alij aliter exponant hoc. Accvrs.

b ¶ *In aliis.* putà quadriennij: *vt Co. de quadrien. præſ. l. fi.* & plenè dices *infrà de Eccl. tit. § pro temporalibus. coll. ix.*

c ¶ *Constitutio.* dicas ſemper fieri mentionē de illa conſtitutione. *l. vt inter diuinum. Cod. de ſacroſ. Eccl.* licèt Ioann. aliter dixerit, vt dixi in rubrica. Accvrs.

d ¶ *Octo luſtrorum.* Luſtrum [a] vocatur quinquennium: quod octies iteratum, xl. cōplet annos, qui enim tantum tacuit, obiicitur ei ſanctio.

a Luſtrū quid.

DE LITIGIOſis, & de decima parte litis, &c.

e Multa quidē] Prudentia. vt infrà, eod. per totum.

f ¶ *Diſpoſitio.* vt *C. eod. per totum.*

g ¶ *Et poſſidentem.* ſic ergo de corporali tantùm. P. tamen dixit idem de incorporali [b], id eſt, de actione perſonali [c]. quod ſatis poteſt dici ſecundùm vetera iura: *vt C. eo. l. ij. & l. fi.* ſed per hanc videtur contrariū. & ſecūdùm hoc nō poteſt opponi de eo, quod eſt, *Co. ne lice. po. l. j. & ij.* vbi ceſſa actio potētiori, amittitur: quia ibi eſt incorporalis.

b Litigioſæ res corporales, & incorporales eſſe poſſunt: *&* hic ſed & quaſi vtile dominiū; Gloſ. Auth. litigioſa. in verbo, dominio. *Co. de litigioſis*

c vide d. Gloſ.

h ¶ *Mouetur.* non [d] eſt neceſſe quòd lis conteſtetur. ſtatim enim reſtringitur, cùm dicitur, iudiciaria cōgnitione, &c. libellum [e] ergo dari neceſſe eſt: ſed non [f] litem conteſtari: licèt multi contradicant. Itē ſimplex interdictio nō facit rem litigioſam: *vt C. eo. l. j. & ff. eo. l. j.* Acc.

d Litigioſam rem facit ſolus libellus: at nō ſola interdictione *&c.*

e Libellus requiritur vt fiat res litigioſa.

f Imò lis mota dicitur lite cō teſtata. *Gl. in l. 1. C. de præſcrip. longi temp.*

i ¶ *Conſtitutionem.* poſitam *C. eod. l. fin.*

k ¶ *Obtinere.* i. intelligi.

l ¶ *Diſcernimus.* vt ſciēs emptor re careat, & pretium detur fiſco, non vt lucro cedat alienantis: imò ipſe det tantundem ſi ſit emptor ignorans: pretium rehabeat, ſi ſoluit tantum quod ſit eius tertia: *vt Cod. eod. l. fi.* Accvrs.

a Omnē ita ſubſcriptū eſt in Scrimgeriana editione. Cont.

m ¶ *Perſpeximus.* ſc. per eandē *l. fin. C. eo. circa fin.*

n ¶ *Diuiſio.* quædam enim fiunt cum [g] vniuerſitate, quæ aliàs non fierent: *vt ff. de acqui. re. do. l. quadam.* & idem dicas in dotis cauſa, & donat. propter nupt. & tranſact. & legatis, & fideicommiſ. *vt Co. eod. l. fi. §. fi. in fi. & ¶. prox. §.*

g Vniuerſitatis ratione aliquid alienari poteſt, quod aliàs non poſſet alienari.

CAP. I.

¶ Vnde quia largitati noſtræ cauſarum non occurrit anguſtia [a], cum ratione ſimul, ac religione tractantes prædictū priuilegium, vſque ad poſſibilem modum deducere experimento retraximus, & iubemus in negotiis quæ antehac triginta annorū remouebat exceptio, nunc venerabilib. Eccleſiis, monaſteriis, & xenodochiis, necnon orphanotrophiis, & brephotrophiis, & ptochotrophiis quadraginta annorum protelatio conferatur: ſalua ſcilicet circa alias perſonas, & cauſas virtute, quam ſemper tricennalis ſibi præſcriptio vindicabat: quoniam hanc decem annorum adiectionem ſolis (vt dictum eſt) religioſis locis, eorūmque iuri, vel contractibus indulgemus, vt ſopitæ hoc temporis ſpatio tā perſonales, quàm hypothecariæ actiones, in perpetuum conquieſcant: nihil penitus aliis exceptionibus derogantes: ſed tam in aliis [b], quàm triennio vim, roburq; tenentibus. in illis namque (vt dictum eſt) negotiis religioſos contractus memorato quadraginta annorum priuilegio volumus perfrui, in quibus eis centum annorum prærogatiuam conſtitutio [c] noſtra contulerat. Si quas planè cauſas ante hanc noſtram conſtitutionem ab Eccleſijs, cæteriſque ſacris locis vbicunque commotas, iudicialis ſententia, aut tranſactionum conuentio terminauit nolumus refricari: ſed in reliquum illis hanc obiici ſanctionem, quas antehac ſopitas octo luſtrorum [d] ſilentio moueri hactenus, aut motas terminari non contigit.

EPILOGVS.

¶ Illuſtris igitur, & magnifica auctoritas tua, quæ per hāc generalem legem noſtra ſtatuit æternitas, edictis propoſitis ad omnium notitiam faciat peruenire. Dat. Kal. Iuniis, Conſtantinop. imperij D. N. Iuſtin. perpetuò Auguſti. †. an. xv. Baſilio V. C. Conſ.

DE LITIGIOSIS, ET DE decima parte litis ab auctore cautela præſtanda.

TITVLVS XIII.

Nouella conſtitutio cxij.

Imperator Iuſtinianus Augu. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

Res litigioſa efficitur mobilis, & immobilis, cum inter poſſeſſorē, & petitorem de eius dominio cauſa mouetur per iudicialem conuentionem, aut principi precibus oblatis, & reo cognitis. Angelvs.

PRÆFATIO.

Multa quidem de litigioſis tam antiqua legiſlatorum prudentia [e], quàm imperialis diſpoſitio [f] promulgauit: ſed in præſenti quidē iudices à noſtra clementia petierunt, vt dubietatem diſcernamus, quæ adhuc pro huiuſmodi cauſis in iudiciis commouetur, & leges, necnon conſtitutiones ſuper his poſitas apertiùs explanemus: vt iam manifeſtiſſimum ſit, quas res vocari litigioſas oporteat.

CAPVT I.

Quæ res litigioſa ſit.

¶ Ideoque ſancimus litigioſam dici, & intelligi rem mobilem, & immobilem, ſeſeq; mouentem, de cuius dominio cauſa inter petitorem, & poſſidentem [g] mouetur [h], aut per iudiciariam conuentionem, aut per preces † principi oblatas, & inſinuatas iudici, ac per eum aduerſario interpellatoris cognitas. in his enim caſibus etiam præteritā conſtitutionem [i] māſuetudinis noſtræ per hanc volumus obtinere [k]; in qua ſcientes, & ignorantes emptores diſcernimus [l], & hoc adiiciendum eſſe perſpeximus [m], vt ſi lite de re litigioſa pendente pulſatum contigerit ab hac luce recedere, hæredes autem eius velle diuiſionem rerum facere, ſine aliquo obſtaculo liceat eis hoc agere. Quando enim res litigioſæ per ſucceſſionem ad hæredes perueniunt, non debet alienatio intelligi earum inter cohæredes diuiſio [n]. Et hoc autem præſenti noſtra lege decernimus, vt ſi contigerit vnū pro tali cauſa litigantem [o] ab humano cōſortio recedentem, per vltimā voluntatem res aliquas, de quibus dominij dubitatio vertitur, legati nomine cuicunque relinquere: ſi quidem hæres iudiciali ſententia dominus earum fuerit demonſtratus, tunc legatarius quod ei relictum eſt, modis omnibus conſequatur [p]. Si verò hæres in iudicio victus extiterit, non habeat legatarius licentiam aliam rem pro eodem legato hæredem exigere: quoniā ſciens teſtator rem litigioſam eſſe, litis euentum legatario dereliquit [q]. Vnde damus licentiam legatario (ſi hoc prodeſſe ſibi putauerit) litis participem fieri [r]: vt ne aliquam fortè negligentiam, ſeu proditionem hæredi poſſit obiicere. Ab hoc [ſ] autem litigioſi vocabulo hypothecas ſeparari decernimus, & in his hanc diſtinctionem tenere: vt ſi quidem ſpeciales res mobiles, vel immobiles, aut ſe mouentes nominatim fuerint hypothecæ ſuppoſitæ, licet quidem debitori eas, cui, & quando [t] voluerit vendere; ſic tamen, vt ex pretio earum vſque ad debiti quantitatem ſatisfaciat creditori.

o ¶ *Litigantem.* actorem, vel reum.

p ¶ *Conſequatur.*

¶ Quid ſi hæres agere non vult? Respond. compellit eum legatarius: *vt ff. de leg. j. l. ſi ſic. §. fin.* ¶ Et not. de hoc triplex ius. nam iure veteri agebat hæres, & in omnem euentum legatario tenebatur: *vt Cod. eod. l. ij.* & hoc ante Iuſti. per Iuſtinia. verò agebat legatarius ſuo periculo: *vt Co. eo. l. fin. in fi.* Hodie verò agit hæres: ſed periculo legatarij, vt hîc ſubiicit: & ſecundùm hoc dictæ ll. corriguntur hîc in hoc. Accvrs.

q ¶ *Dereliquit.* hoc enim præſumimus, nec contrarij probationem recipimus. Accvrs.

r ¶ *Fieri* [h]. ſic & dominus cum procuratore: *vt ff. de procura. l. Paulus reſpon.* ſic legatarius cū eo, qui conuenitur querela. *vt ff. de inoffic. teſtamen. l. ſi ſuſpecta. & ff. de appel. l. ſi perluſoria.* Accvrsivs.

ſ ¶ *Ab hoc.* aliàs, *ab hac.* aliàs, *ad hoc.* & quælibet eſt bona litera.

t ¶ *Et quando.* etiam [c] pendente lite iam ſuper hypothecaria. nam & hoc dicere intendit.

¶ Sed nunquid tenetur actione in factum debitor, qui [d] alienat cauſa mutandi iudicij? Reſpon. ſic. *vt ff. de alie. iu. mu. cau. fa. l. j.* & licèt ille tit. locum habeat, antequam ſit res litigioſa, tamē multò magis poſt habet locum: *vt argumen. ff. de pecu. l. ſi poſtea.* Sed alij intelligunt hunc §. vt ſi agatur rei vin. contra aliquem, non ideo prohibeatur rem obligare [e], licèt prohibeatur eam aliàs alienare.

Si

a ¶ *Vindicare.* per [a] hypothecariam, debitore ſcilicet poſſidente, qui non ſuam tradiderat eam emptori *vt ſupra, de ...* *ſed neque ad res quæ ...* ſecundùm I... Vel ſorte emptore etiam poſſidente. & ita hic corrigitur quod ſupra de ... hoc ſecundum Bul. Vel tertiò dic, excuſſis tamen ...

Si autem hoc debitor non fecerit, damus licentiam creditori, qui rem vẽditam ſuppoſitam habet, eandem rem vindicare [a], donec ei ſatis pro debito fiat [b]. Hoc autem præcipimus obſeruari, ſi non fortè ante aut per generalem, aut per ſpecialem nominatim hypothecam eadem res alijs fuerit creditoribus [c] obligata: tunc enim ſecundum ſacrarum noſtrarum legum tenorem, temporum priuilegia vnicuique creditorũ ſeruari decernimus. Ex quo iam claret, quòd generales hypothecas multò magis litigioſi vocabulo volumus contineri: ſed earum actiones ſecundum veterum legum conſtitutã examinari, & inde vim præcipimus obtinere. Et hæc quidem de litigioſis, & ſpeciali, necnon generali hypotheca diſpoſuimus, vt tam nulla de his in iudiciis dubitatio generetur: ſed ſecundùm diſtinctionem huiuſmodi certamina terminentur.

CAP. II.

De cautione, quæ ante reorum citationem præſtari debet ab actore.

¶ Ad excludendas autem calumnioſè mouentium intentiones, & executorum fraudes, aliud inuenit prouidentia noſtra remedium. Sancimus enim omnes iudices, ſi quando aliquos teneri [d], vel moueri † noluerint, hanc conditionem in ſuis interlocutionibus [e] adijcere, vt non aliter conuentionales libelli pulſatis porrigantur, aut ſportulæ executoribus dentur, niſi priùs & in libello actor per ſe, aut per tabularios ſubſcripſerit: & actis [f] interuenientibus fideiuſſorem idoneum periculo competentis officij [g] præſtiterit [h] confitentem quòd vſque ad finem litis permaneat [i], & ſuas intentiones aut per ſe, aut per legitimum procuratorem exerceat. & ſi poſtea fuerit approbatus iniuſtè litem mouiſſe, ſumptuum, & expenſarum [k] nomine decimam [l] partem eius quantitatis, quæ in libello continetur, pulſato reſtituat. Si autem dixerit non valere fideiuſſorem dare: tunc apud iudicem, à quo cauta examinanda eſt, ſanctis propoſitis Euangelijs per ſacramentum ...

... cima non [a] exc... ſupra, de exhibend. ... dicunt, ... accedere poterit & illa Authentica ... ſtationem loquitur, hæc poſt & ſic hæc differt ab illa, nec alia eſt ſuperflua ... hic, quod illa ... cautam, hæc propter faciendam ¶ Sed quæ [n] cautio ...

hoc ipſum [m] affirmet, & ſic iuratoriam cautionem † exponat, & per eam hæc, quæ ſuperius dicta ſunt, promittatur [n].

1. ¶ Si verò non hæc omnia, quæ prædiximus, ſecundùm antè latum modum proceſſerint, nullatenus pulſatum reſponſum facere executori concedimus, nam ſi cito memoratam diſpoſitionem, aut aliquis iudicum, aut officium eius, vel quilibet executor negotij aliquem conuenire præſumpſerit: iudex quidem, & officium eius denarũ [o] librarum auri pœnam ſuſtinebit: ipſe autem executor negotij & confiſcationem ſuæ ſubſtantiæ patietur, & exilio quinquennali damnabitur: pœna videlicet ex hac lege competente, periculo viri magnifici pro tempore comitis ſacrarum priuatarum exigenda, & noſtri fiſci iuribus inferenda. Omne autem diſpendium, quod pulſatus ex hac conuentione præter tenorem noſtræ legis factum perpeſſus fuerit, ex petitoris ſubſtantia pulſato reſarciatur periculo iudicis, cuius ab executore detentus eſt [p], nec non & officij, quod eius iuſſionibus obſecundat: vt vndique noſtro imperio ſuperna maieſtate, ac diuinitate crediti, pro ſua indemnitate lætentur. Cauſas verò †, quæ ex conſenſu [q] vtriuſque partis in iudicio mouentur, à pœna huius conſtitutionis liberas eſſe decernimus: & ſicut alijs noſtris continetur conſtitutionibus [r], terminari.

CAP. III.

Vt poſt annum, & tria edicta in actorem contumacem ſententia feratur.

Actor, qui actionem in iudicio propoſitam poſt litem conteſtatam proſequi differt, tribus iudiciariis edictis citatur: poſt quæ, ſi adhuc venire recuſat, iudex poſt annum ſibi adhuc indultum ſententiam profert. BART.

¶ Omnem [f] verò † cauſarum finem volentes celeriter peruenire, illorum malignitatibus obuiamus, qui tãtummodo proponunt actiones, nolunt autem vſque ad finem exercere iudicium, dicentes legem [t] eſſe, quæ decernit neminem actiones ſuas exercere nolentem

compelli. Et hanc igitur prauitatem extinguere feſtinantes, iubemus memoratæ legis auxilio non eos vel, qui contra aliquem ſuas propoſuerint actiones, ſiue per iudicatam conuentionem, ſiue per preces principi oblatas, & iudici inſinuatas, & per eum ad ſcientiam aduerſarij deductas, vel ſub legitimi iudicis cœptas examine. Iniuſte enim agere recuſat, qui paratus aduerſarium ſuum ad iudicium vocauit; cùm excuſatio hæc pulſato magis, quàm actori conueniat. Quamobrem [a] ſancimus actorem cœptum negotium vſque ad finem litis exercere [b]. Si verò cauſam proſequi diſtulerit, damus pulſato licentiam, iudicem, apud quem lis cœpta eſt, poſtulandi: vt ab eodem iudice actor ad iudicium [c] aut per ſe, aut per legitimum procuratorem venire moneatur: & ſi hoc minimè fecerit, propoſitis tribus vocetur [d] edictis: vnaquaque cautione [e] † non minùs, quàm triginta † dierum ſpatio concludenda. Iubemus enim ordinarios iudices non ſolùm præconum [f] vocibus, ſed etiam edictis propoſitis quamcunque litigatorum partem abſentem in iudicium vocare. Vocem enim præconum pauci poſſunt, qui præſentes inueniuntur, audire: edicta verò per multos dies propoſita poſſunt penè omnes agnoſcere. Aliis autem omnibus iudicibus, qui per imperialem iuſſionem cauſas examinant, ex præſenti lege permittimus [g] partes, quæ in iudicio non permanent, propoſitis edictis [h] vocare, ne cauſæ infinitæ permaneant.

1. ¶ Si verò apud iudicem initium [i] lis non acceperit, ſed tantum conuentionali libello [k] quiſcunque pulſatus [l] eſt, aut precibus noſtræ oblatis clementiæ: iuſſio noſtra ſuper hoc prolata, ſiue ſcriptis, ſiue per mandata [m] iudici fuerit intimata, & ea aduerſario per eum cognita, etiam ſic licebit pulſato ire ad competentem [n] iudicem, & per eum ſuum aduerſarium ſimili modo vocare: vt ſi quidem ſui præſentiam actor fecerit, cauſa ſecundum legum ordinem examinata finem legitimum ſortiatur [o].

2. ¶ Si verò propoſitis edictis vocatus ad iudicium venire, & ſuas intentiones aut per ſe, aut per legitimum (ſicut dictum eſt) procuratorem proponere noluerit: tunc & aliud [p] vnius [q] anni ſpatium ei concedimus: intra quod niſi ſuam intentionem fuerit proſecutus [r], damus licentiam iudici, & abſente aduerſario, partis permanentis [s] allegationes ſecundum noſtras leges examinare: & veritate [t] ſubtiliter requiſita, legitimam proferre ſententiam. Si verò intra præedictum anni ſpatium venerit, & ſuas intentiones exercere voluerit, iubemus iudicem modis omnibus expenſas, vel ſumptus, quos propter litem pulſatus permanens in iudicio ſuſtinuerit, ante omnia exigere actore [u]; & pulſato dare: & ſic actorem permanere, donec cauſa finem ſecundum leges accipiat. Nam ſi tantummodo venerit, & expenſis, ſiue ſumptibus datis ſolum annale tempus interrumpere voluerit, & iterum à iudicio recedens, vſque ad exitum cauſæ non permanſerit: iubemus eum poſt productas [x] edictorum, &

Dilationes triginta dierum actoribus & reis à ſententia conceduntur.

Sententia definitiua aduerſus contumacem actorem ferri poteſt.

Contumax reus quemadmodum damnetur.

Reis multa conceduntur, quæ actori non conceduntur.

Actorum cur durior cauſa eſſe debeat.

Sententia definitiua aduerſus reum lite non conteſtata ferri nō ſolet.

Dilationes abſentib. quot dari ſolent.

Dilationes iudiciales, non legales, iudex poteſt minuere.

Abſentes quemadmodū citandi.

Albo Prætoris quæ continerentur.

Delegatus principis citare poteſt per edicta.

habes biennium, & ſex menſes, ſecundùm Io. a. Vel dic quòd loquitur de prædictis: & ſic habes annum tantùm, & a tres menſes: quicquid tamen dicas, derogatur *l. properandum.* quæ ſtatuit triennium. nam vel intra bienniū, & ſex menſes: vel intra annum, & tres menſes finitur hoc iudiciū. ſic & alias finitur per annum. *vt ſupr. de haere. & Fal. § illud. coll.* j. ſecundùm Azo.

a ¶ *Actione.* Nunquid ipſo iure? Reſponderi poteſt, & allegari quod dixi *ſupr. de inceſt. nupt.* §. j. ¶ Et not. hic argu. contra variantes b: ſic *ff. de procurator. l. in cauſa, in princip.* Sed argum. *contrà, ff. de collat. bonor. l. nunquam.*

b ¶ *Deterior.* ¶ No. deteriorem eſſe conditionem plurles c delinquentis, ſic *& C. de ſeruis fugit. l. quicunque. & ff. de re milit. l. iy. §. ſi plures. & ff. de pæn. l. ſi quis aliquod.*

c ¶ *Legis autem.* vt *Co. vt nemo inuitus agere, vel ac*

d ¶ *Priuilegio.* i. priuilegiis.

b Variare non ...

c Delicta iterata grauius puniuntur.

annalis ſpatij obſeruationes ab omni cadere actione a, quā ſibi competere contra pulſatum exiſtimabat. Deterior b namque † dolus eius agnoſcitur, qui interruptam iterum litem deſeruit, quàm qui ſemel acceptam dereliquit. Legis autem c priuilegio d: quæ nolentibus non imponit neceſſitatem proprias actiones mouere: illis tantummodo vti concedimus, qui nullam ſecundùm prædictos modos aduerſario mouerint quæſtionem.

EPILOGVS.

¶ Hæc autem omnia obtinere decernimus in cauſis, quæ necdum vel iudiciali ſententia, vel amicabili conuentione, vel alia iuri cognita deciſione finitæ ſunt, Theodote parens chariſſime, atque amantiſſime. Illuſtris itaque, & magnifica auctoritas tua præſentem noſtri numinis legem in perpetuo valituram, edictis in hac regia vrbe propoſitis, & præceptionibus in vniuerſis prouinciis ſub tua conſtitutis iuriſdictione directis faciat manifeſtam: vt omnes ea, quæ pro vtilitate eorum ſancinimus, à ſe cuſtodienda cognoſcant. Datum iiij. Idus Septemb. Conſtantino. imperij D. Iuſtiniani PP. A. ann. xv. Baſilio V. C. Conſ.

IN MEDIO LItis non fieri, &c.

e Omnia.] *Diſponentes.* ſcil. nos per dictas iuſſiones.

f ¶ *Pragmaticum typum* d. id eſt, chartulam, in qua ſcribebant quid faciendum ſit. Accvrs.

g ¶ *Præſcriptionem.* aliàs, *deſcriptionem.* Accvrs.

h ¶ *Diſpoſitionem.* quia nos volumus quod noſtræ ll. volunt: *vt ſuprà; de iudi. § omnes autē. colla. vj.* ſic *ff. ad Turpil. l. j. § j. ibi, pæna verò per ſe, &c.* ¶ Et ſic not. quod non e licet ſupplicare lite pendente: *vt hic. & Cod. vt lit. pend. l. j. & ij* & facit *C. ſi contra ius, vel vti. pub. l. ſi.* Accvrsivs.

i ¶ *Negotium.* ſ relatū. Accvrs.

k ¶ *Aliqua.* ſcili. nobis Imperatoribus.

l ¶ *Apud iudicem.* ita neque iudicāda ab aliis aliorum doctrina. Azo.

m ¶ *Iudicium.* i. ſententia.

n ¶ *Dictum.* i. inchoatum, aut antiquatum.

o ¶ *A nullo valeat* f. vt *ff. à quib. app. non licet. l. j. § reſpon. & ff. de mino. l. minor. j reſpō. & de arbi. l. nam magiſtratus. & ad Trebell. l. ſi te. §. tempeſtiuum.*

p ¶ *Declarationem.* vt *ſuprà, de iud. § fin. & Co. de legi. & con. l. cùm de*

d Pragmaticus typus.

e Lite pendente ſupplicare non licet regulariter: vide tamen exceptiones, infrà, ...

f Principum ſententiæ à nullo retractari poſſunt.

IN MEDIO LITIS NON fieri ſacras formas, aut ſacras iuſſiones: ſed ſecundùm antiquas leges generales lites decidi.

TITVLVS XIIII.

Nouella conſtitutio cxiij.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Theodoto ſacrorum prætoriorum præfecto.

Iudex de cauſa cognoſcens, iudicare, & procedere in ea debet ſecundum legem: non ſecundum ſacras formas, & iuſſiones lite pendente emanantes: & ſentētia principis in ſcriptis lata non poteſt ab aliquo retractari. Angel.

PRÆFATIO.

Omnia ſecundùm noſtras leges agi volentes, & harum virtutem ſeruari ſtudentes, perſpeximus præſentem ſcribere legem ad ipſarum legum obſeruationem. Agnouimus enim quoniam quidam iudicum volentes eis, qui cauſas dicunt, tergiuerſari, & celare ſuas feſtinantes dilationes, excuſant ſe frequenter, dicentes quòd ſacræ formæ, aut ſacræ iuſſiones, aut diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referendariorum inſinuatæ eis ſunt, tāquam diſponentes e quemadmodum oporteat negotium examinari, aut iudicari.

CAPVT I.

¶ Et propterea ſancimus, vt dum lis examinatur, ſiue in pecuniariis, ſiue in criminalibus, aut aliis quibuſcūque emergentibus cauſis apud iudices, ſiue hîc, ſiue in prouinciis, neque pragmaticum typū f, neque aliam præſcriptionem g, neque ſacrā noſtram quamlibet ex ſcripto, aut non ſcripto iuſſionē, aut diſpoſitionem h in hac regia ciuitate ſpectabilium noſtrorum referendariorū, aut alterius cuiuſlibet, diſponentē eos quomodo decet inchoatum examinare, aut iudicare negotium i: inſinuare iudicantibus aut inſinuata valere: ſed ſecundùm generales noſtras leges cauſas examinari, & decidi. Quod enim in legum poſitū eſt poteſtate, non egebit aliqua k extrinſecus diſpoſitione. Si quod enim ad nos negotium, apud iudicem l iam dictum, aut antequam hoc principium ſumat, perſpeximus nos hoc per proprium noſtrū iudicium m diſponere, & dicere: hoc nequaquam alterius iudicis egebit iudicio. Sicut enim à nobis per ſacrum (ſicuti dictum n eſt) iudicium diſpoſita, aut deciſa, non egebunt aliorum examinatione, aut iudicio, aut retractatione aliqua: ſic nos (quibus Deus † ſanciendi poteſtatem donauit) ſi aliquod iudicium in quolibet negotio protulerimus, non alij iudici hoc committimus, ſiue per formas, ſiue per diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referendariorum, aut alterius cuiuſlibet, quomodo conuenit hoc negotium examinari, aut iudicari: vtpote quia à nobis ſemel iudicatum eſt, quod retractari à nullo valeat o: his videlicet tenentibus, quando ſcripta talis aliqua noſtra procedit ſententia. Si verò aliqua dubitatio iudici de aliqua fiat lege, nunciet ad noſtram poteſtatem, & à nobis expectet cauſæ ſcriptam declarationem p, aut interpretationem, & ſecundùm eam decidat litem.

1 ¶ Si verò dum cauſa dicitur, pragmatica noſtra forma, aut diſpoſitio ſpectabilium noſtrorum referendariorum q, aut alterius cuiuſlibet, aut aliud aliquid horum, quæ dicta ſunt, omnium, iudicantibus inſinuetur, ordinans in his examinationem, aut ſententiam: Iubemus iudicem quidem omnino non reſpicere †: ſed his vacantibus & nullam penitus habentibus virtutem, ſecundùm generales noſtras leges cauſam examinare, & legitimo fini contradere. Si autem hoc non cuſtodierit iudex, decem librarū auri eū ſubiacere pœnæ: vt etiam aliam noſtram maiorem indignationem experiatur: eidem pœnæ ſubiecto & eo, qui præſumet talem aliquam dictare formam, & miniſtrantibus ei, & talem aliquam diſpoſitionē facientibus ſpectabilibus noſtris referendariis. Et hæc dicimus ſiue ex ſacra noſtra ſāctione r iudicare quiſpiam deputatus eſt, ſiue ex præcepto iudiciali, ſiue ſecundū arbitrium, aut compromiſſariorum ſchema quæſtionem audit, ſiue ſcripto, ſiue ſine literis. Sed vel ſi quis iudicum propriam deſpiciens ſalutem, ex aliquo tali præſumpſerit ſententiā proferre: hanc ita infirmā eſſe volumus, vt neque appellatione indigeat, neque ex cōpromiſſo inferatur pœna. Nos enim omnes iudices

nouo. & ff. de iud. l. cum. §. 1 ¶ Et not. quòd etiā principis a ſententia debet eſſe ſcripta, ſicut & cuiuſlibet alterius: *vt C. de ſen. ex breui. reci. l. j.* Accvrs.

q ¶ *Referendariorum.* i. facta à referendariis voluntate principis.

r ¶ *Sanctione.* alias, *functione.*

a Sententiæ principū ſcriptæ eſſe debent, vt & aliorum iudicum.

† Facit ad hoc, 25. q. 2. c. imperialis. vbi. de hoc late tractatur.

† Congruit cum hoc text. c. cauſam, quæ. cum ſit. ſuper verbo, commiſimus, extra de reſcrip.

a ¶ Ferro

ſecundùm generales noſtras leges examinationes, & ſententias ferre a volumus. Illud quoque indubitatum erit, quia neque iudicialis quælibet valebit iuſſio extra quod ordinatum eſt hac noſtra lege.

CAP. II.

¶ Super hoc b autem & illud iudices eſſe opus eſt, quia competens eſt eas & quæ adhuc, & nunc mouentur, quæſtiones, ſecundùm generales determinare leges c, vel ſi quiſpiam præceſſit impetrans ſanctionem diſponentem iudicantis examinationem, aut ſententiam: ei enim, qui tale aliquid impetrauit iam, ſententiamque definitiuam nõdum promeruit, nihil ex iis, quæ impetrauit, prodeſſe volumus. Si enim ſemel peruenit ſententia definitiua data: nequaquam hanc d ex noſtra hac perſcrutari lege iubemus: licèt appellatio ſubſecuta ſit, aut retractationis e eſt aliqua ſpecies contra ſententiam. Eam autem f iuſſionem, quæ non diſponit quidem iudicantem, aut iudicare futurum, quomodo oporteat quæſtionem fieri, aut iudicium inferri: cauſam verò g fini ſtudioſè tradi legitimo h, vult: aut actorum imponet edictionem, aut iudicem coget legitimam proferre ſententiam, aut ſimul alium iudicem ſecundùm noſtras preſtitutas leges & fieri, & valere, & ſcripto, & ſine ſcriptura non prohibemus.

CAP. III.

¶ Vt autem omnes noſtri ſubiecti, & maximè qui litibus atteruntur, noſtram pro ſe nouerint prouidẽtiam, & nullus hanc ſacram noſtrã circumueniat legẽ, neque ignorantiam in ea proponat: ſancimus in vnoquoque negotio initium apud iudicem accipere ex procemiis i mox, & ante ipſam perſonarum firmationem inſcribi eam, & monumentorum fieri partem, ſic enim geſtis præfulgens prohibebit ea, quæ præter eius virtutem tentantur circa eam, & circa ipſam forſan perſonarum firmationem: & præuaricari eam nitentibus per multa interminata refrænabit à talibus eos præſumptionibus, & propriis tempus non ſinet fieri pœnis. Vt enim iniquitatem ſimul, & iniuſtitiam per omnia expel[…]mus: propterea præſentem poſuimus legem, vndique eam, & per eam aliàs cautas & incircumueniendas cuſtodientes reipublicæ leges, ſecundùm quas k & nos ipſi imperium, quod Deo dante ſuſcepimus, cuſtodire, noſtráque rempublicam ab his legib. muniri ſemper optamus.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo ſeruare quidem ſtudeat: omnibus autem palàm faciat, præponens quidem eam in hac fœliciſſima ciuitate, præceptis autem ſolennibus vtens ad prouinciarum præſides: vt omnes homines ſciant eam, quam ſuper eos habemus prouidentiam. Da. x. Kalend. Decẽb. CP. Dn. Iuſtin. PP. Aug. anno xv. Baſilio V.C. Con.

VT DIVINÆ IVSSIOnes ſubſcriptionem habeant glorioſiſſimi quæſtoris.

TITVLVS XV.

Nouella cõſtitutio cxiiij eius tantum argumentũ refertur in Scrimgertana editione.

Imperator Iuſtinianus Augu. Theodoto ſacrorum prætoriorũ præfecto.

Nulla diuina iuſſio per aliquem iudicẽ recipiatur, niſi ſit ſub velata ſubſcriptione quæſtoris denotantis inter quos, & ad quem iudicẽ, & per quam perſonam directa fuerit: contra faciens pœna xx. librarum auri mulctatur. Ang.

PRÆFATIO.

Noſtræ ſerenitatis ſolicitudo remediis inuigilat ſubiectorum, nec ceſſamus inquirere ſi quid ſit in noſtra republica corrigendum l. ideo namque † voluntarios labores appetimus, vt quietem aliis præparemus. Vnde ad vniuerſorum vtilitatem pertinere perſpeximus, ſi ſacras etiam iuſſiones cum competenti iubeamus cautela procedere, ne aliquibus liceat eas pro ſua voluntate profiteri.

CAPVT I.

¶ Nam præſenti m legẽ decernimus, nullam diuinam iuſſionem n neque per viri magnifici quæſtoris adiutores, neque per aliam cuiuſlibet militiæ, aut dignitatis, aut officij perſonam, cuicunque iudici o confectam, à quolibet ſuſcipi cognitore, cui magnifici viri quæſtoris p annotatio ſubiecta non fuerit, qua contineatur q & inter quos, & ad quem iudicem, vel per quam fuerit directa perſonã: quatenus omni poſthac ambiguitate ſubmota, nulla cuilibet excuſationis relinquatur occaſio: ſcientib. iudicibus, vel adminiſtratoribus vniuerſis, quòd ſi in quolibet negotio ſacrã ſuſceperint iuſſionem, niſi cui quæſtoris viri magnificentiſſimi fuerit ſubiecta annotatio, mulcta viginti librarum auri, & officiũ eorum ſimili pœna plectetur: quib. iubemus r, ſi qua talis iuſſio ad eos peruenerit,

a ¶ *Ferre.* i. facere.

b ¶ *Super hoc.* Quid addit prædictis hic §. cùm dicat, *ſuper hoc?* Reſpond. hic dicit de cauſis, quæ pendebant tempore huius l. quibus pendentibus ſimiliter dicit ſupplicationem, vel impetrationẽ nõ tenere. ¶ Et ſic not. leges a ad præterita trahi, & ad præſentia: quia hoc cauetur: *vt Cod. de leg. & con. l. leges & conſtitutiones.*

a Leges ad præterita, & præſentia plerumque trahũtur, minimẽ quando hoc nominatim dictum eſt.

c ¶ *Leges.* leges dico diſponentes iudicantis examinationem, aut ſentẽtias. vel pro etiam ſi quiſpiam præceſſit impetrans ſanctionem. etenim, &c.

d ¶ *Nequaquam hanc.* ſententiam definitiuã.

e ¶ *Aut retractationis.* fortè ratione minoris ætatis, ſeu ſupplicationis, &c. adeò etiam, vt ſi poſt ſententiam fiat lex noua, non valeat: *vt j. tit. prox. in princ.*

f ¶ *Eam autem* ſic conſtrue, & habebis ſenſum. *Eam autem iuſſionem, quæ diſponit quidem iudicantem, aut iudicare futuram quæſtionem, quomodo oportet peritiam repete, quomodo oporteat iudicium inferri.*

g ¶ *Cauſam verò.* verò, pro, *ſed.*

h ¶ *Legitimo.* quaſi dicat, illa iuſſio non valet, quæ diſponit quomodo iudicet: ſed illa ſic, quæ vult iudicium citò finiri. ¶ Et ſic not. quòd quatuor caſibus hic ſupplicat b lite pendente. 1. Primus, vt iudicium procedat. 2. Secundus, vt acta edantur. 3. Tertius, vt ſentẽtiam det iudex, quod eſt idem quaſi primus modus. differt autem, quia in tertio non reſtabat niſi ſententia: in prima & media cauſa facienda erat adhuc. 4. Quartus, vt aſſocietur iudex alias nõ ſupplicatur lite pendente, *vt hic, & C. vt lite pẽ. l. ij.*

b Lite pendẽte quatuor caſibus ſupplicatur.

i ¶ *Ex procemiis.* c Quæ ſunt huiuſmodi procemia d? Reſ. Anni Domini, qui ſunt. 2. Item ſcribunt quidam: Hìc incipit cauſa talis. 3. Item libellus cum partis ſubſcriptione. 4. Item citatio, & ſimilia. quæ quaſi procemia ſunt: & poſt hoc debet hæc lex ſcribi, vt ſit pars monumentorum, ſiue actorum. Tertiò, ſcribitur confirmatio perſonarum, ſc. ſatiſdationis iudicio ſiſti. Sed videtur quòd ſtatim poſt prædicta procemia debeat fieri perſonarum confirmatio: *vt ſupr. de ekkle. §. ſancimus. & §. illud verò. coll. v.* Reſp. illa ſecundũ hanc intelligitur. Sed hæc hodie non ſcribitur, cùm ſatis certa ſit.

c Litis initium ex illius procemio cognoſcitur.

d Procemia litis quæ.

k ¶ *Secundùm quas.* ¶ Not. Imperatorem a ſuſcipere Imperium, vt ſecundùm leges iudicet: ſic *C. de leg. & conſti. l. digna. & not. ſuprà. eod. §. j.* ibi, *quod enim in legem, &c.*

a Imperator principio, accipit […] iudicet.

VT DIVINÆ iuſſiones ſubſcriptionem, &c.

l Noſtra.] *Corrigendum. ſic j. vt fra. ſ. coll. ix. in prin arg. contrà ſuprà, quibus modis na. effic ſui. § tribus. coll. vij.*

m ¶ *Nam præſenti.* incipit conſtitutio. Accvrs.

n ¶ *Iuſſionem* b. i. priuilegium, in quo aliquid iubet, vel concedit in fauorem: in commiſſionibus cauſarum fortè eſt aliud, vt obſeruari in curiis videmus. Azo.

b Iuſſio […] legat.

o ¶ *Iudici.* id eſt, ad quemcumque iudicem. Accvrs.

p ¶ *Quæſtoris.* qui c tribus modis dicitur: Vel à quærendo: de quo nõ loquitur hic, vt credo. Vel qui legendis principalibus libris vacat: de quo fortè hìc loquitur. Tertiò, qui præeſt capitalibus cauſis ad ferendas, vel legendas ſententias: de quo fortè hìc loquitur: *vt ff. de offic. quæſto. l. j. § fi. & ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde cùm ærarium. & §. quia diximus.* Accvrs.

c Quæſtor […] dicat.

q ¶ *Contineatur.* ex hoc §. *ſumitur quod eſt C. de diuer. reſcr. l. final. §. fin.*

r ¶ *Quibus iubemus.* ſc. iudicibus.

VT

uenerit, mox ad prędictũ virum magnificũ quæſtorẽ referre, aut cum illo, qui hæc ingerit, deſtinare: vt in eum vindicta procedat, quam in falſarios iura noſtra conſtituerunt, Theodore parens chariſſime, atque amantiſſime.

EPILOGVS.

¶ Quam legem perpetuò valituram celſitudo tua ad vniuerſorum faciat peruenire notitiam.

VT CVM DE APPELLAtione cognoſcitur, ſecundùm illas leges debeat iudicari, quæ tempore latæ ſententiæ obtinebant: non ſecundùm eas, quæ poſtea [a] promulgatæ ſunt: & de aliis capitulis [b].

TITVLVS XVI.

Nouella conſtitutio cxv. quæ, vt in Græcis editionibus notatum reperitur, ſex habet capitula.

Imperator Iuſtin. Aug. Theodoto Orientalium ſacrorum prætoriorum præfecto.

In cauſa appellationis debet ferri ſententia, quæ vigebat tempore ſententiæ primæ: non ſecundùm eã, quæ poſt latam ſententiam nouiter emanauerit, etiam ſi in lege nouiter emanata dictum fuerit quòd protrahatur ad præterita. ANG.

PRÆFATIO.

PEruenit ad ſcientiam noſtræ ſerenitatis, quod cùm inter Euſtathium virũ reuerendiſſimũ Tholonæ † ciuitatis epiſcopũ, & Piſtum diaconũ Eccleſiæ Telmiſſenſis fuiſſet cauſa commota, proceſſit à rectore prouinciæ definitiua ſententia, contra quam appellatio eſt porrecta. Iudices igitur, apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes, ad noſtram clementiam retulẽrunt, an ſecundùm leges, quæ obtinebãt quando proceſſit definitiua ſententia: an ſecũdùm tenorem illius legis, quæ poſt definitiuam ſententiam à nobis promulgata eſt, eamdem cauſã examinare deberent. Nos itaque iuſtũ eſſe perſpeximus [c], ſecundùm leges, quæ obtinebant tempore latæ ſententiæ [d], prædictam appellationis cauſam examinari, & terminum ſecundùm ipſas accipere. Præuidimus autem & poſt hanc ſi quandocunque dubitatio talis emerſerit, eam ſimili ordine terminare.

CAP. I.

Vt cauſæ appellationum dirimantur ex iis legibus, quæ tempore latæ ſententiæ obtinebant.

¶ Ideoque ſancimus, ſi quando de aliqua cauſa proceſſerit definitiua ſententia, & prouocatio fuerit ſubſecuta: appellationis examinatores ſecundùm leges, quæ tempore definitiuæ ſententiæ obtinebant, terminum dare negotio: hoc eodem videlicet obſeruando, & in retractandis ampliſſimæ prætorianæ ſententiis, & in ſuggeſtionibus iudicum, quando vtræque partes omnibus allegationibus ſuis renunciauerint, & iudices per ſuas relationes [e], quid diſponi debeat, interrogauerint. In omnibus enim prædictis caſibus illas leges à cognitoribus ſeruari decernimus, quæ tempore ſententiæ, aut certè relationis obtinebunt: tametſi contigerit poſtea legem promulgari noui aliquid diſponentem, & tenorem ſuum ad præterita quoque negotia referentem [f].

CAP. II.

De his, qui poſt renunciationem aduerſariorum ſe allegationes habere dicunt.

Poſtquam vna pars renunciauerit allegationibus: alia cogi debet intra xxx. dies proponere quicquid velit: & ſi hoc non fecerit, ad omnem eius malitiam ſuperandam duo menſes dari debent: quibus elapſis iudex debet ferre ſententiam legibus conſonantem. ANGEL.

¶ Sed & hoc † præſenti addimus ſanctioni. Quia inter litigatores aliquando contingit vnam quidem partem ſuis allegationibus renunciare [g]: aliam verò ſcientem ſe malas cauſas habere, poſt cognitionalia certamina, & dilationes, quas probationum cauſa leges concedunt, nolle confiteri allegationes [h] ſibi ſufficere, ne citò cauſæ qualitas agnoſcatur, iubemus: vt quando vna pars allegationibus renunciauerit: alia verò pars dixerit ſe habere aliquid, quod proponat [i]: iudex negotij modis omnibus eam partem, quæ vtitur dilatione [k], compellat intra triginta dies, poſtquam altera pars renunciauerit, quicquid velit, ſine aliqua intermiſſione proponere: quod ſi non fecerit, tunc ad eius malitiam conuincendam † alius vnus menſis indulgeatur à iudice. Si verò & ſic diſtulerit, alterius vnius menſis ei dilatio præbeatur [l]: ita vt ſi vſque ad prædictos tres menſes, quos litigatoribus protrahentibus conceſſimus, ſuas non propoſuerit allegationes: tunc cognitor cauſæ non ampliùs expectans, modis omnibus proferat ſententiam legibus conſonantem: vel ſi voluerit, referat: ne litigatoribus malè certantibus liceat cauſarum exitum vltrà protrahere.

CAPVT III.

Quæ ſint iuſtæ exhæredationis liberorum cauſæ.

Parenti non licet liberos præterire, vel exhæredare, etiam ſi legitimam eis reliquerit portionẽ, niſi iure inſtitutionis eis reliquerit: vel niſi ingrati probentur expreſſè in teſtamento apparente: quæ cauſæ ingratitudinis hic per ordinem enumerantur. BART.

¶ Aliud quoque † capitulum præſenti legi addendum eſſe perſpeximus. Sancimus igitur non licere

VT CVM DE appellatione cognoſcitur, ſecundùm illas leges, &c.

a ¶ *Poſtea. & ſic ad præterita referantur negotia*: vt infrà, eo. j. reſp. in fin. *quod eſt mirabile.* AZO.

b ¶ Et de aliis capitulis. *ſcil. quæ ſunt quatuor. nam quinque principales partes habet hæc conſtitutio, licèt multa incidẽter aliàs dicat: vt dixi, & ſum proſecutus in ſumma huius tit.*

c ¶ *Peruenit ad.*] *Perſpeximus.* circa illã facti quæſtionem.

d ¶ *Sententiæ.* hoc quãdo poſt ſententiam.

e ¶ *Relationes.* hoc quãdo poſt relationem ante reſponſionem, quæ expectanda non eſt: *vt hic. & infrà vt iudi. non expe ſacras iuſſ. § ſi. colla. ix. & C. de ap. l. iubemus. § fin. & ſuprà de iudi. § pe. coll. vj.*

f ¶ *Referentem.* ¶ No. leges [a] ad futura tantùm tempora trahi: *vt & ſuprà de nupt. in ſ. col. iiij. & ſuprà de teſtib. & ea, quæ pa. § hoc igitur. & infrà de hæred. ab inteſta. § fina. colla. ix. & ſuprà vt facta noua conſtitut. colla. v.* ¶ Sed cùm dicat hic nõ trahi ad præterita, etiam ſi hoc dicatur: eſt contra *Cod. de vſur. l. penulti. & de leg. & conſtitutio. l. leges, & conſtitutiones & ff. de leg. & Senat. l. nõ eſt nouum.* Solut. hoc ſpeciale. &. Vel dic, *trahitur ad præterita*: ſcilicet facta, in quibus iudicium non eſt inchoatum: vt hic.

g ¶ *Suis allegationibus renunciare.* valet hic renunciare [b] propter allegationes iuris, & propter inſtrumenta: ſed propter teſtes fortè [c] ne producantur, non valet: *vt ſuprà de teſtib. § quia verò multi. colla. vij.* Sed ſola ſcientia teſtificatorum.

h ¶ *Allegationes.* quæ [d] & in iure, & in facto, & in probationibus accipi poſſunt: *vt ff. de ritu nupt. l. ſi quis tutor, & Cod. ſi ex fal. alle. l. j. & ij. & C. de aduoc. diuer. iudi. l. laudabile. § quoties* ACCVRSIVS.

i ¶ *Proponat.* iudice interrogante an aliquid noui addere velit. *vt C. de iudi. l. indicat.* & hinc ſumitur Auth. quæ eſt ibi.

k ¶ *Dilatione.* prima, vel vltima.

l ¶ *Præbeatur.* Imò videtur quòd ſemel [e] tantùm, vel ad plus bis: *vt ff. de fer. l. vlti. contra.* Solut. hic non loquitur de dilatione, quæ datur præſenti, & petenti: ſed de quodã ſpatio, quod datur abſenti, vt alleget. & eodem modo opponi poteſt de eo, quod eſt ſuprà de *litig. § omnem.* vbi tria edicta, & pro quolibet dies triginta dantur. Vel dic ſpeciale hic quando per [a] allegationes petitur: vt arg. *ff. quibus ex cauſis. l. ait prætor. § fin. & l. 1.*

a ¶ Præ

a Leges ad futura generaliter trahuntur interdũ ad præterita, ſi hoc dictum fuerit: quinimò & ad præſentia [illegible] Nou. in medio [illegible] verbi ſuper hoc.

† [illegible] eſt in Græco, Tlos autem ciuitas Lyciæ numeratur Plinio: vt & Telmiſſus lib. 5. c. 27. CONT.

b Renunciare allegationibus, quid.

c Renunciari non poteſt [illegible] [illegible] [illegible]

d Allegationes in iure, facto, vel probationibus conſiſtũt.

e Dilationes allegationũ proponendarum cauſa abſentibus quot dentur.

a Dilatio allegationũ cauſa poſtulari, & concedi poteſt.

† Ex hoc §. ſumpta eſt Authẽt. quæ eſt ſuper l. iudices. Cod. de iud. & incipit. iubemus in quando.

† Cont. c. pręterea nobis cum [illegible] per verb. conuincẽda, extra de dolo. & contu.

† Ex hoc § ſumpta eſt [illegible] quæ eſt ſuper maximo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Et concordant [illegible] in cap. Raynutius ſuper verb. relinquẽs. extra de teſtam. & vltimis volunt.

Authentica.

penitus

penitus patri, vel matri: auo, vel auiæ: proauo, vel proauiæ ſuum filium, vel filiam, vel cæteros liberos præterire [a], aut exhæredes in ſuo facere teſtamento, nec ſi per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel alium quemcunque modum eis dederit legibus debitam portionem: niſi forſan probabũtur ingrati: & ipſas nominatim [b] ingratitudinis cauſas parentes ſuo inſeruerint teſtamento. Sed quia cauſas, ex quibus ingrati liberi debeant iudicari: in diuerſis legibus diſperſas, & non apertè declaratas inuenimus: quarum aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitudinem viſæ ſunt: aliquæ verò, cùm eſſent dignæ, prætermiſſæ ſunt: ideo neceſſarium eſſe perſpeximus eas nominatim præſenti lege comprehendere: vt præter ipſas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cauſas opponere, niſi quæ in huius conſtitutionis ſerie continentur. Cauſas † autem iuſtas ingratitudinis has eſſe decernimus [c].

1. ¶ Si quis parentibus ſuis manus intulerit [d].

2. ¶ Si grauem [e], & inhoneſtam iniuriam eis ingeſſerit.

3. ¶ Si eos in criminalibus [f] cauſis accuſauerit, quæ non ſunt aduersùs principem, ſiue rempublicam.

4. ¶ Si cum maleficis [g] hominibus, vt maleficus verſatur.

5. ¶ Vel vitæ [h] parentum ſuorum per venenum, aut alio modo inſidiari tentauerit.

6. ¶ Si nouercæ ſuæ [i], aut concubinæ patris, filius ſeſe immiſcuerit.

7. ¶ Si delator [k] contra parentes filius extiterit, & per ſuam dilationem grauia eos fecerit ſuſtinere.

8. ¶ Si quemlibet [l] de prædictis parentibus incluſum eſſe contigerit, & liberi, qui poſſunt ab inteſtato ad eius ſucceſſionem venire [m], petiti ab eo, vel vnus ex his in ſua eum noluerit fideiuſſione ſuſcipere vel pro perſona, vel pro debito, in quantum eſſe, qui petitur, probatur idoneus: hoc tamen quod de fideiuſſione cenſuimus, ad maſculos tantummodo liberos volumus pertinere.

9. ¶ Si conuictus [n] fuerit aliquis liberorum ex eo quia prohibuerit parentes ſuos condere teſtamẽtum: vt ſi quidem poſtea facere potuerint teſtamentũ, ſit eis pro tali cauſa filium exhæredandi licentia [o]. Si autem in ipſa prohibitione, ſine teſtamento aliquis ex parentibus deceſſerit, & alij ſiue qui ab inteſtato ad hæreditatem defuncti, aut cum ipſo filio [p], qui teſtamentum fieri prohibuit, aut poſt illum vocantur, ſiue illi, quos hæredes, aut legatarios habere volebat, vel qui læſionem aliquã ex prohibitione teſtamenti ſuſtinuerunt, hoc ipſum approbauerint: ſecundùm alias leges [q] ſuper hoc poſitas talia negotia terminentur.

10. ¶ Si præter voluntatem [r] parentum inter arenarios, vel mimos ſeſe filius ſociauerit, & in hac profeſſione permanſerit: niſi forſitan etiam parentes eiuſdem profeſſionis [s] fuerint.

11. ¶ Si alicui [t] ex prædictis parentibus volenti ſuæ filiæ, vel nepti maritũ dare, & dotem ſecũdùm vires ſubſtantiæ ſuæ pro ea præſtare, illa non cõſenſerit: ſed luxurioſam degere vitam elegerit. Si verò † vſque ad vigintiquinque [u] annorum ætatem peruenerit filia, & parentes diſtulerint eam marito copulare, & forſitan ex hoc contigerit in ſuum corpus eam peccare, aut ſine conſenſu parentum marito ſe, libero tamen, coniungere: hoc ad ingratitudinem filiæ nolumus imputari: quia non ſua culpa, sed parentum id commiſiſſe cognoſcitur.

Filij furioſi ſi curam eius neglexerint, à patre ſana mentis effecto exhæredari poſſunt: extraneus verò, qui denunciatione in ſcriptis facta filiis mandanit quòd curam de patre habeant furioſo, & eis negligentibus, curam, & diligentiam furioſo exhibuit: ad ſucceſſionem eius admittitur: teſtamento quoad ſucceſſionem euacuato: quoad alia cuncta capitula in ſua firmitate manente. BART.

a ¶ *Præterire.* aliàs, *præterita.* præteritio ad [a] lineam fœmineã, exhæredatio ad maſculinam: ſic *Inſtit. de exhære. li. §. mater.* ¶ Et quod ſubiicit, *nec ſi per quamlibet donationem,* &c. ¶ Not. quod oportet iure inſtitutionis aliquid filio [b] relinqui. nec ſufficit iure legati. & ſic corriguntur hic iura antiqua: *ff. de inoffic. teſt. l. Papinianus § ſi quis mortis.* Contra, *Inſtitut. de inoffic. teſta. § pe.* contrà *ſuprà de mon. §. ſi verò filios.* contrà & *ſuprà de triente, & ſe. §. i.* contrà. & ſi qua ſunt ſimilia. quibus dicitur quòd ſufficit quoquo relicti titulo relinquere ſic ergo in [c] minimo facta inſtitutio excludit querelam: *vt infrà eod. §. cæterùm.* & agitur ad ſupplementum: *vt C. de inoffic. teſta. l. omnimodo. & l. ſcimus. & de rei vxor. act. §. videamus.* 2. Vel dic, quòd prædicta iura loquantur quando non faciebat teſtamentum, ſed codicillos [d]: hic quando ſolenniter teſtabatur. vnde iure inſtitutionis ſibi vt alius debet relinquere. 3. Tertij dicunt hanc intelligi ſecundùm illas: & legũt ſic literam iſtam. *nec,* pro, *non*: & dic *ſi,* id eſt, quamuis per quamlibet dona. vel legati, vel fideicommiſſi, vel alio quocunque modo debitam portionem: & aſſume, non licet exhæredare, dico, niſi forſan, &c. Prima verior videtur, vt corrigantur.

b ¶ *Nominatim* hic probat ſecundùm M. quòd hodie querela ceſſet, niſi [e] inter fratres turpibus perſonis inſtitutis: *vt Inſtitut. de inoffic. teſt. §. i.* hoc modo pater tenetur cauſam [f] exprimere, *vt hic*: & hæres probare [g]: *vt C. de inoff. teſta. l. omnimodo.* Syllogiza ergo ſic: aut pater fecit teſtamentum, aut non: ſi non, ſuccedit filius ab inteſtato: *vt infrà de hæred. ab inteſta. §. i.* & [h] ceſſat querela. Si verò fecit, aut inſeruit cauſam, aut non: ſi non, ipſo [i] iure non valet: *vt hic.* ſi verò inſeruit: aut eam probat [k] hæres, & tunc repellitur filius, & nihil habet: *vt ſuprà de immen. dona. in fine.* & ſic ceſſat querela. aut non [l] probat: & tunc teſtamentum pro non valido eſt, & ab inteſtato ſuccedet: *vt infrà §. ſiue igitur,* & ſic ceſſat ſemper querela. quare M. non poſuit vnã Authent. in *C. de inoffi teſta. & Inſtitut. eodem,* dicentem, *hodie ceſſat querela,* &c. & ſic omnes tituli de inofficioſo teſtamento ſunt correcti. Sed dic prædicta vera, niſi in vltimo caſu. Nam ſi inſeruit cauſam, & hæres non probat: tunc quo iure admittitur filius, niſi per querelam? & ſic ceſſant prædicta. ¶ Item not. quòd Pla. dicit hanc Authentic. ſuperfluam, *per l. inſtitutio. de exhæreda. lib. §. noſtra.* ſed eſt falſum: quia ibi non dicit de cauſa inſerenda: ſed hîc dicit. ACCVRSIVS.

c ¶ *Has eſſe decernimus* & ſunt xiiij [a]. vt ſequitur vſque ad §. illum *generalem autem,* &c. & econtrà quibus pater à filio exhæredatur ſunt ſeptẽ [b]: *vt j. eo. §. & ſi quiacum. vſque ad §. ſi talis.* at illæ, quibus frater exhæredat fratrem etiam turpi perſona inſtituta, ſunt tres [c]: *vt ſuprà de nupt. col. quarta. §. ingratitudinem.* Sed ſi [d] non turpi, tũc ſemper ceſſat querela: *vt C. de inoffi teſta. l. fratres. & Inſtitut. de inoffic. teſta. §. i.*

d ¶ *Intulerit.* hæc eſt prima.

e ¶ *Si grauem.* hæc eſt ſecunda.

f ¶ *In criminalibus* hæc eſt tertia. ACCVRS.

g ¶ *Si cũ maleficis.* hæc eſt quarta. ACCVRS.

h ¶ *Vel vitæ.* hæc eſt quinta. ACCVRS.

i ¶ *Si nouercæ ſuæ.* hæc eſt ſexta.

k ¶ *Si delator.* hæc eſt ſeptima.

l ¶ *Si quemlibet.* hæc eſt octaua. ACCVRS.

m ¶ *Venire,* nam fœminæ impediuntur fideiubere [e] per Velleianum: *vt ff. ad Velleia. l. i. & ij.*

n ¶ *Si cõuictus.* hæc eſt nona. ACCVRS.

o ¶ *Licentia* ſic & econtrà. *vt infrà, eo. §. & quid de ea.*

p ¶ *Filio.* quia ſunt fratres eius, qui non prohibuerunt. ACCVRS.

q ¶ *Leges.* quæ dicunt vt prohibenti [f] actiones omnes debeant denegari: & fiſco ſuo portio deferatur: *vt ff. ſi quis ali. teſta. pro. l. j. in princ. & Cod. ſi quis ali. teſta. pro. l. ij.* Alijs verò, quibus aliquid ſit relictum, non nocet quò minùs percipiant, ſiue ſingulariter: *vt ff. ſi quis ali. teſt. proib. l. j. §. ſed ſi legatum.* ſiue vniuerſaliter: *vt ff. ad Trebellia. l. ij. §. fina. & ff. ſi quis ali. teſt. pro. l. ij. §. fina.* Nam vnius factum [g] alij non nocet, etiam fratri: *vt ff. ſi quis ali. teſt pro. l. ſi qui dolo. §. j.* Hodie autem, quod plus eſt, in duplũ tenetur, qui prohibuit: *vt infrà, vt null. iudi. §. & hoc peruenit.* ¶ Et ſic not. teneri impedientẽ: & ad hoc facit, *ff. de eo, per quem fac. erit. l. ex hoc, & de cõdi. cau. da. l. ij. §. ſi. in ſi. & de leg ij. l. Lucius. § Sempronia.*

r ¶ *Præter voluntatem.* hæc decima eſt cauſa.

ſ ¶ *Profeſſionis.* nam [h] nihil Iudæus Iudæo, nihil Catilina Cethego, & nihil doloſus doloſo: *vt ff. de dolo. l. ſi duo. & C. de hær. l. quoniam. & Cod. de inof. teſt. l. in arenam.* ACCVRS.

t ¶ *Si alicui.* hæc eſt vndecima. & facit, *C. de inof. teſta l. filiam.*

u ¶ *Vſque* [i] *ad vigintiquinque.* ergo ecõtrà ſi fuerit minor, & [k] peccat in ſuũ corpus: iuſta eſt exhæredationis cauſa: vel etiam maior, ſi copulet ſe ſeruo: *arg. ff. de offi. eius, cui man. eſt iuriſ. l. j. ibi, huius rei, &c. & infrà prox. §. ibi, libero,* &c. ACCVRS.

a Præteritionis, & exhæredationis diſcrimen.
b Inſtitutionis iure legitima liberis relinquenda. *vide Glo. & quod ibi ſcrip. i Nou. 11. c. 1. in verb. relinquat.*
c Inſtitutio liberorum vel in minimo facta querelam excludit.
d In Vrati[illegible] titulo, ſeu iure legitima liberis an ſit in codicillis relinquẽda, nec[illegible]
† *Con. cum hac § Gl. vlt. poſt me. in c. vlt. ibi ... & propter ingratitudinem ... de pojhal. & c. ſi ... conc[illegible] G[illegible] ſuper verb. Trebellianum in prin. ... de teſtam.*
e Querela fratribus non cõpetit aduerſus fratris teſtamentum, niſi turpibus perſonis inſtitutis.
f Exhæredationis cauſæ, & ingratitudinis à teſtatore adiiciendæ teſtamẽto, & ab eius hærede probandæ aduerſus exhæredatum.
g Exhæredatione dignum, aut ingratum eſſe nemo præſumitur.
h Ab inteſtato parẽtibus ſuccedentes querela inofficioſi vti nõ poſſunt.
i Exhæredatio non inſerta cauſa non valet ipſo iure.
k Exhæredatus cum iuſta cauſa, querela inofficioſi nõ vtitur.
l Exhæredationis cauſa non probata ab hærede, teſtamẽtum pro non valido eſt, & ab inteſtato ſuccedit: quo caſu exhæredati querela vtemur. [illegible] *Gl. in ſi.*

a Ingratitudinis liberorum cauſæ quatuordecim. [illegible]
b Ingratitudinis parentum ſeptem cauſæ.
c Ingratitudinis fratris tres cauſæ.
d Querela inofficioſi non competit fratri aduerſus fratris teſtamentum, ſi non turpem perſonam inſtituerit.
e Fideiubere prohibentur mulieres ex Senatuſconſulto Velleiano.
f Tolli [illegible] quem prohibentis [illegible]
† [illegible]
g Factũ vnius alteri non nocet.
h Infames infami prohibere non poſſunt, [illegible] infames [illegible] eſſe poſſe.
i [illegible]
k Filia minor [illegible] in ſuũ corpus [illegible] exhæredatur à patre poteſt.

a ¶ Si quis.

12. ¶ Si quis † de prædictis[a] parentibus furioſus fuerit, & eius liberi, vel quidam ex his, aut liberis ei non exiſtentibus, alij eius cognati, qui ab inteſtato ad eius hæreditatem vocantur, obſequium ei, & curam cõpetentem non præbuerint: ſiquidem à tali ſanatus fuerit infirmitate, erit ei poteſtas vtrum velit negligentem filium, vel filios, aut cognatos, ingratum, vel ingratos in ſuo ſcribere teſtamento[b]. Si autem aliquo furoris morbo eum detentum extraneus aliquis viderit à ſuis neglectum liberis, vel cognatis, aut aliis ab eo ſcriptis[c] hæredibus, & pro miſericordia voluerit eum procurare: damus ei licentiam atteſtationem eis, qui ab inteſtato, vel ex teſtamento iam facto ad furioſi hæreditatem vocantur, ſcriptis dirigere, vt eum procurare feſtinent. Si autem poſt huiuſmodi atteſtationem neglexerint, & extraneus in ſuam domum furioſum ſuſceptum ſumptibus propriis vſque ad finem vitæ ipſius procuraſſe monſtratus fuerit: eum, qui obſequium, ac diligentiam furioſo exhibuit, licèt extraneus ſit, ad eius ſucceſſionem peruenire decernimus, euacuata inſtitutione eorum, vtpote indignorum, qui furioſo (ſicut diximus) curam præbere neglexerint[d], ita tamen, vt cætera teſtamenti capitula in ſua maneant firmitate.

Succeſſio teſtatoris, qui à ſuis redimi negligitur, applicatur Eccleſia, expedienda pro redẽptione captiuorum: parcitur tamen minori vigintiquinque annis: cui etiam permiſſum eſt res captiui pro eius redemptione vendere: quis cogitur habere ratum. BART.

13. ¶ Si vnum de prædictis[e] parentibus in captiuitate detineri contigerit, & eius liberi, ſiue vnus non feſtinauerint eum redimere: ſi quidem valuerit calamitatem captiuitatis euadere, in eius ſit poteſtate, vtrùm hanc cauſam ingratitudinis teſtamento ſuo velit adſcribere[f]. Si autem per liberorum negligentiam, vel contemptum non fuerit liberatus, & in captiuitate deceſſerit, illos ad ſucceſſionem eius venire non patimur †: quia non feſtinauerunt eius redemptionem citiùs procurare: ſed omnibus liberis in hoc negligentibus res vniuerſas ab eodem relictas, Eccleſiæ ciuitatis, ex qua oritur, applicari, inuentario ſcilicet ſub publica atteſtatione celebrando: ne quid ex eius facultatibus pereat: ita vt quicquid exinde ad Eccleſiam peruenerit, captiuorum redemptioni proficiat[g]. Sed hæc quidem quantum ad perſonas dicta ſunt, quas exhæredare non licet, niſi ingratitudinis cauſas vbique approbari contigerit. Occaſionem autem nobis ad generalem legem promulgandam hæc præſens cauſa noſcitur obtuliſſe. Sed vniuerſaliter iubemus, vt ſi ille, qui in captiuitate detentus fuerit, liberos non habuerit, & aliis, qui ad eius hæreditatem vocati ſunt, eum redimere non feſtinantibus in captiuitate defunctus fuerit: nullus ex iis, qui neglexerit[h], ad hæreditatem eius perueniat, licèt ante captiuitatem teſtamentum forſan ab eo fuiſſet conſcriptum, in quo memoratas perſonas ſcripſit hæredes: ſed hac quoque inſtitutione hæredum infirmata, & cæteris teſtamenti capitulis in ſuo robore permanentibus, ſubſtantiæ talium perſonarum ſimili modo Eccleſiis ciuitatum, ex quibus orti ſunt, applicentur, & nullis aliis cauſis, quàm in captiuorum redemptionibus expendantur: vt vnde illi à ſuis non ſunt redempti, aliorum redemptio procuretur, & ipſorum quoque animæ ex hac cauſa piiſſima ſubleuentur. Hoc eodem obſeruando & ſi aliam extraneam perſonam ante captiuitatem ſcripſit hæredem, & illa ſciens ſe ab eo hæredem ſcriptam, eum redimere à captiuitate neglexerit. Hanc autem pœnam contra illos valere iubemus, qui octauum, & decimum ſuæ ætatis annum compleuerint. In huiuſmodi verò cauſis quando pro captiuorum redemptione neceſſarium fuerit dare pecunias, ſi quis proprias pecunias non habuerit, licentia erit ei, ſi memoratæ ſit ætatis, mutuandi pecunias, & res mobiles, vel immobiles ſupponendi[i], ſiue propria ipſius ſint, ſiue illius, qui in captiuitate detinetur: quoniam in prædictis omnibus, quæ pro captiuorum redemptione data, vel expenſa probabuntur, contractus huiuſmodi tanquam à perſona ſuæ poteſtatis, & legitimæ ætatis factos, ita firmos eſſe decernimus: nullo eis, qui cum huiuſmodi perſonis in memoratis cauſis, quo prædictum eſt modo, contraxerint, præiudicio generando: neceſſitatem ſcilicet habente eo, qui ex captiuitate redierit, tales contractus ratos habere, & eis[k] tanquam ſuis debitis[l] obligari.

Catholico non ſuccedunt filij, nec propinqui hæretici: ſed Eccleſia ei ſuccedit, ſi clericus ſit, & laico fiſcus.

14. ¶ Si quis † [m] de prædictis parentibus orthodoxus conſtitutus ſenſerit ſuum filium, vel liberos non eſſe Catholicæ fidei, nec in ſacroſancta Eccleſia communicare, in qua omnes beatiſſimi Patriarchæ vna conſpiratione[n], & concordia fidem rectiſſimam prædicant, & ſanctas quatuor ſynodos, Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, & Chalcedonenſem amplecti, ſeu recitare noſcuntur: licentiam habeant pro hac maximè cauſa ingratos[o] eos, & exhæredes in ſuo ſcribere teſtamento.

a ¶ *Si quis de prædictis.* hæc eſt xij. hæc eadem ſeruatur in filiis: *vt infrà, eo. § ſiue igitur.* ibi, *ſi liberis, vel vno, &c.*

b ¶ *Teſtamento.* nam poteſt eum inſtituere, & exhæredare. & propter hoc, §. iſte hic ponitur. ſi autem nihil dixerit de eo: hoc dices *infrà, eo. in fi. huius §.*

c ¶ *Scriptis.* ¶ No. atteſtationem[a] in ſcriptis dirigendam: *vt ſuprà de tempo. non ſo. pat. § conteſtationes. coll. vj.* ¶ Item no. de vi, & auctoritate denunciationis[b]: *vt hic. & infrà prox. §. & C. de rei vend. l. ſi fundum.* ¶ Item not. quòd delicto hæredis, licèt nec ciuitatem, nec libertatẽ amiſerit, amittitur[c] hæreditas: *vt infrà prox. §.* ¶ Item no. quòd aufertur ab indigno & nõ applicatur fiſco ſed benefactori[d]. ¶ Item no. quòd ex benefacto extraneus fit hæres. ¶ Itẽ no. quòd legata[e] valẽt, licèt teſtamentum non valeat, quòd pleniùs dices *infrà prox. §.*

d ¶ *Neglexerint.* ¶ Quid ſi non faciat teſtamentum, nec aliquis extraneus eum procurauerit? Reſp. filij, vel agnati ſunt hæredes, ſed poteſt eis auferri hæreditas: *vt ff. de his, qui. vt indi. l. iij.* 2. Vel dic in hoc caſu, ſicut in ſequenti, quòd eis denegetur hæreditas ex ſuo delicto: *vt in prox. §.* ACCVRS.

e ¶ *Si vnũ de prædictis.* hæc eſt tertia decima.

f ¶ *Adſcribere.* quaſi dicat, ſi vellet eum nihilominus inſtituere, poſſet[f]: & ſic non compellitur. ACCVRS.

g ¶ *Proficiat.* & ſic fit inuentarium[g], quando captiui directè inſtituuntur: *vt C. de epiſc. & cle. l. nulli.* ACCVRS.

h ¶ *Neglexerit.* & ſic[h] & ſi eum alterum non curauit: *vt ff. de his, qui. vt indig. l. iij.*

i ¶ *Supponendi.* ¶ No. minorem[i] xxv. annis poſſe alienare, & obligare: quod eſt ſpeciale: aliàs contrà, *Cod. de his, qui ve. ata. l. pe.* & facit, *ff. de reb. eor. l. ſi pupillorum. §. fi.* ACCVRS.

k ¶ *Et eis ſc.* contractibus. AZ.

l ¶ *Debitis.* ex hac authent. quinque notantur mirabilia. 1. ¶ Primum eſt, licèt[k] teſtamentum non valeat, legata tamẽ valent: quod eſt contra regulam *eod. de fideicom. l. eam quam.* 2. Secundum eſt, quod aufertur[l] ab indigno, aliàs[m] contrà videtur. *ff. de his, quibus vt indig. l. Claudius & l. in dio-* *rem. & de leg. iij. l. ſi deportati. & Co. de his, qui. vt indign. l. hæreditas.* 3. Tertium, quod non[a] dominus rem captiui alienat ſua auctoritate. 4. Quartum, quia minor[b] xiiij. annis non patitur huius l. pœnam: cùm alias etiam impuberes, & capaces doli inueniuntur: *vt ff. de regul. iur. l. pupillum. & Inſtit. de obligat. quæ ex delic. naſc. § fina.* 5. Quintum, quia minores[c] in alienatione tali non reſtituuntur. aliàs contrà: *vt C. de in integ. reſt. mi. l. ij & iij.*

m ¶ *Si quis.* Hæc eſt quartadecima, & vltima.

n ¶ *Conſpiratione.* ¶ No. conſpiratio[d] in bona parte.

o ¶ *Ingratos.* neque[e] ab inteſtato ſuccedunt: *vt infrà proximo §. & infrà de hæredib. ab inteſtat. venient. § fina. coll. ix.* ACCVRS.

a ¶ *Præ*

Fecit ad hunc §. Gloſſ. … ſuper verb. acceſſo… [illegible]

a Atteſtationes in ſcriptis fieri debent.

b Denũciationis quę ſit vis, atque auctoritas.

c Hæreditas delicto amitti poteſt.

d Indigno quod aufertur, neque fiſco applicatur, benefactori cedit.

e Legata pleraque debentur ex teſtamento inutili.

f Ingratitudinem remittere poſſumus.

g Inuentarium bonorum captiui ab aliquo … fiat. [illegible]

h … [illegible] exhæredationis.

i Minor xxv. annis certo caſu alienare, & obligare poteſt.

k Legata interdum valent ex teſtamento nullo.

l [illegible]

m Indigno quod aufer… [illegible]

a Nõ dominus rem alienam interdum ſua auctoritate poteſt alienare.

b Minor xiiij. annis excuſatur a pœna huius legis.

c Minores interdum non reſtituuntur.

d Conſpiratio in bonam partem ſumi poteſt.

e Ingrati qui ab inteſtato non ſuccedunt.

† … [illegible]

mento. Et hæc quidem pro ingratitudinis cauſa decernimus. Generalem autem † prouidentiam liberis Catholicis deferentes, iubemus ſaluis legibus, quæ iam de aliis hæreticis ſunt prolatæ, & circa Neſtorianos, & Acephalos, hæc obſeruari, vt ſi quando parentes inuenti fuerint ſiue Iudaico Neſtorij furori dediti, ſiue Acephalorum amplectentes inſaniam, & ideo ab Eccleſiæ Catholicæ communione ſeparati: non liceat eis alios hæredes ſibi inſtituere, niſi liberos orthodoxos, & Eccleſiæ Catholicæ communicantes: vel liberis nõ exiſtentibus, agnatos, vel cognatos, qui ſcilicet Catholici ſint. Quòd ſi fortè ex filiis alij quidẽ ſunt orthodoxi, & Eccleſiæ Catholicæ communicantes, alij verò ab ea ſeparati: omnem parentum ſubſtãtiam ad filios tantùm Catholicos peruenire ſancimus: licèt vltimas voluntates huiuſmodi perſonæ fecerint contra tenorẽ huius noſtræ conſtitutionis aliquid diſponentes. Si verò poſthac fratres ab Eccleſia ſeparati ad eam conuerſi fuerint: pars eis competens, in ſtatu, in quo inuenta fuerit tempore, quo redditur, eis præbeatur, vt nullam de fructibus, aut gubernatione medij temporis inquietudinem, vel moleſtiam Catholici patiantur, qui antè prædictas res detinebant [a]: quoniam huiuſmodi rerum, quas ex fratrum parte non communicantium Catholici poſſidebant, ſicut alienationem vetamus [b], ita præteritorum temporum fructus, aut gubernationem nullatenus ab his, à quibus detenti ſunt, exigi, ſed retractari permittimus. Si autem vſque ad finem vitæ ſuæ in eodem errore non communicantes permanſerint: tunc Catholicos fratres, vel hæredes ipſorum, pleniſſimo iure dominij eaſdem res poſſidere decernimus [c]. quòd ſi filij quidem omnes peruerſi, & ab Eccleſiæ Catholicæ communione alieni inuenti fuerint: alij autem propinqui agnati, vel cognati religionem Catholicam colentes, & communicatores eſſe fuerint approbati: eos liberis hæreticis anteponi, & eorum hæreditati ſuccedere. Si verò liberi, & propinqui agnati, vel cognati ab orthodoxæ religionis communione ſunt extranei: tunc ſi quidem ſchema clericorũ parentes eorũ habuerint [d], ad Eccleſiã ciuitatis, vbi domicilium habebant [e], res eorum volumus pertinere: ita vt ſi Eccleſiaſtici intra annale [f] ſpatium † huiuſmodi perſonarũ vindicare res neglexerint, earũ dominiũ noſtri fiſci iuribus vindicetur. Si autẽ laici ſunt [g], ſine aliqua diſtinctione ſubſtantias eorũ ad res priuatas noſtras ſimiliter peruenire ſancimus. Quæ obtinere decernimus, etiã ſi teſtamento non facto tales perſonę deceſſerint. Omnibus quæ cõtra cæteros hæreticos in aliis conſtitutionibus diſpoſita ſunt, & cõtra Neſtorianos, & Acephalos, & alios omnes, qui Catholicæ Eccleſiæ, in qua prædictæ quatuor ſynodi, & Patriarchæ recitantur, non communicãt, & ſucceſſiones eorum ſimiliter obſeruandis. Si enim [h] pro cauſis corporalibus cogitamus, quantò magis pro animarum ſalute prouidentia eſt noſtræ ſolicitudinis adhibenda?

Teſtamenta parentum, vel liberorum, liberis, vel parentibus exhæredatis, vel præteritis, legitima cauſa inſerta, & probata, valent: cauſa non inſerta, vel inſerta, & non probata, nullum liberis, vel parentibus exhæredatis, vel præteritis præiudicium generat teſtamẽto vacuato, & ab inteſtato eis ſucceſſione delata: in aliis capitulis teſtamento firmitatem obtinente. Item cauſæ, ex quibus aſcendentes à deſcendentibus exhæredari poſſunt, hîc ſpecialiter enumerantur. Bart.

¶ Siue igitur omnes memoratas ingratitudinis cauſas, ſiue certas ex his, ſiue vnam [i] quamlibet parentes in teſtamento ſuo inſeruerint, & ſcripti hæredes nominatam, vel nominatas cauſas, vel vnam ex his veram eſſe monſtrauerint [k], teſtamentum ſuam habere [l] firmitatem decernimus. Si autem hæc obſeruata non fuerint, nullum [m] exhæredatis liberis præiudicium generari, ſed quantum ad inſtitutionem hæredum pertinet, teſtamento euacuato, ad parentum hæreditatem liberos tanquam ab inteſtato ex æquâ parte peruenire, ne liberi falſis accuſationibus condemnentur, vel aliquam circumſcriptionem in parentum ſubſtantiis patiantur. Si verò contigerit in quibuſdam talibus teſtamentis quædam legata, vel fideicommiſſa, aut libertates, aut tutorum donationes relinqui, vel quælibet alia capitula conceſſa legibus nominari: ea † omnia iubemus adimpleri, & dari illis, quibus fuerint derelicta, & tanquam in hoc non reſciſſum obtineat teſtamentum [n]. Et hæc quidem de parentum ordinauimus teſtamentis [o].

CAPVT IV.

Quæ ſint iuſtæ cauſæ parentum exhæredationis.

¶ Iuſtum autem perſpeximus & econtrariò † de liberorum teſtamentis hæc eadem cum aliqua diſtinctione diſponere. Sancimus itaque, non licere liberis parentes ſuos præterire, aut quolibet modo à rebus propriis, in quibus habent teſtandi licentiam, eos [p] omnino alienare [q]: niſi cauſas, quas enumerauimus, ſuis teſtamentis ſpecialiter nominauerint. Has autem eſſe decernimus.

1. ¶ Si parentes ad interitum vitæ liberos ſuos tradiderint [r]: citra cauſam tamen, quæ ad maieſtatem pertinere cognoſcitur.

2. ¶ Si venenis aut maleficiis, aut alio modo parentes filiorum vitæ inſidiari probabuntur.

3. ¶ Si

---

a ¶ *Prædictas res detinebant.* & hoc in odium hæreticorum fratrum. ſic & aliàs in [a] fauorem ceſſat redditio rationũ: *vt C. de epiſc. & cle. l. orphanotrophos. & infrà de ecc. tit. §. pe.*

b ¶ *Vetamus* ſic *ff. de fun. do. l. ſi ie. & l. fi.*

c ¶ *Decernimus.* ¶ Sed nunquid filij [b] loco patris ſui, ſi ſunt orthodoxi, vocabuntur? Reſpon. ſic: *vt Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. §. cum filius.*

d ¶ *Habuerint.* i. ſi clerici ſunt parentes.

e ¶ *Habebant.* iſti mortui. Accvrs.

f ¶ *Intra annale.* ¶ No. ergo quòd præſcriptio, quæ aliàs eſt xxx. an. vt in hæreditatis petitione: *vt Cod. de hære. pet. l. hæreditatis.* erit hoc caſu Eccleſiæ [c] annalis: ſic & aliàs: prout *infrà de ſanc. epiſc. § ante p col. ix.* & ſunt hæc ſpecialia. aliàs contrà *infrà de ec tit. § pro temporalibus.* & poteſt hæc eſſe ratio qualiſqualis. quia eſt in acquirendis: *vt argu. C. de acq poſſ. l. ſi.*

g ¶ *Laici ſunt.* ſ. parentes, qui habent filios, & agnatos hæreticos.

h ¶ *Si enim.* No. animam [d] corpori præferendam, & aliis rebus: ſic *& Co. de ſacroſ. Eccl. l. ſancimus. in ſi.*

i ¶ *Siue vnam.* ¶ No. ſufficere [e] vnam de pluribus cauſis: *vt hic, & infrà eo § ſi tales. & C. de reuoc. do. l. ſi.* Sed argum. contrà, *ff. de tranſact. l. cum hi. §. ſi prætor.* Sed ibi fuerat à iure expreſſum. Accvrs.

k ¶ *Monſtrauerint.* per Conſtantinum probant filij ſe gratos: *C. de inof. teſt. l. liberi. quæ eſt contrà.* Sed [f] per Iuſtinianum corrigitur: & probant hæredes: *vt hic. & C. de inof. teſt. l. omnimodo.* ¶ Et ſic no. quòd propter præſumptionem [g] etiam poſſidens probat: vt hic facit inſtitutus hæres: *vt C. de prob. l. ſiue poſſidetis.*

l ¶ *Habere* & ſic etiam filius alimenta [h] nõ habebit, imò nihil: *vt hic. & Cod. de ſecun. nupt. l. ſi. in princ. & ſuprà de hær. & Falcid. §. exhæredatos. coll. j. & ſuprà de immen. do. in ſi. coll. vij.*

m ¶ *Nullam.* ipſo iure ſecundùm M. & Azo. ſed ſecundùm Ioan. & alios dic per [i] ſententiam, & ſic ager querela. & ſecundùm hoc dices, *euacuato*, id eſt, euacuando per querelam. & ſic tempus [k] pro tempore: *vt ff. de leg. iij. l etiam. & Co. de infa. l ſi Poſidonium.* Sed primi propriè ponunt, ſcilicet ipſo iure: & hoc plenè dixi *ſuprà, eod. §. aliud.* Accvrsivs.

n ¶ *Teſtamẽtum.* ¶ No. ſcripturam [a] pro parte tenere, & pro parte non: *vt hic, & Cod. de tranſactio. l. ſi ex falſis inſtrumentis. & Co. de Lat. li. tol. l. j. §. ſi. argu. contrà. ff. de mino. l. ex cauſa.*

o ¶ *Teſtamentis.* nam & ſi parentibus, &c. ſic *ff. de inoffic. teſtam. l. nam etſi ad hoc. l. Co. de impube. & aliis ſub l. y. in prin. & ff. de inoffic. teſta. l. Papinianus. § ſed nec impuberis. & Co. ad Tertullia. l. fina. in princip. & ff. de mili. teſt. l. ſi à milite. §. ſi.* Accvrs.

p ¶ *Eos.* ſcilicet parentes.

q ¶ *Alienare.* à bonis, ſ. exhæredando.

r ¶ *Tradiderint.* accuſando eos de aliquo maleficio.

a ¶ *Nurnē*

---

† [illegible]

a Rationum redditio interdum remittitur, licèt aliena negotia geſſerit.

b Orthodoxi liberi patris hæretici, ano ſuccedunt.

c Clerico in hæreſi mortuo te ſuccedit Eccleſia intra annum. atque ita Eccleſia quandoque excluditur annali exceptione: quod ideo fit, quòd hic tractetur de iure adquirendo.

d Anima corpori, & aliis rebus præferenda.

e Vna ingratitudinis cauſa ſufficiens ad exhæredationem faciendam.

f Liberi grati præſumuntur, & ab ingratitudine remoti, niſi probentur ingrati.

g Probationis onus in poſſidentẽ conuertitur ob præſumptionem.

h Exhæredatis liberis ne alimenta quidem debentur.

i Exhæredatio facta non ipſo iure præiudicat liberis: ſed tum demum, cùm ſententia dicta erit.

k Tempus pro tempore ſumitur.

† [illegible]

† [illegible]

† [illegible]

3. ¶ Si pater nurui ſuæ [a], aut concubinæ filij ſui ſeſe immiſcuerit.

4. † Si parentes filios ſuos teſtamentum condere prohibuerint in rebus, in quibus habent teſtandi licentiam: omnibus videlicet in huiuſmodi teſtamétorú prohibitione ſeruãdis, quæ in parẽtum perſoná diſtinximus [b].

5. ¶ Si contigerit autem virum vxori ſuæ ad interitum, aut alienationem mentis dare venenum, aut vxorem marito, vel alio modo alterum vitæ alterius inſidiari: tale quidem, vtpote publicum crimen conſtitutum, ſecundùm leges examinari, & vindictam legitimam promereri decernimus [c]: liberis autem eſſe licentiam, nihil in ſuis teſtamentis de facultatibus ſuis illi perſonæ relinquere [d], quæ tale ſcelus noſcitur commiſiſſe.

6. ¶ Si liberis, vel vno ex his in furore conſtituto, parẽtes eos curare neglexerint: omnia & hîc obſeruari præcipimus, quæ de parentibus furioſis ſuperius diſpoſuimus [e].

7. ¶ His caſibus etiam cladem captiuitatis adiungimus: in qua ſi liberos detineri, & per parentum contemptum, vel negligentiam non redemptos, ab hac luce tranſire contigerit, nullatenus eorum parentes ad facultates perueniant liberorum, de quibus filij teſtari poterant: ſed omnia in hoc quoque capitulo ſeruentur, quæ & de parentibus vel cognatis, atque agnatis, qui ab inteſtato ad talium perſonarum iura vocantur, aut de extraneis ſcriptis hæredib. ſuprà cenſuimus [f].

8. ¶ Si quis de prædictis liberis orthodoxus conſtitutus ſenſerit ſuum parentem, vel parentes non eſſe Catholicæ fidei, hæc & in eorum perſona tenere, quæ ſuprà de parentibus iuſſimus [g].

9. ¶ Si tales igitur cauſas, vel certas, aut vnam ex his liberi ſuis teſtamẽtis inſcripſerint, & ſcripti ab eiſdem hæredes, aut omnes, aut certas, aut vnam ex his probauerint: teſtamentum in ſua firmitate [h] manere præcipimus.

¶ Si autem hæc omnia non fuerint obſeruata, nullam vim huiuſmodi teſtamentum quantum ad inſtitutionem hæredum habere ſancimus: ſed reſciſſo teſtamento [i], eis, qui ab inteſtato ad hæreditatem defuncti vocantur, res eius dari diſponimus legatis videlicet, & fideicommiſſis, & libertatibus, & tutorum dationibus ſeu aliis capitulis, ſicut ſuperius dictum eſt, ſuam obtinentibus firmitatem. Si quid autem pro legatis, ſiue fideicommiſſis, & libertatibus, & tutorum dationibus aut quibuſlibet aliis capitulis, in aliis legibus inuentum fuerit huic conſtitutioni contrarium: hoc nullo modo volumus obtinere. Et hæc quidem exhæredationis, aut pœnæ præteritionis quantum ad ingratitudinis cauſas contra prædictas perſonas ſtatuendæ ſunt: ſi quæ autem ex his inter crimina reputantur, earum auctores etiam alias pœnas ſentiant legibus definitas.

CAP. V.

Vt non liceat creditori hæredes defuncti pro debito moleſtare ante nouem dies.

Nemini licitum eſt hæredibus propinquis, & affinibus, & coniunctis defuncti, eius fideiuſſoribus vllam inquietudinem, vel moleſtiam occaſione debiti defuncti, vel generaliter quacunque de cauſa ad præfatas perſonas ſpectante, ante ſpatium nouem dierum inferre: quicquid autem factum eſt intra prædictum ſpatium, eſt inualidum: nullo tamen ex hoc creditori circa temporalem præſcriptionem præiudicio generando. Bart.

¶ Hæc autem diſpoſuimus, vt & parentes, & filios à teſtamentorum iniuria liberos reddamus. Cæterùm ſi qui hæredes fuerint nominati: etiam † ſi certis rebus iuſſi fuerint eſſe contenti, hoc caſu teſtamentum quidem nullatenus ſolui præcipimus: quid autem minus eis legitima portione relictum eſt, hoc ſecundùm noſtras alias leges [k] ab hæredibus impleri. Sola enim eſt noſtræ ſerenitatis intentio à parentibus, & liberis iniuriam præteritionis, & exhæredationis auferre. Conſiderare [l] namque debent parentes, quia & ipſi filij fuerunt, & eadem à ſuis parentibus ſperauerunt. Et ſimiliter qui nunc filij ſunt debent ſtudere parentum animos ſanare: quia & ipſi parentes fieri deſiderant, & à ſuis filiis optant honorari. Vnde & conſtat, ad vtriuſque partis vtilitatem, atque cautelam, præſentem legem fuiſſe prolatam: quam ex hac occaſione promulgandam eſſe perſpeximus. In aliquo autem negotio diſceptantes, inuenimus pulcherrimam [m] filiam gratam quidem à ſua genitrice fuiſſe dictam, exhæredatam autem teſtamento nominatam tam in paternis, quàm in maternis facultatibus; & talem quidem ſcripturam, quia dolo eam, & machinatione quorundam compoſitam fuiſſe comperimus, nullo modo permiſimus obtinere: filiam autem hæredem patris, ac matris iuſſimus fieri: ſicut & in ſcriptis prolatum ſuper hac cauſa noſtrum manifeſtat arbitrium.

1. ¶ Meminimus inſuper legem à nobis fuiſſe prolatam per quam iuſſimus nulli penitus eſſe licentiam corpora defunctorum debiti gratia detinere, aut impedimentum eorum facere ſepulturæ. Sed in præſenti quendam cognouimus cuiuſdam mortui genitorem à ſepultura ſui filij redeuntem, nomine debiti teneuiſſe: ideoque pium, & humanum eſſe perſpeximus, talem crudelitatem hac lege piiſſima coërcere. Sancimus † itaque nulli penitus eſſe licentiam, aut hæredes, aut parentes, aut liberos, aut coniugem, aut agnatos, vel cognatos, aut alios affines eius, aut fideiuſſores ante nouem dierum ſpatium, in quibus videntur lugere, conueniendi, aut quocumque modo inquietandi, aut aliquam admonitionem eis offerendi, aut in iudicium eos vocandi, ſiue debiti gratia quod à defuncto deſcendit, ſiue alterius vniuſcuiuſque cauſæ nomine ad memoratas perſonas ſpecialiter pertinentis. Si verò intra nouem dierum ſpacium aliquis auſus fuerit quamlibet de prædictis perſonis aut conuenire, aut aliquam cautionem, ſeu promiſſionem, vel fideiuſſionem exigere ab eis: hæc omnia inualida eſſe [n] decernimus. Poſt nouem autem dierum excurſum, ſi quis contra tales perſonas aliquas habere putauerit actiones: eas ſecundùm leges exerceat, nullo videlicet præiudicio [o] actoribus ex hoc interuallo circa temporalem præſcriptionem, aut in alia quacunque

a ¶ *Nurui ſuæ.* id eſt, vxori filij. Accvrs.
b ¶ *Diſtinximus* ſ. eod. §. *ſi coniun.* ſunt.
c ¶ *Decernimus.* ſ. eod. §. j. Accvrs.
d ¶ *Relinquere.* hæc ingratitudo [a] eſt per obliquum.
e ¶ *Diſpoſuimus. ſup. eo. titu. §. ſi quis de prædictis.*
f ¶ *Cenſuimus.* vt *ſupr. eod. §. ſi vnum.*
g ¶ *Iuſſimus* vt *ſupr. eod. §. ſi quis de parentibus. & §. generalem.*
h ¶ *Firmitate.* Immò videtur quòd non: vt *ff. de inoffic. teſta. l. ſi filio. contrà.* Solu. illa corrigit iſtam.
i ¶ *Teſtamento.* ſcil. per querelam [b] vt diximus.
k ¶ *Leges.* vt *C. de inoffi. teſt. l. omnimodo. & l. ſcimus.* Accvrs.
l ¶ *Conſiderare.* ſic *ſupr. de hære. & Fal. §. his omnibus.*
m ¶ *Pulcherrimam.* aliàs *Pulcherrimam:* vt ſit proprium nomen: & alias, *pulcherrimam.* adiectiuè.
n ¶ *Inualida eſſe.* Immò minores pœnas pati debet: *vt ſuprà, vt defun. ſeu fun. §. j. colla.* v *quæ eſt contrà.* Solut. pœna amiſſionis proprij, & alterius tanti, & tertiæ partis bonorum locum habet, cùm vel moribundum, vel adhuc viuentem iniuriatur, vel quia prohibet exequias fieri. ſin autem in cautionibus exigendis, locum hæc Auth. habeat. Azo. ¶ Et ſic not. quod quædam cauſa [c] funeris conceduntur, quæ aliàs non concederentur: *vt hic, & Cod. de iure delib. l. ſi. § in computatione & C. de ſepul. viol. l. ſi. & ff. de in ius voc. l. ij §. pen. & §. ſi.*
o ¶ *Præiudicio.* ¶ Not. quod non ſic [illegible] [a] actiam agere non valens: [illegible] C de præſ. [illegible] *l. ſicut. in ſi. & de anna. except. l. [illegible] & Cod. quando actio de pec. eſt annal. l. [illegible] de col. dete. l. ij §. [illegible] ff de iudic. l. ij §. pen. & inſt. de ſanc. epiſ. § ſi verò epiſcopo. coll. 9.*
p ¶ *Fieri*

a [illegible] gratitudo [illegible] [illegible] obliquum.
b Teſtamenta reſcindi ſolent à liberis per querelam.
c Funeris priuilegia.
a [illegible] non [illegible] non valentis.
† An re certa hæres inſtitui poteſt, [illegible]
† [illegible]

a Conſtituere nemo poteſt alium ſolutu-rum

b Conſtituere alij nemo po-teſt.

c Imperſonalitas vitiat obligationem de quo vide plenius hic Bartol.

d Specificata, & certa valēt, quæ aliàs non valerent.

† Ex hoc § extracta eſt Aut. quæ eſt ſuper l. 1 C. de conſt. pecu & incipit, ſi quando.

† al. faciam.

a ¶ *Fieri præiudicium.* nam non poteſt quis conſtituere [a] alium ſolutum: *vt ff. de conſtit. pecu. l. eũ, quẽ. §. ſed & ſi quis conſtituerit. & Inſt. de inu. ſtip §. ſi quis aliũ. & ff. de duo. reis l. hũ verbu.* ſic econtrà alij non poteſt conſtitui [b]: *vt in e. ad. l. §. Iul. ſcri. & ar. ff de ver. oblig l. ſi mihi, & Titio. in princip.*

b ¶ *Imperſonaliter* [c], ſic dicendo ſimpliciter, *ſatiſfiet tibi*, non valet. ¶ Et ſic nota certa [d], & ſpecificata valere, quæ aliàs non valerent: *vt ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi §. quajuum. & de acquire. hare. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum & ff. ſi cert. pet. l. fin. §. Labeo. & ff de vſur. l. quod in ſtipulatione. & ff. quod cuiuſque vniuerſit. l. item. §. j. & ff. man l. qui mutuam. §. ſalarium.*

cumque legitima allegatione penitus generando.

CAP. VI.

De conſtituta pecunia.

Qui conſtituit, vel ſpopondit pro alio: ſi quidem perſonaliter eſt locutus dicendo: ſatiſfaciam, obligatur in quantitate, quam dixit: ſi dixit, ſatiſfiet à me, & ab illo: illo non conſentiente pro rata eſt obligatus. Si verò alternatiuè, ſatiſfiet à me, aut ab illo: illo non conſentiente, ipſe in ſolidum tenetur. Si verò conſtituens locutus fuit imperſonaliter, nullus tenetur: ſalua tamen manente actione contra illos, contra quos de iure competit: his obtinentibus in quibuſcunque caſibus nondum finitis. Bart.

¶ Ad hoc †, aliud capitulum ad pecuniæ conſtitutionem, ſeu promiſſionem reſpiciens, hac lege præuidimus definire. Sancimus igitur, ſi quando aliquis aut pro ſe, aut pro alia perſona pecuniam conſtituerit, vel ſpoponderit, dicens fortè cuicunque: Satis tibi facio †: eum in quantitatem, quam dixit, modis omnibus obligari, atque promiſſionem, ſeu ſponſionem ſuam adimplere, & debitum compelli perſoluere. Si quis autem dixerit, Fiet tibi ſatis à me, & ab illo, & illo: illis quidem, quos nominauerit, non conſentientibus, nullum ex tali voce fieri præiudicium [a]: ſed nec ipſum, qui hoc dixerit, pro illis perſonis, quas nominauit, aliquam exactionem ſuſtinere: pro ſe autem, quod ſecundùm leges debere monſtratus fuerit, pro rata tantùm portione perſoluere. Si autem dixerit, Fiet tibi ſatis aut à me, aut ab illo, & illo; tunc nominatis quidem ſimili modo non conſentientibus nullum fieri præiudicium: ipſum autem qui hoc promiſerit, integrum quidem debitum cogi perſoluere. Si quis autem dixerit, Fiet tibi ſatis: cum tali verbo, vt imperſonaliter [b] dicto, tanquam ſi nihil promiſerit ita ab omni exactione liberum ſeruari. Si quam autem contra nominatas perſonas putauerit ſibi actionem competere: eam ſecundùm leges aduersùs eos proponere, & legis auxilio perpotiri.

EPILOGVS.

Hæc autem obtinere ſancimus in cauſis omnibus quæ nondum iudiciali ſententia, vel amicabili conuentione ſopitæ ſunt, parens chariſſime, atque amantiſſime. Celſitudo itaque tua præſentem noſtri numinis generalem conſtitutionem edictis quidem in hac regia ciuitate more ſolito proponendis, præceptionibus autem ad Prouinciarum rectores dirigendis ad omnium notitiam faciat peruenire. Dat. Kal. Feb. CP. Domi. Iuſtini. PP. Aug. anno XV. Baſilio V. C. Conſ.

VT NEQVE MILES, NEQVE FOEDEratus obſeruetur domui priuatæ, aut poſſeſſioni alicuius.

TITVLVS XVII.

Nouella conſtitutio cxvj.

Imperator Iuſtinianus Aug. Theodoro Orientalium prætoriorum præfecto.

Nullus militem, vel fœderatum in domo, vel propria poſſeſſione retinere præſumat, contrà faciens, ſua dignitate expellitur: & eius bona publicantur, milites militia priuantur, & etiam iudices negligentes decem libris auri puniuntur, & exilio tradantur Angel.

PRÆFATIO.

CVm Domini Dei beneuolentia ad cuſtodiã noſtrorum ſubiectorum militarium rerum incipit ordinatio. His enim prouidentia Dei diſpoſitis, barbarorum quidem incontinentia refrænatur, reipublicæ verò res augentur. Et quoniam aliqui propriæ ſalutis pro nihilo facientes rationem, milites, & fœderatos, qui debent pro libertate reipublicæ contra inimicos certare, præſumunt ſubtrahere, & in priuatas ſuas occupare vtilitates [c]: prouidemus per præſentem legem noſtram omnibus interdicere, vt nullum de cætero præſumant militem in quocunque relatum numero, aut fœderatum ſubtrahere, & in ſua domo, aut in propriis habere poſſeſſionibus, pro quibus [d] nos multos ſuſtinemus labores. exercentur enim, & militant [e], vt in communibus vtiles ſint rebus [f].

VT NEQVE miles, neque fœderatos, &c.

c ¶ *Cum domini.*] *Vtilitates.* alias, *neceſſitates*

d ¶ *Quibus.* ſc militib.

e ¶ *Militant. C. locati l. vltima.*

f ¶ *Rebus.* ſ. vt in continenti barbarorum refrænetur audacia, & publicæ res augeantur: vt ſuprà dixit.

g ¶ *Eis.* ſcilicet priuatis. Accvrs.

h ¶ *Implentes.* ſcilicet milites.

i ¶ *Triginta dierum* [a], argu. contrà *ſuprà, vt facta ne. conſtit. §. vt autem. colla. v.* Sol. vt ibi,

k ¶ *Obſeruauerint.* id eſt, obedierint.

l ¶ *Optiones.* ſimile *infr. vt liceat matri. & auia. §. quod autem ſimile Co. de iur. fiſc. l penul. ſimile ff. de bonis dãna. l. diuus. §. cum qui.* Accvrs.

m ¶ *Reuertantur.* id eſt, reuerti faciant.

a Lõgius tēpus ... [illegible]

CAPVT I.

¶ Sint igitur omnes ſcientes, qui milites †, aut fœderatos aliquos in ſuis habent domibus, aut poſſeſſionibus, aut qualitercumque obſeruantes, & quaſdam eis [g] proprias implentes [h] vtilitates: quòd niſi intra triginta dierum [i] dilationem, computandorum ab inſinuatione per loca præſentis noſtræ diſpoſitionis, eos expulerint: ſubſtantiæ quidem habentium eos, aut retinentium, publicationi ſubiectæ, fiſco applicabuntur: ipſi verò & dignitatibus, & † militiis, quas habent, expellentur; milites verò, & fœderati, qui eis poſt dilationem obſeruauerint [k], non ſolùm militia ſpoliabuntur, ſed etiam vltima ſuſtinebunt ſupplicia: ſcientibus etiam vniuſcuiuſque prouinciæ iudicibus, quia ſi aliqui inueniantur in locis, quæ ſub his ſunt exactoribus, aut conuictoribus, aut perſonis aliquibus, aut dominiis, aut poſſeſſionibus, aut quibuſlibet propriis vtilitatibus permanentes, & non celeriter iſtos comprehenderint, & ſuppliciis ſubdiderint, & milites quidem ad numeros ſuos tranſmittant, in quibus militant: fœderatos verò ad proprias optiones [l]: ipſi decem librarum auri pœnam exigentur, & inſuper exilio tradentur, vtpote noſtras iuſſiones præſumentes negligere. Nemo igitur neque diuino quodam typo de hoc forſan facto, neque præceptis iudicum vtatur, neque aliquis noſtrorum iudicum huiuſmodi aliquos typos, aut præceptiones iudicum ſuſcipiat, ſed cum omni celeritate militantes quidem ad proprios numeros: fœderati verò ad ſuas optiones reuertantur [m], & pro communib. certent rebus. nullo enim modo de cætero concedimus noſtros milites, aut fœderatos in quibuſdam omnino priuatis vtilitatibus occupari.

† Omnia ... [illegible]

† Hic ... [illegible]

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per præſentem manifeſtata ſunt legem, tua eminentia præcogno-

ſcens,

VT LICEAT matri, & auiæ, &c. [illegible]

a ¶ Et aliis [illegible]

b ¶ [illegible]

[illegible]

tem, in his quidem ſæculi [illegible] ſecundum morem propoſitis [illegible] prouinciis verò præceptionibus deſtinatis, omnibus manifeſta conſtituere ſtudeat. Dat. Idib. April. Conſt. [illegible] Imperij Domini Iuſtiniani perpetuò Aug. an. xv. Baſilio viro clariſſimo Conſule.

VT LICEAT MATRI & auiæ, & aliis parentibus poſt legitimam partem cæteris derelictam, quomodo voluerint teſtamentum facere, eam diſponere, & alia capitula plura.

TITVLVS XVIII.

Nouella conſtitutio cxvij.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Theodoto præfecto Orientaliũ prætoriorum.

Contra voluntatem teſtatoris, vel contrahentis, pater non acquirit vſumfructum, quod ſi teſtator nemini diſpoſuit, aut à teſtatore electus deceſſit, iudicialiter cum cautione dabitur curator. BALD.

PRÆFATIO.

Diuerſis capitulis ad nos relatis, neceſſarium eſſe perſpeximus generali hac lege diſponere [b].

CAPVT I.

Si mater hæredem inſtituerit, pater in eo vſumfructum hæreditatis non habeat.

1 ¶ Sancimus igitur licentiam eſſe & matri, & auiæ, aliiſque parentibus, poſtquam reliquerint filiis partem, quæ lege [c] debetur, quod reliquum eſt ſuæ ſubſtantiæ, ſiue in ſolidum voluerint, ſiue in partem, filio, vel filiæ, nepoti, vel nepti, & deinceps deſcendentibus donare, aut etiam per vltimam relinquere voluntatē, ſub hac definitione, atque conditione, ſi voluerint, vt pater, aut qui omnino eos habent in poteſtate, in his rebus neque vſumfructū neque quodlibet penitus habeant participium [d]. Hoc enim & extraneis relinquere poterant: vnde nulla parentibus vtilitas naſceretur. Hoc itaque non ſolùm parentibus, ſed etiam omni perſonæ [e] licere præcipimus.

2 ¶ Res autem ita relictas, ſiue donatas poſitis ſub poteſtate perſonis, ſi quidem perfectæ ſint ætatis, licet ſub poteſtate ſint, licentiam habeant quo volunt modo diſponere [f]. Si verò ætate minores ſint, per quem perſpexerit teſtator, aut donator, hæc gubernentur, donec illi, quibus donata ſunt, aut relicta, ad perfectam ætatem veniant: licentiam habente teſtatore, vel donatore & matri, & auiæ bonorum, quibus res collatæ ſunt, ipſarum rerum, ſi voluerint, gubernationem committere, licèt maritis iunctæ ſint memoratæ mulieres: ita tamen, ſi & ipſæ huiuſmodi gubernationem ſuſcipere voluerint. Si verò fortaſſis, qui relinquit, aut donat, nullum his diſpenſatorem ordinauerit, aut ab eo datus huiuſmodi gubernationem ſuſcipere noluerit, aut moriatur, antequam illi perfectæ fiant ætatis, iubemus iudicem competentem curatorem fide dignum cum legitima ſatiſdatione rebus talibus [g] ordinare, qui debeat relictam talibus perſonis ſubſtantiam gubernare, atque cuſtodire, donec illi ad perfectam (ſicut dictum eſt) ætatem perueniant. In illis enim caſibus legem, quæ vſum parentibus [h] præbet, volumus cuſtodiri, quibus non ineſt ſpecialiter huiuſmodi conditio.

CAP. II.

De eo, qui in aliquo inſtrumento nominatus eſt filius.

Liberi ex libera muliere nati, cū qua nuptiæ eſſe poterant, ſi à patre nominati fuerint filij, non adiecto vel verbo, naturales, legitimi efficiuntur: & matrimonium inter illa verba proferente, & mulierem, ex qua nati ſunt, interceſſiſſe monſtratur: & ſi pater vni ex filiis talia verba dixerit, omnibus prodeſt, qui ex eadem matre ſunt orti.

¶ Ad hoc autem † & illud ſancire perſpeximus, vt ſi quis filium, aut filiam habens de libera muliere, cum qua nuptiæ conſiſtere poſſunt, dicat in inſtrumento, ſiue publica, ſiue propria manu conſcripto, & habente ſubſcriptionem trium teſtium fide dignorum, ſiue in teſtamento, ſiue in geſtis monumentorum, hunc, aut hanc, filium ſuum eſſe, aut filiam, & non adiecerit naturalem: huiuſmodi filios eſſe legitimos, & nullam aliam probationem ab iis quæri: ſed omni frui eos iure, quod legitimis filiis noſtræ conferunt leges: vtpote ipſo patre (ſicut dictum eſt) filios proprios eos vocante [k], ex hoc enim & cum eorum matre monſtratur [l] legitimum habuiſſe matrimonium; vt neque ab ea pro nuptiarum fide alia probatio requiratur. Si autem pater ex ipſa muliere multos filios habeat, vni ex eis teſtimonium quolibet ex prædictis præbuerit modis, ſufficere ex eadem muliere natis [m], ad legitima iura patris teſtimonium vni datum.

CAPVT III.

De muliere, quæ ſine dotalibus inſtrumentis nupſit.

Liberi nati ex nuptiis legitimè contractis, licet non ſolennibus ad paternam hæreditatem pariter vocantur cum filiis natis ex nuptiis ſolenniter contractis: ſiue præceſſerint eos, ſiue ſequantur. BART.

¶ Hoc quoque præſenti conſtitutioni perſpeximus

[illegible] autem prodeſt, vt de extraneo [e] filius efficiatur [illegible]

i ¶ Monſtratur. id eſt, iudicatur. ACCVRS.

m ¶ Multis natis. ¶ No [illegible]

a ¶ Poteſt [illegible]

beneficium [a] vni dati & aliis ſimilibus datum videtur. [illegible]

mus adiiciendum, vt ſi quis ex non ſcripto per affectum nuptialem vxorem acceperit, & ex ea filios procreauerit: ſoluto autem matrimonio contingat eum etiam aliam ducere coniugem cum dotalibus inſtrumentis, & ex ea ſimiliter filios procreare: nullum circa paternam hæreditatem aliis filiis ex indotata coniuge natis præiudicium fieri: ſed cum aliis filiis ex ſecunda natis vxore, quæ cum dotalibus inſtrumentis copulata eſt, ad patris etiam illos hæreditatem vocari: cùm etiam ex ſolo affectu poſſit conſiſtere [a] matrimonium. quod ſimiliter valere volumus etiam ſi priùs quidem cum dotalibus inſtrumentis iungatur aliquis vxori, poſt illam verò alteram ducat ſolo nuptiali affectu.

CAP. IV.

De nuptiis illuſtrium, vt cum dotalibus inſtrumentis fiant.

Maximis dignitatibus decorati vſque ad illuſtres incluſiuè, & excluſiuè, ſine dotalibus inſtrumentis nuptias non poſſunt contrahere, exceptis Barbaris. Inferiores autem cum dotalibus inſtrumentis & ſine, nuptias contrahere poſſunt. Angel.

¶ Quia verò legem dudum protulimus [b] iubentē aut dotalia fieri documēta, aut alias probationes proceſſere factas apud Eccleſiæ defenſores, per quas nuptias cōpetat confirmari, aut certè ſacramēta præberi: in præſenti perſpeximus meliùs diſponere ea, quę de his pridē ſancita ſunt. Et propterea iubemus eos, qui maximis dignitatibus decorati ſunt, vſque ad illuſtres [c], non aliter nuptias celebrare, niſi dotalia ſcribantur inſtrumenta: niſi tamen aliquis antequam mereretur huiuſmodi dignitates, ex affectu ſolo duxit vxorem: tales etiam nuptias ante dignitates factas, & poſt dignitates, legitimas manere præcipimus [d], & ex his natos legitimos eſſe filios. Poſtquam verò honorati fuerint aliqui huiuſmodi dignitatibus, non aliter ducere vxores, niſi cum dotalibus inſtrumentis. Hanc autem legis ſubtilitatem concedimus [e] ſubiectis noſtræ reipublicæ Barbaris, licèt dignitatibus huiuſmodi decorati [f] ſint, vt etiam ſub affectu, poſſint ipſi volentes cōtrahere nuptias: reliquos autem omnes præter eos, qui maximis (ſicut dictum eſt) dignitatibus decorati ſunt, cuiuſlibet ſint dignitatis, aut militiæ, aut ſtudij, ſi quidem voluerint, aut potuerint, non prohibemus eos cum dotalibus inſtrumentis ducere vxores. Si autem etiam hoc non cuſtodierint, & ex ſolo affectu celebratas nuptias firmas eſſe ſancimus, & ex eis natos legitimos eſſe filios iubemus [g].

CAP. V.

Vt cum matrimonium eſt ſine dote, & coniux ſuperſtes inops, mortui quartam partem accipiat.

Vbi matrimonium eſt ſine dote, & præmoriens eſt locuples, ſuperſtes laborās inopia ſuccedit in quarta parte: quamuis tā ex illo, quam ex alio matrimonio extent liberi, minori tamen numero tribus: quia tunc cum eis pro virili ſuccedit. Alex.

¶ Quia verò legem [h] dudum poſuimus præcipientem, vt ſi quis vxorem aliquando ſine dotalibus [i] acceperit, cum affectu ſolùm nuptiali, & hanc ſine cauſa legibus agnita proiecerit, accipere eam quartam partem ſubſtantiæ eius: & aliam poſt hanc fecimus legem decernentem [k], ſi quis indotatam vxorem per affectum ſolùm acceperit, & vſque ad mortem cum ea viuens, præmoriatur, accipere ſimiliter & eam quartam illiùs ſubſtantiæ portionem: ita tamen, vt non tranſcendat hoc centum librarum auri quantitatem: in præſenti meliùs [l] vtramque legem diſponentes, ſancimus in vtroque [m] caſu ex talibus matrimoniis natos filios, legitimos eſſe, & ad paternam vocari hæreditatem: vxorem autem ex vtroque horum caſuum, ſi quidem vſque ad tres habuerit [n] filios eius viri, ſiue ex ea, ſiue ex alio matrimonio, quartam partem ex ſubſtantia viri [o] accipere. Si autem ampliùs fuerint filij: tantum in vtroque ſimiliter caſu accipere [p] iubemus mulierem, quantum vni competit filiorum; ita quippe, vt vſum ſolum in talibus rebus mulier habeat: dominium autem illis filiis ſeruetur, quos ex ipſis nuptiis habuerit: iubemus etiam dominij iure habere eam res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per præſentem iuſſimus legem. Quæ tamen irrationabiliter excluſa [q] eſt: in ipſo tempore expulſionis partem iubemus accipere, quæ continetur hac lege. Virum enim in talibus [r] caſibus quartam, ſecundùm priorem noſtram legem, ex ſubſtantia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus.

CAPVT VI.

De Leoniana, & Conſtantiniana conſtitutione.

¶ Illo indubitanter obſeruando, vt Leonis piæ memoriæ conſtitutio in omnibus aliis caſibus, qui non continentur

---

a Beneficia ad ſimiles caſus extenduntur.

[illegible] tabernas [illegible]

c A prime [illegible] quod valet no [illegible] ad eam cauſa peruenit [illegible] qua [illegible] non poteſt.

f Concord. [illegible] Gl. in cap. Reynerius ſuper terris, [illegible] quandoque tamen ex [illegible] de teſte.

g Matrimonium ſine dote, & ſcriptura certis caſibus nō valet.

[illegible] Cod. de [illegible] & Co. de ad[illegible] ſi quis [illegible] de teſt. [illegible] Sed in contra C. [illegible] de in terro [illegible]

a ¶ Coniſtere. ſine b [illegible] & ſine inſtrumentis: [illegible] ſupr. [illegible] nuptias, [illegible]

b ¶ Protulimus. vt ſupr. [illegible] Accvrs.

c ¶ Ad illuſtres incluſiuè, & deſcendendo. Accvrsivs.

d ¶ Præcipimus. ¶ No. quod [illegible] principio [illegible] non rump[illegible] in eam cauſam veniat, a quo [illegible] non poteſt. vt ſupr. [illegible] & de teſt. § ſi quis deb. [illegible]

e ¶ C[illegible] id eſt, remittimus. Accvrs.

f ¶ Decorati. ¶ Sed quare maius priuilegium eis conceditur? Reſpondeo, dedecus, cùm inter viles computentur: vt infrà, reliquos autem, &c. & intelligo hoc de illis Barbaris qui nobis ſubiecti ſunt: alias quomodo in eos legem faceret? hic ergo ſubiugati erant ſub imperio Romano Accvrs.

g ¶ Iubemus. ¶ Hic no. quòd matrimonium valet etiam ſine ſcriptura, & dote: vt hic, & ſuprà, prox. nos hoc autem [illegible] in tribus caſibus. 1. ¶ Primus, in illuſtribus, & qui ſupra eos ſunt: vt in hoc § & ſupr. eodem § illo. 2 Secundus, ſi aliquis in dignitate poſitus libertam in vxorem accipiat vt ſupra [illegible] de [illegible] 3. Tertius eſt, ſi quis [illegible] in vxorem accipiat: vt C. de nat. lib. l. cum quis & [illegible] hoc tacit [illegible] dotalibus, id eſt, cum dote, & inſtrumento. Vel certè hoc fit ad filiorum legitimationem: non autem ad matrimonium: quia & tunc his valet: vt [illegible] Inſtit. de nup. § [illegible] Item eſt & aliud, vt quando ſcenicā, vel aliquam meretricē quis acciperet: vt C. de nat. lib. [illegible]

h ¶ Quia verò legem. ſc. C. de repud. [illegible] & ſupr. de nupt. § ſi quis enim [illegible]

i ¶ Dotalibus. ſcilicet documentis.

k ¶ Legem decernentem. vt ſuprà, de exhib. § quoniam verò

l ¶ Melius. ¶ Nota ergo quod corrigit [illegible] & [illegible] non dicuntur [illegible]

m ¶ In vtroque. ſcilicet quando eam reiecit, & quādo præceſſit maritus.

n ¶ Habuerit. ſ. mulier

o ¶ Ex ſubſtantia viri. ſcilicet quartam partē, ſcilicet ſi habet tres liberos, vel pauciores, ſi verò plures, tunc virilem, vt dictum eſt

p ¶ Accipere. ſcil. quartam. vt in princ. [illegible] § ſed in alio caſu accipit demum viro mortuo

q ¶ Excluſa. i. reiecta, vel repulſa.

r ¶ In talibus. Quæro, an vtraque prædictarum ll. corrigatur illa ſcilicet ſuprà, de nupt. § ſi quis enim & illa, ſupra, de exhib. § quoniam verò, vt in neutro caſu [illegible] ſuccedat vxori. Quidā quòd ſic. & pro eis eſt hæc litera, quæ dicit in talibus caſibus [illegible] de vtroque [illegible] faciat mentionem. 2. Tu dic quod tantum illam de nuptiis corrigit in eo, quod de viro dicit [illegible] vt patet ſtatim cum dicat, ſecundum [illegible] priorem noſtram [illegible] nup. dicit: ſed corrigit per aliam, quæ dicit nō diſtinguendum hoc caſu, quando viuus aliam ſic reiecit: vt ſupr. [illegible] ad hunc § [illegible] C. de ſecun. nupt. l. cum aliis. ¶ Item quæro hic, qui [1] ſi nullus filiorum eſt, ſed aſcendētes? Reſpon. præfertur vxor in ſumma centum aureorum: vt etiam proprietatem habeat. In aliis rebus præferuntur parentes vxori: vt [b] Cod. vnde vir, & vxor. l. 1. ¶ Item quid ſi nullus deſcendentium, vel aſcendentium eſt cāturum tranſuer[illegible]

[illegible]

contine ntur præſenti lege, propriam habeat fortitudinem: Cõſtantini verò piæ memoriæ legem ad Gregoriam ſcriptam, & ſuper ea factam interpretationem à Martiano piæ memoriæ, per quam mulierum cõiunctiones (quas Conſtantini lex abiectas vocauit) ad quoſdam dignitatibus decoratos prohibentur: nullo penitus modo valere permittimus [a]: ſed licentiam volẽtibus præbemus (etſi quibuſlibet magnis dignitatibus decorẽtur) huiuſmodi mulieres cum dotalibus inſtrumentis ſibimet copulare. Reliqui verò circa eos, qui maioribus dignitatibus decorati ſunt, licentiam habebunt huiuſmodi mulieres accipere, ſiue ſcripto voluerint, ſiue ſolo affectu nuptiali: ſi tamen liberæ ſint, & cum quibus liceat nuptias celebrare.

CAPVT VII.

Soluto per repudium matrimonio quomodo, & apud quem liberi alantur.

Diuortio celebrato liberi ad parentum hæreditatem nihilominùs vocantur: & alendi ſunt apud parentem, qui diuortij cauſam non præſtitit, expẽſis alterius parentis cõmittẽtis cauſã diuortij: niſi alius inops ſit: tunc enim apud diuitem alendi ſunt: his pariter obtinẽtibus in parentibus, & liberis. BART.

¶ Illud quoque † diſponendũ eſſe perſpeximus, vt ſi quando inter maritum, & vxorem nuptias ſolui contigerit, ex huiuſmodi nati filij, nullo modo lædantur ex ſeparatione nuptiarum, ſed ad parentum hæreditatem vocentur, ex patris ſubſtantia indubitanter alendi. Et ſiquidem pater occaſionem ſeparationis præbeat, & mater ad ſecundas non venerit nuptias [b]: apud matrem [c] nutriantur, expenſas patre præbente. Si verò per cauſam matris oſtẽdatur ſolutum matrimonium: tunc apud patrẽ maneant filij, & alantur [d]. Si autem contigerit patrem quidem minùs idoneum eſſe, matrem verò locupletem: apud eam pauperes filios manere, & ab ea nutriri iubemus. Quemadmodum † enim filij locupletes coguntur matrem egentẽ [e] alere: ita iuſtum eſſe decernimus & à matre locuplete filios paſci [f]. Quod autem de alenda matre, & filiis indigentibus definimus, hoc quoque in omnibus aſcendentibus deſcẽdentibúſque perſonis vtriuſque naturæ valere præcipimus.

CAP. VIII.

De iuſtis diuortiorum cauſis marito permiſſis.

Marito, atque vxori diuortium celebrare permittitur ex cauſis hic enumeratis. BART.

¶ Quia verò plurimas in veteribus [g], & noſtris legibus [h] inuenimus cauſas, ex quibus facilè [i] nuptiarum ſolutiones fiũt: ea cauſa perſpeximus [k] ex his abſcindere aliquas, quæ nobis indignæ ad ſoluendas nuptias viſæ ſunt: & eas ſolummodo nominatim præſenti inſerere legi, pro quibus rationabiliter poteſt ſiue vir, ſiue mulier repudium mittere. Nunc autem cauſas, ex quibus maritus repudium mittere ſine periculo poteſt, & dotem vxoris lucrari ſeruato in eo dominio ex eodem matrimonio filiis, aut filiabus: quibus non extantibus [l], frui etiã proprietate: has eſſe decernimus: Si contra imperiũ cogitantibus aliquibus conſcia eſt mulier, aut etiam viro ſuo non indicet. Si autem vir hoc à muliere denunciatum tacuerit, liceat mulieri per quamcumque perſonam hoc declarare imperio: vt vir nullam ex hac cauſa repudij inueniat occaſionem. Si de adulterio † maritus putauerit poſſe ſuam vxorem conuinci, oportet virum priùs inſcribere [m] mulierem, aut etiam adulterum [n]: & ſi huiuſmodi accuſatio verax eſſe oſtenditur, tunc repudio [o] miſſo habere vnum ſuper ante nuptias donationem, etiam dotem: & ad hoc, ſi filios non habeat, tantum accipere ex alia vxoris ſubſtantia, quantum dotis tertia pars eſſe cognoſcitur: vt eius proprietati, & dos, & à nobis definita pœna applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio, iubemus etiam dotem (ſecundùm quod de hoc cenſent leges) aliámque mulieris ſubſtantiam filiis conſeruari: & ita adulterum legitimè conuictum, vnà cum vxore puniri: & ſi quidem habeat vxorem adulter, accipere eam & dotem propriam & propter nuptias donationem: & ſi filios habeat, ſolo vſu mulier fruatur, donationis proprietate [p] ſecundùm leges filiis ſeruanda. aliam verò mariti ſubſtantiam eius filiis ex noſtra largitate donamus: filiis autẽ non exiſtentibus antenuptialis quidẽ donationis proprietatẽ mulieri competere ſancimus: aliam verò mariti ſubſtantiam omnem fiſco [q] ſecundùm antiquas applicamus leges. Si quolibet modo mulier vitæ viri fuerit inſidiata, aut aliis hoc facientibus conſentiens, viro non indicauerit. Si cum viris extraneis nolente marito conuiuatur, aut cum eis lauatur. Si nolente viro foris domum manſerit, niſi forſan apud proprios parentes. Si Circenſibus, aut theatris, aut amphitheatris interfuerit ad ſpectandum, ignorante, aut prohibente viro. Si verò contigerit aliquem citra vnam prædictarum cauſarum, vxorem ſuam à domo propria expellere, & illa non habẽs parentes, apud quos poſſit manere, ex neceſſitate fo-

ris

---

tranſuerſales? Reſpon. vxorem quaſi iure accreſcendi in totum vocari, ſecundùm Bul. Sed Pla. contra. [a] & verum dicit per *d. l. j. vnde vir. & vxor.*

a ¶ *Permittimus.* prædictas conſtitutiones non habemus. Nam lex illa, *C. de inceſt. nupt. l. humilem* quæ hoc dicit, eſt Valentini, non alicuius iſtorum. non autem placet vt dicas loqui de ea, quæ eſt *Co. de pac. conu. l. ex morte.* quia illa nihil de hac materia dicit.

b ¶ *Non venerit nuptias.* ſecus ſi venerit: quia tunc non nutrirentur apud eum: *vt C. vbi pup. edu. de. l. j.*

c ¶ *Matrem.* Quomodo hoc, cùm dicat ius, quod ſunt alendi: vbi pater iuſſit: *vt ff. de ven. in. pi. l. j. §. apud eum.* Reſpond. ibi dicit quando pater deceſſerat, hic quando viuebat. Item hic præſtitit cauſam diuortij, quod ibi nõ fuit.

d ¶ *Alãtur.* addit Ir. matris locupletis expenſis.

e ¶ *Egentem.* ſecus ſi locuples: *vt ff. de lib. agnoſcen. l. ſi quis à liberis. §. ſi impubes. & l. v. le.*

f ¶ *Filios paſci* ¶ Not. alimenta [b] hinc inde in neceſſitatibus præſtari: *vt hic, & Co. de ali. pu. præ. l. j. & ij. & iij. & §. neque virum quod ex dote. §. ſi. coll. viij. & ſuprà qui mo. na. effic. ſui. § pen. colla. viij. & ff. de lib. agn. l. ſi quis à liberis. & C. de bon. qua. lib. l. fina. §. hoc procul dubio.* ¶ Item not. haberi [c] diſtinctionem perſonarũ, apud quem debeant eſſe: *vt hic, & C. diu. fa. apud quem lib. l. j. & C. vbi pup. edu. de. l. j. & ſ. de nup. §. eius. & C. de pa. po. l. plus.* ¶ Hoc tamen not. quòd vbique [d] ad triẽnium mater alere debet. *vt C. de pa. pa. l. pe.*

g ¶ *In veteribus.* vt *C. de repu. l. conſenſu.*

h ¶ *Legibus.* vt *ſ. de nup tus. § ſi igitur. colla. iiij. & C. de repu. l. pe. & fi.*

i ¶ *Facilè.* id eſt, ſine pœna

k ¶ *Perſpeximus* ſunt autem ſeptem, vt ſubnecit. Item tres aliæ adiciuntur: *vt infrà eod. §. prædictis.*

l ¶ *Extantibus.* ſ. filiis.

m ¶ *Inſcribere.* ſi accuſet iure extranei, non iure mariti, intra xl. d. es accuſari non imponitur neceſſitas inſcriptionis. [f] *vt Co. ad leg. Iulia de adult. l. quamuis.* 2. Vel hoc nouum ius. illud aute vetus dicitur, quod eſt verius. Acc.

n ¶ *Etiam adulterum.* quaſi dicat, non ambos ſimul. quia hoc fieri nõ poteſt: *vt ar. ff. ad leg. Iuliã de ad. l. ſi maritus. § ſi.*

o ¶ *Repudio.* Olim [a] priùs debebat repudiare, quàm accuſare: *vt C. ad leg. Iuliam de adult. l. crimen. & ff. ad legẽ Iuliam de adult. l. miles. §. volentis quæ ſunt contra.* Sed hodie poteſt: vt hic, *& infr. vt nulli iudi. §. quando verò, coll. ix.*

p ¶ *Proprietate.* ¶ No. hic lucrari virum, ſi cõtra vxorẽ inſcribat. Sed videtur monaſterio dari, in quod eſt mittenda hæc fœmina: *vt ſ. vt nulli iudi. §. adultera. colla. ix. quæ eſt cõtrà.* Sol. illud quãdo includitur in monaſterio. Sed hoc nihil eſt: quia ſemper debet includi: vt dicitur ibi. Quare dicunt alij, quòd hic in dote: ibi in alia ſubſtantia mulieris dicit. Si hoc non valet: quia in fine illius *§. adulteram.* dicit pacta ſeruanda viro circa dotẽ. ſi enim lucraretur eã per legem, vt hic dicit, quare diceret ei in hoc ſeruari pactum? Dic ergo tu quòd hæc ſecundùm illam intelligitur. ACCVRS.

q ¶ *Fiſco.* ſed hoc hodie corrigitur nam non ſunt confiſcanda aliqua ſic indiſtinctè: *vt infrà, vt nulli iudi. §. fin.* ACCVRS.

a ¶ Exi

a Accuſare adulterii vxor maritus prius poteſt, deinde eam repudiare.

ris habitet nocte: iubemus nullam eſſe marito licentiam propter cauſam hanc repudiũ mittere vxori, eò quòd ipſe huius rei auctor exiſtat [a].

CAP. IX.

De iuſtis diuortij cauſis mulieri conceſſis.

¶ Cauſas autem, pro quibus rationabiliter poteſt viro à muliere mitti repudium, ex quibus poteſt & dotẽ recipere, & propter nuptias donationem exigere, ſimiliter filiis ſeruãda donationis proprietate, aut filiis non extantibus habere etiam huiuſmodi dominium, has eſſe ſolas diſponimus: Si cõtra imperium aut ipſe cogitauerit aliquid, aut cogitantibus conſcius non indicauerit imperio aut per ſe, aut per quamcunque perſonam. Si quolibet [b] modo vir inſidiatus fuerit vitæ mulieris: aut aliis hoc volentibus ſciens non manifeſtauerit vxori, & ſtuduerit ſecundùm leges vlciſci [c]. Si maritus vxoris caſtitati inſidiatus, aliis etiam eam adulterandam tentauerit tradere. Si vir de adulterio inſcripſerit vxorem, & adulterium non probauerit: licere mulieri volenti, etiam pro hac cauſa repudium deſtinare viro, & recipere quidem propriam dotem, lucrari autem &, antenuptialem donationem: & pro huiuſmodi calũnia, ſi filios non habuerit ex eodem matrimonio, tantum ſecundùm proprietatem accipere mulierem ex alia viri ſubſtantia, quantum antenuptialis donationis tertia pars eſſe cognoſcitur. Si autẽ filios habuerit, iubemus omnem viri ſubſtantiam filiis conſeruari: firmis manentibus, quæ de antenuptiali donatione aliis legibus continentur [d]: ita tamen, vt etiam propter illatam adulterij accuſationem, & non probatam, illis quoque maritus ſubdatur ſuppliciis, quæ eſſet paſſura mulier, ſi huiuſmodi fuiſſet accuſatio cõprobata [e]. Si quis in ſua domo, in qua cũ ſua coniuge cõmanet, contemnens eam, cũ aliis inueniatur, in ea domo manens: aut in eadem ciuitate degens, in alia domo cum alia muliere frequenter manere cõuincitur, & ſemel, & ſecundò culpatus, per ſuos parentes, aut per mulieres, aut per alias aliquas fide dignas perſonas, huiuſmodi luxuria non abſtinuerit [f]: licere mulieri pro hac cauſa ſoluere matrimoniũ, & recipere datam dotem, & antenuptialem donationem, & pro tali iniuria tertiam partem æſtimationis, quã antenuptialis facit donatio, ex eius ſubſtantia percipere: ita tamen, vt ſi filios habuerit, vſu ſolo mulier potiatur rerum, quas ex antenuptiali donatione, & pœna tertiæ portionis mariti ſubſtantiæ acceperit, dominio communibus filiis conſeruando. Si autem filios non habuerit ex eodẽ matrimonio, habere eam talium rerum etiam proprietatem præcipimus.

CAPVT X.

Vt non liceat conſenſu matrimonium diſſoluere, niſi ex cauſa probabili.

Nuptiæ regulariter conſenſu non ſoluuntur, niſi caſtitatis concupiſcentia, dote, & donatione propter nuptias liberis ſeruata: altero autẽ, vel vtroque alias nuptias poſtea contrahente, vel aliter luxurioſè viuente, delinquẽtis ſubſtantia ad filios debet peruenire. filiis minoribus per iudicem gubernatore dato. Filiis verò non extãtibus, ad fiſcum eorum ſubſtantia debet peruenire. Bart.

¶ Quia verò ex conſenſu aliqui vſque ad præſens alterna matrimonia ſoluebant [g], hoc de cætero fieri nullo ſinimus modo, niſi fortè quidam caſtitatis [h] concupiſcentia hoc fecerint. Si autem huiuſmodi perſonæ filios habuerint: tam dotem, quàm antenuptialem donationem eorum filiis conſeruari diſponimus. Si quis autem horum, aut maritus forſan, aut vxor, poſtquam propter caſtitatem ex cõſenſu ſoluerit matrimonium, inueniatur alias contrahens nuptias, aut luxurioſè viuens, iubemus, ſi quidem (ſicut dictum eſt) filij fuerint ex memorato coniugio, ſuper dotem, & propter nuptias donationem eis tradi, & proprietatem penè [i] ſubſtantiæ illius, quæ conuincitur deliquiſſe, perſonæ. Si verò filij minoris ſint ætatis: gubernari eos, & paſci ab illo parente præcipimus, qui nihil præſenti legi cõtrarium egerit. Si autem ambo parẽtes in huiuſmodi vitium incidant, tunc vtriuſque parentis ſubſtantiã, filiis applicari: diſpenſatorem autem iis, qui in minori ſunt ætate conſtituti, ordinari prouidentia competentis iudicis, & aliorum, quibus hæc ex noſtris legibus ſunt commiſſa. Si autem filij non ſint, vtriuſque perſonæ ſubſtantiam fiſci rationibus applicari, & eos, qui talia deliquerũt, legitimis ſubdi ſuppliciis. Aliter enim ſeparationem matrimoniorum fieri ex conſenſu, nulla ratione permittimus.

CAPVT XI.

Quod tempus expectare maritum in expeditione degentem debeat mulier.

¶ Quod autem † à nobis ſancitum [k] eſt de iis, qui in expeditionib. ſunt, & in militiis conſtituti, ſiue milites ſint, ſiue fœderati, ſiue ſcholares [l], ſiue alij quidam ſub alia quacunque militia armata conſtituti: meliùs ordinare perſpeximus, & iubemus quantoſcunque annos in expeditione manſerint, ſuſtinere [m] eorum vxores, licèt nec literas, nec reſponſum aliquod à ſuis maritis ſuſceperint. Si qua verò ex huiuſmodi mulieribus ſuum maritum audiens eſſe mortuum, neque tunc ad alias eam venire nuptias ſinimus, niſi priùs acceſſerit mulier aut per ſe, aut per ſuos parentes, aut per aliam quamcunque perſonam, ad priores numeri chartularios, in quo huiuſmodi maritus militabat, & eos, ſeu tribunum (ſi tamen adeſt) interrogauerit [n], ſi pro

a Culpa alterius non proficit ei, qui cauſam præſtidit.

a ¶ *Exiſtat.* ¶ Not. [a] nõ proficit alterius culpa, cùm ego præſtitero cauſam: *vt hic, & Co. de aſſer. tollen. l. 1. §. & ff. de eo, per quem fac. eſt l. fin. §. fin. & ſuprà, de reſti. § & hoc mulieres. coll. vii.*

b ¶ *Si quolibet.* ¶ Not. hìc quem teneri ad denunciandum: [b] *vt hic, & ff. loca. l. item quæritur. §. exercitu.*

b Denunciare quis cogitur.

c ¶ *Vlciſci.* agendo iniuriarum, vt in publico crimine: *vt ff. de iniur. l. 1. § item aut. & Inſtit. de iniur. § patitur.*

d ¶ *Continentur.* id eſt, vt vxor habeat vſum, & proprietatem filij: *vt C. de diuor. l. conſenſu. § ſi verò filio.* Accvr.

e ¶ *Comprobata.* Quod eſt [e] generale in aliis accuſatoribus: *vt C. de accu. l. fin.*

e Talionis pœna ſuſtinetur ab accuſatore non probante, hoc iure.

f ¶ *Non abſtinuerit.* ¶ Nota primò alicui nunciandum [d], vt de offenſa ſatisfaciat, vel deſinat: *vt hic, & Co. de iu. qui latro. l. ij & Co. de pa. pote l. iij. & ff. de ſerui. vrb. prædi. l. quidam Hyberus. & C. de poſtu. l. prouidendum.*

d Denunciatio priuata reo futuro priùs facienda eſt, quàm in ius trahatur; quòd ſanè fieri æquitatis eſt, non neceſſitatis.

g ¶ *Matrimonia ſoluebant.* vt *Cod. de repud. l. ſi conſtante.*

h ¶ *Caſtitatis.* etiam [e] ſi in monaſterium non intret: vt hic innuit. de hoc tamen pleniùs dicet vt dixi *ſuprà de mona. §. ſi verò vxorem.* Accvr.

e Caſtitas quæri, & haberi poteſt, etiamſi quis monaſterium non ingreſſus.

i ¶ *Penè.* Philoſophicũ temperamentum. nam & ſine penè habet Azo. ſed hodie aliter de his bonis diſponi videtur: *vt infr. vt nul. iud. §. quia verò. colla. ix. quæ eſt contra.* & facit ad hoc *infrà, de ſan. epiſc. § ſi verò cõſtat. & §. ſponſalibus. & infrà eod. §. prædictis. & ſuprà, de nupt. §. meliores. collat. iiij.* ¶ Item not. hìc cùm diu poſtea tradatur ſubſtantia, quòd non ſtatim, quando pater monaſteriũ intrat, tenetur bona dare filiis.

k ¶ *Quod autem à nobis ſancitum.* vt *ſuprà, de nu. §. ponimus.* vbi de decennio dixit. ſed antea per Conſtantinum ſtatutum fuerat quadriennĩũ: *vt C. de rep. l. vxor.*

l ¶ *Scholares.* ordines [f] ſunt de armata militia: vt ſequitur *infr. eod. §. ſi verò ſcholaris & ſupr. vt neque miles, neque fœder. & Cod. loca. l. fin.*

f Scholares.

m ¶ *Suſtinere.* id eſt, expectare. Sed certè imò per quinquennium tantùm: *vt ſupr. de nup. §. ſed & captiuitatis quæ eſt cõtrà.* Solu. hìc cùm eſt in expeditione: ibi captus. vnde ibi per quinquennium expectatur, computandum [g] à tempore, quo cœpit dubitari: vt ibi dicit. & eſt pro hac ſolutione *ſ. eod. §. prædictis in fi.* ¶ Sed nũquid in quacũque militia ſic obtinet quod hìc dicitur? Reſp. non puto, niſi ſit contra Sarracenos, vel cũ principe cõtra hoſtes. aliàs ſerua legẽ antiquam. *C. de repud. l. vxor.* Sed iure canonũ [a] generaliter ſeruatur hæc Authent.

g Quinquennium quo vxor viro expectare debet, à quo tempore numerandum.

a [illegible]

n ¶ *Interrogauerit.* ¶ Not. interrogari mulierem debere, ſi habet quem ſcit. ſic *ff. de bon. poſ. l. in bonorum. & quis or. in bo. poſſ. ſeruetur. l. ij. §. fin.*

† [illegible]

a ¶ Spa

pro veritate mortuus eſt eius coniunx: vt illi ſacris Euangeliis propoſitis, ſub geſtis monumentorum deponat ſi pro veritate vir mortuus eſt: & poſtquam hæc geſta monumentorum cõfecta mulier pro ſuo teſtimonio perceperit, etiam poſt hoc iubemus manere eam per vnius anni ſpatium [a], vt etiam poſt hunc decurſum liceat legitimas contrahere nuptias. Si autem præter hanc obſeruationem mulier præſumpſerit ad aliud venire matrimonium: & ipſa, & qui ducit eam vxorem, velut adulteri puniantur. Si autem qui ſub geſtis monumentorum cum iureiurando teſtati ſunt, conuincantur etiam falſum poſteà [b] depoſuiſſe teſtimonium [c]: ipſi quidem militia denudati, decem auri librarum pœnam compellantur exoluere illi, quem mentiti ſunt mortuum eſſe: ipſe verò licentiam habeat, ſi voluerit, ſuã vxorem recipere. Si verò ſcholaris fuerit ille, de cuius morte dubitatio eſt, à primis ſcholæ, & actuario; ſi autem fœderatus [d], ab optione eius memoratã depoſitionem accipere eius vxorem: his obſeruandis & circa alios omnes, qui in armata militia referuntur.

CAPVT XII.

Ex quibus cauſis matrimonium ſine pœna ſoluatur.

Matrimonium etiam ex tribus aliis cauſis ſuperiorib. additis diſtrahi poteſt, & exceptis huc cõſtitutione numeratis: & ex nullis aliis matrimonia diſſoluuntur. Bart.

¶ Prædictis itaque cauſis [e] proſpeximus etiam has nominatim adiicere, ex quibus matrimonia ſine pœna licet tranſigere: hoc eſt, de iis, qui non potuerũt ab initio nuptiarum miſceri ſuis vxoribus, & quæ per naturã viris conceſſa ſunt, agere: inſuper de iis viris, ac fœminis, qui cõſiſtente matrimonio ſanctimonialem conuerſationem, & monaſterij habitationẽ elegerint, & de iis perſonis, quæ in captiuitate aliquanto tempore detinentur: in his enim tribus caſibus, quæ de eis prioribus noſtris legibus cõtinentur, firma eſſe ſancimus. Memoratas igitur omnes cauſas, quæ in præſenti noſtra lege continentur, ſolas ſufficere iubemus ad tranſactionem legitimorum matrimoniorum. Reliquas autem omnes vacare præcipimus: nullamque aliam cauſam citra eas quæ nominatim inſertæ ſunt huic legi, poſſe ſoluere legitimum matrimonium, ſiue noſtris, ſiue veteribus legibus cõtinentur.

CAP. XIII.

Si mulier ſine iuſta cauſa marito ſuo repudium miſerit.

Mulier, & vir peccantes, pœna legitima puniuntur, & iudices, & officiales negligentes. Bart.

¶ Quia verò quædam mulieres inhoneſtè volentes viuere, feſtinant propria matrimonia ſoluere, ſancimus, ſi quando mulier citra aliquam prædictarum à nobis cauſarum voluerit matrimonium ſoluere, licentiam quidem eam non habere hoc agere: ſi verò permanſerit in huiuſmodi impia voluntate, & repudium marito tranſmiſerit, iubemus dotem quidem viro dari [f], communibus filiis ſecundũm legem ſeruandam. Si autem filios non habuerit, lucrum fieri marito: mulierem verò periculo iudicis negotium audientis tradi epiſcopo ciuitatis, in qua communiter domicilium habuerint: quatenus illius prouidentia in monaſterium ipſa mittatur, vt quoad vixerit, debeat ibi conſiſtere: & ſi quidẽ filios habuerit [g] huiuſmodi mulier, duas partes propriæ eius ſubſtantiæ dare filiis: tertiam verò monaſterio, in quod mittitur, applicare iure proprietatis. Si verò filios non habuerit, ſint autem ei parentes: duas partes quidem ipſius ſubſtantiæ monaſterio præberi, vbi mittitur; tertiam verò partem illius parentibus dari: niſi tamen ſub poteſtate eam habentes, irrationabili repudio conſenſerunt. in hoc enim conſentientes, nihil eos penitùs ex ſubſtantia filiæ habere permittimus; ſed hæc omnia venerabili monaſterio volumus applicari. Porro neque filiis, neque parentibus exiſtentibus ei, omnem ſimiliter eius ſubſtantiam competere monaſterio. Si verò iudex, qui negotium examinat, hoc non fecerit; id eſt, tradiderit [h] in † hoc deprehenſam ciuitatis epiſcopo, vt debeat in monaſterium mitti, ſi quidem in hac fœliciſſima ciuitate ſit iudex, ipſe quidem xxv. librarum auri pœnam exigatur: officium autem eius alias x. Si verò in prouincia ſit eiuſmodi iudex, & non egerit, quæ à nobis in hac iuſſa ſunt, x. librarum auri perſoluat pœnam. & officium eius alias v. Si verò iudex fuerit non habens cingulum [i]: ipſe quidem pœnam x. librarum auri exigatur, miniſtrantes autem ei quinque: quatenus mulcta, quæ hinc accedit à memoratis perſonis, per comitem rerum priuatarum, & palatinorũ ſcholam exigatur, & noſtro aſſignetur ærario. Si autem & vir circa mulierem tranſigere ſtuduerit matrimoniũ, & irrationabiliter repudium deſtinare, iubemus reddere quidem eum, quam ſuſceperit dotem vnà cum ſponſalitia largitate, & tantum ex alia eius ſubſtantia præberi mulieri, quantum tertiam partem ſponſalitiæ faciat largitatis [k], & ſi quidem ei filij ſunt, ſolũ vſum, & antenuptialis donationis, & à nobis additæ tertiæ partis mulierem habere: proprietatem verò filiis conſeruare. filiis autem non exiſtentibus, habere mulierem ſuper † vſum in ipſis rebus etiam proprietatem, & prædictas [l] quidem diſpoſitiones diſſolutis rationabiliter, aut etiam irrationabiliter nuptiis ordinamus; & omnia de memoratis caſibus ſecundùm hanc noſtram conſtitutionem iudicari, & decidi decernimus.

CAP. XIV.

Si quis vxorem ſuam flagellis caſtigauerit.

¶ Si quis autem propriam vxorem flagellis, aut fuſtibus

a ¶ *Spatium.* poſt ſacramentum præſtitum: vt hic dicit. Sed videtur quòd ſi iam tempore luctus cucurrerũt, quòd ſtatim [a] die ſequẽti poteſt nubere: vt ff. *de inſu. l. genero. in fin. quæ eſt contrà.* Solu. quidam dicunt illam corrigi. Vel ibi quando certum erat mortuum eſſe: hic quãdo dubium: licèt [b] vnus iurauerit, cui non per omnia creditur. *arg. Co. de teſt. l. iuriſiurandi.* ¶ Item quia ſimpliciter iurat, eſt argu. quòd teſtis tenetur dicere cauſam ſui dicti: ſed cõtrarium verius eſt: *vt ſ. de teſt. §. & licet. coll. vij.*

b ¶ *Poſtea.* id eſt, poſtquam nupſit etiam poſt annum: & ſic valuit matrimonium: *vt ſ. ibi, & poſt hoc, &c.* quare ergo permittitur viro recuperare? Reſp. quia matrimonium contractum fingitur [d] fuiſſe nullũ, licèt tenuerit verè: *vt ſ. dixit.* ibi, *& poſt hoc, &c.* Vel quia hîc mulier à marito, ſcilicet ſecundo, ſine pœna poteſt, & etiam debet, & tenetur diuertere: vt ita alienata per ſecundum matrimoniũ recipiatur à marito: ſcilicet primo: nã [e] vxor duorum eſſe non poteſt: alioquin diuortij cauſam præſtitiſſe videbitur primo marito, ſi à ſecundo ſe non ſeparauit.

c ¶ *Teſtimoniũ.* ¶ Not. ergo quòd [f] ſacramentum reuocatur prætexto periurij [g]: *vt j. vt litigan. § ſi quis. in fin. & C. de rebus creds. l. fin.* Regulariter tamẽ contrà: *vt Co. de rebus creds. l. ij. & ff. de in li. iu. in fin. & ff. de re iuds. l. poſt rem.*

d ¶ *Si autem fœderatus.* hoc nomẽ habuiſti ſuprà, vt neque miles.

e ¶ *Prædictis itaque cauſis* [h], quas dixit ſ. *eod. §. quia verò plurimas.* Adiungit tres, quæ erãt per ordinem: vt hic ſunt in tribus §§§. *ſ. de nupt. §. ſecundùm occaſionem. & § per occaſionem. & §. ſed & captiuitatis.* & eas cõfirmat in hoc §. Accvr.

f ¶ *Viro dari.* i. datam ſeruari. vel prop. ic, ſi eſt data Accvrs vs.

g ¶ *Habuerit.* cum olim de adulterio accuſabatur à primo viro: vt *Co. ad leg. Iul. de adul. l. pe.* & fa. ad hoc, *C. de repu. l. iubemus. & j. vt fratrum filij. § fina. coll. at. ex.* Accvrs.

h ¶ *Tradiderit.* repete, non,

i ¶ *Cingulum.* [i] id eſt, adminiſtrationem, & ille dicitur magiſtratus.

k ¶ *Largitatis.* Hæc pœna de tertia parte nõ fuit impoſita, ſcilicet in perſona mulieris: ſed detruditur in monaſterium. Hodie eadem vtrique imponitur pœna. *vt j. vt fra, f. §. pen.*

l ¶ *Prædictas.* refert ſe non ad omnia, quæ hac cõſtitutione dixit. nam aliquando de [a] licito diuortio, aliquando de illicito dixit. & hic dicit totum ſeruari: ſicut dixit.

a ¶ *Suffi*

fim à die, ſpore luſtatio. vnubere po

ſtis vnius mento, ſeu monio iu- ſ fides non ſbetur.

eſtis cogi- re dicere ra ſæ ſui dicti.

fingitur nõ nunquam matrimoniũ nul- fuiſſe, licèt re tenuerit.

Vxor duorũ ſe nõ poteſt.

iuſiurandum uocari po. ſi prætexta erium.

Concord. c. 2. in c. 12. q. 2.

Matrimoniũ tot ex cauſis ſolui datum.

...ali, pro ...n...l ...

a Diuortium certis cauſis licitum: aliis illicitum.

† Aliàs legitur, nõ trad. deinc. Accurſ. te petẽdam particulã, non. ad monet in Gl.

† Præter.

ſtibus cæciderit ſine aliqua cauſarũ, quas contra vxores ad matrimonij ſolutionẽ ſufficere iuſſimus [a], matrimonij quidem ſolutionẽ ex hoc fieri nolumus [b]: virũ autem, qui monſtratur ſine huiuſmodi cauſa vel flagellis, vel fuſtibus cæcidiſſe vxorem ſuam, tantùm pro huiuſmodi iniuria ex alia ſua dare ſubſtantia vxori etiam conſtante matrimonio, quãtum tertia pars antenuptialis facit largitatis.

CAPVT XV.

Si quis ſuſpicatus fuerit de aliquo velle eum pudori vxoris ſuæ illudere.

Adulterium præſumptum iuris præſumptione probatum, punitur ſicut & verum, vindicta ſua marito quandoque permiſſa: his obtinentibus in caſibus furoris, & pendentibus nõdum finitis. Bart.

¶ His quoque † etiam illud adiicimus, vt ſi quis forſan ſuſpicatur aliquẽ velle ſuæ vxoris illudere caſtitati, & cõteſtationes ei ex ſcripto [c] tres deſtinauerit habentes teſtimonia trium virorum fide dignorum, & poſt has tres ex ſcripto conteſtationes inuenerit eum conuenientem † ſuæ vxori: ſi quidẽ in ſua domo, aut ipſius vxoris, aut adulteri, aut in popinis, aut in ſuburbanis: eſſe licẽtiam marito propriis manibus talẽ perimere [d], nullum periculum ex hoc formidanti. Si verò in alio loco talem inuenerit cum ſua vxore loquentem, non minùs tribus teſtibus fide dignis conuocatis, per quos probare poſſit quòd eum cum ſua vxore cõperit: iudici tradere [e] crimina examinanti. Illum verò pro veritate cognoſcentem, poſt tres ex ſcripto conteſtationes cum tali muliere eum inuentum: talem quidem, tãquam ex hoc ſolo adulterij crimini ſubiacentẽ, nulla alia ratione quæſita punire [f]: licentiam autem exequi crimen [g].

I. Quia verò ita comperiuntur aliqui impij, vt etiam in venerandis domibus præſumant in talibus ſe miſcere ſceleribus & ibi de peccatis tractare, vbi conſueuerunt Deum timentes peccatorum veniam [h] poſtulare: iubemus, vt ſi quis talis inueniatur in locis venerabilibus alienæ vxori, de qua in ſuſpicione eſt, poſt tres (ſicut dictum eſt) conteſtationes loqui, licentiam eſſe eius marito vtraſque perſonas defenſori Eccleſiæ, aut aliis clericis tradere: vt ad eorum periculũ diuiſim iſti ſeruẽtur, donec iudex hoc cognoſcẽs mittat ad Epiſcopum ciuitatis, quatenus ei iſti tradãtur, vt debeant ſuſtinere tormẽtum ſecundùm leges, quæ [i] interdicũt adulteros à ſanctiſſimis Eccleſiis vindicari [k]: nullam neque in hoc aliam iudice quærente de adulterio probationẽ, niſi tres (ſicuti iam ſuprà diximus) conteſtationes, his enim tribus conteſtationibus oſtenſis, omnibus modis illi ſicuti adulteri punientur. Non enim debent huiuſmodi perſonæ in venerabili loco munimen habere, quem ipſi per ſcelus proprium deſpexerũt [l], nam ſi eos qui alibi rapinas mulierum, aut adulteria committũt, & ad orationum domos confugiunt, ab eis [m] vindicari noſtræ leges non ſinunt [n]: quomodo illis, qui in ipſa Eccleſia tale ſcelus ſtuduerint perpetrare, permittimus aliquod auxilium ex Eccleſiaſticis terminis inuenire? ſed omnibus modis iudicibus eos tradi, & pœnam ſuſtinere, qua digni ſunt, qui ſanctiſſima loca violare præſumunt. Quis enim ibi delinquit, vbi ſalutem petat? Et generaliter diſponimus, vt ſi quis inuenerit ſuam vxorem, aut filiam, aut neptem, aut ſponſam in venerandis locis cũ aliquo loquentem [o], & ſuſpicatus fuerit turpis gratia cauſæ eos colloqui, tradat eos defenſori, aut aliis ſanctiſſimæ eius Eccleſiæ clericis, vt ipſo ſuo periculo vtraſque perſonas diuiſim tandiu cuſtodiant, donec iudex eos accipiat, & ſecundùm leges cauſas decernat.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur per præſentem, & in perpetuum valituram legem noſtra definiuit tranquillitas, in omnibus prædictis caſibus valere volumus: niſi tamen nondum aut iudiciali decreto, aut amicabili [p] conuentione deciſa ſunt: quæ ſuũ robur haberẽ ſancimus. Glorioſa igitur, & eminentiſſima auctoritas tua in hac quidem inclyta ciuitate edictis propoſitis ad notitiam perducat vniuerſorum: in prouinciis autem per præcepta ad clariſſimos prouinciarum iudices deſtinata hæc omnibus facere manifeſta feſtinet: vt nullus penitùs ignoret quæ pro vtilitate noſtrorum collatorum à nobis diſpoſita ſunt: ita tamen, vt omnibus per propria præcepta promunciet: quatenus ſine quolibet iniuſto diſpendio noſtris collatoribus præſentis legis fiat inſinuatio. Dat. xv. K. Ian. Dom. Iuſt. PP. Aug. an. xv. Baſilio V.C. Conſule.

COLLATIO IX.
DE HÆREDIBVS AB INTESTATO VEnientibus [q], & de agnatorum iure ſublato.
TITVLVS I.
Nouella conſtitutio cxviij.

Quam latè explanaui in libello de hæreditatibus, & bono. poſſ. ab inteſtato. Cont.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſſimo præfecto ſacrorum prætoriorum Orientis.

Cognatio triplex eſt, vt ait No. 89. *diuiditur enim in parentes & liberos, qui in recta linea conſtituũtur, & eos qui ſũt ex trãſuerſo ſiue à*

---

a ¶ *Sufficere iuſſimus.* vt *ſuprà eod. §. quia verò plurimas. & §. prædictu.* ¶ Et ſic in illis caſibus verberare [a] permittitur, & facit *ſuprà de nupt. 22. §. adſcriptitio.* Accvrsivs.

b ¶ *Nolumus.* [b] filius [c] tamen poteſt dimittere patrem, cogẽdo eum vt ſe emancipet: *vt ff. ſi à parente quis fuerit ma. l. ſi.*

c ¶ *Ex ſcripto.* ſic §. *de tempore non ſol. pe. § conteſtatione.* Accvrsivs.

d ¶ *Perimere.* ſi [d] talis ſit, qui per legem Iuliam potuerit occidi. *vt Cod. de adulter. l. Gracchus de quibus dicitur ff. de adulte. l. marito.*

e ¶ *Tradere.* ſcil. eſſe licentiam marito dicimus. Accvrs.

f ¶ *Punire.* ¶ No. hîc aliquem ex præſumptione [e] damnari: *vt hic, & infrà vt nul iu. § pen. & C. de adult. l. ſi qui.* Sed contrà, *ff. de pœ. l. abſentem. in prin.* Solu. hic eſt ſpeciale in odium ſpernentis denũciationem. *argu. ff. de ope. no. nun. l. prætor. §. j.* ¶ Et nota, quòd vtraque [f] parte præsẽti dari debet ſententia, niſi actor crimine probato receſſerit ex cauſa. *vt Cod. de adult. l. quamuis indubitati.* & damnatur reus ad mortem ad inſtar ſacrilegi: *vt Cod. de adul. l quamuis. in fin.* fœmina verò coniuncta per ſententiam, in monaſterium mittitur verberata prius: *vt infrà. vt nul iud. §. adulteram. coll. ix.*

g ¶ *Crimen.* ſ. volumus eſſe iudici.

h ¶ *Peccatorum veniam.* ¶ Not. in Eccleſia potiùs, quàm alibi orandum: quæ gremium [g] non claudit redeuntibus: *vt C. de ſumma Trinit. l. fin.* licẽt alibi orare liceat: *vt §. vt in priua. do. §. j. in prin.*

i ¶ *Leges, quæ.* ſimplex eſt hæc relatio: vt ibi, mulier, quæ damnauit, ſaluauit. nam non [h] eædem leges puniunt, quæ interdicunt.

k ¶ *Vindicari.* id eſt, defendi: & cõſecutiuè dicas: nam ex quo quis puniendus eſt, nemo eum defendere debet.

l ¶ *Deſpexerunt.* ¶ Nõ [i] debet quis eius, in quẽ deliquit, implorare [k] auxilium: *vt ff de minor. l. auxilium in fin. & ff. ſi quis ali. teſtari pro. l. j. in princi. & ff. de arbi. l. ſed ſi ſeruum. in fi. & l. ſeq. & ff. de leg. ij l. cùm pater. §. libertis. & Cod. de pact. l. cùm proponas. & de trãſact. l. ſine apud acta. & l. ſi quis maior.* Accvrsivs.

m ¶ *Ab eis,* ſcilicet Eccleſiis. Accvrs.

n ¶ *Non ſinunt,* quò minùs extrahantur: *vt ſuprà de man princip. § neque autem. collat. iij.* Accvrsivs.

o ¶ *Loquentem.* præcedentibus denuntiationibus: vt ſuprà diximus in vxore: aliàs eſſet iniquum. Accvrs.

p ¶ *Amicabili.* Hîc no. de adulterio [a] tranſigi poſſe amicabiliter. Sed contrà, *Cod. de tranſact. l. trãſigere.* Sol. quod hic dicitur, non referas ad adulterij cauſam: de qua tranſigi non licet: ſed ad cæteros ſuperiores caſus omnes, qui sũt in iſta conſtitutione ſecundùm Ioann. Alij dicũt hoc ius nouum. Vel gratis [b] fieri poteſt remiſſio accuſationis, nõ propter pecuniam: ſicut in aliis capitulis, quæ non irrogant pœnam ſanguinis: *vt ff. de iure fiſ. l. in fiſci. & l. eius.* Vel hoc trahitur ad præterita facta. Vel fieri poteſt tranſactio ante litem conteſtatam, vel cœptam, non poſtea.

DE HÆREDIbus ab inteſtato venientibus, &c.

q ¶ Venientibus. *Hic incipit collatio ix. conſt. 1. ſed quidam habent in cõſtitutione ſuperiori principium huius coll.*

a Pleri

a Marito vxoris caſtigatio permiſſa.

b Quod olim permittebatur *Nouell. de nupt. §a 4.2. § ... in verb. flagellis.*

c Emancipare filiũ pater etiam inuit⁹ plerunque cogitur.

d Non omnis adulter à marito poteſt occidi.

e Damnari ex præſumptione quis poteſt.

† *Facit ad hũc §. ... ſi quis contra. extra de cohabit. cleric. & mulier* vbi tractatur latè de hac materia ſuſpicionis.

f Sentẽtia parte vtraque præſente dari debet.

† Colloquentem.

g Eccleſia, propriùs orãdi locus dicitur.

h Leges, quæ interdicũt, nõ ſtatim puniũt.

i Qui in Eccleſiam deliquit, ab Eccleſia iuuari, neque defendi debet.

k Auxiliũ eius fruſtra quis implorat, quẽ offendit.

a Tranſigere de adulterio ... & ... licet.

b Adulterij remiſſio ... gratis ... poteſt.

ne à latere, qui rurſus diuiduntur in agnatos & cognatos. Sed & parentes ipſi ac liberi diuidi poſſunt in agnatos ac cognatos: ad pater filio ſ. eſt agnatus, filio emãcipato cognatus: mater quæ cõuenit in manum viri filio eſt agnata, mater quæ nõ cõuenit in manum viri filio eſt cognata, nõ agnata: nepos ex filio ſ. auo eſt agnatus, nepos ex filia ſ. cognatus: filius ſuus patri agnatus, filius emancipatus, cognatus. Quib. expoſitis, videamus quis inter eos ordo ſeruetur in ſucceſſione ab inteſtato. Primo loco *vocãtur liberi tã ſui, quàm emãcipati, ſed diuerſo iure, ſui iure ciuili, emãcipati iure prætorio quã differentiã hac Nouella nõ tollit. Itaq. ne dixeris filiũ emancipatũ ex* hac No. *iure ciuili ſuccedere. quod ſi dixeris, & hoc dixeris filiũ emancipatum excludere nepotẽ ex eo retentum in poteſtate, & ſublatũ eſſe edictum nouũ,* De coniungendis cum emancipato liberis, *quod tamẽ eſt falſum.* Id *ante latiùs exprimitur* hac Nou. *primo ordine liberos vocari tã cognatos, quàm agnatos, vt auo non tantũ nepotes ex filio ſuccedũt, ſed etiã nepotes ex filia & pronepotes pronepteſue ex nepte ex filio filia ve nata, vel ex nepote ex filia nato cũ certa partis deminutione, quæ ſuis heredibus vel agnatis defũctis accreſcit ex Cõſtitutionibus: hodie ſine vlla deminutione ex* hac No. & 18. *Hodie igitur nõ eſt neceſſe codicillis ab inteſtato factis vocari nepotem ex filia ad integrã portionem matris, cũ ipſo iure ita ſe res habeat, quod ex formulis Marculphi in hunc modũ ab auo decerni ſolebat. Quicquid pater de facultatibus ſuis erga filios aut nepotes diſtribuit, id lex Romana omnimodo obſeruari præcepit: ideoq; ego L. Titius in Dei nomine, dulciſſimis nepotib. meis Gaio & Seio, dũ peccatis meis facientibus mater eorũ filia mea iam vita functa eſt, & non poſſunt illi per legẽ cum filiis meis auunculis ſuis in alodio meo ex integro ſuccedere, hac epiſtolã emiſi, vt intelligant velle me, vt in omni alodio meo cũ auunculis ſuis in integram matris partem ſuccedant ea tamẽ ratione, vt quidquid matri eorum tẽpore nuptiarum dedi, vel ſi quid aliud ex rebus meis ad eã peruenerit, id in partem matris imputent. At ſimiliter ſine conuẽtione in manũ matri ab inteſtato ſuccedũt filij, licèt cognati ſint, nõ agnati, ex S.C. Orficiano, nepotes ſuccedũt auia ex Cõſtitutionib. Sed & generaliter ex* hac No. *liberi defũcto ſuccedũt ſiue agnati ſint, ſiue cognati, & præferuntur parentibus, etiãſi defunctus in parentis fuerit poteſtate in eo ſcilicet, quod parenti nõ adquiritur vt ſi defũctus fuerit in poteſtate patris, & filiũ habuerit, peculiũ profectitium defũcti pertinet ad patrẽ pecul. iure pleno, peculium aduentitium pertinet ad patrem vſusfructus iure, in proprietatẽ defũcti filius lege ſuccedit, in peculium quoque caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe lege ſuccedit pleno iure itemque in bona aduẽtitia, quorum vſusfructus patri adquiſitus nõ eſt, vt ſi donata fuerint ea lege ne patri adquireretur vſusfructus. Id etiam ſciẽdum eſt, in hac liberorum linea gradũ proximiorem nõ præferri. nam filius emancipatus non præfertur nepoti ex ſe nato, & retento in familia aui: ſed coniũgitur ex edicto nouo: & filius nõ præfertur nepoti ex alio filio iã ante mortuo ſed ſimul vterque inteſtato ſuccedit. & ſic deinceps cæteri. Item ſciendum eſt, in hac liberorum linea hereditates diuidi pro ſtirpibus, nõ pro virilibus portionibus: vt ſi defũcto ſit filius, & ex alio filio iã mortuo nepotes duo, filius ei ſuccedit in ſemiſſẽ, nepotes in ſemiſſem, non ſinguli in trientem: ac ſimiliter ſi defũcto tantum ſint nepotes ex diuerſis filiis, aut filiabus, in ſtirpes ſuccedũt.* § cùm filius. Inſt. de hær. quæ ab inteſt. l. 2. & 7. C de ſuis, & leg. lib. *De ſucceſſione liberorũ naturaliũ diximus* No. 18. *De ſucceſſione adoptiuorũ nihil tractabimus. Poſt liberos* ſecũdo loco *vocãtur parentes gradu proximiores tam cognati, quàm agnati. Vocabatur iam ante mater ex S.C. Tertulliano, filio cognata, non agnata. ex* hac Nouella *vocãtur omnes ſeruata graduũ prærogatiua ſiue ſint agnati, ſiue cognati, & præferuntur iis, qui ſunt ex tranſuerſo. non tamẽ omnibus. Olim fratres præferebantur parentibus.* l. vltim. C. com. de ſucc. l. 4. C. de bon. quæ lib. adq. Ex hac No. *defuncto fratres, vel ſorores vtroque parẽte coniuncti, coniunctæve vnà cum parentibus ſuccedũt in capita. ſublato S.C. Tertulliano, quo mater cum ſororibus defuncti ſuccedebat in ſemiſſem, nõ in capita: vt expoſuimus* No. 1. *Olim filius bona fraterna adquirebat patri, in cuius erat poteſtate, vſusfructus iure hodie bona fraterna, quæ ab inteſtato obuenerunt pro parte virili, ne vſusfructus quidẽ iure adquirit patri: quia pro vſufructu hodie in hæreditatẽ filij defuncti pleno iure concurrat pater, quẽ filius ſuperſtes id eſt, frater defuncti excludebat iure veteri. Olim pater excludebat matrem, etiam ex S.C. Tertulliano hodie ſimul admittuntur idémque eſt in cæteris parentib. vt ſine diſcrimine ſexus, vel cognationis gradatim defũcto ſuccedãt. Id non eſt omittendum ſi plures ſint parentes defuncto eiuſdem gradus, quorũ alij ſint agnati, alij cognati, vt ſi defunctus reliquerit auũ paternum, & auum maternum, auiámque maternam, tum hæreditatem nõ diuidi in capita: ſed auum paternum in ſemiſſem vocari, cæteros in alterum ſemiſſem.* Tertius ordo *eſt eorũ, qui ex tranſuerſo veniunt, in quo ordine nullum etiã hodie eſt diſcrimen agnationis, & cognationis, nullum diſcrimẽ ſexus. Ex cognatis, ante hac N. vocati ſunt fratres emancipati Conſtitutione Anaſtaſij. & fratrũ emãcipatorum, ſororúmque filij Conſtitutione Iuſtiniani ex* hac No. *vocantur omnes cognati ſimul cum agnatis eiuſdẽ gradus, exceptis fratribus. nam fratres vtroque parente coniuncti, eorúmque filij præferuntur vterinis, id eſt, patre diuerſis agnati igitur cognatis. Nec mirũ, cùm & conſanguineis, eorúmque filiis præferantur ex patre tantum cõiuncti, id eſt, matre diuerſis* Nouell. 94. *& ſic agnati agnatis præferuntur, licèt ſint eodem gradu. Idemque ſeruatur inter fratrum filios, nam fratris vtroque parente coniuncti filij excludunt fratris altero tantum parente coniuncti filios. Rurſus in hoc ordine venientium à latere, proximior ſiue ſit agnatus, ſiue cognatus, vlteriorẽ excludit, & hæreditas in capita diuiditur longe aliter, quàm in ordine liberorum. Excipiuntur tantùm fratrum iam defunctorum eodẽ iure coniunctorum filij, quos fratres non excludunt ſed ſimul fratres ſuperſtites, fratrúmque iam mortuorũ filij defuncto ab inteſtato ſuccedunt, quaſi ſuccedunt in locum, gradúmque parentum: & ſuccedũt autem fratrum filij in ſtirpes, nõ in capita: ſuccedũt, inquam, cum fratribus teſtatoris, non cum parentibus, fratribuſque defuncti ex* hac Nouella *ſed ex* No. 127. *ſuccedunt etiam cum parentibus, fratribuſque defun. ſed cum parentibus non item. Quod ſi ſoli ſint fratrum filij, vel parentes, non fratres ſuccedũt in capita, vt docuimus* Feu lorum 2. c. 11. *vbi & pleraque alia de ſucceſſionibus ab inteſtato annotauimus, quæ in hunc locum transferri poſſunt. Id etiam notandum eſt, vltra fratrum filios non eſſe repræſentationi locum. Soli fratrum filij repræſentant ſuos patres ſuos adeò vt & ſi ſint tertio gradu, fingantur eſſe ſecundo, & præponantur patruo, vel auunculo defuncti qui ſunt eodem gradu. Cæteri cognati gradatim ſuccedunt & in capita, ſine diſcrimine ſexus, ſublata lege Voconia, ſine diſcrimine agnationis, & cognationis, ſublato iure xij tab. & iure prætorio, quo agnati etiam vlteriores præferuntur cognatis. Illud animaduertendum eſt, tolli tantum differentiã agnationis, & cognationis in ſucceſſionibus ab inteſtato, & in tutelis legitimis, non in cæteris cauſis. Et tolli in tutelis legitimis per conſequentiã. quia quò hæreditas venit, eo & tutela peruenit, niſi fœmina intercedat, aut minores xxv. annis. Ex fœminis tamen excipitur mater, & auia vt* No. 22. 27. *Minores xxv. annis primus Iuſtinianus excluſit tutela legitima. Ante Iuſtinianũ nõ excludebatur & ideo in* l. 73. ff de diu. reg. iur *ſexus mulierum excipitur, nõ minor ætas. Ius agnatiõis & cognatiõis hac No. dicit, vt* No. 84. *& in veteribus libris* l. vlt. C de leg. hær. *ad iuris agnatici formã.* CVIACIVS.

Si moriens deſcendentes reliquerit, præferuntur parentibus, & agnatis, & cognatis ex latere: & filij filiorum ſuccedunt in ſtirpes, non in capita: ſublata differentia emãcipationis, & patriæ poteſtatis, agnationis, & cognationis. ANG.

PRÆFATIO.

Plurimas, & diuerſas leges veteribus temporibus prolatas inuenientes, per quas non iuſte differẽtia ab inteſtato ſucceſſionis inter cognatos ex maſculis, & fœminis introducta [a] eſt: neceſſarium eſſe perſpeximus, omnes ſimul ab inteſtato cognationum ſucceſſiones per præſentem legem clara, compendioſáque diuiſione diſponere: itaque prioribus legibus pro hac cauſa potitis vacantibus [b]: De cætero ea ſola ſeruari [c], quæ nos conſtituimus [d]. Quia igitur omnis generis ab inteſtato ſucceſſio tribus cognoſcitur [e] gradibus; hoc eſt, aſcendentium, & deſcendentium, & ex latere (quæ in agnatos, cognatóſque [f] diuiditur, primam eſſe diſponimus deſcendentium ſucceſſionem [g].

CAPVT I.

De deſcendentium ſucceſſione.

¶ Si quis † igitur deſcendentium fuerit ei, qui inteſtatus moritur, cuiuſlibet naturæ, aut gradus, ſiue ex maſculorũ genere, ſiue ex fœminarum deſcendẽs, & ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub

a ¶ Plurimas. Introducta. nã vſque ad tempora huius legis inter deſcendentes erat differentia, vt [a] emancipati iure ciuili nõ ſuccederet, licèt iure prætorio ſic vt *Inſti. de hæred. quæ ab inteſta. §. emancipati.* Item qui erant nepotes [b] ex filiabus, ſuccedebant cum deminutione: vt *Cod. de ſuis. l. Illam* licèt hoc etiam ante hanc ſit correctum: *vt ſuprà de trien & ſe. §. neque collat. q.* Ex tranſuerſali [c] autem cognati iure ciuili nõ admittuntur: ſed nec iure prætorio, niſi poſt agnatos: vt patet *Inſtitut. de ſucceſ. cog. in princi. & de bono. poſſeſſ. §. & cùm de teſtamentis & ff. ſi tabu. teſta. null. ext. l. j. in princip.* omnes [d] ergo prædictæ differentiæ, & aliæ, ſi quæ ſunt, hac cõſtitutione tollantur. ¶ Et not. quòd hic appellat [e] cognatos ex matre, & fœmina: merito, quia commune eſt nomen ad cognatos, & agnatos: quia tamen quædam priuilegia dabat lex xij. tabu. agnatis: vt certo nomine eos poſſet appellare, agnatos [f] eos vocauit: ſunt tamen ipſi cognati: vt patet ex definitione agnati: vt *ff. de legi. tu. l. ſunt autẽ & Inſtit. de leg. agnat. tut. §. 1.*
b ¶ *Vacantibus* i. quæ cõtra hãc legẽ faceret. nec enim alias corrigit, quæ ſaluari poſſunt: *vt ſuprà quibus mod. na. effic. ſui. §. tribus* ACCVRSIVS.
c ¶ *Seruari.* ſcilicet volumus.
d ¶ *Conſtituimus.* tunc ſcilicet. ACCVRS.
e ¶ *Cognoſcitur vt hic, & ff. de grad. cog. l. j. in prin. & Inſt. e. §. j.* AC.
f ¶ *Cognatoſque.* cognati ex [g] parte matris, agnati ex parte patris: *vt Inſt. de legi. agna. ſuc. in princ.*
g ¶ *Succeſſionem.* in hoc lex xij. tabu. mutatur: *vt Inſtit. de hær. quæ ab inteſta. §. j.*

a Emancipati olim iure ciuili nõ ſuccedebant ſed prætorio tantum, & in eo emãcipatorum, & ſuorum erat differentia
b Nepotes ex filiabus quẽadmodũ olim ſuccedebãt, & in eo differebant a nepotibus ex filio
c Cognati tranſuerſales quẽadmodũ olim ſuccedebãt & in eo differebãt ab agnatis.
d Differentia ſuorũ, & emãcipatorũ nepotum ex filio & filia, cognatorũ & agnatorum in ſuccedẽdo hodie ſublata.
e Cognati qui dicantur
f Agnati qui dicebantur.
† [illegible]
g Cognati à matre, agnati à patre.

poteſtate ſit : omnibus aſcēdentibus, & ex latere cognatis præponatur : Licèt enim defunctus ſub alterius poteſtate fuerit, tamen eius filij, cuiuſlibet ſexus ſint, aut gradus, etiam ipſis parentibus [a] præponi præcipimus, quorum [b] ſub poteſtate fuerit qui defunctus eſt, in illis videlicet rebus, quæ ſecundùm noſtras alias leges patribus non acquirũtur [c]. nam in vſu [d] harum rerum, qui debet acquiri, aut ſeruari, noſtras [e] de his omnibus leges parentibus cuſtodimus: ſic tamen †, vt ſi quem horum deſcendētium filios relinquentem mori contigerit, illius filios, aut filias, aut alios deſcendentes, in proprij parentis locum ſuccedere, ſiue ſub poteſtate defuncti, ſiue ſuæ poteſtatis inueniantur: tātam de hæreditate morientis accipientes partē, quanticunque ſint, quantam eorum parens, ſi viueret, habuiſſet : quam ſucceſſionē in ſtirpes vocauit antiquitas [f]. In hoc enim ordine gradum quæri nolumus, ſed cum filiis, & filiabus ex præmortuo filio, aut filia, nepotes vocari ſancimus: nulla introducenda differentia ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint, & ſeu ex maſculorum, ſeu fœminarum prole deſcendant [g], ſiue ſuæ poteſtatis [h], ſiue ſub poteſtate ſint conſtituti. Et hæc quidem de ſucceſſionibus deſcendentium diſpoſuimus.

¶ Conſequens autem eſſe perſpeximus & de aſcendentibus conſtituere, quomodo ad deſcendentium ſucceſſionem vocentur.

CAPVT II.

De aſcendentium ſucceſſione.

Parentes ſuccedunt deſcendentibus, liberis ipſorum deſcendentiũ non extantib. gradus prærogatiua ſeruata. Si vero parentes eundem gradum obtinēt, æqualiter admittũtur: cum quibus fratres ex vtroque parente coniuncti defuncto vocantur: nec patri vſusfructus portionis eius filiis contingentis acquiritur. Bart.

¶ Si igitur † defunctus deſcēdentes quidem non relinquat hæredes : pater autem, aut mater, aut alij parentes [i] ei ſuperſint, omnibus ex latere cognatis hos præponi ſancimus : exceptis ſolis fratribus † ex vtroque parente coniunctis defuncto, ſicut per ſubſequentia declarabitur [k]. Si autem plurimi aſcendentium viuunt, hos præponi iubemus, qui proximi [l] gradu reperiuntur, maſculos & fœminas, ſiue paterni, ſiue materni ſint. Si autem eundem habent gradum, ex æquo inter eos hæreditas diuidatur : vt medietatem quidem accipiant omnes à patre aſcendentes quanticunque fuerint : medietatem verò reliquam à matre aſcendentes, quantoſcunque [m] eos inueniri contigerit.

Si verò cum aſcendentibus inueniantur fratres, aut ſorores ex vtriſque parentibus [n] coniuncti defuncto †, cum proximis [o] gradu aſcendentibus vocabuntur: ſi autē pater, aut mater fuerint, diuidenda inter eos quippe hæreditate ſecundùm perſonarum numerum, vti & aſcendentium, & fratrum ſinguli æqualem habeant portionem: nullum † vſum [p] ex filiorum, aut filiarum portione in hoc caſu valente patre ſibi penitus vindicare : quoniam pro hac vſus portione, hæreditatis ius & ſecundùm proprietatem per præſentem dedimus legem: differentia nulla ſeruanda inter perſonas iſtas, ſiue fœminæ, ſiue maſculi fuerint, qui ad hæreditatem vocantur: & ſiue per maſculi, ſiue per fœminæ perſonā copulantur: & ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſint eius, cui ſuccedunt fratres †. Reliquum eſt, vt tertium ordinem decernamus, qui vocatur ex latere, & in agnatos, & cognatos diuiditur : vt etiam hac parte diſpoſita, vndique perfecta lex inueniatur.

CAP. III.

De ſucceſſione ex latere venientiũ.

Non exiſtentibus deſcendentibus, vel aſcēdentibus, vocātur fratres vtrinque coniuncti: quibus non extantibus, vocātur coniuncti ex vno latere tantùm : & exiſtentibus vtriſque ; vocātur ex vtroque

a ¶ *Parentibus* non ſolùm agnatis, & cognatis ex latere : *vt hic, & C. de ſecun. nup. l. ſi quis prioris. in princ. & C. de bo. quæ li. l. quod ſcitis. & Inſt. de grad. cog. §. repetitis.* ¶ Sed cùm pater ſit in primo gradu, vt filius: quare non ſic citò admittitur, vt filius? Reſpond. propter commune votum [a] naturæ, quod vult potiùs deſcendere [b] quàm aſcendere: *vt ff. de bo. dā. l. cùm ratio. & ff. ſi tabu. teſta. nulla ex. l. j. & vnde lib. l. ſcripto hærede. in fin. & ff. de inoffic. teſtamen. l. nam & ſi parentibus.* & Paulus ait, Si filius, ergo hæres per Deum. ¶ Itē in quo peculio dices loqui, in caſtrēſi, vel quaſi? videtur quòd non, cùm filio inteſtato moriente pater iure peculij occupet omnia bona : *vt ff. de caſtren. pec. l. ij.* Item in aduentitio non: nam in eo etiamſi expreſsè diſponeret, diſpoſitio non teneret: *vt Cod. de bon. quæ lib. l. fin. §. filius.* multò minùs in profectitio, quod pater vt peculium ſerui occupat poſt filij mortem. *vt Inſtitut. quibus nō eſt per ſa teſtam §. j* & ſic in nullo? Reſpond. in caſtrenſi, & quaſi, & aduentitio loquitur. Nec obſtant iura prædicta: quia in eo, quod dicunt patrem occupare prædicto modo, corriguntur per id, quod hic dicit: in profectitio autem non : *vt infrà eodem §.* ¶ Et ſic not. quòd hodie [c] filius familias habet hæredem ab inteſtato deſcendentem: ſed ſi non eſt deſcendens, habet aſcendentem hæredem: *vt j. prox. §.*

b ¶ *Quorum.* ſ. parentū.

c ¶ *Acquiruntur.* vt ſunt caſtrenſia [d], & quaſi aduētitia [e] ratione proprietatis : *vt Cod. de bon. quæ libe. l. cùm oportet. in princip. & §. j. & ij. & Inſtitut. per quas perſo. no. acq. §. igitur.* Vſusfructus autem aduentitiorū patri, dum viuit, ſeruatur: licèt filius decedat, vt hîc ſubijcit.

d ¶ *In vſu.* id eſt, in vſufructu : nam nudus [f] vſus minus eſſet : *vt Inſtitut. de vſu, & habi. §. minus.*

e ¶ *Noſtras.* ſcilic. prædictas cùm oportet : *vt Inſtitut. per quas perſo. no. acqui.*

f ¶ *Antiquitas.* vt *Inſti. de hære. quæ ab inteſt. §. cùm filius. & de ſuis, & leg. l. ij.* ¶ Et ſic in [h] ſtirpes inter deſcendentes diuiditur hæreditas: ſed inter tranſuerſales non: ſed in [i] capita : *vt Inſtitut. de le. agnat. ſuc. §. hoc etiam. in fi. §. & hoc iure veteri.* hodie verò vſque ad fratres, & filios eorū in ſtirpes diuiditur, vltra in capita, & ſeruatur ius antiquum : *vt infrà eodem. §. ſin autē defuncto.*

g ¶ *Deſcendant.* hoc non erat neceſſe dici : quia iam erat correctum per id, quod eſt ſ. *de trien. & ſemiſ. §. neque. coll. iij.* vt dixi ſ. *eo. in prin.* Accvrs.

h ¶ *Poteſtatis.* hic adijcit Ita ſola naturali cauſa inſpecta. ¶ Vnde quæritur, an ſucceſſio [a] adoptiuorum ſit ſublata? Et dic quòd non: quia verbū *ſola* tollit differentiam ſexus, & patriæ poteſtatis tantùm: ſic & *Cod. de iuriſd. omnium iudi. l. ij.* ¶ Item no. quòd hic corrigitur [b] totus ille titulus *ff. de coniun. cum eman. lib.* quo cauebatur, vt ſi habeo filium emancipatum, & ex eo nepotem in poteſtate: quamuis iure prætorio ſolus filius mihi ſuccedat inſpecto iure ciuili, ſcilicet legis xij. tab. ſolus nepos: *vt Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. §. emancipati.* tamen vtrunque ſimul vocauit titu. prædictus : *vt ff. de coniun. cum emancipa. li. in rubri. & l. j. §. j.* Nam cū hodie nulla ſit differentia, vt hic dicit : ceſſat prædictus titulus. Accvrsivs.

i ¶ *Parentes.* quos [c] accipe in infinitum : *vt ff. de in ius voc. l. quique. §. parentes.* licèt quidam vſque ad tritauum. ſuperiores verò maiores [d] dicuntur, in ſpecta conſuetudine Romanorū : *vt ff. de gra. cogna. l. iuriſconſultus. §. parentes.* Accvrsivs.

k ¶ *Declarabitur* vt *infrà eodem. §. ſi verò cum aſcendentibus.* Accvrsivs.

l ¶ *Proximi.* Ergo [e] auum maternum excludit pater, cùm mater non ſuperſit. Sed aliud in deſcendentibus [f], ſi habeo filium, & ex alio præmortuo nepotem: *vt ſ. eo. §. ſic tamen.*

m ¶ *Quantoſcunque.* vnde ſi paternus auus ex vna parte eſt, ex altera maternus auus, & auia: tantum hic ſolus, quantum illi duo, habet.

n ¶ *Vtriſque parentibus.* id eſt, ex patre, & matre.

o ¶ *Proximis.* proximum [g] accipe, quem nullus præcedit: *vt ff. de verbo. ſignif. l. proximus.* Sed quidam [h] dicunt cum patre, & matre tātum, vt hi proximi tantùm vocentur : & ſic dicunt fratrem repellere auum: cùm pater, cum quo admittitur, repellat dictum auum. *vt argu. ff. de diuer. tempor. præſcr. l. de acceſſionibus. & hic, & Cod. de legi. here. l. in ſucceſſione.* Sed ſecūdùm primam dic illam l. de ſucceſſione eſſe correctam per iſtam.

p ¶ *Vſum* id eſt, vſumfructum. ¶ Et ſic nota quòd licèt generaliter in aduentitio [i] patri quæratur vſusfructus: *vt Codic. de bo. quæ libe. l. cùm oportet.* tamē hic fallit: & aliàs: vt dixi *ſuprà, vt liceat matri, & auia. in fi. j. reſp.*

a Succeſſio ſequitur votum naturæ.

b Succeſſiones potius deſcendunt, quàm aſcendunt.

† *Ex hoc text. ſumpta eſt Authent. quæ eſt ſupra l. j. autem. C. de legi. hæred. & incipit, poſt fratres.*

c Filiifamilias nouo iure ab inteſtato deſcendētes, habent hæredes liberos, iis deficientibus, aſcendentes.

d Caſtrēſia, & quaſi, parentibus nō adquiruntur.

e Aduentitiorū proprietas, ſed vſusfructus tantùm, parētibus adquiritur dū viuunt: licèt liberi decedant: vt hic, interdum ne quidem vſusfructus aduentitiorū adquiritur: *vt in Gl. Nouel. 117. c. 1. in fin.*

f Vſu nudo minus continetur, quàm vſufructu.

h In ſtirpes hæreditas diuiditur inter deſcendentes.

i In capita hæreditas diuiditur inter omnes collaterales, exceptis fratribus, & eorū filiis. Inter eos enim hæreditas non in capita : ſed in ſtirpes diuiditur.

† *Concor. cū hoc tex. Glo. l. in e ſi. extra de pign.*

d Maiores.

a ¶ *Natu.*

a ¶ *Natos.* potiores ſunt ergo, qui duplici [a] iure vtuntur, quam qui vno: *vt ſuprà de conſang. & vteri. fratribus. §.j. & §. fi. coll. v.*
b ¶ *Vocauimus.* vt *ſuprà proxi. §.*
c ¶ *Fratres fuerint.* ¶ No. ſi fuerint fratres. p hoc notatur quòd filij fratris defuncti vocantur in [b] ſtirpes, quãdo cum patruis ſuccedunt ſuo patruo. Si verò nullus frater ſupereſt defuncto: ſed filij fratrum: hi fortè in capita vocabũtur. Azo. Sed contrà dico: *vt arg. infrà eod. § ſi verò. in princ.* Nam innuit idem eſſe, ſi ſoli ſunt fratrum filij, in eo quod dicitur, *ſi verò neque, &c.* Accvrs.
Additio. Hanc Accurſij opinionẽ plus in receſſu quàm in frõte habentem, multis rationibus tueri conatus ſum *in li. ſing. de hæredi. ab inteſt.* vbi inter cætera argumenta iſto vſus ſum, nepotes ſiue ſolos, ſiue cum patruis ſemper ſuccedere in ſtirpes, ex quo ſemel his hoc beneficium generaliter datum eſt leg. 12. tab. vt in parentum locum ſuccederent.
Ant. Cont.
d ¶ *Θείοις.* i. patruis, vel auunculis, ſed videtur fratres ſolos vocari: *vt Inſti. de leg. agn. ſuc. §. hoc etiam. in fin. qui eſt contrà.* Solu. hæc illum corrigit.
e ¶ *Parentum.* & ita in ſtirpes. Sed contrà Inſtitu. *de leg. agn. ſuc. § hoc etiam. in fin.* vbi dicit, *in capita.* Solu. hæc corrigit illam, &c.
f ¶ *Nulli.* ſic ergo priuilegium [d] ad aliũ non tranſit: *vt ff. quod cum eo. l. ſed ſi. § ſoli. & ff quarum rerum act. non datur. l. j. §. pen. & ff. de re iudica. l. & ſi fideiuſſor. & ff. pro ſocio. l. verum. in fi. j. reſpon.*
g ¶ *Sicut iam diximus.* vt *ſ. eo. ſi verò cum aſcendentibus.*
h ¶ *Nullo modo.* ſed hodie vocantur etiam cum θείοις, & auis. *vt in Authentic. vt fra. fil. j. reſponſ. quæ eſt contrà.* Sol. hic corrigitur.
i ¶ *Quandoquidem* id eſt, quia. ratio enim erat, quia vocatur frater cũ aſcendentibus: quod eſt cõtra ius commune huius cõſtitutionis, quę tres tantùm facit ordines ſuccedendi: vnde ad [e] conſequẽtiam non producuntur: & hoc hic dicit: *arg ff. de legi. & Senatuſcon. l. quod verò cõtra rationem.*
k ¶ *Si etiam.* i. quamuis. ¶ Sed quare cùm in eodem ſint gradu? Reſpondeo, iſti vocantur cum fratribus defuncti, qui pro certo repellunt patres, patruos, & auunculos, & amitas, & materteras: ergo & iſti nepotes debent repellere.
l ¶ *Cognatos.* ¶ Sed [a] vſque ad quẽ gradum? nunquid ad ſeptimũ vt olim? Reſpond. quia ſic eſſet differentia inter agnatos, qui vſque ad x. vocantur, & cognatos: ſed trahe omnes ad x. cùm debeas ſucceſſiones [b] dilatare: *vt Inſtit. de ſucceſ. cog. § fin. & de bon. poſ. §. adhuc autem.*
m ¶ *Cognationis.* ¶ Quęro ergo, an [c] dominus cognato ſerui ſui ſuccedat, cũ nihil niſi natura ſpectetur? Reſpon. nõ quia neque per prætorem vocabatur, qui ſolam naturalem cauſam intuebatur: *vt ff. de grad. l. ij. & Inſtit. de ſer. cognat. in princi. & in fi.* & repetas hic quæ dixi diligenter *ſ. de conſang. & vteri fra. in illa gloſ.* hic diſtingue, &c. colla. vj. Accvrsivs.
a ¶ *Agna*

latere coniuncti ipſi, & eorum filij, excluſis coniunctis ex vno latere tantum. Item filij fratrum vnà cũ aliis vocantur, alij autem excluduntur. Angel.

¶ Si igitur † defunctus, neque deſcendentes, neque aſcendentes reliquerit, primum ad hæreditatem vocamus fratres, & ſorores ex eodem patre, & ex eadem matre natos [a]: quos etiam cum patribus ad hæreditatẽ vocauimus [b]. His autem non exiſtentibus, in ſecũdo ordine illos fratres ad hæreditatẽ vocamus, qui ex vno parente coniuncti ſunt defuncto, ſiue per patrem ſolum, ſiue per matrem.

Si autẽ defuncto fratres fuerint [c], & alterius fratris, aut ſororis præmortuorum filij, vocabuntur ad hæreditatem iſti cum de patre, & matre θείοις [d] maſculis & fœminis: & quanticunque fuerint, tantam ex hæreditate percipient portionem, quãtam eorum parens futurus erat accipere, ſi ſuperſtes eſſet. Vnde conſequens eſt, vt ſi fortè præmortuus frater, cuius filij viuunt, per vtramque partem nunc defunctæ perſonæ iungebatur; ſuperſtites autem fratres per patrẽ ſolum forſan, aut matrem ei iungebantur: præponantur iſtius filij propriis θείοις, licèt in tertio ſint gradu, ſiue à patre, ſiue à matre ſint θεῖοι, & ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint; ſicut eorum parens præponeretur, ſi viueret. Ex diuerſo quidem frater ſuperſtes ex vtroque parente coniungitur defuncto: præmortuus autem per vnum parentem iungebatur: huiuſmodi filios ab hæreditate excludimus; ſicut ipſe, ſi viueret, ab hæreditate excludebatur. Huiuſmodi verò priuilegium in hoc ordine cognationis ſolis præbemus fratrum maſculorum, & fœminarũ filiis [*], aut filiabus, vt in ſuorum parentum [e] iura ſuccedant. Nulli [f] alij omnino perſonæ ex hoc ordine venienti, hoc ius largimur †. Sed & ipſis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis vocantur θείοις maſculis, & fœminis, ſiue paterni, ſiue materni ſint. Si autem cum fratribus defuncti etiam aſcendentes (ſicut iam diximus [g]) ad hæreditatem vocantur: nullo modo [h] ad ſucceſſionem ab inteſtato fratris, aut ſororis filios vocari permittimus, neque ſi ex vtroque parente eorum pater, aut mater defuncto iungebatur: quandoquidem [i] fratris, & ſororis filiis tale priuilegium dedimus, vt in propriorum parentum ſuccedentes locum, ſoli in tertio conſtituti gradu cum iis, qui in ſecundo gradu ſunt, ad hæreditatem vocentur. Illud palàm eſt; quia θείοις defunctis maſculis, & fœminis, ſiue à patre, ſiue à matre, præponuntur, ſi etiam [k] illi tertium cognationis ſimiliter obtineant gradum †.

Si non ſunt fratres, nec filij fratrum, vocãtur cæteri agnati, & cognati ſecundũ gradus prærogatiuã in capita: ſublata differentia agnationis, & cognationis. Angel.

¶ Si verò neque fratres, neque filios fratrum (ſicut diximus) defunctus reliquerit: omnes deinceps à latere cognatos [l] ad hæreditatem vocamus, ſecundùm vniuſcuiuſque gradus prærogatiuam: vt viciniores gradu, ipſi reliquis præponantur. Si autem plurimi eiuſdem gradus inueniantur, ſecundùm perſonarum numerum inter eos hæreditas diuidatur: quod in capita noſtræ leges appellant.

Θεῖοι, pro patruis, & auunculis.

Priuilegium ... conceſſum ad alium non extenditur.

a *Summa Gloſ. Auth. in ſucceſſione infra C. de ſuis.*

† Nã filij fratrum fingũtur hoc caſu eſſe ſecũdi gradus, vt patruos excludat. Cont.
b Succeſſiones dilatandæ.

c *Simile eſt Gl. in Auth. in ſucceſſione. in fin. C. de ſuis.*

Capvt IV.

De agnatorum iure in hæreditate ſublato.

¶ Nullam verò volumus eſſe differentiam in quacunque ſucceſſione, aut hæreditate inter eos, qui ad hæreditatem vocantur, maſculos, ac fœminas, quos ad hæreditatem communiter definiuimus vocari, ſiue per maſculi, ſiue per fœminæ perſonam defuncto iungebantur: ſed in omnibus ſucceſſionibus agnatorum, cognatorũmque differentiam vacare præcipimus, ſiue per fœmineam perſonam, ſiue per emancipationem, ſiue per alium quemlibet modum prioribus legibus tractabatur, & omnes ſine qualibet huiuſmodi differentia ſecundùm proprium cognationis [m] gradum ad cognatorum ſucceſſionem ab inteſtato venire præcipimus.

Capvt V.

De legitima tutela liberorum, & de matre, & auia.

Tutela legitima defertur ſecundùm gradum, & ordinem, quo ad hæreditatem vocantur, ſi idonei ſunt: agnationis, & cognationis differentia ſublata, regulariter mulieribus expulſis, exceptis matre, & auia, quæ omnibus ex latere venientibus præferuntur ſolis teſtamẽtariis eas præcedentibus. pluribus autem in eodem gradu exiſtentibus magis idoneus eligendus eſt, tutela periculo omnibus imminente: legibus, quæ de hæreticorum ſucceſſione loquuntur, firmis manentibus. Bart.

¶ Ex his † autem, quæ de hæreditate diximus, & diſpoſuimus: & quæ de tutela ſunt, manifeſta conſiſtunt. Sancimus enim vnumquemque ſecundùm gradum, & ordinem, quo ad hæreditatem vocantur, aut ſolùm, aut cum aliis etiam functionem tutelæ ſuſcipere: nulla neque in hac parte differentia introducẽda de

† *Ex hoc § ſumpta eſt Auth. quæ eſt ſuper l. C. quando mu. tu. off. fung. poteſt. & matri, mater & auia. & in ord. Gloſ. vnica ante med. in cap. ex parte. Al. extra de app.*

Authentica.

a ¶ *Agnatorum.* olim autem agnatis tantùm dabatur: *vt C.de leg.tu. l.j. quæ eſt contrà*: ſed hic corrigit.
b ¶ *Aut auia.* de matre etiam iure veteri dicitur: *vt Co.quando mu. offi. tut. l. ij.* ſed de auia hic addit.
c ¶ *Ordinem.* primò[a] ergo mater ; & poſtea auia admittitur. ¶ Sed an idem[b] erit in cura quod hîc in tutela dicit? Reſp. ſic, cùm ſit eadem ratio: *vt arg. C.de cura fu.l.cùm repudiante.* ¶ Item nunquid[c] hæc mater eſt legitima tutrix, vel datiua? videtur legitima: *vt Cod ad Tertull. l. omnem.* Sed à iudice datur: *vt hic*, cùm legitimos[d] nemo det: ſed lex xij. tab. eos vocat: *vt ff.de leg.tut.l.legitimos.* Sed dic dici legitima, id eſt, ſecundùm legem à iudice datam.
d ¶ *Geſta.* ſcilic. coram iudice.
e ¶ *Renunciant.* & omni[e] alij auxilio: *vt ſuprà, vt ſine prohi. mo. §. quia verò multam. colla. vij.* quę renúciatio quoad matrimonium non præiudicat: *vt præallo §.* Sed quoad Velleianum ſic: *vt ff ad Velleia. l.pe.* ¶ Sed cùm fiat iudici, quomodo agenti proderit? Reſp. ſi actio[f] quæratur ex ſtipulatione iudicis, multò magis replicatio[g]: vt ſi opponatur de Velleiano, & replicet aduerſarius de renunciatione[h]: *vt ff. rem pu. ſal. fo. l. non quaſi.* Item contrà, *Co.de procurat. l. alienam* Sol. hîc ſpeciale. Accvrs.
f ¶ *Seruantes.* id eſt, his renunciantes mulieres.
g ¶ *Stantem.* nunc redit ad materiam ſuperiorem. Accvrs.
h ¶ *Eligi.* hæc electio propter[i] commodiorem adminiſtrationem fit: vt communis *hic*, *& ff. de admi.tut l.j.* Accvrsivs.
i ¶ *Eorum.* tacitè[k] obligatis. *C.de admini.tut. l.pro officio.* Accvrs.
k ¶ *Veteres leges.* vt ſ. *vt cùm de appell. cog. §. ſi quis de prædictis. & § generali er.*

a Gradus inter aſcendentes in ſuccedẽdo ſeruantur: vt qui proximiores ſunt, priores ſuccedant, vt hîc: mater auiã excludit in tutela.
† *Concor. Glo. 2. in c. dilecti, circa ff. extrã de arbi. & quæ hic dicuntur, recitantur in eax parte M. in Gl. vnica. ame me. ibi, h... d. tamen per Aut. de appel.*
b Argumẽtum de tutela ad curam.
c Mater liberorum tutrix legitima quo ſenſu dicatur
d Legitimi tutores dantur à lege, non ab homine.
e Renunciare Velleiano, & omni alij auxilio.
f Actio nobis quæri poteſt ex ſtipulatione iudicis.
g Replicationes fauorabiliores actionibus
h Renunciari Velleiano poteſt. ad.ic Gloſ. Nou 94. in verbo ſenatuſconſulto ... dixi.
† *Facit ad hũc § c excommunicamus circa me.*
i Ab vno, aut paucioribus tutela adminiſtratur cõmodiùs, quàm à multis.
k Tacitam hypothecam habent pupilli in bonis tutorũ.

agnatorum[a], ſeu cognatorum iure; ſed omnibus ſimiliter ad tutelam vocádis, quique ex maſculorum, quique ex fœminarũ prole deſcendunt minori coniuncti. Hoc autem dicimus, ſi maſculi, & perfectæ ætatis ſint, & nulla lege prohibeantur tutelam ſuſcipere, neque excuſatione competente ſibimet vtantur. Mulieribus enim etiam nos interdicimus tutelæ ſubire officiũ, niſi mater †, aut auia[b] fuerit. His enim ſolis ſecundũ hæreditatis ordinem[c], & tutelam ſubire permittimus, ſi inter geſta[d] & nuptiis aliis, & auxilio Velleiani Senatuſconſulti renunciant[e]. Hæc enim ſeruantes[f] omnibus à latere cognatis quoad tutelam præponuntur: teſtamentariis ſolis tutoribus præcedentibus eas; defuncti namque voluntatem, & electionem præponi volumus. Si autem[g] plurimi eundem cognationis gradum habentes ad tutelam vocantur: iubemus cõmuniter conuenientibus apud iudicem, cui huius partis ſolicitudo eſt, vnum, aut plures, quãti ad gubernationem ſubſtantiæ ſufficiant, ex ipſis eligi[h], & denunciari, & eum, vel eos minoris res gubernare: tutelæ periculo omnibus imminente, qui ad tutelam vocãtur, & ſubſtantiis eorum[i] minori ætate tacitè ſubiacentibus pro huiuſmodi gubernatione.

CAP. VI.

De vi, & poteſtate huius conſtitutionis in perſonis, & in rebus.

¶ Hæc autem † omnia, quæ de ſucceſſionibus ſancimus, obtinere in illis volumus, qui Catholicæ fidei ſunt: in hæreticis autem iam à nobis poſitas leges firmas præcipimus eſſe, nullam nouitatem, aut immunitatem ex præſenti introducentes lege. Quæ igitur per hanc conſtitutionem in perpetuum obſeruandam ſanciuit noſtra tranquillitas, in illis volumus obtinere caſibus, qui à principiis Iulij menſis præſentis ſextæ indictionis ſeu venerunt, ſeu poſthac emergent: præcedentes nánque caſus, qui vſque ad memoratum tempus pertranſierunt, ſecundùm veteres leges[k] decidi præcipimus.

EPILOGVS.

¶ Tua igitur gloria per præſentẽ legem à nobis diſpoſita, ad omnium cognitionem venire procuret: in hac enim regia ciuitate edictis conſuetè propoſitis: in prouinciis autẽ præceptis dirigendis ad clariſſimos præſides earum; vt nulli noſtri imperij ſubiectorum ſit ignota noſtræ circa eos manſuetudinis prouidentia: ita tamen, vt ſine omni diſpendio ciuium, aut prouincialium, in omni loco præſentis legis fiat inſinuatio. Dat. † vij. Kal. Aug. CP. Domi. Iuſtinia. PP. Aug. anno xvij. poſt Conſulatum Baſilij V. C. anno ſecundo.

VT SPONSALITIA LARgitas, &c.

l ¶ *Sponſalitiam largitatem.* Sponſalitia[l] largitas dicitur hic impropriè id eſt, donatio propter nuptias. Propriè enim diceretur, quod donaret ſpõſus ſpõſæ. ſed hæc fit ad recõpenſationẽ dotis: vt hic ſubiicit, *& ſuprà de aqua. do. §. j.* tùm ergo

l Sponſalitia largitas quid impropriè, & propriè.

VT SPONSALITIA LARgitas † ſpecialis ſit contractus, & de diuerſis capitulis.

TITVLVS II.

Nouella conſtitutio cxix.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum præfecto.

Sponſalitia largitas, quæ eſt ſpecialis cõtractus, ex omni parte valet, cuiuſcunque ſit quantitatis, etiam ſine inſinuatione. Bart.

CAP. I.

Donatio propter nuptias inſinuanda non eſt.

Sponſalitiam largitatem[l] contractum ſpecialem eſſe, & iudicari, & non aliis donationib. eam communicari, per præſentem ſancimus legem: quoniam pro ea æqualitas dotis offertur. Siue igitur fiat ſub geſtis monumentorum eius inſinuatio, ſiue etiam non, iubemus eam per omnia ſuũ robur habere tam apud mulierẽ, quàm apud virum[m], ſiue ab ipſo viro, ſiue ab altero aliquo mulieri detur, ſeu conſcribatur, vel in viri perſonam donatio fiat[n], quatenus ipſas res in nuptialem donationem conſcribat[o], & hoc valere præcipimus, cuiuſcunque ſit donatio quantitatis, vel ſi non (ſicuti dictum eſt) inſinuetur.

hoc ſit, dicitur[a] ſpecialis contractus: *vt hic, & ſ. de na. lib. in curia depu. in prin. y. coll.* ibi, *exceptimus autem*, &c. hoc eſt pẽr ſe contractus. ¶ Itẽ & quod in ſe habet ſpeciale aliquid. Nam cum aliæ donationes[b] exigant inſinuationem, ſi ſiant vltra quingentos ſolidos: *vt Inſtit. de dona. §. alia.* & hæc eadem exigebat: *vt Cod. de donatio. ante nu. l. ſi. §. ſimilique modo.* (niſi eſſet minor, aut fœmina: *vt C. de dona. ante nup. l. minoribus.*) tamẽ hæc hodie nõ[c] exigitur, & ſic aliis non connumeratur, id eſt, aſſimilatur in hoc. Item nec in hoc: quia alia eſt ſimplex: hæc ob cauſam[d]: *vt ff. de dona. l. j.* Accvrs.
m ¶ *Apud virũ.* ¶ Quid eſt hoc dicere, *apud virum*? Reſp. quòd reuocare non poteſt. ¶ Item ſi factum eſt hinc inde pactum in caſu alicuius eorum præmorientis, lucrabitur quilibet ſecũdùm pactum: ſiue fuerit inſinuatum; ſiue non, *per hãc Auth.* ſed in hoc hodie corrigitur. nam ſi vir non inſinuet, & pacta dotalia cedant parti viri: nullam habẽt exactionẽ pro eo, quod excelſerit, & inſinuatum non fuit: *vt infrà, vt fra. fil. ſucc. §. illud quoque.*
n ¶ *Fiat.* hoc pactum ſcilicet quatenus, &c. Accvrs.
o ¶ *Conſcribat.* ſcilicet vir.
p ¶ *Teſtari.* quod eſt in quatuordecim[e] annis: *vt ff. de teſta. l. qua ætate. & C. de teſta. l. ſi frater.*
q ¶ *Lege.* Ælia Sentia: *vt Inſtit. qui ma. non poſ. § eadem lege.* & iure medio: quod ibidem dicitur. ¶ Et not. quòd hic loquitur in vltima voluntate: & liber Inſtitutionum ſimiliter: vnde patet legem Æliam Sẽtiam nõ eſſe correctam etiam inter viuos facta manumiſſione à minore. Accvrs.

a ¶ Docu

CAPVT II.

Minor in teſtamento ſeruos manumittere poteſt.

Minores, ex quo poſſunt teſtari, poſſunt libertates relinquere, antiqua lege ceſſante.

¶ Et hoc quoque præſenti conſtitutione ſancimus, vt licentia ſit minoribus in ipſo tempore, in quo licet eis teſtari[p] de alia ſubſtantia etiam ſuos ſeruos in vltimis voluntatibus manumittere, nullo eis impedimento ætatis faciendo: ſed vacante lege[q], quæ hoc primitus prohibebat.

CAP. III.

Vt aliter credatur inſtrumento de altero inſtrumento facienti mentionem, quàm ſi idipſum probetur.

Si

a ¶ *Documento.* priuato: ſecus fortè ſi publicum alterius publici faciat mentionem, ſecundùm Alb. quia tunc creditur exēplo [a]: *arg. infrà vt fra. fil. §. illud. & ff. de admi. tut. l. chirographus.* Sed tu dic ſecūdùm Io. etiam ſi publicum ſit exemplificatum. nam ad hoc creditur exēplificato: quia ſic continetur in alio. & poteſt eſſe quòd in originali erant aliæ literæ, vel cācellationes, quæ non continentur in exemplo: vnde non probatur plenè per exemplum: *vt hîc, & C. de eden. l. procurator. & ff. famil. erciſcun. l. ſi qua. & l. Pomponius Philadelphus. & de fid. inſtru. l. ij.* niſi originale ſit officio iudicis ordinarij publicatū. & ſic intelligitur *infrà vt fra. fil. §. illud & ff. de admin. tut. l. chirographis.* Accvrsivs.

Si vnum inſtrumentorum facit mentionem alterius inſtrumēti: in eo quòd de alio inſtrumento mentionem facit, & non editur, nō probat, niſi originale producatur: vel per alias probationes comprobetur. Bart.

¶ Et hoc † inſuper iubemus, vt ſi quis in aliquo documento [a] alterius faciat mentionem documenti: nullam ex hac memoria fieri exactionem, niſi aliud documentum [b], cuius memoria [c] in ſecundo facta eſt, proferatur: aut alia [d] ſecundùm leges probatio exhibeatur [e]: quia & quantitas [f], cuius memoria facta eſt, pro veritate debetur. hoc enim etiam in veteribus legibus [g] inuenitur.

CAP. IIII.

De appellationibus.

Appellationis tempus ipſo iure non currit, ſi per iudicem ſtetit, quò minùs cauſam examinet, & ſententiam proferat. Bart.

¶ Hoc quoque ſancimus, vt ſi quando appellatione ſecuta, in nouiſſima induciarū [h] die [i], aut † pars vtraq; , aut ſolus, qui appellatione vſus eſt, occurrerit, & ſuam præſentiam manifeſtauerit iudici futuro appellationis examinare [k] iudicium, aut conſiliariis eius, aut qui lites intromittunt, & iudex eum in definitis diebus ſuſcipere differat: nullum præiudicium [l] partibus †, aut vni earū ex hoc penitus fieri; ſed & poſt hoc examinari [m] appellationes huiuſmodi, & ſententia legitimâ terminari.

CAP. V.

De retractationibus ſententiarum P. Prætorio.

A ſententia præfectis prætorio appellari nō licet: ſed ſupplicari intra decem dierum numerum: quæ ſententia executioni mādari debet fideiuſſione præſtita, ſupplicatione porrecta: aliter non: retractationis iure illi ſeruando, qui ſe grauatum putauerit. Bart.

¶ Aliud † ad hoc capitulum noſtra indigens [n] prouidentia proſpeximus emendare: quia enim noſtræ [o] leges decernūt, ſi quando glorioſiſſimi præfecti ſacrorum prætoriorum ſententiam protulerint: nullam appellationem aduersùs eā offerri, ſancimus quoties ſententia glorioſiſſimorum præfectorum cuiuſcunque regionis proferatur, & vnus forſan litigantium putauerit ſe grauari, habere eū licentiam petitionem [p] offerre glorioſiſſimis præfectis, qui ſententiam protulerunt, aut eorum conſiliariis, aut cauſas introducentibus [q] intra decem dierum inducias poſt [r] prolatam ſententiam: vt hoc ſubſecuto, non aliter executioni ſententia contradatur, niſi priùs fideiuſſiones dignas præbuerit victrix pars tantæ quantitatis, quantæ fuit condemnatio: vt ſi poſt hāc retractationem modo legitimo procedente ſententia reſoluatur, res ei cum augmentis legitimis reſtituatur. Si verò intra memoratas decem dierum inducias poſt prolatam ſententiam non obtulerit libellum is, qui putat ſe læſum: iubemus cauſæ executionem ſine fideiuſſore procedere, retractationis iure ſeruando [s] illi, qui ſe grauatum putauerit.

CAP. VI.

Si minor 25. annis reſtitutionē aduerſus aditionem hæreditatis petere voluerit.

Si minor reſtitutionem petiit, vt ſe ab hæreditate abſtineat: creditores in præſentia conſtituti, vocandi ſunt: omnibus autem, vel quibuſdā in abſentia conſtitutis, & legitimè expectatis, reſtitutio nihilominus indulgenda eſt, curatore bonis dato, & bonorum inuentario facto. Bart.

¶ Ad hæc quoque ſancimus, vt ſi contigerit minores velle ſe abſtinere ab hæreditate in ſe deuoluta, & à ſe ſuſcepta [t]: ſi quidem omnes creditores præſentes fuerint in illis locis, in quibus in integrum reſtitutio poſtulatur, vocentur à iudice creditores [u]: & præſentibus omnibus † ab huiuſmodi hæreditate ſe minores abſtineant. Si verò omnes, aut aliqui [x] creditorū abſentes fuerint: iubemus minores volentes hoc agere, locorum iudicem, in quibus ipſi degunt, adire: illum verò per conſuetas citationes vocare creditorès: & ſi intra ſpatiū triū [y]

b ¶ *Aliud documentum.* ſcilicet originale. Accvrs.

c ¶ *Memoria.* id eſt, mentio.

d ¶ *Alia.* putà per teſtes.

e ¶ *Exhibeatur.* hoc, quod, &c.

f ¶ *Quia & quantitas.* ſcilicet hæc.

g ¶ *Legibus.* vt *ff. fami. erciſcun. l. ſi qua cautionet. & ff. de fide inſtru. l. ij. & Cod. de eden. l. procurator. & ff. quemadmo. teſta. aper. l. finali.* Accvrs.

h ¶ *Induciarum.* i. ſiue biennij.

i ¶ *Die.* ſcilic. anno ſecūdo in fine: & hoc innuit verbum illud inferius: ſcilicet, *in definitis diebus.*

k ¶ *Examinare.* ſcilicet velle.

l ¶ *Præiudiciū.* [b] ſiue [c] ergo ſtet per Imperatorem, qui iudex ſit appellationis: *vt ſuprà de appellat. §. j.* ſiue per aliū iudicem: *vt hîc.* nō currit tempus quantum ad effectum: quia datur reſtitutio [d]: *vt ff. quibus ex cauſis ma. l. ſed & ſi per. §. aut prætor.* & hoc in cauſa appellationis: in cauſa verò principali ſi triennio tantùm durat, quicquid cōtingat: *vt Cod. de iudic. l. properandum.* Sed quid ſi ſteterit per alium? Reſpōdeo, nihilominus currit tempus: ſed agitur contra eum de dolo: *vt ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo.* Sed ſi ille non eſſet ſoluendo, reſtitueretur ad litem: *vt ff. de eo, per quem fact. erit. l. fin.* Accvrsivs.

m ¶ *Examinari.* Imò videtur quòd non: *vt ſuprà de eo, qui ingre. ad appell. quæ eſt contrà.* Sol. ibi per partes ſtetit: hic per iudicem: *argum. ff. quibus ex cau. ma. l. j. §. penult. & l. ſed & ſi. §. aut prætor & ff. de damno infect. l. ſi finita. §. elegan. ter. & ff. ne vis fiat ei, qui*

in poſſeſſ. l. fi. §. fi.

n ¶ *Indigens.* i. capitulum.

o ¶ *Noſtræ.* vt *ff. de offic. præfect. prætor. l. j. §. j. & Cod. de ſen. præfect. præto. l. j.*

p ¶ *Petitionem.* id eſt, libellum: ſed ſupplicatio [a] tantùm principi ſit faciēda. & ſic correctæ ſunt leges, quæ dicunt ſupplicarī præfecto: *vt Cod. de preci. impe. offe. l. ſi quis. & de ſen. præfect. prætor. l. j.* Sed dico quòd inter hanc petitionē, & illam ſupplicationem nulla ſit differentia: nec ſit neceſſarius libellus. Accvrsivs.

q ¶ *Introducentibus.* qui referendarij [b] dicūtur: *vt infr. vt litig. iur. §. fin. & ſup. de referen.* ¶ Sed an ipſi cognoſcent de appell. Reſpond. abſit: cùm ſint minores: *vt ſuprà de appellat. § fi.* ſed princeps tātùm, vel cui ipſe committet: *vt ff. de mino. l. minores. in princ. & § pe.* Accvrs.

r ¶ *Inducias poſt.* mandatur ergo ſententia executioni interim [c]: ſed contrà in appellatione ſeruatur: *vt ff. nihil inno. appellat. penden. & in rubri. & in tex. & ſi in cauſa: vt infr. de ſan. epiſc. § œconomus.* Eſt & alia differentia quare poteſt [d] bis appellari: ſed ſupplicari ſemel tātùm: *vt Codic. de preci. impe. offe. l. ſi quis aduerſus.*

ſ ¶ *Seruando.* intra biēnium: *vt C. de ſen. præfe. prætor. l. j.* Quæ eſt contrà. Sed ibi biennium poſt ſententiam datur, & poſt publicationem: hîc autem dantur decem dies ante ſupplicationem. Accvrs.

t ¶ *A ſe ſuſcepta.* quod faciunt quandoque: *vt Cod. ſi minor ſe maio. di. per totum:* vt quia ſit litibus, & ſumptibus impedita: *vt ff. de minor. l. minor viginti quinq; annis.* Accvrs.

u ¶ *Creditores* [e]. idem in legatariis: quia eos hæc res tangit: *argu. ſuprà de hære. & Falcid. §. hîc nobis. & Co. de aucto. præſtan. l. fin.* aliàs non valet reſtitutio: *vt ff. de mino. l. etiam. §. fi.*

x ¶ *Aliqui.* non ergo præiudicatur per præſentes [f] plures abſentibus paucioribus. *Arg. contrà. ff. de pact. l. maiorem. & l. reſcriptum. & de cura. bo. dan. l. ij.* Sed & hoc dici poteſt, vt abſentibus per præſentes præiudicetur, dummodo vocentur abſentes. Accvrs.

y ¶ *Triū.* Quare triū? Reſpondeo, ſic video & alias: *vt s. de loci. §. omnem. & ſuprà vt cùm de appellat. cog. §. ſed hoc præſenta.*

Marginal notes:

a Supplicatur ſoli principi

b Referēdarij.

c Sententia executioni mādari poteſt pēdente ſupplicatione: at non pendente appellatione.

d Appellari bis, ſemel ſupplicari poteſt, & cur.

e Reſtitutio in integrum quoties poſtulatur, qui citari debeant. *ſimile eſt Gl. Authen. ſi omnes. in verbo,* vocētur. *Cod. ſi nemo, vt ab hæred. ſe abſtineat.*

f Pluribus creditoribus præſentibus præiudicatur paucioribus abſētibus. *ſimile eſt Gloſ. d. Authen. ſi omnes. in verbo,* citentur.

† *Concor. c. 8. cū Gl. ſuper verbo,* conſtiterit. *contrà de teſt.*

g In hoc ſit præiudiciū abſentibus. *ſimile Gl. d. Authen. in verbo,* trea.

ſuppliciū ple‑ ... probat, originale ... officio iudi. ordinarij ... icatū. *ad. Bartol. & ... Gloſ. auth. ſi quis ... in præ... edendo. Gl. ... c. 2. ...*

facit ad hunc ... & ... extracta eſt ... C. ſuper l. ... & ... ſi quis ...

† *ad appellationem ...* ... fatalia ... currit ... Cont. b Appellationis tēpus quibus caſibus nō currat. *adde Gl. ...* occurrit. c *ſimile eſt Gl. in Authē. ſi appellatione ...* nullū præiudicium. *C. de temp. & repar. appellat.*

† *concor. in ca. ſi autem. ... Gl. penult. ... de reſtitut.*

d Si ſtat per iudicē ne appellation cauſa exerceatur, tēpus ipſo iure currit, ſed datur reſtitutio: ... C. ... ſed ... Bart. putat hoc caſu tēpus ... non currere.

† *... §. eſt ... Authen. ... ſuper ... de preci. imperat. ... ſupplicationem ... concord. ... ſuper ... hanc ... ſi fuerit appellatū, ... reſcript.*

menſium nuſquam [a] appareant creditores, licere minoribus ſine periculo ab huiuſmodi hæreditate abſcedere † : iudice prouidente, apud quem agitur in integrum reſtitutio, vbi debeant hæreditariæ res mobiles [b], & immobiles cuſtodiri [c]: quantitate quippe harum, publica deſcriptione ſub geſtis monumentorum manifeſtanda.

CAP. VII.

De præſcriptionibus, aliàs, De mala fide poſſeſſoris res alienantis.

Habẽs titulum, & bonam fidem à mala fidei poſſeſſore præſcribit inter præſentes ſpatio decẽ annorũ, & viginti inter abſentes. ſi verus dominus hunc poſſidere ſciuit, & ipſum non inquietauit. Sin autem ignorauit, tunc non præſcribit niſi ſpatio 30. annorum.

¶ Rurſus ſancimus †, vt ſi quis mala fide rem poſſidens, aut per venditionẽ, aut per donationem, aut aliter hanc rem alienet: qui verò putat eaſdem res competere ſibi, hoc agnoſcens [d], intra decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, nõ cõteſtatus [e] fuerit ſecundùm leges emptorem, aut donationem accipientem, aut illum, ad quem res alio quolibet modo tranſlatæ ſunt: eum, qui tales res habet, firmè eas habere, poſt decennij videlicet inter præſentes, & vicennij inter abſentes diſcurſum. Si autem ignorat verus alienatarum rerũ dominus, & quia res ei competunt, & quia alienatio facta eſt: non aliter excludi hũc, niſi per tricennalem præſcriptionem: nõ valente dicere eo, qui res hoc modo poſſidet: quia ipſe bona fide poſſidet [f], quando ipſe à mala fide poſſidente hoc accepit.

CAP. VIII.

De abſentibus, & præſentib. in decennij præſcriptione.

Si quis fuerit præſens certis annis, & certis abſens: ſuprà decennium ad præſcriptionem complendam adijci debent tot anni, quot fuit abſens. ANGEL.

¶ De præſcriptione verò decennij hoc ordinare proſpeximus, vt ſi quando quiſpiam in prædicta decennij tẽporali præſcriptione in quibuſdam quidẽ annis præſens ſit, in quibuſdam verò abſens: alios tantos ei annos ſuper decennium adijci, quantos ex ipſo decennio abſens fuit [g]. Hæc autem omnia, quæ de temporali præſcriptione decreuimus, non in præteritis; ſed in futuris tantùm poſt præſentem legem negotiis, atque cauſis valere præcipimus.

CAP. IX.

De teſtatore non cogendo propria manu nomina hæredum ſcribere.

Teſtamentum ſuas vires obtinet, ſiue teſtator per ſe; ſiue per alium nomẽ hæredis ſcribat, vacãte lege, quæ contrarium aſſerebat. BART.

¶ Quia verò ante hanc legem [h] protulimus, vt teſtator aut manu propria, aut per teſtes nomina hæredum ſcribat in teſtamento: agnouimus autem ex huiuſmodi ſubtilitate plurima teſtamenta deſtructa, teſtatoribus non valentibus huiuſmodi cuſtodire ſubtilitatem, aut forſan nolentibus ſcire aliquos ſuã voluntatem [i]: iubemus licentiam quidem eſſe volentibus hoc ſeruare in propriis teſtamentis: ſi enim hoc non obſeruant, ſed ſecundùm priſcam [k] conſuetudinem teſtentur, etiam ſic firmum teſtamentum eſſe ſancimus: ſiue per ſe aliquis, ſiue per alterius perſonam nomen hæredis inſcripſerit [l]: ſi omnino reliquam legitimã obſeruationem in teſtamento teſtator obſeruauerit.

CAP. X.

De reb. immobilibus, quæ locis venerabilibus pertinent.

Res ab Eccleſia in principẽ trãſlata poteſt à principe in aliũ trãſferri, non obſtante lege in contrarium loquente. BART.

¶ Legem verò [m], per quam ſancimus non transferri ad alios res, quæ ad noſtram domum ex venerabili Eccleſia peruenerunt [n], vacare ſancimus tam in iis, quæ iam ad noſtram domum legitimè peruenerunt, quàm quæ poſtea peruenire futura ſunt.

CAPVT XI.

De lege Falcidia in rebus alienari prohibitis ceſſante.

Falcidia ceſſat in re à teſtatore alienari prohibita: his obtinentibus in caſibus præteritis nondum finitis. BART.

¶ Si quando autem aliquis teſtamentum faciat, & aliquam rem immobilem ſuæ familiæ, aut alteri cuicunque perſonæ nomine legati reliquerit, & ſpecialiter dixerit, nullo tempore hanc rem alienari [o]; ſed aut apud hæredes, aut apud ſucceſſores illius, cui relicta eſt, permanere: in hoc legato iubemus Falcidiam legem locum penitus non habere: quoniam alienationem [p] eius teſtator ipſe prohibuit. Hæc autem obtinere præcipimus in illis caſibus, qui nondum iudiciali decreto, aut per amicabilem conuentum, aut quolibet modo legitimo deciſi ſunt.

EPILOGVS.

¶ Eminentia igitur tua, quæ per præſentem legem in perpetuum valituram noſtra ſanxit tranquilli-

tas:

a ¶ *Nuſquam.* aduerbium loci.

b ¶ *Mobiles.* niſi quædã perierint per imbecillitatem [a] ætatis: *vt ff. de mino. l. ait prætor. §. fin.*

a Ætatis imbecillitati ignoſcitur.

† *Tractatur de hac materia in Cle. extr. de offi. iudi. vbi de hoc vide in Gl. ſuper verb.* proponitur.

c ¶ *Cuſtodiri.* ſc. cuſtodiendo [b] curatorem: *vt ff. de curato bonis dan. l. j.*

b Curator bonis hæreditatis à minore reditæ cuſtodiẽdis datur.

d ¶ *Agnoſcens.* quocunque modo ſciat. *ff. de pet. hære. l. item veniunt. § petitam. in fin.* ¶ Et ſic not. ſcientiam [c] ſuam ei nocere: *vt argum. C. de nup. l. ſi vicinis.* ¶ Sed ex quo [d] tempore hoc tẽpus x. & xx. an. computatur? Quidam diſtinguunt, ſi poſſeſſor velit vti acceſſione ſui auctoris: tunc ex tempore, quo poſſedit anteceſſor, qui fuit malæ fidei: & tunc xxx. an. non ex tempore ſcientiæ domini. *arg. Cod. de præſcri. longi tempor. l. j. & ff. de acquirẽ. poſ. l. Pomponius. §. cum quis.* Alij dicunt, quòd etiam ſi quandocunque dominus ſciat hoc, decennio, vel vicẽnio, ſibi noceat. & hoc dicũt ex hac litera, quæ dicit, intra x. ann. &c. ¶ Sed ſecundùm hoc quid ſi in vltima die ſciat, & iudicis copiam non habet? hoc autem tempus continuum eſt: *vt ff. de vſuca. l. nunquã. §. j.* q. d. iniquitas occurrit. Dic ergo primũ verius eſſe, vt ex tempore ſcientiæ domini computetur.

c Scientia nocet domino rei alienatæ.

d *Simile eſt Gl. Auth. malæ fidei. C. de præſcri. longi temp. quide Socinum regula 83. quæ incipit. Auth. malæ fidei. Balbũ tract. de præſcrip. 2. par. l. q. 6.*

† *Ex hoc §. ſumpta eſt Authen. quæ eſt ſuper l. 1. C. de præſcrip. long. temp. & incipit, malæ fidei [illegible] & facit ad hunc §. Gl. 2. in med. in cap. vi. extrà de præſcript.*

e ¶ *Conteſtatus.* etiam ex miſſione executoris: *vt C. de præſcrip. xxx. an. l. cùm notiſſimi. & l. ſicut.* & de his hic fit mentio.

f ¶ *Poſſidet.* ſcil. quod præſcripſerit. & quod ſubiicit, *quando*: id eſt, quia. vel temporaliter. ¶ Et ſic no. hodie quod mala [e] fides venditoris emptori nocet hoc caſu: olim contrà: *vt ff. de publica. l. eum. § prætor. & Cod. de præſcript. longi tempo. l. j. & de periculo. & commo. rei vendi. l. dol. vm.* ACCVRS.

e Mala fides vẽditoris emptori nocet.

g ¶ *Abſens fuit.* vt duplicetur [f] tempus abſentiæ, vt ſi abſens fuit quinquennio, ei dentur iterum quinque anni poſt reuerſionẽ: & hoc quando ex voluntate abeſt: ſi autem ex neceſſitate: tunc ipſo iure non currit, vel reſtituitur: & dic de qua abſentia hic loquatur: ſcilicet de ea [g] quæ eſt de vna in aliam prouinciam: *vt Cod. de præſcript. lon. tẽp. l. fi. & ſa. a. hunc §. ff. de mino. l. interdum. & ff. qui. ex cau. maio. l. necnõ. §. ſi quis ſapius.*

f Abſentiæ tẽpus quẽadmodum duplicetur.

g Abſens dicitur, qui eſt in alia prouincia.

h ¶ *Hanc legem.* vt *Cod. de teſta. l. iubemus.*

i ¶ *Voluntatem.* quod eſſet neceſſe, ſi teſtaretur per nũcupationem.

k ¶ *Priſcam.* vt in l. illa, quæ eſt, *Co. de teſta. l. hac conſultiſſima.* nam per illam non cogebatur ipſe, vel teſtes ſcribere nomen hæredis.

l ¶ *Inſcripſerit.* dũmodo ipſe expreſſerit, qđ eſt ſcribendum, ſecundùm quoſdam. ſi igitur nutu [a] exprimat, non valet ſecũdùm eos. Arg. contrà, *ff. de leg. iij. l. nutu.* Satis [b] enim exprimit, cùm annuit.

a [illegible]

b [illegible]

m ¶ *Legem verò.* ſic eſt *ſuprà in coll. v. in conſtit. vj. vt de cætero commutationes. contrà.* Sol. hæc corrigit.

n ¶ *Peruenerunt.* ne per conſequentiam res Eccleſiæ alienentur.

o ¶ *Alienari.* hoc præceptum eſt ſeruandum: *vt C. de reb. alie. l. fi.*

p ¶ *Alienationem.* alienaret autem legatarius in hæredẽ hærede Falcidiam retinente. Sed certè imò videtur quòd non: quia Eccleſia ipſo iure remanet in bonis hæredis, & in reliqua parte legati dominium in legatarium trãſit: *vt C. ad legem Falcid. l. fin.* Reſp. hoc facit hic voluntas expreſſa teſtãtis, ne fiat alienatio. ¶ Et ſic not. vnum [c] caſum vbi ceſſat Falcidia. Sunt & alij, vt ſi eſt relictum ad pias cauſas: *vt j. de eccl. tit. § ſi autem hæres.* Item quando teſtator expreſsũ vetuit: *vt ſ. de hæred. & Falci. § ſi verò expreſſim. coll. j.* Item quando quibuſdam in ſolidum ſoluit hæres: *vt ſupr. de hæred. & Falc. § non autem.* aliàs generaliter habet locum: *vt C. ad leg. Falc. l. 9.*

c [illegible]

DE

tas : edictis quidem in hac regia ciuitate propoſitis : præceptis autem ad omnium prouinciarum iudices deſtinatis, ad omnium notitiam venire procuret. Dat. xiij. Kalend. Feb. CP. Domini Iuſtiniani PP. Aug. anno * Baſi.Conſ.

DE ALIENATIONE, ET emphyteuſi, & locatione, & hypothecis, & aliis diuerſis contractibus in vniuerſis locis rerum ſacrarum.

TITVLVS III.

Nouella conſtitutio cxx.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum præfecto.

Nulla Eccleſia ciuitatis Conſtantinopolitanæ, exceptis quibuſdam, quib. conceditur poteſt res immobiles, vel quæ inter immobilia computantur, donare, aut alienare: niſi fiat alienatio imperiali domui. ANGEL.

PRÆFATIO.

MVltis, & diuerſis legibus [a] ſuper alienationibus, & emphyteuſibus, & locationibus, & reliquis[b] adminiſtrationibus eccleſiaſticarum rerum [& de plantantibus [c]] præuidimus omnes [d] præſenti comprehendere lege.

CAP. I.

De alienatione, & emphyteuſi rerum Eccleſiæ.

¶ Sancimus igitur nullam habere licentiam [e] ordinatores rerum huius regiæ ciuitatis ſanctiſſimæ maioris Eccleſiæ, aut orphanotrophij, aut noſocomij, aut xenodochij, aut ptochotrophij, aut alterius venerabilis domus in hac regia ciuitate, ſiue in eius finibus conſtitutæ, exceptis venerabilibus monaſteriis [f], aut vendere, aut donare, aut commutare, aut ſub alterno [g] dono donare, aut alio quolibet modo alienare rem immobilem, aut ciuilem annonam, aut ruſticum mancipium: niſi ad imperialem [h] domum commutatio ſola facta eſt. Sed neque [de colonis [i] iuſtè] dari [k] quidem concedimus [l].

Emphyteuſes verò à prædicta ſanctiſſima maiore Eccleſia regiæ ciuitatis, & commemoratorum [m] locorum fieri iubemus [n] in perſonam eius, qui accepit, & aliis duobus deinceps hæredibus, & non ampliùs de ſexta parte inſtantis [o] canonis dimittimus [p] ei, qui emphyteuſis iure acceperit. De competentibus verò proaſtiis † [q] ipſi ſanctiſſimæ maiori Eccleſiæ, & nominatis [r] venerabilibus domibus in regia hac ciuitate, aut in eius regione, aut manſione conſtitutis : iubemus, ſi quidem hic reditus [s] habeant, integro canone ab iis ordinatoribus, qui regunt ipſa venerabilia loca, emphyteuſim hanc, ſecundùm prædictum modum accipienti, & aliis duabus ſucceſſionibus dari, & nullam omnino reuelationem, ſed augmentum [t] fieri. Si verò non habeant ipſa proaſtia aliquos omnino reditus : licentiam præbemus ordinatoribus venerabilium locorum in alia quantitate [u] hoc (ſicut prædictum eſt) in emphyteuſim dari.

1. ¶ Si verò contigerit quamlibet rem ex aliquo prædictorum locorum venerabilium emphyteutico iure datam, aut in imperialem domum [x], aut in ſacrum noſtrum ærarium, aut in ciuitatem aliquam, aut in curiam, aut in aliquam venerabilem aliam domum peruenire [y] : licentiam præbemus ordinatoribus venerabilium locorum, à quibus à principio emphyteuſis facta eſt : mox vt peruenerit in vnam prædictarum perſonarum [z] ipſa emphyteuſis, manifeſtare ſuam voluntatem intra biennium : & aut ab his derelinqui eandem rem, ad quos [a] peruenit : & annuam penſionem, quæ pacto continetur, inferri, aut hoc recipere [b] emphyteuſi ſoluta [c], eò quòd hoc ſibi prodeſſe exiſtimant [d].

2. ¶ Si verò † quædam [e] ſunt loca aut ipſa ſanctiſſimæ Eccleſiæ maiori, aut alicui venerabilium domorum [f] competentia, in quibus antiquæ habitationes depoſitæ [g] ſunt, & ex quibus nullus præbetur reditus : prædictæ verò venerabiles domus, quibus competunt hæc loca, reædificare non poſſunt, licentiam damus ipſis ordinatoribus earum in emphyteuſes [h] perpetuo [i] iure tra-

DE ALIENATIONE, ET EMPHYTEVSI, & locatione, & hypothecis, &c.

a MVltis.] *Legibus.* ſc. prolatis: & ſic ſunt ablatiui abſoluti, & dicit de illa quæ eſt *ſuprà de non alien. collatio.* j. Item & de illa, *de eccle. re. immo. alien. coll. v.* Item de illa *ſuprà, conſtit. quæ ex adſcrip. §. fina.* Item de illa, *C. de ſacroſan. ec. l. ſancimus.* & de aliis, quas non habemus.

b ¶ *Reliquis.* ſubaudi. & aliis contractibus, qui ſunt reliqua adminiſtrationis earū rerum: & hoc in rubrica. nam alienatio [a] pertinet ad adminiſtratorem: *vt ff. ad Trebel. l. mulier.* Azo. Arg. contrà. *ff. de offi. procon. l. j. §. j.* & hoc ſi habes in litera, *& reliqua adminiſtrationis*, &c. ſi autem habet, *& reliquis adminiſtratoribus*, planum eſt.

c ¶ *De plantantibus.* ſc. ipſas Eccleſias fortè.

d ¶ *Omnes.* ſ. prædictas leges.

e ¶ *Licentiam.* hoc tenaciter in rebus eccleſiaſticis obſeruari [b] ſecūdùm conſuetudinē [c]: vt fieri debeat earum alienatio conſenſu [d] patroni, ſi quis ibi fuerit: vel plebani, ſi capella plebanum habeat: alioquin cum auctoritate epiſcopi : & ſi nō faciat, reuocatur [e]; cauſa tamē cognita, ſcilicet an decepta ſit in contractu Eccleſia. ¶ Item an pretium ſit in eius vtilitatē cōuerſum; donare quoque poteſt amicis benè [f] merentibus ſecundùm Alc. Item ſecundùm cōſuetudinem regni etiam ſine eius cōſenſu, vel auctoritate ſolus prælatus dat in feudum [g].

f ¶ *Monaſteriis.* id eſt, monaſteria poſſunt alienari, ſecundùm hoc: *vt infrà, eo. §. & hoc quidem. ibi, in aliis.*

g ¶ *Sub alterno.* i. pari donatione: *vt in Nouell. eo. tit.*

h ¶ *Ad imperialem.* *vt ſuprà, de non alie. §. ſinimus. colla ij. & ſuprà, vt de ckte. commu. in princip. coll. v.* ¶ Et ſic not. quòd priuilegiatus [h] à priuilegiato accipit, *arg. contrà, ff. de reb. eo. l. ſi pupillorum circa princip.*

i ¶ *De colonis.* i. [i] adſcriptitiis.

k ¶ *Dari.* id eſt, vendi, vel donari, vel alio modo.

l ¶ *Concedimus.* quia inter mobilia [k] computantur : *vt ſuprà, de non alie. §. j.*

m ¶ *Commemoratorum.* alias, *memoratorum?* & ſubaudi prælatos.

n ¶ *Iubemus.* id eſt, permittimus.

o ¶ *Inſtantis.* ſcili. præſentis penſionis, ſiue reditus.

p ¶ *Dimittimus.* alias, *diminuimus.*

q ¶ *Proaſtiis* de [a] proximæ villæ agris, vt dicunt: ſed magis videtur de remotis dicere: à [b] pro quod remotionem ſignificat : vt dicimus in proconſule. [c] Sic enim licet à nominis interpretatione argumentari : *vt Inſtit. de dona. §. eſt & aliud.* Sed primum verius eſt, vt innuit litera ſequens.

r ¶ *Nominatis* repete, *& nominatis.*

ſ ¶ *Si quidem hic reditus.* id eſt, proaſtia. Az.

t ¶ *Augmentum.* ſc. fieri poteſt.

u ¶ *Quantitate.* non dicit de qua : vnde ad arbitrium [d] boni viri dico faciendum. hoc enim, quod ſequitur, *ſicut prædiximus*, &c. vult quòd in ſextam partem fiat deminutio, nam illud locum habet, quādo aliquos habet reditus : *vt ſuprà, de non alien. §. ſi verò contra ſecundùm Albe.* Sed hoc ſtare non poteſt: quia ille §. *ſi verò.* expreſsè dicit, quando nullos habet reditus; fieri tamē computationem intra xx annos niſi diceres hic in Eccleſia Conſtan. ibi in aliis. 1. Vel dic quòd hic dicit, ſicut prædictum eſt, ſubaudi ſcilicet in illo §. *ſi verò.* qui eſt ſupr. *de non alie.*

x ¶ *Domum.* ſcilic. priuatam, vt differat à ſequenti.

y ¶ *Peruenire.* à Titio putà.

z ¶ *Perſonarum.* i. domorum.

a ¶ *Ad quos.* eis, ſubaudi, ad quos, &c.

b ¶ *Recipere.* ſci. rem ipſam.

c ¶ *Soluta.* id eſt, diſſoluta.

d ¶ *Exiſtimant*, aliàs, *exiſtimauit.*

e ¶ *Si verò quædam.* licèt materia præſens vſque ad §. *& hoc quidem.* ſit de Eccleſia tantùm Conſtantinopolitana : *vt infrà, eodem §. & hoc quidem.* tamen iſte generalis eſt, vt ex hac litera colligitur: *vt infrà, eodem. §. quæcunque ideo, cum nota.*

f ¶ *Domorum.* prædictarum.

g ¶ *Depoſita.* i. deſtructæ ad terram.

h ¶ *In emphyteuſes.* perpetuas: alias, *In emphyteuſim.*

i ¶ *Perpetuo.* hoc expone, vt diximus *ſuprà, de non alie. §. alienationes.*

2 ¶ *In*

a Alienatio rerum ſacrarum pertinet ad adminiſtratorem.

b Alienationis rerum Eccleſiaſticarū quæ forma eſſe debeat.

c Alienatio rerum Eccleſiaſticarum fieri debet ſecundū conſuetudinē.

d Alienatio rerum Eccleſiaſticarum quorum conſenſu fieri debeat.

e Alienatio rerum Eccleſiaſticarum non ſolemnis an, & quemadmodū reuocetur.

f Alienari poteſt res Eccleſiaſtica, vt detur bene merito.

g Alienare, aut potius dare in feudum rem Eccleſiaſticam ſolus prælatus ſine ſuperioris auctoritate poteſt.

h Priuilegiatus à priuilegiato accipit.

i Male, hic item non eſt vel de [illegible] vel de [illegible] iure, vel de co[illegible] iure. *ſic Nouell. 7.* [illegible]

k Fortè, *immo*[illegible]

a Proaſtia ſuburbana.

b *Pro*, particula, remotionē ſignificat.

c Argumentari licet à nominis interpretatione.

d Arbitrio boni viri definitur quantitas legibus non finita.

† Id eſt, ſuburbanis prædiis. *vide* [illegible]

† *En hoc §. ſumpta* [illegible] *Authen. quæ eſt ſuper l.* [illegible] *C. de ſacroſ. eccl. & ſi quæ* [illegible] *quæ Auth. eſt* [illegible] *9 q. 2 §. ſi quæ* [illegible]

dere ipſa loca: ita tamen, vt emphyteuſis in tertia parte [a] penſionum, quæ ex habitationibus adhuc ſtantibus colligebantur, ex principiis temporis emphyteuſeos procedat [b]: aut ſi emphyteuta maluerit, magis ſub iſto pacto accipiat loca: vt primitus ædificet, & ex adiectis illic per æſtimationem penſionibus medietatem partis dari venerabili domui, à quo ipſa loca accepit: & hoc fieri concedimus. vtatur ergo huiuſmodi emphyteuta & illic inuẽta de depoſitis habitationibus materia.

CAP. II.

Si quis vſus nomine rem Eccleſiæ habere voluerit.

¶ Si verò aliquis voluerit quamlibet rem immobilem nomine vſus accipere à ſanctiſſima maiore Eccleſia regiæ ciuitatis, aut vnius memoratarum venerabilium domorum [c], non aliter hoc accipiat, niſi aliam rem mox dominij iure præbuerit, ex quo eandem rem accepit, tantum habentem reditum quantum habeat res, quæ ei datur: & non maioribus fiſci præſtationibus prægrauatam: vt poſt eius mortem, aut poſt tempus, in quo datio vſus conuenit, non tranſcendentem videlicet accipientis vitam, vtraque res integra & in dominium, & in vſum in eandem venerabilem domum perueniat.

CAP. III.

Vt liceat vſque ad 30. annos res eccleſiaſticas locare.

¶ Locationes [d] verò ab ipſis venerabilib. domibus fieri concedimus in quantoſcunque cõtrahentibus annos placuerit; non tranſcendentibus videlicet triginta annorum temporibus.

CAP. IV.

Vt liceat res Eccleſiæ immobiles pignori obligare.

¶ Si verò † contigerit aliquam prædictarum venerabilium domorum nomine fiſcalium tributorum, aut alterius cuiuſlibet ſuperuenientis neceſſitatis venerabili domui, pecuniis egere: liceat eius ordinatoribus immobilem rem aut ſupponere, aut dare in ſpeciale [e] pignus, & creditor poſſideat rem, & eius fructus colligat, & reputet ſibi tam in his creditis pecuniis, quàm in vſuris, non autem maiorib. quàm quartam partem centeſimæ. Si verò perſoluerint debitum præpoſiti eiuſdem venerabilis domus, aut ex fructibus adimpleatur [f] creditum: redeat iterum res ad venerabilem domum, ex qua data eſt.

CAP. V.

De emphyteuſi, & hypotheca rerum eccleſiæ.

¶ Emphyteuſeis verò, & hypothecas & vltra quinquẽnium volumus fieri à ſanctiſſima maiore Eccleſia regiæ ciuitatis, conſcientia, & conſenſu beatiſſimi huius ciuitatis epiſcopi, & patriarchæ iurantibus præſentibus Deo amabilibus œconomis, & chartulariis [g] eiuſdem ſanctiſſimæ maioris Eccleſiæ, quòd non ad præſcriptionem iuris eius contractus efficiatur. In aliis verò venerabilibus domibus [h], ſi quidem ſint chartularij, ipſos æquali modo iurare præſente eo, qui præeſt venerabili domui. Si verò non ſint chartularij, ab iis, qui præſunt venerabilibus domibus, propoſitis ſanctis Euangeliis contractum fieri in ſcriptis cum iureiurando addito huiuſmodi inſtrumentis, quòd non ad læſionem, aut præſcriptionem venerabilis domus contractus efficitur.

1. ¶ Oeconomis verò, & orphanotrophis, & reliquis venerabilium domorum ordinatoribus, necnon omnibus chartulariis, & parentibus eorum, & filiis, & aliis, qui per genus eis, vel nuptiarum iure coniuncti ſunt, interdicimus emphyteuſim, & locationes, ſiue hypothecas rerum ipſis venerabilibus domibus competentium, aut per ſemetipſos, aut per interpoſitam perſonam accipere [i]: ſcientibus eis, quòd ſi tale aliquid fiat, & hoc inualidum erit, & omnem ſubſtantiam tam eorum, qui accipiunt, quàm œconomorum, & chartulariorum, & ordinatorum, quibus ſecundùm prædictum modum coniuncti ſunt, in venerabilem domum, de qua rem accipiunt, poſt obitum eorum peruenire iubemus.

CAPVT VI.

De rebus aliarum Eccleſiarum extra ciuitatem Conſtantinopolitanam.

¶ Et hoc quidẽ ſuper iis, qui maioris Eccleſiæ ſunt, & prædictarum venerabilium domorum, quæ ſunt in hac regia ciuitate, vel eius circuitu adhærentium diſpoſuimus. In aliis verò ſanctiſſimis Eccleſiis, & monaſteriis, & xenodochiis, & noſocomiis, ſeu reliquis venerabilibus domibus [k], quæ in omnibus prouinciis noſtræ reipublicæ poſitæ ſunt, verũetiam monaſteriorum in hac regia ciuitate, & eius circuitu adhærentium, conſequenter definire præuidimus.

1. ¶ Licentiam igitur damus prædictis venerabilib. domib. non ſolùm ad tempus emphyteuſim facere immobilem rerum ſibi competentium; ſed & perpetuè [l] hæc eis emphyteutico iure volentibus dari. Et ſi quidem ſanctiſſimæ Eccleſiæ ſint, vel aliæ venerabiles domus, quarum gubernationem loci ſanctiſſimus epiſcopus aut per ſe, aut per venerabilem chorum clericorum faceret, cum voluntate eorum, & conſenſu [m] fieri huiuſmodi contractum, iurantibus præſentib. œconomis, & adminiſtratoribus, & chartulariis [n] ipſius

venera

a ¶ *In tertia parte.* diſtinguunt hic quidam, an ille, qui accepit in emphyteuſim rẽ ruinoſam, vult ſoluere ſtatim; an poſteaquam reædificauerit: vt in primo caſu fiat deminutio in ſexta parte ab eo, quod poterat colligi habitatione conſtante. quod intelligunt R. & Py. vt tertia pars præſtetur, & duæ remittãtur. Ioan. econtrà, ſcilicet vt duæ præſtẽtur, & tertia remittatur. Si autem à principio ſoluere non vult, tunc præſtet medietatem adiũctæ penſionis: vt ſi tunc reddebat decem cùm erat ruinoſa, & nunc lx. additio eſt in quinquaginta. & ſic xxv. dabit annis ſingulis: vt hîc dicit: & hoc eodem caſu dabit conſtantem, ſcilicet x. & ſic xxxv. dabit: *vt ſuprà, de non alien. §. ſi verò minus.* Quæ videtur contrà. Nam cùm in hoc eodem caſu loquatur; vt hîc dicit: videtur, conſtantem nunc penſionem ſolui. Sed ſolue vt dictum eſt.

¶ Sed nónne ſecundùm prædicta magis grauatur [a], qui ſoluit ſtatim, cùm tantùm ei tertia remittatur, huic autem medietas? Reſpond. hoc ſibi videtur melius, & leuius, quod elegerit [b], *vt Inſtit. de act. §. huic.*

b ¶ *Procedat.* hinc ſumitur authenti. *ſi quas ruinas.*

c ¶ *Domorum.* nam *Iubemus. C. de ſacroſ. eccleſ.* in Conſtantinopol. ciuitate habet locum: ſed hæc in aliis ibidem adiacentibus. Sed hodie idem eſt vbique: *vt infrà, eodem. §. quæcunque.* & facit *ad hunc §. C. de ſacroſanc. Eccleſ. l. iubemus §. fin. & ſupr. de non alien. §. ſi quis autem voluerit.*

d ¶ *Locationes.* ſcil. ſimplices.

e ¶ *Speciale.* multò [e] magis generale. nam & per ſuperiorem legem *de non alie.* ſpecialiter prohibentur: *vt ibi dicitur. § alienationis. & §. ſi enim.* ACCVRS.

f ¶ *Adimpleatur.* quod debet fieri: *vt hic, & C. de pigno. act. l. j. & ff. de pig. l. ſi is. §. j. & de diſt. pig. l. j.*

g ¶ *Et chartulariis.* illi [d], qui ſcribebant Eccleſiaſtica acta: & erant de ipſa Eccleſia, & habebant omnia ad manus meliùs, quàm alij. *argumen. ff. de edend. l. argentarius.* §. j. ¶ Et ſic not. quòd in [e] omnium præſentia ſit etiam venditio rei ciuitatis, &c. præſentibus Euãgeliis: *vt C. de ven. re. ad ciui. perti. l. fin. lib. x.*

h ¶ *Domibus.* i. monaſteriis. nam de his exceperat: *vt ſuprà, eodem. in prin.*

i ¶ *Accipere.* non admittuntur vt quilibet: [a] quod dic, *vt infrà eo. §. œconomus.*

k ¶ *Domibus.* in prouinciis conſtitutis; de quibus modò incipit tractare.

l ¶ *Perpetuè.* hîc dic, vt dixi ſuprà *de non alien. §. alienationis.*

m ¶ *Et conſenſu.* ſic venditio rei ciuitatis: *vt ſuprà dixi, & Cod. de ven. re. ad ciui. perti. l. fina. in fine.* & idem in vẽditione rei, quę fuit curialis, quæ fit à curia: *vt C. de prædus curia. l. ij.*

n ¶ *Chartulariis.* i. [b] tabellionibus, vel ſcriptoribus.

a ¶ *Domus.*

a Statim ſoluendi conditio an mitior, an verò grauior eſſe debeat.

b Nemo grauari intelligitur in eo, quod eligit.

e Generale pignus magis permittitur, quàm ſpeciale.

† *Sumpta eſt ex hoc §. Authent. quæ eſt ſuper l. iubemus nulli. C. de ſacroſanc. eccleſ. & incipit,* itẽ prædium. *quæ Auth. eſt commutata 10. q. 2. §. non prædium.*

d Chartularij qui.

e Venditio rei ciuitatis fit in omnium præſentia.

a Qui ex perſona non admittuntur ... aliquid facere, aut ... tendum ... vt quilibet ... adminiſtratio ... per interpoſitã perſonam, infra ...

b Chartul.

venerabilis domus [a], quod ex hac emphyteuſi nullum dãnum eidem venerabili domui infertur. Si verò prochia, aut xenones, aut noſocomia, aut reliquæ venerabiles domus ſint propriã adminiſtrationem habentes: ſi quidem venerabilia oratoria eſſe contigerit, cum volũtate maioris partis ibidem ordinantium [b] clericorũ, necnõ & œconomi. Si verò xenones, aut prochium, aut noſocomium, aut alia ſit venerabilis domus, apud præpoſitum ipſius fieri contractum, iurantibus ordinatoribus earundem [c] venerabilium domorum in præſentia Deo amabilis epiſcopi, à quo præponuntur, aut ordinantur, quòd nihil ad læſionem [d], aut præſcriptionem ipſarũ venerabilium domorum de huiuſmodi contractu efficitur.

2. ¶ In venerabilibus verò monaſteriis primates eorũ cum ampliore, & maiore parte ibidem deſeruientium monachorum contractum efficiant. In prædictis verò omnibus iubemus inſcribi inſtrumẽtum cum iureiurando, quòd non ad læſionem aut præſcriptionem earundem [e] res agitur [f], hac verò obſeruatione huiuſmodi præcedente, relationem non ampliùs fieri à ſexta parte reditus, quem habet res [g], quæ in emphyteuſim datur. Quæcunque verò de lapſis domib. competentibus venerabilibus domibus, quæ in regia ſunt poſitæ ciuitate, ſuperiùs [h] diſpoſuimus: hæc in his [i] venerabilibus domibus valere præcipimus. Hoc etiam ſuper ipſis venerabilibus domibus definire præuidimus, vt ſi quædam ex eis ſiue pro publicis collationibus [k], ſiue pro alia neceſſaria cauſa eiuſdem domus debitis obnoxiæ [l] fiant, & non eſt poſſibile de rebus mobilibus eadem perſolui debita: primo quidem ordine in ſpeciali [m] pignore dari rem immobilem creditori: vt eius fructus colligens, reputet ſibi tam in ipſis debitis mutuis pecuniis, quàm in vſuris [n] non ampliùs quarta parte centeſimæ [o]. Si verò noluerit [p] iſto modo debitum tranſigere, iubemus per eos quidem, qui à ſanctiſſimo patriarcha ordinantur, ſiue metropolitæ, ſiue alij epiſcopi ſint, ſiue archimandritæ, ſiue orphanotrophi, aut noſocomi, aut xenodochi, aut aliarum venerabilium domorum ordinatores, apud ſanctiſſimos patriarchas [q], à quibus ordinantur, aut præponuntur monumenta fieri, & cum iureiurando ordinatorum, & conſenſu amplioris partis in eis [r] deſeruientium debitum [s] manifeſtari; & quia non eſt poſſibile [t] de rebus mobilibus iſtud perſolui: per eos verò, qui à metropolitis ordinantur, ſiue epiſcopi ſint, ſiue archimandritæ, ſiue orphanotrophi, ſiue prochotrophi, aut aliorum venerabilium locorum ordinatores, apud eos ſimiliter metropolitas epiſcopos huiuſmodi monumenta conſcribi: ab illis verò epiſcopis, qui aut à patriarchis, aut à metropolitis epiſcopis ordinantur, & habent ſub propria iuriſdictione aut monaſteria, aut prochia, aut xenones, aut noſocomia, aut alias venerabiles domos, ſub ſimilem modum fieri geſta: ita tamen, vt ſiue apud patriarchas, ſiue apud metropolitas [u], ſiue apud epiſcopos alios huiuſmodi geſta fiant, nullum pro his diſpendium, aut expenſam venerabiles domos ſuſtinere [x]. Propterea enim volumus [y] de cætero apud iudices prouinciarum, aut defenſores locorum huiuſmodi monumenta à memoratis perſonis, ſiue domibus agi, vt nullum diſpendium ſentiant. poſtquam verò iſta ſubſecuta fuerint apud memoratos ſanctiſſimos aut patriarchas, aut metropolitas, aut alios epiſcopos, tunc per prædictos ordinatores debitricis domus venerabilis in ſcriptis in publico ciuitatis loco proponantur per viginti dies: & iſto modo hortetur eos, qui emere voluerint immobilem rem: vt qui plus præbet, aliis præponatur. His verò omnibus præcedentibus venditionibus venditionem fieri [z], pretio modis omnibus pro debito dando [a]: vt non aliter habeat emptor munitionem, niſi pretium pro ipſo debito perſoluatur, & hoc euidenter inſcribatur, quòd nihil ad læſionem aut præſcriptionem eiuſdem venerabilis domus efficitur.

3. ¶ Si verò ſecundùm prædictum modum emptor huiuſmodi rei non inueniatur: iubemus creditorem ex iure prædictarum venerabilium domorum, quod pro ſoluto dicitur, eandem accipere poſſeſſionem, iuſta,

a ¶ *Domus.* ſiue oratoria. id eſt, eccleſia: vt differat à ſuperiori.
b ¶ *Ordinantium.* id eſt, ordinatorum. aliàs, *adorantium.* id eſt, ſeruientium. ACCVRSIVS.
c ¶ *Earundem.* ſ. domorum venerabilium.
d ¶ *Ad læſionem.* ¶ No. aliqua [a] permitti fieri ad vtilitatem, quæ ad damnum non permittuntur. *vt hîc, & ff. de tranſact. l. cum his §. eam. & Inſtit. de aucto. tut. in princip. & ff de bo. auct. iud poſſ. l prætor. §. meum.* ACCVRS.

a Vtilitatis gratia quædã fiunt, quæ alias non.

e ¶ *Earundem.* ſcilicet domorum venerabilium.
f ¶ *Res agitur.* i. contractus. ALB.
g ¶ *Res.* ſi habet modò talem, vel maiorem reditum, quàm tunc, quãdo ad venerabilem domum deuenit: aliàs ſi minorem parum, tunc tẽpus, quod venit cum ea deminutione, de qua hîc dicit: *vt ſuprà, de non alie. §. quia verò Leonis.* Si verò multum deminuta ſubſtantia eſt ob cladem: tũc ſerua quod dicitur infr. *proxi. § quæcumque,* &c. & *ſupr. eo. §. ſi verò.* ¶ Et not. quòd hinc ſumitur illa Auth. *perpetua.* &c. vſque illuc, *ſoluto,* & reliqua ſumitur *ſuprà, de non alienã. §. quia vero Leonis. & §. ſi vero.* ACCVRS.
h ¶ *Superius.* vt ſuprà, *eodem. §. ſi verò quadam.*
i ¶ *In his.* id eſt, omnibus aliis per prouinciam conſtitutis.
k ¶ *Collationibus.* ad quæ tenentur Eccleſiæ: *vt Cod. de ſacroſanct. eccleſ l placet.* Sed hodie [b] non, per l Friderici, *ad decorem. §. j. coll x.*

b Eccleſiæ nõ tenentur ad collationes publicas.

l ¶ *Obnoxia.* alias, *obnoxij.* ACCVRS.
m ¶ *In ſpeciali.* olim tantùm generale permittebatur: *vt ſuprà, de non alienan. aut permutan. §. alienationis. & §. ſi enim quæ ſunt contrà.* ſed hoc corrigitur [c], & permittitur etiam ſpeciale.

c Pignus ſpeciale rerũ Eccleſiaſticarum hodie permiſſum.

n ¶ *In vſuris.* hoc eſt, omni debitore, & creditore: *vt C. de pig. actio. l. j & de diſtractio. pigno. l. j.* ¶ Et caue tibi: quia licèt hic permittat in ſorte: poteſt [d] tamen prius in vſuris percipere creditor: *vt Cod. de ſolutio. & libera. l. j.* & ſic non ſeruatur ordo [e] ſcripturæ, *vt Inſtitut. de legat. §. ante hæredis.* 2. Vel dic ſpeciale in eccleſia: vt hic.

d Creditor Eccleſiaſticus potest quidẽ à Eccleſiaſticus primo in vſuris ſibi debitas imputare. deinde ſortẽ.
e Ordo ſcripturæ non ſemper ſeruatur.

o ¶ *Centeſima.* centeſima [f] dicitur, quæ ann. ſorti æquiparatur, quaſi rotunda: vt centenarius numerus eſt rotundus. & hoc rarò permittitur. quarta [g] ergo dicitur, quæ quatuor annis æquiparatur, & ſic ſi benè computes, facit quinque denarios pro qualibet libera, & quolibet menſe.

f Centeſimæ vſuræ.
g Quarta pars centeſimæ.

p ¶ *Si verò noluerit.* id eſt, creditor non vult huiuſmodi pignus ſic accipere. ACCVRS.
q ¶ *Patriarchas.* & ſic quilibet apud ſuum ordinatorem: *vt hîc, & infrà, ibi, per eos verò, &c.* in caſu tamen fallit, ſcilicet cùm archiepiſcopus vendit. nam de ſua ſynodo duo debent interuenire epiſcopi: *vt ſuprà, vt nullus fabricet orato. do § ſi.*
r ¶ *In eis.* ¶ Not. duo. & maiorem [a] partem, & deſeruientium. maior autem pars attenditur primò in numero, ſecundò in dignitate: *vt ff. de pact. l. maiorem.* deſeruientium autem ideo: quia ſi qui monachi ſint de eodem monaſterio non tamen ibi deſeruiunt, ſed in ſuis cellulis ſtant, non exigitur conſenſus eorum. Item neque [b] abſentiũ: oportet tamẽ eſſe præſentes duas partes omnium ordinatorum: *vt ff de decre. ab ordine fa. l. 3. & ff. quod cuiuſque vniuerſi l. nulli. & l plenè.* & maior pars illarum duarum partium debet conſentire: *vt C de decur. l. nominationum. & de præd. dec. l. 4. lib. x.*

a Maior pars quando dicatur
b Abſentium cõſenſus non requiritur, vbi plures ſunt præſentes.

s ¶ *Debitum.* ſ. per eos: vt ſuprà poſuit. ¶ Sed quid ſi neſciunt: quia nouiter fuit electus: & ſic non interfuit: quia paruin eſt quòd fuit electus. Reſp. non compellitur peierare: *arg ff. de in lit. iur. l. videamus.* Sed fortè iurabit œconomus, vel alius, qui ibi maior ſit: *vt arg. ſuprà, eod. §. licentiam in fine §.*
t ¶ *Poſſibile.* id eſt, commode *vt ar ff. de verba. ſigni l. Nepos Proculo.*
u ¶ *Metropolitas.* id eſt, archiepiſcopos. ACCVR.
x ¶ *Suſtinere.* ſcilicet debeant. ſic nihil dabitur tabellioni: *vt C. de epiſcop. audien. l. iam dementia.* ACCVRS.
y ¶ *Volumus.* alias, *non volumus.* ACCVRS.
z ¶ *Venditionem fieri.* contra ſ. *de non alienan. aut per. §. nos igitur.* Solut. ibi regulare, hic ſpecialiter permittitur.
a ¶ *Dãdo.* emptor enim ſoluet creditori. *vt ff. de rebus eo. qui ſub tute. l. magis. § ne tamen & ſupr. de eccleſ. re immobi. alien. § ſancimus* ACCV.

a ¶ *Dees*

iuſta, & diſtricta æſtimatione facta: & addita in pretio decima [a] parte vniuerſæ æſtimationis, in ipſa quantitate accipere rem creditorem pro ſolutione, certo dominio poſſeſſurum: ita tamen vt ordinatores debitricis venerabilis domus, & amplior pars deſeruientium, huiuſmodi venditionibus cõſentiant. Quòd autem præbetur in hoc [b] immobilis res, non per electionem [c] creditoris detur, ſed ſecundùm æquitatem: aliud quidem fructiferarum, aliud verò poſſeſſionum ſterilium eiuſdem venerabilis domus, & in reditu earum, & in fiſcali ſolutione, & reliquæ ordinationis. Si verò quis aut epiſcopo [d], aut œconomo, aut ordinatori cuiuſlibet venerabilis domus, ſiue in regia ciuitate, ſiue in prouinciis conſtitutæ pecunias credidit, aut poſthac crediderit [e]: iubemus neque eis [f] hoc reputari pro venerabili domo, niſi primitus oſtenderint, quòd in vtilitates prædictæ venerabilis domus iſta profecerunt, neque ipſum creditorem, aut hæredes eius contra venerabilem domum habere aliquam pro ipſis actionem, niſi monſtrauerint quod in vtilitatibus venerabilis domus cõpetentibus pecuniæ profecerunt [g]: ſed contra mutuas accipiétem pecunias, aut hæredes [h] eius, proprias moueant actiones.

CAP. VII.

De permutatione rerum eccleſiaſticarum.

Omnes Eccleſiæ, excepta maiore Conſtantinopolitana, & venerabilibus locis et ſubiectis, permutare adinuicem poſſunt, vtriuſque Eccleſiæ indemnitate ſeruata: ea verò quæ ab imperiali domo proceſſerunt, nullo modo alienari poſſunt, nec etiam monaſteria. prædium autem inutile propter onus tributorum fiſcalium alienari permittitur, excepta maiore Eccleſia, & exceptis œconomis, & propinquis, quibus acquirere eſt prohibitum. Bart.

§ Hoc verò iubemus, vt excepta ſanctiſſima maiore Eccleſia regiæ ciuitatis, & venerabilibus orphanotrophiis, xenonibus, & prochiis, quæ ſunt in regia ciuitate, ſub eius conſtitutis ordinatione, licentiam eſſe omnibus ſanctiſſimis Eccleſiis, & venerabilibus domibus, necnon & monaſteriis, tam in hac regia ciuitate, quàm in diuerſis prouinciis conſtitutis, permutationes ad inuicem facere [i], quando vtrique venerabili domui ſeruatur indemnitas: conſentientibus in ſcriptis aut per depoſitiones huiuſmodi contractui, non ſolùm ordinatoribus vtriuſque venerabilis domus, ſed etiam ampliore parte in eis deſeruientium.

§ Ea verò, quæ ab imperiali domo in quamlibet venerabilem domum peruenerunt, aut poſtea peruenerint: nullo modo vendi, aut pignori ſupponi, aut permutari, aut omnino alienari concedimus [k], neque ſi ad alteras venerabiles domos tale aliquid egerint.

1. § Et quoniam cognouimus ab aliquibus fieri alienationes monaſteriorum, vt hæc à ſacra figura in priuatorum conuerſationem transferantur: & hoc omnibus modis prohibemus. Si verò tale aliquid factum deprehendatur: licentiam præbemus ſanctiſſimo loci epiſcopo hoc monaſteriis vindicare [l], & in antiquam figuram reducere. Si verò quis de prædictis venerabilibus domibus, quæ in hac regia ciuitate, ſiue in aliis prouinciis ſunt (excepta ſanctiſſima maiore Eccleſia regiæ ciuitatis) prædium habeat plurimis fiſcalibus tributis grauatum [m], ex quo nullus inferatur reditus venerabili domui: licentiam præbemus eiuſdem venerabilis domus ordinatoribus tale prædium alienare quolibet modo voluerint, ad perfectam ſecuritatem eiuſdem venerabilis domus, geſtis monumentorum videlicet in huiuſmodi alienatione conficiendis ab illis, à quibus ordinatores talium locorum præponuntur, ſiue ordinantur, & iurantibus in ſanctis Scripturis [n], præſente [o] antiſtite eiuſdem venerabilis domus,

a § *Decima* ſ. ſi res valeat decem, detur pro xi. [a] Alij, ſi valet xj. detur pro x. ſed tunc non decima ſed nona adderetur. Azo. alij, vt ſi res valeat decem, detur pro nouem: quia cùm [b] in vno grauetur quòd accipit eam inuitus, in alio releuetur, *argu. ſuprà, de trien. §. ſtudium coll. iij.* Sed prima verior eſt: *vt arg. infrà de eccl. tit. §. ſin autem animale.* Accvrs.

b § *In hoc.* id eſt, in ſolutione.

c § *Per electionem.* Imò ad electionem [d] creditoris: *vt ſuprà de fideiuſſ. §. quòd autẽ quæ eſt contra.* Sol. ibi creditor pretioſius [e] metallum, ſcilicet aurum mutuauerat: vnde in rebus pretioſioribus ſolutionem debet recipere. 2. Vel hoc ſpeciale in Eccleſia, quod eſt verius.

d § *Aut Epiſcopo.* nec ſufficit quòd is, qui accipit, ſolitus erat in vtilitatem Eccleſiæ vertere: *vt ff. de in rem verſo. l. quod ſi. §. quod tamen.*

e § *Crediderit.* ſcil. aliquis creditor in præterito, vel in futuro credet, vt ſubiicit.

f § *Neque eis,* ſc. creditoribus. Accvrs.

g § *Profecerunt.* § No. credentem [f] Eccleſiæ debere probare in vtilitatem Eccleſiæ conuerſum, *vt hic:* ſic & credentem maiori: *vt C. ſi aduer. credi. l. j.* ſic & agens de in rem verſo: *vt ff. de in rem ver. l. ij. §. ſed & ſi.* Sed agens exercitoria, ſufficit, ſi probet nauem indigere eo tẽpore, quo mutuat: *vt ff. de exerc. l. fin.* & intellige verſam [g] ſiue à principio vertit alendo familiam, vel ſoluendo creditori: *vt ff. de in rem ver. l. j. & iij. §. j.* ſiue ex poſtfacto: *vt ff. ad Macedo. l. ſed Iulianus. §. proinde. & §. & ſi ab initio.* § Sed quid ſi ſolitus [h] erat hic prælatus vertere in vtilitatem Eccleſiæ, & diligens eſſe? Videtur quòd hîc præſumitur [i] vertiſſe: *argu. ff. de probat. l. cùm de indebito. §. j. & ff. de re milit. l. nõ omnes. §. à Barbaris.* Sed dico contrà: *vt hic, & argu. ff. de in rem ver. l. iij. §. ſed & ſi. in fin. §.* § Item not. hic factũ [k] perſonæ in dãnum Eccleſiæ non redundare: hoc tamen fallit in tribus caſibus. 1. Primus eſt de hæreditate hæretici: *vt ſuprà, vt cùm de appel cogno. § ſi verò liberi.* 2. Secundus eſt in hæreditate raptoris: *vt infrà de ſanctiſ epiſco. §. pe.* 3. Tertius eſt in naue extructa contra fœlicem embolam: *vt Cod. de ſacroſanct. Eccleſiis, l. iubemus. & hæc ſunt contra. huic.* Sed certè non contrahendo, ſed delinquendo illud euenit. § Item quid ſi mutuauerit pecuniam toti [l] capitulo? adhuc dico habere locum, quod hic dicit, vt meliùs debeat probare: licèt quidam dicant contrà. Sed Azo dicit probari [m] poſſe per præſumptionem [n], *per l. fina ff. de exercit.* vel quia ſit diligens, *per l. ff. de probat. l. cùm de indebito. §. 1.* vel quia omnibus [o] ſimul ſit data, *per l. C. de ſacroſan Eccl. l. iubemus.* Sed illa in delicto loquitur, vt ibi dixi. Præterea hæc litera vult ſubtiliter probari, ſicut in rem ver. *vt dixi ff. de in rem ver. l. iij. § ſed ſi ſic.*

h § *Aut hæredes.* *vt ſuprà de non alien. §. œconomum. collatio. ij. & argu. ff. ſi certum petat. l. cinutas.*

i § *Facere,* permutat [b] ergo cum Eccleſia, vel cum alio venerabili loco: *vt hic, & ſuprà conſtitut. quæ ex adſcript. §. fina. collatio. v.* Item cum principe: *vt ſuprà de non alienan. §. finimus. & ſuprà, vt de cat. non fiant pig §. j.*

k § *Concedimus.* § Hîc not. quinque caſus, in quibus Eccleſia nullo [c] modo alienat. 1. Primus, quando à principe res data eſt: *vt hic.* 2. Secundus, quando ipſum monaſterium, vel Eccleſia alienatur: *vt infrà, §. proximo.* 3. Tertius, quando ipſemet emeret, vel cognato venderet: *vt infrà, eo. §. œconomus.* 4. Quartus, quando ſub hac conditione Eccleſiæ res data eſt, ne alienetur: *vt infrà eodem. § ſanctiſſimas.* 5. Quintus eſt: quia hæretico non alienat: *vt infrà de eccleſiaſt. tit. § iubemus.* His enim caſibus prohibetur alienatio, etiam ſi tali modo fieret, in quo alias permitteretur: permittitur autem alienatio in ſex [d] caſibus quod dic, vt ſuprà *de non alie. § nos igitur. in fi. in verbo, huiuſmodi.*

l § *Vindicare.* Quomodo vindicantur [e] eccleſiaſtica, *ſicut hic dicit, & Cod. de ſacroſanctis eccleſiis. l. ſancimus. & l. iubemus. §. ſanè. in fin. §.* & maximè ipſum monaſterium: *vt hic dicitur, & ſuprà de non alienan. aut permutan. §. quia verò cognouimus.* cùm [f] vindicatio domino detur: & ideo cùm in caſibus dominium quis non habeat, ceſſare debeat vindicatio: *vt ff. de rei vindicatione. l. in rem. §. locatè.* quæ eſt contrà? Reſpondeo, vindicatur vtili [g], non directa. 2. Vel dic, non quaſi ſua vindicat, ſed quaſi Eccleſiæ, & eius nomine: vt & tutor nomine pupilli.

m § *Grauatum.* § Sed hîc quæritur, nõnne [h] tributa propter ſterilitatem minuuntur: *vt C. de alluuione l. y.* Reſpondetur, propter præterita tributa non ſoluta dicitur inutile. nam à poſſeſſore ſemper petuntur: *vt ff. de public. l. imperatores.*

n § *Scripturis.* i. ſuper ſancta Euangelia.

o § *Præſente.* ſ. epiſcopo. Azo. vel alio prælato vendente.

a Creditor Eccleſiaſticus, in duobus his grauatur: cogitur enim rem Eccleſiaſticã, & quidẽ mediocrem in ſolutũ accipere iuſto pretio: deinde præter iuſtum pretium decimam pretij æſtimati Eccleſiæ numerare, vt ſi res valeat centũ quinquaginta, emptor numeret quinquaginta quinque.

b Grauatus in vno, in alio releuandus.

c Grauari creditor intelligitur, quoties loco pecuniæ rẽ immobilem in ſolutum accipere cogitur.

d Creditor cogitur, nõnunquã aliud pro alio accipere.

e Aurũ eſt inter metalla pretioſius.

f Quibus caſibus creditor probare debet mutuum verſum eſſe in vtilitatem accipientis.

g Verſum in vtilitatem alicuius, quemadmodũ quid dicatur.

h Præſumptio ſumitur à ſolitis.

i Vertiſſe in vtilitatem Eccleſiæ res præſumitur, qui ſolitus eſt eas antea in vtilitatem vertere.

k Factum adminiſtratoris certis caſibus Eccleſiæ nocere poteſt.

l Verſum intelligitur in vtilitatem Eccleſiæ, quod vniuerſo capitulo datur.

m Vertere in vtilitatem Eccleſiæ præſumitur is, qui alias diligens in accipiendo, & vertendo fuit.

n Præſumptio ne colligimus aliquid verſũ fuiſſe vtiliter.

a Præſump[tio] induſtria ... des in ... tudine ... quo à ... bus res pe[...]

b Permu[tatio] Eccleſiæ qua[...] admodum poſſi[t].

c Eccleſia quibus caſibus alienare non poteſt.

d Eccleſia ſex caſibus immobilia poteſt alienare.

e Eccleſiaſticas res ... cat Eccleſia œconomus ... tis, non tam ... ſta ... nõ alias quam tutor res pupilli ſui.

f Rei vindicatio datur domino.

g Rei vindicationis vtilis, alia directa.

h Tributa propter ſterilitatem minuuntur.

a § Quòd

& ampliore parte in ea deſeruientiũ, quòd neque [a] per proditionem, neque per gratiam, aut quamlibet [b] præſcriptionẽ alienatio fiat, ſed vt ſeruetur immunitas [c] eidem venerabili domui.

¶ Oeconomis verò, & ordinatoribus clericorum, & chartulariis vbicunque venerabiliũ domorum conſtitutarum, aut parentibus eorum, & filiis, & quibus ſecundùm genus, aut ſecundùm matrimonij iura coniunguntur, locationes, aut emphyteuſis, aut emptiones, aut hypothecas rerũ immobilium ipſis venerabilibus domibus cõpetentium ſubire aut per ſe, aut per interpoſitam perſonam [d], ſecundùm quod & iis, qui in regia ciuitate ſunt, prohibemus [e].

CAP. VIII.

Si emphyteuta Eccleſiæ per biennium in ſoluendo canone ceſſauerit.

Si conductor, vel emphyteuta rem acceptam deteriorem fecerit, vel canonẽ per biennium non ſoluerit, poteſt reiici de re: & dãnum, & penſionem ſoluere cogendus eſt, nulla actione pro melioratione cõpetente: Eccleſia autẽ repellere nolente, exigere poteſt quod ei debetur. Bart.

¶ Si verò quis † aut locator, aut emphyteuta, cuius [f] rei competentis aut ſanctiſſimæ maiori Eccleſiæ, aut alteri venerabili domui in quolibet loco noſtræ reipublicæ conſtitutæ, aut deteriorem faciat rem, quam quidem aut accepit, aut poſt hoc acceperit, aut per biennium [g] non intulerit, quod ab eo promiſſum eſt emphyteuticum, aut locationis canonem: damus licentiam venerabili domui, ex qua locatio, aut emphyteuſis facta eſt, & quæ debentur ſolum pro præcedente [h] tempore, & antiquũ ſtatum locatæ, ſiue emphyteuticæ rei exigere, & eiicere de emphyteuſi, ſiue de locatione, non valentem de emponematis † actionem aliquam contra venerabiles domos mouere. Si verò noluerint prædicti ordinatores expellere eum, exigi quidem eum præcipimus, quæ pro locatione, ſiue emphyteuſi debere cognoſcitur, vſque ad definitum verò tempus completum, ſibi datam rem tenere eum, & quæ placita ſunt dare [i]. Si verò refugiat, licentiam præbemus præpoſitis eorumdem venerabilium locorum indemnitatem venerabilibus domibus de eiuſdem rebus fieri, non valente neque hìc de emponematis [k] † aliquid prætendere.

CAP. IX.

Vt liceat pro redemptione captiuorum res immobiles Eccleſiæ alienare.

Immobiles res Eccleſiæ poſſunt alienari pro redemptione captiuorum, niſi earum alienatio Eccleſiæ fuerit expreſſè interdicta. Itẽ Hieroſolymorum Eccleſia res immobiles alienare legitimè poteſt pretio ſtatuto. Bart.

¶ Sanctiſſimas verò Eccleſias [omnes, ſeu œconomos †] ciuitatum [l] præcipimus alienare res immobiles pro captiuorum redemptione: niſi ſub hac conditione poſſeſſiones aliqui eis dederint, vt nullo modo has alienent [m]. Hoc autem concedimus, vt Hieroſolymorum ſanctiſſima Eccleſia † licentiam habeat domos competentes ei non poſitas in eadem ſancta ciuitate vendere, non minori pretio, quàm de penſionibus eius in quinquaginta [n] annis colligitur: vt ex earum pretio reditus meliores emat. Si verò quidam cuilibet venerabili domui, ſiue in hac regia ciuitate; ſiue in prouinciis poſitæ, ſteriles poſſeſſiones donauerint, aut vendiderint, aut alio modo conceſſerint [o], aut dereliquerint [p]: iubemus pro talibus rebus nullam læſionem ſuſtinere venerabilem domum, in qua huiuſmodi poſſeſſiones peruenerunt: aut fiſcalium nomine [q], aut alterius cuiuſlibet cauſæ gratia prægrauari: ſed omne huiuſmodi onus in dantes, & eorum hæredes recurrere: neceſſitatem habentibus recipere datas huiuſmodi poſſeſſiones, & reſtituere de propria facultate venerabili domui omne damnum, quod ex huiuſmodi occaſione ei contigerit. Si verò etiam ei talis dolus in re ſubſecutus eſt, vt aliquæ pecuniæ pro hac venerabili domui darentur, & eas iubemus in proprium lucrum venerabilem domum habere: ſteriles verò res ei, qui dedit, & hæredibus eius omnino reſtitui.

1. ¶ Ad hoc iubemus, vt nulla neceſſitas ſanctiſſimis Eccleſiis, vel aliis venerabilibus locis tam in regia ciuitate, quàm in omnibus reipublicæ noſtræ prouinciis poſitis inferatur, poſſeſſiones ſteriles, aut frugiferas vbilibet conſtitutas emere: vt non inueniantur per hanc occaſionem, & quas habent perdere, aut debitis obnoxiare. Si verò quis voluerit rem immobilem nomine vſus accipere ab aliqua prædictarum venerabilium domorum (ſecundùm quòd ſuperiùs de venerabilibus domibus, quæ in regia ciuitate ſunt poſitæ, diſpoſuimus [r]) non aliter hoc accipiat, niſi aliam mox rem dominij iure præſtiterit venerabili domui, à qua eandem rem acceperit, tantũ habentem reditum, quantum habet res, quæ ei datur, & non maioribus tributis grauatam: quatenus poſt eius tranſitum, aut tempus, in quo datio vſus eſt placita, non tranſcendens ſcilicet eius qui acceperit vitæ tempus: vtramque rem integro iure, & ſecundùm dominium, & ſecundùm vſum in ipſam venerabilem domum

a ¶ *Quòd neque.* nunc computat ſacramentũ.
b ¶ *Quamlibet.* ſc. pecunia accepta.
c ¶ *Immunitas.* i. indẽnitas.
d ¶ *Per interpoſitam perſonam.* ¶ No. non [a] admittuntur iſti vt [b] quilibet, vt & iudex de officio ſuo: *vt ff. de contrah. empt. l. non licet.* & tutor de tutela *vt ff. de auctor. tut. l. pupillus & de re. eo. l. quamuis* & creditor, & emptor in emptione pignorum: *vt C. de diſtrac. pig. l. qui ſub imagine.* nec fideiuſſor: *vt Co. de dol. l. j.* Sed videtur quòd clerici poſſunt accipere: *vt infr. de ſan. epiſc. §. ſi autem.* Solut. ibi de clericis ſubditis, hìc de prælatis.
e ¶ *Prohibemus.* i. ſicut prohibuimus de rebus Eccleſiæ regiæ ciuitatis: *vt ſupr. eod. §. emphyteuſis.* ita in aliis ciuitatibus. Accvrs.
f ¶ *Cuius.* id eſt, alicuius.
g ¶ *Per biennium.* Not. hìc, in [c] emphyteuſi Eccleſiæ, vel conductore biennium: vt hìc in emphyteuſi priuati triennium: *vt Co. de iure emphy. l. ij.* in colono priuati biennium: *vt ff. locati, l. quæro. §. inter.* ¶ Sed quid ſi Eccleſia habeat? Reſp. ſeruabo, quod hìc dicit: *arg. C. de fructib. & lit. expen. l. fi.*
h ¶ *Præcedẽte.* hoc ideo: quia contractus à principio ſecundùm legem eſt initus: alioqui etiam pro futuro tempore ſoluit: *vt ſuprà, de non alie. re. eccl. §. ſi verò quiſpiam. collat. ij.* Azo. *quæ eſt contrà.* & ſic eo caſu locupletaretur [d] Eccleſia cũ aliena iactura. Sed ſibi [e] imputaret, cùm quis ſua culpa damnum ſentiret, &c. *vt ff. de reg. iur. l. quòd quis.*
i ¶ *Dare.* compellitur [f] reconducere, vel tenere conductionem. ſic *ff. de pub. & vect. l. cotem. §. ſi. arg. cõtra. in eo. tit. de pub. l. locatio. §. j. & de iu. fiſc. l. iij. §. cùm quinquennium.* Accvrs.
k ¶ *De emponematis.* id eſt, de meliorationibus. ¶ Et ſic not. quòd [g] ſi deiicitur propter non ſolutam penſionem, nihil obticit de huiuſmodi meliorationibus. ſecus in colono priuati hoc eodem caſu: *vt ff. loca. l. colonus.* quæ eſt contra. Accvrsivs.
l ¶ *Ciuitatum.* id eſt, Eccleſiarum, quæ ſunt in ſingulis ciuitatibus, & eſt ad hunc §. *Cod. de ſacroſanc. Eccleſ. l. ſancimus in ſi.* vbi dicit, quòd animæ hominum, &c. Accvrs.

m ¶ *Alienent.* quod [a] pactum eſt ſeruandum: *vt Cod. de re. ali. l. fina. & de pact. inter empt. l. final. & ſuprà, vt ſpon. larg. § fi.*
n ¶ *Quinquaginta.* ſic & alias pretium [b] ex reditu conſtituitur: *vt infrà de eccleſ. titul. §. ſi autem annale. & ſuprà eodem. §. quod autem præbetur.*
o ¶ *Conceſſerint.* ſ. inter viuos.
p ¶ *Dereliquerint.* in vltima voluntate. & hoc declarat verbum, *relinquere* [c]: *vt ff. de tab. exhi. l. j. in ſi.*
q ¶ *Nomine.* [d] non futuri temporis nomine: (quia non poteſt cogi ampliùs præſtare, quàm percipiat: *vt Cod. de al. lu. l. ij.* & ſic nullum eſſet priuilegium:) ſed præteriti, cuius nomine poſſeſſores tenentur: *vt ff. de publican. l. imperatores.* & concordat ad hunc §. *ſuprà de non alie. §. ſicut autem. in fin. titu. coll. ij.*
r ¶ *Diſpoſuimus.* vt *ſuprà, eodem §. ſi verò aliquis.*

s ¶ Redem

Per interpoſitam, & altam [per]ſonam, cui ... inductiones ... emptio.
Quod ex ſe ... nõ poteſt ... id ... quiſ ... pro ...
Ceſſatio non ſoluti canonis quanti temporis eſſe debeat, ... emphy... vel conductione pri... *adde Clem.* ...
Locupletari ... aliena iactura Eccleſia ... poſſit. *adde* ...
... quod ... ſua culpa ... ſibi imputare debet ... quis ... conduce... in conductione per ... manere.
Emphyteu... *Auth.* ...
... Eccle... ob nõ ... penſionem melio... factas ... *adde* ... emphy...

a Res eo pacto dari alteri poteſt, ne alienetur.
† emphyteumatibus.
b Pretium rei ex eius reditu colligitur.
c Relinquendi verbum ad vltimas voluntates refertur.
d Tributa præſtantur ab Eccleſia, rerũ donatione acceptarũ nomine.
† Pro incluſis legendũ, *Odeſſi, & Tomos.* ... quamquã in manuſcripta Iuliani epitome legitur, *Edeſſa, & Tomos*, ſunt autem Tomos, & Odeſſus Thraciæ oppida ad Iſtrũ fluuium; de quib. Plin. *lib. 4. c. 11.* Cont.
† Quæ appellatur Eccleſia ſanctæ reſurrectionis: *in Nou. 40.* quæ cum hoc ca. conferenda eſt. Cont.

domum peruenire. Et hoc quidem de immobilibus rebus iubemus.

CAPVT X.

De ſacris vaſis cuiuſque Eccleſiæ, vel oratorij.

¶ De ſacris † autem vaſis competentibus ſanctiſſimę maiori Eccleſiæ regiæ ciuitatis, aut aliis venerabilibus oratorij domibus, in qualicunque loco noſtræ reipublicæ poſitis, generaliter conſtituimus, vt non aliter hæc vendantur, aut ſupponantur, niſi pro captiuorum redemptione [a]. Si verò ſunt plura vaſa in aliqua memoratarum venerabilium domorum, nullum neceſſarium vſum facientia, & contigerit huiuſmodi venerabilem locum debitis aggrauari, & non ſint aliæ manifeſtæ res, de quibus debeant debita reddi: licentiam ei damus geſtis monumentorum (ſicuti ſuperiùs dictum eſt) conſtitutis, prædicta ſuperflua vaſa, aut aliis venerabilibus locis neceſſaria non habentibus vendere, aut conflare [b], & ſimiliter vendere, & eorum pretium in debitum præbere, vt non immobiles res alienentur.

a Captiuorum redemptio fauorabilis.

b Cōflare, pro confringere.

¶ *Ex hoc* ¶ *ſumpta eſt Authent. quæ eſt ſuper l. ſancimus nemini licere. C. de ſacroſan. eccleſ. & incipit. præterea ſi habet.*

c Locupletari an cum aliena ... Eccle...

a ¶ *Redemptione* [a]. hoc autem idem erat iam conſtitutum, *vt C. de ſacroſanct. Eccl. l. ſancimus. & ſuprà, de non alien. §. iiſdem.*

b ¶ *Conflare.* i. [b] confringere, & ſic vendere, quod ſequitur, ſcil. cuicunque.

c ¶ *Eidem.* & ſic hoc caſu, & ſequentibus locupletatur cum [c] aliena iactura & ſic eſt contra *ff. de condictio. indebit. l. nam natura.* Sol. Eccleſia non iniuria, ſed iure fit locupletior: quia emphyteutæ ſuo poteſt obiici culpa: *vt ff. de reg. iur. l. quod quis ex culpa.* & dixi s. *eodem. §. ſi verò quis.* & concordat huic & ſequent. §. quod eſt *ſuprà de non alienā. §. quia verò Leonis. cum ſequent.* & quæ ibi diximus, hic poſſunt reperi.

d ¶ *Tale.* ſcilicet illicitum.

e ¶ *Loquebantur.* ſcilic. ſi contra legem iſtam loquantur.

CAP. XI.

Quibus pœnis ſubiiciantur, qui præſentem conſtitutionem violauerint.

Contrahentes cum Eccleſia contra, vel præter formam huius conſtitutionis, pœna hic inſerta puniuntur, & etiam tabellio, qui talia contractuum inſtrumenta conſcripſerit. BART.

¶ Si verò præter hæc, quæ inſerta ſunt præſenti legi, contractus fiat ſuper competentibus rebus mobilibus & immobilibus vni memoratarum venerabilium domorum: reddi quidem eidem [c] ſanctiſſimæ Eccleſiæ ſiue venerabili domui rem, ſuper quam tale [d] aliquid ſubſecutum eſt cum medij temporis fructibus. maneat autem apud eam & pretium, aut antidorum, aut quod pro permutatione, aut alia qualibet occaſione datum eſt ei. Si verò emphyteuſis agatur præter hæc, quæ diſpoſita ſunt à nobis, reddi ſanctiſſimæ Eccleſiæ, ſiue venerabilibus domibus, vel locis eamdem rem iubemus, & emphyteuticum ſecundùm quod placitum eſt dare, & pactum finiri ſecundùm virtutem emphyteuticaliū inſtrumentorum. Si verò donetur res Eccleſiaſtica, aut alterius venerabilis domus, & hanc reddi ſanctiſſimæ maiori Eccleſiæ, aut aliis venerabilibus domibus cum medij temporis fructibus, & tantum aliud, quantum valebat ipſa res. Si verò hypothecæ contra hæc dentur, creditor quod ei debetur, perdat, & res venerabili loco reddatur: tabellionibus præſumentibus præter hanc noſtram legem talibus miniſtrare inſtrumentis, perpetuo exilio condemnandis. Si verò aliquid ante hanc noſtram legem ſecundùm antiquas conſtitutiones factum eſt: hoc iubemus omnibus modis propriam virtutem habere. Omnia verò, quæ contra antiquas leges facta ſunt, reuocari ſancimus, & res, quæ contra virtutem earum data eſt, venerabilibus domibus reddatur, & de cætero ſecundùm præſentem legem omnia fieri diſponimus vacantibus poſthac aliis omnibus conſtitutionibus, quæ ſuper talibus caſibus dudum loquebantur [e].

EPILOGVS.

¶ Eminentia igitur tua, quæ per præſentem legem in perpetuum valituram noſtra ſancit tranquillitas, inconuulſa obſeruare feſtinet, edicto in ſolennibus, & legitimis locis per decem dies propoſito: & nullo pro tali occaſione in prouincias deſtinādo. Nos enim prouidemus quali modo ſine collatorum læſione omnibus præſens noſtra generalis conſtitutio manifeſta fiat. Dat. VII. Id. Maij, Conſtantinop. Dn. Iuſtinia. PP. A.* Baſilio V.C. Conſule.

VT PARTICVLARES VSVRARVM SOLutiones in duplum computentur.

TITVLVS IV.

Nouella conſtitutio cxxj.

Imp. Iuſtin. Aug. Baſilio præſidi Tharſis.

Vſura ſupra duplum non debentur: id eſt, altero tanto ſorte amplius l. ſi non ſortem. §. j. ff. de condict. ind. & l. 4. §. pro operis ff. de nau. fœ. *quæ vetus lex eſt:* vt docui Obſer. v. *Et ne per retentionem quidem pignoris ſeruari poſſunt ſupra duplum.* d. l. 4. §. nec pignora. l. pen. C. de vſur. l. pretij. C. mand. *Vſura creditæ pecuniæ, quæ ex pacto peti non poſſunt, ſeruantur retentione pignoris.* l. 4. & 22. C. de vſur. *non ita retentione pignoris vſura ſeruantur ſupra duplum.* Item ex hac Nou. & 138. *vſurarum ſolutiones, quæ ſiunt per partes diuerſis temporibus, coaceruantur, & in duplum cōputantur, abrogata* l. 10. C. de vſur. *ex qua vſura ſolutæ per partes duplum excedere poſſunt. Excipiuntur tamen* Nou. 160. *quæ annui reditus, magis quàm vſuræ ſpeciem habent, vt in ſpecie propoſita Reſp. ex legatis collectam pecuniā, & relictam in opera publica, vel calefactiones balnearum ita collocauit, vt pro ea quotānis certus reditus, certáve intributio Reſp. pēderetur. Hic reditus perpetuò debetur quamdiu ſortem, qui acceperit non reddiderit, nec ſi ad duplum permanerit, finitur. Species autem huius Nouellæ hæc eſt. ſors erat* D. *aureorū: vſurarū nomine ſolutæ ſunt primùm* DCCCLXVII. *deinde* LXXII. *tum* X. *In ſumma* DCCCCXLIX. *Debitor adhuc paratus eſt ſoluere* LI. *vt perficiat* M *aureos, quæ ſumma duplum efficit. Liberatur & ſorte, & vſuris. Et verba, quibus Latinè olim hæc Nou. expreſſa fuit, quæ nondum quiſquam viderat hac ætate, quantumuis licèt anteriore magis, magiſque clara, vidit & inuenit Petrus Pithœus, delicium, & flos veteris, nouæque prudentiæ iuris, & quod caput eſt fidei & probitatis ſpecies, lumēnque verum, & hæc ſunt Imp. Iuſtinia. A. Arſileo. Quidā mutuatus ab aliquo* D. *aureos, ſoluit aliquā quantitatem vſurarum quaſdam autem debēs, cautionem emiſit in* DC. *aureos. Quoniam autem omnis ſolutio ad* DCCCCXLIX *aureos peruenit, & creditor dicebat totum in vſuras ſolutum fuiſſe, & exigebat* DC. *qui cautione continebantur, Ait lex, Si reliquos* LI. *ſoluerit, vt debitum duplicetur, nihil aliud exigetur: quamuis veteres dixerint tunc ſupra duplum non competere debitum, quando nulla ſolutio in medio contingit.* CVIAC.

PRÆFATIO.

CVm decuriones videamus nobis inſtare precibus, & libenter iis indulgeamus: meritò ſanè legibus contrarias artes, & per fraudem excogitatas confeſſiones valere non concedimus.

CAPVT I.

¶ Docuerunt enim potentiam noſtram Euſebius, & Aphthonius, qui Demetrio nepotes extiterunt, nati ex Palladio Demetrij filio, quòd is Demetrius Artemidoro per cauſam mutui quingentos aureos debuerit, in quam ſummam etiam vſuras ſtipulatus ſit. Nuper verò ſacram prodiiſſe formam, quæ voluerit, ſi duplum debiti ſoluatur, vt nulla contra ipſos ſecundùm leges noſtras ſuperſit exactio. Artemidori autem creditoris ſucceſſores, Epimachum, & Artemonem dixiſſe mentitos ipſos in precibus, neque noſtro dignandos auxilio: cùm debito planè ſatisfactum non fuerit, ſed ſoli nongenti quadraginta nouem aurei perſoluti ſint. Aiunt enim ſupplices, patrem ſuum Palladium vnà cum Demetrio patre cius, & Paulo octingentos ſexaginta ſeptem ſoluiſſe aureos.

aureos. Sed Artemomem, & Priſcianam Artemidori filios, qui Epimachi, & Artemonis illius alterius auus fuit, dixiſſe particularem ſe ſolutionem ſorti non adiungere: ſed omnia velle reputare in vſuras. hæc item innuere ſententiam prouinciæ præſidis, & propterea exegiſſe Palladium pro priore quingentorum aureorum fœneratitia ſyngrapha alteram aureorum ſexingentorum. Soluiſſe autem ipſi (inquiunt) diuerſis temporibus, & Palladium aureos ſeptuaginta duos, & Euſebium, atque Aphthonium decem, vt inde colligatur nongentorum quadragintanouem aureorum ſumma. Eum verò, qui controuerſiæ audientiam præbuerat, cùm in animo non reuolueret, quòd totius accuſationis eadem cauſa eſſet: non admiſiſſe ipſos, ſed voluiſſe in ſexingentos eos aureos ſortis condemnare. Petierúntque vt hac neceſſitate eximerentur: & collecto vniuerſo debito quingentorum aureorum, ſi quinquaginta vnum adhuc ſoluerent, qui reliqui eſſent ad mille ſolidorum quantitatem, tam vniuerſo debito liberarentur, quàm fœneratitiam ſexingentorum aureorum ſyngrapham reciperent.

CAPVT II.

¶ Cùm igitur leges noſtræ nihil vltra duplum ſolui velint: & nos in hoc tantùm differentiam habeamus cum prioribus, quòd illæ quidem debita conſtituant vſque ad duplum, ſi nulla particularis facta fuiſſet ſolutio: nos verò recipiamus, vt particulares etiam ſolutiones debita diſſoluant, ſi vſque ad duplum pertingant: ſancimus vt ſecundùm hoc fiat computatio: & ſi tantum hi perſoluerint, quantum adhuc ad mille aureos deeſt, recuperent etiam fœneratitiam ſexingentorum aureorum ſyngrapham, ne debitum ex hac cauſa multipliciter exigi deprehendatur.

EPILOGVS.

¶ Quæ itaque nobis placuerunt, & per hanc ſacram pragmaticam declarantur formam, ea ſtudeto magnificentia tua effectui, & fini tradetur, tam ea interpretatione, quæ de hac cauſa in ſententiis, quorum ſupplices meminerunt, facta eſt, abolita: quàm omnibus, quæ per obreptionem, & ex vna tantùm parte confecta ſunt, aut conficientur, vacantibus. Diuinitas te ſeruet per multos annos, frater iucundiſſime. Datum xvij. Kalend Maij, Conſtantinop. Biliſ. V.C. Conſ.

EDICTVM PIENTISSIMI DOMINI NOſtri Iuſtiniani, de formula artificum.

TITVLVS V.

Nouella conſtitutio cxxv.

PRÆFATIO.

COgnouimus, quomodo poſt caſtigationem Domini Dei benignitate immiſſam qui negotiationes, & ludos literarios exercent, diuerſi etiam generis artifices, & agricolæ, inſuper & nautæ, cùm potiùs meliores fieri deberent, lucri cupiditati ſe dediderint, & duplicia, tripliciáque pretia, ac mercedes præter veterem conſuetudinem requirant.

CAPVT I.

¶ Viſum igitur eſt per ſacrum edictum omnibus interdicere deteſtandam iſtiuſmodi auaritiam, & ne quis in poſterum cuiuſcunque diſciplinæ, aut artis magiſter, qualiſcunque etiam negotiationis negotiator, qualiſcunque demùm agriculturæ agricola, quàm vetus conſuetudo ferat, plus pretij, mercediſve nomine exigat. Iubemus verò etiam, vt ædificiorum, & colendæ terræ, aliorúmque operum menſores nihil ampliùs operariis imputent, & illis antiquam conſuetudinẽ conſeruent. Hæc autem obſeruare iubemus & eos, qui qualiacunque opera demandant, & eos, qui aliqua redimũt. Si quidem nec ipſis ampliùs, quàm more conſtitutum ſit, dare concedimus. Sciant verò qui quicquam ampliùs, quàm pro veteri conſuetudine requirunt, quòd triplicem quãtitatem in fiſcum inferre cogentur, ſi ſuprà id, quod ab initio conſtitutum fuerit, cepiſſe illos quicquam, aut dediſſe oſtenſum ſit.

EPILOGVS.

¶ Hæc porro inquiri, ac vindicari iubemus, & ab excellentia tua, & à glorioſ. fœlicis huius vrbis præfecto. Volumus enim per vos ab huius noſtri edicti trãſgreſſoribus conſtitutam mulctam exigi, pœniſque illos ſubdi: ita vt quæ vobis parent cohortibus, quinque librarum auri mulcta incubitura ſit, ſi quid ex iis, quæ à nobis conſtituta ſunt, neglectum fuerit. Datũ ij. Kal. April. Conſtantinop. D.N. Iuſtinia. PP. Aug. Biliſ. V.C. Conſ.

DE SANCTISSIMIS EPIſcopis, & Deo amabilibus, & reuerendiſſimis [a] clericis, & monachis [b].

DE SANCTISſimis epiſcopis, &c.

Et hoc dicitur infrà eo. vſque ad §. nulli.

a ¶ Reuerendiſſimis. *hoc dicitur* infrà eod. §. clericos. vſque ad §. iubemus.

b ¶ Monachis. *hoc dicitur* infra eo § iubemus vſque ad ſi. conſtitutionis.

c [D]E gubernatione.] Diſpoſuimus. *vt ſuprà, de nõ alie. coll. v. & ſuprà, de eccl. ti. coll. ix. & ſuprà de ec. re. immo. alie. coll. iij.* ACCVRS.

d ¶ Conſtitutionibus. *vt ſuprà, quomo. opor. epiſ. & ſuprà, vt mona. colla. j. & ſuprà, vt cler. ap proprios epiſ. colla. vj. & §. apud quos opor.* ACCVRS.

e ¶ Primates. [a] ſ. eccleſiaſticos, vt archipreſbyteros, & archidiaconos qui primates eccleſiaſtici dicuntur: *vt ſuprà, eo. §. ſancimus autem reuerendiſſimos.* Non loquitur de laicis: quia illi non debent eligere: ſed facta electione debent conſentire: *vt in decr. lxiij. diſt. c. docendus. & lxiij. diſt. c. nullus. & c. non eſt.* — a Primates, Eccleſiaſtici, qui;

f ¶ Propoſitis. non tactis. *ſic infrà, eo. § nulli.*

g ¶ Dicentes. dicti primates. ACCVRS.

h ¶ Decretis. in quibus eligunt illos tres.

a ¶ Eos.

TITVLVS VI.

Nouella cxxiij. De eccleſiaſticis diuerſis capitulis.

Imper. Iuſtin. Auguſt. Petro glorioſiſſimo [magiſtro ſacrorum noſtrorum officiorum †.]

† Præfecto Prætorio, ſcribitur in veteribus manuſcriptis: quamuis in editione Scrimgeriana ſit eadem inſcriptio, quæ hic. CONT.

Epiſcopi debent eligi forma hic tradita: & ſi hi, ad quos electio ſpectat, eligere negligãt per ſex mẽſes, electio deuoluitur ad ſuperiorem: & ſi electus fuerit poſt electionem de crimine accuſatus, ordinatio differri debet, donec de crimine iudicetur: & epiſcopus non per pecuniã ſed meritis eligi debet: pro conſuetudine tamen debet dare pecuniam à iure ſtatutam. Item ordinatus in epiſcopum, à ſeruili, & adſcriptitia liberatur fortuna, & à patria poteſtate. BART.

PRÆFATIO.

DE gubernatione, & priuilegiis, aliíſque diuerſis capitulis ad ſanctiſſimas Eccleſias, & alias venerabiles domos pertinentibus, iam quædam diſpoſuimus [c]: ſuper ſanctiſſimis autem epiſcopis, & clericis, & monachis dudum in diuerſis conſtitutionibus [d] diſpoſita, cum competenti correctione hac comprehendere lege proſpeximus.

In editionibus Haloandrinis duæ hic paginæ infarciuntur, quæ nec in Scrimgeriana editione, nec in meis manuſcriptis reperiuntur. CONT.

CAPVT I.

De ordinatione epiſcoporum.

¶ Sancimus igitur † quoties opus fuerit epiſcopum ordinari, clericos, & primates [e] ciuitatis, cuius futurus eſt epiſcopus, ordinari, mox in tribus perſonis decreta facere, propoſitis [f] eis ſacroſanctis Euangeliis, periculo ſuarum animarum dicentes [g] in ipſis decretis [h]: quia neque propter aliquam donatio-

† Nota in hoc § qualis debet eſſe epiſcopus, & quãtæ ſanctitatis: quod vtinam hodie benè ſeruaretur.

nem,

a ¶ *Eos.* electores futuros. Accvrs.

b ¶ *Concubinam* ſic[a] eſt in quolibet clerico: *vt infrà, eod. §. clericus autem.* & fa. *ſuprà, quomo. opor. epiſc. §. hoc de Deo. & § ſancimus.*

a Concubinam ne quidẽ clericis habere licet.

c ¶ *Cognoſcunt.* quem electuri ſunt in epiſcopum: *vt proxi. innuitur.* Azo. & ſic ineptè mutat materiam.

d ¶ *Coniunctam.* olim.

e ¶ *Conſtitutionibus.* i. ſcenicam: *vt in Nouell. eo. titu.*

f ¶ *Hunc eſſe.* ſc. futurum electum.

g ¶ *Eum.* electum.

h ¶ *Hoc.* ſuprà de electoribus, nunc de eligendo incipit.

i ¶ *Decreta.* quando per ſe eligant dicti electores.

k ¶ *Ex trium.* ſic conſtrue, vt ex electione trium, &c. ¶ Et ſic not. quòd xxxv. annos debet habere epiſcopus [b]: ſicut & presbyter: *vt infr. eodem. §. presbyterum.* ¶ Item not. quòd tres debent eligere: ſufficit tamen duos conſentire: *vt Co. de decurionib. l. nominationum.* & ideo tres, & non quatuor, vel duo: quia naturaliter homines diſcordant [c]: & in illis caſibus poſſet eſſe, quòd non inueniretur pars maior: *vt ff. de arbitr. l. item ſi vnus. §. principaliter.*

b Epiſcopus, & presbyter qua ætate eligendus.

c Naturalis eſt inter homines diſcordia.

l ¶ *Ordinetur.* putà archiepiſcopus.

m ¶ *Ordinantis.* nam deponeretur, ſi talis non eſſet.

n ¶ *Retineat.* olim è contrà res detinebat, & quartam curiæ dabat: *vt ſuprà quomo. opor. epiſ. §. neque ex officio. & infrà, eo. § ſed hoc quidem.* Accvrs.

o ¶ *Cum aliis* licèt olim laicus non eligeretur: *vt ſuprà quom. opor. epiſc. § i. itur.*

p ¶ *Ordinetur.* Sed hodie hoc correctum eſt in iure canonum: nã [d] non eſt eligendus in epiſcopũ, niſi fuerit antè diaconus, aut presbyter, aut in ſubſidium diaconus: *vt in decret. diſt. xl. cap vlt.* Sed poſtulari poteſt: *vt di. lxj. c. Oſius.* Sed hodie ſubdiaconus ſine poſtulatione ipſo iure eligitur, *vt extrà de temp. or. ca. à multis.* Accvrs.

d Epiſcopus quibus gradibus eligetur.

† *Facit ad hunc § c. officij tem. cũ Gl. i. in verb. ſed quare non potuit ex. de elect. & ca. quamuis eum ſi. ſin circa fi. extr. de ætat. & qualit.* vbi dicitur ignominioſum eſſe epiſcopo, ſi cùm alios docere debet, quærat ab aliis edoceri.

q ¶ *Qui enim.* Ridiculum eſt enim eos velle docere [e], qui nondum diſcere didicerunt: *vt ait Tullius. & hic, & ad hoc, ff de eden. l. ſi quis ex. § prohibet. & Co. de epiſ. & cleric. l. cum clericis. §. ipſe verò. & ſuprà conſt. quæ dig. ibi, vbi námque, &c. & ff. ad legem Iuliam de adult. l. vxor. §. index.*

e Docẽdi munus quib[us] iniungendum, aut non.

nem, neque propter aliquam promiſſionem, aut amicitiam, aut aliã quamlibet cauſam: ſed ſcientes eos [a] rectæ, & Catholicæ fidei, & honeſtæ eſſe vitæ, & literas noſſe, hos elegerunt: & quia neque vxorem, neque filios aliqui eorum habẽt, neque concubinam [b], aut filios naturales cognoſcunt [c] eos habuiſſe, aut habere: ſed & ſi priùs vxorem aliquis ex eis habuit, ipſam & vnam, & primam, & neque viduam, neque viro coniunctam [d], neque legibus, aut ſacris conſtitutionibus [e] interdictam: ſed & quòd neque curialem, aut officialem hunc eſſe [f] cognoſcunt, aut ſi curiali, vel officiali ſubiacet fortunæ, ſciunt eum [g] in monaſterio non minùs quindecim annis monaſticam conuerſationẽ impleſſe.

1. ¶ Hoc [h] quoque decretis [i] oportet inſeri, quia non minùs quàm trigintaquinque ætatis annos habet is, qui eligitur ab eis, quia cognoſcunt perſonam: vt ex trium [k] perſonarum, pro quibus talia decreta facta ſunt, melior ordinetur [l] electione, & periculo ordinantis [m], curialem verò, vel officialem, qui, ſicut dictum eſt, quindecim annis in monaſterio conuerſatus eſt, & ad epiſcopatum prouocatus, liberum eſſe propria fortuna: ita tamẽ, vt liberatus à curia, quartam partem ſuæ ſubſtantiæ ſibi retineat [n]: reliquis eius rebus ſecũdùm noſtram legem curiæ, & fiſco vindicandis.

2. ¶ Damus autem licentiam decreta facientibus, ſi quempiã laicorum præter curialem, & officialem, dignum memorata electione eſſe putent, hunc cum aliis [o] duob. clericis, aut monachis eligere: vt ſi laicus hoc modo ad epiſcopatum eligatur, nõ repentè epiſcopus ordinetur [p]; ſed primò clericis nõ minùs tribus mẽſibus connumeretur, & ita ſanctas regulas, & quotidianum Eccleſię miniſterium edoctus, epiſcopus ordinetur. qui enim [q] † alios debet docere, poſt ordinationem ab aliis doceri nõ debet. Si verò (vt euenit in quibuſdam locis) non inueniantur tres perſonæ ad talem electionem opportunæ, liceat decreta facientibus in duabus, & in vna [r] perſona decretum facere: eos tamen omnes iam dictas à nobis habentes teſtationes. Si verò qui debent epiſcopum eligere, citiùs ipſa decreta intra ſex menſes non faciant: tũc periculo propriæ animæ, ille, quẽ competit [s] ordinare epiſcopum ordinet, omnibus aliis, quæ diximus, obſeruandis. Si quis autem citra memoratam obſeruationem epiſcopus ordinetur [t], iubemus hunc omnibus modis epiſcopatu depelli. Sed etiam illum, qui præter hoc præſumpſerit ordinare, ſegregari vno anno à ſacro miniſterio, & omnem eius ſubſtãtiam, quæ quolibet tempore, aut modo in eius dominium deducta eſt, propter culpam, quam fecit, dominio Eccleſiæ, cuius epiſcopus eſt, vindicari.

CAP. LI.

De accuſatoribus Epiſcoporum.

¶ Si quis autem electum ad ordinationem epiſcopatus accuſauerit in qualibet cauſa, quæ poſſit ſecundùm leges, aut canones eius impedire ordinationem, differatur huiuſmodi ordinatio: & priùs contra eum propoſitam cauſam, ſiue præſente accuſatore, & ab eo propoſitam cauſam exequente, ſiue etiam deficiente [u] per tres menſes † ſuam accuſationem implere, diligenter examinari ab illo, à quo futurus erat epiſcopus ordinari: & ſi quidem obnoxium eum accuſator inuenerit, prohibeatur ordinatio. Si verò obnoxius non oſtendatur, ordinatio quidem non impediatur: accuſator autem, ſiue non probauerit, ſiue etiam fugit propoſitam à ſe accuſationem, à prouincia, in qua habitat, abiiciatur. Si quis autem ante examinationem [x] accuſatum ordinauerit, ordinatus quidem à ſacerdotio repellatur: qui verò talem ordinare feſtinauerit, ſuperiùs dictæ [y] ſubiaceat pœnæ, tam annali prohibitione ſacri miniſterij, quàm etiam vt omnes eius res Eccleſiæ vindicentur.

1. ¶ Præ omnibus illud ſeruari ſancimus, vt nullus per ſuffragium auri, aut aliarum [z] rerum, epiſcopus ordinetur. Si quid autem tale committatur, ipſi ſemetipſos, & dantes, & accipientes, & mediatores eorum, ſecundùm ſacras Scripturas, & ſanctas regulas damnationi ſubiiciunt: & propterea qui dat, & qui accipit, & mediator eius factus, ſacerdotij, aut cleri honore remoueatur: quod autem pro hac cauſa datum eſt, Eccleſiæ illi vindicetur, cuius voluit ſacerdotium comparare. Si verò laicus fortè pro hac cauſa aliquid accipiat, aut mediator rerum factus eſt: datas res in duplum eum exigi iubemus Eccleſiæ vindicandas. Non ſolùm autem quæ ſecundùm hunc modum dantur, vindicari præcipimus: ſed etiam omnem cautionem pro hoc quolibet modo expoſitã, & pignorum, vel fideiuſſorũ [a] dationem, vel oblationem, & omnem quamlibet aliam cautionem vocare ſancimus. Et qui ſuper hoc promiſſionem accepit, nõ ſolùm profeſſionem reddat: ſed etiam aliud tantum, quantum profeſſio continet, exigatur; quod debet Eccleſiæ dari.

r ¶ *Vna.* vnus [a] ergo pro omnibus eligit: *vt ff. quod cuiuſque vni. l. item. §. 1. & ſupr. de quæſto. §. 1. & argu Cod. communia. de leg. l. ſi duobus. & arg. ff. de iudic. l. nonnunquam.* Accvrs.

a Eligere vnus pro omnibus poteſt.

s ¶ *Competit.* i. is, cui congruit. eſt autem is, qui præeſt epiſcopo, archiepiſcopus, vel ſimilis: ſed hodie vſque ad tres menſes: *ex. de elect. c. cùm nobis olim.*

t ¶ *Ordinetur.* putà quia per ſuffragium eſt electus: *vt infrà, §. præ omnibus.*

u ¶ *Siue etiam deficiente.* id eſt, differente vſque ad tres mẽſes: nam interim nulla facienda eſt examinatio, cùm accuſator deſiſtit: *vt in Nouell. eodem titu.* & fa. *ad §. iſtum, ſuprà quomo. oport. epiſco. § ſi quis autem. & §. ſi tamen. & §. ſi verò.*

x ¶ *Examinationem* ſc. accuſationis, quę infertur epiſcopo eligendo.

y ¶ *Seueriùs dicta.* vt *ſuprà, eod. §. ſi quis autem, circa ſi.*

z ¶ *Aut aliarum.* datarum ſiue ab ordinato, ſiue ab alio. *arg. ff de calum. l. generaliter.* & fa. *Co. eod. l. ſi quiſquam. & ſuprà quomo. oport epiſco. § ſed neque. & § & hæc.* ¶ Sed quid ſi ignorauerit electus? Reſpon. debet, cùm ſcit, renunciare in manu conſecrantis & tunc ipſe eum poteſt reeligere: *vt j. q. u. c. præſentium.*

† [illegible]

a ¶ *Vel fideiuſſorum.* ¶ Not. par [b] delictum, dediſſe, & promiſiſſe: *vt hic. & ſuprà, quomo. oper. epi. § ſed neque. & §. & hæc. & Cod. ad leg Fal. l. ſi.* Accvrs.

b Promittere & dare, in delictis æquiualent.

a ¶ Sed

CAPVT

CAP. III.

Si quis epiſcopus ante ordinationem, vel poſtea Eccleſiæ res ſuas obtulerit: & quid pro cathedratico dare conueniat.

¶ Si quis autem epiſcoporum ſiue ante ſuam ordinationem, ſiue poſt ordinationem voluerit proprias res, aut partem earum Eccleſiæ offerre, cuius ſacerdotium accepit, nõ prohibemus, & omni condemnatione, & pœna præſentis legis liberum eum eſſe ſancimus: ſed etiam omni laude dignum iudicamus: quoniam hoc non eſt emptio, ſed oblatio [a]. Pro conſuetudinibus [b] autem illa ſola permittimus præberi ab ordinatis epiſcopis, quæ ſubſequenter præſenti legi inſerta ſunt. Iubemus igitur beatiſſimos archiepiſcopos, & patriarchas, hoc eſt, ſeniores Romæ [c], & Conſtantinopoleos, & Alexandriæ, & Theopoleos [d], & Hieroſolymorum, ſi quidem conſuetudo habet epiſcopis, & clericis in eorum ordinatione non minus, quàm viginti auri libras dari, ipſa ſolummodo præberi, quæ conſuetudõ recognoſcit: plus autem ab hac quantitate nihil ſupra viginti auri libras præberi. metropolitas autem à propria ſynodo, aut à beatiſſimis patriarchis ordinatos; & alios omnes epiſcopos, qui aut à patriarchis, aut à metropolitis ordinantur, dare pro inthroniſticis quidem ſolidos centum: notariis autem ordinantis & aliis miniſtrantibus ei, & ſolenniter accipientibus, ſolidos trecentos. Si verò Eccleſiæ reditus minus quidem quàm triginta auri libras per annum reddant, non minus autem quàm decem: dari pro inthroniſticis ſolidos centum: aliis autem omnibus qui ex more capiunt, ſolidos ducentos. Si verò minus quidem quàm decem, non minus autem quinque auri libras Eccleſiæ reditus eſſe contigerit: pro inthroniſticis quidem dari ſolidos quinquaginta: omnibus autem aliis ex conſuetudine percipiẽtibus, ſolidos ducentos. Si autem minus quàm quinque, non minus autem duas auri libras Eccleſiæ reditus habeat, pro inthroniſticis [e] ſolidos decem & octo: omnibus autem aliis ex conſuetudine percipientibus, ſolidos vigintiquatuor. Si autem minus tres, non autem minùs quàm duas auri libras quantitas redituũ Eccleſiæ comperiatur, dare pro inthroniſticis quidẽ ſolidos duodecim, pro omni verò alia conſuetudine ſolidos ſex. Epiſcopũ enim Eccleſiæ minus duas auri libras reditus habentem, neq; pro inthroniſticis, neque pro alia qualibet conſuetudine dare aliquid permittimus [f]. Hæc autem quæ præberi diſpoſuimus primus presbyter [g] ordinantis epiſcopi, & archidiaconus ſuſcipientes ex conſuetudine percipientibus diuidant hæc. Igitur iubemus hæc omnibus modis obſeruari: vt non ex talibus occaſionibus Eccleſiæ debitis pergrauentur, & ſacerdotia venalia fiant. Si quis autem vltra quantitatem à nobis definitam pro inthroniſticis aut cõſuetudinibus quolibet modo præſumat accipere, iubemus quidquid plus acceperit, triplũ ex rebus eius vindicari Eccleſiæ dantis [h]. Sed hæc quidem pro epiſcoporum ordinatione dicta ſint.

CAPVT IV.

Vt epiſcopatus à ſeruili & adſcriptitia fortuna hominem liberet.

¶ Poſt ordinationem verò ſeruili †, & adſcriptitia fortuna epiſcopos liberos eſſe præcipimus, niſi curialis, aut officialis citra prædictã [i] obſeruationem ordinentur. tales enim epiſcopatu remotos, curiæ, aut officio reſtitui iubemus: vt non ex tali fortuna ſacerdotio fiat iniuria. Illos autem, qui ante hanc noſtram legem ex curiali fortuna inueniuntur epiſcopi ordinati, huiuſmodi quidem fortuna liberos eſſe: legitimam verò partem ex propriis rebus curiæ, & fiſco dare: ſic tamen, vt nullam imminutionem eccleſiaſtica iura ſuſtineant in rebus, quas in epiſcopatu acquiſitas, eccleſiæ eorum competere diſpoſuimus [k]. Si verò contigerit ordinatum epiſcopatum ſub proprij parentis poteſtate eſſe: ex ipſa ordinatione ſuæ [l] poteſtatis ſit.

† Facit ad hunc text. rub. de ser. non ordi. per totum tit. extra.

CAPVT V.

De presbyteris, & diaconis, & ſubdiaconis cognationis iure ad tutelam, vel curam vocatis.

Epiſcopis, & monachis tutela, & cura officium interdicitur: presbyteris autem, & aliis clericis permittitur in aliquibus caſibus: regulariter autem perſonis eccleſiaſticis ſecularia negotia interdicuntur: fallit in certis caſibus à iure permiſſis. BART.

¶ Deo autem amabiles epiſcopos, & monachos, ex nulla lege tutores, aut curatores cujuſcunque perſonæ fieri permittimus, presbyteros [m] autem, & diaconos [n], & ſubdiaconos [o] iure, & lege cognationis [p] tutelam, aut curam ſuſcipere hæreditatis permittimus, proprio, & ſolo gradu cognationis ad tutelam, & curam vocatis, huiuſmodi ſuſcipere adminiſtrationem permittimus [q]: ſi tamen intra quatuor menſes, ex quo vocati ſunt, apud competentem iudicem ſcripto declarent talem adminiſtrationem propria voluntate ſuſcepiſſe, & ſi quis eorum forſan hoc fecerit [r], nullum ex hoc in alia tutela, aut cura præiudicium patiatur.

CAPVT VI.

Vt clerici à muneribus perſonalibus, & negotiis ſecularibus abſtineant.

¶ Alium * autem [s] fieri ſuſceptorem, aut exactorem fiſcalium functionum, aut conductorem publicatum [t], aut alienarum poſſeſſionum, aut curatorem

* al. ſed neque

a ¶ *Sed oblatio.* quòd ſi ita dixit palàm, offero vt eligar in epiſcopum licitum eſt ei, ſecũdùm Io. *vt ff. de polli. l. j. §. non ſemper & ff. de off. præto. l. Barbarius.* ACCVRSIVS.

b ¶ *Pro conſuetudinibus.* ſcilicet quia ſic eſt conſuetudo [c], & bona vt in aliquo ſeruetur: vt ſubiicit: ſecus ſi eſſet mala. nã non ideo præſtarentur, quòd eſſet cõſuetudo: *vt ſupr. vt nulli iud. in j. colla. ibi, malè eſt,* &c. quæ eſt contrà. ACCVRSIVS.

c ¶ *Roma.* id eſt, Papam Romanum. *vt in Nouel. eod titu.* & iſtè verè dat Romanis: ſed non ſecundùm formam huius titu.

d ¶ *Theopoleos.* i. Antiochiæ.

e ¶ *Pro inthroniſticis* [d], id eſt, pro cathedratico [e], *vt in Nouell eod. tit.*

f ¶ *Promittimus* ſic aliàs pro vili cauſa non præſtantur ſportulæ: *vt ſuprà de iudic. §. ne autem. in fine.*

g ¶ *Presbyter.* qui Archipresbyter [f] dicitur, ab archos, quod eſt princeps, quaſi maior inter alios presbyteros.

h ¶ *Dantis.* aliàs, *donantis.* ACCVRS.

i ¶ *Citra prædictã.* quòd quindecim annis ſteterint in monaſterio: *vt dixi ſuprà eod §. ſed neque. & §. curialem.* ACCVRSIVS.

k ¶ *Diſpoſuimus.* *vt ſuprà de eccle. titu. § interdicimus.*

l ¶ *Sua.* *vt ſuprà conſti. qua dig. §. illud. coll. vj.*

m ¶ *Presbyteros.* vel, presbyteris.

n ¶ *Diaconos.* vel diaconis. ACCVR.

o ¶ *Subdiaconos.* vel ſubdiaconis. ACCVRS.

p ¶ *Cognationis.* vel agnationis: cùm hodie [g] non ſit differentia *vt ĩ. de hæreds. ab inteſtato. §. ex his hac coll.*

q ¶ *Permittimus.* aliud in milite [h] ſeculari: qui nullo modo admittitur: *vt Inſtit. de excuſa. tut. §. idem & in milite* ¶ Sed nunquid poteſt eſſe teſtamentarius [i] vel datiuus? Reſpond. non, vt hîc à contrario: argu *ff. de offi. eius, cui man. eſt in l. j. §. j.* ACCVRSIVS.

r ¶ *Hoc fecerit.* id eſt, ſic declarat hoc intra quatuor menſes, &c. ergo ſi non fecerit, præiudicat ſibi in aliis, ſecundùm P. & eſt pro eo; *ĩ. de hæred. & Fal. §. non autem. & ff. de offi. eius, cui man. eſt in l. j.* ſecundùm Io. & Py cõtra. dicũt enim in aliis ſibi nõ præiudicare, *C. de excu. tut. l. voluntaria. & C. de iis, qui ſpon. pub. mu. ſub. l. ij lib. x.* & hoc hîc dicit, *& ſi quis hoc fecerit,* &c. exponunt: id eſt, ſi eam tutelam ſuſcepcrit ſolenniter. nec enim aliter ſuſcipere debet: *nullum circa aliam,* &c. hoc autem priuilegium clerici habent, qui [a] ſtant vt clerici: non aliàs: *vt C. de epiſcop. & cler. l. generaliter.* ¶ Sed quid de lectore, & cantore, & aliis clericis, qui non prohibentur: Reſpon. ſecundùm Ioann. vocari poſſunt cõmuni iure ſecundùm leges. ACCVRS.

a Clericus quã do debet gaudere priuilegio clericali.

s ¶ *Alium autem.* q. d. clericum: vt ſubiicit infrà, ibi, *epiſcopum, aut,* &c. ACCVRS.

t ¶ *Publicarum.* ſci. vectigalium. ACCVRS.

a ¶ *De*

[margin, cropped:] ...lim offe... pecuniã, ...gatur, an ...atur pro ...niaco. — ...ẽt. c. ſi de ...extra. ...nſuetudi... — ...nthroniſti... — ...athedrad... — ...chipres... — ...ognationis, ...gnationis ...die non eſt ...ferentia. — ...iles tutor ...nõ poteſt. — ...lericus te... ...ento, aut ...tiue tutor ...nõ poteſt.

FF

† Clericorum appellatione, omnes ſuperiores continentur: & concor. in c. clericos. in Gl. i poſt med. ibi, appellatione cuius clericorû. extr. de off. vica.

‡ Facit ad hunc text. c. vnicû. cû Gl. 2 circa med. ibi, vel pręeſſe [illegible] extrà de ſynd.

a Oeconomus Eccleſię quarum rerum fideiuſſor eſſe poſſit.

b Clericus an poſſit eſſe procurator.

c A muneribus perſonalibus qui prohibeantur.

d Adiacentes pro côfinibus.

e Telonia.

a ¶ *Domus*. ſcilic. noſtræ priuatæ.

b ¶ *Litis*. etiam cuiuſlibet.

c ¶ *Cauſis*. ſcilicet prædictis publicis, & aliis. & dic exemplum vt in publicis ſaliuis, aut argentifodinis, vel ſimilibus. nam hæc publica ſunt: *vt ff. de verborum ſignifi. l. inter. & ff. de pub. l. ſed hi. in princi. & ff. de verbo. ſignifie. l. inter*. Sed œconomus videtur admittendus ad fideiuſſionem [a]: *vt C. de epiſc. & cleri. l. cùm clericis. §. memorati. quæ eſt contrà. & extrà de fideiuſſ. cap. pen. & fin*. Solu. hic in ſpecialibus caſibus loquitur vt hic innuit: *ibi*, pro talibus cauſis, &c. ¶ Itê videtur quòd poſſit eſſe procurator [b] litis: ſicut eſt œconomus: *vt infrà eod. §. ſportularum. in fin*. quæ eſt contrà. Solu. hoc ſpeciale his caſibus, vt dixi. ¶ Not. clericû in huiuſmodi [c] actibus prohiberi. Idem de milite: *vt C. de procurat. l. militem* Idem de curiali: *vt Cod. loc. l. curialis*. Idem de tutore: *vt Cod. ne tut. vel curat. l. j*.

d ¶ *Monachum*. Monachum dico: quòd plus eſt, etiam Eccleſiæ, vel monaſterij.

e ¶ *Quædam adiacentes*. [d] id eſt, confines: *vt in Nouel. eod. tit*.

f ¶ *Facere adinuicem*. *vt ſuprà de non alienan. §. hoc verò iubemus. coll. ij. & ſupr. vt de cæte. non ſiant. §. illud. coll. v*.

g ¶ *Conducere*. repete, *damus licentiam*.

h ¶ *Perſonis*. id eſt, œconomis, & eius cognatis: *vt ſupr. de ali. & emphy § œconomis*. & de hac l hic dicit. 2. Vel dic quòd de hæreticis hic dicit, quibus nô poteſt dari ab Eccleſia: *vt ſuprà de eccl. tit. §. iubemus*. & ſic de iſta faciet mentionem.

i ¶ *Probauerit*. i. impoſuerit, vel ſtatuerit. Az. *arg Cod. de modo mul. l. fin*.

k ¶ *Teloniorum*. quidam habêt, *teloniorum*: & quidam, *telonicorum*. & exponit Alc. id [e] eſt, menſurarû publico loco poſitarum. Tu dic, *teloniorum*: id eſt, vectigalium: & erit ſenſus eius literæ: quia credentes eis, ſcilicet prędictis clericis, qui conducunt vectigal. q. d. locando eis, vel credentes conductionem cuiuslibet publici, aut perceptionem publicarum collationum, aut extractionem, aut ſolicitudinem domus ſcilicet noſtræ priuatæ: *vt dixi ſuprà, §. aliud*. aut ſuſcipien-

ratorem domus [a], aut procuratorem litis [b], aut fideiuſſorem pro talibus cauſis [c] epiſcopum, aut œconomum, aut alium clericum cuiuſlibet gradus †, aut monachum [d] proprio nomine, aut Eccleſiæ, aut monaſterij ſubire non ſinimus ‡: vt non per hanc occaſionem & ſanctis domibus damnum fiat, & ſacra miniſteria impediantur. Si autem Eccleſiis, aut monaſteriis poſſeſſiones quædam adiacentes [e] inueniantur, & voluerint diſpenſatores ipſarum venerabilium domorum in côductionem, aut emphyteuſim accipere: tunc omnibus clericis, & monachis pro his cauſis in ipſo inſtrumento ſub geſtis monumentorum conſentientibus, & manifeſtantibus pro vtilitate venerabilium domorum hoc fieri: talem conductionem, & emphyteuſim procedere ſinimus. ſed etiam ipſis ſanctiſſimis Eccleſiis, & aliis venerabilibus domibus damus licentiam côductiones, & emphyteuſes facere adinuicem [f]: & clericis ſimiliter propriarum Eccleſiarum poſſeſſiones conducere [g], & gubernare, cum voluntate tamen epiſcopi, & œconomi permittimus: exceptis perſonis [h], quas per aliam legem hoc facere prohibuimus. Si quis autem contra ea, quæ dicta ſunt, aliquid fecerit: ſi quidê epiſcopus fuerit, omnes eius res ex qualibet cauſa vel perſona ſiue ante epiſcopatum ſiue poſt hoc fuerint ad eum venientes, eius Eccleſiæ vindicari ſancimus. Si autem œconomi, aut alij clerici fuerint hoc delinquentes: pecuniariam eos pœnam, qualem epiſcopus eorum probauerit [i], exigi Eccleſiæ vindicandam cùm etiam conductionem teloniorum [k], aut cuiuſlibet poſſeſſionis, aut publicarum collationum perceptionem, aut exactionem, aut ſolicitudinem domus eis credêtes, aut fideiuſſores eos pro memoratis cauſis ſuſcipientes: nullam contra Eccleſiam, aut monaſterium, aut res eius, aut gubernantium, aut contra illas perſonas, quibus crediderint, aut contra facultates, aut fideiuſſores eorum, habeant actionem. Illi verò qui publicarum collationum, aut tributorum ſuſceptionem, aut conductionem, aut exactionem memoratis perſonis crediderint [l], aut fideiuſſores eos acceperint: ſi quod publico damnum contingat, hoc ex propria facultate reſtituere compelluntur [m].

CAP. VII.

Ne Epiſcopus dicendi teſtimonij cauſa euocetur.

Nulli licet epiſcopos corâ ſe ad teſtimonium compellere: ſed ad eos mittere debet, vt propoſitis Euangelüs dicant, & à iudice in iudicium venire cogendi non ſunt. Bart.

¶ Nulli verò iudicum licebit Deo amabiles epiſcopos cogere ad iudicium venire pro exhibendo teſtimonio [n]: ſed iudex mittat ad eos quoſdam ex perſonis miniſtrantium ſibi: vt propoſitis [o] ſanctis Euangeliis, ſecundùm quod decet ſacerdotes, dicant quæ nouerint.

CAP. VIII.

Ne propter quamlibet cauſam epiſcopus ad ſecularem iudicem trahatur.

¶ Sed neque pro qualibet pecuniaria cauſa, vel criminali epiſcopum ad iudicem ciuilem, aut militarem inuitum producere, aut exhibere citra Imperialem iuſſionem permittimus: ſed iudicem qui tale [p] aliquid ſiue ex ſcripto, ſiue ex non ſcripto præſumpſerit imperare: poſt cinguli priuationem, viginti librarum auri pœnam exſoluere iubemus Eccleſiæ, cuius epiſcopus produci, aut exhiberi iuſſus eſt: executorem ſimiliter poſt cinguli priuationem, & verberibus ſubdendum, & in exilium deportandum.

CAP. IX.

Ne Epiſcopi proprias Eccleſias relinquant.

Epiſcopi in ſuis Eccleſiis debent reſidentiam facere, & eas non relinquere ſine ſuperioris literis, vel ſine principis iuſſione: & tunc non amplius vno anno. Item patriarchę, & archiepiſcopi debent omnes ſub ſe conſtitutos omni anno ad ſe conuocare, & exponere quæ agêda ſunt. Item epiſcopi vel clerici ad tabulas ludere, vel ludi participes, vel ſpectatorum fieri prohibentur. Nec cogêdus eſt epiſcopus clericum ſuum ab Eccleſia dimittere, & alij tradere. Bart.

¶ Interdicimus autem Deo amabilibus epiſcopis proprias relinquere Eccleſias, & ad alias regiones venire. Si verò neceſſitas faciendi hoc contigerit: non aliter, niſi cum literis [q] beatiſſimorum patriarchæ, aut metropolitæ, aut per Imperialem videlicet iuſſionem hoc faciant: ita tamen, vt nec illis epiſcopis, qui ſub beatiſſimo archiepiſcopo Conſtantinopoleos, & patriarcha fuerint, liceat citra permiſſionem eius, aut noſtræ iuſſionis, ad regiam ciuitatem venire. Si verò [r] etiam ſecundùm hunc modum epiſcopus cuiuſcunque loci profectus fuerit, nô amplius vno anno ſuam

tes eos fideiuſſores, &c. nullam actionem, &c.

l ¶ *Perſonis crediderint*. ne fiſcus damnum patiatur: *vt argu. ſuprà vt nulli iudi §. & hoc verò iubemus. hac colla*.

m ¶ *Compelluntur*. vt ſunt publici adminiſtratores, ad quos pertinet facere tales locationes.

n ¶ *Exhibendo teſtimonio. vt Cod. eod. tit. l nec honore*. Alij [a] autem côpelluntur venire, ſi ſunt de eadem prouincia: aliàs non, niſi in cauſa criminali: *vt ſ. de teſt. §. quoniam. in ſi*.

o ¶ *Propoſitis*. ſed non tactis [b], ſecundùm Ioa. ſic & in iudice: *vt C. de iudic. l. rem non nouam*. Item ex eo, quòd dicit, dicant quæ nouerint, no. duo. Primum: quia teſtis veritatem debet dicere: non [c] autê quòd credat tantùm: *vt ſ. de hær. & Falc § ſi verò abſunt. & Co. de teſtibus. l. teſtium*. ſecus in iuramento calumniæ [d]: *vt C. de iuramen. calum. l. ij. §. quod obſeruari*. Secundùm no. ex eo, quòd indefinitè dicit, quòd pro [e] vtraque parte debeât teſtimonium ferre: ſicut & alibi dicitur, quòd veritatem nô debet ſupprimere: *vt C. eod. l. presbyteri. & ſuprà de teſtibus. §. ſi verò ignoto. in fine §.* & hæc omnia in pecuniariis. Item adinuicem ſpectat inquirere veritatem: *vt Cod. de edend. l. ij*. hic tamen ſi iuramento dixerit ſe nihil ſcire, auditur: *vt arg. ff. de re iudi. l. ſi vni*. Accvrs.

p ¶ *Tale*. quod epiſcopus veniat coram iudice ad dicendum teſtimonium.

q ¶ *Cum literis* ſic *Cod. de epiſcop. & cleric. l. ſi qua per calumniam, & ſuprà vt differ. iudi. in princ. coll. ix.* Accvrsivs.

r ¶ *Si verò*. hæc quæ dicuntur hic., & *ſuprà prox*.

a Teſtes [illegible]

b [illegible]

c Teſtis [illegible]

e Teſtis [illegible]

prox. §. ſunt ſuprà, quomodo oportet. §. illud. & §. non aliter. coll. j. & ſuprà, vt nul. fabricas tra. dom. §. illud. coll. v.

a ¶ *Definitum.* ſcilicet triginta dierum in vnaquaque dilatione. *argu. ſ. de litig. §. omnem autem.* ACCVRSIVS.

Schema, id.

b ¶ *Aut ſchematis.* i. ordinis. Schema[a] enim pro ordine plerunque ponitur. *vt cùm de appel. cog. §. ſi verò liberi.* & facit *ad hunc §. C. eod. l. placet. & l. decernimus.*

Scachorum ludus non est vetitus probitus.

¶ Quid de ſcachis[b]? Reſpon. poſſunt cùm non fortunæ viribus, ſed naturali ingenio conſiſtat ille ludus. ¶ Item nunquid gratis ad tabulas[c] poteſt? Reſpon. nō: cùm etiam ſpectacula hic prohibeat.

Ad tabulas, quidē gratis ludere permittitur clericis.

c ¶ *Cauſa monſtretur.* ¶ No. ſine[d] cauſa trāſactionem non fieri: *vt ff. de tranſact. l. cùm hi §. ſi prætor. & de pœ. l. reſpiciendum.*

Tranſactio ne cauſa non fit.

d ¶ *Communione.* eſt ergo excommunicatio[e] à corpore Chriſti: *vt hîc.* Itē eſt alia, ſcilicet ab ingreſſu Eccleſiæ: *vt ſ. de interdict. colle. hæ re. in fi. & C. de ſum. Trin. l. ij. in fin.*

Excommunicationis duæ ſpecies.

e ¶ *Sacerdote.* id eſt, archiepiſcopo.

f ¶ *Suſtineat*, *vt ff. quod quiſque iur. l. j. in prin.*

g ¶ *Conſtituto.* & per cētum milliaria remoto: *vt C. de epiſco. & cler. l. quicunque.*

h ¶ *Minorem xxxv. annorum.* tantùm etiam tempus debet habere epiſcopus: *vt ſ. eod. §. hoc quoque decretu.*

i ¶ *Annorum xl.* lex C. dicebat de quinquaginta an. quæ corrigitur: *vt C. eod. l. nulla.* & eodem modo corrigitur alia, quæ dicit de quinquaginta an. *ſuprà quomodo opor. epiſcop. §. quanta igitur.*

k ¶ *Differatur.* Sed nō differtur executio[f] ſententiæ præfecti præ. ſupplicatione facta *vt ſ. vt ſpon. larg. §. aliud. quæ eſt contrà.*

Executio ſententiæ præ præfecto non differtur ſupplicatione facta.

l ¶ *Sanciuimus*, vt ſ. eo. *§. ſi quis autem.*

m ¶ *Accipere.* Argum. quòd ſacerdos non poteſt dando pœnitentiā permittere retineri cōcubinam. Sed arg. contrà, *ff. de lega. iij. l. ſi quis in princip. teſtamenti. §. j.*

n ¶ *Tra*

ſuam relinquet Eccleſiam, Epiſcopos autem in regiam ciuitatem, ſicut dictum eſt, venientes, cuiuſlibet fuerint diœceſis, præ omnibus ire ad beatiſſimū archiepiſcopum Conſtantinopoleos, & ad patriarcham, & ita per eum ad noſtram introire tranquillitatem; citra autem hāc noſtram diſpoſitionem aut proficiſcentibus, aut vltra definitum[a] vnius anni tempus extra ſuam Eccleſiam facientibus moram, primùm quidem non miniſtrari ab œconomis propriæ Eccleſiæ expenſas: deinde admonere eos per literas ſacerdotum, ſub quibus agunt vt reuertantur ad ſuas Eccleſias: differentes autem reuerti, ſecundùm ſanctas reuocari regulas: & niſi intra definitum à ſacris canonibus tempus reuertantur ad ſuas Eccleſias, ipſos quidem ab epiſcopatu expelli: alios autem pro eis meliores ordinari ſecundùm præſentis legis virtutem: hoc ipſo & ſuper clericis valituro cuiuſcunque ordinis fuerint aut miniſterij.

CAP. X.

Vt archiepiſcopi, & patriarchæ ſæpius in annis ſingulis concilia, & ſynodos celebrent.

¶ Vt autem omnis eccleſiaſticus ſtatus, & ſacræ regulæ diligenter cuſtodiantur: iubemus vnumquemque beatum archiepiſcopum, & patriarcham, & metropolitam ſanctiſſimos epiſcopos ſub ſe conſtitutos in eadem prouincia ſemel: aut ſecundò per ſingulos annos ad ſe cōuocare, & omnes cauſas ſubtiliter examinare, quas epiſcopi, aut clerici, aut monachi adinuicem habeant: eáſque diſponere: & ſuper hoc, quidquid extra regulas à quacunque perſona delinquitur emendare. Interdicimus autem ſanctiſſimis epiſcopis, presbyteris, & diaconis, & ſubdiaconis, lectoribus, & omnibus aliis cuiuſlibet venerandi collegij, aut ſchematis[b] conſtitutis, ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes, aut inſpectatores fieri, aut ad quodlibet ſpectaculorum ſpectandi gratia venire. Si quis autē ex his hoc deliquerit, iubemus hunc in tribus annis à venerabili miniſterio prohiberi, & in monaſterium redigi. Si autem in medio tempore oſtenderit dignam ſui vitij pœnitentiam, liceat & ſacerdoti, ſub quo conſtitutus eſt, minuere tempus, & hunc rurſus proprio reddere miniſterio: ſcientibus quoque ſanctiſſimis epiſcopis debentibus hoc vindicare, quia ſi tale aliquid agnoſcentes non vindica-

Authentica.

uerint, ipſi rationem Deo pro tali cauſa perſoluent. Nullum autem † epiſcopum inuitum cogi quemlibet clericum ſub ſe conſtitutum de proprio clero dimittere, & alij dare.

† Concord. a. d. … na memoria: cū Gl. ſuper verbo. ex gratia. extra de poſtul. præla.

CAPVT XI.

Ne quis ante cauſa exitum excommunicetur.

Epiſcopi, & presbyteri ſine iuſta cauſa aliquem excommunicare non debent: alias ſi fit, abſolutio à ſuperiore dari debet. Item epiſcopis nō licet propriis manibus aliquem percutere. Item epiſcopus ab epiſcopatu repulſus, ad ipſum redire non poteſt. BART.

¶ Omnibus autem epiſcopis, & presbyteris interdicimus ſegregare aliquem à ſacra communione, antequam cauſa monſtretur[c], propter quam ſanctæ regulæ hoc fieri iubent. Si quis autem præter hoc à ſancta communione[d] quenquam ſegregauerit: ille quidem, qui iniuſtè à communione ſegregatus eſt, ſolutus excommunicatione à maiore ſacerdote[e], ſanctam mereatur communionem. Qui verò aliquem à ſancta communione ſegregare præſumpſerit: modis omnibus à ſacerdote, ſub quo conſtitutus eſt, ſeparabitur à communione quanto tempore ille perſpexerit: vt quod iniuſtè fecit, iuſtè ſuſtineat[f]. Sed neque propriis manibus liceat epiſcopum aliquem percutere. hoc enim extraneum ſacerdoti eſt. Si quis autem epiſcopus ſecundùm eccleſiaſticas regulas ſacerdotio pulſus, præſumpſerit ingredi ciuitatem ex qua pulſus eſt, relinquens locum, in quo iuſſus eſt degere: iubemus hunc in monaſterio in alia regione conſtituto[g] tradi: vt quod in ſacerdotio deliquit, degens in monaſterio corrigat.

CAP. XII.

Quales eſſe debent, qui in clericos ordinantur.

Presbyteri, & clerici, ac etiam diaconiſſæ ordinari debent qui ſint ætatis hîc inſertæ, & ſint rectæ fidei, & vitæ honeſtæ, & caſtè viuentes, & caſtitatem vouentes: & ſi cōtradictor apparuerit, ordinatio differri debet, donec plenè fiat examinatio. BART.

¶ Clericos † autē non aliter ordinari permittimus, niſi literas ſciant, & rectam fidem, vitámque habeant honeſtam: & neque concubinam, aut naturales habuerint, aut habeant filios: ſed caſtè viuentes, aut vxorem legitimam, & ipſam vnam, & primam habentes; neque viduam, neque ſeparatam à viro, neque aliter legibus, aut ſacris canonibus interdictam.

† De ætate iſtorum ordinandorum vide c. cum in cunctis extrà de elect. in.

CAP. XIII.

De ætate presbyterorum & cæterorum clericorum.

¶ Presbyterum autem minorem triginta quinque annorum[h] fieri non permittimus. Sed neque diaconum aut ſubdiaconum minorem viginti quinque, neque minorem lectorem decem & octo annorum. Diaconiſſam verò non ordinari in ſancta Eccleſia, quæ minor eſt annorum quadraginta[i], aut ad ſecundas venerit nuptias.

CAPVT XIV.

De vxoribus clericorum.

¶ Si autem tempore ordinationis clerici cuiuſcunque collegij, aut ordinis, accuſator aliquis apparuerit dicens eum indignum ordinatione eſſe: differatur[k] ordinatio, & vniuerſa procedant tam pro examinatione, quàm pro multis cauſis, quas in epiſcoporum ordinationibus ſanciuimus[l]. Si verò futurus ordinari diaconus non habuerit vxorem (ſicut prius dictum eſt) coniunctam ſibi: non aliter ordinetur, niſi priùs ab ordinante eum interrogatus promiſerit poſſe poſt ordinationem & ſine legitima vxore honeſtè viuere: non valente eo, qui ordinat, in tempore ordinationis permittere diaconum, aut ſubdiaconum poſt ordinationem vxorem accipere[m]. Is autem

 qui

qui permittit epiſcopus, expellatur ab epiſcopatu. Si verò poſt ordinationem presbyter, aut diaconus, aut ſubdiaconus vxorem duxerit: expellatur à clero, & curiæ ciuitatis illius, in qua clericus erat, cum propriis reb. tradatur a. Si verò lector ſecundam ducat vxorem, aut primam quidem viduam, aut ſeparatam à viro, aut legibus, vel ſacris canonibus interdictã, nequaquam ad alium eccleſiaſticum ordinem proueh atur; ſed & ſi quolibet modo ad maiorem ordinem perducatur, expellatur eo, & priori reſtituatur.

CAPVT XV.

Quibus caſibus curiales clerici ordinari poſſunt.

Curiales, & officiales non debent clerici ordinari, niſi monaſtica vota per quindecim annos impleuerint, pœna contra facientibus imminente. In prædictis tamẽ caſibus iura vetera ſeruantur. Item clerici merito, & non ſimoniacè ordinari debent: Eccleſiis tamen, in quibus ordinantur, bona eorum ante, & poſt donare poſſunt. Bart.

¶ Sed neque curialem, aut officialem clericum fieri permittimus b: vt non ex hoc venerabili clero iniuria fiat. Si verò tales perſonæ in clero conſtituantur, tanquam non ad ordinem perducti, propriæ fortunæ reſtituantur, niſi forſan monaſticam c vitam aliquis eorum non minus quindecim annis impleuit. tales enim ordinari præcipimus, legitima videlicet parte d curiæ, & fiſco danda, ſi in clero conſtitui, monacho condecentem vitam impleuerint. Si verò poſt clericatus honorem aliquis eorum vxorem duxerit, aut concubinam habuerit, curiæ & officio, cuius fortunæ ſubiacebat, reddatur: etiam ſi maximè tali eccleſiaſtico gradu tenebatur, in quo quis conſtitutus non prohibetur ſacris canonibus & legibus vxorem accipere. Hoc autem & ſuper aliis omnibus monachis tenere ſancimus, qui de monaſteriis ad quemlibet eccleſiaſticum tranſferuntur gradum, etiam ſi nulli fortunæ ſubiecti fuerint. Et generaliter ſancimus, nulli licere in quolibet eccleſiaſtico gradu conſtituto, diſcedere ab eo, & ſeculare fieri: ſcientibus tale aliquid facientibus, quia & quaſi appoſito ſibi cingulo, aut dignitate, aut militia nudabuntur, & curiali e fortunæ propriæ ciuitatis tradentur. Qui autem ante noſtram legem clerici ordinati ſunt ex curiali fortuna: per ſubſtitutas perſonas f pecuniaria munera complere, à corporalibus autem liberos ſeruari.

CAP. XVI.

Vt ordinationes gratis fiant.

¶ Sed neque clericum cuiuſcunque gradus dare aliquid ei, à quo ordinatur, aut alij cuilibet perſonæ permittimus: ſolas autem præbere eum conſuetudines iis qui ordinantium miniſtrantes ſunt ex conſuetudine accipientibus, vnius anni emolumenta non tranſcendentem g. In ſancta verò Eccleſia, in qua conſtituitur, ſacrum complere miniſterium, & nulla penitus propriis clericis dare pro ſua inſinuatione: nec ob hanc cauſam propriis emolumentis, aut aliis portionibus hunc priuari. Sed neque xenodochum, aut noſocomum, aut prochotrophum, aut alium quemlibet venerabilis domus gubernatorem, aut quamcunque eccleſiaſticam ſolicitudinem agentem, dare aliquid illi, à quo conſtituitur, aut alij cuicunque perſonæ pro commiſſa ſibi gubernatione. Qui verò præter hæc, quæ diſpoſuimus, aut dat, aut accipit, aut mediator fit, ſacerdotio, aut clero huiuſmodi commiſſæ ſibi cuiuſcunque gubernationis nudabitur: iis, quæ accipiuntur, vindicandis venerabili loco, cuius talis perſona ordinationem, aut ſolicitudinem, aut gubernationem accipit. Si autem ſæcularis ſit, qui accipit, aut mediator factus eſt: quod datum eſt, duplum repetitur, & venerabili loco, in quo talis perſona ordinationem, aut gubernationem, aut ſollicitudinem ſuſceperit, præbeatur. Si quis autem clericus cuiuſlibet gradus, ſiue gubernator cuiuſlibet venerabilis domus, aut ante ordinationem commiſſam ſibi cuiuſcunque gubernationis, aut ſolicitudinis, aut poſtea aliquid voluerit ſuarum rerum offerre Eccleſiæ, in qua ordinatur, aut loco, cuius gubernationem, aut ſolicitudinem ſuſcepit: non ſolùm non prohibemus h hoc fieri, ſed etiam magis inuitamus eos talia pro ſalute animæ ſuæ facere. Nos enim illa ſolùm dari prohibemus, quæ propriis perſonis quibuſdam præbentur, non quæ ſanctis Eccleſiis, aut aliis venerabilibus locis offeruntur.

CAP. XVII.

Quomodo ſeruus ordinari poſſit, aut adſcriptitius.

Domino ſciente & non contradicente poteſt ſeruus clericus ordinari: eo ignorante non: & ſi conſtitutus ad ſecularem vitam redibit, domino reſtituendus eſt: adſcriptitij verò præter dominorum voluntatem poſſunt ordinari. Bart.

¶ Si ſeruus ſciente, & non contradicente domino in clero ordinatus fuerit: ex hoc ipſo, quòd conſtitutus eſt, liber & ingenuus i erit: ſi verò ignorante k domino ordinatio fiat: licèt domino intra ſpacium vnius anni & ſeruilem fortunam l probare, & ſuum ſeruum recipere. Si verò ſeruus ſciente domino, ſiue inſciente (ſicut diximus) eò quòd in clero conſtitutus eſt, liber factus eccleſiaſticum miniſterium reliquerit, & ad ſæcularem tranſierit vitam: ſuo domino ad ſeruitium m tradatur.

Adſcri

---

a ¶ *Tradatur.* quòd dicitur, clericum apoſtatantem a officio curiæ dari; *vt hic, & ſuprà, quomodo opor. epiſco. §. ſemel.* & à ſacerdotio cadere: *vt hic, & ſuprà de nupt. §. ſed & ſi quis. & ſuprà, quomodo opor. epiſ. §. neque.* ſic etiam de monacho: *vt ĩ de monac. § ſi verò relinquens.*

b ¶ *Permittimus.* ſed olim fiebat cum diſtinctione: *vt C. de epiſco. & cleri. l. officiales.*

c ¶ *Monaſticam*, non b tamen erat monachus, aliàs propriam ſubſtãtiam habere dici non poſſet: *vt ſuprà de monach. § illud.* quòd infrà dicitur. ¶ Sed quomodo hoc, cùm infrà dicat, idem eſt in aliis monachis? Reſpon. non ponitur reſpectiuè: *ſic ſuprà vt defun. ſeu fun. §. j. coll. v.* ¶ Quare ergo vxorem ducere prohibetur? Reſpon. quia habitum habuit, & quia ſatis eſt clericari curiam.

d ¶ *Parte.* i. dodrante, ſecundùm Al. *vt ĩ eo. §. curialem.* 2. vel dic verius de ea, de qua dicitur, *C. eod. l. officiales.* prima verior eſt.

e ¶ *Et curiali.* Imo videtur quod in monaſterium mittatur *vt j. eod. §. ſi monachus.* quæ eſt contra. Solu. ſi ſemel fugiat, mittitur in monaſterium, ſi ſecundò, datur iudici: vt ibi, & hîc dicitur. ¶ Sed quomodo datur curiæ, cùm ex c delicto non præmium, ſed pœnam debeat pati. *Cod de decur. l. ne quis & ff de inter. & rele. l. relegatorum in fin. & l. ſeq quæ ſunt contrà?* Solu. non tradetur curiæ, vt ſit decurio: ſed vt ſeruiat decurionibus: & facit *ad hunc §. ſuprà de monachis. § ſi verò relinquens.*

f ¶ *Subſtitutas perſonas.* ¶ Argu. quòd per ſubſtitutum d quis ſeruit: *vt Cod. eod l. quiſquis. & l. ad ſimilitudinem.*

g ¶ *Non tranſcendentem.* Conſuetudo e facit vt aliquid poſſit dari, quòd aliàs non liceret: *vt & ĩ. eo. § præ omnibus. & § pro conſuetudinibus.* Sed arg. contrà, *ſuprà vt nulli iudi. §. ij.*

h ¶ *Non prohibemus.* eadem de epiſcopo dicta ſunt *ĩ. eod. §. præ omnibus. § ſi verò laicus. & § ſi quis autem epiſcoporum.* & facit *Cod. eo. l. ſi quenquam.*

i ¶ *Liber, & ingenuus.* olim clericus etiam domino volente fieri non poterat. *C. eo l. iubemus. § ſeruos.* Sed monachus ſic volente eo: *vt C. eod. tit. l. ſerui.* hodie autem fieri poſſunt clerici etiã ſciente domino: *vt hic.* ¶ Et ſic not. patientiã a conſenſui comparari: *ſic ff. ad municip. l. quoties.*

k ¶ *Ignorante.* quod præſumitur: *vt Cod. qui mil nõ poſſ. l. ſuper ſeruis.*

l ¶ *Fortunam.* i. quòd poſſederit eum vt ſeruũ tempore ingreſſus. nec enim amiſit poſſeſſionem ob ingreſſum: aliàs malè ageretur cũ eo, ſi ſtatim onus probandi in ſe reuolueretur. & eſt arg. *C. de agr. & cenſi. l ſi quis. lib. xj.*

m ¶ *Ad ſeruitium.* Imò curiæ: *vt ĩ. eod. § ſed neque curialẽ. in fi. quæ eſt contrà* Solu. curiali, vel liber curiæ datur: vt ibi: ſeruus verò domino ſuo: *vt hic.* & ſic ibi de libero: hîc de ſeruo dicit.

a ¶ *Agri*

a Apoſtata officio curiæ traditur.

b Habitus non facit monachum. ad. le Gl. Non. 25p. c. 7.

c Nemò ex delicto præmiũ, ſed pœnam pati debet.

d Per ſubſtitutũ quis ſeruire poteſt.

e Conſuetudo facit vt aliquid dari poſſit, quòd aliàs dari non liceret.

a Patiẽtia ſcientiæ comparatur.

Adſcriptitios autem in ipſis poſſeſſionibus, quarum ſunt adſcriptitij, clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti impoſitam ſibi agriculturam adimpleant a.

CAP. XVIII.

De ædificatoribus Eccleſiarum.

Clerici à patrono præſentari debent, & ab epiſcopo ordinari: aliàs quoſcunque putauerit meliores, ordinare poteſt: & clerici in ſuis Eccleſiis morari debent. BART.

¶ Si quis oratorij † domum fabricauerit, & voluerit in ea clericos ordinare aut ipſe, aut eius hæredes: ſi expenſas ipſis clericis miniſtrant, & dignos denominant, denominatos ordinari. Si verò qui ab eis eligũtur, tanquam indignos prohibẽt ſacræ regulæ ordinari: tunc ſanctiſſimus epiſcopus quoſcũque putauerit meliores, ordinari procuret b. Sancimus autem reuerendiſſimos clericos ſuis Eccleſiis obſecundare, & omne eis competens Eccleſiaſticum miniſterium adimplere: hoc requirente vniuſcuiuſque ciuitatis ſanctiſſimo epiſcopo, & cuiuſcunque ordinis Eccleſiaſticis primatibus, eos, qui hoc non cuſtodiunt, regulari multæ ſubdentibus.

CAP. XIX.

Vt omnes clerici res ſuas in ſua poteſtate habeant.

Presbyteri, & omnes clerici res ad ſe pertinẽtes in ſuo dominio habere debent, atque poteſtate: & eas donare, & de eis teſtari poſſunt, ſi ſub parentum exiſtant poteſtate, dummodo filiis, aut his non extantibus, parentibus eorum legitimam relinquant. BARTOL.

¶ Presbyteros autem, & diaconos, & ſubdiaconos, cantores c & lectores, quos omnes clericos appellamus, res quolibet modo ad eorum dominium venientes habere ſub ſua poteſtate præcipimus ad ſimilitudinem d caſtrenſium e peculiorum, & donare ſecundùm leges & in his teſtari, licèt ſub parentum ſint poteſtate: ſic tamen, vt horum filij, aut his non exiſtentibus, parentes eorum legitimam partem ferant f.

CAP. XX.

Quibus pœnis ſubiiciantur clerici, qui falſum tulerunt teſtimonium.

Presbyteri, diaconi, & alij clerici, ſi falſum perhibeant teſtimonium in cauſa pecuniaria, vel criminali, pœna hic inſerta ſunt puniendi. BARTOL.

¶ Reuerendiſſimis autem preſbyteris, aut diaconis, etiamſi inuenti fuerint pro pecuniaria cauſa falſum perhibuiſſe teſtimonium: ſufficiat pro verberibus g, tribus annis ſeparari à ſacro miniſterio, & monaſteriis tradi. Pro criminalibus autem cauſis ſi falſum teſtimonium dixerint: clero nudatos, legitimis h ſubdi pœnis præcipimus: reliquos autem omnes in aliis etiam Eccleſiaſticis ordinibus conſtitutos, ſi falſum teſtimonium cuiuſlibet cauſæ, ſiue pecuniariæ, ſiue criminalis, dixiſſe conuincantur, non ſolùm eccleſiaſtico officio repelli, ſed etiam verberibus ſubdi.

CAP. XXI.

Vt clerici apud proprium conueniantur epiſcopum.

Clerici, & monachi corã epiſcopo in cauſa pecuniaria conueniendi ſunt: in criminali coram epiſcopo, vel iudice ciuili ad electionem actoris ſũt conueniendi, epiſcopo negligente, ad iudicem loci iuriſdictio deuoluitur: in proceſſib. formâ hic tradita ſeruata. BART.

¶ Si quis contra i aliquem clericum, aut monachum, aut diaconiſſam, aut monaſtriam: aut aſcetriam habeat aliquam actionem, adeat priùs ſanctiſſimum epiſcopum, cui horum vnuſquiſque ſubiaceat k: ille verò cauſam inter eos iudicet: & ſi quidem vtraque pars iis, quæ iudicata ſunt, acquieuerit: iubemus per loci iudicem hoc executioni perfectæ contradi l. Si quis autem litigantium intra decem dies contradicat m iis, quæ iudicata ſunt, tunc locorum iudex cauſam examinet: & ſi inuenerit iudicium rectè factum, etiam per ſententiã propriam hoc confirmet, & executioni propriæ tradat, quæ iudicata ſunt: & non liceat ſecundò in tali cauſa n victo appellare. Si verò iudicis ſententia contraria fuerit iis, quæ à Deo amabili epiſcopo iudicata ſunt, tunc locum habere appellationem contra ſententiam iudicis, & hanc ſecundùm legum ordinem o referri, & exerceri. Si tamen ex imperiali iuſſione, aut iudiciali præcepto Epiſcopus iudicat inter quaſcunque perſonas: appellatio ad imperium p, aut ad eum, qui tranſmiſit negotium, referatur.

a ¶ *Agriculturam adimpleant.* etiam a per ſubſtitutum: *vt Co. eod. l. ad ſimilitudinem, & l. quiſquis.* ¶ Et nota in ipſis, nam donec in Eccleſia eſt idoneus, aliũde ſumi alius non debet: *vt C. eo. l. in Eccleſiis.* Secus ſi non ſit ibi idoneus: *vt argum. ff. de mune. & hon. l. vt gradatim. § & ſi lege.* ¶ Itẽ nónne idem erat etiam olim, quod per Authen. iſtam ſtatuit: *vt C. eod. l. quiſquis?* Dicas quòd ſic. vel illa loquebatur contrà tũc, quãdo domini aderat voluntas. ¶ Item quid ſi contra voluntatem domini faciat? M. dicit quòd non poteſt: licèt præter voluntatem domini poſſit: *vt l. ij. & argum. ff. de procura. l. Pomponius. in fi.* Sed tu dicas contrà: *vt in Nouel. eod. tit.* vbi dicit quòd domino inuito poteſt.

b ¶ *Ordinari procuret.* ad epiſcopum pertinet electio: *vt hic, & ſ. vt clerici, qui re. §. fin. & ſ. de mona. §. ordinationem.*

c ¶ *Cantores.* ſcil. qui omnes ſint filiifami.

d ¶ *Ad ſimilitudinem.* non omnimodo: *vt j.* poſuit: ſic tamen vt, &c.

e ¶ *Caſtrenſium. ff. de inoffi. teſt. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo.*

f ¶ *Ferant.* Sed quo iure? Reſpon. quidam per querelam. Sed certè hoc idẽ erat per aliud. *Auth. vt cũ de ap. cog. §. ſed hac quidem.* Dic ergo condi ex hac lege, & ſic non eſt contra, quod dicitur in b caſtrenſi, & quaſi non dari querelam: *vt C. de inofficioſ. teſtam. l. finali. in fine. & Co. eod. l. Lenem lege. in fin. & l. ſacroſancta. & ff. de inofficio. teſtam. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo.* Et intellige hunc §. in prælatis. aliàs ſerua quod dicitur *ſupr. de eccle. titulis. § interdicimus.*

g ¶ *Pro verberibus.* i. loco tormentorum, quæ eis remittuntur.

h ¶ *Legitimis.* quæ ſint, dicitur *ff. ad leg. Corn. de ſica. l. j. & l. iij. in fi. & ad legem Cor. de falſis. l. j. §. vltima.*

i ¶ *Si quis cõtra.* abhinc vſque ad §. *presbyteros autem. infrà eo.* tractat de conuentionibus, & accuſationibus clericorum omnis ordinis.

k ¶ *Subiaceat.* vt *ſuprà vt cleri. ap pro. epiſc. con. §. j. coll. vj. & ſupr. apud quos oportet cauſam di. mo. & aſce §. j.*

l ¶ *Contradi.* vt *C. de epiſc. au. l. epiſcopale. in fi.* ¶ Sed in c cuius bonis? Reſpond. ſi nomine Eccleſiæ, in bonis Eccleſiæ vt fit in bonis pupilli tutore damnato: *vt ff. de re iud. l. ſi ſe. ... tutor. & ff. ſi quis cau. l. fina.* Si autem ſuo nomine: ſi tũc nõ habet vnde, vt quia ſæcularis clericus eſt: tunc in ſuis bonis: aliàs autem dic, vt diximus *ſuprà de non alie. § ſi autem creditor, in fin.*

m ¶ *Contradicat.* ſcil. appellando: vt ſequitur ibi. *& non liceat,* &c. ¶ A ſententia a ergo epiſcopi appellatur. Sed contrà. *C. de epiſc. au. l. epiſcopale.* in alio etiam lex illa huic contradicit: quia ibi æquiparat cum præfe. præt. hìc autem facit eum minorem quolibet defenſore ciuitatis, cùm dicat defenſorem ſententiã epiſcopi retractare: quod non eſſet, niſi maior eſſet: *vt ſ. de appel. coll. iiij. § illud.* quare dicunt quidam his duobus caſibus hanc corrigere illam. tu autem dic, quòd hìc vt eorum ordinarius cognouit epiſcopus, vt patet ex præcedenti §. *ſi quis contra aliquem.* ibi autem ab extraneis audiri fuit electus. & ſic primo modo non contradicit, cùm alio caſu loquatur. ¶ Itẽ nec ſecundo, quia parificatur præfecto, ſcilicet quãdo ab extraneis eligitur: vel licèt iudex locorum, ſiue defenſor retractet: vt hìc faciunt ex commiſſione principis, quam habent per legem iſtam. vnde ipſe princeps retractare videtur: quod fieri poteſt: *vt ff. de officio eius, cui manda. eſt iuriſdictio. l. & ſi prætor.*

n ¶ *In tali cauſa.* ¶ No. caſum, vbi tantùm ſemel b appellatur: ſic *Co. de aſſer. tol. l. i. j. reſp. & Codic. de appell. l. illud. §. & ſimili modo. & § tribunalem.* ſic *Cod. de preci. imp. offe. l. ſi quis.* regulariter autem bis poteſt appellari: licèt non ter. *Cod. ne li. in vna, eadémque cauſa. l. j.*

o ¶ *Ordinem.* ordo legum eſt, *C. de app. l. præcipimus. & ſuprà, de nuptiis. § illud. vſque in fin.*

p ¶ *Ad imperium.* ¶ No. à delegato c appellari ad delegantem: *vt hic, & Codic. de appell. l. præcipimus. § hac ſi appellatio. & Co. de iudi. l. final. in fin.* Sed videtur quòd à delegato principis d non ipſe princeps, ſed alius appelletur: *vt ſup. de app. coll. iiij. § fina. quæ eſt contra.* Solu. ibi ad vniuer

a Adſcriptitij clerici facti agriculturã per ſubſtitutũ implere poſſunt.

† Concor. c. cum non oporteat. in glo. ſuper verbo, idoneè in fi. ext. de offi. ord.

b In caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi, querela non competit.

c Executio ſententiæ quemadmodum fiat in cauſis Eccleſiaſticis.

a Appellatur à ſententia epiſcopi.

b An, & quibus caſibus ſemel tantum appellare liceat.

c A delegato ad delegãtem an, & quando appelletur.

d A delegato principis interdum non ipſe princeps, ſed alius appellatur.

Authentica

t. ¶ Si

vniuerſitatem delegauerat: hic ad cauſam ſpecialem princeps delegat. ſed etiam ſi ad cauſam ſpecialem princeps delegat: non ipſe quandoque, ſed alius appellatur: quod eſt quando delegatus à ſe alij delegat: nam tunc ſecundus delegatus appellatur: *vt Cod. qui pro ſua iuriſd. l. ij. in fine.* licèt hoc ſit contra regulam, quæ eſt *ff. quis, & à quo. l. j. in fi.*

a ¶ *Et ſecundùm leges.* ¶ Not. quòd iterum examinat: ſic *j. proxim.* § Accvrsivs.

b ¶ *Iudicem adeat.* ex hoc, & ſuprà proxim. reſponſ. datur intelligi quia in [a] crimine eſt actoris poteſtas vtrùm coram epiſcopo, an coram ciuili iudice clericum accuſet. & ad hoc *ſuprà vt cle. ap pro. epiſ. con §. ſi tamen. colla vj.* & hoc de ciuilibus criminibus: ſecus ſi eſt canonicum: *vt infrà proxim. §. ſi autem eccleſiaſtica.* ¶ Item ex eo, quòd hîc, *& ſuprà proxi.* dicitur, epiſcopum ſecundùm legem iudicare, patet eum debere [b] ſcire leges: *vt Cod. de legi. & conſti. l. leges* cùm non ex alterius, ſed ſua debeat conſcientia iudicare: *vt ſupr de iudi. §. j.* Accvrsivs.

a Clerici quod forum ſortiantur in criminibus.

b Epiſcopus leges ſcire debet.

c ¶ *Ciuilem iudicē adire.* ¶ Not. quòd poteſtas [c] eſt iudex ordinarius ſcholarium: cùm ſit clericorum: *vt hîc, & in proœmio Digeſtorum, in fine.* ſed decretalis prorſus eximere videtur clericos: *vt extrà de foro competē. c. ſi diligenti. 2.* Vel dic decretalem loqui inter clericos vtrinque, ſi autem actor eſt laicus, non: & ideo hoc caſu poteſt priuilegio renunciari; *vt C. eo. l. omnes.* & ſic intelligatur, *C. de pac. l. pen.*

c Scholares iuriſdictioni poteſtatis ſubſunt.

d ¶ *Fideiuſſorem.* Olim dabat œconomum ſuæ Eccleſiæ: *vt C. de epiſco. & cleri. l. cum clericus. § memora. i. quæ eſt contrà.* ſed illa per iſtam corrigitur.

e ¶ *Si autem eccleſiaſtica.* vt de [d] articulis fidei, vel ſimonia: & hoc quādo hæc clerico obiiciuntur: ſecus ſi laico: *vt ſupr. de man prin § ſi verò can nicum coll. iij.*

d Cauſæ Eccleſiaſticæ quæ, & quibus de rebus dicantur.

f ¶ *Synodi.* id eſt, iuriſdictionis.

g ¶ *Habeat.* quia vnus epiſcopus conuenit alium ciuiliter, & criminaliter in cauſa appellationis.

h ¶ *Alus. xij. ſcilicet. vt xv. q vij. §. ſi quis tumidus.*

i ¶ *Semetipſos abſolue-*

1. ¶ Si verò crimen fuerit, quod aduerſus quamlibet memoratarum reuerendiſſimarum perſonarum inferatur, ſi quidem apud epiſcopum aliquis accuſatur, & ipſe veritatem inuenire potuerit: ab honore, aut gradu hunc ſecundùm eccleſiaſticas regulas deiiciat, & tunc cōpetens iudex hunc comprehendat; & ſecundùm leges [a] litem examinans cauſæ finem imponat. Si verò prius ciuilem iudicem adeat [b] accuſator, & crimen per legitimam examinationem potuerit approbare, tunc epiſcopo locorum geſta monumentorum palam faciat: & ſi ex his agnoſcatur propoſita crimina commiſiſſe eum, tunc ipſe epiſcopus hunc ſecundùm regulas ab honore, ſiue gradu quem habet, ſeparet: iudex autem vltionem ei inferat legibus congruentem. Si verò epiſcopus putauerit geſta non iuſtè confecta: tunc liceat ei differre, & nudare honore, ſeu gradu accuſatam perſonam: ita tamen, vt huiuſmodi perſona ſub legitima cautela fiat, & ita ad nos negorium tam ab epiſcopo, quam à iudice referatur, vt nos hoc cognoſcentes, quæ nobis videntur, iubeamus.

2. ¶ Si quis autem pro pecuniaria cauſa contra aliquā omnium memoratarum perſonarum habuerit actionem aliquā, & epiſcopus diſtulerit inter eas iudicare: licentiam habeat actor ciuilem iudicem adire [c]: ita tamen vt accuſata perſona nullo modo cogatur fideiuſſorem [d] dare: ſed ſolam cautionem ſine iureiurando cū hypotheca ſuarum rerum exponere. Si verò pro criminali cauſa accuſatio contra aliquam memoratarum perſonarū proponatur, ſub legitima cautela accuſata fiat perſona. Si autem eccleſiaſtica [e] cauſa eſt, nullam cōmunionem habeant iudices ciuiles circa tálem examinationem; ſed ſanctiſſimus epiſcopus ſecūdùm ſacras regulas cauſæ finem imponat.

CAP. XXII.

Vt epiſcopi apud proprium conueniantur metropolitanum: & vt cauere pro lite non teneantur.

Epiſcopus ab epiſcopo, vel ab alio conuentus, conueniendus eſt ſub archiepiſcopo, & ad patriarcham appellatio eſt: nulla cautione, vel fideiuſſione pro lite finienda interpoſita. Bart.

¶ Si quis verò ſanctiſſimorum epiſcoporum eiuſdem ſynodi [f] dubitationem aliquam aduinuicem habeat [g], ſiue pro eccleſiaſtico iure, ſiue pro aliis quibuſdam rebus: prius metropolita eorum cum aliis [h] de ſua ſynodo epiſcopis cauſam examinet, & iudicet: & ſi non rata habuerit vtraque pars quæ iudicata ſunt, tūc beatiſſimus patriarcha diœceſeos illius inter eos audiat, & illa determinet, quæ eccleſiaſticis canonibus, & legibus conſonant: nulla parte eius ſententiæ contradicere valente. Si autem & à clero, aut alio quocunque aditio contra epiſcopum fiat propter quamlibet cauſam: apud ſanctiſſimum eius metropolitam ſecundùm ſacras regulas, & noſtras leges cauſa iudicetur: & ſi quis iudicatis contradixerit, ad beatiſſimum archiepiſcopum, & patriarcham diœceſeos illius referatur cauſa, & ille ſecundùm canones, & leges huic præbeat finem. Si verò contra metropolitam talis aditio fiat ab epiſcopo, aut clero, aut alia quacunque perſona: diœceſeos illius beatiſſimus patriarcha ſimili modo cauſam iudicet. Pro omnibus autem cauſis, pro quibus apud proprium metropolitam, aut patriarcham, ſiue apud alios quoſcunque iudices epiſcopi conueniantur, nullam fideiuſſionem, aut cautionem pro lite exigantur, ſic tamen, vt iſti ſtudeant illatis ſibi cauſis ſemetipſos abſoluere [i].

CAP. XXIII.

Vt œconomi, & ſimiles apud proprium epiſcopum conueniantur.

Oeconomi, & ſimiles coram epiſcopo rationem reddere debent: & licitum eſt eis à ſententia epiſc. ad patriarcham appellare. Bart.

¶ Oeconomos autem, & xenodochos, noſocomos, procbotrophos, & aliorum venerabilium locorum gubernatores, & alios omnes clericos iubemus pro creditis ſibi gubernationibus apud proprium epiſcopum, cui ſubiacent, conueniri, & rationem ſuæ gubernationis facere; exigi [k] quod ex ipſis [l] debentes oſtenduntur illi venerabili reddendum domui ex cuius ordinatione debitum apparuerit. Si verò putauerit ſe grauari, poſt repetitionem [m] metropolita cauſam examinet. Si verò metropolita fuerit contra quampiam prædictarum perſonarum huiuſmodi cauſas examinans [n], & debitum exegerit, & exactus putauerit ſe grauatum: diœceſeos illius beatiſſimus patriarcha cauſam determinet. non enim concedimus prædictis perſonis pro memoratis cauſis ante examinationem, & exactionem debiti proprios epiſcopos declinare, & ad alia venire [o] iudicia. Si quis autem ex eccleſiaſticis [p], cui aliqua talis

re. id eſt, citò ſe expediant.

k ¶ *Exigi. ſ. de eccleſ. ſti. §. pe. contrà.* Sol. hîc corrigit: & eodem modo corrigit, quod eſt *C. eod. l. orphanotrophos.*

l ¶ *Ex ipſis.* i. gubernatoribus. Accvrs.

m ¶ *Repetitionem.* aliàs eſt, *redditionem*, & aliàs, *repetitionem*: quod idem eſt. nam antequā [a] cauſam appellationis proſequatur, mandatur executioni prima ſententia: *vt hîc, & in fin. huius §. ibi, non enim concedimus, &c.* ſic & aliàs, *ſ. vt ſpon lar. §. aliud.* Sed hæc ſunt ſpecialia: regulariter [b] enim contrà: *vt ff. nihil innoua. ap. pen & C. de ap. l ap. pellatione. & ff. de iu. qui no. infa. l. furti. in prin. & ff. de iu. qui ſatiſ. cog. l. ſ ſendum. §. pe. & ff. de teſt. l. qui à latronibus. §. fin. & Cod. de in integ. reſtit. l. pen & ff. de app. re. l. j. & ff. de appell. l. conſtitutiones. in princ. & ſ. vt nulli iudi. §. illa verò, quæ ſecundum legem hac coll.*

a Sententia inter ... executioni ... appellationes ... perficiatur.

b Exceptio ... regulariter ... cauſa ... tionis ſunt.

n ¶ *Examinans.* i. examinauerit.

o ¶ *Venire.* ¶ Not. ſpeciale [c] in ratione reddenda à dictis adminiſtratoribus, vt quis non poſſit in alium iudicem conſentire cum aduerſario, niſi ſub ſuo epiſcopo. regulariter enim contrà: *vt ff. de iud. l. j. & ij. in princ.*

c In ... non ſunt ... regulariter ... conſentire ... hoc ... ſummariis.

p ¶ *Si quis autem ex eccleſiaſticis.* ¶ Not. hæredes [d] œconomi teneri ſicut ipſe: *vt hîc, & C. eod. l. ſi quis presbyter. in fi. & C. de ſacroſ. eccle. l. iubemus. §. œconomus.* Al.

d Hæredes œconomi conueniri ... ſicut ipſe œconomus.

a ¶ *Cum*

talis diſpenſatio credita eſt, ante rationum expoſitionem, & debitorum ſolutionem moriatur, iubemus eius hæredes ſimili modo & rationibus, & exactionibus ſubiacere.

CAP. XXIV.

Vt epiſcopi illic, vbi deliquerint, conueniantur.

Epiſcopi, & clerici in vrbe Conſtantinopolitana degentes, ibi conueniendi, vel cogendi non ſunt lite in prouincia conteſtata: aliàs corã præfecto prætorio ſunt cõueniendi: apocriſarij autẽ ad patriarcham, vel metropolitã deſtinati, interim conueniendi non ſunt; niſi de hoc mãdatum habuerint, vel alios conuenerint, vel ibi cõtraxerint. Item epiſcopi, vel clerici legationis tempore conueniendi non ſunt. Clerici, & monachi accuſandi ſunt iniuria loci repulſa, & loci reuerentia ſeruata. Item monaſterium per ſuum procuratorem agere debet: ſportularum quantitate legitima in ſupradictis perſonis, & caſibus ſeruata. BART.

¶ Si quis epiſcopus, aut clericus ex quacunque prouincia in Conſtantinopoli reperiatur, & voluerit aliquis aduersùs eum actionem proponere: ſi quidem litis cõteſtatio in prouincia pro ipſo negotio facta eſt, ibi litem compleri [a]. Si verò nõdum inchoata eſt apud glorioſiſſimum præfectum Orientis prætoriorum, aut apud eos, qui à nobis fuerint deputati iudices, conuenientibus eum reſpondere.

CAPVT XXV.

De apocriſarijs.

¶ Reuerẽdiſſimi † verò apocriſarij [b] cuiuſcunque ſanctiſſimæ Eccleſiæ, qui in regia ciuitate degunt, aut ad beatiſſimos patriarchas, aut ad metropolitas à ſuis epiſcopis ordinati, & deſtinati, neque pro ſuis epiſcopis, neque pro cauſa Eccleſiæ, aut pro debito publico, aut priuato, aliquam conuentionem ſuſtineant, niſi mandatum habuerint à ſuis epiſcopis, aut œconomo, aut aliquos conueniant: tunc enim ſolis [c] illis, qui ab eis conueniuntur, damus licentiam, ſi quam obligationem habent contra Eccleſiam, aut contra epiſcopos eorum, proponere. Si verò & in quibuſdam cauſis, vel actionibus ſemetipſos obligatos fecerint: in tẽpore, in quo reſponſa faciunt, pro his conuentiones ſuſcipiant.

CAPVT XXVI.

Ne epiſcopi legationis tempore conueniantur.

¶ Si verò epiſcopi †, vel clerici pro ciuitate, aut pro ſuis Eccleſiis propter ſuã legationem, aut ordinationẽ epiſcopi, ad regiã ciuitatem, vel ad aliũ quemlibet locum proficiſcatur: iubemus eos nullam moleſtiam, aut importunitatem à qualibet perſona ſuſtinere: licentia exiſtente iis, qui obligatos eos putant ſe habere poſtquam ad prouinciã reuertuntur, conuenire eos, nullo in iis, quæ ſe putant habere, eis faciendo præiudicio de temporalibus præſcriptionibus propter tempus [d], quod in tali cauſa protraxerint.

CAP. XXVII.

Vt monachi per procuratorem ſe defendant: & de quantitate ſportularum.

¶ Si quando autem cauſa emerſerit, vt admonitio, aut executio inferatur pro qualibet pecuniaria cauſa, ſiue publica, ſiue priuata, clerico, aut monacho, aut monaſtriæ, aut cuicunque monaſterio, & maximè fœminarum: iubemus ſine iniuria, & cum competenti honore admonitionem fieri: non tamen monaſtriam, aut aſcetriam monaſterio abſtrahi [e] ſed procuratorem ab eis ordinari, qui pro cauſa reſpondeat. Monachis autem liceat ſiue per ſe, ſiue per procuratorem monaſterij cauſas agere: ſciente, qui hoc præuaricatur, iudice, vel executore: quia & cingulo ſpoliabitur, & pœnam quinque librarum auri exigetur per magnificentiſſimum comitem priuatarum rerum: executore videlicet ſuper hoc verberando, & in exilium dirigendo: locorum ſanctiſſimis epiſcopis prouiſuris, vt nihil his contrarium fiat: aut ſi aliquid committatur, memorata vltio procedat: iudicem verò vindictam differentem imponere, ad ſcientiam noſtram epiſcopus referat.

CAP. XXVIII.

De modo ſportularum in perſona clericorum.

¶ Sportularum verò nomine omnem perſonam in quocunque eccleſiaſtico officio conſtitutam, & ad hoc diaconiſſam, & monacham, aut aſcetriam, aut monaſtriam, pro omni criminali, & pecuniaria cauſa, cuiuſcunque quantitatis ſit, ſiue à clerico, ſiue à quolibet in militia conſtituto admonitionem ſuſcipiant, aut in regia ciuitate, aut in prouinciis, quibus degunt: nec ampliùs quatuor ſiliquis [f] dare permittimus. Si verò ex noſtra iuſſione aut adinuicem, aut ad beatiſſimum patriarcham miſſus executor, in alias prouincias admonitionem offerat alicui memoratarum perſonarum: non vltra vnum ſolidum [g] accipiat. Si verò pro vna, eademque cauſa multas ex memoratis perſonis admoneri contingat [h], vnam, & ſolam perſonam pro omnibus ſportulas dare ſancimus. Epiſcopus verò pro rebus Eccleſiæ ſuæ nullam exactionem, moleſtiámque ſuſtineat ſportularum, ſi pro talibus cauſis admoneatur exactio: actiones videlicet contra Eccleſiam propoſitas œconomis [i] ſuſcipientibus, aut illis, qui in eã cauſam ordinati ſunt. Qui verò contra hæc exigere ſportulas præſumpſerit: in du-

a ¶ *Compleri. vt ff de iud. l. vbi ſemel.*

b ¶ *Reuerendiſſimi verò apocriſar.* i. qui res Eccleſiæ agunt: *vt ſuprà quomodo oper. epi. §. ſi verò metropolita.* Sic dicti quaſi ſecreti nuncij: vel expone, vt ibi.

(apocriſarij)

c ¶ *Solis.* Imò videtur quòd debeant omnibus reſpondere, *vt ff. de iud. l. ij. §. omnes eum. & §. ſed ſi agant.* Solu. hic nomine alieno agit legatus, ibi ſuo nomine. & facit ĩ. *de exe. & in, qui con. & re. §. ij.* ACCVR.

d ¶ *Propter tẽpus.* ¶ No. quòd vbi [b] ius aufert agẽdi poteſtatem temporalis præſcriptio non currit: *vt hic, & ff de iud. l. ij. §. pen. & ſuprà, vt cùm de ap. cog. §. meminimus & Cod. de ann. except. l. j. §. final. & ff. de ui. actiõque priuato. l. j. §. ſi quis propter. & C. de præſcr. xxx. vel xl. ann. l. cùm notiſſimi. §. illud.*

(Præſcriptio temporalis non currit aduerſus eum, qui non poteſt agere.)

e ¶ *Abſtrahi.* Nemo [c] debet extrahi de domo inuitus pro cauſa ciuili: *vt ff. de in ius uoc. l. plerũque & l. ſeq.* Sed huiuſmodi religioſæ perſonæ multò minùs debẽt extrahi: *vt hic, & infrà eod. §. prouidere. & ſupr. apud quos oper. cau. dimo. §. præterea.* Idem de muliere dicitur *ſuprà, vt nulli iud. § neceſſariũ.* ¶ Item not. quod ſubiicit hic de procu. quem dicit conſtitui. Nam ſi quis in ſua propria cauſa conſtituit, valet: vt patet ex definitione procuratoris: *vt ff. de proc. l. j.* Si verò ſit cauſa monaſterij, quomodo ab aliquo poteſt procurator cõſtitui, cùm nemo ſit dominus: imò ſyndici ad talia ordinãtur: *vt ff. quod cuiuſque uni. l. j. in fin. & l. item. §. penul.* Reſpond. impropriè hic dicitur procurator: id eſt, ſyndicus. 2. Vel dic procurator conſtitui poteſt etiam in cauſa monaſterij à ſyndico lite conteſtata, ad inſtar procuratoris: *vt Cod. de procuratorib. l. neque. & l. nulla.*

(c De domo ſua nemo inuitus extrahi debet in cauſis ciuilibus.)

f ¶ *Quatuor ſiliquis.* ¶ Quid eſt [d] ſiliqua? Reſpond. quidam, quarta vnciæ, hoc eſt, xlix. pars aſſis: *vt arg. ff de an. lega. l. liberto §. filium.* Sed alij *in prædicta l. liberto.* habent in litera *ſiliquum,* non *ſiliqua.* Tu dic ſecundùm Ioan. quòd eſt genus monetæ ſiliqua, qua vtuntur Prouinciales: vt medalia de ſancta Helena. & de hoc habetur mentio *ſuprà, vt nul. mutu. agri te. eius ter. § j. coll. iiij.* ¶ Et not. quòd hic corrigitur illa lex, quæ maiores

(d Siliqua quid.)

ſportulas dicebat imponi. *vt Cod. de epiſc. & cleric. l. cum clericus. in fin. & alia in eodem titu. l. omnes qui. §. executoribus.*

g ¶ *Vnum ſolidum.* & in hoc caſu accipit plus, cùm princeps aliunde illuc mittat iudicem: *vt hic, & arg. ff de iud. l. ij. § legatis. ibi, vel in prouinciam deſtinati, &c.*

h ¶ *Contingat* quia prima perſona admonita deceſſit, item ſecunda, item tertia. AZO. 2. Vel dic, quòd omnes canonici vnius Eccleſiæ fuerunt admoniti. ACCVRSIVS.

i ¶ *Oeconomus* in [a] cauſa Eccleſiæ defendit œconomus: *vt hic:* non autem in alienis, vel publicis: *vt ſuprà eod. §. alium, qui eſt contrà.* ¶ Sed quid ſi agit contra epiſcopum nomine Eccleſiæ? Reſpond. actorem poterit ordinarè epiſcopus auctoritate archiepiſcopi: vt facit tutor: *vt Inſtitut. de cura. § fin.* Nam œconomus [b], vel ſyndicus ab vniuerſitate tantùm inſtituitur: *vt ff quod cuiuſcunque vni. l. j. in fi. & l. item § pe.* ¶ Qualiter autem contra huiuſmodi perſonas libellus [c] fiat, plenè dixi ĩ. *apud quos oper. cau. de mo. & aſce. § propterea. coll. vj.*

(a Oeconomi Eccleſiaſtici partes in defendendo.)

(b Syndici à quibus inſtituantur.)

(c Libellus quẽ admodũ formetur aduerſùs ſyndicos, & ſimiles perſonas. *adde Gl. Nouel. 79. in pr. in verbo, interpellet.*)

a ¶ *Red*

Authentica.

a ¶ *Reddere.* & triplum fiſco: *vt ſuprà, vt nulli iudic §. & hac. quæ eſt contrà.*

b ¶ *Non habentibus.* id eſt, non debentibus habere, vt omnes in ſacris ordinibus conſtituti: *vt ſ quomodo opor. epiſcop. §. neque autem. & ſ. de nupt. § ſed & ſi quis.*

c ¶ *Superinductam.* vt occaſio a delinquendi non præbeatur: *vt Inſt. vi bo. rap. §. ſed ne dum.* & ſa. C eo l eum.

a Occaſio delinquendi tollenda.

d ¶ *Eam.* etiam matrem.

e ¶ *Permittimus.* hæc eadem habes *ſuprà quomodo oport. epiſc. op §. quarta.*

f ¶ *Secundùm numerum perſonarum.* quod leges virilem b appellant: *vt Cod de c. tol §. ſin autem legatary & ff. de leg. pra l. virilis. in prin.* Accvrs.

b Virilis portio, quid.

g ¶ *Alat, & regat, &* pro, *id eſt.*

h ¶ *In exilium.* Hìc *aut* c, pro, &, accipitur: *vt in Nouel. eod titul. & C. de verb ſig. l. cùm quidam* Al. Alij habent in litera, &, & tunc eſt plana. & fac. *ad hunc §. Codic eod l. ſi quis in hoc. & Cod. de his, qui ad eccleſ. confug. l. denunciamus.*

c Aut, pro, &: ſeu disiũctiua, pro coniunctiua.

i ¶ *Ipſas.* aliàs, *quas.*

k ¶ *Honorandas.* cruces d interdicimus non alibi reponi, niſi, &c. cum crucibus, & cum litaniis ſacra ingrediũtur. Vel ſubaudi, *portant*: & erit plana. & dic *cum quibus.* ſ crucibus ingrediuntur ſacerdotes.

d Cruces vbi reponi debeant.

l ¶ *Reponi.* vt in ſacriſtia Accvrs.

m ¶ *Iubemus igitur.* quia fecit modò proximè de monachis mentionem: igitur de eis incipit: & proſequitur vſque in finem conſtitutionis.

n ¶ *Sed omnes.* huic §. *concordat ſuprà de defen. ciui. §. decreto. collat. v. & C. de offi. ma. off. l j. & de offi. pra. vr. l. ſi.* Accvrsivs.

o ¶ *Elegerũt* & ſic monachi e hodie eligunt: *vt hìc.* olim epiſcopus. Sed corrigitur: *vt ſuprà de mona. §. ordinationem. coll. j.*

† *Facit ad hoc Gl ſuper verb. eligendi, in c. cùm dilectus. extr. de conſuet.*

e Abbas à quibus hodie, & olim electus.

p ¶ *Ordinare.* i. conſecrare, & confirmare: vt in Nouellis. Accvrs.

q ¶ *Aſceteriis.* genera ſunt locorum religioſorum.

plum quod accepit, exactæ perſonæ reddere a compellatur: & ſi quidem militat, cingulum perdat: ſi verò clericus fuerit, à clero remoueatur.

CAP. XXIX.

Ne clerici mulieres superinductas in propriis domibus habeant: epiſcopi verò nullas.

Presbyteri, & clerici domo propria mulierem habere non debent, niſi omnem effugiant ſuſpicionem. Epiſcopus autem nullã mulierem ſecum habere debet. Bart.

¶ Presbyteris autẽ, & diaconis, & ſubdiaconis, & omnibus in clero conſcriptis, non habentibus b vxores ſecundùm ſacros canones, interdicimus etiam nos ſecundùm ſanctarum regularum virtutem, mulierem aliquam in propria domo ſuperinductam c habere: tamen citra matrem, aut ſororem, aut filiam, & alias perſonas, quæ omnem ſuſpicionem effugiunt. Si quis autem abſque hac obſeruatione mulierem in ſua domo habet, quæ poteſt ei ſuſpicionẽ inferre, & ſemel, & ſecundò à ſuo epiſcopo, aut à ſuis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, eiicere eam d de ſua domo noluerit: aut accuſatore apparente approbetur inhoneſtè cum muliere conuerſari: tunc epiſcopus eius ſecundùm eccleſiaſticos canones de clero eum amoueat, curiæ ciuitatis, cuius clericus erat, tradendo, epiſcopum verò nullam penitus mulierem habere, aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur nequaquam hoc cuſtodiens, epiſcopatu proiiciatur, ipſe enim ſe oſtendit indignum ſacerdotio.

CAP. XXX.

De diaconiſſis.

¶ Diaconiſſam verò nullo modo cum viro, ex quo poteſt inhoneſtæ vitæ emergere ſuſpicio, habitare permittimus e. Si verò † hæc non obſeruet: ſacerdos ſub quo ſubiaceat, admoneat eam, vt omnibus modis talẽ virum eiiciat è ſua domo: ſi verò hoc diſtulerit agere, eccleſiaſtico monaſterio, & propriis emolumẽtis alienata, monaſterio tradatur, & ibi omni ſuæ vitæ tẽpore degat: rebus eius, ſi quidem filios habeat, inter ſe, & illos ſecundùm numerum perſonarum f diuidendis: vt competentem ipſi mulieri partem monaſterium accipiens, eam alat, & regat g. Si autem non habuerit filios, omnis eius ſubſtantia inter monaſterium, vbi mittitur, & Eccleſiam, in qua priùs erat conſtituta, æqua portione diuidatur.

CAP. XXXI.

De his, qui in Eccleſia epiſcopo, aut aliis clericis iniuriam inferunt.

¶ Si quis cùm ſacra miniſteria celebrantur, in ſanctam Eccleſiam ingrediens, epiſcopo, aut clericis, aut miniſtris aliis Eccleſiæ iniuriam aliquam inferat: iubemus hũc verbera ſuſtinere, aut in exilium h mitti. Si verò hæc ſacra miniſteria conturbauerit, aut celebrari prohibuerit, capitaliter puniatur: hoc ipſo & in litaniis, in quibus epiſcopi, aut clerici reperiantur, cuſtodiẽdo. Et ſi quidem iniuriam ſolùm fecerit is, verberibus, exilióque tradatur: ſi verò etiam litaniam concuſſerit, capitale periculum ſuſtinebit: & vindicare iubemus non ſolùm ciuiles, ſed etiam militares iudices.

CAP. XXXII.

Ne laici faciant litanias ſine epiſcopo, & clericis, & crucibus.

¶ Omnibus autẽ laicis interdicimus litanias † facere ſine ſanctis epiſcopis, & qui ſub eis ſunt reuerendiſſimis clericis. Qualis enim eſt litania, in qua ſacerdotes non inueniuntur, & ſolemnes orationes faciunt? Sed & ipſas i honorandas k cruces (cum quibus & in litaniis ingrediuntur) non alibi, niſi in venerabilibus locis reponi l: & ſi quãdo opus vocauerit ad litanias celebrandas, tunc ſolùm ipſas ſanctas cruces accipere eos, qui conſuetè eas portare ſolent, & cum epiſcopo, & clericis litanias celebrare: hoc cuſtodientibus ſanctiſſimis locorum epiſcopis, aut etiam eorum clericis, & per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo, præſentis noſtræ legis virtutem aut tranſcenderit, aut non vindicauerit: prædictas pœnas patietur, monaſteriorum, & reuerendiſſimorum monachorum diſpoſitione.

† Litaniæ ... [illegible]

CAPVT XXXIII.

¶ Reliquum nobis eſt & de venerabilibus monaſteriis, & reuerendiſſimis monachis formam dare. Illud igitur ante cætera dicendum, &c.

Tranſcribitur hic in Græco totum primum caput Nouellæ quintæ ſuprà. Cont.

CAP. XXXIV.

Vt abbas non tam antiquitate, quàm bona exiſtimatione cenſendus ſit, & eligendus.

Idem cautum extat in regula ſancti Benedicti, c 64. Contivs.

Abbas eligendus eſt non ſecundùm gradum: ſed meritis, & virtute: & idem in abbatiſſa eſt ſeruandum. Bart.

¶ Iubemus igitur m abbatem, aut archimandritam in vnoquoque monaſterio ordinari, non omnino ſecundùm gradum monachorum; ſed † omnes n monachi melioris opinionis exiſtentes eum eligant propoſitis ſacroſanctis Euangeliis: dicentes quia neque propter amicitiam, aut aliquam quamlibet cauſam, ſed ſcientes eum & fide rectum, & vita caſtum, & gubernatione dignum, & qui poſſit monachorum diſciplinam, & omnem monaſterij ſtatum vtiliter cuſtodire, cum elegerunt o: & ſanctiſſimum epiſcopum, ſub quo monaſterium conſtitutum eſt, eum, qui ita electus eſt, modis omnibus abbatem ordinare p. Hæc autem omnia, quæ à nobis diſpoſita ſunt pro ordinatione abbatum, valere præcipimus & in venerabilibus fœminarum monaſteriis, & aſceteriis q.

† [illegible]

CAP. XXXV.

De monachis non ſtatim veſtiendis. Conuenit cap. 2. ſuprà Nouell. 5.

Ignoto ad monaſterium aſpiranti monaſticum ſchema niſi poſt triennium non detur, intra quod tempus probantes eum ſuum eſſe, redditur cum rebus aſportatis, notus verò inconti

a ¶ *Sche*

incontinenti poteſt monachus ordinari. Debent inſuper vnà monachi habitare, non tamen dormire, & à mulierum procul eſſe conſortio. Ang.

¶ Si quis autem ad monaſticam vitam venire voluerit: iubemus, ſi quidem notus eſt quia nulli fortunæ ſubiaceat, abbas monaſterij ſi perſpexerit, ſchema [a] ei præbeat: ſi verò non cognoſcitur, aut cuilibet fortunæ ſubiacet, intra tres annos non accipere eum ſchema monaſticum: vt intra memoratum tempus experiatur huius hominis conuerſationẽ monaſterij præſul [b]. Et ſi intra triennium aliquis emerſerit, dicens aut ſeruum, aut colonum, aut adſcriptitium ſuum hunc eſſe, aut etiam tanquam fugientem agriculturam, aut quaſi aliquid rapientem, aut propter aliquam culpam in monaſterium eum ingreſſum: proprio domino húc reſtitui cum rebus, quas probatur in monaſterium introduxiſſe: iurando [c] primùm [d], quia nihil patietur à ſuo domino percipiente. Si autem intra triennium nullus conuenerit, aut inquietauerit, aut contra aliquam memoratarum perſonarũ quæſtionem fecerit, abbas monaſterij poſt tranſcurſionem triennalis temporis, ſi talem virum dignum iudicauerit: tunc det ei ſchema, & nullus ſit ei poſtea moleſtus propter fortunam, donec tamen deget in monaſterio. Res autem, quas in monaſteriũ introduxiſſe videtur, illæſæ domino reddantur [e]. Si quis autem memoratarum perſonarum reliquerit monaſterium, & ad ſæcularem venerit vitam, aut in ciuitatibus, aut in agris circumiens, propriæ fortunæ [f] reddatur.

CAP. XXXVI.

Vt monachi in vno conclaui habitent.

¶ In omnibus autem monaſteriis, quæ cœnobia dicuntur, iubemus ſecũdùm canones monachos in vno habitaculo omnes ſeparatim [g] dormire, vt mutuum alterutris teſtimonium [h] caſtæ conuerſationis præbeant: niſi quidam tamen ex eis aut propter longæuam in monaſterio conuerſationem quietè volentes viuere, aut ſenectutis, atque corporis infirmitatis cauſa in remotis cellulis intra monaſterium conſtitutis degant: & hoc cum conſcientia & voluntate abbatis fieri. Hæc omnia in monaſteriis, & aſceteriis fœminarum ſeruantibus [i], in nullo loco noſtræ reipublicæ eſſe monaſteria permittimus aliter [k]. Vbi autem monaſterium inuenitur, omnibus modis iubemus viros à fœminis ſeparari, & fœminas [l] quidem in quo ſunt monaſterio remanere: viros autem aliud monaſterium ſibimet facere. Si verò plura ſũt monaſteria, vt neceſſe non ſit noua monaſteria ædificare, locorum ſanctiſſimus epiſcopus monachos cum monachis, & fœminas cum fœminis ſeparare, & in aliis monaſteriis congregare procuret. Quæcunque verò habentur communia, inter eos ſecundùm competens eis ius diuidere [m]. Fœminis autem quemcunque ipſæ elegerint ſiue presbyterum, ſiue diaconum, ad faciendum eis reſponſum, aut ſanctam eis communionem portandam: ſanctiſſimus epiſcopus, ſub quo ſunt, deputet, quem rectæ fidei, & vitæ bonæ eſſe cognouerit. Si verò qui ab eis electus eſt, non ſit presbyter, aut diaconus, dignum tamen eum huiuſmodi miniſterio epiſcopus iudicauerit: ordinationem ei imponat [n], qui dignus eſſe videbitur, vt reſponſa (ſicut dictum eſt) monaſteriis diſtribuat: ita tamen, vt neque ſic electus ad reſponſa fœminarum, in monaſterio [o] maneat.

CAP. XXXVII.

Conditionẽ nuptiarum, vel liberorum non extare ſi quis monaſterium ingrediatur.

Si rogatus de reſtituendo, nuptias non contraxerit, vel liberos non habuerit, aut ingrediatur monaſterium, deficit fideicommiſſum: niſi alteri loco venerabili debeat reſtitui. Ang.

¶ Sed & hoc [p] præſenti † addimus ſanctioni: ſi fortè quis ſub conditione nuptiarum, ſiue liberorum [q], ſiue dotis cauſa, ſiue antenuptialis donationis donauerit, ſiue reliquerit ſuis liberis, ſiue alij cuicunque perſonæ hæreditatem, ſiue legatum, aut ab initio purè relinquens eis, oneret eos ſubſtitutione, aut reſtitutione, aut ſub vna prædictarum conditionum reliquerit, vel donauerit: ſubſtitutiones verò, vel reſtitutiones eis fecerit adiectis conditionibus quibuſcunque [r] ex iis, quæ ſuperiùs enumeratæ ſunt: ſancimus, ſi perſonæ talibus conditionibus ſubiectæ, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, monaſteria ingrediantur, aut clerici [ſ], aut

Schema *vid. adde infr. ... ſchema.*

a ¶ *Schema.* i. [a] ordinẽ monachalem, ſc. cucullam, & ſcapularium: & etiam incõtinenti profeſſionem faciat.

b ¶ *Præſul.* i. abbas. & concor. *huic l. ſuprà, de mona. §. ſancimus. & §. ... & §. ſi verò.* Accursius.

Iuramẽtum e non offendendo à quibus præbetur.

c ¶ *Iurando.* ſimile [b] iuramẽtum præſtat dominus, quando ſeruum ad Eccleſiam fugiẽtem recuperat: *vt Cod. de iis, qui ad Eccl. confu. l. præſenti. in fi.*

d ¶ *Primùm.* ſ. eſt præſtandũ à domino, quia, &c. Accurs.

Lucrari non debet quis cũ aliena iactura.

e ¶ *Domino reddantur.* nam non [c] debet in rebus quis cum aliena iactura lucrari. *vt ff. de cõdic. inde. l. nam hoc natura.* Et ſic no. quòd tenet principale: non tamen tenet acceſſorium. Acc.

f ¶ *Fortunæ* i. domino ſuo, *vt ſ. eo. §. ſi fortunæ.*

g ¶ *Separatim.* i. non ſimul ſed quilibet in ſua ſtatura, ſiue cubili, vna domo tamen: *vt hic. & ſuprà de monac. §. cogitandum.*

h ¶ *Teſtimonium.* hinc ſume argu. quòd poſſit eſſe teſtis [d] monachus, & dic *vt dixi ſuprà de mona. §. cogitandum.*

Monachus teſtis eſſe poteſt.

i ¶ *Seruantibus.* ſc. abbatibus.

k ¶ *Aliter.* quàm ſuprà diximus.

l ¶ *Fœminas.* ¶ Not. quod defertur mulieri. ¶ Item not. hic, quòd collegium [e] reprobatur, licèt alia cauſa religionis facta valeãt: *vt ff. de colleg. illic. l. j. §. ſed &.* ¶ Item res eorum mares debẽt portare: *vt ff. de colle. illi. l. j. in fi. & infrà proxi.*

Collegia nõ omnibus, neq; omnia paſſim ... permiſſa.

m ¶ *Diuidere.* ¶ Not ſic *ff. de colle. illi. l. j. §. ſi.*

n ¶ *Imponat.* ¶ Nota quòd etiã laicum poſſunt eligere iſtæ fœminæ, ſicut epiſcopum: *vt ſ. eod. tit. j. coll.*

o ¶ *In monaſterio.* i. in clauſtro.

p ¶ *Sed & hoc.* duo dicit hic ſ. primùm, ſi dedi mulieri x. pro dote, vel viro alicui pro dona. propter nu. Vel nulla adiecta tali cauſa dedi clerico ſub tali cõditione, ſi cõtraheret matrimonium, vel ſi haberet liberos, quòd tunc haberet demũ: hoc caſu ſi monaſterium intret, vel clericus ſæculo renunciet, impleta eſt cõditio: vnde [f] perinde habetur, ac ſi filios haberet, vel matrimoniũ contraheret: & tunc haberetur, ac ſi nulla fuiſſet appoſita conditio: ſed purè eſſet relictum. & hoc dicit litera inualidas eſſe conditiones. Nam hæc duo ſunt paria [a], obligationem eſſe puram, vel eſſe conditionalem, dummodo conditio iam extiterit: *vt ff de cõdic. inde. l. ſufficit.* ¶ Sed cùm purè dedi, vel reliqui tibi cauſa dotis. vel donat. propter nupt. ſi liberos non haberes, vel matrimonium non contraheres, rogaui vt reſtituas alij: certè ſi Eccleſiam intres, videris liberos habere: & ideo fideicommiſſarius nihil expectet, ac ſi non eſſet aliquid appoſitum de reſtituẽdo: niſi fideicommiſſum ſit relictum ad pias cauſas: quo caſu etiam expectat, & non habetur monaſterium pro filio. ¶ Item no. ex hoc §. quod Eccleſia [b] loco filij habetur: quod valet ad multa. & ideo quidam intelligũt hoc tantùm his duobus caſibus, ſi liberos haberet, vel matrimonium contraheres: non aliàs. Alij vbique dicunt pro filio haberi: quia ſi inueniat ſe nõ inſtitutum, rumpit [c] teſtamentum: vt plenè dices infrà, §. proximo.

Legatum in ... nuptiarum, vel liberorum collatum pro puro haberi interdum poteſt.

a Paria ſunt conditionem puram eſſe vel eſſe conditionalem; dũ tamen conditio pro impleta ſit, & legibus habeatur.

b Eccleſia loco filij habetur. *adde Gl. ...*

c Filius præteritus rũpit teſtamentum.

q ¶ *Liberorum.* ſuper his duobus ponitur cõditio: ſed quod ſubiicit, ſiue dotis, &c. cauſam dandi ponit, non conditionem. ¶ Quid ergo ſi aliam cauſam dicat donandi, putà vt emas ſeruum? Reſpon. non facio vim: *vt ff. de do. l. ... in fin. & l. ſequ.* hoc ideo de his dixit: quia talia conueniunt in matrimonio, de quibus hic dicit.

r ¶ *Conditionibus quibuſcunque.* ſic loquitur, ac ſi plures poſuiſſet, ſed certè non poſuit duas, ſcilicet matrimonium, vel ſi liberos haberet, rogauit ergo hic reſtituere, ſi liberos nõ haberet, vel matrimonium non contraheret. videtur enim contraxiſſe [d], & liberos habuiſſe, ſi monaſteriũ intret *& facit ad hoc. ff. ad Tertul. l. ... §. liberi.* ponuntur ergo hæc verba ſi fecerit cum conditionibus adiectis quibuſcunque pro ſingulari conditione quacunque ex iis, quæ ſuperiùs numeratæ ſunt.

Cont. cum hoc §. ... in præſenti cum gl. ... de probat. ... quia eſt elegans ad hanc materiam.

d Qui fingantur nuptias contraxiſſe, & liberos ſuſtuliſſe.

ſ ¶ *Clerici.* etiam ſæculares: aliàs fruſtrà dicebat ſtatim quòd debeat reſeruare ad pias cauſas: cùm ſi de monachis tantùm loqueretur, qui ipſo ingreſſu [e] ſe, & ſua dedicãt Deo: neque vlteriùs eis adminiſtratio relinquitur: *vt ſuprà de mona. §. illud.* ¶ Si tamẽ velis tantùm de monachis intelligere, dices hic monaſteria ingredi: ſcil. vt conuerſi ſint, vel

e Ingrediens religionem ſe, & ſua Deo dedicat.

clerici fiăt, ſ. monachi. & quod ſequitur de rebus, dicas quòd licèt habeant de facto adminiſtrationem, & vſum rerum: nõ tamen eſt de iure: nec abbas tenetur eis dimittere, ſi non vult. ¶ Item pro hoc, quod hic tractat tantùm de monaſteriis. Item quia fauore Eccleſiarum, non hominum hoc fingitur. ſi autem eſſet ſæcularis clericus, poſſet dimittere cui velle: *vt ſuprà, eo. § presbyteros*

diaconiſſæ, aut aſcetriæ fiant: tales conditiones inualidas, & pro non ſcriptis [a] eſſe. Hoc autem ſolatio & clerici, & diaconiſſæ Eccleſiarum fruantur, ſi vſque ad ſuam vitam in his perſeuerauerint, vt res ſub tali conditione donatas, aut relictas, ad pia opera expendant, aut relinquant. In perſonis enim, quæ in monaſterium, vel aſceterium ingrediuntur, & relinquunt huiuſmodi conuerſationem caſtã monaſterio, aut aſceterio: vbi à principio ingrediuntur, res ſub tali conditione donatas, aut relictas, cum alia eorum ſubſtantia competere volumus [b]. Si tamen † in redemptionem captiuorum, aut egentium alimenta ſub prædictis conditionib. ſubſtitutio, aut reſtitutio fiat: ex nullo memoratorum modo eam excludi permittimus.

CAP. XXXVIII.

Vt qui monaſteria ingrediuntur, ſe, ſuáque dedicent monaſterio.

Si qua intrauerit monaſterium animo ibi manendi, & ſe, & ſua monaſterio dediſſet: licet tamen ei poſt ingreſſum bona ſua liberis partiri. Ang.

¶ Si qua mulier †, aut vir monaſticam elegerit vitam, & intrauerit monaſterium [c]: filiis non extantibus, monaſterio, quod ingreditur, res eius competere iubemus. Si verò talis perſona filios habeat, & non, antequam intret monaſterium, de ſuis rebus fecerit diſpoſitionem, & legitimam partem filiis deputauerit [d]: etiam ſic liceat ei, poſtquam monaſterium ingreditur, ſuam facultatem in proprios [e] diuidere filios: ita tamen, vt nulli filiorum ſuorum minuat legitimam partem. quã verò non dederit filiis partem, monaſterio competat. Si verò omnem ſubſtantiam inter filios diuidere voluerit: propria ſua perſona [f] filiis connumerata [g] vnam ſibi partem omnibus modis retineat, quæ debeat iuri monaſterij competere. Si verò in monaſterio degens moriatur

a ¶ *Pro non ſcriptis* Primo caſu eſt inualida conditio. Secũdo eſt inualida tota reſtitutio ſub conditione faciẽda, & ſic per conſequẽs ipſa conditio. Accvrs.

b ¶ *Volumus.* hoc concordat *ſuprà, de mon. §. ſi quis autem. & §. ſi verò relinquens* Accvrs.

c ¶ *Intrauerit monaſterium.* ¶ Quid ſi cauſa orandi? Reſp. non habet locum quod hic dicit, niſi quando abrenunciauit ſeculo vnde non facio vim ſi intret vt monachus, vel conuerſus, dummodo renunciet: *vt ſuprà de mona. §. ſi autem nihil* ¶ Itẽ quid ſi capellam intret? Reſp. non habet locum, quod hic dicit, nec ſi plebem. quia tales propria poſſunt retinere: *vt ſuprà, eo § presbyteros.* ¶ Item quid ſi de rebus nihil dixit? Reſpon. tacitè ſequuntur, *vt ſupr. de mo. §. illud.* ¶ Item ſi non habet liberos, habet tamen parentes: quid tũc? Reſpon. P. idem: *arg. ſuprà. eod. § presbyteros. & ſuprà, vt null. iudic. §. adulteram.* Non tamen diſtribuit filius inter eos ſecundùm eum. Tu dic quòd nihil habent parentes: quia monaſterium eſt pro filio: *vt ſuprà proxi §.* ergo ſuperiores excluduntur. Nec ob. *ſuprà. eo §. presbyteros* quia ibi in ſæcularibus dicit. Item nec illa *ſuprà vt nulli iudic.* quia ibi inuitè intrauit: hic ſponte. vel corrigitur per iſtam.

d ¶ *Deputauerit.* repete, non. Accvrs.

e ¶ *In proprios.* ¶ Quæritur, an hæc diſpoſitio ſit teſtamentum: quod prodeſt quærere, ſi de actione, vel numero teſtium quæratur. Dicit P. quòd non [a]: quia arbiter, & iudex diuidit, non tamẽ teſtatur, quia non eſt dominus: qui ſic diſtribuit: *vt ff. de iure cod. l. conficiuntur. §. ſi poſt teſtamentum.* Sed Azo nõ curat de nomine, dum teneat de quo agitur: *vt C. de cõſt. pe. l. 4. in fi.* & ſic ſit quicquid vis, vt ſit etiam teſtamentum. Sed certè & non [b] dominus teſtatur ſecũdùm eum: *vt C. de ſecun. nupt. l. fœminæ, in fi. & Inſtit. de pupil. ſubſti. §. non ſolum.* & potuit hæc lex etiam ſeruo [c] concedere ius faciendi teſtamentum. Nec ob. huic ſententiæ, ſi dicamus iure teſtamenti valere, quod dicitur *ſuprà de mona. §. illud cella* ; quia illa per hanc corrigitur hoc caſu. Si velles tenere opin. P. dicas, quòd lex illa, *fœminæ*, nõ obſtat quia

† Concord. c. in præſentia, in vlt. gl. poſt prin. ibi, ſi autem rogatus eſt extra de probat.

† Iſte §. ... pro auth. ſupra ... ſi qua mulier

a Non omnis actus, in quo diuiſio fit inter liberos, eſt teſtamentum. vide gl. No. 107. in fi. in verb. diuiſione.

b Non dominus etiam teſtatur.

c Teſtamenti faciendi poteſtatem ſeruo concedere lex poteſt

ibi mater domina eſt, licèt habeat neceſſe filios inſtituere. Item nec illa *de pupil. ſubſtit.* quia ibi eſt ſpeciale: quia filius ſibi non poterat teſtari: *vt ſuprà, eo §. j.* ſed ſecundùm Azo. qui dicit eſſe teſtamentum, qua actione agetur cõtra monaſterium, quia fortè omnes res tenet? Reſpond. condict. ex hac lege: *vt ff de condic. ex leg. l. j.*

antequam inter filios ſuos proprias diſtribuat res, legitimam partem filij percipiant: reliqua verò ſubſtantiæ pars monaſterio competat.

CAP. XXXIX.

Vt ſolutis ſponſalibus per monaſterij ingreſſum ſimpla tantum arrha reddantur.

Sponſus monaſteriũ intrans recipit arrhas, quas dedit, ſi matrimoniũ non contraheret: & mulier quas accepit, reſtituit ſimplices, non autem duplicatas. Ang.

¶ Sponſalibus quoque ſecundùm leges factis inter aliquos, ſiue ſponſus [h] monaſterium ingrediatur, recipiat quæ pro ſponſalibus arrharum nomine ſunt data: ſiue ſponſa monaſticam vitam elegerit, illa ſolummodo reddat, quæ ſimiliter arrharum nomine accepit: pœna vtrique parti concedenda [i].

CAP. XL.

Si vir, aut vxor ingrediatur monaſterium.

¶ Si verò conſtante adhuc matrimonio, aut vir ſolus, aut vxor ſola intrauerit monaſterium, ſoluatur matrimonium, & citra [k] repudium: poſtquam tamen perſona pergens ad monaſterium ſchema [l] perceperit. Et ſi quidem vir elegerit monaſticam vitam: reſtituat priùs mulieri dotem, & ſi quid aliud ab ea receperit, & ſuper hoc ex nuptiali donatione tantam partem, quanta ex morte viri competebat mulieri ſecundùm pactum dotalibus inſtrumentis inſertum. Si verò mulier fuerit monaſterium ingreſſa, ſimili modo retineat vir nuptialem donationem, & caſum dotis ex morte mulieris placitum [m]: reliquum verò dotis mulieri reſtitui præcipimus, & ſi quid aliud ex rebus mulieris apud eum inueniatur. Ambobus autem monaſticam vitam eligentibus, iubemus vacantibus dotalibus placitis, virum retinere donationem antenu-

¶ Sed quid ſi filios non habeat, & fecit teſtamẽtum inſtituendo extraneos, certam partem aſſignando Eccleſiæ, antequam intret: nunquid Eccleſia totum habebit? Videtur quòd ſic, ex hac l. Sed cõtrà eſt: nam cùm Eccleſia [a] pro filio habeatur, vt dictum eſt: & naſciturus filius inſtitutus non rumperet teſtamentum: *vt ff. de lib. & poſth. l. filius. § fi.* ergo nec Eccleſia. Sed ſi nihil Eccleſiæ dediſſet, totum rumperet, ad inſtar poſthumi, qui rumpit, ſi ſe præteritum inueniat: *vt C. de bo. poſſ. contra ta. l. ij.* Itẽ opponitur: quia videtur quòd totũ debeat filiis dimittere præter quaternãs vncias: *vt null. iud. §. quia* ... *eſt contrà.* Sed ibi inuita intrauit: hic ſponte.

f ¶ *Perſona.* vt tantum ſibi retineat, quantum habet neceſſe dare vnicuique filiorum, ſecundùm Ioan. Alij ſic, i. retineat ſibi tantũ, quantum alicui filiorũ dat, cui plus dat. Tu potes dicere quòd virilem ſibi aſſumat partem, *vt arg. ſuprà, eod. §. diaconiſſam verò* ¶ Sed an filij poſſunt compellere patrem viuentem vt diſtribuat? Videtur quòd non: *vt argu. infrà proxi. reſpon. & ſuprà, vt liceat matri, & auiæ. §. quia verò ex conſenſu. & C. de don. inter virum, & vxo. l. rei.* Puto tamen vt ſaltem ſubueniatur filiis quantum ad alimenta, nõ vt partem habeant, niſi eo naturaliter mortuo. Vel ſi velis dicere quòd petatur ſtatim poſt ingreſſum hæc portio, eſt arg. quod dicitur quòd ingreſſus [b] pro mortuo reputatur: *vt C. de epiſc. & cleri. l. Deo nobis. in fi. 4. reſpon. & ſuprà vt nulli iudic. §. ſi verò prædictum tempus.* Accvrsivs.

g ¶ *Connumerata.* facit *ff. de coll. bo. l. j. § portiones.*

h ¶ *Sine ſponſus.* ſi per verba de futuro dedit arrhas.

i ¶ *Concedenda.* i. remittenda. & concor. *C. eo l. fi. in prin.*

k ¶ *Citra.* Sed olim neceſſarium erat: *vt ſuprà de nupt. §. per occaſionem.*

l ¶ *Schema.* i. [c] cucullam, vt dicunt: vel figuram, ſiue formam, ſecundùm alios. Sed in Topicis Ariſtotelis exponitur pro ornatu verborum, & ſententiarum. Accvrs.

m ¶ *Mulieris placitũ* fingitur verè mortuus: *vt hic. & C. eo. l. ſi. j. & 4. reſp.* & ſic tantùm valet fictio [d], quantũ veritas, *vt C. de ſu.* qui

a Eccleſia pro filio habetur. ...

b Ingreſſus monaſterium pro mortuo habetur.

c Schema quid. ...

d Fictio tantum ... quantum veritas.

qui veniam æta. impe. l. j. & ij. & Co. de caſtr. pe. l. j. & fi. lib. xij. Item facit *Ꝫ. vt li matri, & auiæ. §. quia verò lex.*

a ¶ *Cedere.* tempore ſeparationis.

b ¶ *Parentibus filios.* ¶ Nunquid hoc caſu hoc [a] voto obligatur filiusfamilias? videtur quòd non: *vt ff de polli. l. ſi quis § voto. quæ eſt contrà.* Sed hoc eſt ſpeciale? vel illud in dando intellige.

Voto parentis an filiusfamilias obligetur.

c ¶ *Sectantes.* ſcil. priùs, ſed poſtea relinquentes, vt ſubiicit: ſ. ſæcularem vitam.

d ¶ *Ingratos.* ob hoc: quòd intrauit monaſterium: *vt Co. eo. l. fi. §. hoc etiam.* ſi aliàs ſit ingratus, non efficitur ideo gratus, licèt omnis macula peccati aboletur: *vt Ꝫ. de mona. in princi.* Sed in Nouellis contrà: dicitur [a] enim, quòd ibi purgatur ingratitudo per ingreſſum. ¶ Sed nũquid cæteris agnatis vel cognatis poterit ſuccedere? Videtur quòd non: quia dicit quædam Authenti. extraordinaria, *quomodo oportet mo.* &c. quòd monachi non habent cognationem in terra. Sed illud intelligitur quantum ad hoc, vt non accedat extrà ad loquendum cognatæ, vel conſanguineæ ſuæ: quia tali colore poſſet illicita agere: *vt C. eo. l. Deo nobis* vnde dico, quòd poteſt ſuccedere, & abbas per eum.

a De hac ſententia, & an ingratitudo excipitur hoc ingreſſu vide Tiraquell. *tracta. de priuileg. pia cauſa. priuilegio 50.*

e ¶ *Competere.* hoc idẽ habes *ſuprà, de mo. §. ſi quis autem. & §. ſi verò relinquens.* ¶ Sed quid de rebus poſtea quæſitis? Reſp. ſecus eſt: *vt j. eo. § ſi monachus.*

f ¶ *Reſponſum.* id eſt, neceſſitatem, vt alicui reſpondeat in aliqua cauſa. ACCVRS.

g ¶ *Agant.* Sed quam cauſam habẽt, cum nihil habeant? Reſpon. ex factis [e] præcedentibus, ſiue contractibus, pro quibus vel ipſi, vel abbates conueniuntur, licèt per alios reſpondeant. *vt Ꝫ. apud quos oport. epiſc. & mo. §. prætorea coll. vj* fac. *Ꝫ. de mo. §. ſi verò relinquens.*

e Qui nihil in bonis habent, quemadmodũ pro factis, aut contractibus conueniũtur.

h ¶ *Militia.* quam in ſæculo adeptus eſt.

i ¶ *Monaſterium.* duo contraria ſunt *ſuprà eo. § ſed neque. & ſuprà eo. §. ſi ſeruus.* Prima dicit indiſtinctè curiæ, ſecũda indiſtinctè domino. Sed hanc in liberis: illum *§. ſed neque curialium.* in ſeruo intellige: & ſic nihil contradicit. Vel ſpecialem ſol. da. illi §. *ſed neque.* vt ille ſecùndùm iſtius diſtin-

pialem, & mulierem propriam accipere dotem, & quicquid aliud viro dediſſe probetur: vt vnuſquiſque citra damnum ſuis fruatur rebus; niſi fortè ſponſus ſponſæ, aut ſponſa ſponſo, aut maritus vxori, aut vxor marito aliquid donare, aut cedere [a] voluerit: quoniam neque ex pactis nuptialibus viro, aut mulieri lucrari aliquid conceditur.

CAP. XLI.

Ne liceat parentibus exhæredare filios, qui ingrediuntur monaſteria, velut ingratos.

Parentibus filium, vel filios, qui monaſterium ingrediuntur, velut ingratos ab eorum hæreditate excludere non licet. Item parentibus non licet filios de monaſterio extrahere. BART.

¶ Nullam verò licentiam damus aut parentibus filios [b], aut filiis parentes ſæcularem vitam ſectantes [c], & relinquentes, velut ingratos [d] à ſua excludere hæreditate, monaſterium, aut monaſticam vitam ſubſecutos. Interdicimus autem parentibus filios ſuos monaſticam vitam eligentes, ex venerabilibus monaſteriis abſtrahere.

CAP. XLII.

De monacho monaſterium deſerente.

Monachus, qui monaſterium relinquit, militiæ honore ſpoliatus, in aliud per epiſcopum detruditur monaſterium: & quod poſt eius ingreſſum quæſiuit, monaſterio applicatur. ANG.

¶ Si monachus reliquerit ſuũ monaſterium, & in aliud ingrediatur, quaſcunque res tempore, quo monaſterium dereliquerit, habere videbitur: proprio monaſterio, in quod ab initio ingreſſus eſt, eas competere [e] iubemus. Prouidere autem ſanctiſſimos locorum epiſcopos vt neque monachi, neque monachæ circumeant ciuitates: ſed ſi quod neceſſariũ reſponſum [f] habuerint per proprios reſponſarios hoc agant [g], in ſuis manentes monaſteriis. Si monachus reliquerit monaſterium, & ad ſæcularem vitam migrauerit: hunc militia [h], & honore, ſi quẽ habet priùs ſpoliatum, ab epiſcopo locorum, & prouinciæ iudice in monaſterium [i] mitti, & res, quas poſtea habuiſſe probatus fuerit, monaſterio, in quod mittitur, competere. Si verò rurſus reliquerit monaſterium: tunc eum iudex prouinciæ, in qua inuentus fuerit, teneat, & ſubdito ſibi officio commoneat.

CAPVT XLIII.

De raptoribus ſanctimonialium.

Raptores monialium, & ſimilium participes, capitali pœna, & bonorum amiſſione plectuntur: bonis raptoris, & aliorum criminis participum applicandis Eccleſiæ, annali præſcriptione contra Eccleſiam currente. BART.

¶ Si quis rapuerit, aut ſollicitauerit, aut corruperit aſceteriam, aut diaconiſſam, aut monaſtriam, aut quamlibet aliam fœminam venerabilem habitum habentem, huius res ex talis ſceleris participio iubemus venerabili loco, in quo talis fœmina habitat, per locorum ſanctiſſimos epiſcopos, & œconomos eorum, necnon etiam cuiuſlibet prouinciæ iudices, & eorum officia vindicari. Eos autem, qui talia deliquerint, & participes [k] eorum ſceleris fuerint, capitale periculum ſuſtinere: talem verò mulierem, vbicunque eſt, cum propriis rebus in monaſterio recondi, in quo cautiùs † cuſtodiri poſſit, vt nõ rurſus in eodẽ crimine reperiatur. Si verò diaconiſſa fuerit, & filios habuerit [l] legitimos: legitimam partem [m] dari filiis. Si autem intra vnum annum, poſtquam cognoſcitur tale facinus commiſiſſe tales res iuri venerabilium domorum non vindicetur, omnibus modis comitem priuatarum fiſco noſtro has aſſignare [n], locorum iudice, qui neglexerit eaſdem res vindicare, cingulo priuando, & mulctam quinque librarum auri à comite priuatarum exigendo.

† al. Caſtiùs.

ctionem intelligatur: vt ibi dixi.

k ¶ *Et participes.* huic §. conc. *ſuprà quom. opor. epi. §. quanta. & C. eo. l. ſi quis non dicam. & l. raptores. & C. de rapt. vir. l. j & Ꝫ. de rap. mu.*

l ¶ *Habuerit.* antequam eſſet monacha aliàs eſſent ſpurij. ACCVRS.

m ¶ *Patrem.* de bonis diaconiſſæ matris.

n ¶ *Aſſignare.* currit ergo annalis præſcriptio Eccleſiæ in hæreditatis petitione, vel cõdictione ex lege, ſicut & in ſimili caſu: *vt ſuprà, vt cùm de ap. cog. l. ſi quis de prædictis.* Sed regulariter currit præſcrip. xl. an. *vt ſuprà de ec. tit. §. pro temporalibus. quæ eſt contrà,* ſed hìc ſunt ſpecialia.

o ¶ *Nec non & proſtantibus.* i. quaſi proſtituentibus ſeipſos: nec curãt de ſua fama: ſicut nec meretrices. ACCVRS.

p ¶ *Monachi.* ¶ Not. reprobari, ſi quis alterius veſte [a] in eius contemptum vtatur: *vt hic. & C. de epiſ. audi. l. minimè.* adeò vt iniuriarum teneatur: *vt Inſt. de iniu. §. j.* & capitaliter punitur: vt hìc dicitur.

a Veſte vti in alicuius ordinis contemptum non licet.

q ¶ *Defenſorib.* repete ſemper prouidentibus.

r ¶ *Etiã in præcedẽtibus.* aliàs, *in præſentib.* &c.

ſ ¶ *Sancimus.* hìc dicit quòd pœnæ, quæ ante legem iſtam fuerũt impoſitæ circa caſus huius conſtitutionis, valent etiam ante hãc legem: ſed quæ impoſitæ per hanc ſunt, non valent niſi in futuro: *vt Cod. de legi. & conſti. l. leges.* ACCVRSIVS.

VT

CAPVT XLIV. & vltimum.

Ne liceat laicis, & ſcenicis vti monachi ſchemate.

¶ Omnibus itaque generaliter in ſæculari vita conuerſantibus, & maximè theatralia exercentibus viris, ac mulieribus, necnon & proſtantibus [o] interdicimus vti ſchemate † monachi [p] aut monaſtriæ, aut aſceteriæ, aut cuiuſcunque perſonæ huiuſmodi imitari ſchema: ſcientibus vniuerſis præſumẽtibus aut vti tali ſchemate, aut imitari, aut illudere in quacũque eccleſiaſtica diſciplina: quia & corporalia ſupplicia ſuſtinebunt: & exilio tradentur: prouidentibus huic rei non ſolùm locorum epiſcopis, & qui ſub eis ſunt clericis: ſed etiam militaribus, ciuilibúſque iudicibus, & quæ ſub eis ſunt officiis, & locorum defenſoribus [q]. Pœnas autem præſenti legi inſertas, quæ etiam ex prioribus legibus ſunt notæ, nõ ſolùm in futuris, ſed etiam in præcedentibus [r] caſibus ſeu relictis valere, & omnibus modis vindicari † ſancimus [ſ]. Per præſentem enim legem nuper diſpoſitas videlicet pœnas in ſolis futuris temporibus ſeruari iubemus.

† Concor. c. cum decorem. cũ Gl. I. extr. de vit. & honeſt. cler. vbi tenor immo tex. vocatur.

† al. Iudicialẽ.

EPILO

VT LITIGANtes iurent,&c.

Hic debet eſſe, Iudices non expectẽt ſacras iuſſiones.

a ¶ Iurent. *Hæc prima pars expeditur* infrà eod. vſque ad §.& hoc.

b ¶ De ſportulis. *Hæc ſecunda expeditur* infrà eo. §.& hoc quoque.

c ¶ Et vt quæ. *Hæc expeditur* infra eod.§.quia verò.vſque ad finem.

d ¶ P *Reſentem legẽ.*] *Suffragium.* i[a]. pecunia pro ſuffragio data Accvrs.

e ¶ *Lites.* principales.

f ¶ *Appellationes.* Sic ergo iuratur[b] de calumnia in cauſa appellationis,& ſic eſt in alia cauſa? Reſpon. eſt alia cauſa. ſed quod dicit, *iuratur*, intellige ſi primò non fuit iuratum: aliàs non: *vt ſuprà de iis, qui ingre.ad appel.§ fi.* & iuratur ideo tunc, quãdo non fuit primò iuratũ: quia & probatio calumnioſè poſſet dari, cùm partibus de nouo probationes inducere permittatur: *vt C.de appel. l. eos.§ ſi quis. & de temp. appel.l. per hãc.* Sed quoad hũc articulum, quod nihil dabit iudici: dico quòd iuret, licèt iurauerit priùs, cùm alius ſit iudex: *vt Co.de appella. l.eos.*

a Suffragium pro pecunia ſuffragij nomine data.

b De calũnia quemadmodũ iuretur in cauſa appellationis.

EPILOGVS.

¶ Tua igitur gloria, quæ per præſentem legem in perpetuum valituram noſtra ſanxit tranquillitas, per omnia cuſtodiri prouideat. Dat. Kal.Maij, Conſtantinop. Iuſt. PP. Aug Baſilio V. C. Conſ. miſſa Petro præfecto prætorio.

VT LITIGANTES IVrent[a] in exordio litis: quia neque promiſerunt dare iudicibus, neque dabũt: & de ſportulis[b]: & vt quæ[c] iubentur, referendarij compleant: & non miſceant ſemetipſos cauſæ, & per ſe exequantur.

TITVLVS VII.

Nouella conſtitutio cxxiiij.

Imperator Iuſtin. Petro glorioſiſſ. ſacrorum prætoriorum præfecto.

Ex S.C.iurabant olim litigatores (vt Plinius ſcribit 5.epi.) *priuſquam agerent nihil ſe ob aduocationem cuiquam dediſſe, promiſiſſe, cauiſſe: & pariter ex primo capite huius Nou.iurant nihil ſe iudicibus, aliiſve perſonis patrocinij cauſa dediſſe, cauiſſe, præterquam honoraria aduocatis, & ſportulas executoribus quod iteratur in cauſa appellationis, & præſtatur etiam in conſiſtorio principis. Iurat autem præſens litigator præſente iudice, abſens præſente aduerſario & officialibus quibuſdam iudicis, & interdum aduerſario non præſente. Abſentis: i. qui in forum non venit. Multæ enim ſunt cauſæ, ob quas domum mittitur ad iuſiurandum præſtandum, vel ob dignitatem perſonæ vel ſi valetudine impediatur in iudicium venire.* l.ad perſonas.ff de iureiur. *Ad epiſcopos domũ mitti debet ex Nouella ſuperiori, & ad matronas.* l.2.§.ſin autem.C.de iur.prop.cal *quæ & proprium hoc habent ex hac No. honeſtiores ſcilicet & verecundiores, vt ſolos officiales in domum admittant, non aduerſarium. Qui abeſt longiùs, in alia prouincia iurat apud acta præſidis prouinciæ, vel defenſoris ciuitatum. Per procuratorem non iuratur. Contumacia nolentis iurare coercetur damno litis. Ei, qui fatetur ſe pecuniam dediſſe, vel cauiſſe, ſi hoc probauerit, venia datur, & punitur is, qui accepit, cuive cautum eſt. Si non probauerit, coercetur, ſi modò & is, cui dixerat ſe dediſſe, purgauerit ſe iureiurando. Periurium ex hac cauſa punitur, id eſt, ſi falsò iurauerit, ſe non dediſſe, dummodo probetur intra menſes quatuor à die ſententiæ. Additur etiam hoc iuſiurandum præſtari à tutoribus, & curatoribus qui pupillorum, vel adoleſcentium nomine litigant, ſine periculo tamen minorum: quod & de iureiurando calumniæ proditum eſt.* l.2.§.quod obſeruari.C. de iur. prop. cal. *eoſdẽ eo iureiurando adſtrici, quomodo & Suetonius loquitur* in Caligula. *Vt omnibus ſacramentis adſcerentur. Sic libri veteres. Ratio vtriuſque eſt euidens, quòd tutores, & curatores de calumnia, & de data pecunia: id eſt, de conſcientia ſua liquidò iurare poſſint ex animi ſui ſententia, quæ ceſſat in iureiurando in litem.* l.4.ff.de in lit.iur. *Secundum caput huius* Nou. eſt de ſportulis apparitorum, ſiue executorum: *de quo dictum eſt ſatis* Nou.8. 17.& 86. *Tertium eſt de referendariis ſacri palatij, de quibus* Nou. 10. *& hoc quidem capite confirmatur Iuſtini, & Iuſtiniani Conſtitutio quædam, quæ cauetur, vt iuſſiones principis ſcriptæ, vel non ſcriptæ, omnimodo iudicibus per referendarios inſinuentur, nec fides habeatur iudici ſolo, qui ſententiis ſuis à commentoriis aſcripſerit ſe iuſſione principis ſine ſcripto habita aliquem exhibere, vel duci iubere: & eam Conſtitutionem Iulianus teſtis eſt fuiſſe poſitam* lib.1. C. *Eam verò hæc Nou confirmat: & præterea declarat, referendarios eſſe tantum ius referendi deſideria ſupplicum ad principem, & inſinuandi iudicibus ſacras iuſſiones, cauſis eos ſe immiſcere non poſſe, vel prehendendo litigatores, vel ſatiſdationem exigendo, vel adigendo eos ad pactionem, vel tranſactionem aliquam.* Cviac.

Principalis nullus ſportulas poteſt exigere vltra modũ à lege ſtatutum: contrà faciens ablatum parti reſtituet, & triplũ ærario nomine pœnæ ſoluet: & ſi iudex in prædictis vindicandis fuerit negligens, comes rerum priuatarum ipſum coget ad dictam pœnam ſoluendam. Bart.

PRÆFATIO.

PRæſentem legẽ proferimus, vt & iudicum puritas appareat, & non valeat litigantium ſuffragium[d] circumuenire leges.

CAPVT I.

¶ Iubemus igitur, quoties apud quoſcunque iudicantes, aut adminiſtratores, lites[e], aut appellationes[f] examinantur: præ omnibus principales litigantium perſonas, aut illos, ad quos in medium negotium fortè[g] migrauerit, in præſentia iudicum tãgentes ſancta Euangelia, iurare quòd nihil penitus iudicibus, aut patrocinij cauſa ipſis, vel alij cuicunque perſonæ pro hac cauſa quolibet modo dederunt †, aut promiſerunt, aut poſtea dabunt vel per ſe, vel per aliam quamcũque mediam perſonam: exceptis iis, quæ propriis aduocatis pro patrocinio præſtant, aliiſque perſonis[h], quibus[i] noſtræ leges dari diſpoſuerunt. Hæc autem ſeruari præcipimus, & in ſacro noſtro conſiſtorio, quando conſultationes[k] intromittuntur, vt ſub præſentia ſacri Senatus memorata ſacramenta præſtentur. Si autem (vt contingit) aliqui litigantium nequeant ad iudices venire[l]: tunc iubemus præſentes quidem iurare prædictum iuſiurandum: ad abſentes autem dirigi ex officiis miniſtrantibus aliquos cũ aduerſa parte, vt eis præſentibus memorata ſacramenta ſimiliter præbeantur. Si verò mulier fuerit, quæ propter honeſtatẽ vitæ extraneis viris ſe monſtrare non conſueuit: tunc & abſente aduerſario, ex officio miſſos memorata ſuſcipere ſacramenta[m]. Si autem abeſſe partes in aliis locis[n] contingat, aut vnam earum: præcipimus abſentem in prouincia, in qua degit, iuſiurandum modo à nobis dicto ſub geſtis monumentorum apud iudicem prouinciæ, aut apud locorum defenſorem præbere. Illo videlicet † generaliter obſeruando, vt ſi quis litigantium abſens, vel præſens huiuſmodi iuſiurandum præbere noluerit, & hoc manifeſtetur iudici: per ſententiam eius[o] actor quidem caſum actionis, reus autem condemnationem ſuſtineat[p].

CAP. II.

Si pœnitentia ductus litigator perſonam, cui aliquid dedit, proferat.

Litigator pœnitentia ductus ſi perſonam declarauerit, veniam meretur: ſed ille, qui dationem, vel promiſſionem ſuſcepit, pœna hîc inſerta punitur. Litigator autem ſi probare nequiuerit, etiam punietur, iureiurando ab eo præſtando, qui dicebatur ſuſcepiſſe: ſed periurio poſtea detecto, periurus de periurio poſtea eſt puniendus: tutoribus, & curatoribus iuriſiurandi neceſſitate, & pœna periculo imminente. Bart.

¶ Si quis autem ex litigatoribus dixerit ſe dediſſe alicui, aut promiſiſſe, & perſonam declarauerit, & hoc probauerit: ipſe quidem in euentu litis[q] veniam mereatur: qui verò accepit[r], aut promiſſionem ſuſcepit, aut ei probetur: ſi quidem pecuniaria ſit

g ¶ *Fortè.* vt ſunt hæredes[a]: vel fortè procuratores: aliàs ſci. in[b] rem ſuam. aliàs de calumnia non iurant: quod plenè dicitur *C. de iuram. calum.l.ij § ſin autem.*

h ¶ *Perſonis.* vt executionibus ſportulæ.

i ¶ *Quibus.* aliàs, *qua.*

k ¶ *Conſultationes.* i. lites. Accvrs.

l ¶ *Ad iudices venire.* propter infirmitatẽ: licèt ſit in ciuitate: vt differat à §. *ſin autẽ abeſſe.*

m ¶ *Suſcipere ſacramenta.* forſitan, ſi hoc iudex proſpexerit, vt iuret abſente[c] aduerſario: *vt C. de iurein propter ca.dan. l.ij.* Alc. *& § ſimili quoque modo.* & facit *infrà, vt nulli indi. §. neceſſarium. & Cod.de offic.diuer.indi.l.j.*

n ¶ *Locis.* l. remotis.

o ¶ *Eius.* iudicis, ſcil. & quàm lõgiſſimè expellantur: *vt C. de iur. cal. l. ij. §. quòd ſi actor.*

p ¶ *Suſtineat.* hic adiunge §. *infr. eod. in cauſis.* & habebis Auth. quod hic ſumitur in *Cod de iur.a. calum.l.ij in prin.*

q ¶ *In euentu litis.* parcitur[d] ſponte confitenti. ſic *C.de iis, qui ſe defe. l.j. & ff.de iure fiſ l.edict. & C. ne tut. vel cura.l.j. & ff. de re mil.l. non omnes §.6.*

r ¶ *Accepit.* & hoc conſtat: quia confitetur tunc.

a ¶ Priua

ſit cauſa, quicquid datur triplum: quod verò promittitur, duplum à comite rerum priuatarum [a] exigatur, & dignitatem, ſeu cingulum, quod habet, in vtroque [b] caſu amittat. Si autem criminalis ſit accuſatio, confiſcationem propriæ ſubſtantiæ patiatur, & mittatur in exilium, qui propter acceptionem alienũ crimen in ſe transponi feſtinauit. Si autem datum, aut promiſſum litigator probare nequiuerit, iuret perſona, quæ datum, aut promiſſum dicitur ſuſcepiſſe: quia neque per ſe, neque per aliam perſonam, aut accepit, aut promiſſionem habuit: & hoc præbito ſacramento [c], ipſe quidem liber ſit: litigator autem, qui non potuit [d] oſtendere, in pecuniariis quidem cauſis æſtimationem litis à comite rerum priuatarum exigatur: lite quippe euentum [e] proprium ſuſtinente. in criminalibus autem cauſis confiſcationem ſuarum rerum ſuſtineat, & cauſæ apud competentes iudices ſecundùm ordinem legum terminentur. Si autem à litigatore manifeſtetur perſona, quæ memoratum refutauerit † iuſiurandum, tam in criminalibus, quàm in pecuniariis cauſis memoratis ſubiaceat pœnis. Si quis autem litigantium iurauerit non dediſſe aut non promiſiſſe: intra decem verò menſes poſt prolatam ſententiam numerandos oſtendatur dediſſe [f]: memoratæ pœnæ & contra dantes, & contra accipientes habeant locum. In cauſis autem quæ per tutores, aut curatores aguntur, ſacramenta quidem tutores, aut curatores præſtent [g]. Si qua verò memoratarum pœnarum locum habuerit per talia ſacramenta: hanc tutores, aut curatores ſuſtineant [h], nullo ex hoc præiudicio generando iis, qui ſub tutela, aut cura eſſe noſcuntur.

CAPVT III.

De illicitis ſportulis prohibendis.

Iudices prouidere debent ne ſportulæ à litigatoribus illicitè exigantur. pœna eis imminente ſi tale delictum vindicare neglexerint. Item ipſis litigatoribus à quibus ſportulæ licitè exiguntur, licet contra exigentes propria auctoritate reſiſtere. BART.

¶ Et hoc quoque præcipimus ab omnibus iudicibus, tam militaribus quàm ciuilibus in omni loco noſtræ reipublicæ cuſtodiri, vt neque magiſterianis, neque præfectianis [i], neque alij cuicunque executori concedant aliquid ampliùs à quacunque perſona ſportularum nomine percipere, quàm noſtris legibus [k] declaratum eſt, nec ſi ſacram noſtræ tranquillitatis proferant iuſſionem. Sed ſi quidem inuenerint aliquid ampliùs exigentem, licentiam habeant & comprehendere hunc & includere, & quadruplum exigere quod plus acceperit: vt ſimplũ quidem damnum, paſſo reddatur: triplum verò inferatur ærario. Si autem ciuilis, aut militaris iudex ſiue interpelletur, ſeu quolibet modo neglexerit læſum (ſicut diximus) vindicare: ex ſua ſubſtantia quadruplum ſecundùm prædictum exigetur modum [l]. Ipſam verò pœnam exigi iùbemus per comitem noſtrarum rerum priuatarum. Et competentes iudices ſi cognouerint aliquos ex ſuis officiis executores ſportularum nomine contra noſtras leges aliquid exigere, & hoc neglexerint vindicare, damus licentiam exactis nihil ampliùs exigentibus, quàm ex noſtra conſtitutione definitum eſt, dare: & ſi quid ampliùs exigere eos voluerint, licentiam habeant eis reſiſtendi [m].

CAPVT. IV.

Ne iudex aliquos ad tranſigendum compellat.

Iudex, vel referendarius nullum cogere poteſt ad pacta, vel tranſactiones faciendas cum aduerſariis. Et ſi quis coactus hoc fecerit, nullum præiudicium ſibi generatur. ANG.

¶ Quia verò lex tam piæ memoriæ patris noſtri, quàm etiam noſtræ [n] tranquillitatis diſpoſuit nullo modo iudices ſuis ſententiis inſcribere tanquam ex imperiali verbo ex non ſcripto procedente, iuſſum ſit aliquos adhiberi, aut præſentari: ſed etiam [o] ſpectabiles referendarios noſtràs iuſſiones, ſecundùm quod competit, facere manifeſtas, eaſdem leges firmantes, iubemus ſpectabiles referendarios in cauſis, quas docent, ſeu referunt ad noſtram tranquillitatem, nullam habere licentiam eos, aut adiutores eorum, vel per ſe, vel per aliam quamcunque perſonam tenere aliquem, aut ſub fideiuſſoribus facere, aut aliquid exigere, aut cogere tranſactiones, aut pacta quædam cum ſuis aduerſariis exponere [p], aut quolibet modo in quacunque cauſa ſe permiſcere. Nihil enim aliud facere eos concedimus, niſi ſolas noſtras iuſſiones in quocunque negotio, aut ex ſcripto, aut non ſcripto prolatas competentibus, aut deputatis inſinuare iudicibus. Si quid autem præſenti lege contrarium aliquis eorum præſumpſerit agere: is quidem, qui damnum aliquod, aut circumuentionem in ſuis rebus pertulerit, nullum præiudicium penitus circa ius proprium ſuſtinebit. Qui verò tale aliquid egerit, ex ſua ſubſtantia damnum læſæ perſonæ delatum per competentem iudicem reſtituere compelletur, & ſuper hoc cinguli, & dignitatis ſuſtinebit amiſſionem. Hæc autem omnia iubemus non ſolùm in futuris cauſis: ſed etiam in his, quæ iam inchoatæ, nondum tamen ſunt terminatæ, ſeruari.

EPILOGVS.

¶ Tua igitur eminentia præſentem legem in perpetuum

---

a ¶ *Priuatarum.* comes palatij erat iſte.

b ¶ *In vtroque.* & cùm accepit, & cùm ſtipulatus eſt. ACCVRS.

c ¶ *Præbito ſacramento.* ſimile ſacramentum eſt *ff. de edend. l. prætor. § ſed & ſi. & de arbi. l. ſi de meu.* alias incipit. *idem Pomponius ſcribit ſi man. §. arbiter. & C. de ſide inſtru. l. ſi.*

d ¶ *Non potuit.* ¶ Not. qui nõ [a] probat, calumniari videtur: ſic *Co. de aduoc. diuer. iud. l. j.* Sed argu. *contrà. ff. ad Turp. l. j.* Solu ibi loquitur in caſibus: vbi calumnia non punitur: vt in marito: *vt Co. de adulter. l. quamuis.* & aliis caſibus not. in ſum *ad Turpi.* ACCVRS.

e ¶ *Euentum.* licèt incertus ſit, vel eſſe poſſit: *vt ff. de pecu. l. quod debetur ſeruo.*

f ¶ *Oſtendatur dediſſe.* ſpeciale eſt hîc, vt [b] periuriũ arguatur: quia à iudice delatum fuit ſacramentum: ſic *ff. de iureiu. l. admonẽdi.* aliàs contrà: *vt Co. de rebus credi. l. j.*

g ¶ *Præſtent.* vt *Cod. de iureiur. propter cal. l. ij §. ſin autem.*

h ¶ *Suſtineant.* vt *ſuprà de trien. & ſem. §. ſtudium. in fin. & Co. vnde vi. l. meminerint in ſi.*

i ¶ *Præfectianis* [c]. genera ſunt executorum: vt innuit litera ſequẽs.

k ¶ *Noſtris legibus.* ¶ Sed quibus noſtris, cũ nullus dicat, ſed omnes dicunt, vt iſta, facientes de aliis mentionem: *vt ſuprà de man prin. §. deinde. coll. iij & ſuprà, vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. volumus. coll. ij & infrà vt differ. iudic. §. fin.* Dic ergo quòd has leges, de quibus hîc fit mentio, non habemus. 2. Vel dic, earum ſenſus eſt talis, vt dicitur ſuprà *de iudi. §. nullo.* in clericis autẽ hodie certæ ſportulæ [d] conſtitutæ ſunt: *vt infrà de ſanct. epiſc. §. ſportularum.* & de his dicetur *vt dixi Inſtitutio. de act. §. tripli.* ACCVRS.

l ¶ *Modum.* & ſic iudex tenetur: *vt ff. de damno infect. l. iiij. §. in eum.*

m ¶ *Reſiſtendi.* ¶ Not. dari priuato [a] licẽtiam reſiſtendi: *vt Co. de iure fiſc. l. prohibitum eſt. & C. de appell. l. quemiam.*

n ¶ *Etiam noſtra.* iſtæ leges erant in primo libro C. qui fuit antè illum, quem habemus: *vt in Nouell. eo tit.*

o ¶ *Sed etiam.* Secundùm dictum prædictarum legum, quæ duo dicebant.

p ¶ *Exponere* [b]. *vt ff. de leg. j. l. huiuſmodi. in fin.* ſed ibi non eſt pactum, vel tranſactio: quia nec inuicem habebant rixam, licèt vnus vna actione, alius alia rem peteret à quodam tertio. præterea ibi erat iudex competens: hîc non.

a Calumniatur qui non probat.

b Periurium punitur.

† Iurare recuſans habetur pro conuicto.

c Præfectiani.

d Sportulæ clericorum quæ ſint.

a Reſiſtendi priuato datur facultas.

b Inuitus tranſigere, vel paciſci vtrum quis cogi poſſit à iudice, vide hîc Bart.

VT

VT IVDICES non expectent, &c.

a Q*Voniam.*] *Tranquillitatem.* vt ſe exonerent, niſi pro defectu iuriſdictionis: *vt ff. de offic. procon. & leg. l. ſolent. & l. ſi quid & C. de falſ. l. vbi.* Vel niſi pro dubitatione iuris: *vt ſuprà de iudi. l. j. §. ſ.* & non facti: vt ibi dici *per l. ff. de iud. l. eum, qui.*

b ¶ *Examinationis.* quia oportet quòd princeps per ſe, vel per alium à capite videret.

c ¶ *Sententiam.* ¶ No. quòd quilibet [a] debet iudicare: & plurium [b] ſententia tenet, ſi ſunt impares *i. vt ff. de re iudi. l. duo ex tribus. & de arbitr. l. item ſi vnus.* Si verò pares [c], in cauſa liberali pro libertate: in aliis autem pro reo valet: *vt ff. de re iudi. l. inter pares. & l. Pomponius.* & hoc in ordinariis: in delegatis [d] partibus expectatur declaratio delegantis: *vt ff. de re iudi. l. duo.* ACCVRSIVS.

a Pluribus iudicibus datis omnes ferre ſententiam debent.
b Sententia plurium iudicum pauciorũ ſententiæ præfertur
c Sententiis paribus iudicum ordinariorum in cauſa liberali, ij præferũtur, qui pro libertate: in aliis cauſis qui pro reo.
d Sententiis paribus delegatorum iudicum ſententia in dubio eſt tãtiſper, dũ delegans ſententiam ſuã pronunciauerit.

VT perpetuum valituram, edictis ſolennibus in regia ciuitate propoſitis, ad omnium notitiam venire procuret: vt omnes agnoſcant, quæ pro communi eorum beneficio à nobis diſpoſita ſunt. Dat. Baſil. Conſ.

VT IVDICES NON EXpectent ſacras iuſſiones: ſed quæ videntur eis, decernant.

TITVLVS VIII.

Nouella conſtitutio cxxv.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Gabrieli glorioſiſſimo prætoriorum præfecto.

Iudices vt exonerẽnt ſe, & ratione odij euitandi, relationem ad principem facere non debent: ſed ipſi per ſe debent ſecundum iuſtitiam pronunciare: & ſi fuerint duo, vel plures iudices, & diſcordant, omnes ſuam debent ferre ſententiam. BART.

PRÆFATIO.

QVoniam quidam iudicantium poſt multa litis certamina, & plurima à litigantibus facta diſpendia in negotiis apud eos motis, ſuggeſtionibus vtuntur ad noſtram tranquillitatem [a], præſenti generali lege hoc perſpeximus emendare, ne dilationes negotiis ex hoc fiant, & aliud rurſus principium examinationis [b] accipiant.

CAPVT I.

¶ Iubemus igitur nulli iudicantium quolibet modo, vel tempore pro cauſis apud ſe propoſitis nunciare ad noſtram tranquillitatem: ſed examinare perfectè cauſam, & quod eis iuſtum legitimúmque videtur, decernere: & ſi quidem partes ceſſauerint in iis, quæ decreta ſunt, executioni tradi ſententiam [c] ſecundùm legum virtutem. Si autem aliquis putauerit ex prolata nouiſſima ſententia ſe læſum, appellatione vtatur legitima: & hoc ſecundùm ordinem legibus definitum examinetur, & perfectum ſuſcipiat terminum. Si autem duo, vel ampliùs fuerint cognitores litis, & aliqua inter eos emergat diſſonantia: etiam ſic iubemus vnumquemque eorum ſecundùm quod videtur ei, dare ſuam ſententiam.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur per præſentem legem in perpetuum valituram noſtra tranquillitas definiuit, tam tua celſitudo, quàm omnes alij iudices maiores, & minores cuſtodire feſtinent: vt nullus penitus ignoret, quæ pro vtilitate noſtrorum collatorum à nobis diſpoſita ſunt: ita tamen, vt vniuerſis interdicatis proprio præcepto, quatenus ſine vllo iniuſto diſpendio noſtris collatoribus inſinuatio legis præſentis fiat. Dat. Id. Octob. Conſtantinop. Dn. Iuſtin. PP. Aug. Baſilio V. C. Conſ.

EXEMPLVM SACRÆ FORMÆ de appellationibus.

TITVLVS IX.

Nouella conſtitutio cxxvj.

Imperator Iuſtin. Aug. Petro glorioſiſſimo prætoriorum præfecto.

Pertinet initium Nouellæ ad l. præcipimus. Cod. de appellat. *ex qua appellationum cauſa porrectarum aduerſus ſententias ſpectabilium iudicum, veluti proconſulum, vel aduerſus ſententias iudicum delegatorum à principe, non diſceptantur, vt ſolebãt à principe ipſo in ſacro conſiſtorio, Senatu præſente, ſed à præfecto prætorio, & quæſtore palatij, eo ordine inquit, ea obſeruatione, iiſdemque temporibus, quibus in ſacro conſiſtorio lites finiuntur. Quæ verba ita accepta ſunt, vt formulas eaſdem & eoſdem ritus adhiberent, ac ſi princeps adeſſet, habitu etiam auguſtiore, quaſi præſente principe litigatores, vel aduocati, vel apparitores vterentur: veluti campagis, vt Iuliani interpres ait* Nouell. 20. *qua voce vtuntur Capitolinus, & Pollio, pro calceamento regio Præfecto prætorio, & quæſtor quaſi principes ita pronunciarent,* Noſtra pietas, vel Noſtra ſerenitas decreuit, *&c. quod* hæc Nouel. *vetat, cætera pertinent ad* l. vlt §. illud, C. de temp. ap. *Ex d. l. vlt. appellator ſi litem apud iudicem appellationis inchoauerit ſuo tempore, deinde deſtiuerit ſilentio anni, vel ad ſummam biennij, ſententia prioris iudicis ipſo iure confirmatur: quod ita emendat* Nouel. 49. *vt non ſolo tempore confirmetur: ſed cauſa cognita, & pronunciatione iudicis, ad quem appellatum eſt ſub finem biennij inſtante eo, qui vicit priore ſententia. Hoc rurſus ita recantat modo, vt appellatore, qui cauſam appellationis inchoauerat intra legitima tempora, quæ fatalia vocantur, deſiſtente litem, expectetur tantùm is, quoad exierit petendæ reparationis tempus: quod eſt trium menſium:* l. 2. C. de temp. appel. *tum deinde cauſa cognita rectè, & ordine non præcipitanter de lite pronuncietur, non expectato, vel obſeruato fine biennij. Ex parte quoque victoris ſi abſit: appellator autem adſit, finitis fatalibus diebus, procul dubio lis cauſa cognita definienda eſt, & quidem ſine dilatione vlla. Adiicitur in* hac Nou. *vt iudex, à quo appellatur, intra xxx. dies edat acta litigatoribus, quod eſt ex* l. iudicibus, C. de appell. *quæ lex adiicit,* Cum ſua relatione. *hac* Nouel. Cum ſua ſubſcriptione. *Subſcriptiones non erant nudæ nominum appoſitiones: ſed & is qui ſubſcribebat, cui rei ſubſcriberet adnotabat.* CVIAC.

PRÆFATIO.

MAnifeſtè Theodoſius, & Valentinianus ſacratiſſimi principes lege expreſſerunt, vt cauſas appellationum quæſtor ſacri palatij vnà cum præfecto Orientalium prætoriorum, qui pro tempore thronum regat excellentiæ tuæ, ſecundùm formam ſacrarum conſultationum examinaret. Inuenimus autem in huiuſmodi examinationibus aliquid euenire, quod & reipublicæ & noſtro indignum ſit imperio. Litigatores enim, & procuratores, & horum aduocati, & omnes, qui in huiuſmodi cauſis miniſterium ſuum adhibent, quaſi nobis ipſis præſidentibus, & audientiam præbentibus, tam veſte, quàm calceamentis, & verbis apud noſtros magiſtratus vtuntur, quibus ſolummodo vti conuenit eos, qui ad maieſtatem ingrediuntur Imperatoriam. Quin & ipſi iudices non ex propria perſona, ſed quaſi nobis ipſis præſentibus, & interloquentibus, ita ſuas proferunt ſententias.

CAP. I.

¶ Quod de cætero in quocunque iudicio fieri prohibemus ſancientes, vt ſacri quidem noſtri palatij pro tempore quæſtor quidem vnà cum tua excellentia, ſiue pro tempore ſacrorum prætoriorum præfecto huiuſmodi cauſas examinet: non autem ex noſtra, ſed ex proprijs perſonis interlocutorias proferant, & legibus cognitam edant ſententiam: ſolitis, videlicet, ſcriniis in huiuſmodi cognitionibus ſuum adhibentibus miniſterium. ſcientibus quoque magiſtratibus, qui id genus cauſas diiudicant, quòd ſi quid hæc contra quocunque modo de cætero delicti fuerit admiſſum, crimini perduellionis ſubiacebunt.

CAP. II.

¶ In omnibus præterea appellationibus hoc valere iubemus, vt quotieſcunque appellatione interpoſita, intra præfinitum tempus vtraque pars fatalem diem obſeruauerit, abſque omni dilatione iudices

VT FRATRVM filij ſuccedant, &c.

Quatuor habet partes in quibus quatuor corriguntur ll. Prima inſt. eo. *expeditur vſque ad* § illud. *Secunda ab inde vſque ad* §. quia verò mulieres. *Tertia ab inde vſque ad* §. ſi. *Quarta in* §. ſi. *Prima eſt*, vt fratrum, *&c. ſecunda.* & vt mulieres, *& tertia*, & rurſus, *&c quarta.* & quinta, ſimiles, *&c.*

a NOſtras.] *non piget.* melius eſt

iudices, tum acta cauſæ, tum iudicata exiſtimare ſtudeant, & legi, ac iuri conſentaneam depromere ſententiam. Sin verò ſolus is, qui prouocauit, fatali die ingreſſus fuerit: iubemus, vt iudices ſub extremum fatalem diem, ſi vel requiſitus victor non inuentus fuerit, examinatis actis cauſæ legitimum adſignent terminum. Si ſolus is, qui victricem retulit ſententiam ingrediatur: qui verò prouocauit, requiſitus inuentus non fuerit: præſtolentur iudices non ſolùm ad extremum vſque fatalem diem: ſed etiam per tempus reparationis: hoc eſt, tres menſes. Quòd ſi ne tunc quidem inuentus fuerit, qui prouocauit, non amplius decurſu temporis corroboretur ſententia, ſed vel vna tantùm parte præſente iudices actitata in cauſa, & iudicata examinent. Et ſi quidem rectè prolatam ſententiam inuenerint: eam confirment. Si quid in ea per negligentiam omiſſum eſt, id corrigant, & legitimam edant ſententiam. Simulátque verò ſemel appellationis cauſa intra eos dies, qui dilationis cauſa præfiniti ſunt, ſiue ab vtraque parte, ſiue ab vna tantùm introducta fuerit: non ampliùs biennij decurſu firmitatem de cætero capiat ſententia, ſed & attentis oculis veritate, ac iure conſiderato, terminum huiuſmodi cauſis legitimum adhibeant, ſiue vna, ſiue vtraque parte præſente. Ac propterea iubemus, vt in hoc genere cauſarum non ampliùs, quemadmodum in præſentem vſque diem obtinuit, in primam appellationem omnes cognitiones conferantur, ſed vnaquæque cognitio ſuum diem præſcriptum habeat.

CAPVT III.

¶ Ad hæc ſancimus, vt omnes iudices appellationem quidem, quæ intra deputatos dies offertur, neque interdicta eſt legibus, omnibus modis ſuſcipiant. Intra triginta verò dies, quàm oblata fuit appellatio, actitata in cauſa cum propria ſubſcriptione præbeant litigatoribus, vt illi pro ſuo hæc auxilio competenti poſſint inſinuare magiſtratui. Quòd ſi quis iudicum hoc facere ſuperſederit: ſententia quidem temporis decurſu confirmabitur, ipſe verò iudex, qui iſta non obſeruauit, quique huic apparent, omne damnum, quòd per cauſam non editorum actorum litigator ſuſtinuerit, ex propriis facultatibus ei reſarcire compellentur, & denarum librarum auri pœnam noſtris inferenda rebus priuatis perſoluent.

EPILOGVS.

¶ Gloria igitur, & magnis rebus gerendis nata auctoritas tua præſentem legem & in regia vrbe proponere ſtudeto, *& alibi manifeſtam facere procurato*, vt omnes cognoſcant, quid obſeruare debeant.

VT FRATRVM FILII SVCCEDANT PAriter ad imitationem fratrum, etiam aſcendentibus extantibus. Et vt mulieres nõ inſinuata antenuptiali donatione non lædantur: non inſinuans autem vir, vel ſi competat nuptiale lucrum, eo non fruatur. Et rurſus, vt mulieres non ſecundò nubentes, dominæ ſint partis ſponſalitiæ largitatis, quantùm pars facit vnius filij. Et vt ſimiles ſint pœnæ vtriuſque ſexus, dum ſine cauſa rationabili repudium mittitur.

TITVLVS X.

Nouella conſtitutio cxxvij.

Idem Aug. Baſſo præfecto prætoriorum.

Filij fratrum ex vtroque latere coniuncti ſuccedunt vnà cum fratribus defuncti, & etiam cum aſcendentibus ſublata lege, quæ contrarium diſponebat.

PRÆFATIO.

NOſtras leges emendare nos non piget [a], vbique vtilitatem ſubiectis inuenire volentes. Meminimus igitur ſcripſiſſe legem [b], per quam iuſſimus, vt ſi quis moriatur relinquens fratres, & alterius fratris filios præmortui, ad ſimilitudinem fratrum, & præmortui fratris filij ad hæreditatem vocentur, paternum adingredientes gradum, & illius ferens portionem. Si verò moriens relinquat aſcendentium aliquos, & fratres ex vtriſque parentibus coniunctos ſibi [c], & filios ex præmortuo fratre: fratres quidem iuſſimus † per ipſam legem cum parentibus vocari: fratris verò filios excluſimus.

CAP. I.

Vt fratrum filij ſuccedant etiam aſcendentibus primi gradus extantibus.

¶ Hoc itaque iuſtè corrigentes, ſancimus, vt ſi quis moriens relinquat aſcendentium aliquem, & fratres, qui poſſint cum parentibus vocari, & alterius præmortui fratris filios: cum aſcendentibus, & fratribus vocentur etiam præmortui fratris filij: & tantam accipiant portionem, quantam eorum futurus erat pater accipere, ſi vixiſſet. Hoc verò ſancimus de illis filiis fratris, quorum pater ex vtroque parente iungebatur defuncto: & abſolutè dicimus: ordinem, quando cum ſolis vocantur fratribus, eumdem eos habere iubemus, & quando cum fratribus vocantur aliqui aſcendentium ad hæreditatem [d], [hoc iubentes ex Kal. Ianua. præſentis indictionis vndecimæ †.]

CAP. II.

Quando donatio propter nuptias inſinuationi ſubiaceat.

¶ Illud quoque dignum correctione aliqua eſſe iudicantes, partem hoc præſentis facimus legis. Ex ipſo enim rerum inuenientes experimento, neceſſarium eſſe mulieribus actis monumentorum antenuptiales donationes inſinuari, vt vel ſi principalia inſtrumenta pereant (quod facile eſt) per monumenta [e] matrimonij eius probatio maneat: ſancimus neceſſitatem habere viros ipſos, aut etiam, qui pro eis [f] antenuptiales donationes ſcribunt, ſi quingentorum ſolidorum tranſcendit quantitatem, inſinuare eam in actis monumentorum, in regia quidem ciuitate apud magiſtrum cenſus †: in prouinciis autem apud vniuſcuiuſque ciuitatis defenſorem, aut apud quos omnino talia documenta confici [g] poſſunt. Si verò non inſinuent eas: quãtum quidem ad partem mulieris, etiam ſic eas valere iubemus: &

a Corrigere ſeipſum melius eſt, quàm ab alio corrigi.

ſeipſum corrigere [a], quàm ab alio corrigi expectare: *vt ſuprà de nupt.* §. *y. coll. iiij.*

b ¶ *Legem.* ſuprà *de hæred. ab inteſt.* §. *ſi igitur defunctus. in fine.* quam corrigit hic.

c ¶ *Sibi.* ſ. ſimiliter reliquerit.

d ¶ *Ad hæreditatem.* q. d. idem eſt ordo, caſus, & ius, ſiue hi nepotes cum ſolis theiis vocantur, ſiue cum theiis & ſuperioribus.

e ¶ *Monumenta.* id eſt, exempla primi inſtrumenti, & exemplificata coram iudice: creditur ergo exemplo [b]: *vt Co. de re iudi. l. fina.* & ſic eſt contrà *ſuprà vt ſpon. larg.* §. *ad hæc.* Sol. hîc fuit facta inſinuatio [c] coram ordinario iudice: vt patet ex ſequentibus: quia ſic dicit, quòd debet fieri. tunc enim exemplum valet: *vt hic, & ff. de admini. tut. l. chirographis. & C. de teſta. l. publicati.* aliàs ſi non ſic inſinuetur, nõ valet vt in contrario.

f ¶ *Pro eis.* putà partes. ACCVRSIVS.

g ¶ *Confici.* vt coram defenſore ciuitatis: *vt in authent. de defen ciui.* §. *nulla. & C. de dona. l. in hac.*

a ¶ *Exa*

b Exemplo verum credatur, vide. Gloſ. *Nou. 119. c. 3.*

c Inſinuatio inſtrumẽti facta coram iudice probat.

† Hinc conſtat in Haloãdrina editione perperam eſſe depunctatam Nou. 120. de qua hic loquitur. CONT.

† *Incluſa deſũt in Græco Scrimgeri, ſed ſequitur in Græ. Haloander, & omnibus vulg. manuſcr.*

† *Gl. in ea, cum in time, ſuper verb. ſedia, in mea in verſ, item ſi ſententia redacta eſt. extrà de off. deleg.* inducit hunc textũ ad hoc, quòd ſi ſententia delegati ſit redacta in publicam formã, quod facit plenam fidẽ abſque oſtenſione commiſſionis ſuperioris.

mus ; & ſi tempus fiat exactionis [a] donationis [b], & [c] partis eius : non opponi mulieri non inſinuatam fuiſſe [d] donationem. Si verò dotalium pacta & horum euentus parti viri concedunt actionem dotis, aut etiam eius partis [e] : nullam eum habere iubemus actionem [f], ſi non donationem inſinuauit in actis monumentorum ſicut dictum eſt. viris enim habentibus poteſtatem inſinuare donationes pro non inſinuatis periculum mulieribus imminere, ineptum nobis eſſe videtur.

CAP. III.

Vt mulier, quæ ad ſecundas non tranſit nuptias, tantum habeat, quantum vnus filiorum.

¶ Quia verò mulieres ad ſecundas nuptias non venientes, portione aliqua dignas vltra eas, quæ ſecundò nubunt, eſſe putamus [g] : ſi qua amiſſo viro alterius abſtineat nuptiis habere quidem eam vſum antenuptialis donationis, ſicut priùs ſancimus [h] : habere verò eam & proprietatis tantum, quantum filiorum quantitas faciat: vt ſecundùm proprietatis rationem vnius & ipſa filij perſonam obtinere videatur [i]. Hoc verò valere non in matribus ſolis iubemus, ſed etiam in patribus, & aliis aſcendentibus volumus, ad ſecundas nuptias non venientibus.

CAP. IV.

Matrimonium ſine cauſa diſſoluendum non eſſe.

¶ Quia verò interdiximus dudum per noſtram legem & viris [k], & mulieribus repudia mittere, & tranſigere [l] matrimonia (niſi tamen quædam ſit cauſa noſtræ legi cognita) & pœnas hoc facientibus & viris, & mulieribus impoſuimus : mutationem quamdam circa pœnas viri, ac mulieris facientes, & ad melius hoc transformantes, ſancimus nullam eſſe differentiam [m], quantùm ad pœnam inter virum, & mulierem hoc præſumentes : ſed iiſdem pœnis, quæ contra mulieres à nobis definitæ ſunt, ſi ſine cauſa noſtræ legi cognita [n] matrimonia diſtrahant, etiam viros ſubdi hoc [o] præſumentes, & ſimiles pœnas eſſe in viro [p], & in muliere. In delicto enim æquali proximas [q] eis imminere pœnas iuſtum eſſe putamus.

¶. Præſentem igitur generalem legem noſtram manifeſtam tua gloria faciat per edicta ſolennia, & iis qui hanc maximam ciuitatem, & qui prouincias habitant : vt nullus hominum, quæ ad ſalutem communem ſancita ſunt à nobis, ignoret. Dat. v. Kal. Sept. Conſt. Dn. Iuſti. PP. Aug. anno xxij. Poſt Conſ. Baſilij V. C. anno vij †.

† Sic puto ex comparatione indictionis vndecimæ, quæ hac lege nominatur, eſſe legendum. Cont.

DE COLLATORIBVS, ET alijs capitulis.

a ¶ *Exactionis* quia extitit caſus quo mulier pacta eſt de lucranda donat. propter nuptias puta præmortuo marito. ſecundùm Ioan.

b ¶ *Donationis.* ſcil. totius. Accvrs.

c ¶ *Et.* pro id eſt.

d ¶ *Inſinuatam fuiſſe.* hic innouatur: *vt ſupr. vt ſpon. larg. in prin. & ſumitur hic quod eſt Co. de do. ante nupt. l. ſi & auth. eò decurſum. in fin.*

e ¶ *Partis.* i. datum et lucrum caſu exiſtente, de quo pactus eſt de lucrãda dote: vt putà præmortua vxore, ſecundùm Ioan.

f ¶ *Actionem.* ſc. in eo, quod excedit eam quãtitatem, quæ non debet inſinuari, ſecũdum Ioã. *vt argu. Co. de dona. l. ſi quis argentum. §. ſed in omnibus* & hoc ideo dico, quod vir, vel mulier debet lucrari ex pacto in alio, in quo non eſt pactum lucrari : cùm non [a] ſit ſimplex donatio, & non eſt neceſſaria inſinuatio.

a Donatio, quę nõ eſt ſimplex (cuius generis eſt donatio ob cauſam) inſinuatione non indiget : *ut inc. & Gloſ. 119. c. 2. in princ.*

g ¶ *Putamus.* vt *ſuprà de nupt. §. hinc nos. & C. de ſec. nupt. l. generaliter.*

h ¶ *Sancimus.* per *l. illam ſuprà neque virum, quòd ex do. §. præterea.*

i ¶ *Videatur.* corrigitur ergo quod eſt ſupra *neque virum. §. præterea.* vbi non diſtinguebat.

k ¶ *Viris.* quæ eſt *ſuprà vt li. ma. & auia §. quia verò legem dudum.*

l ¶ *Tranſigere.* id eſt, ſoluere.

m ¶ *Differentiam.* quãtum ad pœnam.

n ¶ *Cognita.* quæ cauſæ ſunt in prædicta cõſtitutione: *vt lice. ma. & auia. §. quia verò plurimas.*

TITVLVS IX.

Nouella conſtitutio cxxviij.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Petro glorioſiſſimo ſacrorum prætoriorum præfecto.

Diſpoſitiones, & denunciationes collationum per ſingulas prouincias, & ciuitates collatoribus fieri debent temporibus hac conſtitutione poſitis, exemplariis petentibus ſoluentibus datis, & de ſuſcepto ſecuritate præſtita : iudicibus, ac etiam executoribus contrà facientibus pœna imminente. Item illi, cui ſuperindicta poſſeſſio eſt, ſi ſenſerit ſe grauatum, permittitur licentia appellandi. Bartol.

PRÆFATIO.

Q Væcunque ad vtilitatem noſtrorum collatorum pertinent ſtudentes adimplere, & hanc præſentem ponimus legem : per quam ſancimus per Iulium, & per Auguſtum menſem vniuſcuiuſque indictionis particulares diſpoſitiones collationum futuræ indictionis in foro vniuſcuiuſque diœceſis glorioſiſſimorum noſtrorum præfectorum ſub confectione monumentorum manifeſtari : declarantes quantum vnicuique prouinciæ, ſiue ciuitati pro vnoquoque iugo [r], aut villis, aut centuriis, aut alio quolibet, tã in ſpecie, quàm in auro fiſcalium cauſa imminet : indicantes quoque ſpecierum æſtimationem ſecundùm menſuram in vnoquoque [s] loco tenentem, & quicquid ex his in arcam inferri, aut in vnaquaque dari, aut expendi oportet. Sic igitur compoſitas tales diſpoſitiones prouinciarum iudicibus mox deſtinari in principiis vniuſcuiuſque indictionis †, & per eos proponi in ciuitatibus ſub eis conſtitutis intra Septembrem, aut Octobrem [t] menſes : ſed & volumus exemplaria eorum ex foro glorioſiſſimorum præfectorum ſine dilatione dari : vt collatores cognoſcant quemadmodum debent collationes inferre. Si verò ante inſinuationem in alios titulos præter eos, qui continentur particulari diſpoſitione anni, collatores fiſcalia exoluant, aut in prouincia expendant: iubemus eis in eiuſdem indictionis collationes hoc reputari : vt nullum ipſi patiantur damnum. Si verò ſecundùm [u] à nobis definitum tempus non dirigantur huiuſmodi particulares diſpoſitiones [x] : qui quidem per tempus gubernant noſtrum prætorium, triginta librarum auri pœnam perſoluant : vniuſcuiuſque verò prouinciæ contractæ quinque, & viginti librarum auri pœnam exigantur. Si autem iudex miſſus eaſdem particulares diſpoſitiones in prouinciis non propoſuerit, decem librarum auri pœna damnabitur, & ſpoliationem cinguli ſuſtinebit ; eius quoque officium quinque libras auri exigetur.

CAPVT I.

¶ Iubemus verò ſpecierum quidem illationem mox ex principiis vniuſcuiuſque indictionis incipere : argenti verò illationis titulum ſecundùm definita tempora.

CAPVT

o ¶ *Hoc.* ſcil. ſeparare matrimonia ſine cauſa legitimè cognita.

p ¶ *In viro.* contrà *ſuprà vt lice. ma. & auia. §. quia verò legem dudum.* Sol. hîc illam corrigit : vt ibi diximus. Alij dicunt hîc æquiparari corporales pœnas, non pecuniarias. quod nihil eſt.

q ¶ *Proximas.* ¶ Not. par [a] delictum parem exigere pœnam : *vt Co. de epiſc. & cle. l. ſi quemquam.* fallit *ff. de pæ. l. quadam & de incen. rui. nau. l. Pedius.*

a Paritate delicti pœnam parem exigi.

DE COLLATORIBUS, & alijs capitulis.

r ¶ *Væcunque*] *Iugo* ſcil. boum. Accvrsivs.

s ¶ *In vnoquoque.* ſecũdum conſuetudinem [b] enim ſunt menſuræ: *vt ff. de contrah. empt. l. imperatores.* Accvrs.

b Menſuræ pro conſuetudine [illegible].

t ¶ *Aut Octobrem.* innuit quòd in [c] Octobri, & in Septembri aptabuntur ad præſtationẽ tributorum. Accvrs.

c Tributa [illegible] tempore [illegible].

u ¶ *Si verò ſecundùm.* ſic *C. de apo. pub. l. j.* Accvrsivs.

x ¶ *Diſpoſitiones.* in prouincias. facit *ſupr. vt lu. iur. § & hoc. & C. de ſac. pa. & templ. l. penult. in fi.* Accvrs.

a ¶ De

† [illegible]

Deſuſcepta uid.

a ¶ *Deſuſcepta* [a]. i. ſcripturā de ſuſceptis: *vt* ſ. *de man. prin.* §. *coges. collat. ij. & infrà, proxi.* §.
b ¶ *Exigi pœnam. ſuprà,* §. *ſcenicas coll. v.*
c ¶ *Fiſcalium deſcriptionū. C. de eden. l. iuſſium eſt. & C. de fide inſtrumentor. l. illata.*
d ¶ *Et in hoc quoque.* ſ. *de eccle. titu.* §. *ſi quis autem in ſua. & infrà de epiſc.* §. *ſi quis rapuerit. & C. de ſuſce. l. iuxta, & l. exactiones.*
e ¶ *Et hoc cuſtodiri.* id eſt, cōſeruari C. *de omni agro deſer. l. locorum.*
f ¶ *Et ſecundum leges.* ſuprà, *de iudic. in fine.* Accvrsivs.

Enthecæ.

g ¶ *Enthecis* [g]. de quibus habes exempla, ff. *de pen. lega. & de ſup. leg.*
h ¶ *Qualitatem.* & ſic conſcribūtur [c] bona ab eo, cui ſuccedit fiſcus.

Inſtratium ab hærede ... fiſco.

C A P. III.

¶ Pro fiſcalibus autem collationibus deſuſcepta [a], ſiue ſecuritates particulares, aut plenarias omnibus ab iis, qui fiſcalia ſuſcipiunt, fieri definimus, manifeſtantes & ſolidorum qualitatem, & ſpecierum, nec non & iugorum, ſiue villarum, ſiue centuriarum, & nomina poſſeſſionum, pro quibus functiones ſuſcipiunt. Si verò ſecundùm prędictū modum deſuſcepta, ſiue ſecuritates nō fecerint: iubemus eos & pœnam decem librarū auri exigi, & tormentis ſubdi: ſimiliter iudicem prouinciæ decem librarum auri exigi pœnam [b], ſi de hoc interpellatus non iudicauerit, & compulerit deſuſcepta, ſiue ſecuritates ſecundùm quem definiuimus ordinem ſcribi.

C A P. IV.

¶ Hoc autem iubemus obſeruari, ſi quis forſan collatorū dubitat de poſſeſſione, pro qua fiſcalia exiguntur, aut pro qua fiſcalium quantitate: omnibus modis fiſcaliū deſcriptionum [c] cuſtodes cogi à prouinciæ iudice, aut illo negligente, à locorum ſanctiſſimo epiſcopo eas proferre, & fiſcalium oſtendere quantitatem, & ſeruitutem publicæ deſcriptionis exigi poſſeſſorem.

C A P V T V.

¶ Et in hoc quoque [d] adiuuare noſtros collatores perſpeximus, vt non neceſſitas inferatur poſſeſſoribus ſub hypothecis decimationes nominare in auro collationis, vt non aliquam ex hoc ipſi patiantur læſionem: ſed eos, quibus in vnaquaque prouincia, aut ciuitate periculum fiſcalium exactionum imminet, ſiue iudices ſint, ſiue curiales, ſiue exactores, aut canonicarij, aut alij quidam: proprio periculo & ſuſcipere pecunias, & tranſmittare, & expendere in quibus deputatæ ſint vtilitatibus.

C A P. VI.

¶ Et hoc cuſtodiri [e] iubemus, canonicarium talem in prouinciam deſtinari, qui poſſit periculo ordinantium eum exigere fiſcalia tributa, & per nullam occaſionem impulſorem poſt eum mitti, & damnum ſubiectis inferri impulſionis: & ipſum vocabulum de cætero perimimus. Si verò non opportunus inueniatur canonicarius: non impulſor mittatur: ſed illo remoto alter dirigatur canonicarius. Ipſum quoque canonicarium contentum eſſe iubemus deputatis conſuetudinibus, & nullam ſubiectis inferre læſionem.

C A P V T VII.

¶ Sin autem aliquando contigerit ſuperindictionem cuiuſlibet poſſeſſionis conſeruæ, aut contributariæ fieri: ex illo tempore iubemus ſuperindictum ſuſcipientem, exigi pro eo fiſcalia, ex quo tradita eſt ei ſuperindicta poſſeſſio. Non aliter autem ſuperindictum fieri, niſi ex reſcripto de hoc examinatio fiat apud prouinciæ iudicem, & ſententia eius procedat definiens eum, qui debet ſuperindictum ſuſcipere. Si quis autē putauerit ſe lædi, liceat ei prouocare, vt in foro glorioſiſſimorū præfectorum appellatio examinetur, & ſecundùm leges [f] terminū ſuſcipiat.

C A P V T VIII.

¶ Si verò aliquando contigerit dominum cuiuſcunque poſſeſſionis aut non apparere, aut ad fiſcalium ſolutionem non ſufficere, vt ex hoc ſuperindictionis neceſſitas ſuſcipiatur: iubemus hanc repentè tradi iis, qui conſerua, aut contributaria prædia poſſident, cum omnibus iis, qui in ea inueniuntur agricolis, & peculiis eorum, & enthecis [g], & fructibus, & animalibus, & omni alio inſtrumento ibi inuento. Si verò aut perſona, quæ debeat eam ſecundùm legē ſuſcipere, non inueniatur, aut alio quocunque modo differri ſuperindictū cōtigerit: iubemus geſta confici apud prouinciæ iudicem ſignificantia & qualitatem [h], & ſtatum eius poſſeſſionis, & omnia in ea inuenta, vt ſic eam curiales, aut exactores, aut officiales ſuſcipiant: & ſi poſtea inueniatur, qui debeat eam ſecundùm leges ſuſcipere, non aliter fieri, niſi vt quod per occaſionem exactorum, aut curialium, aut iudicum, aut officialium eius peius, aut minus factum eſt ei, qui ſuſcipit, reſtituatur.

i ¶ *Eos autem, qui. Cod. de cano. lar. per totum. & Cod. de exc. & exac. l. j. li. x.* Accvrs.
k ¶ *Impoſitas.* ¶ Not. pro ſententia Pla. vt diximus *C. de procur. l. j.*
l ¶ *Denominato inferre. Cod. quando fiſ. vel pr. l. pe.* Accvrs.
m ¶ *Exigentium. ſuprà, de man. prin.* § *fina. & ſuprà, vt omnes obe. iud. pro. coll. v.*

a ¶ *Exi*

C A P V T IX.

¶ Hoc quoque iubemus, vt pro pecuniis, aut ſpeciebus in prouinciis expenſis non exigantur collatores ea, quæ dicuntur tranſmiſſoria: pro iis autem, quæ tranſmittuntur, non ampliùs præberi horum, quæ ex initio in vnaquaque prouincia deputata ſunt.

C A P V T X.

Executores in prouincias miſſi exactiones inchoare non debent, niſi prius coram prouinciæ præſide mandatum inſinuauerint: hoc & in priuatis negotiis ſeruando: & executores, & exactores nullam in cauſis priuatis executionem committere debent. Item debitoris tributary in ſubſidium debiti veritate probata conueniendus eſt: & exactorum excuſatio ex eo, quòd in loco ſacro reſideant, admitti non debet aduersùs eos, à quibus ſe læſos eſſe dicunt. Item exactores iuſtis ponderibus, & menſuris vti debent. Bart.

¶ Eos autem, qui [i] in prouincias pro quibuſcunque publicis exactionibus diriguntur, non aliter inchoare exactionem, niſi priùs prouinciali iudicio inſinuauerint impoſitas [k] ſibi de hoc iuſſiones: vt exoluentes fiſcalia tributa, nulli pro his periculo, aut damno ſubiiciantur: hoc ipſo & ſuper priuatis negotiis obſeruando.

C A P V T XI.

¶ Hoc quoque iubemus eis, quibus fiſcalium exactio iniungitur, nulla priuatarum cauſarum executionem committi: ſed & ſi quid eis tale iniūgatur, nullo modo præſumere eos hoc agere: ne occaſione publicarum functionum noſtri ſubiecti lædantur.

C A P. XII.

¶ Si autem aliquis pro veritate publica debens tributa, dicat executori eſſe ſibi alium debitorem: non licere executori moleſtiam aliquam denominato inferre [l], niſi priùs debitor probetur nullo omnino modo poſſe publica tributa perſoluere. Hoc tamen priùs requiri apud iudicem prouinciæ, ſi pro veritate debitor eſt is, qui denominatus eſt: & ita fiat exactio. In vtroque verò caſu ſi quis aut exequi, aut exigere citra ea, quæ à nobis diſpoſita ſunt, præſumpſerit; & cingulo nudabitur, & confiſcabitur, & exilio tradetur. Qui autem iniunxerit, aut præceperit iudex, decem librarum auri exigatur pœnam, & officium eius quinque librarum auri ſubiaceat pœnæ.

C A P V T XIII.

¶ Nulli verò penitus liceat publica tributa exigentium [m], neque cenſualibus, aut rationum ſcriptoribus aut aliis quibuſdam publicè miniſtrantibus, excuſatione vti, quòd in ſacro loco reſideant, contra eos, qui dicunt ſe læſos ab eis in fiſcalium exactione.

a ¶ *Exigere eos. Cod. de epiſco. audi l. iubemus.*
b ¶ *Denominant eos.* facit *ff. de decr. ab ordi fa. l. quod eſt. & ff de mu. & hono. l. vt gradatim. & C. de ſuſce. & arca. l. exactores.*
c ¶ *Damus.* ¶ Argum.

CAPVT XIV.

¶ Nullus autem penitus moleſtetur pro tributis terrarum, quas non poſſidet; ſed etiam ſi cõtingat agricultores alicui cõpetentes, aut adſcriptitios propriam habere poſſeſſionem, illos moleſtiá ſuſtinere, niſi fortè propriá voluntate tali functione ſe fecit obnoxium.

CAP. XV.

¶ Eos autem, qui publica tributa exigunt, iſtis ponderibus, & menſuris vti præcipimus: vt neque in hoc noſtros tributarios lædant. Si autem collatores putant grauari ſe ſiue in menſuris, ſiue in ponderibus, habeant licentiam ſpecierum quidem menſuras, & pondera à glorioſiſſimis præfectis: auri verò, & argenti, & reliquorum metallorum pondera à glorioſiſſimo per tempora comite ſacrarum largitionum accipere: & has menſuras, & pondera in ſanctiſſima vniuſcuiuſque ciuitatis Eccleſia ſeruari, vt ſecundùm ea & grauamen collatorum, & fiſcalium illatio, & militares, & aliæ expenſæ fiant.

CAPVT XVI.

Exactor pecuniam tributariam ſine dilatione, & ſine diminutione præbere debet: nulla etiam poſſeſſoribus, & habitatoribus deminutione facta: & ſingulis annis epiſcopus cum quinque primatibus rationem exigere debet exactorum periculo. Item omnibus eſt adempta licentia loci ſeruatores mittendi. Bart.

¶ Ciuitatum verò noſtræ reip. & habitantium eas perfectè proſpicientes, iubemus nullam omnino eſſe licentiam fiſcalium exactoribus communicare pecuniis, quæ operibus, & frumentis ciuitatum, & aquæductibus, aut aliis quibuſlibet ſolennitatibus, aut ſalariis deputatæ ſunt, aut retinere aliquid ex iis, aut ad proprium lucrum redigere: ſed ſine aliqua dilatione, aut imminutione has præbere, vt proficiant ab initio in quibus deputatæ ſunt operibus, ſed neque poſſeſſores, aut habitatores ciuitatum præſumere quolibet modo auferre aliquid ex ipſis pecuniis, aut nomine deſcriptionum, aut pro ſportulis dare aliquid ex his, aut expendere. Si quis autem dare, aut accipere ex his præſumpſerit: iubemus eum de ſuo in duplici quantitate hoc ciuitati reddere. Sed neque prouinciarum iudices, aut eorum officia, aut alium quemlibet omnino participium habere aliquod ad prædictas pecunias, aut eorum diſpenſationi ſemetipſum miſcere: ſed ciuitatis ſanctiſſimum epiſcopum, & primates, necnon & eius poſſeſſores conſtituere quidem partem ciuitatis, & frumentarios, & alios huiuſmodi diſpenſatores. Singulis autem annis impletis ſanctiſſimum epiſcopum cum quinque primatibus ciuitatis rationes exigere eos [a], qui ab ipſis ordinati ſunt: & ſi quid ex talibus ratiociniis apparuerit debitum, aut remanſiſſe: exigi huiuſmodi diſpenſatores periculo eos conſtituentium: & vtilitatibus, quibus deputata ſunt, reſeruari. Si quis autem ex prædictis diſpenſatoribus inefficax inueniatur, repentè hunc remoueri iubemus, aliúmque pro eo à ſanctiſſimo ciuitatis epiſcopo, & reliquis poſſeſſoribus (ſicut prædictum eſt) ordinari: ſcientibus iis, qui denominant eos [b], quia ſi quod damnum ciuitati contigerit, ex propriis ſubſtantiis hoc medebuntur.

CAPVT XVII.

¶ Nulli verò liceat eorum, qui in officio ſunt glorioſiſſimorum præfectorum, aut in alio officio, aut in ſchola conſtitutorum, talia ratiocinia committi, neque ex præcepto cuiuſdam adminiſtratoris, aut alterius iudicis ſcriptis, nec ſi pragmaticam, aut aliam ſanctionem, aut ſacrum commonitorium accipiat, præcipiens ei aliquid tale. Sed ſi quid fiat huiuſmodi, licentiam habere vniuſcuiuſque ciuitatis ſanctiſſimum epiſcopum, & eius primates, non reſpondere pro memoratis capitulis talibus perſonis: referre autem ad nos: vt hoc agnoſcentes, & illarum ciuitatibus damnum ex eorum ſubſtantia reſtitui iubeamus, & competentem vindictam talibus inferamus.

CAPVT XVIII.

¶ Super hoc iubemus, ſcriniarios operum ſub præfecto ſacrorum prætoriorum conſtitutos, nullum participium ad talia ratiocinia omnino habere: vacantibus omnibus, per quæ eis ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter aliquid tale pridem conceſſum eſt, aut poſtea impetretur. pro prædictis enim cauſis rationes nulli committi volumus, niſi nos prodeſſe ciuitatibus exiſtimantes, virum opinionis bonæ, & dignitate ornatum elegerimus, qui debeat à nobis in ſcriptura diuinam iuſſionem percipere continentem noſtram piam ſubſcriptionem, & illius nomen & dignitatem, & cauſas, & tempora, quorum ei ratiocinia committimus. Eos autem, qui à talibus perſonis rationes exiguntur, omnem habere tutelam iubemus, aliquam quæſtionem nullatenus ſuſtinentes.

CAPVT XIX.

Loci ſeruatores regulariter prohibentur. fallit, ſi iudex ex iuſta cauſa ad prouinciam venire impediatur: tunc enim vicarium mittere poteſt. Item fallit, cùm ex principis mandato ad aliam mittitur regionem Bart.

¶ Ad hæc ſancimus in nullo noſtræ reipublicæ loco eundem epiſcopum, & iudicem eſſe & loci ſeruatorem glorioſiſſimorum præfectorum, aut magiſtrorum militaris cinguli: ſed nec aliquam exactionem fiſcalium tributorum agentem, loci ſeruatorem eſſe glorioſiſſimorum præfectorum, aut magiſtrorum militum. Et ſimpliciter dicendum eſt, nullum in prouinciis fieri loci ſeruatorem præfectorum, niſi per noſtram iuſſionem in expeditionibus vbi vtilitas exigit loci ſeruatorem mitti eiuſdem præfecturæ, qui debeat prouidere militaribus expenſis. Si quid autem extra hoc delinquatur & committatur: qui quidem loci ſeruatorem ſuum fecit, triginta librarum auri pœnam exigetur, reſtituturus omne damnum, quod per eum, qui ab eo directus eſt, aliquis pertulerit: qui verò fieri præſumpſerit, proprio cingulo, & dignitate, & militia priuabitur, & decem librarum auri pœna mulctabitur.

CAP. XX.

¶ Ad hæc prohibemus & in prouinciis exiſtentes iudices ciuiles, & militares, in ciuitatibus aut caſtris loci ſeruatores in commiſſis ſibi prouinciis facere, ex quo videlicet in prouinciam acceſſerint; & in quantum in ea adminiſtrant: quinque auri librarum pœna imminente tam facienti loci ſeruatorem iudicis, quàm fieri præſumenti.

¶ Antequam verò in prouinciis veniant iudices, damus [c] eis licentiam vices agentes ſuos inſtituere, qui debeant omnia vſque ad ſui præſentiam agere, quæ poſſunt ipſi iudices facere: citra tamen nouiſſimum ſupplicium, aut membri inciſionem. Sed ſi quis ex iudicibus ſecundùm iuſſionem noſtram in aliam regionem mittatur, liceat ei per ſimilem modum loci ſeruatorem ſuum facere.

CAPVT XXI.

Omnes iudices per ſe requirere debent delinquentes, & non per latronum inſecutores: pœna contra facientibus imminente: & iudices debent per prouinciam proficiſci, eorum adminiſtratione finita quinquaginta diebus debent in prouincia permanere, niſi ex principis iuſſione ad aliam vocentur: aliàs læſo ſacramento præſtito, omne damnum, ſecundùm quod iurauerint, præſtare debent: & pœna pecuniaria fiſco applicari debent. Bart.

¶ Iubemus,

tione ius ...ritur e- ...ctionem, ...dictum à ...mo mu- poteſt.

quòd prælatus ex * ipſa electione aliquod ius habet, nec poſtea eligentes mutare * conſilium poſſunt: *extrà, de elec. c. cauſam, quæ inter.* Item contrà, *ſuprà, de mã. prin. §. nos autem. coll. iij. & ſupr. de admini. §. illud. coll. vij. contra.* Sol. ve. ibi. Item, *ff. de offi. procon. l. vlt. §. fi. contrà,* Sol. hic nouum.

a ¶ *Latrocinia. Cod. de epiſc. & cler. l. ſi quis in hoc. & ff. de offic. præſi. l. congruit.*

b ¶ *Ad hoc iubemus. ſuprà, de man. prin. §. illud. & ſupr. vt iud. ſine quoque ſuff. §. illud. coll. ij. & ff. de offic. procon. l. obſeruare in princip.*

c ¶ *Ad ciuitatem.* aut de municipio ad municipium.

d ¶ *Super hoc ſancimus. Cod. vt omnes tam ciuil. quàm mil. & ſupr. vt iudi. ſine quoque ſuf. §. neceſſitatem. & ſupr. de admi. §. j. coll. y.*

e ¶ *Diſpendia.* fac. *Cod. quando, & qui. quarta pars deb. l. ij. & C. de curſu pu. l. non patimur.*

f ¶ *Compellentur. Co. de ba. quæ liber. l. cum nõ ſolum. §. vbi autem. & Co. de iudi. l. properandum. §. ſin autem.*

g ¶ *Vindicari. vt §. vt nulli iud. §. ſi quis verò, collat. ix.* ACCVRSIVS.

¶ Iubemus autem omnes iudices tam militares, quàm ciuiles per ſe requirere eos, qui latrocinia a, aut violentias, aut rapinas rerum, aut fœminarum, aut alia quælibet in prouinciis illicita committunt, & ſupplicia eis legitima inferre, neque pro his cauſis accipere aliquid conſuetudinis nomine: vt omnes vndique noſtri collatores illæſi ſeruentur. non enim permittimus cuilibet maiori, aut minori militari iudici, aut latronum inſecutores, aut violentiarum inhibitores, aut tribunos pro talibus cauſis in prouinciis ordinare, aut qui habeant aliquos examinare; vt non per tales occaſiones ampliores violẽtiæ inferantur prouincialibus. Si quis autem iudicũ hoc non cuſtodierit, cognoſcat non ſolùm ſe cõmiſſo ſibi cingulo ſpoliandum, ſed decem librarum auri pœnam exoluere, eò quòd præſumpſerit talem cauſam aſſumere: poſt tormenta verò & confiſcationem ſubſtantiæ in exilium redigendũ, & relegandũ.

CAP. XXII.

¶ Ad hoc iubemus b prouinciarum iudices, & officia eorũ, ſi quando de ciuitate ad ciuitatem c veniunt, neque angariis, neque deſcriptionibus aut aliis expenſis collatores grauare: ſed ex deputatis ſibi de fiſco annonis expenſas facere.

CAPVT XXIII.

¶ Super hoc ſancimus d prouinciarum iudices omnibus modis poſt depoſitionem cinguli quinquaginta dies in prouinciis commorari, & conuentiones aliquas contra ſe mouentibus reſpondere. Si verò contigerit aliquem ex eis ante completos quinquaginta dies deſerere prouinciam: iubemus omnes ab eo damnum aliquod paſſos ſimul ingredi apud ſanctiſſimum metropoleos epiſcopum eiuſdem prouinciæ: & ſub geſtis monumentorum vnumquemque tãgentem ſancta Euangelia, palàm facere illata diſpendia e: & ex illius ſubſtantia, contra quem talia facta ſunt monumenta, omne damnum læſis reſtitui prouidentia, & periculo per tempus præfectorum eiuſdem prouinciæ: ſcientibus, quia ſi hoc complere neglexerint, ipſi de propriis facultatibus omnia damna læſis reſtituere compellentur f.

CAPVT XXIV.

¶ Si quis autem ex iudicibus prouinciarum aut euocetur ad aliam adminiſtrationem, aut opus ad aliam prouinciam ei credatur: iubemus eum legitimo procuratore conſtituto conuentiones pro damnis proponentibus reſpondere: quod niſi fecerit, ſancimus monumenta apud ſanctiſſimum epiſcopum (ſic vt ſuperiùs dictum eſt) agi, & pro damnis illatis eis iurantibus ſecundùm geſtorum virtutem omne damnum reddi: prouidentia ſimiliter, & periculo per tempus præfectorum vniuſcuiuſque prouinciæ tractatorum.

CAPVT. XXV.

¶ Omnes autem pecuniarias pœnas, quæ præſenti lege continentur, à comite per tempus priuatarum rerum exigi eos, qui præſentem legem non ſeruant, & noſtro fiſco vindicari g ſancimus: qui niſi eas vindicauerit, ipſe cum adminiſtrante ſibi ſchola ex propria facultate huiuſmodi quantitatem ſoluere cogatur.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur per præſentem legem noſtram ſalutarem, in perpetuum valituram, pro vtilitate, & ſtatu noſtrorum collatorum diſpoſuimus, tua gloria inuiolata, & immota per omnia ſeruare feſtinet, & ad omnium notitiam peruenire faciat: edictis quidem in hac regia ciuitate ſolemniter propoſitis: præceptis autem ad clariſſimos prouinciarum iudices directis, vt per eos omnibus collatoribus manifeſta fiant. Dat. Id. Iun. Domi. Iuſt. PP. Au. Baſ. V.C. Conſ.

DE SAMARITIS.

TITVLVS XII.

Nouella conſtitutio cxxix.

Idem Auguſt. Areobindo P.P.

PRÆFATIO.

NVllum * ita magnum ſubiectorum noſtrorum delictum eſt, quod non noſtra clementia medeatur. Licèt eorum facta odio habentes ad vindictam pro eis inſurgamus, tamen tempus medentes, & commouentes modis competentibus delinquentes, rurſus ad noſtram clementiam remeamus, iuſtitiam iracundiæ, benignitatis reconciliãtes rationibus, quale quiddam & præſens noſtra celebrat lex. Samaritas enim pridem atroces, & elatos contra Chriſtianos, & in omnium velut nouiſſimam ſuperbiam excedentes plurimis quidem pœnis afflixumus; vna verò maximè, quòd neque teſtamenta ipſi poſſint conſcribere, neque hi defuncti abſque teſtamento, cognatis, qui ab inteſtato vocantur, hæreditatem tranſmittere, niſi ad hæreditatem ex vtraque cauſa * vocatos rectæ Chriſtianorum fidei eſſe contingeret. Interdiximus autem eis legata dare, & donationes ſcribere, aut aliquas omnino alienationes in ſuis ponere rebus, niſi forſan orthodoxa fide percipiens perſona eſſet. Licèt autem lege generali hæc comprehendentes, tunc meminerimus, tamen non eadem in operibus, quam in literis ſubtilitatem reſeruauimus. Nam neque noſtrum fiſcum, nec aliquam publici partem ex his quicquam accipere paſſi ſumus, licèt hoc expreſſim lex daret.

* Deſcript. ex vet. manuſcri. nunquã antea Latinè impreſſum, ac Græcè primùm per Scrimgerum editũ, & Latinè per Agileũ factam.

* Themate, in Græcò. i. & ex caſu teſtati, & ex caſu inteſtati.

CAPVT I.

¶ Nunc itaque ad moderationem reductos, videntes eos, & nobis ipſis indignum eſſe putantes, in hiſdem permanere terminis, contra eos, qui non ſimilia prioribus languent, præſtantes maximè omnium Sergij ſanctiſſimi Cæſarienſis metropolis epiſcopi, iuſtis petitionibus, quas pro eis facit, teſtimonium quidem perhibentis meliores eos factos: quietem verò eorum futuro tempore promittentis, ad præſentem ſacram noſtram venimus legem, per quam ſancimus, licentiam eſſe Samaritis iam ſcribere teſtamenta, & ſuas proprias diſpenſare ſubſtantias: ſicut & aliæ præbent leges, & per præſentem nos decernimus, & ſine teſtamentis morientes, ab inteſtato vocatos ſecundùm imitationem aliorum hominum hæredes habere eos: præterea, quæ per præſentem noſtram tranſponimus legem. Sed & donationes eis permittimus ſcribere, & legata dare, & accipere, & huiuſmodi contractus facere cum omni licentia. Qui enim teſtari dedimus eis, & omnem diſpenſare ſubſtantiam, quomodo de particulari diſpenſatione negabimus?

CAPVT II.

¶ Sed tamen non eundem reddimus ordinem & Chriſtianis ſucceſſoribus & Samaritis. Iterum verò

& meritò, meliora ſectantibus priuilegium pręſtamus. Vnde ſi quis eorum ſine teſtamentis moriatur, & filios ad Deum diſcretos reliquerit, ſoli vocabuntur ad huiuſmodi hæreditatem, qui rectam Chriſtianorum allegant fidem, aliis excluſis, quicunque ipſo detinentur, quo defunctus, errore. Hæc autem dicimus non ſuper filiis ſolis, ſed etiam aliis cognatis ex quacunque ſint linea, vt recta ſectantes, illis, qui non proxima colunt, præponantur; tamen ſi eundem, qui vocantur, omnes gradum accipiant, aut vnam ad hæreditatem habeant vocationem. Non enim his, qui ex longiore gradu sũt, & à vicinioribus excludũtur, licèt meliora ſectantibus, proximorum damus prælationem, aut priuilegium.

CAPVT III.

¶ Nec tamen pœnitentiæ locum in excluſis auferimus & ex hoc. Nam ſi voluerint & poſtea ad rectam fidem Chriſtianorum reuerti, qui pro hoc hæreditate excluſi ſunt, ſuas recipient portiones, ita vocandi ad hæreditatem, tanquam ſi rectæ huius religionis extitiſſent, ſolis fraudati medij temporis fructibus. Si verò & teſtamenta ſcripſerit aliquis eorum, valere quidem ea quantum ad religionem iubemus. Si autem pater, aut etiam aliquis deſcendentium [aut etiam aſcendentium] ſit, qui teſtamenta conſcribit, ſi quidem omnes ex ordine, qui ad hæreditatem vocantur eiuſdem, quo pater, erroris ſint, his non relinquat vltra duas ſubſtantiæ vncias; reliquis ad eos, qui rectè colunt, deferendis. Tamen niſi aliquis fortè Chriſtianus ex ipſis reliquerit legata: ſeruanda etiam hîc pœnitendi loco volentibus, vt poſſint æqualitate frui cum eis, qui ab initio Chriſtiani fuerint, ſicut ab inteſtato decreuimus. Ad hunc itaque ordinem, & partem, & de inofficioſo damus aſcendentibus, & deſcendentibus, & recta ſectantibus dogmata, & fortè læſis per celebratas in teſtamentis rerum diuiſiones.

CAPVT IV.

¶ Concedimus autem eis & donationes dare, & accipere, & legata relinquere, & libertatibus ſeruos honorare, contrahere quoque ad inuicem, nihil ea, quæ à nobis pridem poſita eſt, prohibente lege: noſtrum enim fiſcum & aliam omnem publici partem excludimus omnino, nullum ex illa lege ad eorum hæreditates, eorúmque ſubſtantias, aut documenta participium habere valentibus. Hæc autem dicimus non in futuris ſolùm, ſed etiam in præteritis, vt neque pro his, quæ tunc facta ſunt, aut noſter fiſcus, aut alter omnium, ſubſtantias perſcrutetur eorum. Qui enim in futuris clemẽtiam dedimus, quomodo de præteritis ſubtilem tractatum haberemus? vt omnimodo præſentem noſtram clementiam promerentes, gratias Deo profiteantur, & nobis, & Sergio ſanctiſſimo ad hanc nos quam maxime circa eos prouocanti clementiam.

EPILOGVS.

¶ Tua igitur gloria noſtram in eis declaratam humanitatem, per præſentem noſtram legem cognoſcens, manifeſta per prouincias ſolennibus edictis, quæ nunc nobis placuerunt, faciat, vt perpetuo hoc ipſi fruantur auxilio. Dat. xvij. Kalend. Iul. Conſtant. Dn. N. Iuſtin. PP. A. anno xxv. Baſilio V.C. Conſule.

QVOMODO OPORTEAT MILITES tranſitum in ciuitatibus facere, & de introitu.

TITVLVS XIII.

Nouella conſtitutio cxxx.

Imperator Auguſtus Petro P. P.

PRÆFATIO.

PRimum & maximum arbitramur ſtatũ eſſe noſtræ reipublicæ, vt inculpabiliter noſter exercitus in itineribus conuerſetur, & innoxietas atque indemnitas noſtris collatoribus cuſtodiatur.

CAPVT I.

¶ Iubemus igitur quoties tranſitus fit noſtrorum iudicum & exercituum, delegatores ſimul eſſe cum eis qui curam habeant eorum alimenti, & ſingularum prouinciarum iudices per quas tranſitus fit, præparationem facere expenſarum, vt noſtri exercitus, in vnamquamque prouinciá aſcendentes, inculpabiliter conuerſentur, & vniuſcuiuſque numeri optiones ſuſcipere ſpecies ſine qualibet tergiuerſatione, & erogare magiſtris militum & militibus in ſpecie præbitas annonas, habere autem eoſdem optiones deputatam ipſis occaſione emolumenti quintãdecimam portionem. Ex conſuetudine autem & re cauta fieri ab optionibus, collatoribus pro his quæ ab his expenduntur, periculo eorum qui cum eis ſunt iudicum & tribunorum, & comitum, & diaſoſiarum & delegatorum & vniuſcuiuſque numeri primatum, & nullo modo gratis expendere milites à collatoribus aut occaſione non factæ forſan præparationis, aut *introitorum* nomine, quorum etiam ipſum vocabulum omnino perimimus, vt vndique illæſi & indemnes cuſtodiantur noſtri ſubiecti.

CAP. II.

¶ Species autem quæ inueniuntur in vnoquoque loco, ipſos accipere milites, & non alias quærere quæ in ipſa regione non inueniuntur, & propter hoc tergiuerſationem aut damnum inferri noſtris collatoribus.

CAPVT III.

¶ Eam verò quæ fit à noſtris poſſeſſoribus expenſam, & declaratur per recauta, iubemus reputari eis à ſede tuæ celſitudinis ſine qualibet tergiuerſatione, aut damno aut iniunctione in collationem eam quam ab eis fiſcus capit pro indictone illa in qua expenſa fit. Si verò amplius quàm *profeſſiones* ſunt ab his qui dant ſpecies, inueniantur expenſæ, iubemus ex omni corpore fiſcalium eiuſdem prouinciæ compleri eos qui vltra functiones ſuas exhibuerunt. Si verò non habeat ipſa prouincia ſufficientia ad expenſam factam, compleri eos qui hanc expenſam fecerunt ex generali menſa quæ regitur à tua gloria, aut retinere hæc eos ex his quæ ab his inferenda ſunt ſecundùm ſequentem indictionem, & hæc reputari eis ex omni modo ab his qui fiſcalia exigunt: his omnibus admittendis & obſeruandis periculo tuæ gloriæ & ſingularum prouinciarum tractatorum & iudicum & obſequentium eis officiorum & *ſuſceptorum*, & curialium & omnium fiſcalia tractantium.

CAP. IV.

¶ Hoc quoque iubemus ſeruari, nullum iudicum aut militum occaſione tranſitus, aut à curialibus aut *prædiis* in minimo aliquid recipere. Si autem inuentus fuerit quis pro tranſitu annorum accipere, iubemus tale aliquid agentem exigi duplum totum, quod accipere pro hoc præſumpſerit.

CAPVT. V.

¶ Si quis verò noſtrorum iudicum aut militum aut optionum ipſorum non recauta fecerit factæ ab iis expenſæ, iubemus expenſas facientes collatores geſta monumentorum conficere, ſi quidem inueniatur iudex in locis illis, apud eum, & ſanctiſſimum ciuitatis epiſcopum. Si verò non inueniatur iudex in locis illis, apud ſanctiſſimum ciuitatis epiſcopum, aut defenſores locorum ſub quibus poſſeſſio iacet, ex qua facta eſt expenſa, & per talia geſta palàm facere qui noſtrorum iudicum & cum quali exercitu tranſitum facientes non fecerunt recautá, quantam quantitatem expenderunt, & talia geſta mitti ad tuam gloriam: tuam verò celſitudinem vtpote recautis factis, collatoribus quidem præbere aut etiam reputare ab eis facta expenſa, ſicut ſuperiùs diximus: retinere autem hanc quantitatem quæ ex geſtis declaratur, ex his quæ delegata ſunt de fiſco principalibus militiæ, & militibus qui expenſam fecerunt.

CAP.

CAPVT VI.

¶ Ad hæc iubemus principes militiæ noſtros, ſiue eos *qui deducunt exercitum*, & delegatores, in tráſitib. *præmittere* ad illum locum in quo futurus eſt noſter exercitus applicare, & præparationem facere expenſarum, & non mittere ad alias ciuitates, aut poſſeſſiones, aut prædia, quaſi debeat exercitus ibi manere, & ex hoc pecunias accipere de poſſeſſionibus & villis. Si auté accipere aliquid pro hoc præſumpſerint, iubemus etiam ſic quidem geſta fieri, ſignificantia & vnde & cui datum eſt, & reputari damnificatis à tua gloria, aut præberi ſecundùm prædictum modũ omnia quæ ex talibus geſtis ſignificantur, principes autem militiæ & quocumque modo diaſoſtas noſtri exercitus & delegatores & in duplici quantitate dare quæ accipere præſumpſerint: prometatores verò etiam ſupplicium & exilium ſuſtinere. CAPVT VII.

¶ Si qui verò iudicum prouinciarum colludentes fortè cum diaſoſtis noſtri exercitus, non præparauerint expenſas, & ex hoc per diuerſas ciuitates & villas eos perducát, iubemus eos cingulo remotos confiſcationi & exilio cum obedientibus eis officiis ſubdi: noſtros autem collatores & ita indemnes ſeruari ex recautorum datione aut ex geſtis, quæ ſecundùm prædictum modum debent fieri. CAP. VIII.

¶ Hæc autem ipſa ſeruari præcipimus non ſolùm in tranſitibus noſtrorum iudicum & militum, ſed etiam aliorum qui ex qualibet gente in auxilium noſtræ reipublicæ nobis mittuntur. CAPVT IX.

¶ Vt autem non occaſione metatorum damnationis iniurietur noſtrorũ collatorum libertas, iubemus nulli penitus licere noſtrorum militũ in authenticas habitationes, in quibus domini domuum inueniuntur manentes, accipere ſibi metata, ſed illas quidem ſine moleſtia ſeruare propriis dominis, accipere autem milites in aliis diætis metata. EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerũt nobis, & per præſenté declarata ſunt legem, tua gloria in regia ciuitate, & per loca ſanctiſſimis epiſcopis, clariſſimiſq; iudicibus, & noſtris ſubiectis in vnaquaque prouincia & ciuitate palàm faciet, vt ſciant noſtri ſubiecti quæ à nobis pro eorũ indemnitate diſpoſita ſunt, & agnoſcant, quia ſi contra hæc aliquid agatur, & qui læduntur taciturnitati cauſam tradiderint, ipſi huiuſmodi læſionis ſibi auctores fiant. Da. Kal. Mart. Conſtanti. Dn. Iuſtin. PP. Aug. anno xix. poſt Conſulatum Baſilij V.C. anno quarto, Indictione octaua. Propoſita in ciuitate Conſtantinopolitana.

DE ECCLESIASTICIS TITVLIS, ET priuilegiis, aliiſque capitulis.

TITVLVS XIIII.

Nouella conſtitutio cxxxj.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſ. præf. ſacr. prætoriorum.

Hac Nouella confirmãtur canones ſacri: id eſt, quatuor ſynodi œcumenica, & prærogatiua, priuilegia, ſalaria eccleſiis cõceſſa. vt l. 12. C. de ſac. eccle. *Confirmatur immunitas ſordidorum, & extraordinariorum munerũ, inter quæ non numerãtur inſtructiones, reparationéſque pontium, vel itinerum.* l. pen. C de priuil. domus Augu. l. 5. & 7. C. de ſac. eccle. *Confirmatur immunitas lucratiuorum deſcriptionis, quotiens ſcilicet lucratiuo titulo curialium bona Eccleſiis obueniunt.* l. pe. Cod. eod. *Subiicitur & aliquid de præſcriptione 40. annorum, qua ſola tollũtur Eccleſiaſtica actiones:* vt No. 111 *& de iis, qua legati, vel inſtitutionis titulo Deo, aut diuis relinquũtur,* ex l. 25. C. eodem, *cuius initium,* [illegible] *&c. & alia quadã, quæ expoſuimus* No. 5. 57. 58. *Id valde placet, vt ſi quid teſtator iuſſerit fieri in rẽ piam nõ adſcripto loco, in ea ciuitate fiat, in qua teſtator domicilium habuit. congruit enim cum* l. quæ conditio. §. vl. ff. de condit. & demonſt. l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cle. *Et vt eligat miniſtrum, ſiue diſpenſatorem, quem voluerit: quod & ſæpe fit exequendi teſtamenti cauſa.* l. 17. ff. de leg. 2. l. Diuus. ff. ſi cui plus, quàm per leg. Fal. No. Martiani de teſt. Cl. No. Leonis 98. *& huic diſpenſatori præſtatur cautio legatorũ:* l. quidã. §. pen. ff. de leg. 1. *imò & legatorum petitio datur:* l. nulli C. de epiſc. & cler. l alio hærede. ff. de alim. leg. l. quidam. §. pen.

Authentica.

l. ſi à pluribus. ff. de leg. 1. *Id etiã notãdum, coërceri contumaciam hæredum, qui piæ voluntati nõn obtemperant: & piorum legatorum vſuras fructúſque deberi ex tempore mortis: ſi in eis præſtandis hæres ſex mẽſes moratus ſit ſine inſinuatione teſtamenti, & Falcidiã eum amittere. Pœna hæc eſt contumaciæ, & fruſtrationis: alioquin non fruſtrator hæres etiam ex legatis piis deducet Falcidiam & ita Balſamo interpretatur rectiſſimè* l. 1. §. ad ea. ff. ad legem Falcidiam. *Id etiam valde notandum, ea, quæ epiſcopi, vel orphanotrophi, & ſimiles locorum piorum adminiſtratores poſt creationẽ acquiſierunt nõ poſſe in extraneum, vel cognatum vllo modo tráſferri: ſed in dominio Eccleſiæ permanere: quaſi præſumãtur parta ex reb. Eccleſiæ, aut data, ſiue relicta pietatis, & religionis contẽplatione potius, quàm perſonæ: niſi ſi quæ cõſtet eis obueniſſe cognationis iure ab inteſtato vſque ad quartum gradum.* Et l. 41. C. de epiſ. & cler. *à parentibus tantũ, aut fratribus, aut patruis hæc ſola videtur neceſſitudo, & coniunctio perſonarũ detuliſſe cætera, quæ ab vlterioribus cognatis, vel extraneis obueniũt, religio, & pietas. Et de hac quidẽ conſtitutione ſic Cedrenus ſcribit* in Iuſtiniano: [illegible] *Neque tamen huic præſumptioni locus eſt in clericis, ſed obſeruatur* l. ſacroſanctæ. C. de epiſc. & cler. *Eſt igitur in epiſcopis tãtum id derogatum, quia ſoli epiſcopi ſoluuntur hodie poteſtate patria, & adquiſita in epiſcopatu in aliũ transferre non poſſunt. Alio capite Iuſtinianus cõfirmat* l. ſi quis orthodoxæ Cod. de hæret. *quod tamen illa fiſco, Iuſtinianus addicit Eccleſiæ: ſed hoc eſt indifferens:* vt diximus Nou. 52. *Et plerũque nouæ cõſtitutiones Eccleſiæ dãt, quod veteres fiſco, vt moriẽte epiſcopo, vel clerico ſine ſucceſſore ab inteſtato, Eccleſia ſuccedit, non fiſcus:* l. ſi quis presb. C. de epiſc. & cler. & Nou. 131. *delinquente epiſcopo, eiꝰ bona eius Eccleſiæ vindicantur, non fiſco ex* hac No. vltimo capite. confirmat l. orphanotrophos. C de epiſ. & cler. *quod male Accurſius exiſtimat abrogari* No. 123. *Nã de orphanotrophis loquitur tantùm, qui ſunt tutorum, vel curatorum vice, & in iudiciis nõ ſatiſdant de rato, vel de iudicato ſicut nec tutores aut curatores.* l. vlt. §. defenſionem. C. de adm. tut. l. 1. § ſufficit. ff. eo *quia dominorũ loco ſunt: & tamen tutelaribus, vel curatoriis rationib. obnoxij orphanotrophi nõ ſunt, quia ſũt patrum loco.* l. vlt. §. ſin autem nõ habeát. de bo. quę lib. acqu. *Orphanotrophi ergo orphanis tutelæ, vel negotiorum geſtorũ actione nõ tenentur: Epiſcopo non negatur quin adminiſtrationis ſuæ rationem reddere debeat.* CVIAC.

Princeps ſacras regulas in ſanctis quatuor conciliis expoſitas cõfirmat, & præcipit pro legibus obſeruari: & ſedes ordinat, & diſponit, omniáque priuilegia Eccleſiis, & venerabilibus locis indulta confirmat. BART.

PRÆFATIO.

De regulis eccleſiaſticis, & priuilegiis, aliiſq; capitulis ad ſacroſanctas Eccleſias & reliquas venerabiles domos pertinentibus præſentem proferimus legem.

CAP. I.

De quatuor ſanctis conciliis.

¶ Sancimus igitur vicem legũ obtinere ſanctas Eccleſiaſticas regulas, quæ à ſanctis quatuor conciliis expoſitæ ſunt, aut firmatæ, hoc eſt, in Nicæna trecentorum decem, & octo: & in Cõſtantinopolitana ſanctorũ centum quinquaginta patrum, & in Epheſinã prima, in qua Neſtorius eſt damnatus; & in Chalcedonia, in qua Eutyches cum Neſtorio anathematizatus eſt. Prædictarum enim quatuor ſynodorum dogmata ſicut ſanctas Scripturas accipimus, & regulas ſicut † leges obſeruamus [a].

DE ECCLESIAſticis titulis, &c.

Titulus. [a] *i. dignitas. Item titulus, i. ſcriptura quædam:* vt C. de iis, qui pot. no. l. 1. *Item titulus, i. ſuperſcriptio, quæ ſic vul. appellatur Item titulus, i. priuilegium: & ſic hic accipitur: & quod ſubiicit,* & priuilegiis. & *pro. id eſt,* priuilegiis, &c.

a De regulis eccleſiaſticis.] *Obſeruamus* Not. canones [b] pro legibus obſeruandos: *vt hic, & ſupr. quomodo opor. epiſc. §. 1. & §. ſed etiam. Sic & de mona. §. ſi. & § ſi verò relinquens. & ſuprà, vt cleric. apud pro. epiſ. § ſi.* & propter hoc cùm canones dicant prohibere vſuras [c], intelliguntur per legem prohibitæ. In hac opinione fuit dominus meus Azo. Nec obſtat quòd dicũt quidam alij, hic confirmari tãtùm illos canones, qui ſunt de quatuor conciliis. Nam in illis etiam conciliis prohibitæ ſunt vſuræ: *vt in Nicæno, xlvij. diſtinct. c. quoniam.* Præterea ſi nullus canon hoc diceret, nec lex, videtur quòd non poſſit: quia ſunt contra legem Dei, & inferior non [d] poteſt legem ſuperioris tollere: *vt ff. de arbi. l. nam magiſtratus. & ad Trebell. l. ille, à quo. §. tempeſtiuum.* Item Paulus [e]: *Durum eſt tibi contra*

a Titulus varia ſignificata habet.

b Canones pro legibus obſeruari debent.

c Vſuræ an legibus, & iure ciuili prohibitæ.

d Legẽ ſuperioris inferior tollere non poteſt.

† *Concor. c. vlt. cum Gl. vltima. extra de ſecund. nup. & in c. 1. de non. oper. nũc.*

e *Act. 9.*

ſtimu

CAP. II.

De ordine ſedēdi patriarcharum.

¶ Ideóque ſancimus ſecūdùm earum definitiones ſanctiſſimū ſenioris Romæ Papam, primum eſſe omnium ſacerdotum [a]: beatiſſimum autem archiepiſcopum [b] Conſtantinopoleos nouæ Romæ, ſecundum habere locum poſt ſanctam Apoſtolicam ſenioris Romæ ſedem: aliis autem omnibus ſedibus præponatur.

CAP. III.

¶ Per tempus autem beatiſſimum primæ Iuſtinianæ [c] noſtræ patriæ archiepiſcopum habere ſemper ſub ſua iuriſdictione epiſcopos prouinciarum Daciæ mediterraneæ, & Daciæ Ripenſis Priualis [d], & Dardaniæ, & Myſiæ ſuperioris, atque Pannoniæ, & ab eo hos ordinari: ipſum verò à proprio ordinari concilio, & in ſubiectis ſibi prouinciis locum obtinere eū [e] ſedis Apoſtolicæ Romæ, ſecundùm ea, quæ definita ſunt à ſanctiſſ. Papa Vigilio.

CAP. IV.

¶ Simili quoq; modo ius Pontificis, quod epiſcopo Iuſtinianæ Carthaginis Africanæ ciuitatis dedimus, ex quo Deus hāc nobis reſtituit, ſeruari iubemus. Sed & aliæ ciuitates, & earum epiſcopi, quibus in diuerſis locis metropoliticum ius præſtitum eſt, huiuſmodi priuilegio in perpetuum potiatur. Omnia autem priuilegia, vel ſolatia, quæ ex imperiali munificentia, aut etiam alio quolibet modo ſanctiſſimis Eccleſiis, aut aliis venerabilibus domibus, & locis collata ſunt, firmè eis per omnia conſeruentur.

CAP. V.

Vt omnes eccl. à ſordidis munerib. habeant immunitatem.

Eccleſiæ habent immunitatem à ſordidis, & extraordinariis muneribus, exceptis iis, quæ pertinent ad refectionē, & readificationem itinerum, viarum, & ſimilium: & libera ſunt à lucratiuorum deſcriptione. Bart.

¶ Ad hæc ſancimus omnium ſanctarum Eccleſiarum, & omnium venerabilium domorum poſſeſſiones, neq; ſordidas functiones, neque extraordinarias deſcriptiones ſuſtinere [f]: tamen itineris ſternendi aut pontium ædificij, vel reparationis [g] ſi opus fuerit, ad inſtar aliorum poſſeſſorum huiuſmodi opus & ſanctas Eccleſias, & venerabiles domos complere dum ſub illa poſſident ciuitate, ſub qua tale ſit opus. Si quæ verò res ex curialium ſubſtantiis ad quamlibet ſacroſanctam Eccleſiam, aut aliam venerabilem domum ſecundùm leges venerunt [h], aut poſteà venerint, liberas eas eſſe ſancimus [i] deſcriptione lucratiuorum [k].

CAP. VI.

Vt omnes præſcriptiones contra Eccleſias, ſint 40. annorum.

Omnes præſcriptiones triginta annorum aduerſus priuatos currentes, in Eccleſiis ad quadraginta annos extenduntur: hoc obtinente & in legatorum, & hæreditatum exactione, & ad pias cauſas relictorum. Bart.

¶ Pro temporalibus autem præſcriptionibus decem, & viginti, & triginta annorum, ſacroſanctis Eccleſiis, & aliis vniuerſis venerabilibus locis ſolam quadraginta [l] annorum [m] præſcriptionem opponi præcipimus: hoc ipſo ſeruando & in exactione legatorum, & hæreditatum, quæ ad pias cauſas relicta ſunt.

CAP. VII.

De ædificatione Eccleſiarum.

Monaſterium, & oratorium per epiſcopum orationibus, & cruce ibi fixa inchoari debent: & ipſi fabricatores, & eorum hæredes compellendi ſunt adimplere. Bart.

¶ Si quis autem voluerit fabricare venerabile oratorium, aut monaſterium [n], præcipimus non aliter inchoandam fabricam, niſi locorum ſanctiſſimus epiſcopus † orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit crucem, Si verò ſemel cœperit aut nouam ædificare baſilicam, aut veterem renouare: modis omnibus compellatur à beatiſſimo locorum epiſcopo, & œconomis eius, & ciuili iudice, eam expellere: & ſi is diſtulerit, hoc moriente hæredes eius opus inchoatum adimpleant.

CAPVT VIII.

Ne in priuatis locis ſacra miniſteria fiant.

Qui in domo, vel ſuburbano prædio eccleſiaſticum miniſterium celebrare præſumpſerit, aut alij celebranti cōſenſerit ſine clericis, dominium amittit, & Eccleſiæ applicatur: ſed ſi domino rei ignorante aliquis permiſerit, ipſe debet puniri, & non dominus. Bart.

¶ Si quis in ſua domo, aut in ſuburbano Eccleſiaſticum miniſterium miniſtrare præſumpſerit, aut aliis celebrare conceſſerit ſine clericis ſanctiſſimo locorum epiſcopo ſubiacentibus [o], iubemus hanc domum aut ſuburbanum, aut prædium, vbi tale aliquid delinquitur, loci illius ſanctiſſimæ Eccleſiæ vindicari per Deo amabilem epiſcopum, & œconomum eius, & ciuilem iudicem locorum. Si verò neſciente † locorum domino, eius curatores, aut conductores, aut emphyteutæ contrarium aliquid exerceri permiſe

ſtimulum calcitrare. Præterea cùm hæc lex ſit de vltimis Iuſtiniani, quaſi iam conuerſus hoc voluiſſe videtur. Sed contrà *infrà, de naut. vſu.* Sed illud ſpeciale eſt in nautico fœnore. Item contrà *ſ. eo. §. ſi autem diſtulerit.* Solut. ibi ſpeciale fauore vltimæ voluntatis, & ad pias cauſas.

a ¶ *Sacerdotum. vt ſup. vt Rom. eccleſ. cent. ann. gaud priuile.*

b ¶ *Archiepiſcopum.* & patriarcham.

c ¶ *Prima Iuſtiniana.* Haloander, & poſt eum multi hic turpiter errarunt, Salonam Dalmatiæ pro Iuſtiniana prima accipientes. Anton. Cont.

d ¶ *Priualis. Triballea,* legendum ex Græcis editionibus: ſed Iuliani epitome habet, *Priualenos.* Propriam autem hac de re conſtitutionē ſcripſerat idem Iuſtinianus, quā poſtea adſcripſi in decima collatione. Cont.

e ¶ *Eum* ſcilicet archiepiſcopum.

f ¶ *Suſtinere.* hoc [b] idē erat iure Codicis: *vt C. de ſacroſan. Eccl. l. placet. & l. neminē. & de epi. & cler. l. 9.* Itē ad pontes [c], & ad ſimilia conferebant: vt hic ſubiicit, *& Cod. de ſacroſan. eccl. l. ad inſtructionem*

g ¶ *Reparationis.* pontium.

h ¶ *Venerunt.* fortè per ſucceſſionem.

i ¶ *Sancimus.* ¶ Nota priuilegium [d] dari hæredibus, quod defuncto non competebat: ſic è contrà hæredibus [e] non datur, quod defuncto dabatur: *vt C. de priuil. do. l. 1.* Sed regulariter [f] hæres etiam priuilegiis defuncti vti debet: *vt ff. de iure fi. l. fiſcus quæ eſt arg. contra.* & facit *C. de ſacroſ. eccl. l. pe. in ſ. & C. de impo. lu. deſcri. l. 1. li. x.*

k ¶ *Lucratiuorum.* mos erat, & lex, quòd ſi curialis donabat aliquid Eccleſiæ, quarta [g] eius dabatur curiæ, quod hæc lex tollit, & *d. l. C. de ſacroſ. Eccl. l. pe.*

l ¶ *Quadraginta.* niſi in caſibus: *vt ſ. vt cùm de appel. cog. § ſi verò liberu. coll. vi. contrà ſ. de ſan. epiſc. §. ſi quis rapuerit. in princ.* Accvrs.

m ¶ *Annorum.* ¶ Quid ſi eccleſia contra [h] priuatum velit ſe tueri? Reſp. eo modo ſe tuebitur, quo & alius priuatus: nec obſtat quod eſt in *ff. quod quiſque iuris. l. 4.* quia ex liberalitate, non per impetrationem [i] fuit Eccleſiæ conceſſum: *vt in eo. tit.* *l. iij.* ¶ Item quid ſi Eccleſia contra [a] Eccleſiam? Reſp. quadraginta an. ſecundùm Ioann. argu. contrà. *ff. quibus ex cau. ma. l. vlt. & ff. de mi. l. verum. § pen.* Nec obſtat quod eſt in *Cod. de inoff. teſtam. l. in arenam.* ibi enim turpitudo [b] eſt impedimento. ¶ Item nōne hæc ſuperflua eſt per illam, *ſ. hac conſtitutione conſtit?* Reſp. non: quia in ea nihil dicitur de præſcriptione decē, vel viginti an. ſed xxx. tantùm, quæ ad xl. reducitur. ¶ Item quid de redhibitoria, & quāto minoris, & cæteris ſimilibus? dic quòd remanent in ſuo ſtatu: *vt ſ. hac conſtit. in fin.* ¶ Sed nunquid reſtituitur Eccleſia, cùm vſucapio, & cæteræ minores præſcriptiones currāt contra eam? Reſpon. ſic, vt minor, ſecundùm omnes. ¶ Sed vſque ad quod tempus? Reſpon. quidam dicunt vſque in infinitum: alij vſque ad quadriennium, ex quo læſa eſt.

n ¶ *Aut monaſterium.* idem in qualibet Eccleſia: *vt ſ. de mona. §. j. & ſ. vt nullus fabr. orato. do. § j. coll. v.*

o ¶ *Subiacentibus.* ¶ No. non licere ſacra [c] miniſteria fieri niſi in Eccleſiis, licèt orare aliàs quis poſſit. aliàs domus [d] perditur: *vt hic, & ſ. vt in priu. do. § j. & 4. & C. de hæret. l. quicūque. §. vniuerſi. & §. ſequ.* Sic & publicatur locus in quo aliquis fit eunuchus: *vt C. de eunuch. l. j.* & in quo proſtibulatur: *vt ſ. de leno. § fin.* & vbi falſa moneta cuditur: *vt C. de fal. mone. l. j. § penult. & §. fin.*

a ¶ *Expel*

a Iuſtiniana prima patria Iuſtiniani.

b Eccleſiæ immunes à ſordidis, & extraordinariis muneribus.

c Eccleſiæ ſūt immunes à collatione reficiendorum itinerum, pōtium, & ſimilium.

d Hæredibus interdùm datur, quod defuncto nō dabatur.

e Hæredibus interdum non datur, quod defuncto dabatur.

f Hæredibus regulariter ius priuilegiū datur, quod defuncto.

g Lucratiua deſcriptio hic dicitur, quoties lucratiuo titulo bona curialium Eccleſiis obueniūt.

h Eccleſia cōtra priuatum quemadmodū præſcriptione ſe tueri poſſit.

i Priuilegia ius generale continentia præſumuntur concedi ex liberalitate. ſpeciale ius continētia neque in corpore iuris cōprehenſa, ad impetrationem, & poſtulationē intelliguntur eſſe conceſſa.

a Eccleſia [illegible]

b Turpitudo [illegible]

c Sacra miniſteria in [illegible] Eccleſiis [illegible]

d Publica domus [illegible]

† Crux [illegible]

† Fac [illegible]

re Gloſſa notabiliſſima.

a ¶ *Expelli, rebus.* ¶ No.tutorem [a] pro facto, quod pro pupillo faciebat, puniri: ſic & miſeri punientur, qui eorum pupillorum pecunias fœnerant: ad quod non tenentur: *vt hi, qui ob. ſe ha.perhib.§. quoniam autem.* Non enim bonam fidem agnoſcere prohibentur: *vt ff de adminiſtrat.tut. l quoties.§.ſicut.in fi.§.* & facit *C.de ſa. mone.l.j.in fin.& ff.de publ. l eotem. § dominus.*

b ¶ *Magni Dei.* i. ipſius Chriſti. Accvrs.

c ¶ *Venerabilis domus.* conſecrata in honorem Sancti, cui reliquit.

d ¶ *Pauperior.* ¶ Not. prodeſt paupertas [b]: *vt hic, & ff.mand l.ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. de tranſac. l.cum hi.§. in perſona. & §. ſi in annis. & C.de oper. lib.l.j. & ff. qui, & a quib. l. ſi quis heres. & de epiſc.& cleri l ſi quis ad declinandam.§ ſin autem.* Econtra nocet: *vt ſupr. de teſta. §. ſancimus. & ff. de excuſa. tuto. & cura. l. ſpadonem. in fine.*

Paupertas aliquando prodeſt, aliquando etiam nocet: ... Gl. in ... quis ad declinandam ... pauperior. de epiſcopis ad tract. ... de prouiden- ... paupertatem.

e ¶ *Domicilium.* ¶ No. domicilium [c] teſtatoris in dubio ſequi: *vt ff. de conditionibus, & demonſtrat. l. qua conditio. §.j.*

Ex domicilio defuncti voluntas eius colligitur.

... idem docetur ... cap. j. ... de ... & ...

f ¶ *Comparare, aut locare.* [d] id eſt, conducere. nam promiſcuè vtimur: *vt ff.de actio empti. l.veteres.* Accvrs.

Locare, pro conducere.

g ¶ *Adimplere.* ſic & eius ſeruatur volũtas [e] in diſpoſitione tutoris, qui adminiſtret: *vt ff.de admini.tuto.l.iij* ſic & in funere, à quo debeat funerari: *vt ff. de relig. l. ſi quis ſepulchrum. §. & hoc edictum.*

Voluntas teſtatoris ſeruatur in tutoribus, & executoribus datis.

h ¶ *Voluntatem.* qui di-

permiſerint, dominum quidem loci nullum præiudicium, aut diſpendium ſuſtinere: eos autem, qui hoc fecerint, aut fieri permiſerint, ex prouincia, vbi hoc commiſſum eſt, expelli, rebus [a] eorum loci illius ſanctiſſimæ Eccleſiæ vindicandis.

CAP. IX.

Vt legatum Deo relictum, illi Eccleſiæ deputetur, vbi teſtator domicilium habet.

Legatum, vel hereditas, relictum ſimpliciter ſub nomine magni Dei, debetur Eccleſiæ illius ciuitatis, vbi teſtator habet domicilium. Angel.

¶ Si quis in nomine magni Dei [b], & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti hæreditatem, aut legatum reliquerit, iubemus Eccleſiam loci illius, in quo teſtator domicilium habuerit, accipere quod dimiſſum eſt. Si quis autem vnum Sáctorum hæredem ſcripſerit, aut legatum ei reliquerit, & non ſpecialiter nominauerit locum, in quo eſt venerabilis domus [c]: inueniantur autem in eodem loco, aut ciuitate plura oratoria eiuſdé Sancti: illi magis domui, quæ pauperior [d] eſt †, quod relictum eſt, præbeatur. Si autem non eſt in ciuitate baſilica nominati Sancti: inueniatur autem in territorio eius, illi detur. Si autem neque in territorio eius reperitur huiuſmodi domus: tunc Eccleſiæ ciuitatis, in qua teſtator domicilium [e] habuerit, quod dimiſſum eſt, præbeatur.

CAP. X.

Si quis oratorium ædificari iuſſerit, debet intra quinque annos compleri: ſed xenodochium intra annum & heredes adimplere cogendi ſunt: & etiam deſignata perſona per teſtatorem: epiſcopus autem loco inutilium perſonarum aliam exigere debet. Bart.

¶ Si quis ædificationem venerabilis oratorij, aut xenodochij, aut prochij, aut orphanotrophij, aut noſocomij, aut alterius venerádæ domus, in nouiſſima volũtate fieri diſpoſuerit; oratorium quidem intra quinque annos compleri iubemus prouidentia locorum epiſcopi, & ciuilis iudicis: xenodochium autem, aut prochium, aut aliam venerabilem domum intra vnum fieri annum.† ſi autem intra annum non fecerint hæredes xenodochium, aut quamlibet venerabilem domum à teſtatore diſpoſitã fieri: iubemus eos domum aut comparare, aut locare [f], vbi poſſint, quæ iuſſa ſunt, adimplere [g], donec huiuſmodi domus venerabilis expleatur. Et ſi quidem ipſe teſtator decreuerit qui debeant xenodochi fieri, aut prochotrophi, aut alteri tales gubernatores, ſiue ſuis hæredib. huiuſmodi electionem commiſerit: iubemus modis omnibus

Simile habetur cap. j. ... ut ... monaſterium ... per heredes.

Authentica.

hæredes eius, quæ ab eo definita ſunt, adimplere [g]: locorum beatiſſimis epiſcopis inſpicientib. ſi gubernatio rectè procedit: & ſi inuenerint non vtiles exiſtentes rectores, licentiam habentibus ſine damno alios pro eis opportunos efficere.

CAP. XI.

Vt legata pro redẽptione captiuorum relicta, præſtentur ab epiſcopis, &c.

Legato, vel hereditate pro redẽptione captiuorum, aut alimentis pauperibus derelictis, perſona à teſtatore deſignata ſecundùm teſtatoris voluntatem debet omnia adimplere: perſona autẽ non deſignata, epiſcopus, vel œconomus adimplere debet, quod teſtator, aut donator prohibuerit, ſi verò perſona deſignata ſemel, & ſecundò monita adimplere diſtulerit, omni lucro priuatur: & epiſcopus, vel ſuperior ſecundùm teſtatoris voluntatem diſtribuere debet. Bart.

¶ Si quis autem pro redemptione captiuorum, aut alimentis pauperum hæreditatem, aut legatũ reliquerit in rebus mobilibus, aut immobilibus, ſiue ſemel, ſiue annale, & hoc modis omnibus ſecundùm teſtatoris voluntatem [h] ab iis, quibus iuſſum eſt hoc facere, compleri [i]. Si autem ſpecialiter dixerit quomodo pauperibus hoc reliquit: præcipimus ſanctiſſimum epiſcopum ciuitatis, in qua teſtator habuit domicilium, percipere eaſdem res, & eius ciuitatis pauperibus erogare [k]. Si autem pro redemptione captiuorum aliquid relinquatur, & non nominatim teſtator dixerit per quem oporteat fieri redemptionem captiuorum: etiam ſic iubemus res ad hoc relictas, locorum epiſcopum, & eius œconomos accipere, & huiuſmodi pium opus implere. in omnibus enim talibus piis voluntatibus ſanctiſſimos locorum epiſcopos volumus prouidere, vt ſecundùm defuncti voluntatem †, vniuerſa procedant: licèt [l] præcipuè à teſtatoribus aut donatoribus interdictum ſit eis habere ad hoc aliquod participium. Si autem qui hoc facere iuſſi ſunt ſemel, & ſecundò [m] à beatiſſimo locorum epiſcopo, aut eius œconomis per publicas perſonas admoniti diſtulerint, quæ diſpoſita ſunt, adimplere: iubemus eos omne lucrum relictum eis ab eo, qui hoc præceperit, amittere [n]: & locorum epiſcopos omnes res cunctis (ſicuti dictum eſt) piis cauſis diſtributas, cum fructibus, & augmentis medij temporis, & memorato lucro vindicare: & quæ teſtator diſpoſuit, adimplere: ſcientes quia ſi neglexerint, pro his omnibus rationem Deo perſoluent. Si autem ſanctiſſimus locorum epiſcopus reliquerit [o] aliquid horum, quæ à nobis dicta ſunt, liceat ſanctiſſimo eius metropolitæ hæc omnia exigere, & complere: & omni alij licentia ſit huiuſmodi mouere quæſtionem, & ſtudere, vt modis omnibus cauſæ piæ compleantur.

¶ Concor. ... cum Gl. ... de teſt. ... verba ... ſuper verb. piis voluntatib.

xit tantum talibus pauperibus, tantum talibus religioſis.

i ¶ *Compleri.* iſti ſunt, quos vulgo Bononienſes commiſſarios [a] appellant. ¶ Sed an [b] habeat hi aliquam actionem contra hæredem, ſi hæres ceſſet? Reſ. ſic: vel condi. ex hac l. cum enim ipſi teneantur: *vt infrà, eo titu. §. ſi autem qui hoc facere.* debẽt habere ius contra hæredem, *vt Cod. de epiſco. & cle. l nulli.*

a Commiſſarij qui apud Bononienſes.

b Executoribus teſtamentariis cõpetit aduerſus heredem voluntatẽ defuncti non implẽtem condictio ex hac lege: vel officiũ iudicis ex hac lege.

k ¶ *Erogare.* forſitan cùm non ſint xenones, vel prochotrophia in ea ciuitate, vel eius territorio: *vt C.de ſan.epiſc. l. ſi quis ad declinãdam, & ſup eo.§ ſi quis.* & hoc ſecundùm Al. licèt alij dicant legem Codicis innouatam eſſe.

l ¶ *Licèt.* hinc ſumitur quod eſt *Cod. de epiſ.& cleri. l.nulli autem licet.* Accvrs.

m ¶ *Secundò.* dic, vt *ſuprà de her. & Fal. §. ſi quis autem* diximus.

n ¶ *Amittere.* ¶ No.amitti [c] lucrũ ſi defuncti voluntati nõ paret: *vt hic, & ff.de excu.tu. l. Neſennius in princ. & C.de le.l pe.in fi.& ff.vbi pu edu de. l j.in fi. & ff. de relig l ſi quis ſepulc §. & hoc edictum.*

c Executores teſtamentarij voluntatẽ defuncti non implentes lucrũ ſibi à defuncto relictum decidunt.

o ¶ *Reliquerit,* id eſt, non compleuit prædicta, quæ ſunt ab eo complenda. vel propriè rege.

a ¶ *Ab*

CAP. XII.

Vt in piis legatis ceſſet Falcidia.

Falcidia ceſſat in relictis ad pias cauſas,& hæres ſoluere recuſãs intra ſex menſes, ab inſinuatione teſtamenti numerando,ad vſuras,& fructus tenebitur:& annale legatũ alienari non poteſt, niſi in prouincia remota fuerit relictũ. BART.

¶ Si autem hæres, quæ ad pias [a] cauſas relicta ſunt, non impleuerit, dicens relictam ſibi ſubſtantiam non ſufficere ad iſta; præcipimus omni Falcidia [b] vacante, † quicquid inuenitur in tali ſubſtantia proficere prouiſione ſanctiſſimi locorum epiſcopi ad cauſas, quibus relictum eſt. Si autem legatum ab aliquo ad pias relinquitur cauſas: iubemus intra ſex menſes [c] ab inſinuatione teſtamenti numerandos, hoc modis omnibus præberi quibus relictum eſt. Si autem diſtulerint, qui in hoc onerati ſunt, huiuſmodi præbere legatum, & fructus, & vſuræ [d], & omne legitimum exigatur augmentum à tempore mortis eius, qui hoc reliquit. Si autem annale legatum cuilibet venerabili domui relinquatur: ſiquidem qui hoc dare iuſſi sũt,aut locus, ex quo iuſſum eſt hoc præberi [e], in ipſa aut vicina prouincia fuerit, iubemus nullo modo legatum alienari. Si verò loca,aut perſonæ, ex quibus hoc dari præceptũ eſt, longiùs fuerint.tunc liceat illis,quibus hoc relictũ eſt, ſi etiam pars obligata conſentit,cõmutare legatum,& pro eo percipere reditus idoneos, & cum augmento non minus quartæ partis relictæ quantitatis [f],& neque plurimis tributis fiſcalib.prægrauatos:aut vendere,ſi voluerint huiuſmodi legatum,& non minus pro pretio percipere,quàm ex tali legato intra vigintiquinque annos colligitur: ita tamen, vt huiuſmodi pretium ad vtilitatem prędictæ venerabilis domus,vbi relictum eſt, proficiat.

CAP. XIII.

Vt de iis,quæ poſt epiſcopatum adquiſierint epiſcopi, teſtari non poſſint.

De bonis poſt adeptam dignitatem quæſitis,epiſcopi teſtari prohibẽtur: niſi præſumatur quæſita intuitu perſonæ,non Eccleſiæ: in pias tamen cauſas poſſunt expendere. BALD.

¶ Interdicimus † autem ſanctiſſimis epiſcopis, res mobiles, aut immobiles, ſeſeque mouentes, quæcunque poſt epiſcopatum ad eos quoquo modo peruenerint, in proprios cognatos, aut in alias quaſcunque transferre perſonas. In captiuorum verò redemptionem, & egentium pabula, & alias pias cauſas,aut pro vtilitate propriæ Eccleſiæ, ex his expendere licentiam habeant: & quicquid ex huiuſmodi rebus poſt obitum eorum in ipſorum facultate remanſerit, iubemus hoc ad proprietatem Eccleſiarum, quarum ſacerdotium habuerunt, competere [g]. In illis enim ſolummodo rebus licentiam eis alienandi, aut relinquendi, quibus voluerint, damus, quas ante epiſcopatum probantur [h] habuiſſe: poſt epiſcopatum verò, quæ ex genere ſibi coniuncto ad eos deuolutæ ſunt [i], quibus ab inteſtato vſque ad quartum [k] gradum ſuccedere poterunt. Hæc autem omnia quæ diximus de rebus, quæ poſt epiſcopatum deuolutæ ſunt ad ſanctiſſimos epiſcopos, & in reuerendiſſimis orphanotrophis, & ptochotrophis, & noſocomis, & xenodochis [l], & gerontocomis, & omnibus aliis rectoribus venerabilium domorũ valere ſancimus in rebus, quæ in tempore propriæ adminiſtrationis ſecundùm prædictum modum ad eos peruenerunt. Si quis autem † epiſcopus, aut clericus,aut cuiuſlibet eccleſiaſtici gradus miniſter, aut Eccleſiæ diaconiſſæ moriantur ſine teſtamentis, & legitimis ſucceſſoribus, horum ſucceſſio Eccleſiæ [m] competat, in qua conſtituti fuerint.

CAPVT XIIII.

Ne hæretici ab eccleſiis,vel priuati res immobiles quoque titulo accipiant: & ne ſpeluncam fidei ſuæ ædificent.

Hæretici res Eccleſiarum ab Eccleſiis nullo modo recipere poſſunt. Item hæretici,& Iudæi ſynagogam,& ſpelũcam conſtituere non debent. Item etiã ab aliis, quàm Eccleſiis per emphyteuſim, vel conductionem poſſeſſiones accipere prohibentur. BART.

¶ Iubemus autem nullum hæreticorum [n], neque per conductionem, neque per emphyteuſim, neque per emptionem, aut alio quolibet modo res accipere à qualibet ſancta Eccleſia, aut alio venerabili loco: ſi quid verò hæreticus pro tali cauſa præbuerit, amittat: huiuſmodi verò res venerabili loco, à quo etiam datæ ſunt,vindicẽtur: rector autem domus, qui ipſas res dedit hæretico, omni gubernatione remoueatur, & in monaſterio recludatur,& vno anno à ſancta cõmunione ſegregetur: cùm hæreticis prodiderit Chriſtianos. Si autem orthodoxus poſſeſſionem habens, in qua eſt & ſancta Eccleſia [o], alienauerit, aut reliquerit, aut per emphyteuſim, aut per conductionem, aut quamlibet gubernationem hanc dederit Iudæo, aut Samaritano, aut Arriano, aut alij hæretico: ſancta Eccleſia eiuſdem vici huiuſmodi vindicet proprietatem alienationis. Si quis autem hæreticorum (quibus etiam connumeramus Neſtorianos, & Acephalos, & Eutychianiſtas) præſumpſerit ſpeluncam ſuæ incredulitatis ædificare, aut Iudæi nouam ſynagogam conſtituere: locorum ſancta Eccleſia ædificia ſuæ proprietati defendat. Si verò quis per emphyteuſim, aut conductionem, aut etiam per quamcunque aliam gubernationem dederit poſſeſſionem huiuſmodi perſonæ: ſi quidem ſciebat dominus poſſeſſionis eius quia hæretico hanc commi-

fit:

a ¶ *Ad pias*. ſ. Eccleſiæ, orphanotrophio, noſocomio, xenodochio,vel pauperibus: *vt C.de ſacroſan eccle.l.illud & ſuprà,eodem.§. ſi quis autem.* AL.

b ¶ *Falcidia*. quia fortè locum [a] habet, cùm hæres, quæ ad pias cauſas relicta ſunt, ab initio fortè implere noluit. ſi enim ſponte teſtatoris voluntati paruiſſet, Falcidiam habere poſſet:*vt ff. ad leg. Falci.l.j.§ ad municipiũ. & C. ad leg. Falci. l.q.* ſecundùm Al. & ſecundùm R. a. Vel diſtingue vtrum Eccleſiæ ſimpliciter; id eſt, Deo: quo caſu locum habet Falcidia. Aut eccleſiæ, & ad cauſam piam, aut pro redemptione captiuorum: quo caſu locũ non habet:vt hic,& ibi. 3. Vel meliùs fauore Eccleſiæ dic correctum.

c ¶ *Sex menſes* immò intra annum videtur:*vt ſuprà,de hære.& Fal §.illud contra.* Solut.hic eſt ſpeciale.

d ¶ *Vſuræ*. hoc eſt,contrà, *ſuprà, eod. in prin.* ſol. vt ibi.

e ¶ *Præberi*.putà fundũ, vel vineam.

f ¶ *Quantitatis*. ſic *ſupr. de alienat.& emphyt.§.ſi verò ſecundùm prædictũ.* & facit *ff. de tranſact l. cùm hi.§.cum tranſactionem.*

g ¶ *Competere*. olim [b] in omnibus poterat teſtari:*vt C. de epi.& cle. l.ſacroſãcta*.quę hic corrigitur. ACCVRS.

h ¶ *Probantur*, eſt ergo præſumptio [c] pro Eccleſia:ſic *C de dona.inter virum,& vxorem.l.etiã. & ff. de donat.inter virũ & vxor. l.Quintus.* Arg. contrà, *Cod.arbi. tu.l ſi defunctus.* ¶ Item not. quòd Eccleſiæ reſeruare tenentur:*vt & ſuprà, de reſtit.§.j.coll. viij.*

i ¶ *Deuoluta ſunt*.etiam per donationes inter viuos factas, ſecundùm Ioann.

k ¶ *Ad quartum*. de quarto gradu ideo dixit: quia vſque ad eum gradum veriſimile [d] eſt quòd à talibus cognatis habent, non occaſione rerum Eccleſiæ: ſed in remotioribus contrà eſt. Azo. Si ergo vltra gradum iſtum daret ſibi quis, & non occaſione rerum Eccleſiæ: idem, vt ſit tãtùm iuris præſumptio, ſecũdũ Al.

l ¶ *Xenodochis*. niſi fortè renunciauerint ſæculo:nam tunc non poſſunt facere de aliquo teſtamentũ:*vt ſuprà, de mona. §. illud.collatio.j.* ¶ Et not.hanc l.de prælatis: de ſubditis autem dices *infrà, de ſanctiſſ. epiſc.§ presbyteros.*

m ¶ *Eccleſia*. & ſic eccleſia vt vxor præfertur fiſco:*vt C.unde vir, & vxor.l.j.*

n ¶ *Hæreticorũ*. ¶ Not. hæreticos [a] ab actibus huiuſmodi prohiberi. quod eſt *Co de iure emphy. l.fin. § ſin autem.* & facit ad hunc §. *C. loca, & condu. l.curialis.* & l. *milites. & l.ſi.*

o ¶ *Et ſancta Eccleſia*. l. ſi ita eſt,& facit *Cod.de hær.l.ſi quis orthodoxa in princip.* ACCVRS.

a Falcidia an, & quomodo ceſſet in relictis ad pias cauſas: vide Gl. in *Auth. ſimiliter. C.ad legem Falcid. & in c. ſi quis ad declinandam. 48. in verbo,minui.& in verbo*, ſiue Falcidia. *Co de epiſcopis.* Tiraquell. *tract. de priuilegiis piæ cauſæ, priuilegio* 26. Graſſ. *lib. ſententiarum.§. Falcidia. quæſt.* 3. Et quid in Trebellianica, vide Tiraquellum *d.lib priuilegio* 27. Graſſ. *d. lib. §. Trebellianica. quæſt.*6. Et quid legitima debita iure naturę, vide Gloſſ. in *Authen. ſimiliter C. ad leg.Falcidiã. & in l. ſi quis ad declinandam* 48 *in verb.* minui. *& in verb.* ſiue Falcidiæ *C.de epiſc.*

† *Concor. cũ hoc tex. Gl. in c.cum eſſet.ſuper verbo* improbamus. *poſt princ. extrà de teſta. & vlti. volunt. & Gl. ſi. in c.ſ. eod tit.*

b Epiſcopi quibus de rebus teſtari poſſint.

c Præſumitur pro Eccleſia.

d Eccleſiæ occaſione quando quis percepiſſe, aut adquiſiuiſſe intelligatur aliquid à cognatis.

† *Concor. cũ hoc § c.1.cum Gloſ. ſuper verbo,* an *tea extrà,de teſtam. quod ca. vt* [illegible] *ſumptum eſt ex hoc §. vt eius verba manifeſtant.*

a Hæretici quibus [illegible]

† [illegible]

a ¶ Viq

a ¶ *Vindicari.* ſc. præcipimus.
b ¶ *Indemnem ſeruari.* ſic ff.locat.l. ſi quis ignorans.
c ¶ *Sine ſatiſdatione.* iudicatum ſolui.
d ¶ *Alienare.* ſcil. præcipimus. & concordat *Cod de epiſc. & cler. l. orphanotrophos.*
e ¶ *Subiacere.* Imò hodie contrà: *vt infrà, de ſan.epiſc.§.œconomus.* Vel illa in œconomis, & aliis gubernatoribus.

Orphanotrophi vtrium tationes reddere tenentur.

ſit: omnes reditus illius temporis, quod in contractu tranſiit, Eccleſiæ ciuitatis, ſub qua poſſeſſio conſtituta eſt, vindicari [a]: ſi verò ignorabat dominus poſſeſſionis quia hæreticus erat, cui hæc commiſſa eſt, ipſum quidem dominum propter ignorantiam indemnē ſeruari [b]: hæreticum verò in vtroque caſu expelli de poſſeſſionibus, & eius ſubſtantiam applicari fiſco.

CAPVT XV.

Vt orphanotrophi ſint tutoribus ſimiles, & ad inſtar eorum inuentarium conficiant.

Orphanotrophi ſunt ſimiles tutoribus, & curatoribus: & debent conficere inuentarium ſub geſtis perſonarum publicarum. BART.

† Facit Gloſ. in l. cuborum. ſuper verbo, minoris. C. de pręsc. contrà ſe in integ. reſtit.

¶ Orphanotrophi verò, tutorum, & curatorum fungantur officio †: ita tamen, vt etiam ſine ſatiſdatione [c] conueniantur de rebus orphanotrophiis, & ipſis propriis orphanis competentibus. Res autem competentes alicui orphanorum, publicis præſentibus tabulariis, aut ſub geſtis monumentorum in hac quidem regia ciuitate apud magiſtrum cenſus habitis: in prouinciis autem apud iudices earum, aut defenſores locorum, orphanotrophiis accipere, & cuſtodire: & ſi neceſſarium putauerint, etiam alienare [d], & pretia earum orphanis conſeruare, aut alias res pro illis emere: non autem ſubiacere [e] tutelaribus, aut curatoriis rationibus. ſeruari autem iubemus venerabili orphanotrophio huius regiæ vrbis, & xenodochio, quando vocatur ſanctæ Mariæ † Sanſo, & ſub eius gubernatione conſtitutis oratoriis, aut xenonibus, aut venerabilibus domibus omnia priuilegia, quæcunque habet maior ſanctiſſima Eccleſia Conſtantinopolitana.

† Legendum Mſſonis. huius xenodochij meminit Procopius. C. xxx

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur per præſentem legem in perpetuum valituram noſtra ſanxit tranquillitas, tua celſitudo edictis ſolenniter in hac regia vrbe propoſitis, ad omnium ſtudeat peruenire notitiam. Nos enim prouidebimus quatenus ſine collatorum diſpendio fiat, etiam in prouinciis manifeſtare. Dat. xv. Kalend. April. Conſtanti. Dn. Iuſti. PP. A. Baſil. V.C. Conſule.

DE INTERDICTIS COLLEGIIS hæreticorum.

TITVLVS XV.

Nouella conſtitutio cxxxij.

Edictum de fide.

Imperator Flauius Iuſtinianus fœlix, inclytus, victor, ac triumphator ſemper Auguſtus Epiſcopo Conſtanti.

Hæretici adulteras collectas, & adultera baptiſmata facere prohibentur. BART.

PRÆFATIO.

PLurimum eſſe, & maximum bonum omnibus hominibus credimus veræ, & immaculatæ Chriſtianorum fidei rectam confeſſionem: vt per omnia hæc roboretur, & omnes terrarum ſanctiſſimi ſacerdotes ad concordiam copulētur, & conſonè immaculatam Chriſtianorum cōfeſſionem prædicent, & omnem occaſionem, quæ ab hæreticis inueniuntur, auferant: quod oſtenditur ex diuerſis conſcriptis à nobis libris, & edictis. Sed quoniam hæretici neque Dei cogitant timorem, neque interminatas talibus pœnas ex legum ſeueritate conſiderantes, diaboli opus implent, & quoſdam ſimplicium ſeducentes ſanctæ fidei Catholicæ, & Apoſtolicæ eccleſiæ, adulteras collectas, & adultera baptiſmata latenter faciunt; pietatis exiſtimauimus, per præſens noſtrum edictum monere eos, qui tales ſunt, quatenus & ipſi recedant ab hæretica veſania, & nec aliorum animas per ſimplicitatem perdant, ſed magis concurrant ad ſanctam Dei Eccleſiam: in qua rectè prædicantur dogmata, & omnes hæreſes cum principibus ſuis anathematizantur [f]. Noſſe enim volumus omnes, quia ſi de cætero aliqui inueniantur aut contrarias collectas facientes, aut apud ſemetipſos collectionem, nequaquam omnino eos feremus, ſed domos quidem vbi aliquid delinquitur, ſanctæ aſſignamus Eccleſiæ: his autem, qui colligunt, aut apud ſe colliguntur, ex conſtitutionibus [g] pœnas inferri omnibus modis iubemus. Dat. Prid. No. April. Conſtan. D. Iuſti. PP. Baſilio V.C. Conſule.

f ¶ PLurimū.] *Anathematizantur.*
¶ Not. quòd hæretici [a] excommunicandi ſunt: *vt hic, & C. de ſum. Tri. l. ij §. quia verò. & §. j. & ſ.*
g ¶ *Conſtitutionibus.* *vt C. de hæret. l. cunctos. & l. quicunque vniuerſi. & l. nullum præterea. & C. de epiſc. & cle. l. conuenticula.*

a Hæretici communione priuandi

QVOMODO OPORTEAT monachos viuere.

TITVLVS XVI.

Nouella conſtitutio cxxxiij.

Item Auguſt. Mennæ beatiſſimo Archiepiſcopo.

PRÆFATIO.

SIngularis vita, huiúſque contemplatio, res eſt ſacra, & ex hoc euehēs animas ad Deum; & non ſolùm iuuans eos, qui ad hanc accedunt, ſed etiam aliis omnibus pro eius puritate & ſupplicatione ad Deum, præbens inſpectam vtilitatem. Vnde & priſcis Imperatoribus ſtudij fuit, & à nobis non pauca ſancita ſunt de eorum honeſtate, & ornatu. Sequimur enim ſacras regulas, & antiquos Patres, qui hæc ſanxerunt; quia nihil ſine via ad quæſtionem eſt imperio, communem omnium hominum ſolicitudinem ex Deo accipienti. Dudum quidem ſcripſimus conſtitutionem volentem in multitudine exiſtentes monachos in commune degere, ſecundùm quod vocatur cœnobiorum ſchema, & neque propria habere habitacula, neque ſubſtantias congregare, neque vitam habere ſine teſtimonio, ſed communiter quidem ipſos comedere; dormire verò omnes in commune, & honeſtam ſectari vitam, & teſtes eſſe ornatus alterutris; & iuuenes quidem vereri caniciem hæc reſpicientium, & ex ſtudio etiam vigilias aſſumere, vt ne quid facinoris velut per ſomnum fiat, neque turpis videatur aliis, ſed vnuſquiſque ſuam honeſtatem etiam dormiendo cuſtodiat.

CAPVT I.

¶ Quibuſdam verò nobis nunciatis quæ digna, & maiori cautela legis egebant, rectè ad præſentem venimus ſanctionem ad illius perfectionem, & ſupplementum, per quam ſancimus nullam penitus habere licentiam ſeparatim habitandi, neque appellatam cellulam, niſi ſolus fuerit, & monaſterium duobus vtens miniſtris, & continentem, & quietam degant, ſed omnino cùm ſint plurimi viri, vna ſit eorum conuerſatio & orātium, & quæ naturæ ſunt opera facientium, quatenus inculpabiles, & inaccuſabiles conſi-

 ſtant: &

ſtant: & communiter quidem, ſicut dictum eſt, comedere, communiter quoque dormire, & ſi quidem tanta ſit multitudo, quanta in vno habitaculo capiatur, aliqquin duo forſan, aut tria habitacula eſſe quæ capiant eos. Nullum tamen omnino proprium habere; ſed in commune viuere diebus & noctibus, vt noctes eis eandem habeant, quàm dies obſeruationem.

Non enim dormiunt omnes ſemper: ſed palàm eſt quia alij quidem in ſomno ſunt, alij verò vigilant, & omnino erunt quidam dormientes inſpicientes.

Si autem aliqua habitacula ſint in quolibet monaſteriorum ſub tua conſtitutorum ſanctitate, ſiue in hac magna ciuitate, ſiue in eius per circuitum habitaculis, ſiue à nobis ipſis ædificatis, ſiue ab aliis ſeorſum habitata, hæc omnibus modis depones, aperiéſque eis alterutra vbi celebrent. quid enim formidabunt hoc agentes, ſemetipſos dicantes Deo, & abrenũciantes publicæ conuerſationi, & hoc quidem ita valere nunc, & in futurum omne volumus tempus, nullo, vt dictum eſt, habente habitaculum ſeorſum, ſed congregandis omnibus, & inſpicientibus quæ ab alterutris aguntur.

Certum eſt enim quia talia ſtudebunt ea conſtituere, qualia omnino inculpabilia manent. Si quis autem apparuerit tantum impudens, vt audeat tentare præuaricari quod ſancitum eſt, monaſterij præſul hæc examinet. Volumus enim vehementiorem, quàm nunc eſt, fieri obſeruationem: & quidem primùm non plurimos eſſe in monaſterium ingreſſus, ſed vnum, aut ſecundum fortè, & adſtare ianuæ viros ſenes, & caſtos, & teſtimonij boni ex omnibus, qui quidem neque reuerendiſſimis monachis concedant ſine Abbatis voluntate exire monaſterium (ſed inter eos detineant, quæ Dei ſunt, zelantes, nec ſemetipſos lacerantes, nec actus, nec ſtudia) nec alios quoſdam introire in monaſterium noctibus, & diebus ſinant, qui non rectam manere procurent venerabilium monachorum voluntatem. Sitque cautiſſima maceria munitum monaſterium, vt nullus exitus aliunde niſi per ianuas ſit.

CAPVT II.

¶ Deinde vel ſi vlla Eccleſia in monaſterio ſit, neque ſic occaſione Eccleſiarum, ingredi & deambulationes licitè illic facere, & confabulari cum quibus non conuenit; ſed venire quidem tempore ſacri miniſterij cum Abbate, ſuiſque prioribus, & ſenibus, ſacrificioque completo omnes monachi rurſus ad cœnobium reuertantur, ibique ſedeant, magnũmque Deum honorent, & ſacris Scripturis incumbant.

Plurimis itaque eſt horum librorum chorus, & poſſibile eſt vnicuique animum corrigere, atque rigare ſacris Scripturis, quas ſi frequenter legent, nunquam decipientur, nec ad humanas deſcendent ſolicitudines.

Quatuor autem vel quinque ſeniores ex ipſo monaſterio eſſe in conſtituta Eccleſia, quibus iam omnis exercitatio eſt expleta in continentia, & qui ordinationem habere meruerunt in clero presbyterorum forſan, aut diaconorum, aut deinceps habentium ſchema. Dicti enim & ſuperuenientes alloquentur, & de diuinis eloquiis diſputabunt, & putari omnes eſſe tales procurabunt [& cuſtodient ſacram domum.] Iuuentutem autem exardeſcentem, & ſuos terminos exilire volentem, in continentia detinebunt.

CAPVT III.

¶ Non ingredientur autem neque mulieres in virile monaſterium, neque viri in fœmininum, occaſione mortui, & ibi ſepulti memoriam, vel per aliam cauſam, & maximè ſi quis fratrem fortè, vel ſororem, aut aliquem ex genere habere in monaſterio dicat: cognatio enim monachis in terra non eſt, cœleſtem zelantibus vitam. quid enim volentes tales ingreſſus faciant, niſi voluerint aliquid agere interdictorum? cùm liceat & viri conuenientia in monaſteriis virilibus celebrare, & mulieribus ſimiliter diſtributa, in muliebribus monaſteriis facere mulieres, nullo permixto alterutri, neque ſi fortè frater eſſe dicatur, aut ſoror, aut cognatus alter. Neque enim per hanc occaſionem ingredi ſinemus aliquem.

Si enim ipſa principia abſcindamus, & per ipſum aſpectum inſitam animabus delinitionem, & ex hoc lapſum prohibeamus, erit multò poſſibilis, ac facilior ſacris decertatoribus melioris vitæ ſtatus. Omnes ergo huic legi obediant, & neque viri recondant in muliebri monaſterio ſepulchra, neque mulieres in virilibus aſceteriis fodiant. Neque enim viros mulierum ſtudia decent, neque rurſus virilia mulierum collegiis cõueniunt. Neque ex hoc propter defunctos turpes, & mali principij tales permixtiones agi volumus, vt non iter ex hoc fiat naturæ apud ſe inhoneſtè graſſari, & ludere, & diuinas confundere cauſas, & pietatis quaſi velamine, & cognationis ſchemate hæc agere, quæ neque dicere, neque cogitare ſingularem vitam eligentibus eſt bonum.

Illo exiſtente manifeſto, quia neceſſarium eſt ſepulturæ miniſtrantes, & maximè lectis, & fodientes non ingredi monaſteria, ſed in virilibus quidem monaſteriis cauſa facilis eſt: in muliebribus autem non ita, propter memoratam interdictionem.

Sancimus igitur, ſi quando aliquid futurum ſit tale fieri, & ſepeliri mulier in muliebri monaſterio, (virum namque non ſinimus) reuerẽdiſſimas quidem fœminas in ſuo manere habitaculo: ſolam verò oſtiariam, & abbatiſſiam fortè ipſam, ſi voluerit intereſſe his, quæ aguntur, & ipſos celeriùs illa agentes, quæ circa funus ſolennia ſunt, & ſepulchrum fodientes, & corpus obuelantes repentè diſcedere, neque videntes aliquas reuerendiſſimarum mulierum, neque ab aliqua earum viſos.

Sed neque aliquam excogitent occaſionem aut viri ad muliebria monaſteria ingrediendi, aut mulieres viris deputata, occaſione horum, quæ circa funus aguntur (quas vtique memorias vocant) in tertiam, & nonam conuenientes diem, aut dum quadraginta compleantur, aut etiam annus: cùm liceat, ſi quidem muliebre ſit monaſterium, mulieres omnia agere: ſi verò virorum, viros; & non occaſione talium obſeruationum inhoneſtatem quandam venerabilibus monaſteriis imponere.

CAPVT IV.

¶ Quia verò nihil quod ſancitur, niſi cuſtodiam habeat competentem, poterit ſeruari decenter, ſancimus per tempus vniuſcuiuſque monaſterij præſulem frequenter inſpicere, & perſcrutari vniuſcuiuſque cõuerſationem, & diſciplinam: & ſicubi aliquid paruum fiat contra quàm decet, hæc repentè corrigere, & non ſinere maius fieri lapſum, & perire animam ad ſalutem conuerſationis confugientem.

Monaſteriorum autem exarchus, ſi quis fuerit per loca, ſicut in hac fœliciſſima ciuitate, hæc ſolicitè curet, & mittat eos, qui appellantur Reſponſarij eius, per monaſteria, & requirat etiam vicinos, ne fortè aliquid nequam in aliquo monaſteriorum proximo fiat, & hæc vniuerſa caſtiget, & competenti digna faciat prouidentia. Sed etiam vniuſcuiuſque ciuitatis epiſcopus huius rei prouidentiam habeat ſiue patriarcha, ſiue metropolita, ſiue ſinguli ſunt epiſcoporum, & reuerendiſſimos defenſores; qui & mittant hæc requirentes, & ſeruantes, & non ſinentes quicquam

quam fieri extra quàm decet : ſed & ſi quid fiat, velociter hoc emendare.

¶ Sanctiſſimus autem patriarcha fœliciſſimæ huius vrbis de monaſteriis hîc poſitis ſimiliter examinet, & cuſtodes rei Deo amabiles Eccleſiæ defenſores ſanctiſſimæ maioris Eccleſiæ, & quos putauerit perfectos, & honeſtiſſimos eſſe, conſtituat, vt per plures cuſtodia facta, adhuc amplior obſeruatio, & ſuper peccatis vindicta fiat.

CAPVT V.

¶ Oportet autem vnumquodque monaſterium ſub abbate conſtitutum, habere (ſicut prædiximus) eos, qui vocantur Reſponſarij, viros ſenes & monachicum certamen ſuperantes, & non facilè corporales iniurias paſſuros, qui eorum rebus, & eorum occupentur vtilitatibus, & non ſolùm ſi virorum ſit monaſterium, ſed etiam ſi mulierum contingant, eſſe duos, aut tres viros, aut vel eunuchos, ſi poſſibile eſt, eſſe, aut ſenes, & caſtitatis teſtimonium habentes, qui cauſas agant, & ineffabilem eis præbeant communionem, cùm huius tempus fuerit.

¶ Si verò de alia monaſterij vtilitate, aut ad vnam reuerendiſſimarum aſcetriarum pertinente, dicere aliquid neceſſarium voluerint, loquentur abbatiſſæ, & alteri penitus nulli fœminarum, quæ in monaſterio ſunt, hæc per reuerendiſſimas oſtiarias agentes.

¶ Oportet enim tales aliquas ad ianuas ordinari, quæ ſimiliter ingreſſus, & egreſſus in monaſterium inſpiciant, & egreſſus prohibeant, & inacceſſibiles viris ingreſſus, præterquam apocriſiariis, conſtituat. Illi verò ad oſtiariam loquentur, & dicent ſuum aduentum: abbatiſſæ verò per eas agnoſcentes, & deſcendentes his loquentur, & illi referent ad illas de earum gubernatione, aut vtilitate, pro qua venerint, & ita & quæ humana ſunt, agentur benè, & caſtitas permanebit vndique à nullo tentata malo. Si quis autem deliquerit (nam multa ſunt humana, & nullus poteſt naturam ſic retinere vt non peccet nihil, hoc enim proprium eſt ſolum Dei) hunc, ſi quidem mediocre peccatum eſt, & monere, & ſuſpendere, & pœnitentiæ ei dare tempus, vt meliorem ordinem ſumens mox reuertatur ad ſemetipſum, & non quos iam poſuit, amittat labores.

¶ Si verò maior culpæ ſit modus, ſecundùm commiſſum & medelam correctionis eſſet, & rurſus admonitionem vehementiorem, & pœnitentiam fortem exigere, & ſi quidem valuerit iſtis modis amouere lapſum, & corrumpi cœptum (hoc autem & in mulieribus conuerſis, & viris dicimus) grates agere magno Deo, cùm & in cœlo fiat magnum gaudium angelicis virtutibus, quando aliquis ſaluus fit peccatorum.

¶ Si verò potiores vltra medicinam cauſæ fiant, tunc etiam expelli eum à monaſterio, quatenus dans ſemetipſum ex melioribus ad peiora, ipſe ſuis malis potiatur ſolus & non per eius malum etiam alij violentur: ſicut morboſorum, & inexcuſabiliter languentium iumentorum.

¶ Neque enim imperium deſpiciet hoc negligi, neque retinebit indignationem aduersùs abbam, neque contra loci epiſcopum, & ſub eo poſitos defenſores Eccleſiæ, ſi non hæc obſeruarint, tanquam neceſſaria ſit etiam imperio rei diligentia. Si enim illi puris manibus & nudis animabus pro republica ſupplicent Deo, manifeſtum quòd & exercitus habebunt benè, & ciuitates benè diſponentur.

¶ Deo quoque placato, & propitio exiſtẽte, quomodo non vniuerſa plena totius pacis, & deuotionis; ſed & terra nobis feret fructus, & mare, quæ ſua ſunt, dabit, illorum oratione propitiationem Dei ad omnem rempublicam deducente. Sed & ipſum commune ſchema hominum reuerentius erit, & viuet meliùs, illorum erubeſcens *perducationem* †. Ideoque vna pariter conſpiratio erit omnibus ſimul ad hoc concurrentibus, & in exilium miſſa, quantum poſſibile eſt, militia omni, & melioribus, & ſanctioribus ſtudiis introductis, & rebus ipſis decentibus: quod nos requirentes, cauſam agimus, vt putamus, vtilem.

† *Paritatem*, perpurgationem

CAPVT VI.

¶ Illud quoque omnibus ſeruari volumus modis. Si viſus fuerit aliquis reuerendiſſimorum monachorum & in aliqua tabernarum conuerſari, hunc repentè dari locorum defenſoribus, aut hîc *glorioſiſſimis præfectis ſacrorum Prætoriorum* †, & caſtigari conuictum, & nunciari hoc *Abba* †, quatenus eum expellat monaſterio, qui talia deliquit, vtpote in confuſionem vitæ angelicam hanc conuerſationem mutantem. Oportet enim duplex hoc opus monachis eſſe, aut diuinis vacare Scripturis, aut quæ monachos decent (quæ vocant manuum opera) meditari & operari.

† In Græco, *indicat ſua excelentia.*
† *A. abbati.*

¶ Mens enim fruſtrà vacans, nihil honorum parit. Pro his hanc ponimus legem, & in hac regia ciuitate valentem, & in gentibus omnibus. Vtique ad ſingulos patriarcharum dirigimus eam ad cautelam, obſeruationémque competentem: illi verò ſub ſe conſtitutis metropolitis mittent. Illi quoque aliis omnibus innoteſcent epiſcopis, & per epiſcopos omnia hæc reuerendiſſimis monachis, & abbatibus eorum fient manifeſta.

¶ Damus autem cauſæ obſeruationem non ſolùm abbatibus monaſteriorum ſingulorum, nec ſolũ Deo amabilibus epiſcopis, nec ſanctiſſimis metropolitanis, neque ſanctiſſimis patriarchis, ſed hîc quidem & tuæ excellentiæ, vt ſi cuius cauſa egeat vehementioris correctionis, diſcentes à Deo amabilibus viris exequantur.

¶ In prouinciis autem earum iudicibus, primitus à Deo amabilibus epiſcopis, quod agitur, agnoſcentibus, & vt ſint per omnia & perſonis ſacratis, & magiſtratibus innoxia ea, quæ ad Deum, & præ cunctis imperio, tanquam nihil ſit ſanctius cuſtodiri rempub. magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti clementia frui per reuerendiſſimorum virorum puritatem: quam cuſtodient quoque clerici, & monachi, & epiſcopi maiores, & minores, ſacrorum memores canonum, ſacrarúmque legum, & conſtitutionum de hoc ſcriptarum, quas & valere, & gratas eſſe etiam per præſentem ſancimus legem.

EPILOGVS.

¶ Tua igitur beatitudo, quæ placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem cognoſcens, operi, effectuíque tradere feſtinet. Dat. xvij. Kal. Apr. C.P. Arione Viro clariſſimo Conſule.

VT NVLLI IVDICVM LICEAT HABERE loci ſeruatorem, niſi certis ex cauſis diuina conceſſerit iuſſio.

TITVLVS XVII.

Nouella conſtitutio cxxxiiij. De vicariis.

In nomine Domini Ieſu Chriſti Dei noſtri, Imperator Cæſar, Flauius, Iuſtinianus, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, fœlix, pius, glorioſus, victor, triumphator, nunquam non colendus Auguſtus, Muſonio præfecto vrbis.

Nullus iudex poteſt in loco, cuius ſibi gubernatio commiſſa eſt, committere loci conſeruatorem, id eſt, vicarium, niſi Imperator tempore expeditionis, vel neceſſitatis ei conceſſerit. ANGEL.

PRÆFATIO.

Qvæcúque ad vtilitatem noſtrorum ſubiectorum[a], intentionẽ habẽtes ſemper[b], inuenimus diuerſas læſiones

VT NVLLI IVdicum liceat, &c.

a *Qvæcunque,*] *Subiectorum.* ſubaudi, *pertinent.*

b ¶ *Semper.* ſubaudi, *cupientes.* ACCVRS.

a ¶ *Iudi*

noſtris ſubiectis inferri ab emiſſis vicariis in prouincias ab aliquibus ciuilibus, & militaribus iudicibus [a]: & de hoc dudum legem [b] ſcripſimus, particularem aliquam facientes rei emendationem.

CAP. I.

Ne vlli magiſtratuum liceat conſtituere vicarios.

¶ Nunc verò perfectè iuuare noſtros ſubiectos ſtudentes, ſancimus nullam licentiam habere pro tempore præfectos tam Orientis, quàm Illyrici prætoriorum, aut comitem largitionum, aut comitem priuatarum, locorum ſeruatores deſtinare in prouincias, aut ipſos prouinciarum iudices facere, & proprij cinguli loci ſeruatores emittere. Sed neque vicaneos iudices in creditis eis prouinciis loci ſeruatores emittere in qualibet ciuitate [c]. Solùm verò iubemus eſſe loci ſeruatores præfecturæ in Hoſdruma, & in Meſopotamia: & ſi neceſſitas vocauerit [d], in aliis locis tẽpore expeditionis pro nutrimẽto eis deſtinato: & hoc quidem per noſtram iuſſionem. His inſuper iubemus, vt neque magiſtri militũ, neque duces in prouinciis, in quibus adminiſtrare iuſſi ſunt, loci ſeruatores, aut biocolytas, aut latronum expulſores [e] habeãt. Si verò cõtigerit, neceſſitate faciente, ſiue magiſtros militũ, ſiue duces deſtinari per noſtram iuſſionem in aliis locis: tunc fieri loci ſeruatores abſentes, & hoc ſecundùm noſtram præceptionem. Nulli verò liceat ciuili, aut militari iudici circumire prouinciam ſine cauſa neceſſaria. Si verò aliqua neceſſitas vocauerit tale aliquid fieri: expenſis propriis † hoc facere iubemus [f] tam iudices, quàm competens, & obediens eis officium. Neque verò angariis, aut iis, quæ vocantur, epidemiticis [g], aut alio quolibet diſpendio grauare noſtros ſubiectos: neque conſuetudines nominare, aut quærere, quas forſitan aliqui prædictorum in proprium lucrum iniuſtè adinuenerunt. Malè [h] enim † adinuenta, malæque conſuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa conſuetudine confirmantur: ſcientibus omnibus prædictis iudicibus ciuilibus, & militaribus quòd ſi aliquid præter hoc fiat, & qui facit, ſi loci ſeruator eſt, viginti librarum auri inferet pœnam, & cingulo ſpoliabitur: & qui fieri ſe acquieuit, cadens propria ſubſtantia, exilio ſubiicietur.

CAP. II.

¶ Ad maiorem autem noſtræ diſpoſitionis cautelam, iubemus per loca epiſcopos, & prouinciarũ rectores, & eos qui ciuitates habitant, nullum contra præſentem noſtram diſpoſitionem ſuſcipere biocolytam, aut latronum perſecutores. omnino enim nullum iudicum ciuilium, aut militarium conſtitutum in prouincia habere loci ſeruatorem concedimus. Præcipuè quidem iubemus, prouinciarum rectores ſic rectè conuerſari, aut res gubernare, vt non neceſſitas fiat de qualibet re debente [i] quæri, aut gubernari [k], ad prouincias aliquem deſtinari. Si verò opus fuerit tranſmitti aliquos in prouincias occaſione publicarum exactionum, aut quarumlibet emergentium querelarum; neque ordinem, neque nomen habere loci ſeruatoris. Deſtinatus verò in prouinciam, nullum ſubiectis inferat diſpendium: creditum verò ſibi opus adimpleat, iudice prouinciæ eum, & eius officium adiuuante. Si verò cõtra ipſum iudicem fortè accuſatum tranſmittatur: tunc iubemus & prouinciale officium obedire ei. Quemadmodum enim prohibemus loci ſeruatores fieri: ita omne periculum iubemus habere iudices prouinciarum, & eorum officium: vt ſolicitudinem faciant tam publicarum exactionum, quàm locorum quietem: & vt omnis iniuſtitia, & læſio ſuſpendatur. In quibus verò prouinciis aut iudices †, aut exactores ſunt fiſcalium, & opus habuerint aliquo adiutorio: iubemus iudices prouinciarum, & officia eorum omne ſolatium, & ſtudium conferre, vt ſine impedimento fiſcalium exactio procedat. Et omnes, quæ motæ fuerint, ſiue ciuiles ſiue criminales cauſæ, & competentes prouinciarum iudices ipſos iubemus inquirere, vt illi proprio periculo [illegible] diſcutiant, & legitimum finem eis imponant. Super hoc autem iubemus [l] prouinciarum iudices mox, qui futuri ſint, cingula ſuſcipere, ſiue præſentes, ſiue abſentes ſint, cautelam impendere tam præfecturæ, quàm noſtris largitionibus & comiti priuatarum pro inferendis pecuniis vnicuique prædictarum dignitatum: cùm etſi non caueant, tanquam facientes cautelam, ita iubemus eos, & eorum officia ſubiacere prædictis dignitatibus. In illis verò ciuitatibus & prouinciis nolumus iudices periclitari pro fiſcalibus, & exigi, in quibus neque iudices, neque alij quidam proprio periculo exactionem faciunt.

CAPVT III.

Nullus occaſione locorum iniquitates, & iniuſtitias facere debet. Item iudices ordinarij, ac etiam delegati etiamſi ſint delegati à principe, appellationes ſuſcipere debent: quibus pendentibus nihil innouari debet. BART.

¶ Et hoc peruenit ad nos, quòd quidam prouinciarum iudices ita iniquè agunt occaſione lucrorum, vt neque teſtamenta concedant facere, neque facta inſinuare, neque nuptias aliquas facere, aut ſuper nuptialibus donationibus monumenta componere, neque defunctorum corpora ſepulturæ tradi: neque rerum deſcriptionem [m] concedunt fieri, aut aliud quid huiuſmodi agi aut ex geſtis, aut ex teſtimoniis. Propterea interdicimus omnibus iudicibus, tam ciuilibus, quàm militaribus, & eorum officiis, aut alij cuilibet aliquid præſumere. Si verò quidam huiuſmodi odibilem rem in quolibet loco noſtræ reipubl. præſumpſerit agere, aut miniſtrare ei, qui hoc præſumpſerit facere: iubemus huiuſmodi extra cingulum factos, in exilium deſtinari: & de ſubſtantia eorum eueniens diſpendium, læſis in duplum reſtitui [n]: non ſublato ab eis neque alio quidem ex legibus adiutorio. Omnem verò damus licentiam locorum ſanctiſſimis epiſcopis, & primatibus ciuitatum, huiuſmodi præſumptiones prohibere: & ſtudere vt hæc omnia ſine impedimento, & ſine diſpendio ſecundùm legum virtutem procedant, & de his nobis nunciare. Illas verò quæ ſecundùm leges offeruntur appellationes, ſuſcipere volumus omnino iudices [o], & eos qui ſecundùm noſtram

a ¶ *Iudicibus.* repete, *inuenimus.*

b ¶ *Legem.* *vt ſuprà, vt iudic. ſine quoquo ſuffra. fiant. collatio. ij.* ACCVRS.

c ¶ *Ciuitate.* ſed idem prohibet: *vt ſupr. de coll. §. ad hoc prohibemus.* ACCVRS.

d ¶ *Vocauerit.* aliàs, *exegerit.* i. fuerit neceſſitas nutrimenti. ACCVR.

e ¶ *Expulſores.* ſubaudi, deſtinent. ACCVRS.

f ¶ *Hoc fieri iubemus.* *vt ſuprà de manda. principum §. illud. coll. iij.*

g ¶ *Epidemiticis.* genus [a] eſt expenſæ. ACC.

h ¶ *Malè.* ¶ Not. malam conſuetudinem [b] non ſeruandam: *vt hic, & C. de vſur. l. eos. in fi. & ff. de leg. & Senatuſconſ. l. quod non ratione. & C. quæ ſit lon. conſuet. l. ij. in fin. & in decret. diſti. viij. cap. ij. & diſt. xj. cap. j. & nona conſtitutione Frederici de ſtatutis § j.*

i ¶ *Debente.* aliàs, *debentem*, id eſt, ad quærendum debentem aliquam rem.

k ¶ *Aut gubernari.* i. ad gubernandam quamlibet rem. aliàs eſt in litera, *de qualibet re debentem:* aliàs, *de qualibet re debente.*

l ¶ *Super hoc autem iubemus,* fingitur [c] ergo cautum eſſe, vbi nõ eſt cautum: *vt ff. de adop. l. his verbis. & Cod. de rei vxo. act. in princ. & ff. ſi cui plus, quã per leg. Fal. l. j in § j. reſpon.*

m ¶ *Rerum deſcriptionẽ.* putà inuentarium.

n ¶ *Reſtitui.* ¶ No. in [d] duplum teneri illum, qui impediuit aliquid mihi relinqui. olim percipiebat quod teſtator volebat: cetera fiſco dabantur: *vt ff. ad Treb. l. iij. §. fi. & dixi ſuprà, vt cùm de appel. cog. §. ſi conſtantes. coll. viij.*

o ¶ *Iudices.* ſi eſt recipienda appellatio [e], iudex eam recipere debet: aliàs punitur, *vt hic, & ſuprà, de iudi. §. noſtros. & C. de app. l. quoniam.* etiam ſi à principe ſit delegatus: & tunc ad principem appellatur: *vt hic, & C. quorum appel. non re. per totum.* Item ſi non eſt recipienda, non debet recipere: vt quia præfectus licentiam dedit: *vt ſuprà, vt ſpon. larg. §. aliud. hac colla.*

a ¶ *Quia.*

a Epidemitiça.

b Conſuetudo mala non ſeruanda.

c Fingitur aliquando quiddam cautum, quod reipſa cautum non eſt.

d Teſtari aliquem iudicis prohibentis pœna.

e Appellationes interpoſitas, à quis ſententiæ, iudices recipere coguntur.

† Sic epiſcopi tenentur mittere prædicatores per diœceſim ſuã ſuis expenſis: *vt in c. inter cætera cũ Glo. ſuper verbo, ſubminiſtrẽt, extra de off. ordin.*

† *Concord. c. vlt. extrà de conſue. & c. cum eccleſia de ſimo. ca. cũ haberet. & c. quãdo in vxo. qua[illegible] pellata per adult.*

† Legenda[illegible] de his vide apud N[illegible] photum in Eccleſi[illegible]

noſtram iuſſionem ſpecialiter (quia [a] & à diuinis licet appellare iudicibus) audiunt, ſiue maiores, ſiue minores ſint: & edere geſta ſine aliqua dilatione [b] litigantibus, vt quæſtio legitima de his procedat. Super hoc iubemus appellatione porrecta ſecundùm leges, neque exactionem fieri [c], neque poſſeſſiones rerum trãsferri vſque ad definitum ſuper ea iudicium.

CAP. IV.

Iudices debent ſecundum leges delinquentes punire, non alios pro aliis comprehendere, nec damna inferre, nec pignorationes, nec repraſalias facere, nec delicta vendere pæna contra facientibus imminente. Bart.

¶ Quoniam verò † contingit adulteria, aut raptus mulierum, aut homicidia, aut alia quælibet crimina in prouinciis committi, iubemus prouinciarum iudices omnia ſecundùm leges vindicare, & peccantes tenere, & nõ alios [d] pro † aliis, aut ex quibus nati ſunt vicis [e], qui crimina præſumpſerunt, alium pro alio comprehendere [f], aut damnum eorum inferre vicis; ſed neque pignorationes facere propter peccantẽ, aut criminis vindictam proprij lucri cauſa inferre, aut delinquentium res proprium lucrum facere. Nos enim reos quidem ex legibus pœnas ſuſtinere volumus: damna verò ſubiectis noſtris, aut lucrum ex hoc iudicibus, aut eorum hominibus [g] ſiue officialibus fieri nullatenus concedimus: vt nè propter rerum deſiderium inueniantur iniuſtè aliquos caſtigantes, aut peccãtes vendere. Si enim præter hæc fiat: ipſe prouinciæ iudex omne hoc accidens damnũ læſis medebitur: & ſuppliciis ſubiectus, exilio tradetur: & cõſiliarius eius ſimile ſuſtinebit ſupplicium, ſi factis à iudice cõtra leges, in ſcriptis conſentiat. Officium verò eius, & alij, qui circa hoc propter lucrum proprium ei obſecundant: non ſolùm damna læſis compellentur reſtituere: ſed culpabiliores eorum legalibus ſuppliciis ſubiecti, exilio tradentur.

CAP. V.

Vt rei criminum edictis legitimis euocentur.

Criminoſus edictis legitimis eſt vocandus: & eo latitante iudex legitimè procedere debet: eo verò in alia prouincia degente, capiendus eſt: & ad locum delicti trãſmittendus, vt ibi ſuppliciũ patiatur: pœna contra facientibus imminente. Bart.

¶ Si verò † quis comprehenſorum criminum latuerit, aut reliquerit prouinciam illam, in qua crimina deliquit: iubemus legitimis edictis à iudice euocari eũ, & ſi nõ obediat, illa in eum procedere, quæ noſtris legibus definita [h] ſunt. Si verò cognoſcatur quòd in alia prouincia degit, iubemus prouinciæ illius iudicem, in qua peccari quid huiuſmodi contigerit, epiſtola publica vti [i] ad prouinciæ illius iudicem, in qua delinquens perſona degit: illum verò, qui publicas ſuſceperit literas, & periculo ſuo, & officij ſui comprehendere [k] huiuſmodi, & ad iudicem prouinciæ tranſmittere, in qua peccauit, ſuppliciis legitimis ſubiiciendum. Si verò qui publicam epiſtolam ſuſceperit, neglexerit hoc facere, aut officium eius tradere, aut imperata neglexerit: tunc & ipſum iudicem tres auri libras, & officium eius alias tres pro pœna inferre iubemus. Si verò iudex, aut aliquis officij eius propter lucrum huiuſmodi perſonam non comprehendat, aut comprehendens non tranſmittat, & hoc agens conuincatur, ſpoliatus cingulo exilio tradatur.

CAPVT VI.

Vt iudex compleat quod prædeceſſori mandatum eſt.

Iudex alterius iudicis ſucceſſor iuſſionem prædeceſſori ſuo factũ adimplere debet niſi ſit contra ius, vel publicam vtilitatẽ, quia tunc etiã ſecunda iuſſio expectatur. Bart.

¶ Et hoc verò † iubemus obſeruari ab omni adminiſtratore, vt ſi contigerit in ſcriptis noſtram iuſſionem fieri ad aliquem iudicem, & interea iſte quieſcat [l] ab adminiſtratione: is, qui poſt illum ſuſceperit dignitatem, accipiat [m] eam, & inſinuet [n], & ſi quidem priuata eſt cauſa: & implere eam, & aſſequi, quemadmodum ad eum promeruit reſcriptum [o]. Si verò huiuſmodi in ſcriptis iuſſio [p] publicum reſpicit, inquirat eam, & ſi quidem non lædatur fiſcus, quæ in ea comprehẽſa ſunt adimpleat. Si verò ad læſionem eſt fiſci, nihil ſuper ea omnino agi: nunciare verò nobis primum, vt ſecunda † noſtra fiat de hoc iuſſio. Si verò & præcepta cuiuſlibet iudicis ſint, & priuſquam inſinuentur hæc, aut præcipientem [q], aut ad quem præcepta facta ſunt, contigerit remoueri de cingulo, ſic qui factus fuerit iudex, hæc ſuſcipiat, & exigat, ſi legitimè facta ſunt: ſi verò contra legem, aut contra publicum facta ſunt, hæc pro non ſcriptis eſſe iubemus.

CAPVT VII.

Ne quis creditor filium debitoris pro debito retinere præſumat.

Creditor, qui filios debitoris præſumpſerit pro debito retinere, à debito cadit: & tantundem dabit eis, aut parentibus eorum, & corporalibus pœnis afficietur. Bart.

¶ Quia verò † & huiuſmodi iniquitatem in diuerſis locis noſtræ reipub. cognouimus admitti, quia credi-

a ¶ *Quia.* interpoſitio eſt. Accvrs.

b ¶ *Dilatione.* contrà Co. de ap. l. iudicibus. ibi dicitur quòd intra xxx. dies debet edere, hic ſine dilatione: vnde hanc ſecundùm illam: & dic ſine dilatione: ſcil. maiore.

c ¶ *Exactionem fieri.* nam nihil [a] eſt innouandum appel. pen. vt Cod. de appell. l. iij. & ff. nihil innoua. per totum.

d ¶ *Et non alios.* vt Co. de pœnis. l. ſancimus. & ff. de pœ. l. crimen.

e ¶ *Vicis.* Not. contra poteſtatem, qui punit contratam [b] pro aliquo delinquente. Accvrs.

f ¶ *Comprehendere.* vt ſupr. vt non fiant pign. §. j.

g ¶ *Hominibus.* vt ſupr. de man. princip. § oportet. coll. iij. plenè dices infr. eo. § fin. Accvrs.

h ¶ *Definita.* vt requiratur [c], & bona eius annotentur: vt ff. de requi. re. l. ij.

i ¶ *Vti.* ¶ Not. epiſtolam [d] mitti: vt hic, & ſupr. de quæſto. §. damnis coll. vj. ſic & cùm queritur fugitiuus: vt ff. de fug. l. i. §. j.

k ¶ *Comprehendere.* Sic ergo inuitus [e] ad locũ, vbi deliquit, trahitur. Sed videtur quòd ita demùm ibi conueniatur, vel accuſetur, ſi ibi inueniatur: vt ff. de iu. l. hæres abſens in prin. quæ eſt contrà. Sol. ſpeciale eſt in delictis, ſecundùm Io. vt hic, & C. vbi de crim. agi oportet l. vltima. ſuprà. vt iudi. ſine quo. ſuffra. § neceſſitatem. & idem vbicunque tertiæ perſonæ cognitio mandatur, vt præſidi: vt Cod. ne li. poten. l. j. & Co. vbi quis de curia vel cohor. l. vlt. ſed in [f] contractibus, ſi ibi non inuenitur, bona, quæ ibi habet, poſſidẽtur: non tamen inuitus reducitur ſi alibi verſetur, niſi habeat forũ, vel domicilium, vel ſi aliter latitat: tunc enim poteſt idem, quod in criminalibus dici. Azo. Vel ſi velis, dicas vt ſuper contraria l. diximus.

l ¶ *Quieſcat.* vel quia finitum eſt eius officium, vel receſſit.

m ¶ *Accipiat* iuſſionem noſtram. Al.

n ¶ *Inſinuet.* id eſt, deducat eam in publica acta.

o ¶ *Reſcriptum.* Sed quomodo hoc hic eſt, & infr. proxi. cognoſcit ſucceſſor: cùm morte [g] mandatarij iuriſdictio expirẽt: vt & alias mandatum: vt ff. de iuriſdi. om. iu. l. & quia. § ideoque. Reſpon. hic non [h] perſonæ: ſed officio fuit facta commiſſio: vel delegatio.

p ¶ *Iuſſio.* non [a] enim facilè contra publicam vtilitatem concedendum eſt reſcriptum: vt ff. ne quid in loco pu. l. ij. § ſi quis à prin. & Cod. ſi contra ius, vel vti. publ. l. fi. & de preci. impera. offe. l. ne damnoſa. ideoque ſecunda [b] iuſſio exigitur: vt hic, & ſup. de man. princip. §. deinde. quia melius [c] deliberatur, quam ſi fit vna tãtum: arg. ff. vt cùm de appe. cog. §. ſed hoc præſenti. coll. v. iij.

q ¶ *Aut præcipientem.* Hic videtur negari [d] non poſſe iuriſdictionem finiri quãdo mortuus eſt delegans, vt hic fuit: vt ff. de iuriſdi. om. iu. l. & quia. § ideoque. nam ſi etiam in dignitate, vel in officio præcepit, non durat vltra tempus ſuæ adminiſtrationis: vt ff. de pœ. l. ſi. Reſp. poteſt dici quòd hic cœperat delegatus: & hoc innuit cũ dicit.

a Appellatione pendente nihil eſt innouandum: vide tamen exceptiones apud Socinum, reg. 22.

b Pœnitẽ verũ poſſit contra vniuerſa pro vnius delicto.

† Hic § eſt elegantiſſimus, & plenus philoſophiæ.

† Concor. l. ſancimus Co. de pœnis. & cap. quæ ſunt. cap. ſicut, qua ſi ſunt per to. cap. & in Gl. per to. cap. iuncta ſuper verbo, deprehenſum. extrà de ſimo.

c Rei abſentes requirũtur, & eorum bona annotantur.

d Requiſitoriæ epiſtolæ mittuntur ad vicinos iudices, vt rei, & fugitiui conquirantur, & prehendantur.

e Rei in criminibus inuiti retrahũtur ad locum, in quo crimen admiſerunt.

f Rei ex contractu, an, & quomodo ad locum contractus inuiti retrahantur.

g Morte mandãtis non expirat iuriſdictio.

h Delegatio ſit vel perſonæ, vel officio.

Priore caſu morte expirat iuriſdictio, poſteriore non expirat.

a Reſcripta nõ facilè conceduntur contra publicam vtilitatem.

† Facit ad hũc §. ... ſupra, vtã dicitur, quòd ſi crimẽ eſt graue: remittitur criminoſus puniendus ad iudicem vbi deliquit.

b Secunda iuſſio exigitur in reſcriptis aduerſus publicam vtilitatem datis.

c Secũdæ iuſſiones ſemper præſumuntur magis deliberate fieri.

d Iuriſdictio delegati an morte delegantis expiret.

† Concord. cum hoc text. c. quoniam abbat. extra de off. deleg. s. poſt princ. extra de off. delegati.

† Concorda. poſterata. cum Gl. s. poſt princ. extra de fide inſtrum.

† De materia huius §. vide in ca. ex reſcripto ... ſup Gl. extra de vſuris.

creditores filios debitorũ præſumunt retinere aut in pignus, aut in ſeruile miniſterium, aut in conductionem: hoc modis omnibus prohibemus [a]: & iubemus, vt ſi quis huiuſmodi aliquid deliquerit, non ſolùm debito cadat; ſed tantam aliam quantitatem adiiciat dandam ei, qui retentus eſt ab eo, aut parentibus [b] eius, & poſt hoc etiam corporalib. pœnis ipſum ſubdi à loci iudice: quia perſonam liberam pro debito præſumpſerit retinere, aut locare, aut pignorare.

CAP. VIII.

De interceſſionibus mulierum.

Si vxor crediti inſtrumento conſentiat proprio viro in damnũ ſuũ vel ſuam ſubſtantiam, aut ſeipſam pro eo obliget: ipſo iure non tenetur, niſi manifeſtè appareat pecuniam in ipſius vtilitatem fore cõuerſam. Bart.

¶ Et illud verò præuidimus pro ſubiectorum vtilitate corrigere, vt ſi qua mulier crediti [c] inſtrumento conſentiat proprio viro, aut ſcribat, & propriam ſubſtantiam, aut ſeipſam obligatam faciat: iubemus nullatenus huiuſmodi valere, aut tenere, ſiue ſemel, ſiue multoties [d] huiuſmodi aliquid pro eadem re fiat: ſiue priuatum, ſiue publicum ſit debitum: ſed ita eſſe, ac ſi neque ſcriptum eſſet: niſi manifeſtè probetur, quia pecuniæ in propriam ipſius mulieris vtilitatem expenſæ [e] ſunt.

CAP. IX.

Ne mulieres in carceribus includantur.

Mulier in cauſis ciuilibus non debet in carcere includi: in criminalibus verò committenda eſt fideiuſſoria, aut iuratoria cautioni, vel debet tradi mulieribus cuſtodienda. Bart.

¶ Neceſſarium verò credimus & illud competenti adiutorio emendare, vt nulla mulier de qualibet [f] re includatur, aut cuſtodiatur: ſed ſi quidem pro fiſcalibus debitis, aut priuatis pulſetur, ſecundùm legem mulier aut per virum ſuum [g], aut per ſe, aut per quam voluerit perſonam legitimè reſpondeat, & tranſigat rem. Si verò vidua ſit, aut non à principio viro coniuncta: liceat ſimiliter mulieri aut per ſe, aut per quos voluerit propria iura proponere ſecundùm legem. Eum verò, qui propter hæc præſumpſerit agere aliquid prædictorum, iuremus ſi quidem maiores iudices ſint, viginti auri librarum: ſi verò minores ſint, decem librarũ auri pœnæ ſubiacere: obedientes autẽ eis in prædictis cauſis, ſpoliatos cingulo, pœnis ſubiici, & in exilium deſtinari. Si verò mulier poſt legitimam admonitionem noluerit inſtituere aliquem, qui pro ea reſpondeat, aut litigans addicta ſit, nec ſic includi, aut cuſtodiri eam; ſed legitima iura in competentibus ei rebus procedere. Si verò † crimen ſit, quod infertur mulieri, in quo neceſſarium eſt ipſam cuſtodiri: ſi quidẽ fideiuſſorem perſonæ præſtare poteſt, ipſi credatur. Si verò iurauerit non poſſe ſe dare fideiuſſorẽ, iuratoriã cautionem faciat de obſeruatione iudicij [h]. Si verò grauiſſimum inueniatur crimen, in quo accuſatur, in monaſterium, aut in aſceterium mittatur: aut mulieribus tradatur, per quas poteſt publicè, & liberè cuſtodiri, donec cauſa eius manifeſtetur: tunc autem illa procedant in eam, quæ legibus definita ſunt. Nullam enim mulierem pro pecunia fiſcali, ſiue priuata cauſa, aut pro criminali quolibet modo aut in carcerem mitti concedimus, aut à viris cuſtodiri: vt non per huiuſmodi occaſiones inueniantur circa caſtitatem iniuriatæ. Monaſtriam quidem, aut aſcetriam per nullam actionem trahi concedimus de propriis monaſteriis aut aſceteriis [i].

CAP. X.

Quæ ſit mulieris adulteræ pœna.

In crimine adulterij pœna legitima maſculus puniendus eſt: mulier verò in monaſterium mittatur. Bart.

¶ Si quando verò adulterij crimen probetur, iubemus illas pœnas peccantibus inferri, quas Conſtantinus [k] diuæ memoriæ diſpoſuit: & illis ſimilibus ſubiiciendis pœnis, qui modij miniſtri huiuſmodi impio crimini facti [l] ſunt. De ſubſtantia verò adulteri, ſi habeat vxorem, dotem, & propter nuptias donationem ei ſaluari: aut partem à noſtra lege [m] datam, ſi dotalia inſtrumenta non ſubſecuta ſunt: reſiduam verò eius ſubſtantiam: ſi quidem ſint aſcendentes, aut deſcendentes vſque ad tertium gradum, accipiant hi ſecundùm ordines, & gradus. Si verò † non ſunt huiuſmodi aliqui: fiſco applicari hæc iubemus. Adulteram verò mulierem competentibus vulneribus ſubactam in monaſterium mitti [n]: & ſi quidem intra biennium recipere eam vir ſuus voluerit, poteſtatem ei damus hoc facere, & copulari ei, nullum periculum ex hoc metuens [o]: & nullatenus propter ea, quæ in medio tempore facta ſunt, nuptias lædi. Si verò prædictum tempus tranſierit, aut vir priuſquam recipiat mulierem, moriatur, tonderi eam, & monachicum habitum [p] accipere, & habitare in ipſo monaſterio in omni propriæ vitæ tempore: & ſiquidem habeat deſcendentes, duas partes [q] accipere

dicit, factus fuerit iudex. 2. Vel dic, quòd ſucceſſor confirmauit: *vt arg ff. de iud. l. venditor. §. fin. & §. iudices.* 3. Vel hic non fuit delegatio; ſed iuſſio quædam. ¶ Item quòd ſubiicit pro non ſcripto eſſe, ſc. quod iuſſit princeps, vel præcepit iudex: quomodo ſententiam ſui prædeceſſoris infirmat: *vt ff. de re iu. l. Paulus reſpondit. & C. ſententiam reſcin. non poſ. l. j.* Reſpon. auctoritate legis hoc fit. Vel veriùs, non reſcindit [a]; ſed reſciſſum declarat; nã ipſo [b] iure non valet, quod in præiudicium publicæ vtilitatis factum eſt: *vt Cod. ſi cõtra ius, vel vtilit. publicam l. fi.* Accur.

a ¶ *Prohibemus.* ¶ No. non valere contractum ſuper libero [c] homine, licèt filio debitoris: *vt Co. de act. & obl. l. ob æs.* etiam patre volente, vel pignorante: *vt ff. quæ res pig. obl. poſ. l. fin. & Cod. quæ res pign. obl. l. qui filios.* niſi in caſu, quo & vendere permittitur: *vt C. de pa. qui fi. diſt. l. ij.*

b ¶ *Parentibus.* in quorum poteſtate eſt, agẽtibus eius nomine. Azo. Sed videtur in quadruplum: *vt ſuprà, vt non ſi. pign. §. j.* ſed ibi in alio caſu dicit. Azo.

c ¶ *Crediti.* crediti [d] nomen generale eſt: *vt ff. ſi cer. peta. l. j.*

d ¶ *Multoties* Immò ſi conſenſit multoties [e], debet ſic teneri: *vt ſupr. immo. ante nupt. don. § j. contrà.* Solut. hæc illam corrigit ſec. Pla. *& Codic. ad Vell. l. antiqua. & l. ſi mulier.* Sed Rom. & alij dicunt hanc loqui, quando [f] pro marito interceſſit: quia quantò citiùs pro eo interceſſit, tantò faciliùs ei ſuccurritur: ne mutuo, &c. *ff. de do. inter vi. & vx. l. ij.*

e ¶ *Expenſæ.* vt de creditore Eccleſiæ, *ſupr. de al. & emph. §. ſi verò.* aut epiſcopo: & excipe ſi mulier ſi ipſa ei cunueniat creditorem: *vt C. de diſt. pig. l. ſi inter.* Itẽ excipe alios caſus, quos dixi, *ff. ad Vell. l. j. in prin.*

f ¶ *De qualibet.* i. pro qualibet.

g ¶ *Suum.* vt *C. de procura. l. ij. & l. maritus.*

h ¶ *Iudicij.* forte etiam hoc iurat quòd fideiuſſorem dare non poterat: *vt ſupr. de litig. §. ad excludendum. collat. viij.* ¶ Et no. quòd fauetur [g] mulieri: *vt hic, & C. de offic. di. iud. l. j.* ſecus in mare. *C. de cuſto. reo. l. ij. & iij.* Accurs.

i ¶ *Aut aſceteriis.* vt *de ſan. ep. §. ſi quando.*

k ¶ *Conſtantinus.* *C. de adul. l. quamuis.* Accurs.

l ¶ *Facti.* vt *infr. de rap. vir. in princip.*

m ¶ *Lege.* vt *ſupr. vt liceat matri, & auia. §. quia verò legem dudum. & C. de rep. l. vlt.*

n ¶ *In monaſterium mitti* [a]. Sed videtur alteri corpori ad puniendum non dari: *vt C de pœ. l. ne quis. quia eſt contra.* Sol. hic ſpeciale: & illa corporibus, non cauſa religionis facta intelligitur.

o ¶ *Metuens.* hic corriguntur omnia iura, in quibus cauetur vt maritus in adulterio deprehenſam [b] non detineat: *vt ff. de muno. l. auxilium. §. in delictis.* Neque dicat aliquis, quòd hic loquitur quando ignorabat maritus: nam eo caſu etiam iure veteri, poterat retinere eam, cùm ſuam ſcientiam poterat obumbrare: *vt ff. de adult. l. maritus.* Accursius.

p ¶ *Habitum.* non [c] tamen eſt monacha, ſecundùm Ioan. quod ex eo probat, quia pacta dotalia locum non habent, niſi ea mortua: *vt infr. eo. in fin. huius §.* Si autem eſſet monacha, contrarium eſſet: quia pro mortuo habetur: *vt C. de epiſcopis & clericis. l. fin. §. j.*

q ¶ *Duas partes.* immò videtur quòd tantùm legitimam habeat ſibi: *vt infr.*

a Reſcindere & reſciſſum declarare, differunt.

b Ipſo iure nõ valet factum in præiudiciũ publicæ vtilitatis.

c Liberi hominis regulariter non eſt cõmercium, aut pignus.

d Crediti nomẽ eſt generale.

e Geminato cõſẽſu mulier res donatas propter nuptias rectè alienat. *Nouell. 61. c. j. in verb.* conſenſum.

f Geminato conſenſu mulier pro marito fideiubens nihil operatur

g Mulieres fauorabiles sũt.

a Adulteræ mulieris pœna.

† *Caſu hunc* [illegible] *Gl.* [illegible] *poteſt* [illegible]

b Adulteram in adulterio deprehenſam vtrùm maritus detinere poſſit.

c Habitus non facit monachum. [illegible]

† [illegible]

pere

pere eos ſubſtantiæ, ſecundùm legum ordinem diuiſas: reliquā verò tertiam partem monaſterio, in quod mittitur, dari. Si verò deſcendẽtes non fuerint, ſed aſcendentes inueniantur, non cõſentientes huiuſmodi iniquitati: quatuor vncias [a] eos ſecundū leges diuiſas accipere; octo verò vncias dari monaſterio, in quo includitur huiuſmodi mulier. Si verò neque deſcendẽtes, neque aſcendentes habeat, aut aſcendentes conſenſerint huiuſmodi iniquitati, omnem eius ſubſtantiam accipere monaſterium, illi conſeruandam: vt per omnes caſus viro pacta dotalib. illata inſtrumentis ſeruentur [b].

CAP. XI.

Matrimonio ſine cauſa diuortio, aut cõſenſu ſoluto, delinquentes in monaſterium mittendi ſunt, pœna legitima eis imminente, aut etiam eorum miniſtris: reconciliato autem matrimonio conſenſu vtriuſque priuſquam in monaſterium mittantur, pœna remittitur: ſed altero recuſante, ille ſolus pœna legitima punitur. Bart.

¶ Quia verò aliqui noſtram legem tranſcendere ſtudent, in qua euidenter cauſas enumerauimus, ex quibus ſolùm repudia poſſunt trāſmitti aut à viro, aut à muliere: iubemus præter illas cauſas nullo modo repudia fieri, aut per cõſenſum nuptias ſolui, & concedere inuicem delictis [c]. Si verò præter [d] à nobis definitas cauſas præſumpſerint aliqui ſoluere matrimonium: iubemus, ſi quidem deſcendentes habuerint, ſiue ex ipſo, ſiue ex alio matrimonio, ſubſtantiā eorum illis dari ſecundùm legum ordinem, & tam virum, quàm mulierem in monaſterium mitti in omnibus vitæ ſuæ temporib. & de ſingulorū facultatibus, in quaternas vncias monaſteriis, quibus mittuntur, ſeparari: viro nihilominùs neq; vſum habẽte datæ partis filiis: quoniam pater rerum filij in poteſtate poſiti nō habet vſumfructum [e]. Si verò deſcendentes nō habeat, ſed aſcendentes inueniantur: tertiam partem ſubſtantiæ accipere eos, ſi non iniquitati ſolutionis matrimonij cõſenſerint: duas verò partes monaſteriis, in quibus vnuſquiſque mittitur, ſeparari. Si verò neque deſcendentes, neq; aſcendentes inueniantur, & aſcendentes conſenſerint [f] facto, iubemus omnem ſubſtantiam monaſteriis, in quibus miſſi ſunt, dari: vt non propter hunc contemptum, & Dei iudicium contemnatur, & noſtra lex trāſgrediatur. Sed & miniſtros talis ſolutionis nuptiarum, aut qui huiuſmodi infanda inſtrumenta cõpoſuerint, corporalibus pœnis ſubiici iubemus, & in exiliū deſtinari. Si verò ij, qui matrimoniū ſoluere præſumpſerunt, voluerint iterum ſibi coniungi, priuſquam mittantur in monaſterium: licẽtiam eis damus hoc facere, & prædictas pœnas concedimus [g] eis, & proprias habere ſubſtantias, & ita adinuicem viuere, tāquam ſi nihil delictum fuiſſet. Vno verò volente matrimonium reuocare, ſi non conſentiat alia perſona: contra eum, qui noluerit, teneant pœnæ. Hæc verò omnia ſeruari iubemus tam in regia hac ciuitate, quàm in prouinciis, tam à comite priuatarum, quàm à palatinorum ſchola, & prouinciarum iudicibus & officiis eorum: ſcientibus quòd ſi neglexerint huiuſmodi alicuius delicti, & non omnia hæc cuſtodierint, & exilium, & proſcriptionem bonorum ſuſtinebunt. Hæc verò iubemus ſeruare locorum ſanctiſſimos epiſcopos: vt prouidentia eorum traditæ perſonæ in monaſteriis mittantur: & de rebus earum, quod à nobis definitum eſt, monaſteriis vindicetur.

CAPVT XII.

Accuſatus de adulterio, & abſolutus: ſi poſtea cum eadem muliere turpiter conuerſari inueniatur, vel inter eos matrimonium eſſe ſecutum, matrimoniū non valet: pœna ei mulieri imminẽte, nulla alia probatione exquiſita. Bart.

¶ Si quis verò accuſatus de adulterio, per proditionem iudicum, aut alio quolibet modo à legibus pœnas effugerit, & poſt hoc inueniatur cum muliere, de qua accuſatus eſt, turpiter conuerſatus [h], aut in matrimonium accipere eam, & hoc fiat viuente marito, aut poſt eius mortem: neque matrimonium valere iubemus, ſed eum qui hoc delinquere præſumpſerit, etſi priùs profugerit, attamen licentiam damus omni iudici & comprehendere eum, & poſt tormenta vltimis ſuppliciis ſubiicere, nulla alia excuſatione, aut probatione facienda: & mulierem caſtigatam, & detruſam, monaſterio immitti iubemus: & ibi manere in omne tempus propriæ vitæ: vtriuſque verò ſubſtantiam ſecundùm prædictum ordinem diuidi, periculo (ſicut prædiximus) tam comitis priuatarum, quàm iudicis loci.

CAP. VLT. *De pœnarum omnium moderatione.*

Pœnæ corporales, & pecuniariæ minuuntur certo modo: præterquam in crimine læſæ maieſtatis.

¶ Quia verò nos oportet humani generis infirmitatem protegere: corporales pœnas ſecundùm aliquas partes imminentes, interdicimus alterutras manus, aut pedes abſcindi, aut huiuſmodi quædam inferri ſupplicia, per quæ articuli diſſoluuntur [i]: quia membrorum diſſolutio grauior eſt vtriuſque manus abſciſſione. Propter quod iubemus, ſi quidem tale aliquid delinquatur, vnde leges mortem delinquentibus inferunt, ſecundùm legum virtutem ſuſtinere eum pœnas: ſi verò tale fuerit crimen, quod morte dignum non ſit, ipſe aut caſtigetur, aut in exilium tranſmittatur [k]. Si verò criminis qualitas membri abſciſſionem exigat [l] fieri: vnam ſolam manum abſcindi. Pro furto autem [m] nolumus omnino quodlibet membrum abſcindi, aut mori: ſed aliter eum caſtigari. Fures autem vocamus, qui occultè, & ſine armis huiuſmodi delinquunt. Eos verò, qui violenter aggrediuntur, aut cum armis,

vt infrà. de ſan epiſco. § ſi qua mulier. quæ eſt contrà. Solu. hæc per illam corrigitur. Vel hic quādo inuita ingreditur, plus habent filij. Ibi quando volens, minùs habẽt. ſ. tertiam, & Eccleſia duas partes. & eodem modo opponitur *j. §. proxi.* & eodem modo ſoluitur.

a ¶ *Vncias.* Sed cum filij loco monaſterij habeantur: vt *j. de ſan. epiſc. §. ſed hoc præſenti.* quare non eſt prima cauſa filiorum: *vt ſupr. de her. ab inteſta. §. j.* Reſpō. hic loquitur quando inuita intrauit: ſi autem volens, monaſterium præfertur aſcẽdentibus: vt ibi. 2. Vel dic quòd tempore huius legis non præſumebat Eccleſia pro filio; vnde potior erat cauſa parentum: *vt hic:* ſed hodie ſic per l. contrariam. vnde ſecundū hoc hæc corrigitur, & parentes nihil habebunt. 3. Vel veriùs hic nō ſe monachauit: ſed tantùm totondit,

b ¶ *Seruentur.* patet ergo quòd priùs non fuit facta monacha: licèt fuerit tonſa. ¶ Sed [a] nonne probata adulterio maritus etiam ſine pacto dotẽ lucratur: *vt C. de repud. l. conſenſu. & ſupra. vt lic. ma. & aua. §. quia verò plurimas.* Reſp. illud corrigi ſecundùm quoſdā. 2. Vel dic quod cùm eſt ciuiliter conuicta, maritus dotem lucratur: ſed cū accuſata, & damnata criminaliter, ſubſtantia diuiditur, vt hic. Vel hoc cùm extraneus accuſat: illud cū maritus.

c ¶ *Delictis.* id eſt, delictum.

d ¶ *Præter.* hæc verba cancellata ſunt in quibuſdam libris, & dicunt ea eſſe notha. ſed contra eos eſt arg. *j. vt lic. mat. & aua. §. quia verò quædam. collat. viij.*

e ¶ *Vſumfructum.* & ſic eſt iſte vnus [b] de caſib. ſpecialibus, quibus vſusfru. patri non quæritur: *[illegible] dixi ſ. vt liceat matri, & auiæ §. j. in fin.*

f ¶ *Conſenſerint.* idem in collateralibus conſentientibus: *vt C. de inceſt. & inuti. nupt. l. ſi quis inceſti. §. teſtandi.* Accvrs.

g ¶ *Concedimus.* i. remittimus. Accvrs.

h ¶ *Turpiter conuerſatus vt C. de adu. l. ſi quis. & j. vt lic. mat. & auia. §. is quoque.* Accvrs.

i ¶ *Articuli diſſoluuntur.* vt [c] quia tamdiu trahebat ei brachium, donec auellebat ab armo. ſimilis prouidentia habetur *C. de pœn. l. ſi quis in metallum.*

k ¶ *Tranſmittatur.* repete, *ſecundùm legum virtutem, &c.*

l ¶ *Abſciſſionem exigat.* quod fit quādoque: *vt ſ. de mand. prin. [illegible] coges. coll. iij. & C. de ſer. fugit. l. iij.* ¶ Sed quam [a] Reſpon. in [b] qua minus poteſt. *arg. C. de pœn. l. penult.* Alij contra.

m ¶ *Pro furto autem.* ſuſpendunt [c] eum: *vt ff. de pœn. l. capitalium. §. famoſos.*

a ¶ *Proſcri*

a Dotem verò lucratur maritum ob adulterium vxoris, etiam ſi pactū de dote lucrā da nullū fuerit interpoſitum.

b Admonitionum [illegible] caſus patri nō acquiritur, [illegible]

c Articulorum diſſolutionis pœna prohibita.

a De pœna amputationis membri: & ſi aliquis conuēnatus eſt ſimpliciter in amputatione manus, in qua manu fieri debeat executio: vide Clarum *lib. ſent. 5. § vlt. quæſt. 69.*

b Similis eſt Glo. in *Auth. ſed nouo iure in verbo, vna ſola manus. C. de ſeruis fug.* Clar. *§ [illegible] quæſt. 60. verſ. [illegible] quod [illegible]* vbi vide plura ad hunc locum.

c Fures qua pœna coerceantur. *vide Gloſ. 2. Feudorum 49. de pace tenenda. § 3. in verbo, ſeu furtum.*

† Ex hoc §. ſumptum eſt authen. ... eſt ſupe ... dum. qua auth. ta ... tionem ep. in ... in C. ... ſuper verbo maleficium, extrà de pig. vbi dicitur, quòd propter maleficiũ viri, mulier non punitur. ... ſi vero.

a Confiſcatio bonorum quãdo locum habeat.

a ¶ *Proſcriptioné.* aliàs, *deportationem.*

b ¶ *Mulieres.* ſcilicet vxores.

c ¶ *Filios.* quod dic: *vt* ī. *vt liceat mat. & aua.* §. *quia verò legem duãd. coll. viij.*

d ¶ *Tunc fiſco.* contra. *ſuprà, de ſucceſ. nupt.* §. j. Solut. quidam ᵃ dicunt iſtam corrigere. Alij dicunt ibi ſpeciale, vt eſſet in crimine læſæ maieſtatis: *vt infrà eod. in fin.* Alij dicunt non eſſe contrariam. ibi enim confiſcatio fit bonorum eo viuente, & in ciuitate permanente, qui deliquit. vnde cùm ciuis remaneat, pœnam ſentit amiſſionis bonorum. Vbi verò de capitali crimine dãnatur, quia ei nulla eſt pœna confiſcatio bonorum, vtpotè cùm bonis amodò non vtetur, meritò ceſſat confiſcatio. Non enim res deliquit, ſed perſona: vnde perſona tantùm puniri debet: per confiſcationem verò non punietur: *vt ī. de man. prin. §. oportet.*

e ¶ *Leges.* quæ ſunt C. *ad legem Iuliam maieſt. l. fin. § pen. & l. quiſquis.* Accvrs.

armis, aut ſine armis, in domibus, aut itineribus, aut in mari: pœnis eos legalibus ſubdi iubemus. Vt autem † non ſolùm corporales pœnæ, ſed etiã pecuniariæ mediocres fiant: ſancimus eos, qui in criminibus accuſantur, in quibus leges mortem, aut proſcriptionem ᵃ definiunt: ſi conuincantur, aut condemnentur, eorum ſubſtantias non fieri lucrum iudicibus, aut eorum officiis, ſed neque ſecundùm veteres leges fiſco eas applicari: ſed ſi quidem habeant deſcendentes, & aſcendentes ad tertium gradum, eos habere. Si verò mulieres ᵇ habeant, qui condemnati ſunt: omnibus modis iubemus iſtas & dotem, & antenuptialem donationem accipere. Si verò ſine dote talibus perſonis coniunctæ fuerint: à legibus definitam partem de tota ſubſtantia condemnati eas accipere, ſiue filios ᶜ habeant, ſiue non. Si verò neminem prædictorum habeat qui deliquit: tunc fiſco ᵈ ſociari eius ſubſtantiam. In maieſtatis verò crimine condemnatis, veteres leges ᵉ ſeruari iubemus. Dat. Kal. Maij. Conſtan. Domi. Iuſti. PP. Aug. Baſil. V. C. Conſ.

NE QVIS COGATVR BONIS CEDERE.

TITVLVS XVIII.

Nouella conſtitutio cxxxv.

Beneficium ceſſionis bonorũm introduxit lex Iulia. Beneficium eſt, quia etiam ij qui cedunt bona, bonorũ venditionem patiantur. l. debitores. C. ex quib. cauſ. inf irrog. l. 3. & 5. ff de ceſ. bon. l. 2. & 4. qui bon. ced. poſſ. *tamen infames ex ea cauſa non fiunt: quia non inuitis illis venditio fiat. Non tamen caret hæc res ſuggillatione aliqua:* Nouell. 4. *propterea quod decoquunt creditoribus, cuius generis homines Adrianus in Amphitheatro cataraidiari iubebat, vt pleriſque locis hodie fit in foro: & Bœotijs fuiſſe eandem legem Nicolaus apud Stobaeum auctor eſt,* cap. 42. *Lex Roſcia cauiſſet, vt equites in xiv ordinibus ſederent, exceperat decoctores. Et hanc omnem cõtumeliam pati cedendo bonis decoctores cogebantur metu carceris, & vinculorum, & verberũ: quæ ſupplicia propoſita erãt ijs qui creditoribus ſuis ſatis non fecerat:* l. j. & vlt. C. qui bo. ced. poſ. l. j. C. Th. eod tit. *Verũ eos, qui non ſuo, ſed fortunæ vitio decoxerunt,* hac Nouella *Iuſtinianus liberat tã ſupplicijs, quàm ceſſionis neceſſitate, dũmodo iurent ſe pares non eſſe ſoluendo, id eſt, ſi iurarent bonã copiam. Quod congruit antiquo iuri. Cùm enim ex xij. tab. olim debitores creditoribus nectebantur, & addicerentur, id antiqua lege ſublatum fuit relata à M. Varrone, & liberati ſunt, qui bonam copiam iurassent, ne eſſent nexi: ſicut* hac Nou. *qui iurant bonam copiam, id eſt, ſe non eſſe ſoluendo, liberantur carcere, cruciatũque omni corporis, imò & ceſſionis ignominia. Sed creditoribus pro extremo ſubſidio datur ius, quantum potuerint bonorum debitores conquirendi, & vindicandi, & conueniendi etiam debitores debitoris.* Cviacivs.

PRÆFATIO.

QVibus maximè rebus diuinum à nobis numen placari perhibetur, ea ſanè inter ſubditos iugiter incrementum accipere, atque elucеſcere contendimus. Zozarius quiſpiam ex Myſis oriundus, cum lacrymis porrectis precibus, nos edocuit, quòd cùm pecuniarum publicarum pariter, & priuatarum nomine conueniretur à clariſſ. prouinciæ præſide per contumeliam, & quidem ſolam. Neque enim credidit de iis pecuniis propriarum rerum ſuarum perſecutionis libellos oblatum iri, id, quod iniuſtiſſimum habetur, & inter ea capitula, quæ cum primis adferunt moleſtiam. Vbi enim locorum iuſtum eſt, vt iis, qui in vniuerſum ex accidenti, non ſupina negligentia res ſuas amiſiſſe traditus eſſet, denuo per vim ad ignominioſam vitam tranſponatur, & ad quotidiani victus, neque non (vt licet coniicere) amictus, corporis inopiam adigatur.

CAPVT I.

¶ De his edocti, alacritérque cupientes, id, quod deterius eſt, per melius corrigere, quò magis ea re omnium optimus Deus concilietur, neque calamitoſi aliquid noſtris geratur, ínque vſu habeatur temporibus, ſancimus, vt nemini glorioſiſſ. aut magnificentiſſ. magiſtratuum liceat rei cauſa ceſſionis bonorum neceſſitatem alicui eorum inferre, qui de prædictis cauſis *propter pecunias publicas fortè, aut etiã priuatas,* iudicium ſuſtinent, aut huiuſmodi contumeliis vti ac prætextibus, perinde quaſi dum corporis ſupplicium ipſi remittitur, maluerit rerum ſuarum amiſſionem capeſſere potiùs, quàm cum inopiæ iugo itidem ad mortem vſque premi opprobrio ignominiæ. Iuſiurandum tamen per adoranda præbeat eloquia, quòd nullam rerum cauſa occaſionem, aut aurum reliquum habeat, vnde æris alieni ſupplementum faciat. Præterea, ſi qua ipſi iura lex, vel ex hæreditate, vel cognatorum donatione in rebus mobilibus præſtet, in quarum poſſeſſione nondum conſtitutus ſit, competere tamen ipſi videantur, poſſintque creditores vel partem ex iis, vel etiam totum colligere, extra tamen res vxoris, *ſi quidem reuera ad illam pertineant,* hoc fiat, creditoribúſque huiuſmodi actionum vindicandi, & in perſonam eius, qui aliquando iurium futurus ſit dominus, actiones inſtituendi, ſiue præſens debitor eſt, ſiue non, & (vt ſimpliciter dicamus) quoad actionem, & vindicationem rerum conſiſtendi in perſona eius, qui ita fuerit obnoxius, licentia ſit.

EPILOGVS.

¶ Diligens itaque, & virtutis amans magnificentia tua ea, quæ tam piè nobis placuerunt, obſeruato: decem librarum auri mulctam ei, qui ex iis aliquid, quæ de his à nobis ſancita ſunt, tranſgredi præſumpſit, irrogans. Neque enim abſque periculo erit, ſed & vitæ periculum inferetur iis, qui vel ſola cogitatione tenus, ea, quæ iuſtè à nobis per hanc ſacram exprimuntur legem, tranſilire attentauerint. Dat. Kalen. Iunij, Conſtantinopol. Biliſario V. C. Conſ.

DE ARGENTARIORVM CONtractibus.

TITVLVS XIX.

Nouella conſtitutio cxxxvj.

PRÆFATIO.

QVi in corpore, ac collegio cõſiſtunt argentariorum huius almæ vrbis, hi ſupplices apud potẽtiam noſtram facti, de multis nos capitulis petierunt, potiri cupientes auxilio, vt qui multis ſe vtiles præbeant, *vnde ſponſiones, & mutui obligationes periculo plenè accedunt.* Nam cùm ſacra noſtra exiſtat conſtitutio, quæ vult, vt exactiones ordine fiant, ac primùm quidem principales rei, & res eorum excutiantur, deinde verò & fideiuſſores, & mandatores, neque non conſtitutæ pecuniæ rei: ab hac legiſlatione ipſorum eximi conſortium, & pati omnium grauiſſima, ſi ipſi quidem conſtitutionis auxilio

xilio vti nequeant,ſed protinus exigantur:cùm verò conſtitutæ pecuniæ obligationes ab aliis percipiant, non item ipſi ſatisfaciant: qui pecuniam conſtituerint, mandatoréſve in eam rem, aut fideiuſſores extiterint, & *conuenire vt ipſi communium legum participes ſint, aut ſibi conſtitutio noſtra non aduerſetur.*

CAPVT I.

¶ Sancimus igitur,vt cùm aliqui ex his,qui argentariæ menſæ præpoſiti ſunt,mutuam alicui pecuniam dederint,& vel conſtitutæ pecuniæ reos, vel fideiuſſores,vel mandatores in eam rem acceperint, opponatúrque ipſis conſtitutio, & ordo per eam introductus:nihilominùs & in ipſis conſtitutio obtineat, niſi ſpeciale pactum fecerint,vt creditori licentia ſit, tam principalem debitorem, quàm mandatorem, atque fideiuſſorem,*& conſtituta pecunia reum* conueniendi, non expectato conſtitutionis gradu. Propter ingens enim illud ſtudium, quod argentarij circa publicos contractus adhibent, huiuſmodi pacta conuenta admittimus:cùm non videantur contra legem eſſe,propterea quòd vnicuique integrum eſt his,quæ ipſi à lege data,& conceſſa ſunt,renunciare *. Proinde ſicubi tale pactum fiat, licitum ipſis eſto, tam principalem debitorem,quàm mandatorem,& fideiuſſorem,atque alias porrò perſonas conuenire. Vt quidem ſi nullum pactum adſcriptum ſit, penitus & in ipſis valeat conſtitutio. Si pacta verò adſcripta ſint: ſimul formam ac regulam addant contractui,ſimul exinde inferatur exactio.

* [illegible] cótemnere.

CAPVT II.

¶ Secundum verò ipſis capitulum de altera illa exceptione erat, quam pridem fecimus, cùm quis argentariæ menſæ præpoſitus militet, aut filios ſuos militare faciat, vt nequeant eo militantes ipſorum filij vti, quaſi non ex paternis, aut aliunde quæſitis pecuniis militent,ſed creditorum:& petierunt, vt aut neque in ipſis huiuſmodi locum haberet præſumptio, aut ipſis quoque eadem ſuppeterent, vt ſi quis mutuò ab ipſis ſumpto militet, aut etiam eius filij; neque debitum poſſit aliunde diſſolui, vel ex iſtiuſmodi militiæ eius, aut filiorum venditione ſatis ipſis fiat. Nos igitur cùm neque ſimpliciter legem propoſuerimus, ſed cum conuenienti obſeruatione neque facilè ſubuerti ipſam ſuſtineamus: ſancimus, vt ſacra conſtitutione valente,neque hac præſumptione,quæ ſecundùm ſacram conſtitutionem contra ipſos protenditur,ſublata: quandoquidem multi,cùm contrahunt, non ſuis omnia pecuniis facere videantur: habeant & ipſi hoc priuilegij, vt ſi quis militet,aut eius filij, ipſius quidem militia omnibus modis obnoxia teneatur, ſi de numero earum ſit, quæ vendi ſolent. Conſimiliter autem & filiorum,niſi manifeſtiſſimè ab ipſis comprobetur,quod vel ex maternis filiorum bonis, vel ex principali largitate militia ipſis acceſſerit. Nam ſi debitum aliunde diſſoluere nequeant,tunc argentariæ menſæ præpoſitis etiam ex filiorum militia ſatisfiat: ſiquidem ipſorum gratia hanc legem proponimus, opponentes eam præſumptioni, quæ ex conſtitutione nata eſt. Et quemadmodum illa prædictam contra ipſos præſumptionem effecit: ita & nos contrarium ipſi remedium addentes,his ſolummodo,qui de prædicto conſortio ſunt,liberalitatem noſtram explicamus propter communem ipſorum vtilitatem, quam in contractibus exhibent, dum multis ſe periculis immiſcent,vt ingruentibus aliorum neceſſitatibus medeantur.

CAPVT III.

¶ Porrò neque illud abs re dicere viſi ſunt,ſi cuipiam mutuentur, aut etiam præterito tempore mutuati ſint ad nonnullarum mobilium, aut immobilium rerum emptionem, & certam auri ſummam dederint,*& mutuata pecunia res empta ſit*:vt prorſus ipſi ea in re potiora iura habeãt, neque diſtortione aliqua teneantur: ſed ſimul ac oſtenderint ſuis pecuniis eam rem comparatam eſſe, neque poſſint debitores pecunia ipſis numerata ſatisfacere: res iſtiuſmodi pecuniis empta perinde ipſis addicatur, quaſi reuera ab ipſis emptio celebrata foret, & nuda emptoris appellatio fuiſſet appoſita. Neque enim iuſtũ eſt, vt qui tam largiter pecunias ſuas profundunt,non item primum,& extra omnem controuerſiam poſitum ordinem in rebus ſua pecunia comparatis teneant: duntaxat ſi in contractibus ſcriptura interueniente celebratis hypothecæ aliqua facta ſit mentio:hoc namque ſi obſeruauerint, totum habituri ſunt, quod à nobis petierunt: imò verò etiam amplius,quàm petierunt: ſiquidem omnibus præſtantiora ipſis iura in iis rebus concedimus, quæ ipſorum pecuniis empta probantur. Si tamen contractus factus ſit,aut fiat, nulla ſcriptura interueniente,ipſique vel pecuniam numeratam dederint, vel (quod maximè apud argentariæ menſæ præpoſitos fieri conſueuit) ſpecies aliquot mundi fortè muliebris,aut argenti, quod ob eiuſmodi datur, venditurve, pro quo tamen pretium nõdum perceperint: tunc liceat ipſis hæc tanquam ſua vindicare, etſi hypothecarum ius in iis non habeant. Neque enim illi poſſidebunt aliena:& cùm aurum pro pretio non ſoluerint,fruſtra detinebunt ea,quæ ipſis ab aliis tradita ſunt: ſed ſiue ad hæredes tranſmiſerint,hæredes eorum pro ipſis, vel ipſa data reddent: ſiue ad hæredes non peruenerint, licebit hæc ipſis vindicare, nulla, contra ipſos hypotheca in eorum rebus,quæ per alios fortè quæſitæ ſunt, valitura.

CAPVT IIII.

¶ Quia verò legem tulimus,ne argentariæ menſæ præpoſiti vltra beſſes vſuras fœnerarentur,docuerunt autem nos,quòd cùm ſine ſcripto fœnerari ſoleant,hi deinde illiberales ſe circa vſuras præbeant, propterea quòd & mutuum ſine ſcripto contractum,neque ſtipulatio interpoſita ſit:ſcilicet iuxta illud, quod vulgò dicitur, non conuenire, vt vſuræ citra interpoſitam currant ſtipulationem:quamquam multi caſus ſint,in quibus vel ſine ſtipulatione,& ex pacto naſcatur vſurarum obligatio:nonnunquam etiam hæ, tametſi non ex pactis,ſed ſuapte ſponte introducantur,tamen exigantur: propterea ſancimus vt vſuræ ipſis non ſolùm ex ſtipulatione,ſed etiam abſque ſcripto præbeantur, nimirum tales,quales ipſos lex ſtipulari permittit,hoc eſt, vſque ad beſſem centeſimæ. Nam qui omnibus propemodum indigentibus opem ferre parati ſunt, hos vtique per eiuſmodi minutias iniuriam perpeti, iuſtum non fuerit.

CAPVT V.

¶ Inſuper de hoc quoque nos inſtruxerunt,quòd hi qui cum ipſis contrahunt,cùm inſtrumenta contractus, & ratiocinia conficiunt, partim publicè ea in foro componunt, partim ipſi propria manu conſcribunt, partim ab aliis conſcriptis ſubſcribunt: petierúntque, vt ſi quod eius generis conſcribant ij, qui cum ipſis contrahunt,teneantur obnoxij, & ipſis ſatisfaciant,neque poſſint hoc in vſum aſſumere,& dicere, quòd tametſi inſtrumenta, ſiue confeſſiones,ſiue ratiocinia omnia manu ſua conſcripſerint, aut aliis ſcribentibus his ſubſignarint: aurum tamen, quod in iis comprehenditur, datum non ſit: & vt exinde hypothecas habeant,& beſſes vſuras,quamuis

ſcriptæ non ſint, tamen percipiant. Nos itaque, quoniam eiuſmodi communia, ac publica ſunt, & maiore conſideratione indigent: reſpondemus ad hæc, vti conueniens eſt. Et quidem ſi quis publicum inſtrumentum confecerit, aut totum propria manu conſcripſerit, aut etiam inſtrumentis, vel ratiociniis ab aliis conſcriptis ſubſcripſerit: vt omnibus modis tam ipſi quàm hæredes eius perſonalibus ſcilicet actionibus teneantur obnoxij, ſancimus. Neque enim temerè hypothecam dederimus his, qui de ea pactum non fecerint, niſi omnino in ſcriptura eorum, quæ in bonis ſint, comprobetur facta eſſe mentio, aut ipſi bona ſua pignori oppoſuerint, aut ſaltem hoc ſimpliciter adiecerint, periculo eorum, quæ in bonis habeant, aut denique aliquid prolocuti fuerint, aut conſcripſerint eiuſmodi, quod intellectum quendam hypothecæ adferat. Tunc enim ipſis etiam hypothecam præbemus, vt neque legum noſtrarum in vniuerſum naturam perturbemus, neque ipſos tolerabili defraudemus auxilio.

Vſuræ ſanè, ſiquidem certas pepigerint, pactæ præſtentur. Si verò dumtaxat ſcriptum fuit, quod fœneratitium creditum extiterit: nequeát contrahentes dicere, quòd ex quo vſuræ finitæ non ſunt propterea & debitũ & ſterile haberi debeat: ſed ex præſumptione ita celebretur exactio, quaſi beſſes vſuræ expreſſis verbis nominatæ ſint: atque hoc quidem de cætero obſeruetur. In ratiociniis verò, quæ iam confecta ſunt, etſi nulla vſurarum habita ſit mentio, tamen quia manifeſtarium eſt, quòd apud argentariæ menſæ præpoſitum ſolummodo contractus ſub vſuris ineatur, cùm non poſſit, qui ipſe vſuras depẽdit, ſine vſuris dare impendia: liceat ipſis beſſes vſuras expetere, vt tamen de cætero obſeruent ea, quæ præſens ipſis ſacra lex largitur.

CAPVT VI.

¶ In illo vtique caſu nimis, quàm ipſis opem ferimus, vt ſi ratiocinia proferantur, quæ expreſſe quamque cauſam habeant adſcriptam, in quam aurum datum eſt, atq; hic ratiociniis ipſis ſubſcripſerit: & ſi ſingulas in ipſis cauſas propria manu non ſcripſerit, aut etiam confeſſionem de hoc aliquam ſiue ſub ſpecie mutui, ſiue * ex acceptilatione, ſiue etiam aliter, non confecerit, nequeat amplius ab eo, qui hoc fecit, ſingularum cauſarum particulatim probationes exigere: niſi fortè ex abundãti velit vel ipſi, vel creditoris hæredibus iuſiurandum deferre: hoc enim ſolum ei concedimus: intra tamen ea tempora, quæ exceptioni non ſolutæ pecuniæ attributa ſunt. Nam ſi id quoque tempus præterire contigerit, neque iureiurando ipſos grauamus: id, quod etiam in generalibus legibus deſcripſimus: quanquam ne hoc quidem ex vſu erat: nã eum, qui propria manu vel ſcripſit, vel tradidit ratiocinia; quomodo iuſtum fuit putare ita diſſolutum extitiſſe, vt quæ data non eſſent, pro datis ſcriberet?

* Græcè ἐν ἐκ ἀξιώσεως.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacrã pragmaticam declarantur legem, ea tam gloria tua, quàm quicunque præterea reipubl. noſtræ magiſtratus, inuiolata cuſtodire in perpetuum ſtudeto: decem librarum auri pœna imminente his, qui hæc vel tranſgrediuntur, vel tranſgredi patiuntur. Dat. Kal. April. Conſtantinopol. DN. Iuſtin. PP. Auguſt. Baſilio V. C. Conſ.

DE ORDINATIONE EPISCOPORUM, & clericorum.

TITVLVS XX.

Nouella constitutio cxxxvij.

Antonio Contio interprete.

Imper. Iuſtin. Auguſt. Petro magiſtro officiorum.

PRÆFATIO.

SI ciuiles leges, quarum poteſtatem nobis Deus pro ſua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus cuſtodiri ad obedientiã ſecuritatem ſtudemus, quanto plus ſtudij adhibere debemus circa ſacrorum canonum, & diuinarum legum cuſtodiam, quæ ſuper ſalute noſtrarum animarũ definitæ ſunt? qui enim ſacros canones cuſtodiũt, Domini Dei adiutorio digni ſunt: qui autem eos tranſgrediuntur, ipſi ſemetipſos iudicio reddunt obnoxios. Maiori igitur condemnationi ſubiacent ſanctiſſimi epiſcopi, quibus concreditum, & commiſſum eſt & canones inquirere & conſeruare, ſi quod eorum prætermiſſum fuerit, indemnatũ, atque impunitum reliquerint. Sanè cùm hactenus canones obſeruati nõ rectè fuerint, diuerſas ex eo paſſi ſumus interpellationes contra clericos, & monachos, & quoſdam epiſcopos, vt qui ſecundùm diuinos canones non viuerent, & quidam etiam inter eos inuenirentur, qui nec ipſam quidem vel ſanctæ oblationis, vel ſancti baptiſmatis orationem tenerent, aut ſcirent.

CAPVT I.

¶ Dei igitur intelligentes, & animo inſigentes iudicium, ſingulorum, quæ nobis delata ſunt, inquiſitionem ſimul, & correctionem iuſſimus canonicè procedere. Si enim illa, quæ à laicis peccantur, generales leges non concedunt extra inquiſitionem, & vindictam manere, quomodo à ſanctis Apoſtolis, & Patribus ſuper omnium hominum ſalute canonicè ſtatuta deſpici patiemur? Sanè multos ex eo maximè deprehendimus in peccata fuiſſe prolapſos, quòd non ſunt factæ ſynodi ſanctiſſimorum Sacerdotum iuxta ea, quæ à ſanctis Apoſtolis, & Patribus definita ſunt. Si enim hoc fuiſſet obſeruatum, quilibet metuens grauem in ſynodo accuſationem, ſtuduiſſet vtique & ſacras ediſcere liturgias, & temperanter viuere, ne condemnationi diuinorum canonum ſubiaceret. Illud quoque nihilominùs quibuſdam peccandi occaſio fuit, quòd abſque examinatione, & rectæ fidei, atque honeſtatis vitæ teſtimonio ordinantur epiſcopi, presbyteri, diaconi, & cæteri clerici. Nam ſi ad orandum pro populo deſtinati indigni diuino miniſterio inueniantur, quomodo pro tranſgreſſionibus, & delictis populi Deum propitiare poterunt? Planè ordinationes ſacerdotum cum omni diligentia, & rigore fieri oportere docet nos & qui inter ſanctos cenſetur Gregorius Theologus, ſequutus ſanctos Apoſtolos, & diuinos canones. Sic enim in magno Apologetico, Quis autem (inquit) ſecundùm Pauli canones, & definitiones ſeipſum dirigens, quas de epiſcopis, & presbyteris conſtituit, vt ſicci ſiue ſobrij ſint, modeſti, non vinolenti, non percuſſores, ad docendum idonei, irreprehenſibiles in omnibus, non conuerſantes malis: non multùm aberrare ſe inueniet ab illa canonum rectitudine? Idémque rurſum loquitur in hæc verba: Mundari (inquit) oportet primùm, ac deinde mundare: ſapere, ac deinde ſapientiam docere: lucem fieri, & poſtea illuminare: propinquari Deo, tum alios adducere: ſanctificari, tum ſanctificare: manuducere cum manibus, conſultare cum conſilio.

Et rurſus idem Sanctis connumeratus Gregorius, de iiſdem

de iiſdem in eadem oratione iſtud ſcribit: Quis inſtar figuli vno ipſo die fictilia ſua tornantis, ita repentè fingat veri cultus antiſtitem, cum Angelis ſtantem, & cum Archangelis laudes canentem, & Chriſto conſacrificantem?

Et per hæc quidem indicat ille Theologus qualéſnam oporteat ad ſacerdotium promoueri. De his autem, qui ordinantur indigni, idem hæc dicit in eadem oratione: Qui cùm nihil (inquit) ad ſacrum Dei altare, & ſacerdotium attulerint, nec in virtute, & pulchro priùs inſudarint & elaborarint, ſimul diſcipuli & præceptores pietatis oſtenduntur: & priuſquam purgati ſint, purgāt, heri ſacrilegi, hodie ſacerdotes: heri extra ſacrah, odie præſules myſteriorum: veteratores militia, nouitij pietate: qui ſunt opus, atque fabrica humanæ gratiæ, non Spirituſſancti. Quòd autem diuini canones prohibent clericos eſſe, qui ſecundam vxorem duxerunt. & inter Sanctos Baſilius docēs, ſic ait: Digamos canon miniſterio excluſit, inquit, & ex iis progenitos. Et hæc quidem ſanctus Baſilius. In tantum autem Patribus ſacerdotum cura fuit, vt qui Nicææ conuenerunt, canonem ediderint ita habentem: Interdixit per omnia magna Synodus, non epiſcopo, nō presbytero, non diacono, nec alicui omnino, qui in clero eſt, licere ſubintroductam * habere mulierem, niſi fortè aut matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantùm perſonas, quæ ſuſpiciones effugiunt.

* παρεισακτον.

CAPVT II.

¶ His igitur, quæ ſacris canonibus definita ſunt, inſiſtentes, præſentem ſancimus legem, per quam ſancimus, vt quoties vſuuenerit epiſcopum ordinari, conueniant clerici, & primores ciuitatis, cui ordinandus eſt epiſcopus, & propoſitis ſanctis Euangeliis ſuper tribus perſonis pſephiſmata fieri, & quemque ipſorum iurare ſecundùm diuina eloquia, & ipſis pſephiſmatibus inſcribi, quòd neque per donationē, neque promiſſionem, vel amicitiam, vel gratiam, vel aliam qualemcunque affectionem, ſed quòd ſcientes ipſos rectæ, & Catholicæ fidei, & honeſtæ vitæ, & excedere trigeſimum ætatis annum, ipſos elegerint, & quòd neque vxorem, neque liberos ſciūt aliquem ex ipſis habere, nec pellicem, aut filios naturales ſciunt ipſos habere, vel habuiſſe: ſed ſi quis eorum priùs vxorem habuit, & illam, ſolam neque viduam, neque à viro ſeparatam, neque ſacris canonibus aut legibus interdictam: ſed nec muneribus publicis addictum, aut curialem, aut taxeotam, ſiue cohortalem aliquem eorum, qui electi ſunt, eſſe cognoſcunt, præterquam ſi in monaſterio non minus quindecim annis monarchicam vitam ſine vlla calumnia exegerit: ea ſanè obſeruatione, quæ antea à nobis dicta eſt, & in talibus perſonis, earumque electione obſeruanda; vt ex tribus ita electis perſonis melior eligatur electione, & iudicio ordinantis. Exigi etiam ante omnia ab eo, qui ordinandus eſt, libellum eius propria ſubſcriptione complectentem quæ ad rectam eius fidem pertinent. Enunciari etiam ab ipſo & ſanctam oblationis formulam quæ in ſancta communione fit, & eam, quæ fit in baptiſmate, precationem, & reliquas deprecationes. Iuſiurandum autem ſuſcipere eum, qui ordinatur, per diuerſas ſcripturas, quòd neque per ſeipſum, neque per aliam perſonam dedit quid, aut promiſit, neque poſthac dabit vel ordinanti ipſum, vel his, qui ſacra pro eo ſuffragia fecerunt, vel alij cuiquam ordinationis de ipſo faciendæ nomine. Si quis autem præter memoratam obſeruationem epiſcopus ordinetur, iubemus & ipſum omnibus modis epiſcopatu deiici, & eum, qui contra talem obſeruationem eum ordinare auſus fuerit.

Authentica.

CAPVT III.

¶ Si quis autem accuſationem inſtituet contra ordinandos in epiſcopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel alium clericum, vel etiam abbatem ex quacumque cauſa, differatur talis ordinatio, & fiat priùs inquiſitio accuſationis præſente etiam accuſatore, & ea, quæ ab ipſo delata ſunt, vſque ad finem proſequente. Si verò deſiſtat, & comperendinet accuſator, nihilominùs is, qui ordinationem facturus eſt, inquiſitionem diligentiſſimam faciat intra tres menſes: & ſi quidem obnoxium inuenerit eum, qui accuſationem ſuſtinet, ſiue contra diuinos canones, ſiue ſecundùm noſtras leges, prohibeatur ordinatio: ſi verò accuſator aut præſens non probauerit, aut ſe abſentauerit, ſi quidem clericus ſit, proprio gradu depellitor: ſi verò laicus, competentē coërcitionem ſuſtineat. Si autem quis ante examinationem cauſæ ordinauerit accuſatum: tam ordinator, quàm ordinatus ſacerdotio exuuntor.

CAPVT IIII.

¶ Quādo autem quod in canonibus cautum eſt de ſynodis ſanctiſſimorum epiſcoporum per ſingulas prouincias congregandis, hucuſque minimè obſeruatum eſt: illud in primis corrigere eſt neceſſarium. Sancti igitur Apoſtoli, & Patres definierunt, bis in vnoquoque anno fieri debere ſynodos ſanctiſſimorum ſacerdotum in vnaquaque prouincia, & emergentes cauſas excuti, & competentem accipere correctionem: hoc eſt, vnam quidem in quarta ſeptimanæ ſanctæ Pentecoſtes *: alteram verò Octobris menſe. Nos autem inuenientes quòd ex huiuſmodi negligentia multi diuerſis peccatis impliciti ſunt, iubemus omnibus modis vnam ſynodum fieri ſingulis annis ſingulis prouinciis, menſe vel Iunio, vel Septembri: & conuenire quidem apud beatiſſimos patriarchas, illos, qui ab ipſis ordinati ſunt, & qui non habent ius alios epiſcopos ordinandi: at apud ſanctiſſimos metropolitas cuiuſque prouinciæ, eos, qui ab eis ſunt ordinati. Quo in loco motas lites, & interpellationes vel pro fide, vel canonicis quæſtionibus vel adminiſtratione rerum eccleſiaſticarum, vel de epiſcopis, & presbyteris, vel diaconis, aut aliis clericis, vel de abbatibus vel monachis, vel de accuſata vita, vel de aliarum rerum correctione, moueri quidem, & agitari, & conuenienter examinari, & eorum correctionem ſecundùm ſacros canones procedere, & ſecundùm noſtras leges.

* vel quarta feria ſanctæ Pentecoſtes.

CAPVT V.

¶ Non ſolùm autem in anniuerſariis ſynodis iſta quæri volumus, ſed etiam quoties quidem ſacerdotum, vel clericorum, vel abbatum, vel monachorum accuſabuntur: vel de fide, aut turpi vita, aut ob aliquid aliud contra ſacros canones admiſſum, & ſi quidem epiſcopus eſt is, qui accuſatus eſt, eius metropolitanus examinet ea quæ dicta ſunt: ſi verò metropolitanus ſit, eius beatiſſimus archiepiſcopus, ſub quo degit *. ſi verò presbyter, vel diaconus, vel alius clericus, vel abbas, vel monachus, tunc ſanctiſſimus epiſcopus, cui ſubſunt, examinet delatas huiuſmodi querelas. & cùm veritas probata fuerit, vnuſquiſque pro qualitate delicti canonicis pœnis ſubdatur examinantis arbitrio. Hæc autem omnia obtinere volumus non ſolùm in ordinandis poſthac epiſcopis, & clericis, & abbatibus: ſed etiam in his, qui nunc ſunt, & qui ex quibuſcunque cauſis per canones, & noſtras leges interdictis accuſantur. Si enim hæc ita obſeruata fuerint, & laici maximum hinc & ad rectam fidem, & ad vitæ honeſtatem profectum promerebuntur, & percipient.

* τελεῖ. vel cenſetur.

CAPVT VI.

¶ Ad hæc iubemus omnes epiſcopos, & presbyteros non in ſecreto, ſed cum ea voce, quæ à fideliſſimo populo exaudiatur, diuinam obligationem *, & precationem, quæ fit in ſancto baptiſmate, facere, vt inde audientium animi in maiorem deuotionem & Dei laudationem, & benedictionem efferantur.

* [illegible]

¶ Sic enim & diuinus Apoſtolus docet dicens in priore ad Corinthios epiſtola: Cæterum (inquit) ſi ſolùm benedicis ſpiritu, is, qui idiotæ locum implet, quomodo tuæ gratiarum actioni ſubiiciet Deo ſanctum illud amen? ſiquidem quid dicas, non nouit: tu autem pulchrè gratias agis, ſed alius non ædificatur. Et rurſus in ea, quæ eſt ad Romanos, ſic dicit: Corde quidem creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Idcirco igitur conuenit, vt ea precatio, quæ in ſancta allatione * dicitur, & aliæ orationes cum voce à ſanctiſſimis epiſcopis, & presbyteris proferantur Domino noſtro Ieſu Chriſto Deo noſtro cũ Patre, & Spiritu ſancto, ſcituris religioſiſſimis ſacerdotibus, quòd ſi quid horum contempſerint, & horrendo Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti iudicio rationem reddituri ſunt, & nos iſta cognoſcentes non relinquemus quieta, & inulta.

* [illegible]

¶ Iubemus autẽ & prouinciarum præſides ſi quid neglectum ex his, quæ ſtatuimus, inuenerint, primùm quidem cogant metropolitas, & alios epiſcopos dictas ſynodos congregare, & omnia implere quæcumque de ſynodis per præſentem legem iuſſimus: ſi verò eos morantes nouerint, & remiſſos, tunc nobis indicent, vt ad competentem protinus correctionem procedamus contra detrectantes ſynodos celebrare: ſcituris verò ipſis præſidibus, & obedientibus ipſis officiis, quòd ſi quidem iſta non ſeruauerint, extremis ſubiicientur ſuppliciis. Confirmamus autem & per præſentem legem omnia à nobis diuerſis legibus ſancita de epiſcopis, & presbyteris, & cæteris clericis, ad hæc & xenodochis, & orphanotrophis, & cæteris, quicunque venerabilibus locis præſunt.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per præſentem manifeſtata ſunt legem, tua claritudo per prothemata in cõſuetis locis regiæ ciuitatis affixa in cognitionem omniũ perducere feſtinet, & manifeſta facere omnibus, qui prouinciis præſũt. Dat. X. kal. Mart. Conſtan. DN. Iuſtin. PP. Auguſt. Baſilio V.C. Conſ.

DE VSVRIS SVPRA DVPLVM non computandis.

TITVLVS XXI.

Nouella conſtitutio cxxxviij.

Eiuſdem epitome Iuliani ex noua Anton. Auguſti recollectione.

Imperator Iuſtinianus PP. Auguſtus Hermogeni magiſtro officiorum.

Manifeſtiſſima eſt noſtri nominis conſtitutio, quæ vſque ad dupli quantitatem exactionem debiti concludit. Si igitur creditores tui in duplum acceperunt, alij adhuc minus conſequuti ſunt: hi quidem qui in duplum ex vſurarum quantitate per diuerſa tempora conſequuti ſunt, nullam aduersùs te inquietudinem proponere concedantur: Alij autem ſi ſimili modo repleti fuerint, eo modo ſilere compelluntur. Et ſi debita ſubſecuti fuerint, eo modo fœneratitias cautiones recuperare, vel ſi remanſerint, ſuis viribus vacare, ſi preces veræ ſunt, præſentis oraculi ſanctione decernimus.

Similis Conſtitutionis huic Græca ſubſequitur, quæ iubet in his tantùm, quæ ciuitates muniantur, locum nõ habere.

INDVLGENTIA ILLICITÈ CONtractarum nuptiarum.

TITVLVS XXII.

Nouella conſtitutio cxxxix.

In nomine Domini Ieſu Chriſti Dei noſtri, Imp. Cæſar. Flauius, Iuſtinianus Auguſt. Floro.

PRÆFATIO.

Retulit ad nos gloria tua, incolas Syndios pagi, neque non Hebræos in Tyro inſula, illicitis cõtractis nuptiis, in ſacram noſtram incidiſſe conſtitutionem, nec ſecundùm ea, quæ de hoc conſtituta ſunt, quartam bonorum ſuorum partem inferre: iámque ex iis nonnullos in tertia ætate conſiſtere, & filiorum patres eſſe, ac propterea cum lacrymis ſupplicaſſe, ne nunc tandem vxores à ſe dimittere compellantur: ſed vt tam ipſas retineant: quàm qui ex ipſis procreati ſunt filij, ante procreabuntur, ſucceſſores eorum exiſtant, neque vllã exinde reuereantur pœnã.

CAPVT I.

¶ Sancimus igitur, vt pro huiuſmodi indulgentia propter præfatas cauſas ſinguli denas auri libras præbeant, ipſiſque vel ſolis maior illa pœna remittatur, & tam vxores, quàm qui exinde nati ſunt, & (vt poteſt fieri) poſtea naſcentur, ſucceſſores habeant, neque id à nobis in exemplum aliis ſancitum intelligatur, ſed quocunque alio ſcituro, quòd ſi quid tale petierit: vltra hoc, quod petitis nõ potietur, etiam facultates amittet, atque inſuper corporalibus pœnis exceptus, perpetuum incolet exilium.

¶ Nemo autem his, qui à nobis noſtra dignati ſunt indulgentia, aut eorum vxoribus, exiſtentibúſve, vel futuris filiis, aut bonis, ſiue ex iudiciaria ſententia, ſiue alio quocunque modo inquietudinem inferat.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram noſtram declarantur legem, quæ & vigorem habet ſpecialis noſtri indulti, ea ſtudeto gloria tua effectui, & fini tradere.

VT CONSENSV MATRIMOnium ſolui poſſit.

TITVLVS XXIII.

Nouella conſtitutio cxl.

PRÆFATIO.

Nihil in rebus mortalium perinde venerandum eſt, atque matrimonium: quippe ex quo liberi, omneſque deinceps ſobolis ſeries exiſtat, quod regiones, atque ciuitates frequentes reddat, vnde denique optimæ reipublicæ coagmentatio fiat. Quocirca coniugibus matrimonia adeò fortunata optamus, vt numquã aduerſo numine inita eſſe videri queant, neque illicita iuſtam diſſoluendi matrimonij cauſam à ſe inuicem recedant. Verùm, quoniam vt in omnibus hoc ſeruetur, perquam id difficile eſt (vt enim in tanta multitudine non aliquæ atroces, irreconciliabiléſque inimicitiæ incidant, prorſus impoſſibile eſt) par eſſe putauimus, vt huius vel remedium aliquod comminiſceremur: præcipuè verò vbi puſillanimitas eò progreſſa ſit, vt quod odiũ inter coniuges obortum fuerit, mitigari, & componi nequeat. Pro veteri ſanè iuris ratione fas, atque licitũ fuit, vt iſtiuſmodi à ſe inuicem recederent, dummodo id communi voluntate, atque conſenſu facerent. Adeò verò, vt multæ leges eſſent, quæ hac de re & agerent, & conſtituerent: tum etiam talem matrimonij diſſolutionem bona gratia fieri patria lingua dicerent.

At

At poſtmodum à patre noſtro ſacratiſſ. principe (qui pietate, atque ſapientia omnes, quotquot vnquã imperarunt, ſuperauit) dum ad benignum ſuum, atque firmum propoſitum reſpiceret, necnon ad aliorum etiam miſerum,& puſillanime conſilium oculos conuerteret, ſcripta lex eſt, quæ conſenſu matrimonia ſolui vetat. Quam ſanè nos etiam obtinere,atque in ſuo vigore manere magnopere velimus. Verùm permulti nos adierunt, qui matrimonium, quo inter ſe nexi eſſent, mutuò odiſſent, atque auerſarentur, & (id,quod dolendum valde, ac alioqui moleſtia,mœroréque plenum eſt) propterea belligeratum domui, pugnarúmque eſſe per criminationem exponerent, ideoque matrimonium ſolui peterent, tametſi cauſas, ob quas tutò id illi facere lex concederet, nullas adferre poſſent. Nos verò aliàs monendo,aliàs minis terrendo, vt à mutuo inter ſe, eóque citra cauſam ſuſcepto odio deſiſterent, & ad concordiam proclinarent, animíſque inter ſe pacatis eſſent, illorum in his deſiderium,feſtinationémque ad tempus ſuſpendimus. Sed nihil profecimus. Eos ſiquidem,qui violento affectu, odióq; ſemel correpti fuerint,per quã eſt difficile reconciliare. Contingit enim, vt ex his nonnulli ad mutuas inſidias procederét,veneníſque, & aliis quibuſdam,quæ lethalia eſſent, vterentur: in tantum, vt ſæpe neque liberi, qui ipſis communiter nati eſſent, illos in vnam, eandémque voluntatem coniungere potuerint.

CAPVT I.

¶ Quum itaque hæc à noſtris temporibus aliena iudicaremus, ad præſenté ſacram legem reſpeximus, per quam ſtatuimus,vt prout olim iuris fuit, matrimoniorum ſolutiones ex conſenſu fieri liceat, & ne ampliùs patris noſtri ſanctione in eos, qui conſenſu matrimonia dirimunt,conſtitutæ pœnæ in vſu ſint. Si namque mutua affectio matrimonia conficit: meritò diuerſa voluntas eadem per conſenſum dirimit,modò hanc miſſi repudij libelli ſatis declarét. Cæterùm illud manifeſtum ſit,quòd alia omnia,quæ legibus,& præcipuè ſacris patris noſtri conſtitutionibus de matrimoniis liberis, & cauſis, per quas dirimere matrimonium permiſſum eſt,aut de iis etiam, qui nulla de cauſa (non tamen ex communi voluntate & conſenſu, quo modo præſens noſtra lex conſtituit) matrimonium ſoluunt, & de conſtitutis in illos pœnis cauta ſunt,ex præſenti etiam noſtra lege obtinebunt, ſuámque per omnia vim habebunt.

EPILOGVS.

¶ Proinde quæ à nobis in publicum vſum producta ſunt, & per præſentem ſacram declarãtur legem, gloria tua conſueto modo per regiam hanc vrbem omnibus manifeſta reddi iubeto. Dat.XVII.Kalend. Octob. Conſtan. Imp. DN.Iuſt.PP.Aug.anno I.

EDICTVM DE HIS, QVI LVXVRIANtur contra naturam.

TITVLVS XXIII.

Nouella conſtitutio cxlj.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Conſtantinopolitanis.

PRÆFATIO.

CVm ſemper omnes benignitate,ac bonitate Dei indigeamus: tum verò maximè hoc tempore, cùm propter peccatorum noſtrorũ multitudinem variis ipſum modis ad iracundiam prouocauimus. Et quanquam minatus eſt, & clarè oſtendit quibus ſecundùm peccata noſtra digni eſſemus: tamen cleméter nobiſcum egit, irámque ſuam in aliud tempus reiecit, noſtram expectans pœnitentiam, vt qui nolit mortem noſtram,ſed conuerſionem, & vitam. Quapropter iuſtum non fuerit, vt omnes nos opulentiam bonitatis,ac tolerantiæ, & longanimitatis benigni Dei contemnamus, ne in obduratum, & pœnitentiam refugiens cor noſtrum, iram nobis in die iræ accumulemus: ſed cùm omnes improbis ſtudiis,& actionibus abſtineamus,tum verò maximè,qui abominabili illa, & meritò Deo exoſa, atque impia actione computruerunt. Loquimur autem de ſtupro maſculorum, quod nonnulli mares ſacrilego, & impio auſu præſumunt, cum maſculis perpetrãtes turpitudinem.

CAPVT I.

¶ Scimus etenim, ſacris ſcripturis edocti, quàm iuſtum Deus ſuppliciũ his, qui olim in Sodomis habitabant, propter hunc ipſum in commiſtione furorem intulerit, vt in hunc vſque diẽ ea terra igni conflagret inextinguibili: Deo per hoc nos erudiente, vt legibus contrariam hanc actionẽ auerſemur. Rurſum ſcimus, qualia de huiuſmodi diuus dicat Apoſtolus, qualiáque reipublicæ noſtræ leges promulgent. Vnde omnes,qui timori Dei intenti ſunt,conuenit,vt à tam impia,& ſceleſta actione abſtineant,quam ne in brutis quidem animantibus admiſſam reperire eſt. Et qui quidem nihil tale ſibi conſcij ſunt, hi & in poſterum eo ſe pacto conſeruent. Qui verò hoc morbi genere contabuerũt, illi non ſolùm de cætero peccare deſinent,ſed etiam ritè agant pœnitentiã, & coram Deo procidant,& morbum beatiſſ. patriarchæ renuncient, rationémque curationis percipiant,& (prout ſcriptũ eſt) fructus producant pœnitentiæ,vt benignus Deus pro opulentia miſerationũ ſuarũ dignetur nos quoque benignitate: & omnes illi agamus gratias de pœnitentium ſalute,quos modò iuſſimus, vt etiã magiſtratus perſequerentur, conciliantes ſibi Deum, qui meritò nobis iraſcitur. Et quidem ſcientes, prudentéſque ad ſanctorum dierum reuerentiam benignum Deum obſecramus,vt ita hi,qui impiæ huius actionis cœno coinquinati ſunt, pœnitentiam capeſſant, ne alia nobis perſequẽdi eius flagitij præbeatur occaſio. Prædicimus autem omnibus deinceps,qui huiuſmodi alicuius ſibi peccati conſcij ſunt, niſi peccare deſierint, & ſeipſos renunciantes beatiſſ. patriarchæ, ſalutis ſuæ curam geſſerint, pro tam impiis actionibus Deum intra ſanctũ feſtum placantes: quòd acerbiora ſibi accerſent ſupplicia, nimirum qui nulla de cætero venia digni habebuntur. Neque enim de eius rei inquiſitione, ac correctione quicquam relaxabitur,negligentiúſve tractabitur contra eos, qui intra ſanctum feſtum ſe non detulerint, aut in tam impia actione perſtiterint: ne ſi omiſſo circa id animo ſimus,Deum contra nos irritemus, quòd cæcutientibus oculis tranſmiſerimus actionem tam impiam, ac prohibitam,& quæ maximè idonea ſit, vt bonum illum Deum in omnium perniciem ad iram prouocet. Proponatur Conſtantinopolitanis ciuibus noſtris. Dat. Idib. Martij, Conſt. DN. Iuſti. PP. Auguſt. ann. XXXII. poſt Baſil. V.C.Conſ.ann.XVIII.

DE HIS, QVI EVNVCHOS FACIVNT.

TITVLVS XXIV.

Nouella conſtitutio cxlij.

Imper. Iuſtinianus Auguſt. Marthanæ.

PRÆFATIO.

SVpplicia, quæ ab aliquot retrò principibus contra eos, qui eunuchos facere auderent, conſtituta ſunt: omnia ſanè manifeſta exiſtunt. Ex quo enim nõnulli rationem ſalutis ſuæ non habentes, ante paruum admodum tempus auſi ſunt

tam impium in ſe delictum admittere: propterea & nonnulli meritas, de ſe dederunt pœnas. Alij poſt irrogata ſupplicia etiam in exilium miſſi ſunt. Verùm enim verò quia ne ſic quidem à tam impia actione temperatur, ſed in tantam multitudinem hoc flagitij genus excurrit, vt ſæpenumero è multis vix pauci euadant incolumes, vſque adeò, vt quidam ex his, qui ſeruati fuerũt, ſub noſtro aſpectu depoſuerint: è nonaginta ægrè tres ſeruatos eſſe: quis obſecro in tantũ ſalutis ſuæ contemptor exiſtit, vt hæc deſpiciat, & inulta relinquat? Nam ſi leges noſtræ eos etiam, qui gladium cõtra aliquem diſtringũt, ſuppliciis ſubdũt: quomodo impunè conniuentibus præterire oculis poſſumus tot perpetratas cædes, & factum contra Deum pariter, & leges noſtras præſumptum? Inde adeò neceſſarium duximus eos, qui huiuſmodi facere auſint, exquiſitiùs per hanc legem perſequi.

CAPVT I.

¶ Sancimus igitur, vt qui in quocumque reipublicæ noſtræ loco, quamcumque perſonam caſtrare præſumunt, aut etiam præſumpſerint: ſiquidem viri ſint, qui hoc facere præſumpſerint, aut etiam præſumunt: idem hoc, quod aliis fecerunt, & ipſi patiantur. & ſi incolumes euaſerint, tam bona eorum addicantur fiſco per eum, qui pro tempore magiſtratum obit gloriæ tuæ, quàm ipſi mittantur in gypſum, vbi locorum per omne vitæ ſuæ tempus eſſe debebunt. Sin verò mulieres ſint, quæ id egerint, afficiantur & ipſæ ſupplicio, & bona earum per eum, qui pro tempore gerit magiſtratum tuum, addicantur fiſco, mittantúrque in exilium: vt ex quo putauerint, aut putant impium ſe lucrum aſſecuturas, ex eo ſupplicia ſimul, & bonorum ſuorum amiſſionem ſuſtineant. Porro & eos, qui ad hoc mandatum dederint, obtulerintve perſonas, aut etiam domos, vel locum aliquem ad hoc præbuerint, aut præbent, ſiue viri ſint, ſiue mulieres, eadem ſubire ſupplicia iubemus, vtpote qui iniuſtæ huius actionis teſtes facti ſunt.

CAPVT II.

¶ Verùm ipſos caſtratos tametſi à vetuſtioribus temporibus liberos eſſe oportebat, iubemus tamen, vt qui iam inde à decima indictione nunc ineuntis menſis per quemcumque in locis noſtræ reipublicę caſtrati fuerint, liberi ſint, neque vllo modo, aut quouis genere contractus in ſeruitutem retrahantur: neque item inſtrumentum de ipſis vel publicum, vel priuata manu conſcriptum, quocumque tandem modo aut per fraudem factum, aut fiendum, valeat. Sed neque inquirendi illorum ſtatus cauſa cognitiones, quæ anacriſes dicuntur, de iſtiuſmodi perſonis interponantur, aut interpoſitæ valeant. Sed & omnes eos, qui tali contractui in poſterum miniſterium præbent, ſuperiùs traditas ſubire pœnas iubemus. Præterea ſi vſueniat, vt ſeruus propter morbum caſtretur: iubemus, vt & ille libertatem nanciſcatur. Qui enim initio liberi erant, eos probabile eſt, cùm in hoc genus morbi inciderint, ſui poteſtatem habuiſſe, vt quod vellent, ſibi remedium adhiberent. Iubemus igitur, vt in noſtra republica caſtrati iam inde à memorato tempore, apud quamcunque perſonã ſint, liberali cauſa adſerantur manu, & liberi ſint, neque vnquam in ſeruitutem retrahantur. Cæterùm ſi qui eorum poſt præſentem noſtram legem aliquos detinere apud ſe caſtratos præſumpſerint: damus etiam ipſis caſtratis licentiam, nimirum qui ſemel ex præſente noſtra lege libertatem promeruerint, vt hîc quidem maieſtatem Imperatoriam, & ſanctiſſ. pro tempore patriarcham adeant, neque non apud glorioſiſſ. imperij noſtri proceres relationem ea de re inſtituant: in prouinciis verò apud religioſiſſimos locorũ epiſcopos, & harum præſides: quò magis prouidentia omnium noſtrorum magiſtratuum, & periculo obtemperantium ipſis cohortium (ſiue Conſtantinopoli, ſiue alibicunque locorum noſtræ reipubl.) his ſecundùm libertatem dẽtur vindiciæ, libertáſque ex præſente noſtra lege ipſis largita conſeruetur. Nam tot cædes conniuentibus oculis accipere per cauſam eorum, qui talia in noſtra præſumũt republ. neutiquam ſuſtinuerimus. Si enim barbari, ſimul atque noſtra de hoc audierunt mandata, hæc cuſtodierunt: quomodo tandẽ permittemus, vt poſt tot retrò principum ſanctiones tale quid denuo delinquatur, & inultum relinquatur in noſtra republica?

DE RAPTIS mulieribus, &c.

a LEgis.] Competere vt C de legib. & conſtit l fin.

b ¶ Dubium. vt C. de leg. & cõſtit. l j & ff. de vulg ſubſti. l. ex facto.

c ¶ Legem. vt C de rap. virgi l. j.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram generalem declarantur legem, ea tam hîc, quàm in prouinciis gloria tua manifeſta pariter faciet, & conſeruabit. Datum XV. Kal. Decembris, domino Iuſtiniano perpetuò Auguſt. Baſilio Viro Clariſſimo Conſule.

DE RAPTIS MVLIERIBVS, QVÆ raptoribus nubunt.

TITVLVS XXV.

Nouella conſtitutio cxliij. Latinè primùm edita: ideo non eſt in Scrimgeriana editione

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Areobindo glorioſiſſ. prætoriorum præfecto, expræfecto almæ vrbis, & exmagiſtro militum.

Hæc Nouella pertinet ad interpretationẽ l. vnicæ. C. de rap. mul. *ex qua raptoris bona rapta adducũtur, & interdicuntur rapta connubio raptoris Inde orta quæſtio eſt, ſi forte cõtra legis interdicta nupſerit mulier raptori, an eo etiã caſu raptoris bona ad eam pertineãt. Et placet nõ pertinere ſed neque ex teſtamẽto raptoris quicquã capere poteſt, & bona trãsferuntur ad parentes raptæ qui nuptiis nõ conſenſerunt, vel his deficiẽtibus ad fiſcum. Idẽ cauetur* Nou. 150. *& patrẽ deportari, qui huiuſmodi nuptiis conſenſerit. Olim raptor cum rapta nuptias faciebat in pœnam, ad raptorẽ uxore per litterem deducta: vt* Quintilianus ait *quod & Pontifices reduxiſſe videntur. Malè pro hac* Nou. *hîc edunt quidam quod eſt* Nou. 145. *Eſt autem hæc Conſtitutio Latina, cuius ſubſcriptio hæc fuit. Dat. xy Kal. Iun C P Imp. Dn Iuſtin. PP. Augu. ann xxxvj. poſt Cõſul. Baſilij V. C ann xxij.* CVIACIVS.

Mulier rapta ſubſtantiam raptoris lucratur, niſi nupſerit raptori: quo caſu ad ſuos parentes deuoluitur, ſi tali matrimonio non conſenſerint: aliàs ad fiſcũ debet peruenire. his obtinentibus in caſibus futuris, ac etiã præteritis BART.

PRÆFATIO.

LEgis interpretationem culmini tantùm principali competere [a], nemini venit in dubium † [b]: cùm promulgandæ quoque legis autoritatem, fortunæ ſibi vindicat eminentia. Meminimus itaque pro raptu mulierum, ſiue iam deſponſatæ fuerint, vel maritis coniunctæ, ſiue non, vel etiam ſi viduæ ſint, legem ante poſuiſſe, & capitis ſubieciſſe ſupplicio non tantùm raptores, verumetiam comites eorum, necnon alios, qui eis auxilium tempore inuaſionis contuliſſe noſcuntur: & non tantùm parentibus mulierum, verùm etiam conſanguineis, & tutoribus, & curatoribus huiuſmodi dediſſe per eandem legem vindictam, & præſcriptis pœnis locũ dediſſe, ſi iam nuptæ, vel deſpõſatæ mulieres rapiãtur, cùm non ſolùm raptus mulieris, verumetiam adulterium per huiuſmodi temeritatem committitur: & ſuper alias pœnas, raptoris etiam, necnon aliorum, qui cum eo fuerint, patrimonium raptæ mulieri vindicari per eandem legem [c] præcipimus: vt dotis etiam marito

† [illegible]

marito legitimo dandæ copia per raptoris ei miniſtretur ſubſtantiam. Illo quoque ſpecialiter adiecto, vt nulla ſit mulieri, vel virgini raptæ licentia, raptoris eligere matrimonium: ſed cui parentes voluerint (excepto raptore [a]) legitimo matrimonio copulari: nullo modo, nullo tẽpore licentia mulieri raptæ permiſſa, raptoris ſe coniungere matrimonio: ſed parentes etiã ſi tali cõſenſerint matrimonio, deportari præcipimus. Sed mirati ſumus, quòd conati ſunt aliqui dicere raptam mulierem, ſiue volentem [b], ſiue nolentem, etſi raptoris ſit amplexa matrimonium contra noſtræ conſtitutionis tenorem: debere tamen eam raptoris [c] habere ſubſtantiam, vel quaſi legis præmium, vel ex teſtamento fortè, ſi hoc etiam factum eſſe cõtigerit. Qui enim talia dicere præſumpſerũt, prædictæ legis feriem intelligere non potuerunt. Qui enim tale ſtare matrimonium, etſi rapta voluerit, prohibuimus [d], & ob hoc parentes raptæ mulieris deportationis ſubiecimus pœnæ, ſi huiuſmodi conſenſerint matrimonio: quomodo raptas mulieres raptorum eligentes connubium, præmiis honoraſſemus raptæ datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationem, vel [e] in poſterum reſecantes, priorem legem per præſentem interpretari cenſuimus. [f] Sancimus † itaque, ſi rapta mulier, cuiuſcumque ſit conditionis, vel ætatis, raptoris nuptias eligendas eſſe cenſuerit, parentibus præſertim non conſentientibus: nec ex beneficio legis, nec ex teſtamento raptoris hæreditatem ſuſcipere, vel quocumque modo ſubſtantiam vindicare [g]: ſed præmium, quod per legem noſtram raptæ mulieri datum eſt, vt raptoris [h] & eorum, qui ei auxilium tempore inuaſionis præbuerint, bona vindicet, hoc ad parentes, ſi ambo, vel vnus ſuperſit, qui nuptiis ſpecialiter non probantur conſenſiſſe, ex tempore raptus ipſo iure transferri [i]: & patrimonium raptoris non raptam iam habere mulierem [k] quæ coniugio ſe raptoris inquinare non piguit, ſed in perſonas transferri, quas ſuperiùs nominauimus ei non conſentientes coniugio. Nã nefarios † huiuſmodi coitus pœnis corrigi, non præmiis competit [l] honorari. Quòd ſi parentes iam deceſſerũt, qui huiuſmodi ſceleri conſenſerunt: ſubſtantia raptoris, nec non & aliorum, qui facinoris fuerint participes, fiſci iuribus vindicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodo caſibus, verùm in præteritis [m] etiam valere ſancimus: tanquam ſi noſtra lex ab initio cũ interpretatione tali promulgata fuiſſet à nobis, præfecte chariſſime, atque amantiſſime. Quæ igitur per hãc legem noſtra ſtatuit æternitas, tua celſitudo effectui mancipari, obſeruarique præcipiat.

a ¶ *Excepto raptore. vt in Lombarda de rapto. virg. l. vlti.*
b ¶ *Siue volentem.* ¶ In eo quod voluit [a], quomodo punietur poſtea adulteriũ? Reſpõ. quòd patri [b] iniuria facta videtur: *vt ff. de iniur. l. j. §. vſque.*
c ¶ *Raptoris.* & in hoc malè dicebant debere habere ſubſtantiam raptoris. Ac o.
d ¶ *Prohibuimus.* ſcili. & adhuc hoc prohibemus. I o.
e ¶ *Vel.* pro ſaltem.
f ¶ *Cenſuimus* ¶ Not. interpretari [c] veterem legem per nouam.
g ¶ *Vindicare.* ſunt & alij caſus, quos diximus *Inſtit. de leg. §. legari.*
h ¶ *Raptoris. ſ. bona.*
i ¶ *Transferri.* ¶ Not. dominium [d] transferri ſine poſſeſſione: *vt dixi C. de pact. l. traditionib.* ACCVRSIVS.
k ¶ *Mulierem.* habentem.
l ¶ *Competit.* ¶ Nota pœnas [e] imponi delictis: *vt hic, & 5. vt nulli iudic. §. quoniam* & præmia merentibus: *vt hic & C. de ſtat. l. vt virtutũ*
m ¶ *In præteritis.* ¶ Nota quòd lex [f] ad præterita trahitur facta: *C. de leg. & conſt. l. leges.*

a Volẽti facta iniuria pleruſque punitur.
b Iniuria filiæ illata, patri facta intelligitur.
c Lex noua veterem interpretatur.
d Dominium transferri poteſt ſine poſſeſſione.
e Pœnas delictis, præmia merentibus imponi oportet.
f Leges ad præterita plerumque trahuntur.
† Secundùm iſta iura mulier rapta non poterat cõtrahere cum raptore: ſecus eſt tamen de iure canonico [illegible] de rapto.
† Contr. l. qui contra. C. de inceſt. nup. & in c. [illegible] in fin. extra, de donat. inter vir. & uxo.

DE SAMARITANIS.

TITVLVS XXVI.

Nouella conſtitutio cxliiij.

PRÆFATIO.

VT impiam Samaritanorum hæreſin, & omni ratione carentem horum veſaniam ad meliorem frugem perduceremus, neque non ipſorum animas, quo detinentur morbo, liberaremur: ſæpenumero tam pientiſſ. princeps pater noſter, quàm etiam nos ipſi ſtudio habuimus. Sed in pleriſque horum non potuimus id, in quod longo ſtudio incubuimus, effectui tradere. Euaſerunt enim in tantam nonnulli eorum veſaniam, vt vel ſalutari baptiſmo dignati, denuo ad id mali, vnde diſceſſerant, redierint, & eadem cum Samaritanis habere in pretio, eodem cum ipſis agitari furore dignoſcantur. Præclarum igitur nobis viſum eſt, veterem illam, & prius contra ipſos propoſitam patris noſtri legem renouare.

Authentica.

CAPVT I.

¶ Ac propterea ſancimus, vt ipſi neque ex teſtamenti tabulis, neque abſque iis hæredes fiant, legatáve capiant, aut donationis titulo rem aliquam nanciſcantur. Sed neque Samaritani, aut in vniuerſum hæretici quive rectam ſe Chriſtianorum fidem amplecti ſimulant, cùm reuera neque ita ſentiant, neque huic conſentanea faciant: ad hæreditatem ab inteſtato vocati ſucceſſionem habeant. Item neque teſtamenta conſcribant, neque legata relinquant aut donent: niſi qui ea percepturi ſunt, & rectè de fide ſentiant, & fideles ſint operibus. Nam ſi nemo horum ſit: iubemus, vt poſt ipſorum mortem horum bona ad ſacratiſſ. pertineant ærarium. Vnde & ſacra illa forma, per indulgentiam ipſis à patre noſtro conceſſa, quæ legis vicem obtinens, largitur ipſis, vt hæreditatem pariter adire, & tranſmittere, item legatis honorari, & legata relinquere poſſint: in poſterũ vacabit, neque prorſus vllam firmitatem habebit. Nam ſi huius ſe clementia indignos eſſe perhibuerint, qui Samaritanorum agitantur veſania: neminem alium, quàm ſeipſos accuſabunt, cùm à benignitate Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti alieni ſint. Liberalitates autem ab Imperatoria olim maieſtate ipſis conceſſas amittant in hoc, vt ad meliorem mentem redeant, non vt perpetuò in peruerſa hac opinione ſua permaneant.

CAPVT II.

¶ Excipimus autem à præſente lege ruſticos, qui Samaritanorum opinionibus honorem habent idque non ipſorum gratia, ſed propter conſtitutionem prædiorum, quæ ab ipſis coluntur, propterque reditus, & tributa, quæ exinde inferuntur publico, vt qui ruſticitate ſeducantur. His etenim permittimus, vt tam aſcendentes, quàm deſcendentes, & ex tranſuerſo cognatos ſuos hæredes, legatarióſve ſcribant, tametſi Samaritanorum errore detineantur: vt tamen fundos rectè colant: quò magis & vberior exinde prouentus ad prædiorum dominos deferatur, & per ipſos ad fiſcum. Sed & ſine teſtamentis prædicti alter ad alterius hæreditatem peruenient propter eandem cauſam. Quandoquidem etſi nemo horum inueniatur, nihilominus tamen volumus, vt prædij dominus, in quo ruſticus defunctus eſt, ab illo relicta capiat, & fiſci locum teneat, vtpote qui & pro illo publicis ſatisfaciat tributis. Præterea Samaritanum omnino neque militiam capeſſere concedimus, neque ad ciuilem adminiſtrationem accedere, neque poſtulare in iudicio, neque poſtremò in conſortium diſertiſſimorum aſſumi rhetorum, neque adoleſcentes inſtituere. Sed & ſi qui ex iis ſalutari dignati baptiſmo, ad priſtinum denuo errorem reuerſi, obſeruare ſabbata, aut etiam alia quædam agere videantur, quæ coarguant per ſimulationem ipſos ſanctum baptiſma aſſumpſiſſe: eos proſcribi iubemus, & in perpetuum tradi exilium. Iiſdem quoque pœnis eos ſubdimus, qui contra rectam Chriſtianorum fidem impiũ iſtis patrociniũ præſtiterint. Per-

pulchrum verò nobis videtur, vt ad incontaminatum accurrentes baptiſma non temerè ſuſcipiãtur, ſed cum quadam obſeruatione, & inſtructione, quæ initiationis tempore fieri ſolet. Dicimus autem, vt qui omnino ſenſu aliquo bonæ doctrinæ tangi poſſunt, per duos primùm annos in fide inſtituantur, & pro viribus Scripturas ediſcant: tuncque demum ſacro redemptionis offerantur baptiſmati, tam longi temporis pœnitentia prorſus redemptionis fructum aſſecuti. Pueros autem admodum, qui per ætatem doctrinas intelligere nequeunt, etiam abſque hac obſeruatione ſacro dignari baptiſmate admittimus. Porrò nullus Samaritanus Chriſtianum habebit mancipium: ſed ſimulatque emptum fuerit, protinus in libertatem rapiatur. Quòd ſi æque peruerſa opinione mancipium, vt ipſe dominus, fuerit: licitum ei eſto, ſi Chriſtianorum de fide ſententiam exoſculetur, illico & Romana ipſum libertate potiri.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per præſentem declarantur legem: ea proponens gloria tua ſolemnibus locis, effectui, & fini contradi præcipito.

VT DE CÆTERO NVLLAM LICENTIAM habeat dux, aut Biocolyta Lydiæ, & Lycaoniæ in Phrygiam vtramque, & Piſidiam aduenire.

TITVLVS XXVII.

Nouella conſtitutio cxlv.

Idem Auguſt. Ariouindo glorioſiſſimo P. P.

Βιοκωλύτης ſpeciale fuit nomen ducis in Phrygia, Piſidia, Lycaonia, Lydia, vt diximus Nou. 8 *à compeſcendis violentiis, & graſſationibus, quæ in eis prouinciis ſunt nimio plures: militaris magiſtratus* Ex hac nouella *imperium eius minuitur, & Lydia, ac Lycaonia circumſcribitur, quaſi, ceſſantibus iam in Phrygia, & Piſidia graſſationibus, in his prouinciis minimè neceſſariis. Phrygiam ſæpe in his libris duplicem facit, Salutarem, & Pacatianam, atque etiam Notitia Romani imperij, vnde ſatis liquere poteſt de ſubſcriptione primæ epiſtolæ ad Timotheum, recentiorem eam eſſe.* CVIAC.

PRÆFATIO

His, quæ ſemper incidunt, competẽtem ſingulis medicinam inuenientes, poſtquam quæ vtilitatis ſunt, præterierint, iterum prioris efficimur ordinis, vſque ad ſolum dolentem medicinam ſuſtinentes quod tale alius præſens noſtra ſacra vult lex. Modicè enim prius aliud quoddam in diſciplinationes populares, aliud verò latronum incurſus in Phrygiam, atque Piſidiam fieri diſcentes, eo quòd ciuilem gubernationem ſcindat rei ſolicitudo, tam his, quàm Lycaoniæ, & Lydiæ militarem adminiſtrationem præpoſuimus, ducem, ſeu Biocolytam nominantes eum, qui ſuper hanc ordinatus eſt partem. ſed nunc adire nos, qui Phrygiam vtramque, & Piſidiam habitant, vt ea, quæ pridem commiſſa ſunt in eis, compeſcantur, dicentes neque latrocinia in locis illis compeſcita. neque enim in hominibus enutriri prouincias, bonus * verò non ferri à nobis inuenti ſinguli quòd miniſtrantes ei continuò inuadant prouincias, & comprehendant aliquos, & damnis afficiant, & quòd turbis militaribus impleta ſint loca illa, & omnino inhabitabiles eſſe eis prouincias: etenim & ipſis per ſe ciuilibus iudicibus copioſis ad rei correctionem conſtitutis, & eorum, qui prouincias habitant multos aliorum quietem inuentum facientes, quò cinguli huius abutantur περιβολῆ, * & comprehendant innocentes, & quæ non ſunt iuſta in eis agi.

* Locus obſcurus etiam in Græco & in contrarium ſenſũ ab Haloandro raptus.

* Retinuit Græcum verbũ id eſt, prætextu, circum, in manuſc. additur. Peribole dicitur, quando iudex habet multos homines, & in ipſos habet fiduciam.

CAPVT I.

¶ Hæc ſæpius dicentes eos miſerti ad præſentem noſtram ſacram venimus legem, per quam ſancimus, auferri de cætero, quæ dictæ ſunt à nobis prouinciæ (dicimus Phrygiam Salutarem, & Phrygiam Pacatianam, & Piſidiam) de cingulo illo, quod tam ipſis, quã Lycaonis, & Lydis impoſuimus olim, & nullam licentiam ex præſenti eſſe eis, qui eam habent adminiſtrationem, ita in eis fieri prouinciis tanquam dignitates habentes aliquod cum eis participium, aut trãſmittere aliquem de officio ſuo, aut aliter eis competentibus, & comprehendere aliquos. Sed neque licentiam eſſe eis, qui ex illis prouinciis ſunt, confugere ad vnumquemque hanc (dignitatem) & querelam inſinuare aduerſùs inuicem, ſiue prò pecuniariis, ſiue pro criminalibus fuerit, quod mouetur, pœnam metuentibus (triginta librarum auri) vtpote nobis omnem tranſitum ad dictas nobis prouincias excludentibus his, qui per tempus habuerint dignitatem, aut his omnino, qui in eorum ordinem relati fuerint, vt neque præcepta in illis prouinciis aut contra eos, qui in eis habitant, neque aliquid vindicabunt eorum quę in his feruntur: ſed contenti ſint tam Lycaoniorum, quàm Lydorum (prouincia) in ipſis iubentes ſolis, tanquã ſi in principio iſtis duobus prouinciis concluſiſſemus dignitatem eorum, nullũ participium in Phrygiam vtramque, aut Piſidiam dantes ei. Omni enim ex hoc difficultate prouincias liberamus, illas ciuilium iudicum dignas in omnibus tam pecuniariis, quàm criminalibus reſpicientium, ſcientibus his quòd ſi quodlibet factum latrocinium, aut inuaſionem in illis locis, aut ablationem rerum perſequantur, & ablatum vindicent, ex ipſis ſuis facultatibus ex hoc datum diſpendium curare, neceſſitatem habebunt, tam in cingulo conſtituti, quàm etiam poſt depoſitum illud. Itaque ſi vel tentauerit poſt præſens tempus qui Lycaoniæ, & Lydię militarem habet dignitatem, aut ipſe ire ad prædictas nobis prouincias, aut dirigere aliquos de ſuo officio, fiduciam damus epiſcopis ciuitatum prohibere eum, aut eos, qui ab eo deſtinati fuerunt, irruere volentes, & expellere de locis eos, vtpote ſemel per præſentem ſacram prohibitos legem: ſuper quod eſt pœnam xxx. librarum auri impoſitam tam ei, qui pro tempore habet cingulum, quàm his, qui ei obedire deputati ſunt, ſiue tale aliquid iubeat, aut ipſi præſumpſerint miniſtrare: & ſuper hoc cinguli amiſſione periclitabuntur & ipſius ſubſtantiæ.

EPILOGVS.

¶ Tua igitur gloria, quæ per præſentem nobis diuinam legem ſancita ſunt cognoſcens, faciet quidem decreta conſequentia ipſis: edictis verò vtetur, & præceptis ad eos, qui prouincias moderantur, & ciuitatum epiſcopos, vt & hanc per ciuitates proponant legem, & omnibus manifeſta faciant, quæ per eam nobis placuerunt occupationem. (Dat.* VI. Idus Februa. Conſtantinopoli, Domini noſtri Iuſtinia. PP. Auguſt. anno * XV. Poſt conſulatum Baſilij Viri Clariſſimi anno XII.)

* Incluſa non ſunt conuerſa à veteri interprete.

* Sic in meo manuſcr. ſed legendum, XXXVIII. poſt conſulatum Baſil. V.C. Scrimgerus ſub-ſcriptio hic vitioſa eſt.

VT LICEAT HEBRÆIS SECVNDVM traditam legem ſacras ſcripturas Latinè, vel Græcè, vel alia lingua (legere:) & vt de locis ſuis expellantur non credentes iudicium, vel reſurrectionem, aut dicentes Angelos ſubſiſtere creaturam Dei.

TITVLVS XXVIII.

Nouella conſtitutio cxlvj.

Idem Auguſt. Ariobindo PP.

Quacunque lingua legi, vult ſacros libros nec probat verſutiam Iudæorum qui quo facilius lingua Hebraica ignaris imponerent, non aliam, quàm Hebraicam linguam recipiebant. non tamen quàlibet tranſlationem probat, vt Græca lingua (cùm eſſent tranſlationes octo,

quæ

quæ vocarunt, βιβλία [illegible]) interpretationem tantùm probat lxx. & interpretationem Aquilæ. Δευτέρωσιν damnat: id eſt (vt Hieronymus varijs locis interpretatur) Traditiones, & obſeruationes Phariſæorum, Iudaicas fabulas, hac Nouella hominum inuẽtiones Damnat & impias hæreſes Iudæorum. CVIAC.

PRÆFATIO.

NEceſſarium quidem erat Hebræos ſacros audientes libros non ſolis literis adhærere, ſed ad reconditas eis prophetias reſpicere, per quas magnum Deum, & Saluatorem generis humani Ieſum Chriſtum adnunciant. Sed etiam ſi inſenſatis ſemetipſos interpretationibus tradentes à recta vſque nunc aberrauerunt gloria *, tamen certare ad inuicem diſcentes ipſos, non ſuſtinuimus ſine iudicio eis relinquere tumultum. Per has enim ipſorum, quæ nobis adductæ ſunt προσθήκην*, dicimus quod quidem ſolam habentes Hebraicam vocem, & ipſa vti in ſacrorum librorum lectione volunt, nec Græcam tradere dignantur, & multum dudum tempus pro hoc ad inuicem commouentur. Nos igitur huiuſmodi diſcentes meliores iudicauimus eſſe & Græcam vocem ad ſacrorum librorum lectionem tradere volentes, & vocem omnem ſimpliciter, quàm locus aptiorem, & magis cognitam audientibus faciet.

* δόξης, ſed hoc loco debet vertere, ſententia.

* id eſt, additione, retinuit verbum Græcum tacita ignorantiæ confeſſione.

CAPVT I.

¶ Sancimus igitur licentiam eſſe volentibus Hebræis per ſynagogas ſuas, in quocunque Hebræi omnino loco ſunt, per Græcam vocem ſacros libros legere conuenientibus, vel etiam patria forte (Italica hac dicimus) lingua, vel etiam aliorum ſimpliciter, vnà ſcilicet cum locis etiam lingua commutata, & per ipſorum lectionem, per quam clara ſunt quæ dicuntur, conuenientibus omnibus deinceps, & ſecundùm hæc viuere, & conuerſari. neque fiduciam eſſe his, qui apud eos ſunt, expoſitoribus ſolam Hebraicam tradentibus, malignari hanc, quemadmodum voluerint, multorum ignorantia ſuam ipſorum abſcondentes malam conſuetudinem. Veruntamen hi, qui per Græcam legunt, Septuaginta vtantur traditione, quæ omnibus certior eſt, & præ aliis melior iudicata, præcipuè propter quod circa interpretationem contigit, quia & per duos diuiſi, & per diuerſa interpretantes loca, tamen vnam tradiderunt omnes compoſitionem.

1. ¶ Ad hæc verò quis non horum virorum & illud admiretur, quia multò antiquiores ſalutari apparitione magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti conſtituti, tamen illam futuram, tanquam videntes, ſacrorum librorum traditionem fecerunt, tanquam prophetiæ gratia circumfulgente eos? & hac quidem vtuntur præcipuè omnes. Sed non tamen tanquam eis reſiduas excludere ſanciuerimus interpretationes, licentiam damus & Aquila vti, etſi alienæ tribus ille, & non competentem in aliquibus ſermonibus habet cum Septuaginta interpretatione diſſonantiam. Eam verò, quæ ab eis dicitur, Secunda editio, interdicimus omnimodo, vtpote ſacris non coniuncta libris, neque deſuper traditam de Prophetis, ſed inuentionem conſtitutam virorum ex ſola loquentium terra, & diuinum in ipſis habentium nihil. Et ipſas ergo ſacras voces legunt, codices ipſos *reſpuentes* †, ſed non abſcondentes quidem, quæ per eos dicta ſunt. exterioribus verò traditis ſine ſcriptis, vanæ vocis, vtentes, ad ſimpliciorum per ipſos excogitatis perditionem. Vt hac data à nobis licentia, neque damnis aliquibus ſubiiciantur omnino, qui Græcam vocem, & alias tradunt, neque ab alio quouis prohibeantur.

† ἀποκαλύπτοντες. *aperientes, replicantes* vertere debuit.

Neque licentiam habebunt hi, qui ab eis maiores omnibus *Archipherecitæ*, aut presbyteri, forſitan, vel magiſtri appellantur, perinœis † aliquibus, aut anathematiſmis hoc prohibere, niſi velint propter hos caſtigari corporis pœnis, & inſuper priuationem facultatum nolentes ſuſtinere: meliora verò, & Deo amabiliora volentibus nobis, & iubentibus.

† ἀφορισμοῖς, retinuit verbum Græcum, id eſt, *animaduerſionibus, cenſuris.*

CAPVT II.

¶ Si quidam verò apud eos *atheos** vanæ nouæ vocis eloquia inferre præſumpſerint, aut reſurrectionẽ, & iudicium negare, aut facturam Dei, & creaturam Angelos ſubſiſtere, hos & expelli volumus loco omni, & non relinqui vocem blaſphemiæ, & ita à Dei ſimul lapſam notitia: præſumentes enim eos affari aliquid huiuſmodi, vltimis ſubdantur ſuppliciis, illato errore ex hoc Iudæorum emendantes gentem.

* ἄθεοι κενοφωνίας, *ſine* Deo nouas vocũ mutationes.

CAPVT III.

¶ Oramus verò eos *, aut per iſtam, aut per illam linguam ſacros libros audientes, ſeruare quidem interpretantium malignitatem: non ſolas verò conſiderare literas, ſed rebus refici, & diuinum veraciter intellectum accipere, vt & redoceri quod melius eſt, & quieſcere aliquando errantes, & in hoc ipſo quod eſt omnium χαλεπώτατον * peccantes, in Deum ſpem dicimus. Propterea enim omnem eis vocem aperimus ad ſacrorum librorum lectionem, vt omnes de cætero eorum accipientes ſcientiam doctiores ad melius fiãt, re confeſſa conſtituta, paratiorem multò ad diſcretionem eſſe, & ad melioris intentionem, ſacris innutritum libris, & parum quod deſit habentem ad emendationem, quàm ſcientem quidem horum nihil, ſolo verò cultus inchoatum nomine, & tanquam anchora retentum ſacra, & doctrinam piam *, hæreſis appellationem eſſe putantes.

* Videtur ex veſtigiis ſcripturæ addẽda negatio, *vt non ſeruare iſtam*, &c. aut *ſeruare* pro *obſeruare* accipiendum.

* Retinuit verbũ Græcũ, id eſt, *opportuniſſimum*, & *profaniſſimum*.

* θεῖον magis ſenſum ſequitur, quàm verba.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc præſentem piam legem declarata ſunt, cuſtodiet quidem tua gloria, & quod tibi obtemperat, officium. Seruabit & pro tempore, qui in eodem cingulo ordinabitur, & non permittet omnino Hebræos præter hæc facere, ſed inſiſtentes & prohibere omnino nitentes, corporalibus primùm pœnis ſubiiciens, exiliũ incolere compellet, auferens & bona, vt non ſimul ipſi contra Deum, ſed & imperium audaciter inſurgant: vtetur autẽ & præceptionibus ad prouinciarum præſides, præcipiens ipſis noſtram legem, vt & ipſi hanc diſcentes, proponant per ciuitatem vnamquamque, ſcientes quòd hæc obſeruari vtile erit, qui noſtram indignationem veriti fuerint. Datũ VI. Idus Febr. Conſtatin. DN. Iuſtinia. PP. Auguſt. anno XXV. poſt Baſilij V.C. Conſulatum ann. * XII.

* Subſcriptio hæc ex Latino manuſcripto ſũpta, rectior eſt ea, quæ in Græco extat, niſi quod pro XII. huc loco legendum eſt X.

DE RELIQVIS PVBLICIS NON EXIgendis, & de diſcuſſione diuerſarum actionum.

TITVLVS XXIX.

Nouella conſtitutio cxlvij.

Idem Auguſt. Ariobindæ P.P.

PRÆFATIO.

ET ſi expenſam multam nunc ſuprà quam aliquando reipublicæ eſſe oportet, tantam magnitudinis præbitionem benignitate accipienti Dei, & ad augmenti rationem ſuperimpoſitos expugnanti barbos, omnem tamen prouidemus viam vt & expenſarum non prohibita fiant, & nulla miſericordiæ ſpecies circa ſubiectos noſtros relinquatur.

 Quanta

Quanta igitur ſingulis interpellantibus nobis, & debita prætendentibus publica, & inopiam redditionis, præparatè remuneramus, & qualiter nullus miſericordiam petens ſine actu à noſtra receſſit facie, hoc dicere non noſtrum eſt, his, quæ pro his ſcripta ſunt, & ipſis, qui remunerationes acceperunt, atteſtantibus nobis. Sed quia modicum, & imperio indignum eſt de ſingulis interpellantibus proprias aliquorum munerationes facere, aut etiam vſque ad villas, aut ciuitates ſolas, aut in ſolas prouincias noſtram extendere miſericordiam, & non magnum aliquid, & commune de omnibus ſubiectis facere.

CAPVT I.

¶ Propter hoc ad præſentes noſtras venimus donationes, per quas *Sancimus* dimitti omnibus noſtris ſubiectis reliqua omnino debita à præterito circulo primæ indictionis & eius, & in quam præcedentes noſtras concluſimus donationes, vſque adhuc currentem ſeptimam * indictionem & ipſam: vt ſint viginti duo anni continui in noſtros ſubiectos à nobis factæ largitatis, & nulla reliqua exigi ex illo relata tempore. Hæc verò dicimus non in his, quæ in auro ſolùm, ſed etiam ſi argentum, aut triticum, aut quædam alia ſpecies debita ſit, & hoc quidem † ſiue quod à ſubiectis debitum ſit, ſiue ab Illyrica præfectura, aut ſacrorum noſtrorum theſaurorum, ſiue pro fructibus †, ſiue pro reſiduis titulis quomodocumque inferendis ab eis. In commune enim omnibus noſtris ſubiectis hanc noſtram largitatem concedimus, vt nemo pro temporibus illis ſuper eos reliquum inducat, qualemcumque faciens reliquorum exactionem, ſiue ab ipſis deſtinatus cingulis, aut qualitercumque publicam perſonam ſibi vindicans, ſiue aliqua inferens præcepta, aut deputationes: quoniam quidem & his, qui huiuſmodi quid acceperint, & tanto continuè non exigere tempore, contra ſubiectos noſtros auferimus exactionem. Inſuper & contra ipſum publicum. qui enim debet continuè tantùm, vel negligens, vel ſportulis † magis, & non principalibus factus, & neque ab eis, neque à publico accipiens, non in tempore deinde memoratur deputationũ: aut exinde exactionem inferre tendat. E contrariò autem eum, qui huiuſmodi aliquid facere præſumpſerit, tanquam noſtris peſtiferum repellimus donationibus, vt omnem de cætero repetitionis occaſionem aut perinœam * auferri, tam contra ſubiectos, quàm contra publicum, & maiore prævalere, & ex hoc ἀσφαλισεύτῳ noſtris ſubiectis. Quoniam autem & his perfruentur donationibus, & quæ ſacris noſtris priuatis, aut diuino noſtro patrimonio competunt poſſeſſiones, & neque contra colonos, neque contra locatores, aut emphyteutas exactio fiſcalium pro prædictis à nobis fiet temporibus, aut ab his, qui publicum exigunt, aut palatinis ipſis manifeſtum eſt. Hæc verò dicimus de his, quæ debentur adhuc, & apud noſtros ſunt ſubiectos. Si enim aliquid contigerit illis dare, & hoc apud curiales forſan, aut officiales, aut hypodectas †, aut delegatores, aut apud hos, qui prouinciarum ſunt numerarij, remanſit, hoc non comprehendimus, neque partem facimus præſentis noſtræ donationis: ſed ſeruabitur publico. Inutiliſſimo † conſtituto, vt quod à ſubiectis datum eſt, non fiſcus accipiat, ſed proprium aliorum lucrum fiat.

* Hinc liquet circulum indictionalem eſſe quindecim annorũ.

† Vertendũ eſſet ex Græco Sermonem, ſiue thronorum tuorum ſit, quod à ſubiectis debitũ ſit, ſiue Illyricianæ præfecturæ, aut ſacrorum, &c.

† Φόρων, Haloand pro tributis.

† commodis.

* [illegible], retinuit Græcum verbum, id eſt, calliditatem, vafra animi luſtrationem. nam in Nouel. 49. [illegible] vertit *luſtrationibus*.

† retinuit Græcum, id eſt, [illegible].

† id eſt, cũ ſit res abſurdiſſima.

CAPVT II.

¶ Hac verò noſtra largitate excludimus, & quæ cauta ſunt forſitan, aut fideiuſſa publico à † numerariis, aut arcariis, aut ſcriniariis, nihil enim neque his de æqua conferimus donatione, quia ſemel propria fecit, & penè habet hæc accipiens fiſcus. De ſacra verò hac largitate excipimus tam militares, quàm fœderaticas diſcuſſiones, ipſæ enim non contingunt quidem noſtros ſubiectos. Iuſtam verò exactionem contra illos inferunt, qui non competenter de publico accipiunt, quanquam ſi occaſione militaris, vel fœderaticæ expenſæ contigerunt accipientes, tamen proprium hoc lucrum facientium: & multò magis hoc noſtra excepimus donatione ciuilium pecuniarum inquiſitiones, & inſuper operum diſcuſſiones, tam quæ in hac fœliciſſima ciuitate, quàm in aliis prouinciis: quoniam non eſt iuſtum tanto à nobis emiſſo auro pro occaſione munitionis reipublicæ, adminiſtrantes quidem lucrum iniuſtum habere; fraudari verò loca noſtra largitate, aut debita eis munitione, aut ciuitates pecuniis, quæ ad ornatum earum diuiſæ ſunt, defraudari. Quia verò etſi malignantes omnino odimus, ſed noſtras tamen humanitates obliuiſci nullo poſſumus modo: propterea ſancimus quæ à nobis in quibuſdam capitulis facta exceptio eſt, locum habere ſuper his, quæ nuper tranſiit primæ indictionis temporibus: hanc verò dicimus † ſexdecim pridem annis factam. De his enim, quæ præcedunt temporibus ſimplicem, & generalem omnibus continuè noſtram humanitatem concedimus, nullam exceptionem in eà facientes, vt communem omnes homines perfruantur ſecuritatem, & nullam reliquorum exactionem ex qualibet occaſione ex illis procedere temporibus. Hanc nos quidem ſubiectis humanitatem concedentes Deo magno offerre actum exiſtimauimus oportere, vt omnes his perfruentes bonis, gratias pro imperio confiteantur magno Deo, qui & hunc nobis in mentem actum immiſerit.

† obi in Græco eſt [illegible], ſemper vertit numerariis. Cont.

† id eſt, [illegible] indictionem, quæ [illegible] annos præceſſit [illegible] [illegible].

Incluſa [illegible] Hæc [illegible] ea, quæ [illegible] Græco [illegible] legem. [illegible]

EPILOGVS.

¶ (Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarantur legem, ea ſtudeto tua excellentia ad opus adduci, & ſeruari feſtinet.) Da. Prid. Kalen. Conſtantino. D.N.N. Iuſtin. PP. A. anno XXVIII. poſt Conſulatum Baſilij V.C. ann. III.

DE INDVLGENTIA RE-
liquorum publicorum.

TITVLVS XXX.

Nouella conſtitutio cxlviij

Ant. Cont. interprete.

PRÆFATIO.

QVantam circa communia rerum ſtatim ex procemiis noſtri imperij facimus prouidentiam, & ſtudium, traditæ nobis ex Deo reipublicæ curam gerentes, ex his, quæ iam fecimus, manifeſtum fecimus vniuerſis. Nam publicum debitis multis prægrauatum inuenientes, & ad vltimam penuriam repulſum, in noſmetipſos ſuſcepimus debitum, onere ſimul, & difficultate multa ſubleuantes illud, & rem militarem diffluentem iam neceſſariorum penuria, ita vt reſpublica Barbarorum inſultibus, & incurſibus immenſis peſſundaretur, ſecundùm quòd nobis fuit poſſibile, competenti correctione ſumus dignati: quin nec vſque ad hæc & ſola oportere exiſtimauimus circa ſubiectos ſtare auxilium: ſed & cuiuſdam alterius participes facere humanioris ſententiæ ſubditos lege iuſſimus opus eſſe, liberos ipſos his, quæ ab ipſis debebãtur, debitis publicis facientes.

In editione Scrimgeriana [illegible] eſſe [illegible] ex eius lectione apparet, anno [illegible] eſſe, & [illegible] [illegible] eſſe.

CAPVT I.

¶ Communem igitur & hanc noſtram beneficentiam in omnes ſubiectos extendentes, indulgemus ſuperioris temporis vſque ad octauam indictionem

& ipſam

& ipſam præſentis cycli debita à ſubiectis publico: & ſancimus nullam exactionem geri eorum, quæ in reliquis debentur vſque ad dictam indictionem, ſiue generalem, ſiue ſpecialem menſam tuæ gloriæ hæc reſpiciant, ſiue cingulum ſacrorum apud Illyrios prætoriorum, ſiue glorioſiſſimi Iuſtiniani præfecti eorum, qui in Myſia, & Scythia ſunt militares numeri ſiue ſacrorum noſtrorum theſaurorum, ſiue ſacratiſſimi noſtri ærarij, ſiue ſacri patrimonij, ſiue magnificentiſſimi curatoris domorum *. Sed omne quicquid tam in auro, quàm argento, & cæteris ſpeciebus debitum ſit, id omnibus debentibus indulgeatur, ita vt neque coloni, neque conductores, neque emphyteutæ, neque etiam poſſeſſores exigantur debita publico reliqua, eorum quæ à prędicta indictione fluxerunt & ipſa temporum.

* Perperam Haloānder rerum privatarū.

CAPVT II.

¶ Excipimus autem ab hac noſtra largitate militares, & fœderaticas diſcuſſiones. Ipſas enim ſubiectos neque omnino contingere accidit, præter eos, & quidem ſolos, qui ſibi ex publico pecunias erogaſ as, in lucrum proprium conferunt. Item ea, quæ militaribus ordinibus, vel fœderaticis deputata ſunt à publico, & quæ apud dictos hypodectas, vel exactores, aut delegatores, ſiue in auro, ſiue in argento, & in aliis, quæ in ſpecie conferuntur, inueniātur à ſubiectis ſoluta, exigentur & ipſa, & ſoluentur quibus competens eſt prædictorum noſtrorum cingulorum. Ad eundem verò modum & alios omnes, qui acceperunt à noſtris ſubiectis aurum, vel aliud quid ex dictis à nobis indictionibus, & hoc non depoſuerūt in publicum (ſi deponi competens erat) excipimus à præſenti noſtra donatione, vt illud in publicum, aut his, quibus congruit, ſoluatur: ſubiectorum enim miſereſcentes præſenti eos dignati ſumus humanitate. Sed neque eos, qui apud ſe publicas ſuſceperunt pecunias, priuare verò publicum volūt, ſiue illos, ad quos deſtinati erāt. Perſpicuum autem eſt, quòd ſi quidam hanc noſtram præſentientes munificentiam ſuper indultis reliquis, per aliquam τεχνασίαν, id eſt, machinationem, à ſubiectis cautiones, aut fideiuſſiones acceperint, aut in propria tranſtulerint debita, vel aliud quid in fraudem huiuſmodi meditati eſſe, aut feciſſe deprehendantur, nihil ex his vtilitatis habebunt: reddent verò cautiones his, à quibus receperunt ipſas. Omnes autem gratias Deo, & nobis confitebuntur: alij quidem quia debentes reliqua, indulgentia & humanitate dignati ſunt: alij verò quia nihil reliquorum nomine debentes, liberati ſunt ſolicitudine, ſuſceptorum gratia cuſtodiæ, ne hi, quibus accidit ſępe, pro iiſdem inquietari temporibus, rurſus tanquam quibus furto propria iugatio interciderit, ad ſoluendum præſtò eſſe debeant, vſque ad octauam indictionem habentes ſecuritatem, vt in omnes reuera præſens noſtra diſtribuatur donatio.

Retinui Græcum, vt & vetus interpres in ſuperiore Nouella.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur ſancita ſunt à nobis, & per hanc noſtram pragmaticam legem manifeſtata, tua gloria literis vſa per hanc regiam vrbem omnibus manifeſta conſtituet. Datum Conſtantinopoli DN. Iuſt. PP. Aug. anno XIX. poſt Conſulatum Baſilij V.C anno IIII.

Hanc ſubſcriptionē, coniectura ex ſuperiori & hac lege ſumpta, ſic puto reſtituendam.

VT DEI AMANTISS. EPISCOPI, CVM prouinciarum indigenis, & incolis, quos ſibi præſides eſſe velint, eos ſibi a ſacratiſſi. Principe concedi petant, iiſque gratis præſides fiant: vt tamen qui in præſidem petitur, idoneè fiſco caueat. Si verò præſidem petere diſtulerint, vt tum aduerſùs eum, qui ipſis præſes miſſus fuerit, quodcunque etiam occaſione publicorum tributorum fecerit, querelam inſtituere nequeant.

TITVLVS XXXI.

Nouella conſtitutio cxlix.

PRÆFATIO.

Dvm reipublicæ à Deo nobis datæ curam gerimus, ſimúlque vt ſubditi noſtri in omnibus iuſtitiæ bono fruantur, operam damus, hoc vnum nobis inde ab initio propoſuimus, vt quicquid antea imperfectum, & confuſum fuiſſet, id & corrigeremus, & vndique perfectum exhiberemus. Anxia itaque reputatione habita, quomodo & fiſcus, & ſubditi illæſi, & indemnes permaneant, animaduertimus nos facilè id conſequuturos, ſi efficeremus, vt prouinciarum præſides, vbi magiſtratu gratis ſuſcepto, ritè fiſco cauiſſent, in omnibus rectè, ac legitimè magiſtratu fungerentur: ita vt ab omni iniuſtitia, quæſtu, alioquíque turpitudine, atque re vetita abſtinerent.

CAPVT I.

¶ Ne igitur peregrini aliqui in prouincias ſe ingerentes, illas iniuria afficiant, noſque crebris aduerſùs illos interpellationibus inſtituendis moleſtias ſuſtineamus: hortamur cuiuſque prouinciæ ſanctiſſimos epiſcopos, eoſque qui ex indigenis: & incolis primas tenent, vt per communem libellum ſupplicem de iis ad noſtram potentiam referant, quos idoneos eſſe ad prouinciæ ſuæ gubernationem exiſtiment. His enim magiſtratus inſignia gratis traditurí ſumus: tamen vt publicum, & fiſcalem canonem ſe illaturos caueant, atque nihil contra leges ſe exacturos, neque cuiquam collatorum vim illaturos, illis datis ſponſoribus promittant, ſe annonis contentos, publicorum tributorum exactioni inuigilaturos, iiſque, qui in ſacris illationibus probi, & prompti ſint, mites ſimul, & paterno affectu exhibituros: cum improbis verò, atque refractariis acerbiùs in actionibus acturos, neque inde quicquam lucri ablaturos. Oportebit verò etiam nihilominùs illos, coniectis in leges oculis, quibuſcumque litigatoribus æqualitatem, atque iuſtitiam tribuere, & vt ſumptibus, ac longinquitate temporis atterantur, citò illos dirimere: rum & eos, qui deliquerint, in ius rapere, & ſecundùm legem pœnas illis infligere, denique in omnibus iuſtitiam exhibere.

CAPVT II.

¶ Ac ſanè non hiſce ſolis hæc præcipimus, verùm etiam cuiuſque magiſtratus aſſeſſoribus, aliiſque quicunque magiſtratibus ſubſeruiunt. Nam ſi quis illorum aut in publicorū tributorum exactione negligenter ſe geſſerit, aut collatores noſtros damnis, contumelioſiſve oblaſionibus inuoluerit, ſimul bonis excidet, ſimul ſummo ſubiicietur ſupplicio. Etenim Deo auſpice hoc vnum nobis ſtudio eſt, vt prouinciæ bonis legibus regantur, tutóque habitentur, atque præſidum iuſtitia fruantur: & verò publica tributa citra querelam inferantur. Impoſſibile enim eſt, vt ſacris tributis non illatis, alioqui reſpublica conſeruetur. Militares namque copiæ, aſſignato ſibi ſalario inde percepto, hoſtibus reſiſtunt, & collatores à barbarorum incurſionibus, & truculentia vindicant: denique agros, atque ciuitates à latronum, alióque modo imcompoſitam vitam ſectantium vi, & irruptionibus agendis excubiis defendunt: ex illis etiam reliquæ cohortes ea, quæ ipſis attributa ſunt, accipiunt: muri, atque ciuitates indidem inſtaurantur: publicarum balnearum hinc calefactiones procedunt: poſtremò ſpectacula, aliáque omnia, quæ ad delectationem ſubditorum inuenta ſunt, ex iiſdem curantur: vt quæ ab illis contribuuntur, partim in

tim in ipſos, partim propter ipſos inſumantur, & impendantur: nobis autem prorſus nihil inde præter iſtarum rerum curas habere contingit: non tamen eas mercede vacuas, quum magnus ille Deus, & Seruator noſter Ieſus Chriſtus, magnitudine clementiæ ſuæ permultis propter hoc nos bonis remuneretur.

CAPVT III.

¶ His itaque omnibus prouincialibus hominibus velut præconio à nobis denunciatis, & quanta noſtra ſit erga ſubditos beneuolentia, & liberalitas per hoc oſtenſo, magis propitium, ac benignum Deum habituri ſumus, qui tantoperè ne quid detrimenti ſubditi capiant, curemus. Si verò hoc noſtrum beneficium conſecuti, in præſidum electione, opinione, atque ſpe fruſtrentur, neminem præter ſe ipſos culpare poterunt. Neque etiam ſi hos eligere, & ad nos referre diſtulerint, vllo amplius iure de iis, qui hinc in prouincias emittentur, ſi propter publicorum tributorum collectionem nihil non fecerint, querimoniam inſtituent: neque verò nos vt de his nos adeant, eóſque deferant, dehinc ſuſtinemus. Qui enim facultatem eligendi præſides à nobis ceperunt, vt illi gratis magiſtratibus ſuſceptis publica tributa inferrent, ipsíque ab ipſis nulla iniuria afficerentur, ſi hi in illorum electione negligenter verſati fuerint, permittendum illis nullo modo erit vt de ipſis conquerantur, nóſque illos delaturi adeant, atque moleſtiam exhibeant, Cæterùm nullus omnino in perſoluēdis, quæ ipſi incumbunt publicis tributis, vlla dilatione vti poterit, non ſacra domus, non ſanctiſſima Eccleſia, non pium pauperum receptaculum, aut monaſterium, non denique clarus, aut obſcurus quiſquam. Neque verò eos, qui rempublicam adminiſtrant, neque quos ἐκλήπτορας * vocant, neque etiam alios, quibus publicarum contributionum cura incumbit, periculo, quod hinc exiſtere poſſit, eximimus. Quæ enim in commune omnibus conducunt, illorum, qui in fiſcum improbi eſſe velint, iniuſto propoſito anteferimus.

* Latinè, ſuſceptores.

EPILOGVS.

¶ Vt autem quæ pulchrè à nobis proponuntur, omnibus manifeſta fiant: iubemus, vt tua excellentia hoc præſens ſacrum edictum per fœlicem hanc vrbem, & in prouinciis, conſpicuis in quaque ciuitate locis proponat. quò neminem ratio, qua fiſci, ſubditorùmque indemnitati conſulatur, à nobis ſereniſſ. adinuenta lateat, D.X V. kalen. Febr. Conſtant. Imp. DN. Iuſt. PP. Auguſt. anno VIII. poſt Conſ. eiuſdem ann. III.

DE EA QVÆ RAPTORI SVO NVBIT.

TITVLVS XXXII.

Nouella conſtitutio cl.

PRÆFATIO.

PRæſens conſtitutio cōfirmat pœnas in conſtitutione ipſam præcedente prædictas. iubet enim, ne puella raptum paſſa, raptori ſuo nubat. Sin verò hoc fecerit: non ſuccedit ei, cuiuſcumque tandem ſectæ, aut ætatis ſit. Nam ſi ipſi coniuncta non fuerit: capiet omnia bona eius. Si parens conſenſerit raptum paſſæ filiæ ſuæ, vt raptori ſuo copuletur: mittetur in exilium. Si mortuus eſt non præbito conſenſu, tunc raptoris bona confiſcantur, videlicet cùm nefariæ ſint eiuſmodi nuptię, ſi denuo raptori ſuo raptum paſſa puella copuletur.

NE DECVRIO, AVT COHORTALIS perducatur in ius, ſiſtatúrve iudicio citra iuſſionem principis, quæ inſinuetur præfectis.

TITVLVS XXXIII.

Nouella conſtitutio clj.

Imper. Iuſtin. Aug. Areobindo prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO

SVggeſtio nobis per epiſtolam gloriæ tuæ facta eſt, quæ dicit, non ex vſu eſſe, vt decuriones, aut cohortales, cùm publico, priuatóve cum ipſis iure agendum eſt, ad diuerſa iudicia, vel ad hanc almam perducantur vrbem, vel in alias mittantur prouincias: ſæpenumero autem ſacras noſtras præberi iuſſiones, quæ id velint. petiiſtíque vt ſacra pragmatica forma prohiberetur, ne quis cohortalium, aut decurionum iudicij cauſa vel ex alia in aliam prouinciam duceretur, vel ad hanc vſque regiam pertraheretur vrbem. ſi verò ſacræ de hoc componantur formæ: vt hæ priùs inſinuentur iudicio excellentiæ tuæ, & decreta, vt æquum eſt, ſuſcipiant.

CAPVT I.

¶. Nos igitur tametſi omnem productionem in ius, exhibitionemque in iudicio auerſamur: ſi tamen neceſſitas incidat vt huiuſmodi aliquid agatur, nulli noſtrorum magiſtratuum, excepto throno tuo, concedimus, vt cohortalem, aut decurionem ad hanc almam vrbem iudicij cauſa perduci faciat: niſi ſacra aliqua interueniat iuſſio, quæ expreſſis verbis id præcipiat, quam ipſam conuenit vt & excellentia tua perdiſcat, neque citra decretum tuum ipſe huc in ius perducatur, cùm ita fieri id expediat publico: ne ſi ex iis locis, vbi publicas tractant pecunias, abſtrahantur, hanc anſam arripiant nocumentum inferendi contra rempublicam.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram noſtram pragmaticam declarantur formam, ea ſtudeto excellentia tua effectui, & fini tradere.

NE SACRÆ FORMÆ, QVÆ DE CAVSIS procedunt publicis, aliter robur accipiant, quàm ſi glorioſiſſ. prætoriorum præfectis inſinuatæ ſint, vel fuerint, illíque habeantur ratæ.

TITVLVS XXXIV.

Nouella conſtitutio clij.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Ioanni glorioſiſſimo prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

DAntes operam, vt diuino cooperante auxilio cum ſumma diligentia res Imperij à Domino Deo nobis concrediti gubernentur: iubemus ne aliter forma de publicis confecta cauſis ad magnificentiſſimum ducem, aut etiam Auguſtalem, aut clariſſimos prouinciarum præſides valeat, niſi priùs inſinuáta fuerit iudicio excellentiæ tuæ: quæ verò inſinuatæ non fuerint, nullam firmitatem habeant. Abſurdum etenim fuerit, ſacram formam pro publicis confectam cauſis, non priùs inſinuari throno excellentiæ tuæ, atque ita tranſmitti in prouincias, finíque contradi,

CAPVT

CAPVT I.

¶ Si quid igitur hucuſque ad detrimentum reipublicæ factū eſt, iubemus hoc irritum eſſe: ſancientes, vt quæuis de cætero ſacræ formæ pragmaticæ, ſiue ad Auguſtalem, ſiue ad ducē, ſiue ad reliquos prouinciarum præſides conficiantur occaſione (vt dictum eſt) cauſarum publicarum: omnino inſinuētur iudicio excellentiæ tuæ, eóque pacto (vt dictum eſt) cum iuſſionibus excellentiæ tuæ mittantur in prouinciam: vt quæ quidem ſacræ formæ ad detrimentum reipubl. factæ non ſunt, hæ & ſuſcipiantur, coniiciantúrque in præceptiones, & ab excellentia tua mittantur in prouincias, quatenus certo fini tradātur: quæ verò ad detrimentū reip. per obreptionem fiunt, has quidem ſacras formas tua ſuſcipiat excellentia: non tamen prius quæ inibi ſunt repoſita faciat, quàm ad nos relationē ea de re pertulerit: quò magis ſi quid (vt poteſt fieri) ad detrimentum factum eſt reipublicæ, id corrigamus Quæcunque enim ſacra pragmatica forma publicarum cauſarum nomine facta, throno excellentiæ tuæ inſinuata non fuerit: hanc nullo valere tempore volumus.

DE INFANTIBVS EXPOSITIS.

TITVLVS XXXV.

Nouella conſtitutio cliij.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Menæ glorioſiſſ. præfecto prætoriorum Illyrici.

Vt infantes expoſiti, liberi fiant, videlicet ſi eos dominus expoſuerit, quemadmodū de ſpadonibus, & de circumciſis dictum eſt, Nou. 129. 142. *Nam ſi alienum quis vernam expoſuerit, domino reddendus eſt Id verò apparet argumento ægrotantis ſerui, quo vtitur: qui ſi dominus eiecerit, nec curauerit, dominiū & patronatum amittit: ſeruus fit Latinus ex Conſtitutione Claudij, ciuis Romanus ex Cōſtitutione Iuſtiniani,* l.ij ff. qui ſine man. ad lib. per. vlt. C. de bon. lib. Lenica. §. ſed ſcimus. C. de lib. tol. *Expoſitus à Græcis appellatur* [illegible], *ad* d. l. 2. *ideóque apud Harmenopulū* lib. 1. tit. vlt. *perperam* [illegible] *definitur eſſe furioſus, & demens: nam certè furor non liberat ſeruitute. Non poſſunt etiā expoſitorum educatores, eorū dominium ſibi vindicare,* l. vlt. C. de infant. expoſit. & de iis, qui ſanguin. nut. accep. *vbi infantes recens nati, ſanguinolenti vocātur: vt* l. ij C. de pat. qui fil. d. lt. *Donatus* in Andriā, *A matre ſanguinolentum nō pulchrū, ſed ſcitum pronūciat, Iuuenalis, A matre rubentem. Prudentius* contra Symmachum, *Quos ſanguinolentos edendi mos iuuat.* CVIAC.

PRÆFATIO.

CRimen à ſenſu humano alienum, & quod ne ab vllis quidem barbaris admitti credibile eſt, Dei amantiſſ. Theſſalonicenſis Eccleſiæ apocriſiarius Andreas ad nos retulit, quòd quidam vix ex vtero progreſſos infantes abiiciant, inque ſanctis eos relinquant Eccleſiis: & poſtquam educationem, atque alimoniam ab hominibus pietatis ſtudia exercentibus promeruerint, hos vindicent, & ſeruos ſuos eſſe pronuncient, cupientes crudelitati ſuæ hoc etiā apponere, vt quos in ipſis vitæ primordiis ad mortem expoſuerint, eos poſtquam adoleuerint, defraudent libertate. Ex quo igitur huius generis factū multa ſimul in ſe abſurda complectitur, cædem videlicet, ac calumniam, & quæcūque aliquis in tali actione facilè enumerauerit: æquum ſanè erat, vt qui talia perpetrarant, vindictam, quæ proficiſcitur ex legibus, non effugerent: ſed quo magis alij exemplo horum temperatiores fierent, extremis pœnis ſubiicerentur: vt qui per actionis impudentiam ſua detulerint flagitia, id quod in poſterum cuſtodiri iubemus.

CAPVT I.

¶ Qui itaque ad eum modum in Eccleſia, aut vicis publicis, aut aliis locis proiecti fuiſſe comprobati erunt: hos omnibus modis liberos eſſe præcipimus, licet, ei, qui præiudicio contendit ad hoc, manifeſta exiſtat probatio, & poſſit huiuſmodi perſonam ad ſuum pertinere dominium oſtendere. Nam ſi noſtris præcipitur legibus, vt ægrotantes ſerui à dominis ſuis pro derelicto habiti, & quaſi deſperata iam valetudine, cura dominica non dignati, prorſus ad libertatem rapiantur: quantò magis eos, qui in ipſo vitæ principio aliorum hominum pietati relicti, & ab ipſis enutriti fuerunt, non ſuſtinebimus in iniuſtam ſeruitutem pertrahi? Quin ſancimus, vt tā religioſiſſimus Theſſalonicenſium archiepiſcopus, quàm ſancta Dei ſub ipſo conſtituta Eccleſia, & gloria tua his opem ferat: neutiquam illis, qui hæc patrant, legibus noſtris conſtitutas pœnas effugientibus: nimirū qui omni inhumanitate, & crudelitate referti ſint, tanto deteriores homicidio pollutis, quanto calamitoſioribus id inferunt.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram noſtram declarantur legem, ea tam gloria tua, quàm qui eundem pro tempore magiſtratum ſuſcepturi ſunt, & obtemperans vobis cohors, effectui, ac fini tradere, & obſeruare ſtudento. Quinque etenim librarum auri pœna imminebit tam his, qui hæc tranſgredi pertentauerint, quàm qui alios tranſgredi permiſerint.

DE HIS QVI IN OSDROENA illicitas contrahunt nuptias.

TITVLVS XXXVI.

Nouella conſtitutio cliiij.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Floro comiti ſacrarum rerum priuatarum.

PRÆFATIO.

PRæter opinionem incertus ad nos rumor peruenit, quòd hi, qui Meſopotamiam, & Oſdroenam prouincias incolunt illicitis ſe iungere auſint nuptiis: & Romanas leges, neque non interminatas in iis pœnas, veteres ſimul, & nouas tranſgrediantur, in illicitas, ac prohibitas incidentes nuptias, dum vicinis, & adiacentibus populis morem gerunt. Cæterùm nos nihil quidquam horum credidimus: neque enim arbitramur homines eſſe, qui quidem, cùm portio ſint noſtræ reipubl. tale quid facere audeant, quo facto & progeniem ſuam dehoneſtent, & confundant nomina.

CAPVT I.

¶ Vnde & perueſtigare ea volumus, & ſi omnino huius generis aliquid factum ſit, extremum delinquentibus inferri ſupplicium. Sed quia & longum tempus eſt, neque credimus eiuſmodi aliquid delicti admiſſum eſſe, vt maximè huiuſmodi quid contigerit: tamen quod præteriit, quocunque ſe modo habeat: his, qui Oſdroenam, & Meſopotamiam prouincias incolunt propter diuerſas hoſtium irruptiones, quæ quotidie in ipſis fiunt, indulgemus: maximè verò agreſtis vt plurimùm multitudo hæc fertur delinquere: ſinimuſque ea manere ſub præſente forma, haud ſcrupuloſius, nimiſque anxiè hæc inquirentes, quæ vſque ad Nouellam ſacram de hoc noſtram (vt potuit fieri) conſtitutionem perperam admiſſa fuerunt: ſed omnem huiuſmodi de hoc inquiſitionem contra perſonas, & res ad earum prouinciarum incolas pertinentes prohiberi ſancientes. Poſt noſtram verò legem, quæ nuper de hoc fuit propoſita, ſi quis præſumpſit, aut etiam præſumpſerit tale quid facere: volumus,

volumus, vt is extremis ſubdatur pœnis, ſciturus, quòd non intra pecuniarias pœnas reſiſtemus, ſed tam ipſum, quàm vxorem, & liberos ex illicitis procreatos nuptiis poſt noſtram conſtitutionem digna animaduerſione perſequemur, & periculum capitis ſimul, atque bonorum ademptionem irrogabimus: nulli parcentes ſiue maioris ſiue minoris ſtatus, aut conditionis, aut (quod multò etiam difficilius eſt) ſacerdotij ſit: ſed omnibus plectendis ſolemnem, & Romanis legibus decentem ordinem conſeruabimus, non tantummodo partem bonorum ablaturi, ſed & cum toto patrimonio partem corporis: & ſi importuniùs illicitas contractas nuptias deprehenderimus, ne ipſam etiam vitam quoquam ſaluare queunte: vt per omnia pœnæ conſentaneæ ſint delictis. Oportet enim recta pariter, ac conuenientia ſapere, & alios ad earundem rerum æmulationem excitare: non verò ipſos perpetrare legibus contraria, & ex mutua vitiorum imitatione refugium quærere. Hæc igitur conſeruari in prædictis prouinciis volumus: tam ciuilibus, quam militaribus magiſtratibus idipſum cuſtodientibus, & vt pœnæ delinquentibus imponantur, procurantibus. Atque hoc mandatu tuo volumus ibi locorum programmatis per proprios magiſtratus manifeſtum fieri: niſi & ipſi extremis ſubdi velint ſuppliciis, ſimul & magiſtratuum, ac bonorum amiſſionibus, ſi quid horum per negligentiam omiſerint.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram pragmaticam declarantur formam, ea ſtudeto gloria tua effectui, & fini tradere.

VT MATRES ETIAM TVTELÆ rationibus obnoxiæ ſint.

TITVLVS XXXVII.

Nouella conſtitutio clv.

Imperator Iuſtinianus Augſtus Beliſario.

PRÆFATIO.

POrrexit potentiæ noſtræ ſupplicationem Martha clariſſima fœmina, qua continebatur, quòd magnificæ memoriæ Sergius, qui pater eius fuit, cùm obiiſſet mortem, tenera admodum ætate ipſam reliquerit, quódque clariſſ. mater eius Auxentia, teſtatione apud actorũ monumenta depoſita, non ſe ad ſecundas peruenturã nuptias, tutelam eius ſubierit: & legibus noſtris de hoc definito iureiurando præſtito, res adminiſtrauerit. His ita ab ea geſtis, quaſi neque iuſiurandum ab ipſa præſtitum, & deſpicabile patrimonium relictum eſſet: paucula quædam in inuentario ab ea confecto deſignaſſe: poſtea etiam ſecundas elegiſſe nuptias, cùm tutorem ipſi nominaſſet Petrum. Item è ſecũdo matrimonio duos habuiſſe filios. & cùm rectè erga ipſam affecta non eſſet, inſtitutum quidem ab ea tutorem adminiſtratione deſtitiſſe, cùm ipſa vix decimumtertiũ apprehendiſſet annum, petiiſſéque vt ſecundæ ætatis curatorem quæreret, mox etiam perſuaſiſſe, vt pro ſe acceptilationes conſcriberet, & omni actioni, quæ ſecundùm leges ipſi poſſet competere per cauſam tutelarium rationum, iſtiuſmodi acceptilationibus renũciaret: cùm in cubiculo per id tempus eſſet, neque quicquam ſciret eorũ, quæ gererentur. Neque enim poſſibile fuit, vt ea, quæ apud illã educaretur, neque in vllo contradicere poſſet his, quæ aduerſùs ipſam gererentur, vt maximè inferri ſibi detrimẽtum ſenſiſſet: aliquid ageret eorum, quæ prohibere potuiſſent ad ipſius attẽtata iacturam. Poſtquam verò tempus effecerit, vt quæ aduerſùs ipſam agitata eſſent conſilia, perſentiſceret: ſe quidem apud matrem vſam exhortationibus, ne his, quæ in fraudem ſuam geſta eſſent, perperam vteretur: ſed vti matrem deceret, ſe oſtenderet: & quas primùm res in bonis habuiſſe noſceretur, ſibi reſtitueret. Ipſam verò cùm ſe totam filiis ex ſecundo matrimonio procreatis expoſuiſſet, neutiquam iſtiuſmodi rationes edidiſſe: quin è contrario ſacram noſtram prætendiſſe ſanctionem, qua continetur, nõ poſſe reſtitutionis contra ipſam iura in vſum aſſumi: tametſi ea nihil eius generis de matribus, quæ filiorum tutelam ſuſcepiſſent, & ſecundas exoſculatæ eſſent nuptias, ſanciret. Atque ea de cauſa ſupplicationem nobis porrexit, quò magis & mentẽ ſacræ conſtitutionis redderemus manifeſtam, & extra controuerſiam poſitam: neque ſi perperam in ea contentis vteretur Auxentia mater eius, res à patre relictas in lucrum proprium conuerteret.

CAPVT I.

¶ Cùm igitur hæc in ſe contineret ſupplicatio, meritò ad ſacram hanc pragmaticam formam reſpeximus: per quam ſancimus, vt quoniam ſacra noſtra ſanctio nullam mentionem facit earum mulierum, quæ ſuſcepta filiorum ſuorum tutela, ſecundas amplexæ ſunt nuptias: nõ liceat Auxentiæ clariſſimæ fœminæ eam ſacram noſtram ſanctionem perperam in vſum deſumere. Propter cauſas autem prædictas, & quia monumenta actorum, ſub quibus Marthæ filiæ ſuæ tutelam ſuſcepit, oſtendunt legibus definitum ipſam iuſiurandum præſtitiſſe, non ſe ad ſecundas peruenturam nuptias, & quòd iuſiurandum aſpernata, in matrimonium ſecundo ſe merito iunxit, & ſuſceptis ex eo liberis, effecit, vt clariſſima filia eius Martha pro rerum reſtitutione acceptilationes in ipſam exponeret: ſummam vtique licentiam habere Martham clariſſimam fœminam poſſe ſancimus, vt reſtitutionis in integrum iure vtatur, præſertim cùm nondum ſe vicéſimumquintum ætatis ſuæ annum exceſſiſſe profiteatur: ſacra ſanctione à nobis propoſita, quæ ſancit, ne filij contra parentes ſuos, aut liberti contra patronos ſuos poſſint reſtitutionis in integrum iure vti: neutiquã ipſi obiicienda, propterea quòd nihil lex de his diſputet, quæ filiorum ſuorum tutelam ſuſceperunt, quin contrà, eo quòd altera poſt hæc ſacra noſtra proceſſerit ſanctio, quæ ſancit, ne qui tutores conſtituuntur, aliter filiorũ tutelã ſuorum ſuſcipiant, quàm ſi deſignationis ſuæ tempore apud acta depoſuerint, quòd pupillos indefenſos non relinquent: & ſi contingat etiam matrem filiorum ſuorum tutelam ſuſcipere, vt & ipſa hoc faciat, tutelaribúſque rationibus obnoxia ſit: & ſi alium pro ſe deſignare tutorem velit, vt ſuo, & ſubſiſtentium illi rerum periculo id faciat. Vnde omnibus modis hoc etiam caſu conuenit, vt ſi Martha clariſſima fœmina comprobauerit, non præteriiſſe ea tẽpora, in quibus reſtitutoriæ ipſi actiones competerent, tam reſtitutione in integrum vtatur, quàm omnibus aliis, per quæ leges noſtræ minoribus ætate opem, & auxilium præbent. Sancit etenim noſtra potentia, vt omnis reuerentia, quæ parentibus debetur à liberis, item honor atque obſequium parentibus conſeruetur: dum tamen nihil ab ipſis in illorum detrimentum fiat. Vt verò ex prioribus nuptiis filios deſpiciamus neque religioni putamus cõſentaneum: neque alioqui conuenite, vt res, quæ ex paterna ad ipſos peruenerunt ſubſtantia, huiuſmodi matres poſſint vel ſibi, vel his, qui ſecunda vice ipſas habent in matrimonio, vel ex iſtiuſmodi matrimonio procreatis liberis lucrifaciant.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per ſacram hanc pragmaticam declarantur formam, ea ſtudeto gloria tua vnà cum beatiſſimo archiepiſcopo Theopolitanæ Eccleſiæ,

Eccleſiæ, effectui, & fini tradere. Dat. Kal. Febr. Conſtant. DN. Iuſtin. PP. Auguſt. V. C. Conſule.

DE PROLE PARTIENDA inter ruſticos.

TITVLVS XXXVIII.

Nouella conſtitutio clvj.

PRÆFATIO.

DOcuerunt nos, qui ſacroſanctæ Apamienſis Eccleſiæ negotia gerunt, quòd ad alios quoſdam pertinentes ruſtici cum ruſticanis mulieribus ſuis ſe coniunxerint, exindéque procreauerint filios: petierúntque, vt & ruſticos ipſis aſſignarent, & horum filios maternum ſequentes vterum. Sed qui hæc petunt, hi ſanè conſtitutionem noſtram, quæ nuper prodiit, intelligere non videntur, quid ea ſibi velit.

CAP. I.

¶ Nam ſi liberi aliqui ſe adſcriptitiis coniungant: ſecundùm rationes conſtitutione comprehenſas, infantes matrem ſequentur: vnde ad libertatem non perueniunt. Si verò ruſtici ſint: non ampliùs conſtitutioni illi per omnia locus fit: ſed quemadmodum nuper decreuimus, & lege cauimus, proles diuiditur in partes. Et ſi quidem æqualis ſit natorum numerus, in duas partes diuiditur: ſi inæqualis, aut etiam vnus tantùm natus ſit: tunc quod redundat, venter habet, propterea quòd & amplius laborauerit: & vnus quidē ſi ſit, matrem ſequetur: ſi verò tres nati fuerint: duo quidem, duæve matrem ſequentur: vnus autem ad proprietatem paterni dominij peruenturus eſt: atque ita ſemper (vt prædiximus) id, quod impar eſt, habebit venter. Et ſecundùm hæc Apamienſes quoque prolem partiendam eſſe cognoſcunto: vt quod multis retro temporibus in controuerſia fuit poſitum, intelligant denuo ſub noſtram redactum ſanctionem.

DE RVSTICIS QVI IN ALIENIS prædiis nuptias contrahunt.

TITVLVS XXXIX.

Nouella conſtitutio clvij.

Imper. Iuſtinianus Auguſt. Lazaro Comiti Orientis.

PRÆFATIO.

EX his, quæ diuerſimodè ad nos relata ſunt, didicimus in Meſopotamia, & Oſdroena prouinciis quidpiam delinqui, noſtris planè temporibus indignum. Conſuetudinem etenim apud ipſos eſſe, vt qui ex diuerſis originem trahunt prædiis, nuptias inter ſe contrahant. Inde ſanè conari dominos, de facto iam contractas nuptias diſſoluere, aut procreatos filios à parentibus abſtrahere, exindéque totum illum locum miſerè affligi, dum & ruſticani viri, & mulieres ex vna parte diſtrahuntur, & proles his adimitur, qui in lucem produxerunt: & ſola noſtra opus eſſe prouidentia.

CAPVT I.

¶ Sancimus igitur, vt prædiorum domini de cætero ruſticos ſuos, prout voluerint, conſeruent: neque quiſquam eos, qui iam coniuncti ſunt, poſſit ſecundum conſuetudinem priùs obtinentem diuellere, aut compellere vt terram ad ipſos pertinentem colant, abſtraheréve à parentibus filios prætextu conditionis colonariæ. Sed & ſi quid huiuſmodi fortè iam factum eſt: corrigi hoc ſimul, & reſtitui efficies, ſiue filios abſtrahi contigerit, ſiue etiam mulieres, nempe vel à parentibus, vel contubernij conſortibus: eo, qui reliquo deinceps tempore huiuſmodi aliquid facere præſumpſerit, etiam de ipſo prædio in periculum vocando. Quare libera ſunto contubernia metu, qui dudum ipſis immittitur, & parentes habento ex hac iuſſione filios ſuos: nequeuntibus prædiorū dominis ſubtilibus contendere rationibus, & vel nuptias contrahentes, vel filios abſtrahere. Qui enim tale quid facere præſumpſerit: etiam de ipſo prædio in periculum veniet, cui eos vindicare ruſticos attentat.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per ſacram hanc pragmaticam declarantur formam, eā prouidentiam habeto magnificentia tua, tibique obtemperans cohors, & qui pro tempore eundem magiſtratum geret, vt ad effectū deducantur, conſeruentúrque: trium librarum auri pœna imminente ei, qui vllo vnquam tempore hæc tranſgredi attentauerit. Dat. Kal. Maij Conſt. DN. Iuſtiniano PP. Auguſt. Biliſario V. C. Conſule.

VT DELIBERANDI IVS ETIAM AD impuberes tranſmittatur.

TITVLVS XL.

Nouella conſtitutio clviij.

Sciendum eſt impuberē, per ſe hæredem exiſtere matri adita hæreditate, vel petita bonorū poſſeſſione, tutore auctore ſi exceſſerit infantia l. j. C. ad Tertyl. *Infantē per ſe adire, vel bonorum poſſeſſionem petere non poſſe per tutorem poſſe, atque ideo ſi delatā infantis hæreditatē matris, tutor non adierit, vel ſi bonorum poſſeſſionē non petierit, & infans interim deceſſerit, non tranſmitti eam hæreditatē ad hæredes infantis, ſed in eam vocari eos, qui vocarentur, ſi hæreditas infanti delata nō fuiſſet.* l. ſi infanti. C. de iur. delib. *Cui videtur obſtare.* l. cū in antiquioribus. eod tit. *quæ generaliter definit hæredem poſt delationem hæreditatis habere annū ad petendā deliberationē, & intra eum annum decedentem tranſmittere arbitrium deliberandi in hæredes ſuos. Itaque ſicut hæc Nouella declarat ſine pugnet.* d. l. ſi infanti. *dicemus eam nō habere locum, niſi infante decedente poſt annum: quo caſu ius deliberandi nō tranſmittitur in hæredem infantis. His cognitis, ponamus ſpeciem, de qua quæritur in hac Nouella. Deceſſit mater relicta filia impubere, quæ & patrem iam antè amiſerat: mox poſt mortē matris intra annū deliberationis, nondum agnita hæreditate matris filia deceſſit, relicta auunculo & amita: quæritur, an hæreditatem matris tranſmiſerit ad hæredes ſuos, & quos habeat hæredes. Inciderat hæc ſpecies ante* No. 117. *quæ non pertinet ad præterita: & hoc eſt quod ait in* hac Nouella, *hanc ſpeciem eſſe antiquiorem eo die, ex quo est* 118. Nouella *valere iuſſa eſt. Nam legendum hoc loco* [illegible], *non* [illegible]. *Debuit ergo ſpecies decidi ſecūdum ius vetus. Tractemus tā nouo, quàm veteri iure vti decidi debeat. Iure veteri huic filiæ ab inteſtato hæres eſt amita ſola, excluſo auūculo, quia agnata præfertur cognato. & in eam filia tranſmiſiſſe cenſetur hæreditatem matris, qui deceſſit intra annum deliberationis. Iure nouo huic filiæ ab inteſtato hæredes ſunt amita, & auunculus ex æquis partibus, confuſo agnatico, & cognatico iure, & in eos filia cenſetur tranſmiſiſſe hæreditatē matris, quia deceſſit intra annum deliberationis & ad* l. ſi infanti, *reſpondendum eſt, eam totum habere poſt annum.* CVIAC.

PRÆFATIO.

OBlatæ nobis à Thecla, quæ & Manno appellatur, preces ſunt, quæ declarant Theclam quondam è vita deceſſiſſe, relicta Sergia filia impuberem ætatem agente: cùmq; vix ſexdecim dies matri ſuperuixiſſet filia, obiiſſe & ipſam mortem in contagione illa, quæ nuperrimè homines inuaſerat. Eam verò, quæ nobis preces porrexerit, inquit Sergiæ patri ſororem extitiſſe: Coſmam autem Theclæ fratrem Sergiæ hæreditatem vindicaſſe, dictaſſéque eo nomine iudicium. Rurſum hanc, ne non rectè contentiones ſereret, abiiſſe ad Ioannem prouincialis fori aduocatum, percontatum de legibus quæ hanc cauſam concernerent: illúmque reſponſum in ſcriptis

ptis edidiſſe eo ipſo ſignificantem, quòd Sergiæ ad ipſam delata eſſet hæreditas. Atque ea ſane de cauſa controuerſię iudicem delegiſſe ipſum Ioannem, Coſmæ partes agente Æſculapio quodam ſcriniario, per Orientem magiſterij militum. Sed Ioannem contrariam edidiſſe ſententiam his, quæ in ſcriptis reſponderat, vſurpata ad hoc in ſentẽtia lege iuſtiſſ. principis Theodoſij, quæ dicit non poſſe eum, qui nondum ſeptem annorum natus ſit, maternam vindicare hæreditatem, niſi tutorem habeat: ſed vt ad illos ea deferatur, quibus competitura eſſet. & ſi defunctus impubes ad hæreditatem legibus vocatus non eſſet. Neque hęc tantùm protuliſſe in ſententia: ſed & effeciſſe, vt quæ nobis ſupplicaret, conſequenter ſecundùm ſententiam pacta iniret, & eadẽ denuo dictaret Æſculapio, qui pro Coſma cauſam egerat. Petiitque nos, vt ipſam tam miſerè affectam iniuria reſpiceremus: & maximè cùm lex in Codice, qui de noſtro nomine cognomen accepit, poſita ſit, quæ innuat rectè maternam hæreditatem vindicare eum, qui fari poſſit: & rurſus alia à nobis lege propoſita, quæ vult, vt ſi quis hæreditate ad ipſum delata, antequam eam vindicet, aut contrariam ea in re ſententiam ſuam oſtendat, ex hac vita emigret, ſuper ea hæreditate deliberandi ius ad hæredes ſuos tranſmittat Porro eam legem, quæ nuper à nobis propoſita ſit, qua idem in hæreditatibus ordo adgnatis pariter, & cognatis tribuitur: locum in hac controuerſia non habere, cùm antiquior ſit noſtra, cuius occaſione lex illa valere iuſſa eſt.

CAPVT I.

¶ Sancimus igitur, vt gloria tua, ſi hæc ita ſe habere compererit, opem ferat ſupplicanti, & legem noſtram illi conſeruet, quæ deliberandi ius ei tribuit, nimirum Sergia ante exceſſum anni poſt matrem ſuam demortua, volentique maternam Sergiæ hæreditatẽ vindicare, eius agendi copiam præbeat. Neque enim pugnare inter ſe aliquis Theodoſij pientiſſ. principis & noſtram legem dixerit: cùm in eodem vtraque volumine ſit poſita, & nos per conſtitutionem, quam pro eo poſuimus, obfirmauerimus nihil in eo reſidere contrarij. Sed obtineto quidem lex noſtra in præſenti controuerſia, & omnibus caſibus in quæſtionem deducto aſſimilibus: obtineto autẽ Theodoſij ſacratiſſ. principis lex, in quibus annum præterire contigit, & deliberandi tempus elapſum eſt. Pacta enim poſt ſententiam conſcripta, cum altero inita, qui obligationem adquirere non potuit: manifeſtum eſt, quòd nullam actionem Coſmæ de his, quæ inibi confeſſa fuerunt, dederint. Dat. Prid. Idus Iulij, Conſtantin. D N. Iuſtin. PP. Auguſto.

DE RESTITVTIONE FIDEICOMMISSI & nomine familiæ, quod vſque ad quartum gradum locum habet, & quòd familiæ nomine nurus etiam continetur.

TITVLVS XLI.

Nouella conſtitutio clix.

Species, de qua hic tractatur, eſt huiuſmodi: Teſtator filios hæredes ſuos alienare prohibuit certa prædia, quæ iuſſit eos conſeruare filiis, ſi quos gignerent legitimos, vel naturales: quod ſi quis eorum decederet ſine liberis, ei verbis precariis ſubſtituit fratres ſuperſtites, & interdixit, ne de ea re ſibi inuicem cauerent. vt Conſtitutio Marci permittit. l. 2. C. vt in poſſeſſ. leg. *Poſtea codicillis ſuburbanum quoddam, quod teſtamento adſcripſerat Conſtantino vni ex filiis ſuis, legauit nepoti ex eo nato cũ omnibus prætoriis, & ſcalis, & iure omni cùm emãcipatus eſſet, interdicta alienatione extra familiam tã ei, quàm ſucceſſoribus eius, eique ſubſtituit Cõſtantinũ patrem, ſi nepos prior decederet ſine liberis legitimis. Scalas vocat traiectus maritimos:* vt l. 7. C. de aquæductu. *Siue portus, aut ſtationes nauiũ, auctore Moſcopulo ἀπὸ χαλῶν, Alciatus perperã Cœnacula. Prior deceſſit Conſtantinus, & omnia bona paterna trãſmiſit in filiũ, nepotem teſtatoris. Hic quædam prædia alienauit extra familiam: ſuburbanũ illud moriens reliquit filio ſuo, id eſt, pronepoti teſtatoris, & hic rurſus pronepos id reliquit abnepoti, eique, ſi impubes decederet, ſubſtituit extraneos matrẽ, & vxorẽ. Exiſtente conditione ſubſtitutionis, extranei vindicant hæreditatẽ. Contradicit propatruus, id eſt, frater Conſtantini, quaſi in eis bonis præferendus ipſe ſit ex voluntate teſtatoris, qui noluit ea bona de nomine ſuo exire. Refellitur ab extraneis hoc pacto: Teſtator in infinitũ non prohibuit alienationem extra familiam, ſed conſulere tãtùm voluit filiis, & nepotibus, dum cauit, vt filij bona conſeruarẽt liberis ſuis, vel ſi ſine liberis decederent, fratribus. Frater tuus Conſtantinus non deceſſit ſine liberis, & in infinitum quidẽ prohibuit alienationẽ ſuburbani: ſed cucurrerat iã id per quatuor gradus familia defuncti, id eſt, vſque ab abnepotem, eúmque impuberẽ. Nihil igitur iuris ex cauſa fideicommiſſi in eis bonis habes Refellitur & hoc argumẽto: Tu ex bonis tibi à patre relictis ſub eadẽ prohibitione quædã alienaſti, tibi præiudicaſti: quia & ipſe voluntati patris non paruiſti* l. quoties ab omnibus. C. de fideic. l. cùm pater. §. libertis. ff de leg. ij. *Iuſtinianus iudicat cõtra fratrẽ pro extraneis. Nã generaliter definit interdicta filiis alienatione ſub hac conditione Si ſine liberis deceſſerint, natis liberis finiri prohibitionem, & nepotes poſſe bona extra familiam alienare Quin & prohibitionem factam in infinitum, & ſubſtitutionem precariam ei adiunctam, vt oportet, ne ſit nudum præceptum, qualis fuit prohibitio ſcripta in codicillis, non debere extendi vltra quartũ gradum: maximè cùm à quarto gradu vocantur in ea bona mater, & vxor, quæ non omnino videntur eſſe extra familiã, cùm & nurus numeretur in familia,* ex l. vlt. C. de verb. ſign. *eo etiam maximè, quod omnes, qui erant eius familiæ, vendiderint ex eis bonis, atque adeò quaſi mutuo conſenſu precariæ ſubſtitutioni renũciauerint* d. l. quoties. *dico, maximè ex abundanti. Nam & his detractis, generaliter ex hac Nou. conſtituendũ eſt, prohibita alienatione extra familiã, & ex ea cauſa vocatis iis, qui ſunt ex ea familia iure fideicõmiſſi, fideicommiſſariã ſubſtitutionẽ non extendi vltra quartũ gradum, videlicet ſi extraneus extiterit hæres per mediũ impuberẽ, vt mater per abnepotẽ in pupillari ætate decedentẽ in propoſita ſpecie, quæ eſt ſumma huius Nouellæ, non temerè extendenda ad omnes ſpecies. Nam etiamſi priora, quæ dixi, detrahas, non eſt tamen detrahenda hæc adiectio, Si per mediũ impuberẽ extraneus extiterit hæres, quæ non magnã rationem habet: nã ius ita eſt, liceat in infinitũ ſubſtituere. Et videtur hæc Nou. ex eorũ numero eſſe, quas Harmenopulus Tribonianum compoſuiſſe narrat, obſcurè & ambiguè pecunia corruptum, vt &* Nou. 2. & 106. *& recantata pleraque* CVIAC.

Alienationis prohibitio perpetua vltra quartam generationem non extenditur: nominatus autẽ alios non continet, & vltimus de familia ſuperſtes res ad eum venientes in quamcunque perſonam alienare poteſt: appellatione quoque familiæ nurus continetur. BART.

Imperator Iuſtin. Aug Petro glorioſiſſ. ſacrorum prætoriorum præfecto, iterum exconſuli, & patricio.

PRÆFATIO.

TAnta nobis humanitatis cura eſt, vt neque priuatas cognitiones, & quæ videntur nobis quæſtionẽ excedere iudicialem legibus noſtris definire dedignemur: neque cognitionem priuatam excedentem audire iudicia, per circuitus longos litigantes tradere afflictioni. Alexander igitur glorioſus ſuggeſſit nobis multoties Hierium glorioſæ memoriæ patrem ſuum ſcribentem teſtamentum, nominibus iſtis vſum: Volo autem, & iubeo meos hæredes Conſtantinum quidem virum clariſſimum deputatam ei domum cum omni (ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt) coniuncto ei iure: & proaſtium, quod in Cupariis eſt, cum omni (ſicut ſuperiùs dictum eſt) competenti ei iure, & domum, quæ in Antiochia eſt, Caramianum: Antimium verò dulciſſimum proaſtium, quod in Blacernas eſt. Cataeugenium & Iulianum glorioſæ memoriæ viros proaſtium, quod in ſummitate ſinus Subſtentitij eſt quondam Cataarchalirium glorioſæ memoriæ: Calliopium verò virum clariſſ. proaſtium Habitarium, ſiue Cataphilotium. Alexandrum virum glorioſiſſimum proaſtium, quod in Venetis eſt, non alienari, non pervenditionem, non per donationem, non per commutationem, non aliter quolibet modo neque eiici, neque alienari ipſam domum, aut ſuprà ſcripta proaſtia à meo nomine, & mea familia

legatū teſtamento poteſt per codicillos adimi.

a *Tanta nobis.*] *Aut ſubtraho.* ¶ No. ergo pro opi. Io. quòd in codicillo poteſt adimi teſtamento legatum relictum, licèt non ſit teſtamento cõfirmatum:& pro hoc, *ff. de ali. & ci. leg. l. liber.* ¶ Sed Pla. & Ma.cõtrà, niſi ſint teſtamento cõfirmati : & pro ſe inducunt *ff. de teſta. l. hæredes palàm. §. ſed quia poſſet.* ¶ Sed certè in inſtitutione illa intelligimus, vt mutari non poſſit, niſi à capite omnia fiāt.

familia:ſed ſi quid orandum eſt mihi,fiant eis filij:& in filiis , & in nepotibus legitimis , aut naturalibus. ſi defuncti ſunt,relinquere vnumquemque eorum quod deputatum eſt proaſtium, & domus tā in adiacentib. huic regiæ ciuitati , quàm in Antiochia,filiis & nepotibus ſingulorum legitimis , ac naturalibus. credo enim quòd non deponāt, neque ſuper naturalibus filiis, aut nepotibus meam diſpoſitionem,& voluntatē. Si verò omnino ſine filiis omnes , aut quidam,aut vnus ex eis moriatur (quod abſit) volo,& iubeo eos qui ſine filiis aut ſine filio futuri ſunt morituri , reſtituere ſuperſtitibus ſiue ſuperſtiti eorum fratri ſupraſcriptas domos, tam hîc, quàm in Antiochia , & præmanifeſtata quinque proaſtia , cum omni eorum iure , & omnibus competentibus indeſinenter vacante videlicet inter eos de fideicommiſſis, aut legatis ſatiſdatione. volo enim , & iubeo non exigere eos ab inuicem huiuſmodi ſatiſdationes , præſumentes , ſiue præſumentem præter meam paternam , & amabilem circa eos intentionem exigere fratres ſuos , aut fratrē ſatiſdationem in his prohibitis alienari rebus omnino eos fideicommiſſo cadere. Et hæc quidem in teſtamento dixit : ſcripſit autem & codicillos huiuſmodi, & in ipſis vſus eſt huiuſmodi verbis ; Manifeſtum igitur facio : quia dudum quidem in ſcriptis feci teſtamentum , & quæ in eo ſunt, ſecundùm placitum mihi modum diſpoſui , volo & iubeo omnia quæcunque eodem teſtamento continentur , omnimodo valere, præter illa ſola , quæ in hoc meo codicillo permuto: aut ſubtraho [a] , aliqua derelicta legata. Volo igitur, & iubeo proaſtium meum , quod appellatur Cuparia, quod in prædicto teſtamento Conſtantino viro magnifico filio meo dereliqui,dari, & pertinere præfecto poſſeſſionis , & dominij iure Hierio viro clariſſimo, & Eugeniſtato meo nepoti filio Conſtantini. viri magnifici integrum ipſum proaſtium cum omnibus quæ in eo ſunt prætoriis, & aſcenſum, & deſcenſum : omnibus etiam coniunctis , ſiue illatis cum conclaui domuum, & ergaſteriis , & balneo, & hortis , tam intra, quàm extra muros , & hippodromum , & quod in eo eſt ortum , & ciſterna , & omnia omnino quocunque modo competentia mihi iura ſuper iſto ipſo proaſtio: dari quidem volo eundem proaſtium prædicto viro clariſſimo meo nepoti Hierio facto ſuæ poteſtatis per emancipationem à ſuo patre poſt obitum meum: nulla data licentia ei viro honeſto nepoti meo, ſed neque his, ſiue ex hoc meo teſtamento ſiue ex teſtamento eiuſdem viri clariſſimi mei nepotis ſuſcipientibus iura eius vendere , aut permutare , aut donare alicui, aut quocunque modo alienare aut ipſum proaſtium, aut partem aliquam ex eo , aut ius:propter quod volo eundem proaſtium , ſiue domum adiacentem intra ianuas, quæ ducunt circa venerabile oratorium ſanctæ Eccleſiæ , permanere per omnia , & perpetuare in mea familia, & nunquam egredi de meo nomine. Volo autem,& iubeo, ſi contigerit prædictum virum honeſtum meum nepotem Hierium mori impuberem, aut poſt pubertatem,ſine filiis tamen ex legitimo matrimonio ei progenitis , peruenire , & competere ſiue reſtituere poſſeſſionem , & proprietatem eiuſdē proaſtij. ſiue domus viro magnifico eius patri Cõſtantino, ſub eadem conditione non alienari aliquando de mea familia , aut de meo nomine:in iſtis quidē ipſum procedere. Hierij verò glorioſiſſimi domū, quæ in Theopolitis adiacet ei , & ex paterna in eum peruenit ſucceſſione,aliis vendidit perſonis: eam verò domū,quę in hac fœliciſſima ciuitate , inſuper & per codicillos datum ſibi proaſtiū, in quibus omnibus alienatio interdicta eſt , Conſtantino glorioſiſſimo eius tranſmittere filio. Illum verò mox prægnantem relinquentem vxorem vita functā , ſcripſit teſtamentum,per quod diſpoſuit , ſi non naſcantur filij , aut natus impubes moriatur : tam matrem ſuam Mariam glorioſiſſimam , quàm eius vxorem nobiliſſimam Mariam,in eius vocari ſucceſſionem : & quoniā nata fuit filia , & ipſa pupilla , & tenera adhuc ætate ex hominibus deceſſit , in prædictas nobiliſſimas peruenire mulieres : reliquæ verò ſubſtantiæ , quæ in hac magna ciuitate ſunt,domus inſuper, & proaſtium expreſſim in codicillis glorioſiſſimo relicta ſunt Hierio: locum forſitan tam ex teſtamento , quàm ex codicillorum ſermonibus adhibere : ipſe domum, & proaſtiū defendere ſolus , de Hierij glorioſiſſimi familia derelicta : quæ nunc & primum habens in Hierio meo nomine gradum. Sed ij,qui pro Maria , & Maria glorioſiſſimis fœminis verba faciebant , teſtamenti quidem verbis nullum dicebāt locum habere , neque cum legitur Alexandrum virum glorioſiſſimum locum habere, & vtrumque ſuum perficere ipſum, & citra Conſtantinum glorioſæ memoriæ quàm ad hos tanquam ad locum, & alienantem proaſtium, quod ei derelictū eſt , ſuper quod alienationē inæqualiter aliis, quod ei pater interdicens competit , & alios fratrum eius hoc facere,& noſtras leges : quoniam omnes continuè, in quibus tale aliquid diſpoſitum eſt, tranſgredi defuncti voluntatem omnibus ſimiliter ſubſtitutionem dicere, vt non permittas eis inuicem pulſantes multis pro vna cognitione iudiciis ſubiiciantur. Ideo poſitas nos rememorare leges. Alexander verò glorioſus magis quidem , & de propriis alterutrum rectè viſus eſt appellare. Super codicillum enim ſapientem , & de reſiduis rebus voluntatem ſuam defunctum facientem, familiæ reſeruari volens : ſed in proaſtio iuſtioribus verbis vſus,nihil rectè ei alienationem conferre : illas ex Imperiali hoc facere impellenti iuſſione , venerabilibus pro his verbis vſa eſt pars alterutra , tam teſtatoris interpretantis voluntatem , quàm noſtris vtentis legibus, quæ ſibi expedire putabant.

b ¶ *Voluiſſe.* ¶ No. prohibitionem [a] alienationis vltra filium non extēdi : niſi expreſsè dicatur : & facit *ff. de leg. 3. l. filiusfamilias. §. diui.*

a Alienationis prohibitio vltra filium non extenditur.

CAPVT I.

¶ Nos igitur legis , & teſtamenti interpretationem propoſitam , non ſola ſententia, ſed lege cõplecti cognitionis deciſionem putauimus oportere : vt tā præſentem quæſtionem decernamus , quàm reliquis auferamus de huiuſmodi contentiones. vnde ſubtiliùs teſtamentum conſiderantes , verbis ipſis inuenimus hæredibus demonſtratis filiis alienationem interdictam , quando futuri eſſent ſine filiis fungi vitam:non vlteriùs verò iis , qui ſolùm eis ſucceſſerint filiis , ſed ſufficere defunctorum vſque ad filium ſtare interdictionem. Si enim & ipſi filios relinquentes moriātur, quod eſt relictum , neque in longiore à filiorum vita alienationis prohibitionem voluiſſe [b] facere : codicillum verò in proaſtio ſolo factum prohibere : & iis, qui ex teſtamento Hierio glorioſæ memoriæ iuniore dicimus res ſuſcipientibus proaſtium alienare. Etenim iſtis,qui remanſerunt , velle defunctum perpetuò in familia manere ſua.

CAPVT II.

¶ Ea quidem, quæ in quæſtionem deducta ſunt, talia conſiderantes oportere humilitatis cognitionem in aliis quidem rebus quæ Conſtantinus glorioſæ memoriæ Hierio ſeniori , de quibus ex teſtamento factus eſt dominus , nihil accipere ex his exiſtimauimus

bene ſuggerere quæſtionẽ: vacare verò in iſtis actionem non Alexandrum ſolum virum glorioſum, ſed etiam reliquam omnem familiam: ex teſtamenti verbis, vſque ad filios ſolùm ſtare prohibitionem: & ipſum Hierium glorioſæ memoriæ filium: per quos ei facientes, homines ſmaripoſeos Hierij iura, qui poſt eos familiæ ſubſtituentes partem alienauerunt, quæ apud eos tanquam in ſubſtitutione ex voluntate interdictorum vnius: in proaſtio verò, neque ſi dominũ codicilli Hierium oſtendant glorioſæ memoriæ; multum nobis viſum eſt plenũ eſſe pietate, quatuor poſtea generationes huiuſmodi in medium deduci quæſtionẽ. Nunc igitur glorioſis fœminis Maria, & Maria adhuc ſuperſtitibus, quas & ipſas in familia iacendo noſtris legibus, & huiuſmodi verbis pro meritis non rectè, neque competenter Alexander glorioſus ad ſe venientem inſtituit litem: tranſeundo verò, & iſtorum quatuor iam generationes tranſiſſe videntur non facere quidem antequam taliter iudicis cognitionem tradi maximè conſtituens filia adhuc pupillaris taliter ætatis functa vita: vt ſi etiam ſine teſtamento ille eſſet, in matrem eius perueniret proaſtium; non ipſius nouellæ verò legi vtpote factæ horum cauſa, & nullis Hierij gloriæ memoriæ hæredibus circa voluntatẽ peccantibus eius; etenim teſtamentũ Conſtantinus ſcribens, ſubſtitutiones aliquas fecit, filia defuncta impubere: attamen nihil ex hoc introducitur magnum: & ipſius ſecundùm hoc legis pupillæ matri ſubſtantiam præbente marito circa tranſitũ eam.

CAPVT III.

¶ Sancimus igitur, neque Alexandrum virum glorioſum, aut eius filios, neque ſucceſſores relinquere Hierij glorioſæ memoriæ ſenioris filios, neque alium quendam ex omnibus in eius conſtitutum familia, aut contra Mariam, & Mariam glorioſas fœminas occaſione rerum apud eas conſtitutarum: aut contra alios agere, apud quos res conſtitutæ ſunt. nunc autem in quibus futuro peruenerint tempore, in quibus Hierius glorioſæ memoriæ prohibens fecit alienationem, aut omnino quo memoriam prohibitione, & familiæ nomen, & aliquod ius fabricare ex hoc vt aliis Hierij glorioſæ memoriæ filiis ipſis alienantibus, & conuenientibus ſicut & reliquorum alienationibus, & primitùs leuarentur, & ipſis ſucceſſoribus quæ poſſunt actiones competere de hoc, & aliis, quos apprehendentes relinquimus intellectui ad huiuſmodi nobis ſufficientibus iudicium, & legiſlationem: & hanc eſſe deciſionem non præſentis cognitionis ſolùm, ſed reliquarum, in quibus prohibitiones factæ huiuſmodi ſucceſſiones tantæ proceſſerunt, & hæredum vltimus per medium aliquem pupillum ſucceſſerit: tunc enim tempus & exteris à familia primi prohibentis licentiam habebit ex præſenti noſtra lege tranſmittere res: communem enim hanc fecimus legem, tam præſentis cognitionis, quàm poſt hanc euenientium taliter prohibitionem, tam euenientem nunc dirimentes contentionem, quàm eas, quæ futuræ ſunt, reſecantes. Dat. Kal. Ian. Conſtan. Dn. Iuſti. PP. A. Ioannes & Curius ſubditis obtulimus.

EXEMPLVM SACRÆ PRAGMATICÆ formæ de vſuris.

TITVLVS XLII.

Nouella conſtitutio clx.

Imper. Iuſtinianus Auguſt. Papio.

PRÆFATIO.

ARiſtocrates prudentiſ. Aphrodiſienſis reipub, pater, quique immobilia in ea poſſident, ſupplices nobis facti ſunt, aiẽtis prædictam ciuitatem, &c. A principio quidem illud cognoſcimus, quòd plerique leges noſtras ita accipiant, atque intelligant, vt vnde minimè conueniat, inde iniuſtarum ipſis actionum anſas præbeant. Siquidem à patre reip. edocti fuimus, quòd cum bene magna auri ſumma Aphrodiſienſium reip. ex legatis à nonnullis ciuitati relictis collecta eſſet, ne quando ea deperiret: quidam illorum qui in repub. cum poteſtate erant, eam auri ſummam collocauerint, vt quandiu id auri apud ipſum reſideret, tandiu qui ſuſcepiſſet, quoquo anno pro eo ciuitati dependeret (ſiue qui in pactum, ſiue reditum, ſiue etiam vſuram appellare velit) quantum ferre ciuitatem æquum eſſet. Eos verò, qui aurum ſuſceperunt, poſtquã conſtitutionem protulimus, ne creditoribus permittatur, debitum vltra duplum exigere, ſed hoc ipſo duplo contenti ſint, ſanè legatum ciuitati deperire, & tam calefactiones balnearum publicarum, quæ exinde fieri ſoleant, iniuria affici, quàm opera publica per legem noſtram labefactari, & illorum interpretationem vitium adferre reipublicæ.

CAPVT I.

¶ Vt igitur omnia hæc è noſtra expellamus repub. ſancimus, vt qui id auri perceperunt in hoc, vt penſionem aliquam pro eo perſoluant reipub. ſingulis annis, quoad illud penes ſe aurum habuerint, inferre compellantur id, quod pro eo ſe illaturos conſtituerint, haudquaquam ſacra noſtra ad hoc conſtitutione vſurpata. Illam etenim de creditoribus conſcripſimus, & qui in ea comprehenduntur, caſibus. Præſens verò ſpecies illam non attingit: ſiquidem hoc magis annuo reditui, quàm vſurarum præſtationi ſimile videtur. nos autem ex æquo ciuitatum curam gerere oportet, vt rerum fiſcalium. Quòd ſi quis poſt hanc præſentem noſtram formam aliter ea, quæ à nobis lege promulgata ſunt, acceperit, & defraudare ciuitatem dato auro voluerit: & pro vniuerſo tempore, quantum debet, ciuitati perſoluet, & præterea reddet duplum, vt malitioſæ interpretationis iuſtam retributionẽ percipiat, propterea quòd cùm in manu illi eſſet, vt bonum ſe perhiberet ciuem, ita improbus eſt, vt quæ illum in lucem protulerit, eam non dubitet afficere iniuria.

DE PROVINCIARVM PRÆSIDIBVS.

TITVLVS XLIII.

Nouella conſtitutio clxj.

PRÆFATIO.

NOn tantùm decenter leges ferre ſummo bono eſt, ſed etiam ſancita accuratè cuſtodire, & ad effectum deducere, tranſgreſſoréſque competentibus pœnis ſubiicere. Quæ enim legum erit vtilitas, ſi in literis duntaxat conſiſtant, non etiam per ipſa facta, atque opera ſubditis vtilitatem de ſe præbeant? Ac ſcimus quidem, quàm vehementer maieſtas Imperatoria collatorum curam geſſerit, cùm aliquoties definierit, vt prouinciarum præſides officia gratis ſuſcipiant, quò magis & ipſi, cum purè his vtuntur, æquum, & bonum ſubditis impertiantur, & ex collatorum incolumitate omnium rerum copia abundet reſp. Sed hæc quidem per immodicam auaritiam eorum, qui officia redimunt potius, quàm ſuſcipiunt, deuicta paulatim in obliuionem deuenerunt.

CAPVT I.

¶ Nos autem de his propoſitas leges renouantes, ſancimus, vt illi magiſtratũ gerant, qui & bona exiſtimatione noti ſunt, & in exercenda iuſtitia plurimum

repoſuerunt ſolicitudinis. Sed & vt citra vllum munus, & largitionem magiſtratus ſuſcipiant. Item vt tam collatores incolumes, indemnéſque conſeruent, quàm publica tributa diligenter expediant. Prætetea vt neque per ſe, neque per adſeſſores ſuos, aut cancellarios, domeſticóſve, aut quempiam eorum, qui ad ipſos pertineant, quidquam à ſubditis accipiant, niſi in quadruplum velint (vt leges loquuntur) quod ab ipſis acceptum eſt, dependere: ſed contenti his ſint, quæ lege ipſis deputata ſunt è publico. Simulátque magiſtratu abierint, vt per ſolennes quinquaginta dies in prouincia aſſideant, ſub publico verſantes conſpectu, & omnibus actionem intentare volentibus reſpondeant. Lite verò intra quinquaginta dies non finita: ſiquidem pecuniaria ſit, procuratorem dato: ſin verò criminalis, ad terminum vſque cauſæ permanento: his, qui in cauſa diiudicant (ſiue magiſtratus ſint, ſiue à præfectis dati) niſi intra viginti dies, quàm initium cœperit, eam litem finierint, decem libris auri mulctandis: lite nihilominùs ſecundùm prædicta procedente. Si qui enim mala conſcientia ſtimulati, vel clàm aufugerint, vel ad ſacras ædes decurrerint: ſubſtantia excident, ſecundùm legem pro modo admiſſorũ inter iniuria affectos diuidenda. Et quemadmodum procedens de hoc conſtitutio, & ex vna parte, prout antea lege comprehenſum eſt, ſteterit: quæ pro collatoribus introducta ſunt, ea firma permanento. permanentibus videlicet & aliis firmis, quæ ad collatorum vtilitatem de præſidibus pulchrè à maieſtate ſancita ſunt Imperatoria. Quemadmodum autem eos, qui hæc perperam in ſe admittunt, punimus: ita & eos, qui per hanc cauſam contra interdictum aliquid ab ipſis accipiunt, reſtitutioni quadrupli ſubiicimus.

CAPVT II.

¶ Atque vt hæc ita caueremus lege, ex eo nobis in mentem venit, quod pluris à nobis ſit ſubditorũ opulentia, & medela, quàm reditus, qui exinde inferuntur Imperio. Contrahimus enim vnà cum largitionibus præſidum in arctum ipſa etiam ſuffragia, quæ Imperialibus inferebantur rationibus, & magnum reddebant pecuniarum cumulum: quò magis hac cauſa, & reſp. meliore ſucceſſu potiatur, & locupletior redeat, aliquot retrò temporibus à nonnullis excogitatis præſtationibus liberata. Vna enim hæc res potentiæ noſtræ ſtudio eſt, vt prouinciæ & bonis gubernentur legibus, & tutò inhabitentur, neque non ex præſidum iuſtitia fructum capiant, & tributa publica ſine querela inferantur. neque enim aliter conſeruare licet rempub. niſi pientiſſ. præſtationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copiæ, vt reſiſtatur hoſtibus, & per agros ac vrbes agantur excubiæ: perfruuntur item reliqui ordines attributis ſibi ſalariis, reparantur quoque muri, & vrbes; denique omnia alia proueniunt, quæ communem ſubditorum vtilitatem concernunt.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hãc ſacram declarantur legem: ea gloria tua in alma hac vrbe cõſuetis locis proponet, ſed & ſolitis vſa iuſſionibus mittet per prouincias: vt omnes intelligant, quantum nobis reſp. ſimul, & ſubditorum noſtrorum incolumitas curæ ſit.

SACRA FORMA TRANSMISSA DOMINICO glorioſiſſimo prætoriorum Illyricanorum præfecto, de diuerſis capitulis.

TITVLVS XLIV.

Nouella conſtitutio clxij.

Antonio Contio interprete.

PErcontata nos eſt tua gloria de quibuſdam controuerſiis apud diſertiſſimos eius, quòd apud Illyricos eſt, fori cauſarum certatores,

Authentica.

quæ quidem dixiſti noſtra diiudicatione egere, vt non perpetuò diſſentiant.

DE DONATIONIBVS
CAPVT I.

¶ Primum igitur capitulum tale erat: Mulier quædam ſuper his, quæ ei à coniuge donatæ fuerãt rebus, non tamen traditæ, volebat mortuo viro, & qui ſilentium egerat ſuper donatione, res perſequi, vt domina harum tam donatione, quàm ſilentio viri facta. Opponebatur à detentoribus, exceptionem ipſam ſolam habere conuentam, ſi detineret, non tamen, & ab alio poſſe ipſa vindicare. Quod igitur controuerſum fuit, tale erat. Nos verò recordati ſumus conſtitutionis noſtræ, dicentis, donantem, etſi non ſit ſtipulatus traditionem, neceſſitatem habere tradere donatum. Non enim ad defraudationem, neque vt literæ ſint nudæ, interpoſitum conuenit conficere inſtrumentum. Animum quoque aduertimus, & ad Cintiæ legis veteris legiſlationem (quam benefaciens à ſua legiſlatione remouit dudum reſpublica) talia lege includentem, ſeu tractanté qualia in præſenti controuerſia fuerunt.

Li. 47. Baſil. tit. 1. c. 78. extat hoc primũ caput huius Nouellæ.

1. ¶ Et ſancimus, ſi, quemadmodum prius à nobis dictum eſt, perfectè omnia ſe habeant ea, quæ ad talem donationem pertinent tam ſecundùm menſuram, quàm ſecundùm inſinuationem; valere ipſam ex modo omni per viri ſilentium illicò ab initio (ſecundùm noſtram conſtitutionem) ex quo facta fuit*, ita vt, quamuis poſtea vir in hypothecam dederit rem, vel in pignus tradiderit, non tamen prætalienaſſe videri ipſum, quamdiu ſuperſtes erat, ſilentem, & traditionem ipſam (ſiue interuenit) dare ipſi exceptionem, ſiue non interuenit, præbere & exactionem, ſiquidem ſtipulatio interuenit, vel ex ſtipulatu: ſin minùs, per ex lege condictitiam ad conſequẽdum id, quod donatum eſt.

* Subaudi donatio, i. vim eius retrotrahi ad id tempus, quo facta fuit.

2. ¶ Et illud etiam conſtituere iuſtum duximus, vt ſi quidẽ inſinuatæ fuerint ab initio donationes in geſtis, omnibus modis ipſas ſilentio confirmari. Si verò minimè inſinuatæ manſerint: exceſſerint autem menſuram indigentem inſinuatione, vſque ad tantũ duntaxat ipſas valere: vſque ad quantum & non inſinuatas donationes validas eſſe à nobis conſtitutum eſt. Hoc enim in extremo conſtituentes, obtinere idẽ volumus, & non propter adiectionem quantitatis, excidere & id quod rectè ſe habere poterat. Quod quidẽ & ſuper vniuerſitatis donationibus iam lex* noſtra dicit. His obtinentibus non ſolùm in viro, & vxore, ſed etiam in aliis perſonis, inter quas* quæ in matrimonio fiunt donationes prohibentur.

* *Si quis argentum, §. ſin & ſi quis C. de dona.*

* Intelligit ſocerum, nurum, vitricum, generum, &c.

CAPVT II.

¶ Secundum etiam inſuper capitulum à tua excellentia interrogati ſumus, An poſt conſtitutionem noſtram volentem ex libera, & inſcriptitio natos quoſpiam poſtea liberos propter matris conditionem exiſtentes, oportere exiſtimare, tametſi nec adſcriptitij facti ſint ſecundùm [ius] antiquum, tamen omnino colonos factos eſſe: propterea quòd alia noſtra conſtitutio, etiam colonorum liberos non permittit relinquere terram, ſed manere colonos, & multò magis hoc eſſe oporteat, quandoquidem eſt in perſonis prorſus inſcriptitiorum proſapia. Hæc igitur in interrogatione erant tua, & hoc erat dictum capitulũ. Oportet autem noſtram conſiderantes mentem, noſſe quia quanquam nos liberum ventrem parere inſcriptitium conceſſimus; ſed ſymbolum ſanè hoc, & ſignum ſuperponi oportet genito poſt ſtatim poſitam legem, hoc ipſum ſcilicet, nempe libertatem conuenire ex libera natis matre. Si igitur ex libera quis, & inſcriptitio naſcatur, manet quidem liber, & maternam non abiicit vllo modo ingenuitatem. Indicat autem à nobis poſita conſti-

tutio, quæ vult tales habitatores regionum manere, & agrorum cultores *, tanquam ibi natos. Hoc enim coloni vult appellatio. Non concedimus igitur ipſis licentiam relinquere quidem regionem, ad alia verò ſe recipere, ſed ſi quidem omnino nati fuerint quidam in aliquo prædio, ſi quidem ex adſcriptitia matre, manifeſtum eſt eos omnino inſcriptitios fore: ſi verò ex libera, manent quidem liberi: & quæ ab his adquiſita ſunt, ſub illis erunt, neque peculium fient dominorum, non egredientur verò ex eo prædio, ſed illud colent *. neque erit eis licentia hoc quidem relinquere: alia verò circumire aliena, niſi ſi domini fiant poſſeſſionis cuiuſdam propriæ, ſufficientis eos ibi occupatos alere circa ſe ipſam, & non concedentis alia colere, & in ea migrare: quandoquidem omnibus modis ipſos manere ſancimus in prædio, liberos quidem conſtitutos, habitatione tamen detentos, & hoc quidem hactenus conſtitutum eſto.

* Vulgus Gallorum laboratores vocat.

* Agricolabſit.

CAPVT III.

¶ Sed neque extra modum viſum eſt nobis & illud quæſitum noſtra diiudicatione dignari. Si enim inſcriptitia mulier ad inſcriptitium alicuius prædij ad alium pertinentem venerit coniugium, quæſitum eſt de prole, ſi liberi ex his naſcantur, vtrùm deceat ad dominum viri, an dominum mulieris pertinere prolem: Sancimus igitur ſi quid tale fiat, & conueniant adinuicem diuerſorū dominorum adſcriptitij, quandoquidem ea, quæ ad fortunam eorum pertinent, non ſint in controuerſia poſita, ventre non libero exiſtente, ſint quidem progeniti, adſcriptitij: non tamen omne dabimus matri, neque eius domino. ſed ſiquidem vnus genitus fuerit filius, venter ſemini præfertor, ſitque domini matris id quod erit progenitum. Sin duo fortè contigerint filij, diuidantur ambo, electione per ſortem dirimenda. Sin impar ſit liberorum numerus, maiorem obtineat matris ſinus, ita vt ſi tribus exiſtentibus, duo quidem ſint matris, vnus verò patris: & rurſum ſi quinque, tres quidem ex genitis ſint domini matris, duo verò patris, & ſecundùm hoc incrementum, numerus progrediatur, id quidem quod in æqualitatem diuidi poteſt, diuidens ex æquo; quod verò exuperat, tanquam gratioſus illud diſtribuens matri. Oportet enim ipſam dignari maiore ſtudio, vt quæ & parturierit, & pepererit, & nutrierit ſupra eum, qui voluptatis ſuperfluum, pueri fecerit originem.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur hac ſacra pragmatica forma comprehenſa ſunt, tua gloria in ſingulis caſibus cuſtodire feſtinet. Etenim & communem de hoc ſcribimus legem, ipſa quidem & alia quædam reformantes, quæ quidem neceſſariæ legiſlationis eſſe credimus. Dat. v. Idus Sept. Conſtant. Dn. N. Iuſt. PP. Augu. Atione V. C. Conſule.

In hac Nouella finem accipiunt Nouellæ, quæ in editione Scrimgeriana ſunt excuſæ.

DE RELEVATIONE TRIBVTORVM publicorum.

TITVLVS XLV.

Nouella conſtitutio clxiij.

PRÆFATIO.

PRæſtantiſſima inter homines bona ſunt iuſtitia, & benignitas, quarū altera æquabiliter ſuum cuique tribuit, neque appetit aliena: altera ad miſericordiam decurrit, & debitorum incommoditate egentes liberat. Hæc ornare, firmaréque Imperium, hæc conſeruare rempub. hæc pulchrè humanam nouerunt gubernare vitam. Vnde & nobis, ex quo diuinitùs Imperij ſceptra ſuſcepimus, magno affectatum eſt ſtudio, vt vndique tam bonis actionibus conſpicui ſimus: quò magis ſi vtiles nos præbeamus ſubditis, ex virtute, & gloria remunerationem habeamus. Ac ſcimus quidem mutua illa, & omnimoda hominum exitia ad tantā inopiam poſſeſſiones redegiſſe, vt neque reditus poſſint ſuis producere poſſeſſoribus, neque ſatis idoneè publica inferre tributa. Atque hæc militari, & alio neceſſario ſumptu imminente, vehementérque nos impellente, dum multis vndequaque bellis alluimur, vt crebriores pecuniarum collationes faciamus. Inde adeò non ſemel curas in eam rem impendimus, quánam ratione fieri poſſit, vt & neceſſitati faceremus ſatis, & ſubditorum egeſtati adferremus remedium, cùmque in multas noſtra circa hæc diſtraheretur ſententia, magis tamen obtinuit vt ad benignitatem reſpiceremus, & Deo placentem collatoribus impertiremur medelam: & quod communibus deeſſet ſumptibus, hoc in eius vicem introduceretur ex theſauris principalibus.

CAPVT I.

¶ Acceptam igitur & hanc noſtram curam ferentes Domino Chriſto, & ſalutaris Paſſionis, neq; non ſanctæ Reſurrectionis eius præſentibus magni feſti diebus condigna facientes, meritò & ipſi in præſentia hanc pro repub. largitionem offerimus, per quam concedimus in vniuerſum omnibus, agricolis pariter, & collatoribus (idem autem dicere licet & de prædiorum dominis) integrum vnum canonem publicorum tributorum, in quadriennium partiendum: hoc eſt, quartam quidem eius portionem pro noua indictione proximè initura, tandem verò alteram & pro decima, quæ hanc ſecutura eſt, conſimiliter & pro vndecima, & duodecima, vnicuique quartam portionem vna, eademque opera deminuentes, & conſuetudines, quæ quocunque modo aliquibus hoc nomine præbentur.

CAPVT II.

¶ Remittimus autem his & præteriti temporis reliquationes, vſque ad finem proximè præteritæ quintæ indictionis. Ac ſancimus, ne qua fiat exactio pientiſſi. à nobis condonatarum præſtationum, ſiue maximam præfecturam reſpiciant ſacrorum Orientalium prætoriorum, ſiue præfecturā Illyricianam, ſiue præſidatum inſularum, atque præfecturam militarium in Scythia: & Myſiâ ordinum, aut ſacras noſtras largitiones, aut denique alium magiſtratum: interdicentes decurionibus, & exceptoribus, ſcriniariis & cohortalibus palatinis, & exactoribus, neque non ſuſceptoribus, & quicunque vel exactionē, vel ſuſceptionem publicorum expediuit, aut expedit tributorum, ne per vafritiem excogitatis contra agricolas, & collatores vtatur artibus, aut etiam prædiorum dominos, vt diuerſos ex reliquis indultis pro ſe inſtituant, aut conſtitutæ pecuniæ obligationes, aut fideiuſſiones, aut confeſſiones dolo malo ſuſcipiant. Conſtituimus etenim omnem contra munificētiam noſtram factam, aut futuram circumſcriptionem irritam: cùm illud conſtet, quod ſi qui noſtram anteuertentes largitionem, ex reliquationibus etiam inde à quinta indictione factis aliquid exegerint, neque id perſoluiſſe videbuntur, omnibus modis publicis id rationibus inferent. Nam vt collatores beneficio afficerēmus, præſentem ipſis benignitatem impertiti ſumus, non autem his, qui publica tributa ſuſcipiunt, & in ſuum lucrum conferre ea voluerint, præſentis ad tempus canonis indulgentiam inſtituimus; nullo

modo

modo embola (hoc eſt, annua ſpecierum tranſmiſſione, vt in condito, & ad militares ſumptus habeantur) deminuenda. Oportet enim vniuerſum frumenti, aliarúmque ſpecierum modum conſueto, ac ſolito more & contribui, & importari: pretiis quartæ partis per ſingulos annos à nobis vſque in quadriennium collatoribus indultæ ad menſam publicam cum aliis, quæ in auro ab ipſis contribuuntur, æſtimandis, ſoluendiſque è publico. Idémque hoc in Oſdroena, & Meſopotamia peragetur eorum gratia, quæ pro reconditis, & militari ſumptu in ſpeciebus conferuntur. Conſimiliter & in ſpeciebus, quæ ploimæ, quaſi nauibus tranſportandæ dicuntur, quæ proueniunt in Lazica, & Boſphoro, & Cherſonneſo: percipient enim harum pretia ex publico, prout in menſis præfectorum ordinatum fuerit, vnde hæ importantur, vt & ipſi noſtra in hoc perfruantur benignitate. Earum enim ſpecierum illationem negligere, haudquaquam tutum eſt: cùm & ineuitabilis exiſtat impenſa, & publicas (vt ita dicamus) res in vnum conciliet. Credimus autem & ex hac noſtra largitione magna reipu. incrementa futura, Deo omnia nobis fauſta per huiuſmodi actiones præbente: ea, quæ pro ſubditorum à nobis vtilitate diſpoſita ſunt, tranſcendere præſumentibus, tam de ſubſtantia, quàm de ipſa periclitandis ſalute.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per præſentem ſacram declarantur legem: ea programmatis vſa gloria tua, tam in alma vrbe, quàm etiam per prouincias omnibus manifeſta faciet, vt neminem noſtra lateat munificentia.

DE HÆREDIBVS.

TITVLVS XLVI.

Nouella conſtitutio clxiiij.

PRÆFATIO.

DEo ſimul, & iuſtitia nihil maius exiſtit: abſque his enim nihil vnquàm commodè geri poteſt, & præcipuè in noſtra hac repub. Exinde enim & rectè regnare, & ſubditos ad beneuolentiam, neque non ad ſummam licet attrahere deuotionem. Eapropter cùm & nos diuinitùs, pérque iuſtitiam Imperij ſceptra ſuſceperimus: tametſi multis vndique curis implicamur, quò magis & Romani quotidie virtutibus reddantur auctiores, & Barbari deuicti ſuccumbant: non tamen penitus à ſolicitudine noſtra ſecludimus, ne non in his, quæ priuatim vſui eſſe poſſint ſubditis, competens accommodetur prouidentia. At cùm multa, quæ priùs confuſa erant, ad meliorem ſtatum erexerimus: conueniens eſſe putauimus & id, quod longo iam tempore in ſucceſſionibus neglectui fuit habitum, ad actionem Deo placentem reducere. Cognouimus enim, quòd quidam oberrantes defunctorum perturbant patrimonia, ſed neque teſtamenta valere ſinunt, neque item ab inteſtato ſucceſſiones locum capere, mobilibus quidem rebus immittentes ſignacula; immobilibus verò imponentes titulos, vt hac ratione ipſis illorum ſucceſſio adcreſcat, inque ea decentem aliquem ordinem occupent. Quoniam verò impoſſibile eſt in tanta multitudine exactè ea, quæ ſingulatim in talibus eueniunt perdiſcere, perpulchrum nobis viſum eſt, ſi generali hac lege ad certam redigeremus formulam.

Authentica.

CAPVT I.

¶ Propterea ſancimus, vt vniuerſi citra inuidiam & rebus, iuribúſque ſuis perfruantur, & ad ſuos iſta tranſmittant hæredes. Penitus autem nemo omnium illorum inuadat patrimonia, aut horum ſucceſſores damnis implicet, aut titulos, ſiue ſignacula rebus præter legum noſtrarum placitum imponat. Nam & ſucceſſiones ab inteſtato, quo quiſque vocatur ordine, confirmamus: & vltimas horum voluntates legitimè conſiſtentes non ſubuertimus. Si enim ſedulò aduigilamus, ſumúſque ſoliciti, vt curatores bonis gubernentur legibus, & de eorum incolumitate multò maximam potentia noſtra curam ſuſtinet: quomodo non in hanc quoque partem prouidentiam ipſis accommodauerimus, & alacriter noſtrum ipſis impertiamur beneficium? hæc etenim placere Deo perſuaſiſſimum habemus, & hoc iuſtitiæ munus eſſe aſſerimus; perſuaſiſſimum quoque eſt, Imperium per hæc nobis vndique munitum, & quietum futurum. Connumerator itaque & hæc noſtra lex cæteris præclaris noſtris facinoribus: & ſubditi priſtinis liberati moleſtiis, & tanta à potentia noſtra dignitati prouidẽtia, Deo ſimul, & poſt illum nobis gratias agant: diuinum numen placantes precibus, vt deuictis hoſtibus, aliam inſuper, & maiorem ipſis ſecuritatem impertiamur.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, ea conſeruanto tam glorioſiſſ. ſacrarum domuum curatores, quàm quibus vel maximorum, vel etiam minorum gerendorum magiſtratuum cura, ſiue in alma hac vrbe, ſiue item in prouinciis commiſſa eſt, publicationem bonorum iuxta, & ſupplicium formidantes capitis, ſi ſancita noſtra tranſgreſſi fuerint. Præſentem itaque ſacram noſtram legem gloria tua in inſignioribus locis huius almæ vrbis proponet, ſed & vſa ad hoc iuſſionibus, tranſmittet in prouincias.

GENERALIS FORMA DE PROSPECTV in mare, ſcripta Dominico glorioſiſſ. prætoriorum præfecto.

TITVLVS XLVII.

Nouella conſtitutio clxv.

DOcuit nos mater, &c. Proſpectus in mare, qui intra centum eſſe pedes ſolet, non ſolum per directum, ſed ne per tranſuerſum quidem impediri nouo debet opere: hoc enim præſens forma adiicit, tum Zenonis conſtitutionem cuſtodiens, tum Nouellam interpretans.

Hactenus editæ Nouellæ extant aut apud vete. interpretem, aut Halo. aut Scrimg. aut Iulianum. Trium ſequentium titulos ex Halo. aut Auguſt. verba verò, ac quid ſibi ſingulæ breuiter velint, quando à nullo adhuc conuerſas certum eſt, ex doctiſſ. Cuia. hic excudi curauimus.

Forma Præfectorum prima.

Περὶ ἐπιβολῶν. De adiectionibus, id eſt, De prædiorum ſterilium ad fertiles impoſitionibus.

TITVLVS XLVIII.

Nouella conſtitutio clxvj.

Εἴ ποτε [illegible]

[illegible]

Hæc eſt ferè ſententia huius conſtitutionis.

Si defunctus iuſta ex cauſa fundú, aut territorium, aut compoſſeſſionem alienauerit, & moriens reſidua bona liberis, vel extraneis hæredibus reliquerit, qui ex eis ſimiliter prædia quædam alienauerint, ex quibus poſſidente emptore aliquod fortè poſtea defecerit, ita vt locus ſit ἐπιβολῇ, quam prædia ſuſtinent, quæ ſunt ex eadem ſubſtantia, & origine, *l.* 10. *&* 12. *C. de om. agro deſer.* vt ne defecti, vel deſerti prædij onus irrogetur ſimul eiuſdem ſubſtantiæ prædiis omnibus, ſed cæteris primú prædiis, quæ poſſidet is, qui ea emit è liberis, vel extraneis hæredibus defuncti, vel ſi hic idoneus non ſit, hæredibus defuncti: id eſt, prædiis, quæ poſſident hæredes defuncti ex eadem ſubſtantia: aut, ſi fortè hæc etiam non ſufficiant publicæ collationi, tum vt onus transferatur ad alia defuncti bona, quæ ad alios, quàm ad hæredes peruenerunt. Ad eum igitur, qui fundú, aut compoſſeſſionem à defuncto emit, vt poſuimus initio. Idémque dicendum eſt, ſi ea prædia per plures ſucceſſiones tranſierint. Quandiu enim proximiores, ſiue poſteriores poſſeſſores idonei ſunt, ἐπιβολὴ antiquioribus nó irrogatur: id eſt, defecta prædia, eorúmque tributa antiquiores poſſeſſores non agnoſcunt: quòd ſi eiuſdem gradus, & ordinis plures ſint poſſeſſores, quibus iniungi ἐπιβολὴν oporteat, vt inter eos oneris diuiſio non fiat ex æquo, ſed pro rata fertilium bonorum, quæ poſſident ex eadem ſubſtantia.

Forma P. P. viceſimaquarta.

[illegible] Generalis forma de poſſeſſione quomodo oporteat mitti in eam, Biſſi glorioſiſſimi Præfecti.

TITVLVS XLIX.

Nouella conſtitutio clxvij.

Hæc eſt huius conſtitutionis ſententia.

[illegible]

Hæc eſt huius conſtitutionis ſententia.

Ex ſententia iudicis non rectè apprehenditur niſi poſſeſſio vacua, & quam in vrbe quidem vacuam eſſe, exequutorum teſtimonia adſeuerent, in prouinciis acta defenſorum plebis vicinorum teſtimonio confirmata. Et ſimiliter ex contractu in prouinciis quoties quis ingredi poſſeſſioné deſiderat, acta apud defenſores ciuitatum fieri debent traditæ poſſeſſionis, ſimul ac conſentientium voluntati tradentis, nouóque domino colonorum, vel actorum poſſeſſionis. Si non ſit copia defenſoris apud præſidem: vel etiam, ſi hic longè abſit ab eo loco, quo traditio fit, apud epiſcopum.

Forma P. P. ſecunda.

Γενικὸς τύπος περὶ ὁμοδούλων, id eſt, de hominibus, qui eidem domino ſubiecta prædia poſſident.

TITVLVS L.

Nouella conſtitutio clxviij.

[illegible]

Hæc eſt περὶ ὁμοδούλων, id eſt, de prædiis, hominibúſve prædiorum ratione eidem domino ſeruientibus. His ſolent accreſcere inuitis defecta, deſertáve prædia eiuſdẽ ſubſtantiæ: *vt diximus Nou.* 128. *&* 166. denique ἐπιβολὴ, onus eſt ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων, & irrogatur ruſticis prædiis tantùm. Nam & hæc ſola referuntur in cenſum, non annonæ ciuiles, non ædes. Et ideo in tit. *ff. de cenſibus.* agrorum tantùm cenſendorú métio fit: ac quod eſt de ſeruis, *l.* 4. *§. in ſeruis.* id de ruſticis tantùm accipio, qui pars agrorum ſunt: *vt dixi ſuprà Nouell.* 7. Sed & quod dicitur de tributo capitis *l.* 3. id in agris tantùm locum habet: non in vrbibus, aut metrocomiis. *l.* 1. *C. de cap. ciui. & l.* 8. *C. de exact. trib.* Prædiis igitur vrbanis, aut annonis ciuilibus non irrogatur agrorum ἐπιβολὴ: quia nec ſunt ὁμόκηνσα, nec ſatis eſt, ſi ſint eiuſdem originis.

Finis Nouellarum Domini Iuſtiniani ſacratiſſimi Principis.

FEVDO

FEVDORVM DECLARATIO CVM EIVS SOLENNI *declaratione, in qua multæ ponuntur correctiones, quæ contraria conſuetudine inualuerunt, maximè in hoc Chriſtianiſſimo Franciæ regno, compilata per ſpectabilem, ac egregium virum dominum Petrum Rebuffum, de Monte Peſſulano, iuris vtriuſque Doctorem, Pariſiis Regentem.*

QVanquam multa in hac materia feudorum ſcripta reperiantur hinc inde diſperſa: tamen quia variantibus temporibus iura, & conſuetudines variantur, *in cap. j. de conſanguinita. & affinita.* ita quòd vix in iſta materia poteſt certa dari doctrina, vel regula in hoc regno: ſed ſecundùm conſuetudines locorum, & ritus variatur vſus, vt aſſerit conterraneus meus Ioan. Berbo. *in viator. iuris in rub. de feud. in pe. quæſtione.* Ideo breui bonum ratus diuiſiones colligere quaſdam, & conſuetudines [a] contra conſuetudines feudorum ſcriptas, nunc in viridi obſeruantia in hoc regno exiſtentes, *iuxta l. Arriani. C. de hæreti.* & cum cõſuetudines feudorum fuerint vſu hominũ introductæ, contrario vſu poſſunt tolli. *§. ex non ſcripto. Inſti. de iure natura. & ibi Doct. &* Ioa. Fab. *in §. in fi. Inſt. de his per quos agere poſſumus. Bal. in l. ij. per illũ tex. ff. de vulgar. Deci. conſi. cclxxx. conſulitur. in col. iiij. nu. viij. & conſi. cccxc. quoniã ex facto. col. vj. verſ. v. quia ius. num. xij. c. vno. §. fil. q. in j. ſi de feudo conten. ſit inter dom. & agna. vaſal.* Et maximè [b] dominatur in feudalibus conſuetudo: Obertus *de feu. cogni. gl. l. de quibus. ff. de legib.* Guido Papæ *ſing. cccclxxiiij.* Etetiam cũ ſint cõſuetudines locales, non habẽt nos in hoc adſtringere regno, inquit Petrus Ia. *in ſua pra. in ru. de ſucceſ. feu.* & doctiſſimus ille do. meus & conciuis d. Boër. *in lib. conſue. Bitur. in §. ij. de conſue. feu. & cenſual.* quod eſt verũ in caſibus, in quib. reperitur cõtraria cõſuetudo: aliàs ſeruabũtur cõſuetudines feudorũ tanquam ius ſcriptum: *vt concludũt communiter Doct. in præludiis feudo.* & quia hæc materia eſt fructuoſior [c], & frequẽtior in Frãcia, & aliis regnis, quã in Lõbardia, quæ caret rege: ideo ſẽper in paſſione, & anxietate erit, ſecundùm Petrum de Ferra. *in ſua prac. in forma libelli, quo agitur ad reuocationẽ feu. in prin.* ſed dicit verum de facto: ſed de iure Chriſtianiſſimus rex noſter Frãciæ eſt rex, & dux illorũ. Sed væ illis, cùm eũ nõ admittãt: ſed quotidie rebellent. Sunt etiam cauſæ feudorum graues, & magni põderis, magnóſque ſolẽt præſtare prouẽtus, vt aſſerit modernorum facile princeps Iaſ. *in proœ. feu. in pr.* & eſt hodie practicabilis, ex cuius ſcientia oriuntur nũmi, & trãſeunt in burſas aduocatorũ feudiſtarũ, ſecundùm do. Io. Sanxon, *in conſue. Turo. in tit.* Cõmẽt hõmage ſe doit offrir à ſon ſeigneur. *in prin.* eſtque lucroſa materia, vt verbis vtar do. Io. Pyrrhi *in cõſue. Aurelia. rub. de feu. c. vj.* & quandoq; vnus caſus eſt ſufficiẽs ad ditandum hominẽ: ſi in hac materia accidat per vitam. Videndũ eſt ergo quid ſit feudũ, vnde dicatur, quæ ſit eius natura: & demũ ad diuiſiones, & typi declarationẽ veniemus [d]. ¶ Primò quæro, quid ſit feudũ? Et reſpondit, quòd eſt beneuola actio tribuens gaudiũ capientibus, capiẽſq; retribuendo, in id, quod facit, prona, & ſponte ſua parata: *c. vno. verſi. beneficiũ. in quib. cau. feu. amitta.* & hanc definitionẽ poſuerunt cõmuniter ſummiſtæ: quam ſequitur Soci. *cõſi. clxvij. nõ inutiles. in prin. in ij. vol. & cõſil. lxvj. viſa donatione in iij. vol.* Aliã definitionem citat Io. Raynaud. *in cõpreh. feuda. in prin.* videlicet, Feudũ eſt beneuola & libera rei immobilis, vel æquipollentis conceſſio cum trãſlatione vtilis dominij, proprietate retenta ſub fidelitate, & exhibitione ſeruitiorũ honeſtorum. Et bene dicit, *honeſtorum:* quia ſi feudum cõcederetur ad ſeruitium inhoneſtum, nõ teneret feudi conceſſio *arg. text. in l. ſi remunerãdi. §. rei turpis. & l. ſi mandauero. § qui adem. ff. manda. & Inſt. eo. §. illud. Panor. in ca. bona. in ij. num. xiij. de poſtula. præla.* Nam generaliter nouimus turpes ſtipulationes, & conceſſiones nullius eſſe momenti *l. generaliter. ff. de verb. obliga. Petrus de Bellapertica in ſuo tract. de feud. in j. quæſt. Sequitur. & Franc. Curtius in ſuo tract. de feud. in j. parte, q. vj. vbi dicit ſeptẽ eſſe requiſita: quæ latiùs extẽdit vir magni conſilij, d. Ioa.* le Cirier, *in tract. de iure primogenituræ q. iiij. lib. ij. in verſ. poſſeſſio. col. ij.* nec vaſſallus in factis turpibus tenetur domino obedire *arg. l. hæ demum. & l. siue. ff. de oper. liber. cap. domino guerram* ibi, *in ſe. in princ. hic finitur lex, &c.* Idẽ tenet Pet. de Ferra. *in ſua pract. in forma libelli, quo agitur ad reuocan. feud. in principio.* ponens ibi aliam definitionẽ, & Barba. aliam, *in rub. de feud. col. ij.* & Petrus de Bellapertica *in d. trac. de feu. in prin.* ponit tres. Sed Benedic. *in repe. c. Raynutius in ver. & vxorẽ. in ij. deciſio. num. cccclxxiiij. extrà de teſta.* ſequitur definitionem Ioa. Raynaud licèt Ioa. de Selua *in ſuo tracta. de beneficio in j. quæſt. j. partis.* alias definitiones ponat: tamen Iaſ. *in præludiis feud.* & nouiſſimè d. Bartho. de Chaſſa. *in cõſuet. Burgund. in rub.* des fiefs, ſequuntur definitionem d. Ray. & Io. Sãxon, vbi ſuprà *in prin.* dicit eam eſſe veram in genere: ſed non in ſpecie pro feudo nouo, vel antiquo: latè tradit in omni cẽſura doctiſſimus vir, d. Claud. Aquẽ. *in ſpecu. feud. rub. de definitione. & inueſtitione feudi.* vbi ſic definit. Feudũ eſt conceſſio rei habilis pro fidelitate. Quia periculoſa eſt omnis definitio, *l. omnis definitio ff. de reg. iur.* ad alia trãſeo. ¶ Et hoc feudum vocatur [a] beneficium *in §. beneficiũ ſi de feud. defuncti cõten. ſit inter do. & agna. vaſalli. c. vno. de feu. fœmina, & de benefi. fra. cũ ſimilibus ſequitur Curtius in d. trac. de feu. in j. par. q. xi.* (Et ſic infertur quòd Archiepiſcopi, epiſcopi, & alij prælati pro eorũ beneficiis poſsũt nominari vaſalli Papæ: nã ſuos epiſcopatus à Papa quaſi in feudum habent, & eidẽ iurant fidelitatem, *in c. ego N. de iureiurand. Alua. in prælud. feu. in decimanona diuiſione.* Hodie etiã iurant epiſcopi fidelitatem regi Franciæ, qui in prædictis epiſcopatibus, & prælaturis, ac dignitatibus electiuis habet nominationẽ in dicto regno: *vt habetur in cõcordatis in rubrica de elect.* & maximè ſi epiſcopatus ſit in partibus limitrophis: *vt dico in dicta authentica, habita* vel de regalibus, *in c. generali. de elect.* ponit Ioan. Ferault *in tract. de iurib. Franc. regu. in quinto priuilegio, & decimo,* vbi limitat ratione rerum temporalium, & feudorum habere verum. ſecùs in aliis.) Item feudum poteſt gratia appellari: *vt not. Bal. prælud. & Curtius conſilio xlix. num. xlvij & lxxvj.*

¶ Et hic cõtractus [b] feudalis, quoad nomẽ, erat incognitus ante lib. feudorum per cõſuetudines fuit baptizatus: *vt ſentit Lucas de Pẽna in l. j. col. ij. Co. de pet. bono. ſubla. lib. x. Ange. in conſi. cx. incipien. ſanctiſſima in princ. & Benedic. in d. ver. & vxorem. vbi ſ. Clau. Aquen. in ſpecu. feu. q. iij.* Sed contrarium tenuit d. Vdal. Zaſius *in ſua ſolenni repe. l. ij. in ver. curias. ff. de origine iuris.*

¶ Secundò quæritur, vnde [c] dicatur feudum? Et reſpond. ſecundùm communem opinionem Doct. quòd à [d] fide, ſeu fidelitate. *c. vno. § fin. per quos fiat inueſtitu.* vel dicitur à fidei datione: quia nõ debeat aliqua inueſtitura fieri ei, qui fidelitatem recuſat facere. *cap. j. ſ. eod.* Petrus de Bellapertica *vbi ſ. in ij. quæſt.* Hoſt. *in ſua ſumma, rub. de feu. §. vnde dicatur.* Bolog. *in addi. ad Ioan. de Ana. in conſi. vij. incipiente, Viſis.* Panormit. *conſil. lxxxij. quanquàm in his col. j. in j. volum* Corn. *conſil. xvj. aperta frõte col. prima, volum. primo Claud. Aquen. in ſpecu. feu. in ij. quæ. dom. meus conciuis, d.* Boëtius *in conſuetud. Bitur. in §. iij. de conſuet. feud.* Ioa. de Terrarubea *in tract. contra rebelles regni, art. ij. tertij tracta.* (& iſta vocabula feudorũ inculta ſatis, ac barbara, reſtaurauit linguæ Latinæ meritiſſimus d. Budæus *in annot. in Pandect. in l. Herennius. ff. de euict.* & ſequutus eſt Io. Pyrrhus, *cõſu. Aurelia. rubr. de feud. §. j.* nec omiſit admodum ſubtilis vir d. Vdalric. Zaſius *in repet. l. ſecũda in verb. curias. ff. de origine iuris.* limita [e] niſi feudum eſſet eo modo acquiſitũ, vt nulla fidelitas præſtetur: *vt ibi tenet Hoſt.* nam ex pacto poteſt contractus immutare naturam: *l. naturalis. § pen. ff. de præſcrip. ver. l. contractus. ff. de reg. iur.* ſic & feudum. & licèt in quolibet actu fides eſſe debeat, quando alienam fidem ſequimur: *l. j. ff. ſi cer. peta.* in feud. tamen per excellentiam debet fides conſiſtere, cùm dominus ſuo vaſallo quodãmodo perſonã, honorem, & bona cõmittat: *c. j. de noua forma fidelita.* Bald. Aluar. & Iaſ. *in prælud. colum. quarta:* & ibi Io. Raynaud. *in ſuo comprehen. ij. quæſt.* Deci. *conſ. cccclxiij. conſuluit. in pri.* ideo feudatarius à feudo dicitur, & vocatur fidelis, & valuaſor, quaſi dignus ſtare ad valuas domini, & eas intrare propter beneficium, quod à domino accepit: *vt tenet* Alua. *in c. vno. §. j. quæ dicã. dux.* d. Bart. de Chaſſa. *in conſuet. Burgund. in rub.* des ſucceſſions des baſtards, *§. v. num. lxvij. in conſil.*

¶ Et quomodo [f] ſit præſtanda fidelitas, ponit gloſ. *in d. c. j. in fi. per quos fiat inueſti.* Petrus de Bellapertica, *vbi ſ. quæſtio. ij.* Specu. *eo. tit. § quoniam verſi. j. & verſic. in pleriſque.* ſequitur Curtius *in d. ſuo tracta. feud. quæſtio. viij. prima partis.* & d. Boër. *in cõſuet. Bitur. in d. § iij.* vbi in ea præſtanda ponit differẽtiam inter nobilem, & ignobilem: quia ignobilis in fidelitate non admittitur ad oſculũ pacis à domino: ſed nobilis ſic. etiam ſi à rege inueſtituram accipiat. idẽ Ioan. Sanxon *in conſue. Turo. in titul.* commẽt hommage ſe doit offrir. *in princ.* & Bonus de Curtili *in tracta. nobilit. in v. parte. in xlviij. nobiliũ priuilegio.* Corſet. *in repe. cap. grãdi. in no. in verbo, fidelitatem. num. lxviij. & ſeque. de ſuppl. negli. præla.* d. de Chaſſa. *in cõſuetu. Burg. in rub.* de fiefs. *§ ij. gl.* faire recognoiſſance. *& in magno conſuet. rub.* du ſerment de fidelité. Eſt etiã differentia inter clericos, & laicos: quia laici tenent manus inter manus Regis, quando iurant fidelitatem, vt inter manus Cãcellarij: epiſcopi verò iurant ſtola poſita ad collum, & manibus ad pectus: *vt tenet* Ioa. Ferault *in tract. de iurib. Frãc. regis, in decimo priuilegio.* ¶ Et hæc fidelitas in [g] decem conſiſtit, quæ ponũtur *in cap. ego N. de iureiuran. c. j. de noua forma fidelita. cap. de forma. xxij. q. v.* latè explicat Ioan. de Terrarubea *in ſuo*

a Feudorũ cõſuetudines variæ.

b Feuda conſuetudine reguntur.

c Feudorũ cognitio vtilis.

d Feudi definitiones variæ.

a Feudi ſynonyma, feudũ beneficium, gratia.

b Feudalis cõtractus cõſuetudine inuectus.

c Feudi etymon.

d Feudũ à fide, ſeu fidelitate.

e Feudum ſine fidelitate eſſe poteſt.

f Fidelitas quomodo præſtanda à nobilibus, & ignobilibus, clericis & laicis.

g Fidelitas in decẽ conſiſtit.

tractat. contra rebelles regum. artic. iij. tertij tracta. verſicu pro declaratione. ¶ Notandum eſt tamen quòd iſtud iuramẽtum fidelitatis eſt quadruplex [a]. Primũ fit ratione feudi, de quo per totũ librũ feudorũ. 2. Secundum præſtatur ratione familiaritatis, ſeu officij: vt ſi aliquis ſit magiſter hoſpitij, vel camerarius, aut aliud habeat officiũ: vigore officij tria iurare tenetur: primum, quòd iuxta poſſe ſaluabit vitam, mẽbrum, & rectũ domini honorem: & eius mentẽ, id eſt, ſecretũ nõ reuelabit: c. vno. §. ſi verò domeſticus. qualiter vaſal. iura. debeat fidelit. do. 3. Tertiũ iuramẽtum præſtatur ratione habitationis, eò quòd Hiſpanus, vel alius exterus qui habitat in Frãcia, tenetur Chriſtianiſſimo regi noſtro Franciæ præſtare fidelitatẽ, poſtquam rex illum permittit terrã ſuam habitare. not. Lucas de Penna in l. demorũ col. j. C. de meta. lib. xij. Albert. Brunus in con xxxv. in cauſa. col. j & col. iiij. Et hæc fidelitas eſt hodie in vſu, vt dicit ſe practicaſſe Guido Papæ in ſuis deciſ. q. cccvij. & forma iuramẽti ponitur in magno cõſuetudin l. ij. rub. du ſermẽt des aulbains, nã albini [b] dicuntur, quaſi alibi, quàm in regno nati: inde ius albinagij in Frãcia eſt illud ius, quod rex habet ad omnia bona in dicto regno acquiſita capienda per d. exterum: de quo glo. in verbo, liberius, de coll. in pragma. ſanctio vide gl. in proœm. in verbo, exterorũ. & Benedic. in d. verſi. & vxorẽ, num. M. xlij. & d. Boër. in §. fin. de teſtam in conſuetud. Bitur. d. Bartholo. de Chaſſa d. conſuetudin. in rub des cõfiſcations. §. j. num. xxxij.) Et non ſolùm exterus debet fidelitatẽ præſtare, immò etiam quilibet ſubditus regni. c. j. qualitèr vaſal. iura. debeat fidelita. & in extra. ad reprimendũ. & reuerentiam. c. regum. in ſi. xxiij. quaeſt. v & j. Petri ij c. Regem honorificate ſequitur Io. de Terrarubea in tract. contra rebelles regũ. art. j. tertij tract. & Io. Pyrrhus in gloſſ. ad conſuetud. Aurelo. rub. de ſucceſſio. ca. xiiij. 4. Quartum iuramentum eſt, quod tenentur præſtare illi, qui tenent, & poſſidẽt prædia in territorio, ſeu iuriſdictione alicuius domini, & vocatur iuramẽtum fidelitatis, & aſſecurationis: c. j. qualiter vaſal. iura. debeat fidelitas. & ibi dicũt Docto. quoad hoc iuramentum cõſuetudini ſtandum eſſe: ita tenet Iaco. de ſancto Georgio in tracta. de feudis. in ver. qui quidem inueſtitur. vbi latius ponit: vide. ¶ Et iſta fidelitas quatuor [c] perſonis eſt ſeruanda: videlicet Imperatori cœleſti id eſt, Deo. 2. Secundò, Imperatori terreſtri in ſuo Imperio. & regi Franciæ in hoc regno. 3. Tertiò, domino ſæculari. 4. Quartò, proximo ſuo ita notat Petr. de Ferr. in ſua pract. in forma libel. quo agitur ad reuocatio. feudi, in prin. Itẽ alia eſt fidelitas, quæ debetur à cõiuge: c. debitũ. de diuo. 6. Alia, quæ debetur à quolibet amico ad amicũ. Io. de Terrarubea vbi ſ. art. ij tertij tractatus. ¶ Notãdum eſt tamen, quòd hoc iuramentũ fidelitatis non præſtetur per [d] procuratorẽ caſus ſingu. in c. vno. §. verùm. de ſta. regula. li. vj. ſecũ dũm Roma. ſing cccccccxcviij. quia hoc iuramẽtum debet præſtari per verbum, ego talis N c. j. de noua forma fidelit. & verbũ, ego, importat induſtriã perſonæ: xxij. quaeſt. v. c. de forma. & habetur Iob. c. xix. Quẽ viſurus ſum ego. ſequitur Bal. in l. j. ff. de re iudic. limitat primò: Niſi dominus cõſentiat d. §. verùm quia tũc reuerentia, quæ præſentialiter, & perſonaliter debet exhiberi, l. ſi nõ ſortem. §. libertus. ff. de condic. indebi. fiet per nuntium. 2. Secundò limitat, quando fidelitas eſſet præſtanda per vniuerſitatẽ: quia tunc per ſyndicũ poteſt præſtari: vt tenet Bal. & aly in l. ij. §. ex hu. ff. de verb. oblıga. 3. Tertiũ fallit in epiſcopis: §. epiſcopis. de ſtatu reg. ſ. alleg. idẽ tenet Steph. Maleretus in tract. de elect. fo. xlviij. vbi plenè. Quis poſſit infeudare [e], ſeu feudum cõcedere? & dic quòd omnis, qui non prohibetur iure: Petrus de Bellapertica in d. tract. q. iij. & Hoſti. in ſumma de feud. §. quis poſſit. quod intellige, ſi habeat liberam bonorum adminiſtrationem: vt no. in c. j. § noui. per quos fiat inueſtitura. ſequitur d. Ioa. Saxon: vbi ſ. Ideo vaſallus non poteſt in re feudali imponere cẽſum, ſeu annuam præſtationem, vel aliam ſeruitutem ſine domini cõſenſu: alioquin dominus feudũ poterit reuocare, vaſallo etiam contradicente: Io. Maſuer. in pract. ſua, rub. de feud. verſic. Item vaſallus in re feudali. ¶ Per [f] quæ iura debet terminari quęſtio feudalis? Et reſpon. quòd ſi in inueſtitura iuramẽtum eſt interpoſitum, debet deciſionib. iuris canonici decidi: vt tenet Bal. in c. imperialẽ. §. ſi. col. iij. de probi. feudi alie. per Frideri. & hoc ſi ius ciuile, & canonicũ inuicem cõtradicant: ſecundùm eum, & Alexan. conſi. v. ſi vera ſunt. col. iij. in v. volu. argu. c. nouit. de iudic. Si iuramẽtum nõ erit interpoſitum, per iura ciuilia, & conſuetudines feudorũ, decidetur ſecundùm Bal. in l. liberti. in vl. colum. C. de oper. liberto. & in conſi. clxxxiij factum ſic ſe habet. in ij. volum. & clxxxvij. factũ tale. et la. & refert. Catellia. Cotta in ſecunda parte memorialium. in verſ. feu. quaeſtio. & confert ad deciſionẽ multarum quæſtionum, ſecũdum Curt. in ſuo tract. feud. in j. parte. q. vltim. ¶ Et quis ſit iudex [g] in feudis, ponunt Doctores in c. caterùm. de iudi. Hoſt. in ſumma huius tituli §. apud quem. Docto. in c. vno. apud quem, vel quos cõtrouerſi. feudi terminari debeat. Ioa. Rayn. in comprob. feud. in §. præterea ſi inter duos. nu. v. & ſeq. & ibi alij Doctor. Nico. de Milis in reper. in ver. feudũ. q. vj. & ibi in adducto. & Curtius vbi ſ. in ſeptima parte plenè Soz. in c. ex tranſmiſſa. de fo. cõpe.

¶ Tertiò quæro quæ ſit natura [h] feudi? Reſp. 1. Quia dominus, qui cõcedit, retinet ſibi directũ [i] dominiũ in c. vno de natura feu. & in c. quib. mo. feud. amittatur ſequitur plenè Curtius in tracta. l. j. part. quaeſt. vj. coll. ij. 2. Secũdò vtile [k] dominium in vaſallum trãſit: quia poteſt vindicare rem feudalem: §. j. de inueſtitura de re alie. facta. & ſic eſt quaſi dominus, aliàs nõ vindicaret. l. Quintus. § argento. ff. de auro, & ar. leg. Iaſ. notat in §. ſed iſta. num lviij. Inſti. de act. gloſſ. in c. vno. in ver. de ſuis. per quos fiat inueſt. idem tenet Ioa. Berberi. in viato. iuris. in x. quaeſtion. huius tituli. Bald. in Marga. in ver feudum in ij. quaeſt. ca. j. § præterea. & cap. Corrad. & in quib. cauſis feud. amittatur. Panorm. in c. ſi diligenti. in ij. no. de præſcrip. Petr. Iac. in ſua practic. in libello de rei vindica. quæ competit ratione vtilis dominij, in quinta poſitione. Felin. in cap qua in Eccleſiarum num lxix de conſtitut. Deci. conſil. cxcij. & pro tenui. & cclxxx conſultus ab illuſtri. numer. vij. & ccclxxxix. viſa longa ſerie. colum. iij. numer. vj. Curtius vbi ſuprà col. iij. prima partis d. Ioan. Saxon vbi ſ. artic. j. Ioan. Pyrrhus in conſue. Aurelia. c. j. de feudis. Quod intellige ſi fiat inueſtitura realis, id eſt, traditio. ſecus ſi verbalis. quæ aliàs vocatur abuſiua in c. j. & ibi Doct. quid ſit inueſtitura ſequitur Guido Papæ in deciſ. Delphinat. q. cccxiij. & d. Ioa. Saxon in d. conſuetud. in rubr. de pied de fief. articu. v. fol. lxxj. & Alber. Brunus conſil. j. & ij. col. iiij. 3. Tertio, ſi vaſallus ſeruitium conſtitutum domino non [a] exſoluerit, cadit à feudo: c. j. quib. mod. feud. amittatur. intellige tamen ſi fuerit requiſitus: nam domino offerre ſe non tenetur, niſi illi magnum periculũ videat imminere: §. & ſi vaſallus. & § licet ſi de feudo defuncti cõten ſit inter do. & agna. vaſal. Petr. Iac. in rub. quib. cauſis feudum amittatur. col ij. ver. decimo, ſi non ſeruiat. & §. illud. de prohibita feud. aliena. per Frideri. Item ſi vaſallus inimicos domini recipiat, dando eis tranſitum per terras ſuas, quando poterat reſiſtere: & victualia, nam tũc feudo priuatur: gloſſ. in c. de forma. in ver. munitionibus. xxij. quaeſt. v ſequitur Ioa. de Anna. conſ. vij. viſis & ponderatis. col. iij. & ſequent. 4. Cauſas [b], ob quas quis feudo priuatur, vide per Pet. de Bellapertica in d. ſuo tract. de feu quaeſt. ix xxij. tradit Ioa. Raynaud. in comprobẽn. feuda. in §. ſi. c. Imperialem. de prohibita feu. alie. per Frideric. Petrus de Ferra in ſua pract. in forma libelli, quo agitur ad reuocationẽ feudi, in ver. nec ſuperſtitionis. Iaco. de ſancto Georgio in ſuo tracta. de feud. in ver. dicitque vaſalli. d. Boër. in § xv. de conſuetu. feud. & conſua. in conſuetu. Bitu. & latè Curtius in quarta parte tract. de feu. vbi cumulat quadraginta cauſas priuationis feudi. 5. Quintò, feudum ſine [c] domini voluntate alienari non poteſt: in c. Imperialem. in princi. de prohibita feud. alie per Frideri. quia ſeruitia poſſẽt ſubtrahi: vt ibi dicitur. & in ca. qua in Eccleſiarum de conſti. immò ſi alienet, perdit illud: vt ibi. & no. Areti. conſi. xiiij. incipiente, viſo, &c. & pleniſſimè Albertus Brunus conſil. cxj. incipite, magnifice domine, &c. intellige alienãtem priuari feudo, ſi dominus voluerit: alias ſecus. Alex. conſi. clxxiij. viſo themate. in ſecundo volu. Deci. conſil. clxxxv. vlterius in ij. dubio & cxxxviij. & diligenter. vide text. bene faciẽtem in l. j. §. ſed & quoties ibi, ſi velit alius fideicommiſſ. ff. ad Trebell. l. cogi. §. Mecianus. illo tit. l. ij colum. ij Cod. de iure emphyteuti. & ibi Iaſ. Sed puto in hac materia quatuor tempora conſideranda, antiquius, antiquum, nouum, & nouiſſimum. De iure antiquiori poterat mediã partem vaſallus alienare: §. aut ſi libellario, & ſeq & §. ſi. quib. mo. feud. amitta. & § j. de aliena feudi. Iure antiquo non poterat alienare, niſi per viã libelli vſque ad medietatem: vt de alien. feu. in princ. ſed iure nouo eſt prohibitio alienationis indiſtinctè: vt in d. §. j. de prohibita feud. alien. per Frideric. Iure tamen nouiſſimo, ſiue conſuetudinario hæ cõſuetudines feudorũ in regno Franciæ non ſunt allegandæ, cùm contrariũ obſeruetur: Petr. Iac. in ſua practica. rubrica de ſucceſſione feud. colũna xxviij. verſicul. modò in summa. & ſic vaſalli licitè in hoc regno Franciæ alienant feuda conſuetudine dictãte, & approbante, ſecundùm eum in rub. de condict. ex lege Imperiali. §. callidus. col. ij. & habetur in magno conſuet. rubr. des couſtumes des fiefs. verſicu. de iure feuda. Guido Papæ in deciſio. Delphinat. quaeſt. lix & quaeſt. cxxcvij. & hæc conſuetudo eſt hodie vniuerſalis in regno: vt aſſerit d. mons. & cõcinit d. Boër. in §. ij. & §. xxiij. de conſuet. feud. & conſual. & Benedic. in repe. c. Raynutius. in ver. & vxorem. num. clxiij. de teſtam. d. Io. Sanxon in conſuetud. Turo. tit. commẽt hõmage ſe doit offrir à ſon ſeigneur: in xxxvj. conclu. & in titu de pied de fief. articulo ſecundo. & quòd talis conſuetudo valeat, tenet Bal. conſil. clxxxv. li. j. & plenè conſi. cccviij. quidam. lib. ij. Deci. conſilio cclxxx. conſultus. numer. viij. & conſil. ccpiij. ad clariorem num ix. Et non ſolùm vaſallus priuati poteſt feudum alienare: ſed etiam Eccleſiæ vaſallus, dummodo Eccleſia non ſentiat damnũ ex illa alienatione, vel lucrum nõ amittat, putà laudimium, aut aliud commodum, ſecundùm Io. Fab. in §. j. Inſt. de re. diui. & in §. j. Inſtit. de emp. Boër. in d. §. ij etiam domino inuito, vel Eccleſia. Io. Raynaud. in comprob. feud. in c. Imperialem. §. j num. xxviij. Ioan. Berberi. in viator. iuris. q. xj. de feudis. verſi hodie tamen in iſta, &c. Petrus Iaco. in ſua pract. rub. qui. mo. feu. amit. Immò tenet idẽ Pet. Iaco. in forma libelli pro re feudali, in ij forma. col. ij. fo. xvij. dominum poſſe cogi, ſi requiratur ad conſentiendũ dictæ alienationi: & ſequitur d. Barr. de Chaſſa. in conſuet. Burgundia, in rubr. des fiefs. §. viij. habebit tamẽ ius prælationis, ſeu retẽtionis dominus: §. porro qualiter olim feu. poterat alien. l. iij. Co. de iure emphyteu. & ibi nota. & Petrus de Bellapertica in ſua tract. de feu. q. octaua ſequitur d. Boër. in §. j. de cõſuet. retentio. rerum feud. in gloſſa ad conſuetud. Bitur. Eccleſia verò non habet retentionem ſecundùm eum: quod eſt bene notandum, & ſæpius fuit interrogatus. Intellige tamen ſupradicta procedere, quando ille, in quem fit alienatio, vellet ſubire omne iuſ

a Fidelitatis iuramentum quadruplex.

b Albini, & ius Albinagij q.

c Fidelitas quibus præſtanda.

d Fidelitatis iuramentũ regulariter per procuratorem præſtari non poteſt.

e Feudum cõcedere, ſeu qui infeudare poſſint.

f Feudales quæſtiones quo iure finiẽdæ, ſeu decidendæ.

g Feudalium controuerſiarũ quis iudex.

h Feudi natura quotuplex.

i Feudi directũ dominium ab infeudante retinetur.

k Feudi vtile dominium in vaſallum tranſit.

a Feudum ... amittitur ... ſeruitium ... ſi ... non ... exſoluerit.

b Feudũ ... ex ...

c Feudum ſine domini voluntate alienari non poteſt, & ... caſe ...

ne iure feudi:aliàs ſecus.Bar.in l.murileguli.Co.de murilegul.libro xj.Feli.in cap. quæ in Eccleſiarum. de conſtitutio. item requiritur quòd ille, in quem alienatur,ſit eiuſdem conditionis ſicut primus vaſallus alienans, qui ſi eſt nobilis,non poteſt alienare in plebeium l.neutrus.Cod.de committend ſtipuld.ij. de feud. limitro. lib.xj.§.ſimiliter.de lege Corrad Ioan.Maſuer.in rubr. de feu.verſi. item dominus. maximè feudum ſuperius; videlicet feudum comitatus,ſecundum Alber.Brunum conſil.lx.dilecte nepos.hodie de generali conſuetudine regni Franciæ alienantur feuda habenti pecunias, ſiue ſit nobilis, ſiue villanus: vt aſſerit d.meus in d.§. ſecundo ſuprà allegato.& oculata fide videmus:ideo nõ eſt opus probatione. Quod eſt verum, ſi ſit feudum inferius:ſecus ſi ſuperius,vt feudum marchiæ,vel aliud ſimile:quia non poſſet in ruſticum ſine domini ſuperioris conſenſu alienari. Albertus cõſi.lx 6.Sextò debet vaſallus intra[a] annum petere inueſtituram à domino,niſi fuerit miles:quia habet & menſem:c.vno.quo tempore miles inueſtitur.pete.debeat.& ibi.Bal. & alij. & c. vno. quæ fuit prima cauſa benefic.amittend.& ſi intra illud tempus nõ petierit,feudum perdit:cap imperialem.§. præterea. in primo de prohibita feud. aliena per Federic.c. vno.in princip. de capi. Corrad. Caldet.conſilio vj & vij.de feu.Cardin.conſil.cxxviij.Deci.conſil. cccxl.in fin.incipiẽte,viſo.Guido Papę quæſ.clxviij.cum ſe.in ſua deciſio. quem vide, quæſt. ccclij. ponentem quatuor requiſita ad hoc,vt poſſit agi ad commiſſum.vide Albertum Brunum in cõſilio facto in materia feudali,conſi xlij.incipiẽte,cùm quæritur,&c. hodie eſt conſuetudo generalis ferè in toto regno, per quam nullus vaſallus ob inueſtituram non petitã feudo priuatur:ſed poteſt dominus ad manum ſuam ponere feudum,& fructus leuare,& ſuos facere,quouſque vaſallus præſtiterit fidelitatẽ.Iſtius conſuetudinis non fuit neſcius d. Boer.in tit.de conſuetud.feud. §.vj.& xv.quem ſequitur do.Ioan.Sanxõ in conſuetud. Turo.in titulo,Cõment homage ſe doit offrir à ſon ſeigneur.in princ.& articulo ij.& d.de Chaſſa.in rubr.des fiefs. in princ.& gl.dedans l'an.num xij.ante tamẽ quadraginta dies non poterit dominus leuare fructus,vel ante proclamata facta,ſecundùm varias cõſuetudines.nam Pictauis requiritur proclama ſtatuens tempus vaſallis ad inueſtituram faciendam.ita vidi in conſuetud.Picta. rub.de la diſtinction des iuriſdictions:art.xc.In aliis locis communiter ſtatuuntur quadraginta dies,vel plus,vel minus ſecundùm varias conſuetudines,vt Ioan. Maſuet.dicit eſſe in Aluernia in rub.de feudis. in verſi.itẽ dominus feudi & Pariſiis, vt continetur in magno conſuetud.rub.de ſaiſine en fief.verſic.nota.fo. ix.Bituris,in §.vj.de conſuetud.feud.Burgundiæ, in § j.in glo dedans l'an. & ita fuit prolatũ arreſtum Tholoſæ,vt in eius ſtylo patet in iiij parte,arreſto lxxi. & idem Pariſiis: vt continetur in quæſt.per arreſta.quæſ.cxviij.arreſto primo. quod eſt notandum. Inoleuit præterea conſuetudo in hoc regno, vt recognitiones fiant tam in re feudali, quàm in re emphyteuticaria in decennium,quod dicunt de decennio in decennium,vt aſſerit cõterraneus meus Ioan.Berber. in viato iur.in d.tit. de feud quæſt.xj. ver.& nota verbum.&c.7.Septimò,fœmina[b] in feudo non ſuccedit ex conſuetudine libri feudorum: c.vno.§. filia de ſucceſſio. feud.c.vno an mutus,vel aliàs imperfectus in fine.late.Roma.cõſ.j. & ibi aſſignat multas rationes.& Bart.in l quoties. C.de ſuis, & legiti. dicit eſſe rationẽ præcipuã,quia fœmina nõ ita bene poteſt defendere dominum in bello,vel aliàs ſeruire ſicut vir:ergo nec feudum habebit:cùm detur ob ſeruitium:c.vno.quib. mod feud. amitta hanc rationem citat Benedi.in repet c.Raynutius.in verb. duas habens.n iiij & xv de teſt.ſequitur d.de Chaſſa in cõſuetud. Burgund.in §.quinto.num.xxvij & ſeq.Soz.conſilio.xix pro deciſione.colum j lib.j.& conſil.cclvij viſis inueſtitura.in ij. volu. Corne. conſi xvj aperta.in primo volu.Item tenet Deci. in regula, fœmina.in xxxix.ſpeciali ff de reg.iur.Iacob.de Sãcto Georgio, in tractat.de feudis,in ver.& fœminis.Curtius in d.tract. in tertia parte q.j.Angel de Claua.in ſua ſumma,in verbo,feudum.in primo numer.vij.& Deci.conſilio xxxij.& pro tenui.& lxxxv.& diligenter. & cxxxix.& diligenter.& ccviij.ad clariorem & conſi. cccxt quoniam.Alber.Bru.conſil.iiij.refutationẽ in fin.& viij circa princ.col. ij.& eſt conſilium Iaſonis.Hodie ex cõſuetudine generali huius regni ſicut maſculi ſuccedant,autore Petro Iaco.in ſua practi. rub.de ſucceſſione feud col.ij.ver.In aliis enim locis.& verſic.ſequen. idẽ tenet Bernar.de Buſtis in ſuo mariali,in xij parte. ſermone primo,in prin magnus ille ſcientia,& cõſuetudinis theſaurus, d.Boer.in §.ſecũdo.de cõſuetudine feud.& §.ſeptimo.ſequitur d.Ioan.Sanxon in conſuetud.Turonen in tit.des ſucceſſions des fiefs, art xiiij. & rubr.comment homage.art.j.concl.vltim.& in poſſeſſione feudi per iudices ſunt manutenendæ:vt pulchrè ſcribit Albertus Brunus conſil.j & d.de Ripa in libro primo reſpon. de legibus c.primo. num.lxx. & idem in collateralibus cenſet integer cõſuetudinarius d.Boer.in dicto § ſexto.& Benedictus,vbi ſuprà in verſicu. & vxorem.n cccccliij. & cccccluj.quia in dicto regno feuda ſunt redacta inſtar patrimoniorum,ſecũdum prædictos,& Ioan.Fabri, in auth.ingreſſi C.de ſacroſanctis Eccleſiis. Guido Papæ cõſil.xviij. ſuper caſu & conſi.cexiiij.circa materiã.Ioã.Raynaud in ſexta diuiſio.in loco ſæpe allega.Ioan.Sanxon in titulo,du pied du fief art. ſecundo,& xij.& Ioã.le Citier in tracta.de iure primogenituræ,libro ij.quæſt.iiij.in ver poſſeſſio.colum.ij.& ſuprà dixi. immò hodie contractus feudales ſunt redacti inſtar omnium aliorũ contractuum teſte Ioan. Berber.in d titu de feud ij.quæſt. immo etiam ſuccedunt ex mulieribus deſcendentes:Guido Papæ deciſio. Delphinat.parlamenti quæſt.lix. & quæſt.ccxcvij.& Frãci.Mingon.in conſuetudi. Andega.in tertia parte. licèt in aliquibus partibus, vt vidi,non ſuccedant fœminæ extãtibus maſculis,ſed quod ſuprà dixi eſt communius.vide tamen vnum caſum, in quo de cõſuetudine feudorum mulier ſuccedit:per Roma.ſing.clxxvij. & ſeptem caſus vide per eum,conſi.ccclxij.circa prin. & octo per Iacobũ in d.ver. & fœminis.& Doc.in d.§ filia quinquaginta quæſtiones in hac materia vide per Bald.in l.j.ff.de rer.diuiſ.& Curt. in ij.parte quæſt.j.8. Vltimò vaſallus tenetur[a] ſeruire quando eſt à domino requiſitus,aliàs nõ & ideo fiunt hodie proclamata,ſiue,criees au ban.& fundatur in ca.vno.§.ſi.an ille,qui interf. fratrem do ſui feudũ amittat.ſequitur d.Ioan.Sanxon in conſuetu. Turo.in rub.comment homage,&c.art.j.conclu.xviij fo. lxij. Et quando fiunt oſtenſiones,quas vulgari ſermone,monſtres,appellamus,ſi vaſalli,& milites non recipiunt ſolutionem quia recuſant,non poterũt poſtea petere,ſecundùm Bart.& patruũ meum Reb.in l fortiſſimi.per illum text.C.de eroga. milita. anno argum.l. nullis.illo titulo.citat d.Bartho de Chaſſa.in conſuetud. Burgund.in §.iiij in glo.nouuelle cheualerie.in nouis additio.ideo communiter ſolutiones fiunt in oſtenſionibus pro tribus menſibus, niſi fraudentur per theſaurarios,vt vidimus ſæpiùs fieri:quare multæ domus nobilium ſunt ferè deſtructæ,& theſaurarii mali hodie ad furcas patent:ad quas oſtenſiones poteſt cõpellere ſuos milites,& armigeros capitaneus teſte Luca de Penna in l.ſi.colu. viij.Cod.de re milita.lib.xij. vide Iaſ.in l.prætor.§. ſi aliquando ff. de noui oper.nun. Notandum eſt tamen, quòd hodie vaſalli non tenentur ad aliquid dandum,vel faciendum domino ſuo,niſi ad expreſſa in ſacramento fidelitatis,quæ ſunt ſeptem. in c.de forma xxij.q.v.c.ego O.de iureiur.ca.vno.de forma fidelita & pulchrè declarat d.de Chaſſa in §.quarto.in gloſſ.j.rub.des fiefs & Petrus Iacob.in ſua pract rub.de feud.ſucceſſi.col.9.in verſ.dico ergo quòd vaſal'us. 9. Alia[b], quæ ſunt de natura feudi, ponit tex. & ibi Doct in c vno de natura feud.& Syluester de Prierio in ſua ſumma.in verſi.feudum in j.quæſt.& in hac materia vide xxxv.regulas per Ioan.Baptiſtam in repe.c primi.colu.ix.cum.ſequen.de feu. cognitio.& ibi ponit caſus,in quibus feudum ab emphyteuſi differat,& concordet,vltra Iaſon.in l.j.C.de iure emphyteu.& xxxvj. concluſiones citat d.de Sanxon.vbi ſuprà in rub. comment homage.artic.j.vide Benedict.in repe.c.Raynutius.in verſic. & vxorem.in quarta deciſio.num.cccccxlvj. cum ſequen.de teſta. non omittas videre quæ cumulatè,licèt quandoque remiſſiuè, ponit d.meus in gloſſ.ad conſuetu.Bitur.in rub de conſue.feu.& rubr. ſequen.¶ Nunc ſe offert vltimum,videlicet quotuplex[c] ſit feudum quòd ſit tantùm duplex,ex dicto Philoſ.complectitur,dicentis quòd quælibet diuiſio debet eſſe bimembris, vel ad bimembrem reducibilis,citat Petrus de Beſutio, & Iaſ. in repe.l. re coniuncti.ff de lega.ij.& j.Lancelo. Polit.in tractatu ſubſtit. in princ.ideo Curtius hoc perpendens in ſuo tract. feudorum, quæſt. viij.prima parte duplex dicit eſſe feudum,videlicet proprium,& improprium.Sed vt iuuenes clariùs intelligant,procedo per diuiſiones,ſequendo doctrinam iuriſconſul. in l.j.ff. de doli.exceptio.Bald.& aliorum. ¶ Ideo prima diuiſio eſt: quia feudum quoddam eſt eccleſiaſticum[d],aliud ſæculare.hanc diuiſionem ponit Raynaudus,& Aluaro.in proœ.feudo. & Pet.Iac. in rub.de cauſis,ex quibus domi.debet amittere proprietatem, in prima diuiſione.Petrus de Ferrat.in ſua pract.in forma libelli, quo agitur ad feud.reuoc.in ver.ac nomine recti, &c.

1. ¶ Eccleſiaſticum eſt triplex:quod ab Eccleſia datur, quod ab Eccleſia ſuſcipitur:aliud quod datur,vel ſuſcipitur à clerico, non tanquam ab Eccleſia: & de hoc loquitur text.in c. vno.de clerico,qui inueſtiturã accepit.§.ſi.de capitu.Corrad. c j. qui feudum dare poſſunt.Berber.in ij.quæſt.Alua.in v.diuiſione & Iaſon in præludiis feudorum.

2. ¶ Sæculare eſt, quod à ſæculari principe, vel domino recipitur §. marchio. qui feudum da poſſunt. vt ſi Chriſtianiſſimus rex Francorum inueſtiat aliquem de marchia, vel comitatu: & de feudo maior pars libri feudorum loquitur, & plus quàm de eccleſiaſtico:& hæc probantur in prælud. feudo. in vltima diuiſio. per Bald.ſed quia nobiliora ſunt præmittenda: § ſi. Inſt. de iur. perſon.ca.ſedes.& ibi Doct.de reſcript. Decius ca.auaritia de præben.ideo præmiſi hanc diuiſionem.ſicut facit Obertus de Orto: ca.vno,qui feud.dare poſſunt. & quia eccleſiaſticum eſt nobilius: arg.c.ſoluta.de maiori.& obed.

3. ¶ Secunda diuiſio,quoddam eſt regale[e],aliud,non.¶Regale eſt,quod à rege vel imperatore recognoſcitur immediatè: vt eſt feudũ marchiæ,ducatus,comitatus, vel alterius dignitatis regalis.ideo vicecomes Turenæ,vel Comes Fuxi poſſunt dicere habere ſe feudum regale:c.vno.quis dicatur dux march. vel comes.Vel poteſt imperiale dici:vt no.Ioã.Berber.in d.ij. quæſt.de feudis.& duobus concurrẽtibus vocatur regale:primò, quòd ſit dignitas,putà regnum,marchia,comitatus, vel ducatus:ſecũdò quòd ab imperatore, vel rege noſtro concedatur, vel alio non recognoſcente ſuperiorem.tenet Curtius in tract.de feud in prima parte,quæſt.viij.col.ij. Occaſione præmiſſorũ quæro de quæſtione,an rex Franciæ poſſit alienare ea, quæ ſunt regni. & Bal. in Proœ.Co.& in prima conſtit.concludit quòd non,abdicando à ſe

[a] Feudi inueſtitura intra quod tempus à vaſallo petenda.

[b] Feudi capaces fœminæ regulariter nõ habentur.

[a] Feudatarius vaſallus feudi domino,an,& quando ſeruire teneatur.

[b] Feudi naturalia

[c] Feudi diuiſiones ſeu ſpecies variæ.

[d] Feudum aliud eccleſiaſticum, aliud ſæculare.

[e] Regale, & non regale feudum.

omnem iuriſdictionem, dignitatem, dominium, & nihil ſibi retinendo: quia eſſet principatum, ſeu regnum deformare: quod non poteſt rex facere: imò ſi retineret ſibi directum dominium, adhuc non valeret, ſi in regni detrimentum, vel incommodum tenderet: argumen. l. in ſumma. ff. de peculi. Corſet. in ca. grandi. de ſupplenda negligen. præla. lib. vj. Panor. in ca. intellecto. de iureiur. & in ca. abbate ſanè. de re iud. lib. vj. Ioan. Sauxon, in conſue. Turonen. in rubri. de pied de fief. artic. ij. & in rubr. des donaiſons entre gens nobles. artic. vj. d. Boër. in addit. ad Benedict. Plumb. in l. inuitus. ff. de fideicommiſſ. lib. etiam cum iuramento, per text. in d. ca. intellecto. & ſucceſſor poſſet reuocare. Bart. in l. prohibere. §. planè ff. quod vi, aut clam. Bal. in cap. licèt col. vij. de probat. Feli. in cap. ad audientiam. colum. ij. de præſcript. Deci. in cap. j. coll. iiij. de probatio. Imò fortiùs rex non poteſt inuitis ciuibus ſuis alienare vnam de ciuitatibus ſui regni. Hoſti. in cap. dilecti filij. de maior. & obed. & ibi Innoc. & Feli. Oldra. conſi. cccxxj. vt & Alexan. in addi. ad Bar. in d. § planè Bal. in cap. ſi quis miles quo tempore miles inueſtitu. petere debeat. cap. vno. § in generali. ſi de feudo defuncti. conten. ſit inter do. & agna. vaſal. Ioan. de Pla. in l. fin. C. de loca præſtio. ciui. lib. xij. Panor. conſi. iij. colum. xviij. in ij. vol. Guido Papæ in deciſio Delphinalibus, quæſt. ccxxxix. Aufre. in deciſio. capel. Toloſ. quæſt. cccclxxxv. Iaſon. in §. item Seruiana, colum. xviij. Inſt. de act. n. xvi. l. ſi non ſortem § libertus ff. de condict. indebit. l. debitorum. C. de pact. & in proœ. feudo. in prima diuiſio. Barba. & Feli. in cap. j. de probat. vide de Ripa. in conſ. xxv. de reſcript. in lib. ij. reſp. j. & lib. j. de legibus. conſi. primo. num lij. Bal. conſil. cccxxij. quæritur. vol j. Bartho. de Chaſſa. in conſue. Burgund. in rub. de fiefs. §. viij. in ver. en alienation. in fine. Curtius in tract. feudo. in ſexta parte ij. Sozi. conſi. xl. in quæſtione. col. ij. num. vij. in tertio volum. Ioan. Lupus in repet. c. per veſtras. fo. lxxxij. colum. iiij. de donat. inter virum & vxor. Gomeſ. in §. item Seruiana. num. xl cum ſequ. vbi ſex modis limitat. Inſtit. de actio. & Spec. in princ. rub. viij. fc. xv. cum ſeq. & nouiſſimè cōterraneus meus d. Iacob. Bonaudi in addit. ad Ioan. de Terrarubea tractatu prim. artic. j. conclu. xiij. Albertus Brunus conſi. xij. in ſecunda ratione. & hoc maximè quando metu alienaret. nam quod metus cauſa geſtum eſt, ratum non habeo: l. j. & per totum, ff. quod metus cauſa. & quando alienaret voluntariè, hoc non eſſet ſine peccato: vt tenet Lucas de Penna in l. j. C. de capita ciuium cenſib. eximen. lib. x. quod eſt notandum.

4. ¶ Non regale eſt, quod ab inferioribus à principe, imperatore, vel rege recognoſcitur: vel à principe: ſed non conſiſtit in dignitatibus: ſed princeps de aliqua plebe inueſtit: cap. vno. qui feudum dare poſſunt. & rub. quis dicatur dux, comes, vel Marchio ſi verò aliquis inueſtiatur à domino de Claromonte, feudum dicetur non regale. ponit Bald. & alij in proœmio feud. infrà, & ſequitur Iaſon in prima diuiſione.

a Nobile, minus nobile, quodammodo nobile, & ignobile feudum.

5. ¶ Tertia diuiſio: Feudum quoddam eſt nobile [a], aliud minùs nobile, aliud aliqualiter nobile, & ignobile. ¶ Nobile eſt, quod poſſeſſorem nobilitat: vt quando à rege Franciæ eſt conceſſum, vel Imperatore, vel Papa: vt ſi concederent ducatum, vel marchiam: cap. j. quis dicatur dux, vel marchio. in ij. quæſt. Bald. & Iaſon in x diuiſione, & Alua. in ſecunda. Bonus de Curtili in tractatu nobilita. in tertia parte, col. xxxiiij num. ccj. Alex. conſi. xxx. quoniam. col. pe. in prima parte.

6. ¶ Minùs nobile eſt, quando dux, marchio, vel comes alteri concedit in feudum: & ille propriè dicitur valuaſor, ſiue vaſallus: vt not. Ioan. And. in addit. ad Specu. in tit. de præſcript. & Bonus de Curtili tracta. nobili. in iij. parte. num. ccj. & iſtud de conſuetudine libri feudorum non poterat alienari in non nobilem: ſed in regno Franciæ poteſt vendi, & in feudum dari: ſed non ſuper eo reditum accipere: d. Boer. in conſue. Bituricen. §. ij. de conſuet. feud. & conſua. & ſuprà latiùs dixi.

7. ¶ Aliqualiter nobile, ſiue mediocriter, & quando habentes à duce, marchione, vel comite, aliis infeudant: & recipientes vocantur minores valuaſores. Alua. in ſecunda diui. infrà, & ibi communiter Deci.

8. ¶ Ignobile eſt, quando à minoribus valuaſoribus conceditur, & minimis. c. vno. qui feud. dare poſſunt, & ibi Bal. in §. marchio. dicit ruſticos poſſe in feudum concedere, dūmodo ſuarum rerum adminiſtrationem habeāt: c. noui. per quos fiat inueſtitura. ſequitur Iacob. in ſuo tract. de feu. verſi. in feudum. in vij diuiſione. Ioan. Raynaud. in vij. Petrus Iacob. in rub. de cauſis, in quibus do. debet, &c. in v. diui. Petr. de Ferra. in vij. diui. vbi ſ. Iaſ. in x. Curtius ſecunda parte. q. quarta ſecunda partis.

b Paternum, ſeu antiquum. & nouum feudum.

9. ¶ Quarta diuiſio: Feudum aliud eſt paternum [b], quoddam antiquum, aliud nouum. ¶ Paternum dicitur, quod per patrem eſt acquiſitum, vel ab aliquo aſcendente communis agnationis vſque ad quartū gradum: tex. in ca. vno de ſucceſſione fra. & grad. ſucceſſ. in feud. qui eſt melior de iure, ſecundùm Alex. conſil. xxx. quoniam in j. vol. in hoc quòd declarat feudum paternum quid ſit. vide text. in tit. de natura ſucceſſionis feu. & Alexan. conſ. lv proſpectu. in iij. volum. & conſil. xxxvj. ponderatis. in v. volu. & Curt. conſil. xlix. num. iij. Petr. Iacob. in ſua practica de cauſis, ex quib. do. debet amittere proprieta. in ij diui. Alua. in vj. Deci. conſi. ccviij. ad clariorem. num v. Albert. Brunus conſ. lxxvij. tota virtus col. j. Soz conſil. lxvij. viſis. col. v. in fi. & conſil. clxv. viſis inueſtituris. col. vj. in j. & ij. vol & conſi. lxvj. viſa donatione. in iij. volu. Bolo. conſil. j. Bal. conſil. cccxxxij. in primis. in j. vol. col. pe. & conſ. ccclj. in litteris. ea. vol. & conſil. ſequen. Quomodo probetur. & quæ perſonæ contineantur in hoc feudo, declarat Bal. in §. quoque. de ſucceſ. feu. quòd propriè continentur hæ perſonæ ſuprà patrem: videlicet auus, proauus, abauus, & atauus. ¶ Et ab inde ſuprà perdit nomen paterni, & antiquum appellatur. ex quo ſingulariter infert, quòd ſi cuidam concedatur feudum paternum, non extenditur vltra quartam generationem: & ſic cum myſterio ponuntur illa verba in inueſtituris, concedimus in feudum paternum, & antiquum ſequitur Ioan. Raynaud. in compreh. feu. in j. diuiſi. quod eſt perpetuo notandum, ſecundùm eos. Hodie notarij ponunt omnia verba hæc, & multò plura, & ideo extenditur vſque ad infinitum, & etiam ratione conſuetudinis: de qua ſuprà.

10. ¶ Nouum verò eſt, quando fuit de nouo acquiſitum, & habet initium in perſona ipſius inueſtiti: nec prouenit à ſucceſſione progenitorum: c. j. quot teſtes ſunt neceſſa. ad probandum nouum feudum. Oldra. conſil. clxxviij. factum tale. Alber. in dictio. in ver. nouū. Iacob. de Sancto Georgio in tracta. de feudis, in ver. in feudū in vij. diuiſione. Curtius conſil. in tertio dubio. & conſi. ſequen. Ioan. Raynaud. in j. diui. Sozi. conſil. cclij. viſis. in ij. volum. Deci. Conſil. liij. placet mihi. & conſil. cccxc. quoniam ex. numer. iiij. Alber. Brunus conſil. lxviij. ſi inſiſtamus. tres effectus ponit Curtius in ſuo tracta. in j. parte, quæſt. viij. col. ij. & ſequen. Iaſ. in l. ij. col. fi. C. de iure emphyteu. Et iſtud regulariter non nobilitat, niſi vt ſuprà dictum eſt in præcedenti diuiſione: quia nobilitas non naſcitur in ictu oculi, ſecūdùm Bal. in x. diuiſ. j. per tex. l. in l. ſtemata. ff. de gradib. Petr. de Ferra. in ſua practic. in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feud. in ver. ac nomine. in ſecūda diuiſione. & in hoc non ſuccedunt aſcendentes, nec collaterales de conſue. feudorum: c. j. de inueſti. noua. & ca. vno. de ſucceſſione fra. Sed hodie contrariū obſeruatur in regno Franciæ: vt no. Benedict. vbi ſuprà, in ver. & vxorem. num. ccccclilij. & d. de Chaſſa. in d. §. v. num. vij. & in rubr. des ſucceſſions. in glo. & les enfans. §. vj. & ſuprà latiùs extitit diſcuſſum. & ponit Alua. in ſexta diui. & Iaſ. in tertia. Albe. in l. j. §. ſi quis ædificium. ff. de no. ope. nuncia. Imol. in c. vlt. de feu. Oldr. conſi. clxxviij. factum tale.

11. ¶ Quinta diuiſio: Feudum quoddam eſt paternum [a], aliud maternum. ¶ Paternum in proxima cellula fuit declaratum.

a Paternum, & maternum feudum.

12. ¶ Maternum eſt, quod primo per fœminam eſt acquiſitum: ca. vno. de feudo fœmina. & ſicut largè omne feudum, quod fuit ex ſuperioribus agnationis communis acquiſitum, paternum, dicitur; ita quod ex quacunque fœmina, ex ſuperioribus, quæ fuerit ex communi cognatione, fuit acquiſitum, maternum dicitur: vt habetur in titu. de feudo fœmina. & Bald. in v. diuiſio. Alua. in vij. Natura feudi paterni eſt, vt tantùm deſcendentes maſculos reſpiciat: in §. profecto. infrà de lege Corra. Natura feudi materni eſt, vt primò maſculos reſpiciat, ſecundò fœminas: d. titu. de feudo fœmina. & pulchrè not. Curtius in d. tractatu feudorum in tertia parte. q. prima in ij. limitatione.

13. ¶ Sexta diuiſio: feudum quoddam eſt maſculinum [b], quoddam fœmininum. ¶ Maſculinum eſt, quod ad maſculos tranſit, & non ad fœminas: §. hoc autem. qui feudum dare poſſunt. imò fœminæ nō ſuccedūt, etiam ſi de eis ſit facta mentio, niſi maſculis deficiētibus: §. quinetiam epiſcopum, vel abbatem. c. vno. de feud. fœmina. Ia. in ver. & fœmina. Petr. de Ferr. vbi ſuprà in iij. diuiſio. niſi vt fuit dictum ſuprà in natura feudi: vide.

b Maſculinum, & fœmininum feudum.

14. ¶ Fœminium, ſeu fœmineum dicitur, quod ad fœminas tranſit: ſicut ſuprà de materno diximus: c. j. quemadmodū feudum ad filium pertineat. Iacob. in tractatu de feud. in verſic. in feudum. in v. diuiſio. licèt Ioan. Raynaud. duas diuiſiones miſceat. Item ſi aliquis receperit feudum pro ſe, & hæredibus tam maſculis, quàm fœminis: extantibus maſculis fœminæ excludentur: c. j. §. j. epiſcopum, vel Abbatem. Alexan. conſi. ix. in v. vol. Albert. Brunus conſi. lxv. ſuper caſu. Sed hodie in regno tene quod ſuprà dixi in natura feud. verſi. vij. vide tamen do. Ioan. le Cirier in d. tract. de iure primogenituræ lib. j. q. xix.

15. ¶ Septima diuiſio: Feudum aliud habet propriam [c] naturam, aliud impropriam. ¶ Habens propriam eſt feudum ſimplex, rectum purum, liberum. nam natura feudi eſt quædam qualitas innata à principio generationis feudi ſine tempore inueſtituræ, ex qua virtus contractus perficitur, ſemper videtur ineſſe niſi per pactum improprietur: vt eſt text. in rub. de feudo non haben. propriam naturam. & §. præterea, quid ſit inueſtitura. & ſupra latè dictum eſt in tertia quæſtione principali. ſequitur Hoſtienſ. in ſumma huius titu. §. qualiter feudum. & Iaſ. in iiij. diuiſione. & iſta inueſtitura, ſeu tenor eius ſemper debet attendi: c. j. in fine. de duobus fratri. & ibi Bald. c. accepimus. de priuile. Ioann. de Ana. conſil. xij. viſis &c. col. ij. & conſi. xxxvij. Barba. conſi. xvij. præclarè. col. iij. in primo volumi. Deci. conſi. cclxij. in contract. in prin. & conſi. ccix. quoniam. num iij. & conſilio cccxcu. in cauſa nu. v. Roma. conſil. xxxij. viſo inueſtitura. in fine. Albertus Brunus conſil. viij. colum. quarta. & conſilio ſequenti, & conſil. xxxix. colum. ij & conſil. xlj. col. ij

c Propriam naturam habens, vel impropriam feudum ſimplex, recto, puro, libero & conditionato.

16. ¶ Non habens propriam naturam, vel habens impropriam, eſt feudum conditionatum: vt ad certum ſeruitium, vel conditionem ex pacto conceſſum: §. ſi quid ſit inueſtitura. & de capitu. qui curiam vendi. vt eſt feudum guardiæ, & caſtaldiæ, & quod pro mercede datur. de feud. guardia. c. j. Itē feudū cameræ, vel cauenæ. c. ſi de feu. cog. & infrà dicā. Ioan. Raynaud. in comprehenſ.

benſ. feud. in quarta diuiſ. Alua *in tertia.* Iaco. *in ſuo tractatu de feud. in verbo, in feudum in quarta diuiſione.* Bal. *in quarta.* de Ferrar. *in vij.* Et impropriè dicitur feudum, quando pactum apponitur contra alterum ex requiſitis in feudo: vt latè concludit Curtius *in dicto ſuo tractatu feudorum in prima parte, quæſtione ſexta cum ſequentis.*

a Reale, perſonale, perſonaliſſimum feudum.

17. ¶ Octaua diuiſio ſequitur: Quoddam feudum eſt reale[a], perſonale, perſonaliſſimum. ¶ Reale eſt, quod ad hæredes tranſit tam ex parte dantis, quam accipientis: *§. cùm verò Corradus, qui feudum dare poſſunt. c. vno. de duobus fratribus.* quia vnuſquiſque in hoc ſibi præſumitur voluiſſe prouidere, & hæredibus: *l. ſi pactum ff. de probat. d. c. j. de duobus fratrib. ſequitur* Alexand. *conſil. cciiij. conſideratis. in ſecundo volumi. illum text. dicens ſingularem coll. ij. in princ.*

18. ¶ Perſonale eſt, quod ad vitam alicuius conceditur, & non tranſit ad hæredes recipientis, ſed benè dantis: vt feudum guardiæ, & caſtaldiæ: *c. j. de feud. guard.* Iaſ. *declarat in vj. diuiſio.* vt quando feudum habitationis concederetur, quod morte finitur, Bal. *in l. beneficium. col. j. ff. de conſtit. princ.*

19. ¶ Perſonaliſſimum eſt, quod neque ex parte dantis, neque ex parte recipientis tranſit ad hæredes: *c. j. quis dicatur dux.* exemplum ponunt Doctores in ſoldata: vt ſi detur nobili in paupertatem redacto annua prouiſio, tunc ſoldata vocatur: *de qua in dicto tit. & ibi per* Alua. *& l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de verb. obligat. l. vt pomum. ff. de ſeruitu* Bal. *in vj. diuiſione. &* Alua. *in decima.* & non cenſetur propriè feudum, vt tenet Ioan. Berbe. *in d. viator. rubri. de feud. quæſtio. ij.* Iaſon *in præludiis. colum. penult.* & ab initio feudum erat perſonaliſſimum: quia ad nullum tranſmiſſibile. *l. j. §. ſi impuberi. ff. de collat. bono.* & militia vocabatur: *l. omnimodo. § impuberi Cod. de inofficio. teſtamen.* Hodie verò factum eſt feudum realiſſimum, & ad quemlibet ſucceſſorem tranſitorium etiam particularem, ita quòd poteſt donari, vendi, & alio modo alienari: ſicut bona patrimonialia, & hoc in iſto regno: *vt ſupra latè dixi. & tenet* Benedi. *in repetit. ca. Raynutius. in verſ. & vxorem. in tertia deciſio nume. cccc xxv. & ſequen. & in quinta deciſione. de teſtam.*

b Iurabile, & non iurabile feudum.

20. ¶ Nona diuiſio feudorum eſt, quia quoddam eſt iurabile[b], aliud non. ¶ Iurabile eſt, pro quo domino fidelitas iuratur: vt fit regulariter pro omni feudo: *vt in c. vno. de noua forma fidelitat.* & iſtud expreſsè ponit Petrus Iacob. in ſua practica: *in ix. diuiſio.* Petr. de Ferra. *vbi ſuprà in iiij. diuiſio.* Et ſi plures domini in locum ſuccedant, vni iurandum erit nomine omnium dominorum. Petr. Iac. *vbi ſuprà, &* Guido Papæ *in conſi. ccvij. dominus. &* Bal. *ſibi contrarius in c. imperialem. §. præterea ducatus. col. vlt. de prohibita feud. alie. per Frederic.* dicit antiquiori præſtandum eſſe iuramentum. *arg. l. procurator. C. de eden.* Iacob. plenè diſtinguit *in d. tractatu de feudis. in verſ. qui quidem inueſtiti præſtiterũt colu. vij* Aret. *in l. ij. §. ex his. & ibi Doct. ff. de verb. obli* latè Iaſ. *in l. de pupillo. §. ſi pupillus ff. de no. ope. nuncia.* & hæc eſt communis & in practica ſequenda, *ſecundum* d. de Chaſſa. *in conſue. Burgund. in rub.* des fiefs. *§ vij in princ. in text. in §. omnes, ſi de feu. defuncti content. ſit inter do. & agna vaſal.* d. Ioan. Sanxon *articu. viij. in rubr.* des ſucceſſions des fiefs. Alber. Brunus *conſi. cvij. quatuor rationibus. vbi vide latiùs per* d. Ioan. le Citier, *in ſuo pulchro tract. de iur. primogenitura q ij lib. ij. in xvi. prærogatina.*

21. ¶ Non iurabile eſt, quando illo pacto conceditur, vt non iuretur fidelitas: *in §. nulla per quos fiat inueſti. c. vno. in princ. de capitu. Corrad. quod eſt ſingu. ſecundum* Roman. *ſingu. cclxvj. ſequitur* Aluar. *in xj. diuiſio. in præludiis feudorum.* Notandum eſt tamen, quòd licèt feudum reperiatur ſine iuramento: non tamen erit ſine fidelitate: *ita* Ioan. Raynaud. *in ſecunda diuiſione feudor.* Ioan. Berber. *ſecunda quæſt. tit. de feud. &* Iaſon *in proœm. feudor numero cxx ij.*

c Ligium, & non ligium feudum.

22. ¶ Decima diuiſio. Feudum quoddam eſt ligium[c], quoddam non ligium. ¶ Ligium eſt, quando iuratur fidelitas contra omnem hominem mundi, nullo excepto: & iſtud non recipitur, niſi à principe non recognoſcente aliquem in ſuperiorem: vt eſt Imperator, & rex Franciæ. *cap. per venerabilem. qui filij ſint legiti.* ideo dux Sabaudiæ poteſt dici homo ligius regis Franciæ, vicecomes Turenæ, & alij Magni feudatarij regni. Et dicitur homo ligius, quaſi illi ligatus, & ſubditus, & legalitatem prædicto regi debens. *glo. ſing. in Clemen. paſtoralis. & ibi* Cardi. *de re iudi.* Specu. *in tit. de feud. in §. quoniam. verſ. primo.* Ioan. Maſuer. *eo. tit. verſic ſi.* Ioan. Berbe. *vbi ſuprà, q. ij.* Bal. *conſi. cccxj. ad euidẽtiam. in ij. lib.* Guido Papa *conſi. cc xiij & in ſuis deciſio. quæſt. cccix. & idem tenet* Alexan. *conſi. xxx. quoniam. col. ij. in primo volu. & conſi. ij. in prin. in v. volu.* Pano. *in c. ex diligenti. de ſimo.* Ioan. de Ana. *in conſi. x ij. viſis, & ponderatis. col. tertia.* d. de Chaſſa. *in conſue. Burgund. in eo. tit. §. iij. in gloſſ.* & homage. & tria requiruntur poſita per Curti. *in ſuo tractatu feudor. in prima parte. quæſt. viij. col. viij.* quatuor effectus ponit Iaſ. *in ſeptima diuiſione feud. ſequitur* d. Ioan. Sanxon *in conſuetu. Turonenſ. in rubr.* comment homage, &c. *artic. primo in xxiij. concluſ.* Catelia. Cotta *in ſecunda parte memoral. in ver feudum.*

23. ¶ Non ligium eſt, quando in iuramento fidelitatis prior dominus excipitur: *vt in tit. hic finitur. tex. in fi. & §. ſi. de prohib. feu. aliena per Fride.* ideo quando vaſalli domini de Turena iurant ei fidelitatem, debent iurare aduerſus omnem hominem, excepto rege Franciæ, qui ſuper omnes reges eſt, & tanquam quidam corporalis Deus in ſuo regno: *ita* Bal. *in d. §. ſi. & in vij. diuiſion* Pet. Iac. *in nona.* Benedic. *in repeti. c. Raynutius. in ver. & vxorem. num. cc xxx de teſta. quod notes.*

a Annale, & perpetuum feudum.

24. ¶ Vndecima diuiſio: Feudum aliud annale[a], aliud perpetuum. ¶ Annale eſt, ſiue temporale, quod poſt annum ſtatim auferri poteſt: vt eſt feudũ guardiæ, & caſtaldiæ, & quod pro mercede alicuius rei datur. *c. primo. de feud. guardia.* iſte tamen annus per pactum poteſt prolongari, & tunc potentior eſt conuentionalis prouiſio, quàm legalis, qua ceſſante ſibi locum vindicat legalis. *l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edi.* Bal. *in proœm. feud. in ix. diuiſio.* plus dicens, poſſe paciſci vt nullo tempore poſſit auferri. ſequitur Iacob. de Sancto Georgio *in tracta. de feu. l. in verſ. in feudum in ix. diuiſio.* & Petr. Iacob. *in quarta,* Hoſtienſ. *in ſumma de feud. §. qualiter feudum. verſ. perpetuum feudũ* Ioan. Berber. *in viatorio iuris in rubri. de feud. in quæſtione ij.* Sed hodie hoc in regno ſunt perpetua, ac officia, & quaſi pro patrimonio habentur: *vt not.* Benedict. *in ver. & vxorem num. cccclxiij. cum ſequ. de teſt & ſuprà latiùs dictum eſt. ideo vide ſi libet.*

25. ¶ Perpetuum erat regulariter omne feudum eo modo datũ. *§ Cùm verò Corradus. qui feudum dare poſſunt. & ibi Doct.* & illud quod eſt ſimplex, eſt perpetuum. *c. j. in fi. in quibus cauſis feud. amit.* ita tenet Petrus de Ferrar. *in forma libelli. quo agitur ad reuocationem feud. in verſ. ac nomine recte. in vj. diuiſio.*

b Diuiſibile & indiuiſibile feudum.

26. ¶ Duodecima diuiſio feudorum eſt: quia quoddam eſt diuiſibile[b], aliud indiuiſibile. ¶ Diuiſibile eſt autem quodlibet feudum regulariter, quibuſdam exceptis, videlicet regno, marchia, ducatu, & comitatu. *ita atteſtatur* Alua. *in ix. diuiſio. in proœm per text in §. omnes ſi de feudo defuncti conten ſit inter do & agna. vaſal. c. imperialem. § præterea ducatus. de proh. ibi: ta feud alie. per Frideric.* Berb. *vbi ſuprà in d. q. ij.* Iaco. *in feudum. in xj. diuiſio.* Bar *in l. inter tutores ff. de admin. tut. & l. & ideo. ff. de condi. fur.* Bal. *in l. j. de offic. conſul.* Panormit. *in c. Prudentiam. in prin. colum. iii. de offic. delega. & ibi hoc tenent alij poſt eum.* Curtius *in tracta. feudorum in quarta parte. quæſt. xxx.* Alber. Brunus Aſten. *in conſ. lx.* & iſta ideo diuidi non poſſunt: quia ab vno ſolo reguntur melius, quàm à pluribus. *arg. l. iij. §. apparet. ff. de admin. tut. l. ij. §. nouiſſimè. ff. de origine iuris. c. gaudemus de diuortio. §. quia verò. xxiii. diſtinct.* nam politia vnius optima eſt, paucorũ etiam bona: ſed plurimorum eſt difficile vt bona ſit: cùm plures ad virtutis meritũ peruenire difficile ſit. Ariſt. *in polit. &* Lucas de Penna *in l. viros. col. ij. C. de diuer. offi. lib. xij.* & Philoſ. *ij. Metaph.* ait, non capit regnum duos, quia multitudo principum eſt onerosa: cùm in apibus vnus ſit princeps. *c. in apibus. vij. q. j. latè* d. Iacob. Bonaud. *in additio. ad Ioan. de Terrarubea in tract. contra rebelles regum. art ij. tract. primi & art iij tert. concl. x.* Feli. *in c. qua in Eccleſiarum col. antepe. de conſti. &* Iaſ. *in l. ij. d. tiſ.* Angelus *conſilio cc xxxvi. inſpicien. pro clariori.* Curtius *conſi. lxix.* Panorm. *conſi. lxxxij in primo volu.* Barba. *con. lxij. clementiſ. ſimi colum. iij & conſi xl. clementiſſimũ. coll. ix. in iiij. vol.* Chaſſa. *in vlt. part.* Catal. *in lv. conſi. & Albes.* Brunus *tract. de augmen. concluſ x.* Hippo. *ſingul. x ſequitur* Ioan. le Citier. *in ſuo tract. de iure primogenitura. quæſt. iij primi libri, vbi pulchra verba ponit. vide do.* Bartholo. *de conſue Burgund. in rubri.* des fiefs. *§ vi.* Alexan. *conſi lx. viſis* ... *in tertio volum. & conſ xxv. & ſe... incipien attentis in v. volu.* Petrus de Ferra. *in ix. diuiſio* Et ideo in iſtis indiuiſibilibus primogenitus ſuccedit. *c. licet & ibi Doct de voto gloſſ. in c. ſi hæredes. de teſtamen.* Alber. *in proœmio ff. §. diſcipuli. latè* Deci. *conſil. cclxxxix. viſa longa. num vj.* & aliis filiis debetur apanagium[c], i. legitima, non[d] per modum diuiſionis, ſed per modum prouiſionis, *ſecundum* Ioan de Monteferrato *in tract. de ſucceſſione regum. in primo dubio, & ſecundo &* d. Stepha. Buinard. *in repe. l. quiſquis. colu xvj C. ad leg Iul. maieſta. & d. Boër. in tracta. de cuſtodia cla. port. ciui. fo. xv. col. iiij.* nec aliqua ſit iniuria vltimò genitis, nec conqueri poſſunt: *vt expreſſè dicit cõterraneus meus* d. Ioan. de Terratubea *in tract. contra rebelles regum. art. primo tract. primi. concl. xxj & ſequ.* Immò hoc conuenit legi diuinæ ſecundùm eum in prima concluſione hoc latiùs deducentem, quem licet videre. Intellige tamen ſuprà deducta, videlicet feudũ non poſſe diuidi, eſſe verum quo[e] ad dignitatem: ſecus quoad adminiſtrationem: vt vnus frater regat vnam ciuitatẽ, alius aliam. Benedict. *in repeti. c. Raynutius. in verſic. in eodem teſtamento. in j. num. clxxxv de teſtam.* & etiã bona mobilia, vel immobilia pertinentia ad dignitatem benè diuiduntur, teſte Alber. *in dictio. in ver. feudum. verſ. alia etiam pulchra. ibi, item quæro pulchram. & in additio. ad Petr. Iacob. in rub. de cauſis, ex quibus do. debet amittere proprieta. in vj. diuiſio.* ſed poteſt fieri concordia reſpectu exercitij, vt vnus vno anno regat, alter altero anno. *argum. l. Lucio. & ibi* Bart *ff. de aqua coti. & æſtiua. & pulchrè* Pyrrhus *in conſuetudi. Aurelia. titulo de feud. ca. primo. &* d. Vdalri. Zaſius *in repet. l. ij. in verbo, non perinde. ff. de origine iuris.*

c Apanagium pro legitima.

d Apanagium d. betur ſecondo genitis, nõ per modum diuiſionis, ſed prouiſionis.

e Feuda an vt adminiſtratione, ita dignitate diuidi poſſint, & quomodo.

27. ¶ Hodie ex conſuetudine regni Franciæ omnia feuda poſsũt diuidi præter regnũ: *vt atteſtatur* Fabia. de Giochis *in repet. authe. nouiſſima. col. ſi. C. de inoffi. teſtam q. ſi.* Ioan. Raynaud. *in comprehenſorio feud. in præludiis ad c. imperialem. in ij. diuiſione. &* d. Boer. *in conſuetu. Biturs. in §. ij. de conſue. feu. & ibi in additio. & in §. ij. de teſt & in tract. de cuſt. claui. fol. xv. col. v.* ſed cõſuetudo eſt in d. regno, quòd licèt diuidatur feudum, primogenitus inter nobiles

nobiles habet præcipuum manerium (vt verbo Doctorum vtar) ſiue habitationem cum galli, vel caponis volatu. iſtius conſuetudinis meminit Benedi. vbi ſuprà, Guido Papæ in decijio Delphi. q. cccclxxvj Ioan. Sanxon in conſuetu. Turo. in rubri. des ſucceſſions des fiefs. art xiij & latè d Ioan. le Cirier, in tract. ſuo ſolem. de iure primogenitura lib. ij q. iij. vbi latè refert conſuetudines. vide ibi, & lib. j q. xj. concl. ij. & ſequ. Et an conſuetudo diuidendi feuda valeat, videatur text. in d § præterea qui conſuetudinem reprobat: ergo non videtur valere. Sed contrarium credo. & ita tenet Oldra. conſil. cccxxxvij. perlectu. in ſ. pe. colum. Bald. Alua. & alij in d. § præterea. Cardina. & alij in c. licèt. de voto. Et non obſtat ille §. reprobans conſuetudinem: nam debet intelligi, ſi non fuerit inducta, & ſeruata ſciente ſuperiore: ſed in hoc regno patiente ſuperiore, & ſciente fuit inducta, & ſeruata: ergo ſequitur quòd valebit. hoc tenet Ioannes Andreas in additio. ad Specu. in titulo de feud. in verſ. non omittam, & Alber. Brunus conſil. lxvj. ex themate, quod &c. latè d. Ioan. le Cirier, in ſuo tracta. de iure primogenitura. q. xj. primi lib. in ij. concluſio. & hæc conſuetudo eſt in Italia, teſte Alexand. conſi. xviij. viſis. in ij. vol. Dec. conſi. cclxxxix. Sozi. conſil. lxvij in j. volu. & conſil. clxv. viſis. colu. vij. in ij. volum. Curt. conſil lxvij ſapienter. num. xxxj. & conſil. lxix dominus Ioan.

a Purum, ſeu ſimplex: conditionatū, ſeu non rectum feudum.

28. ¶ Decimatertia diuiſio feudorum eſt: quia aliud eſt feudum purum [a], ſiue ſimplex: aliud verò conditionatum, ſeu non rectum. ¶ Purum, ſiue rectum dicitur, quod non habet ſeruitia determinata. §. pe. & vlti. quid ſit inueſtitura ſequitur Petrus Iac. in ſua practica rubr. de cauſis, ex quibus domi. debet amittere proprietat. in vij. diuiſione Hoſtien. in ſumma huius titu. §. qualiter feudum diſtinguatur. aliis etiam modis dicitur rectum: vt habetur in tit. de conſuet. recti feu. per Docto. & Curt. in ſuo tract. feud. in j. parte q viij. col. vj. Imol. in c. ſi. col. antepe de feu.

29. ¶ Non rectum, ſiue conditionatum eſt, quando in conceſſione eſt certum ſeruitium determinatum: putà de aſſociando vxorem domini, vel de filia maritanda, aut de ſeruiendo domino in menſa, vel aliud ſimile. §. ſi de capita. qui curiam vendidit. c. j de notis feud. & ibi not. & hoc caſu ad alia non aſſignata, nec expreſſa ſeruitia non tenetur vaſallus. l. j. §. ſi conueniat. ff. de poſſ. l. legem. C. de pa. Ioan. Raynaud. vbi ſupr. in § firmiter. col. xxij. Iaco. vbi ſuprà in ij. diuiſione. ¶ Rectum verò poteſt dici quando de domini voluntate, & licentia adipiſcitur poſſeſſionē præſente curia vaſallus. nam perinde eſt ac ſi inueſtitura eſſet facta, & eſt hoc feudum tranſmiſſibile. c. vno. de conſuet. recti feud. ſecùs ſi data eſſet licentia ſine curia. nam tunc non rectum diceretur. c. j. quib. mod. feud. conſtitui poteſt. Vel dicitur rectum: id eſt, perpetuum. Alua in xij. diuiſ. Bal. & Iaſ. in ij.

b Francum, & non francum feudum.

30. ¶ Decimaquarta diuiſio eſt: feudorum aliud eſt francum [b], aliud non francum. ¶ Francum eſt, quando vaſallus à ſeruitiis eſt immunis, & nullum ſeruitium debet: tamen non eſt francum à maleficiis cōſiſtentibus in tacendo fraudem, vt quia non denunciauit inſidias domino, quas contra eum ſcit parari: ſiue in faciendo. vt ſi committat feloniam contra dominū, priuatur feudo. c vno, quibus mod. feud. amit. Feli. latè. in c. cæterum. col. ij num. vj. de iudi. alioquin eſſet quædam donatio, & non in feudum conceſſio: vt declarat Imol. in c. ad noſtram. col penult. de reb. eccl non alien. Immò tale feudum contineret repugnantiam, videlicet quòd ſit feudum, & prorſus liberum ab omni fidelitate, quæ in iure non eſt admittēda. l. vbi. ff. de regu. iur. l. Titia. ff. de conditio. & demon. c. ſolicitudinē. de appel. Alua. in ij. diuiſio Bald. in viij. Berberi. in dicto viato. in rub. de feu in ij q Benedi. in repet. c. Raynutius. in ver. & vxorem. num. cccclxiij. cum ſeq. de teſtam. Feli. latè in c. quæ in Eccleſiarum num. lxxij de conſt. Deci. conſil. cccij. & pro tenui. num. iij Curtius in j. parte in q. viij. col. ix. Alexan. conſil. ci. col. pen. in primo volu. & tres effectus huius feudi licet videre per Iaſ. in viij. diuiſione. & conſi. lxij. in cauſa. col. iij. vol. primo. Et ideo ſi inueſtitura hoc modo dicatur, Titius conceſſit tale caſtrum in feudum liberum, & francum, hæc conceſſio importat feudum omni libertate liberum, exceptis duobus ſuprà dictis, & etiam importat omni ſeruitio francum: vt no. Ioan. And. in addit. ad Specu. in titul de præſcriptio. & Iac. in d ſuo tracta. de feu. in verbo, in feudum in viij. diuiſione. Bal. in l. ſi plures. C. de conditio. inſer. c. vno. de capita. qui curiam vend. illa tamen ceſſio non importat quòd faciat rem allodialem, quæ tunc dicitur, quando à nemine tenetur, nec recognoſcitur niſi à ſolo Deo: & ſic dicitur francum: quia ſui iuris, & nulli ſubiacens ſeruituti, & nullum onus poteſt imponi ſine conſenſu poſſeſſoris. c. j. de alod. & ibi Doct. Guido Papæ ſin. ccclxxx. & Benedi. num. cxxiij. cum ſeq de teſt. & in iſtis bonis allodialibus nō habet rex, vel alius dominus niſi protectionem: vt tenet Benedi. vbi ſuprà: & in hoc regno pauca ſunt, quæ non ſint feudalia, vel emphyteuticaria ſecundum eum, num. cccclxv. cum ſequ. vide Cornel. conſil. xvj. aperta. col pen in j. volu. Et an domini temporales habeant de iure communi intentionem fundatam, quòd non, excepto rege. d. Boer. in § pen. de conſuet. feu in lib. conſuetu. Bitur. & Ioan. Sanxon rubri. j. art. ij. in conſuet. Turo. eos vide ſi libet.

31. ¶ Aliud eſt non francum: & eſt quando in conceſſione dominus retinet aliquod ſeruitium, prout fit regulariter: vt habetur in libro feu & not. And. de Iſer. in rub. in quib. cau feu. amitta. & Bal. in viij. diuiſione. ¶ Notandū eſt tamen, quòd res quoad propoſitum poteſt duobus modis frāca, & libera vocari. Primo, quando à nemine tenetur, immò poſſidēs habet & directum, & vtile dominium, & dicitur allodium, & non loquimur hîc: ſed loquitur titulus de allodiis. Secundò dicitur franca, vt hîc: quia ad aliud ſeruitium nōn expreſſum nō tenetur vaſallus: dabitur tamen laudimiū domino directo pro inueſtitura: vt tenet Ioan. Raynaud. in d. comprehenſo. in c. imperialem. §. præterea in j. q. xx. nu. xvj. ſuprà allega. & hoc quando alienatur, non verò quando renouatur inſtar emphyteuſis. l. ſi C. de iure emphyteu. & dominus habebit ius retentionis in feudo: ſicut in emphyteuſi. Iacob. in tracta. de feu. in ver. qui quidem inueſtiti. col. xvj. pro quo facit text. in c. vno. in ſi. ibi, aliquid propter feudum receperint. qui feu dare poſſunt. in c. j. §. Titius. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter do. & agna. vaſalli. doc. in c. ad noſtram. de rebus Eccle. non alie. d. Boer. in § vj. de conſuet. feudi ſatis lentè pertranſit contra morem ſuum. do. de Chaſſa. in conſuetu d. Burgund. in rub. de retraicts. §. x. glo. j. num. vij. in additio. nouis. Quare Galli vocentur Franci, an à Francione capitaneo, vel quia liberi, ſatis explicat Gaguinus in princ ſui libri & Benedict. in repe. c. Raynutius. in ver. ſi abſque. in ij. num. xxxix. & ſequen. de teſta. & de Chaſſa. in conſuetu. Burgund in rub. des mains mortes §. v. in princ. vbi vide & per Paul. Æmilium in princ ſui libri hiſtoria Gallorum.

a Ad hæredes tranſitorium, & non tranſitorium feudum.

32. ¶ Decima quinta diuiſio. Feudum quoddam ad [a] hæredes omnes eſt tranſitorium, aliud non. ¶ Tranſitorium ad omnes hæredes eſt regulariter quodlibet feudum. nam æqualiter ad omnes deſcendentes tranſit. c. j. §. j. ibi, quod hodie. qui feud. da. poſſ. & iſtud declarat Iaſ. in præludio feud. col. ſi. nu. cxxviij.

33. ¶ Aliud eſt non tranſitorium ad omnes, ſed ſolùm ad primogenitum: vt eſt regnum hoc Franciæ, quod ſolùm primogenito maſculo defertur, & non aliis eo ſuperſtite: & idem in Anglia, & Sicilia. text. in c. licet. de voto. & ibi plenè Doct. Bar. in l. j. col. xvj. verſi. ſed poſſet dubitari. C. de ſum. Trini. Bal in c. j in princ. ſi de feud. controu. ſue. inter do. & agna. vaſalli. & l cùm antiquioribus. C. de iure deliberan & Petrus Iac. in ſua practi. in tit. de ſucceſſio regni Franciæ. col iij. Ioan. de Terratubea in tract. contra rebelles regum, & ibi d Bouaudi. in additio. in tract. j. concl viij. art. j. Iac. in ſuo tracta. de feudu. in ver. in feudum. in xj. diuiſione. & Alua. in x & c. vno. de ſucceſſio. feud. Petrus de Ferra. vbi ſuprà in vltima diuiſione. d. Ioan. Sanxon in conſuetud. Turonenſi. in rubr. des ſucceſſions des fiefs. art. iij. & ſi ad amuſſim velis videre de hac materia primogenituræ, vide in d. tract. de iure primogenitura. per d Ioan le Cirier. ¶ Vel quoddam eſt familiare, aliud eſt hæreditarium: vt not. Bal. in l. cum virum. C. de fideicom. Familiare eſt, quod pro ſe, & familia recipitur, & in reſtitutione fideicommiſſi nō venit, niſi fideicommiſſarius ſit de familia. l. quia poterat. ff. ad Trebel. Hæreditarium eſt, quòd quis habet pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, & ad omnes hæredes extenditur, ſiue ſint de familia, ſiue non. & Deci. conſil. cccxc. quoniam ex. nu. v. & cccxcv. in cauſa. ſecus ſi pro ſe, & liberis. Andr. de Iſer. in §. hoc quoque de ſucceſſio. feud. Alex. conſil. xix ſuper eo. in v. vol. Deci. conſi. clxxxv. in cauſa. & Curtius in ſuo tracta. de feudis, in prima parte quaeſt. viij.

b Corporale, & incorporale feudum.

34. ¶ Decimaſexta diuiſio feudorum eſt: nam aliud eſt corporale [b], aliud incorporale. ¶ Corporale eſt, quod in immobilibus conſiſtit, caſtro, manſo, & ſimilibus rebus tangibilibus. §. item. & ſeq. & § ſi quis de manſo. ſi de inueſtitura feud. contro. ſue. & Petrus Iaco. in forma libelli pro re emphyteuticaria. in ſi. Iac. Aluar. in prælud feu. in xxij diuiſio. & in c. vno. col. ij. in quibus cauſis feud. amit. Curtius in ſuo tracta. feu. in vj. in quarto requiſito. declarant Doct. Inſt de reb corpo.

35. ¶ Incorporale eſt, quod conſiſtit in iuribus decimalibus, vel iuriſdictionibus, & ſimilibus: vt feudum guardiæ, & caſtaldiæ. c. vno. §. ſi. de feu ſequitur Syluester de Prierio in ſua ſumma, in ver. feudū. in prin. in ij. q. Alua. in vlt. diui. in procemio feudorum. Iaſ. in xiij. diuiſio. Ideo laici poſſidentes decimas (quas ante Cōcilium Lateranenſe à Papa cauſa defenſionis Eccleſiæ habuerunt) iuſtè nunc eas detinent: vt vult Panor. in c. cum Apoſtolica. de his, quæ fiunt à prælatis ſine conſen. capi illas tamen non poſſent alteri laico in feudum dare, niſi loco religioſo: vt not. Doct in c. prohibemus. de deci. ſequitur Petrus de Bellapertica in v. q. tract. de feu. & hoc cum conſenſu capituli ſecundùm eos. & Berber. in viato. iuris, in rub. de feu. q. iij & an ſine conſenſu, ponit Iaſ. in c. primo. qui feu dare poſſunt. col pe. & vlt. cano. Card. Andr. & Imo. in c ij. de feu. vbi plenè eos vide, ſi libet. & latè ponit d. Boer. in conſuetu Bituricenſi. in § xj. de conſuetu. præd. cum conſenſu tamen epiſcopi poterit dari in feudum decima alteri laico conſuetudine dictante: licèt contraria opinio ſit communior: vt atteſtatur Stephanus Maleret. in tract. de elect. fol. xxvj. col. j.

c Cameræ & Cauenæ feudum.

36. ¶ Decimaſeptima diuiſio: Feudum quoddam eſt de camera [c], aliud de cauena: probatur hæc diuiſio in ca. vno. in fine de feudi cognitio. ¶ Feudum de camera eſt, quando princeps cuidam nobili concedit decem recipiēda de camera communi vbi theſaurus reponitur. hoc debet recipi ſingulis ann. & exēplū ponit Aluar. in d. c. j. in ciuitate Paduæ, vbi eſt locus, qui appellatur, camera, ad quā eſt deputatus officialis, qui camerarius appellatur, cuius officium eſt colligere & diſtribuere omnes introitus ciuitatis. & dē hoc videtur not. in §. præcepta. in authen. de defen. ciui. col. iij. & tali vaſallo non debet fieri ſolutio de tali camera, vel

canena, niſi ibi ſit vnde ſolui poſſit. nam ſi euacuata ſit ſine domini culpa, debet vaſallus expectare donec ſolui poſſit. Solui autem poſſe intelligitur deducto ære alieno: vt in tit. de notis feu. in princ. & Aluar. in d. §. ſi. de feu. cognitio. coll. ij. & iſtud tráſit ad hæredes, & eſt feudum propriè. § ſi verò vaſallus, quid ſit inueſtit. declarat Iaſ. in prælud. feud. col. pe.

37. ¶ Feudum de canenâ eſt, quando princeps concedit vt decem ſextaria frumenti, vel vini ex canena recipiantur: quæ dicitur locus, in quo frumentũ, vinum, & huiuſmodi introitus colliguntur, conſeruantur, & diſtribuuntur. declarat Aluar. ponendo exemplum in Eccleſia ſuæ ciuitatis, in qua eſt locus, qui vocatur Canipa, ad quã eſt officialis conſtitutus, qui habet colligere, conſeruare, & diſtribuere tales introitus, & ille feudatarius nomine regio colliget, & recipiet quicquam in vno pro ſe, ſicut in ciuitate Burdegalenſi aduocatus regius, & procurator. & vide Aluar. in proœmio feudor. in xvij. diuiſio. & Bald. in cap. vno. de notis feudor. & c. vno. § ſi verò vaſallus. quid ſit inueſtitura & Alu. vbi ſuprà.

a Guardiæ, Caſtaldiæ, & quod pro mercede datum feudum.

38. ¶ Decimaoctaua diuiſio feudorum eſt: nam quoddam dicitur feudũ guardiæ [a], aliud caſtaldiæ, & aliud quod pro mercede datur. ¶ Feudum guardiæ eſt, quod pro cuſtodia datur, vt quando princeps deputat alicui caſtro guardiatorẽ, ſiue cuſtodem, nam propter cuſtodiam deſignatur tale feudum: vel guardia habet feudum annexũ. vt declarant Dec. c. vno. de feudo guardia. & poteſt poni exemplum in capitaneo Aquarum mortuarum, cui cuſtodia ciuitatis datur in feudum, & habet magnam turrim, in ſummitate cuius ſingulis in noctibus ponit lumen, vt reducat nauigantes ad portũ, vt ſæpius vidi, inſtar ciuitatis Ianuæ, de qua meminit Ioã. de Platea in l. penult. C. de naufrag. lib. xj. & hoc feudum anno finito poteſt reuocari, niſi ad certũ tempus fuerit conſtitutum. ca. vno. de feudo guardia. quia etiã officia olim non durabant niſi anno l. præſidis. cum ſimilibus. ff. ſi certum pet. & finito officio finitum erat feu ſum: quia ceſſante cauſa, &c. c. cum ceſſante. de appel. l. adigere. ff. de iure patro. l. quod dictũ. de pac. & de iſto cuſtode ponit latè d. Boer in ſuo elegãti tracta. de cuſtodia clauium porta. ciuit. per totum, maximè fol. vj. vbi pulchrè. Sed hodie communiter feuda & officia ſunt in hoc regno perpetua: id eſt, ad vitam recipientium duratura, & hoc quando emanãt à rege, vel ab his, qui ſunt ex eius ſanguine. & hoc ex conſuetudine generali regni: vt ſæpius vidi obſeruari, & audiui, & ponit Benedic. in repetit. ca. Raynutius in verbo, duas, nume. xliv. cũ ſeq. de teſta. ſecus ab aliis dominis: quia ad nutum durant dominorum. Notandum eſt tamen quòd habens caſtri cuſtodiã, vel ciuitatis, ſi eam amiſerit, præſumitur culpa amiſiſſe. l. cum ita. § ſpecies ff. de leg. ij. & gloſſ. refert Barba. in additio. ad Bal. in c. vno. de feu. guardia. quod eſt menti tenendũ contra cuſtodes fortalitiorum, qui in hoc regno cuſtodias caſtrorum relinquũt: vt nuper vidimus de ciuitate Rhodiorũ, & aliis multis caſtris, & pro hoc poteſt allegari text. in l. quicũque C. de fun. limitro lib. xj. vbi nullus priuatus poteſt cuſtodiam caſtri recipere in limitibus regni exiſtentis, niſi ex conceſſione principis: & contrà faciens capite plectitur: & hoc propter regni pericula dietim contingẽtia: nec aliquis in prædicto regno poteſt epiſcopatum obtinere ſine regis nominatione, & conſenſu: vt habetur in tit. de elect. in Cõcordatis. §. j. latè ponit Benedic. vbi ſupr. nu. cccc v. cum ſeq. de teſta. & in indina. reg. in rubri. dũ droict de regale.

39. ¶ Feudum caſtaldiæ eſt, quod datur propter procurationem. nam caſtaldus dicitur is, cui res domini gubernanda mãdatur. glo. in c. vno. de feu. guardia, & in l. ſi. C. quod cum eo.

40. ¶ Feudum, quod datur pro mercede, dicitur illud, quod eſt alicui conceſſum propter laborem, & pro mercede. Aluar. ita tenet in d. c. vno de feudo guardia & ibi Barba. in additio. ad Bal dicit, quod communiter pro mercede alicuius vilis officij, vt pro officio coqui. l. legatis ſeruis. § ſi ex offi. ff. de leg. iij. & coquus principis dicitur habere dignitatem, ſecundum eum. nihil allegat. Sed adduco text. in l. nemo, ibi, nobis inoẽntibus ſuſtinetur. C. de dignita. lib. xij. quem clamat ſing. Roma. ſing. cccccccv. dicens officium quantumcunque vile mandante principe effici nobile. ſequitur Feli. in c. fraternitas. de hæret. Doct. in l. j. C. de mand. prin. Iaſ. in l. omnium. in j. not. C. de teſta. Idem dicit Areti. de ſecretariis principis, in § ſi. coll. j. Inſt. de excep. ſequitur Bonus de Curtili in tract. nobilita. in iiij. par. nu. clvj.

b In curte domini, & extra curtem feudũ.

41. ¶ Decimanona diuiſio feudorum eſt. Aliud eſt in [b] curte domini, quoddam extra curtem, hæc diuiſio elicitur ex c. vno. & capita. qui curiam vend. vbi tunc dicitur feudum in curte, quãdo dominus habet dominium poſſeſſionum, & feudorum totius villæ: ita, quòd omnes ruſtici, & coloni dictæ villæ, recolligunt omnes fructus, & reditus domini, & portãt illos ad domum dominicalem: id eſt, ipſius domini exiſtentem in dicta villa: & illa domus appellatur curia, ſeu curtis domini. Ideo ſi dominus concederet in feudum ynum manſum de dicta villa, vel vt vaſallus haberet annuatim certum reditum de dicta curte. & omnes alij fructus eſſent domini: tunc ille vaſallus dicitur in curte, & eſt feudum in curte, ponit idem Aluar. in proœmio feud. in xiiij. diuiſione.

42. ¶ Feudum extra curtem eſt, quando dominus non habet dominiũ totius villæ: ſed poſſeſſiones pro maiori parte sũt ruſticorum, vel aliorum: & dominus modicũ habet, puta duas, vel tres poſſeſſiones: & nõ eſt neceſſe quòd teneat ibi domũ dominicalem: nam ſi dictas poſſeſſiones infeudaret, diceretur habere vaſallum extra curtem: c. vno. § pe. & ſi. quib. mo. feu. amitta.

a Aduocatiæ, de tabula, ſeu quaternata feudum.

43. ¶ Vigeſima diuiſio feudorum eſt: quia feudum aliud eſt aduocatiæ [a], aliud de tabula, ſeu quaternata. Feudum aduocatiæ appellatur, quando eſt aliquis aduocatus fortè fiſci, & illi aduocatiæ eſt feudum annexum pro ſuis ſtipendiis exoluendis, & idem in iudicatura, vel procuratia, notaria, vel alio officio, cui feudum ſit annexum. probantur prædicta in c. vno. § quicunque aduocatiam. de pace tenen. & eius viola. & idem puto in feudo ſcutiferorum. ſecundum Aluar. in proœmio feudorum, in xviij. diuiſione. & in titul. de feudo guardia. & Iaſ. in colum. pe. in præludiis feudor.

44. ¶ Feudum de tabula, ſeu quaternata eſt, quando ſpectat ad collationem regis, vel domini: & illa ſunt ſcripta in quaternis cameræ, ſicut in camera cõputorum Pariſiis declarat Andre. de Iſer. in ca. j. de cõtrouer. inueſtitu. apud pares terminan. Aluar. in xxj. diuiſione. ſequitur Lucas de Penna in l. j. colum. ij. C. de venditio. rerum fiscal. lib. xj. & l. quicunque colum. tertia de omni agro deſer. lib. eod. & l. j. colum. viij. de imponenda lucra. deſcriptio. lib. x. videto ſi libet.

b Emptitium ſeu mercenarium, edictale, & decretale feudum.

45. ¶ Vigeſima prima diuiſio eſt, feudum emptitium [b], ſeu mercenarium, & id eſt, quod pecunia acquiritur. l. Titius ff. de obſeq. Curt. conſil. j. colum. j. & deciſ. Neapol. cclxxxij. orta. ¶ Aliud eſt feudum edictale, quod quis habet ſtatim, quod eſt hæres vaſalli, cuius perſonam repræſentat, & onus homagij videtur ſubiiſſe. not. Specu. in tit. de feud. in § quoniam verſi. xxvij. & hoc habet ex edicto prætoriſ mortui: vt ibi not. ¶ Aliud decretale, quaſi à domino decretum. nam mortuo vaſallo hæres, ſiue filius tenetur à domino petere inueſtituram, & dominum agnoſcere, & iuramẽtum fidelitatis præſtare: & idem dominus tenetur eumdem recipere vaſallũ: & recipiendo videtur ſibi decernere ius in feudo: ideo decretale feudum vocatur: vt declarat Iaſ. in præludiis feudorum, in ſi. & d. Boër. in §. vj. de conſue. feud. in conſuet. Biturigum: ſicut dicitur de bonorum poſſeſſione. nam quædam eſt edictalis, quædam decretalis: de qua vltima eſt text. in l. j. §. decretalis. ff. de ſucceſſio. edict. de vtraque loquitur gloſſ. in l. iij. §. à municipibus. ff. de bonor. poſſ. Dec. in d. l. ſi. § qui admit. declarat mirificè conſocius, ac conterraneus d. de Contadus in ſuo tracta. de bo. poſſ. fo. vij. & ſeq. vbi potes videre.

c Quod ipſo iure, & quod per ſententiam amittitur feudum.

46. ¶ Vigeſimaſecunda diuiſio: Aliud eſt feudum, quòd [c] ipſo iure amittitur, aliud per ſententiam ¶ Ipſo iure tunc amittitur, quando vaſallus iure prohibente ſine domini permiſſione alienat: nam licèt in alium transferre feudum non poſſit: tamen illud verè amittit de conſuet. libri feudorũ. ca. j. de lege Corrad. gl. in c. j. qui. mo. feud. amit. c. imperialem. §. calliditati. iuncta gloſſ. & §. ſeq. de prohib. feud. aliena. per Frider. & ibi latè Ioan. Raynaud. & Petr. Iacob. in ſua practica, in forma libelli pro re feud. in ij. rub. l. de feudo aperto. c. vno. § qui clericus ſi de feud. defun. conten. ſit inter domin. & agna. vaſal. Barba. conſ. vij. illud aſſeram. colu. octau. in ſecundo vol. d. Barth. de Chaſſa. in conſuet. Burgun. in rub. des fiefs. §. viij gl. commiſe n'a pont de lieu, & d. Ioan. Sanxõ in conſuet. Turon. comment homage ſe doit offrir. art. j. in prima concluſione. vndecim caſus, in quibus ipſo iure perditur feudum, ponit Franciſcus Curtius. in ſuo tract. feudal. in quarta parte verſ. reſtat. &c. & quod reme lium poſſit dominus intentare, ponit Iaſ. latè in l. ij. a. col. v. & ſequ. poſt alios ff. de condict. ex lege. & in proœmio feudor. hodie alienatur, nec perditur: vt ſuprà dixi in tertia quæſt. verſi. vj. &c. ¶ Per ſententiam feudum vaſallus amittit quando requiritur ſententia priuatiua, & lex non priuat. c. j. de feud. ſine culpa non amittit. & j. quo tempore miles inueſtit. pet. debeat. & iuribus ſuprà adductis. In dubio tamẽ quando vaſallus amittit feudum, debet intelligi per ſententiam, non ipſo iure. Petr. Iacob. in d. ſua pract. in forma libelli de condict. ex lege non ſcripta. colu. j. & Curtius vbi ſuprà. Quæro nunc finaliter quæ ſit vtilitas quãdo ipſo iure amittatur. & an ſit maior, quàm per ſententiam: Et videtur quòd nulla: quia licèt ſit priuatio ipſo iure, ſiue per ſententiam, ſemper requiritur ſententia, ſaltem declaratoria, cap. cùm ſecundum leges & ibi Doctor. de hæreti. libro ſexto. Felin. latè in cap. Rodulphus. de reſcript. & in cap. cùm non ab homine. de iudic. Reſp. Tres eſſe vtilitates præcipuas quando ipſo iure amittitur. 1. Prima eſt: quia quando quis eſt ipſo iure priuatus, tenetur ad reſtitutionem fructuum, quos recipit à die, quo fuit priuatus: licèt ex poſt interuenerit ſententia declaratoria: ita tenet gloſſ. mirabilis, & ſing. in Auth. de inceſt. nup. in ver. imminere. col. ij. ſecundum Bal. in Marga. in verſi. priuatio. & Angel. in tract. in gloſ. & eius bona. ver. quare licèt accuſatio. & Iacob. in tracta. ſæpe allegato de feu. in verbo, deliquit vaſalli. colu. decimaquinta. probatur argu. l. eum, qui in principio ff de his, quib. vt indign. text. & ibi gloſ. in verb. prouentibus. iunc. de multa. de præben. Imò ſi fructus recipiẽdo poſt priuationem, ipſo iure quis cõmittit furtum: & atteſtatur Bal. in § iniuria. col. tertia. de pace tenen. & iura. firmã. ſequitur Iaſ. in l. ij. col. quinta. numero decimoſeptimo. Co. de iure emphyteu. plus dicẽs quòd ſi emphyteuta ſit priuatus non ſoluẽdo canonem per triennium, ſi tamen perſeuerauerit in poſſeſſione recipiendo fructus, ad reſtitutionem tenetur. alleg. Ang. in §. ſi verò in Authen. de non alien. col. ij. 2. Secunda vtilitas eſt propter rei alienationem: quia ipſo iure priuatus non alienat. l. Manichæos.

Co. de

Co.de hæreti.l.ſi ff.ad leg Iul.maie.& ibi latiùs Decio.3. Tertia eſt vtilitas, & vltima nūc propter modum agendi. nam alio modo agitur poſt priuationem ipſo iure ante ſententiam declaratoriam, & alio quando quis debet priuari per ſententiam: *vt tenet* Ioan.Raynaud.*in ſuo feuda.cōprehenſo in ſ.pœna nume.xiv.de prohibita feud.aliena per Frideri.declarant D.eto.in d.ca.cùm ſecundū leges.Fr.in c.Podalphus.de reſcript.&c.cùm nō ab homine de iudi.* & hoc facit contra beneficiatos hæreticos, ſiue Arrianos, vel ſimoniacos. Alias vtilitates vide per Iacob.de Bellouiſo in ſua practica, *rubri. de quæſtio. fo lxxxij. num.cxj.* vbi ponit quinque. & lvj.tradit Ange.Tiraquel.*in repetit.l.ſi vnquam.in verbo,reuerta. tur.C.de reuocan.dona.*

47. ¶ Alias feudorum diuiſiones [a] curioſus reperiet: quia tot ſunt feuda ſeu ſpecies feudorum, quot ſunt qualitates perſonarum, & modi dādi: *vt notat* Ioan.Berber.*in d.viatorio iuris.rubri. de feu.* His tamen intellectis, arbitror alias diuiſiones feudorum rectè intelligi. in quibus omnibus ſubmitto me correctioni charitatiuæ cuiuſlibet meliùs ſententis *iuxta text.in l.Claudius Felix.in fi.ff.qui pot.in pig hab* Gratias Deo, Virginique Mariæ, ac toti cœleſti curiæ agendo. [a] Feudorū diuiſiones multiplices & diu.

F I N I S.

EPITOME FEVDORVM,

DIONYSIO GOTHOFREDO IVRISCONSVLTO AVTORE.

De iure feudorum.

Feudi etymon.

FEudis operam daturū priùs noſſe oportet, vnde nomen Feudi deſcendat. ¶ Eſt autem Feudum à fidelitate, & fide. ¶ Poteſt tamen conueniri vt ſine iuramento fidelitatis feudum habeatur. libro Feudor.2.tit.3. in fi. lib.2.tit.24.§: 1. tit.40.76.

Beneficij, ſeu Feudi definitio.

¶ Beneficium in genere dicitur beneuola actio, &c. lib.2.tit.23. Senec.1. de beneficiis, cap.6. ¶ In ſpecie verò, & quod attinet ad hūc Feudorum tractatum, Beneficium, ſeu Feudum id dicitur, quod ex beneuolētia ita datur, vt proprietas rei immobilis beneficiatæ: id eſt, beneficio datæ, & acceptæ, penes dantem remaneat: vſusfructus verò illius rei ita ad accipientem tranſeat, vt ad eum, hæredéſque eius maſculos, & fœminas (ſi de his nominatim dictum ſit) perpetuò pertineat: ad hoc vt ille, ac ſui hæredes, fideliter domino ſeruiant, ita vti expreſſum eſt.

De iuris præceptis.

¶ Legibus, & moribus præceptum eſt ius ſuum cuique tribuere, honeſtè viuere, alterum non lædere. 5.14.

De origine iuris feudorum, & autoritate Prudentum.

AB initio feuda ita fuerunt in dominorū poteſtate, vt quādo vellent, ea auferrent: dein annalia, tum ad eum, quem ex liberis vaſalli dominus elegiſſet: poſtremò ad omnes filios æqualiter deferri cœpta lib.1 tit.1.§.1. & ad nepotes ex filio. 1.1.2. ¶ Quin etiam feudum à patre acceptum, ſeu paternum ad fratres defuncti ſine legitimo hærede: id eſt, maſculo, deferri cœptum: at non adquiſitum à fratre, vel ſeparatim, vel cōmuniter: niſi nominatim ita conuentum eſſet. 1.2.1. ¶ Quemadmodum nec ad filias defertur niſi eo iure ita adquiſitum. 1.2.3. vel niſi à domino redemerint, aut gratioſè propter ſeruitium, & amorem patris obtinuerint. 1.2.4. ¶ Ad veniētes ex latere ad ſeptimum geniculum, ſeu gradum, olim non vltra fratres patrueles. 1.1.4. hodie in infinitū defertur 2.50. ¶ Hoc ius duobus libris in editionibus vulgaribus comprehenſum: quinque verò in Cuiacij editione. Prioris autor Gerardus Niger Conſul Mediolanenſis, *teſte Othone Friſingenſi.2. de rebus geſtis Friderici.12.* Secundi, ac tertij, Obertus de Orto. 1.*Feudor* 1.1.*Feudor.*20.§.1. Quartus ex variis, & incertis autoribus eſt. Quintò continentur conſtitutiones quædā imperatoriæ, his libris ab Hugolino (Odofredo teſte) inſertæ. ¶ Quod ad prudentes iuris feudalis attinet, citatur Obertus de Orto. 2.1.2.23: 2.25: 2.18: 2.10.2.42: 2.34.1.2. 2.26.2.42 in Mediolanenſi curia verſatus. 2 *Feudor.dicitur.*24.2: 2.52.51.1.*& inibi paſſim.* Mediolanenſis conſul fuit *teſte Othone Friſingenſi.*

¶ Ex peritis iuris feudalis citatur etiam Gerardus Capagiſti 1.25: 2.18: 2.30: 2.32.34: 1.2, 36: 2.51.1. & inibi paſſim.

De Legibus.

CAuſarum aliæ dirimuntur iure Romano, aliæ Longobardorum legibus, aliæ ſecundùm regni conſuetudinem, quæ pro diuerſorum locorum, & curiarum moribus varia, ac diuerſa eſſe ſolet. lib.2.tit.1.

¶ In iudicio, quod de feudis agitur, illud dici ſolet, Legū Romanarum non eſſe vilem autoritatem: ſed non adeò vim ſuam extendere, vt vincant, aut mores. 2.1.

¶ Strenuus legiſperitus, ſicubi caſus emerſerit, qui cōſuetudine feudi non ſit comprehenſus, abſque calumnia vti poterit lege ſcripta. 2.1.

De conſtitutionibus principum.

PRincipum conſtitutiones his libris variæ extant. Corradi. 1.1.2.2.34.40. Lotharij, 1: 9.13.19.2.3.8.9: 2.24.5: 2.38: 2.44: 2.55.2.76.55: 5.6.

Friderici. 2.3.1: 1.2: 72.33.1: 2.55; 2.100: 5.7.8.9.10.11.12.13.14.17.

Henrici. 5.2.3.4.

Romani. 5.15.16.

De conſuetudine Regni. Vide 2.1.2.28.

Leges plerumque ad caſus præteritos trahi. 2.55.

De iure Romano, & legibus Romanorum. 2.1.

De lege Salica, vide lib.2. tit.29.

De legibus Longobardorum. 2.1.1.8. in f. 2.39.

De Lombarda. 1.10: 2.58.1: 2.58.3: 2.53.4.

De Canonum ſtatutis. 2.27.1.

De decretis. 2.6.

De conſtitutionibus principum vide titulum proximè ſequentem.

¶ De moribus Curiarum. 2.13. hinc illa Mediolani non tenetur. Mediolani non obtinet. 2.3: 4.1. Mediolani conſuetudo. 2.3.9: 2.40. Mediolanenſes. 1.27. in f. viri prudentes Mediolanenſes. 1.28. Sapientes Mediolanenſes. 1.49. Mediolanenſium Curia. 2.10: 11.4. mos. 26.1 vſus 2.28.1: 2.29: 2.32: 37.1. Archiepiſcopus Mediolanenſis. 2.35. Mediolanenſes irrationabiliter conſiderant. 1.14. ¶ Citantur quoque Viri Placentini. 2.27.1. Cremonenſ. 2.27.11. ¶ Et vſus, qui in Lombardia. 46. ſed & in Theutonia. 2.40.

Reſponſa citantur. 2.4.

Pronunciata, & Iudicata. 2.

De ſtatu hominum, ſeu iure perſonarum, & earum diuiſione.

De Duce, Marchione, Comite, Capitaneis, Valuaſoribus maioribus, & minoribus, vel Valuaſinis.

QVi à Principe de ducatu, Duces: qui de Marchia, Marchiones: qui de Comitatu, Comites: qui de plebe aliqua, eiúſve parte, Capitanei (olim propriè maiores Valuaſores) qui à Capitaneis, Valuaſores minores: qui à minoribus Valuaſoribus inueſtiti minimi Valuaſores, & Valuaſini appellantur lib.2. tit.10.

De his, qui in Feudum dare poſſunt, vel non.

¶ Feudum dare poſſunt Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa, Præpoſites (ſi antiquitus conſuetudo eorum fuerit) Dux, Marchio, Comes, (qui & regni, & regis capitanei) regni, vel regis Valuaſores (qui & Capitanei) Ab his minores Valuaſores feudum accipiunt. 2.1. ¶ Eccleſiaſticæ perſonæ (aliud in laicis) ad ſuam tantùm vitam feudum dare poſſunt: ac proinde eorum ſucceſſores non tenentur feudi inueſtituram ratam habere, 1.3.1.9. ¶ Si, qui in feudum dare non poteſt, in feudum dederit, nullum habebit vigorem infeudatio. 1.6. in fi.

De plebeis.

¶ Qui ab antiquis temporibus beneficium non habent, plebei, id eſt, eius parium (aut, vt quidam volunt, nobilitas) non habent. 2.tit.10.

De liberis.

¶ Libertas eſt facultas, qua naturaliter quid cuique facere libet, niſi vi, aut prohibetur. L.13.

De ſeruis.

¶ Serui poſt delatam ſucceſſionem feudi, etiam manumiſſi in feudo

feudo non ſuccedunt. 2. 106. ¶ Seruus communi iure militia priuatur, adeò vt ſi dominus ſeruum in militia retineat in x. libras condemnetur. 5.10. in f.

Nomenclatura generalis perſonarum, de quibus his libris tractatur.

DE Abbate. v. 1.1. in pr. 1:3.1.6:2.40. in fin. 2. 89 : Abbatiſſa, v. 1.1. in pr. 1.3:1.6:2.89. Abſente, 2. 43 : Acceptabili. 2. 55: 4.99: Actore, 1.26.1: Actore domini, 1.10. Actore regis, 1.10. in f. Adoptiuo, 2.26.4. Aduena, 5.17.10. Aduocato, 2.27.7. Adgnatis. 2. 5.1:2.11.2.21:2.26.1.26. 5:2.26.6:2.45: 2.49: 2.99. Agricultoribus. 5.17.11. Anteceſſore, 2.92: Anteceſſoribus vaſalli. 2. 25 : Antiquiore domino, 2.18. 4. Arbitro, 2.46:2. 34: Archiepiſcopo, 1. 1. in princ. 11. 3:2. 52 : 2.89. Archiepiſcopo Mediolanenſi. 2.35. Aſcendentibus, 2.50. Auctore, 2.25. Auo, 1.14. 1.19: 2.11. Bannito, 2.28. Bono iudice. 2.11. Capitaneis. 1.14. 1:1.15: 1.17. 1.18 : 1.19. Capitaneis impropriè dictis. 1. 17. Capitaneis principis, 1.17: Capitaneis propriè appellatis, 1.17. Capitaneis Regis, vel Regni 1.1:1. 1.15: quis Capitaneus. 2.10: 2. 51. 1: 53. 2.98. Claudo, 1.36. Clericis, 1.25. 1:1.16: 1.26.4:1.27.1: 2.30.2. 32:2.35.2.36.2.40. in fi. 1.109. Clientulis 2. 10: 1. 13. Cognatis patrui magni. 2.1. Cohærede. 2.58.1.78. Comite, 1.1 in pr. 1.13. 1.16. 2.10. 2. 52: 2.53: 2.54: 2.89. Comite iudice, 2.27. 1:2.27. 5. Comparibus, 2.54. Conrado, 2 34: 2. 40: 5: 1: Coniuge, vel amico, 2.58. Conſobrinis, 1 14. 1: Conſortibus, 2.55. 1: Contumace, 1.22. Conuerſis, 2 21:2. 30. Creditore, 2.86. Cremonenſibus, 1.17. Curia, 2.9: 2.10. 2.21. 2. 2. 3: 2 34: 2.46: 2.51:2.76:2. 89 Curia Mediolaneñ, 2.10 2.24. Curiæ maioribus, 2 89. Curte. 1.4. 5:1.82: 2. 51. Curtis paribus, 2. 46. Damnatis. 2.56: Deſenſoribus locorum. 2.53. Delatore. 2.24:2. Deſcendentibus, 2. 50: 1.14.2: 2.26.6. Diſſipatore, 2.91. Doli Capace, 2.26. 4. in f. Domeſtico, 2.5:2.55.2. Domina, 1.5. Dominæ filia, 2. 14.2. Domino, 1.4:2.5. Domino antiquiore, 2.18.4. Domino æquali, maiori inferiore, 2.34.1. Domino plebis, ſeu œconomo. 1.6. Domus paribus. 1. 11. Duce, & Ducibus. 1. 1. in prin. 1.19. 2.10:2. 52: 2.53: 2.54: 2.89.2.100. Eccleſia. 1. 13. 2. 103. Eccleſiaſticis perſonis. 2.26. 2:91. Egente. 2.58. Emptore. 2.26. 6:2.41:2.42: 2.51. 5:2. 55. Epiſcopo. 1. 1. in pr. 1.5: 1. 3: 16: 2.20 2.35:2.40. in f. 2. 52: 2.54. 2. 55. Excommunicato, 2. 28. Extraneis teſtibus, 2. 32. Fideli, ſeu vaſallo. 1.1. 2 : 1.4.5.1.5. in prin. & fine. 1.10: 2.16: 2 19: 2.57. Filiabus. 1.1: 1.1.2.3. 1.8: 1.11.1.8.2: 1.14. 2:1.4.2.21.2.17:2.24.2:1.126. 1: 2.50. 1. 51. Filia domini. 1. 5. Filio, 2. 1. 1:1. 8. 1. 8.2. 1. 14.1.1. 15:2.46:2.50:2.51:2.28.4. Filio domini. 1.28 Filio feudum adquirēte. 2.27.4: Filio fratris, 1. 19.1: Filio impubere. 1.26 5: Filio maſculo. 2. 26.5: 2.18.2. Filio militis, 1.28: Filio prioris matrimonij. 2.26.4. Filio ſecundi matrimonij. 2. 26. 4:2. 103: Filio, & ſucceſſore domini. 1.21: Filio vaſalli. 2. 55. 2: Fœmina. 1. 6. 1:1: 15: 2 3. 1: 2. 32.36:2.41.2.104: Fratre. 1. 1. 2: 1. 5: 1. 8. 1. 8. 1. in fi 1 13.1.14.1:1.14.2:1.19 1:1. 10: 2.11. 2.12: 1.18. 2.14 31 2.26 in fi 2.28.4:2.29.2.27:2.51. 2:2.90: 2.93: Fratre patris. 1.19.1. Fratre patrueli. 1.4: Fratris filio. 1. 5:2.11: Friderico, eiúſq; cōſtitutioni. 2.3.1:2.27:2.33.1.2. 55: 2. 100.5. 7.8.9. 10.11. 12. 13.14. 15 Gaſtaldio, 1.2. 1:1. 10: 1.2: 11. 2.94. Gerardo Capagiſto, 2.25.28.30.32: 2.34.1.2.34. 2: 2. 36. 2. 51. paſſim Hæreticis, 5.17.5.7.8.9. Henrico, eiúſque conſtitutionib. 5. 2. 3. 4 Hærede, 1. 9:1.14:1.25.2.28.3:2.58.2. Hærede legitimo. 1.15. Hærede maſculo. 2.34.2 : Hoſte regis, 1.20:2.7. Idoneis teſtibus, vide Teſtibus ignorāte. 2.9.1 : 2.42: 2.26.6. Imperatore. 1.14.1.18 : 1.26:2.55.2:2.100. Imperfecto. 2.36. Impubere. 2. 26.5. Incendiariis. 5. 10. Inculpato, ſeu accuſato. 1.19. Indigno. 2.24.2. Infami, 2.52. 2. Infante. 1. 11. Inferiori domino. 2.34.1. Infeudato. 2.55. Ingrato. 1.24. in pr. & §. 1: Inimico. 2.57. Inueſtitore. 1.27.2:2. 34:2.35. Inueſtito 1. 9. Inuito. 2.12. Iudice. 2.46. Iudice aguari. 1. 15. Iudice Curtis. 1.18. Iudice ordinario. 1. 15. Laicis. 1.5.2.31.2. 35. Legitimatis. 2.26. Legitimo hærede. 1.1.1:1.13 : 2.11 : Legitimis liberis. 2.19. Longobardis. 2.1 : 2.8. in f. 2.39. Lothario eiúſque conſtitutionibus. 1.9 : 1.13 : 1.19 : 2.3.1 : 2.9 : 2.24.3.2.38. 2. 44. 2. 55.5.5:5.6. Magiſtratu 2.53. 1. Maiore. 2.3:2.53:2. 55. Maiore Curiæ. 2.89. Maiore domino, 2. 34.1. Maiore iudice. 2.53.1. Maiore poteſtate. 2.22. Manumiſſo. 2.106. Marchionibus. 1.1. in pr. 2.10.2.13.2.19.2.52.2.53.2.54 : 2.55.1 : 2.89. Marito. 1.15: 1.17:2.85. Maſculis. 1.1 3 : 1.6.2:1.8.1:1.13 : 1 18.1 : 1.20.1.14. 2.42.2.95. Maſculini ſexus hæredibus. 1.14.1. Deſcendentibus. 1.14.2. Matre, 2.50 : 2.103. Mediolano, & Mediolanenſibus. 1. 1.5 : 1.13. 1.16.1:2.10:2.24.2.19 : 2.32 : 2.34 : 2.37.1.2.39. 2. 40:2.49. Mercatoribus peregrinātibus. 2.27.5. Militibus. 1. Vaſallis 1.19.1:1.21:1.26 : 1.62.2.1.22.1.1.23:1.27:2.17:2. 21:1. 26.1:2.26.6:2.27. 1:2.27.3.2.34.2 : 2.52:2.76:2.88. Minoribus. 2.3:2.26.4:2.27.2. 91 : Mortuo. 1.5:1.14. Muliere. 1.26.4. Muto. 1.6.2. Muto, & ſurdo. 2.36. Naturalibus filiis legitimatis. 2.26.4. Nepotibus. 1.1.2 : 2.14.1. Nepotibus ex filio. 1. 8:1.19. 1:2. 21:2.50. Nepotibus ex filia. 2.11. Nepote, ſeu filio fratris. 1. 5:1.5. Nepte, 1.5:2.12.2.90. Nobilibus. 2. 52. Nobili coniuge, 2.29. Notario, 2.52.2. Nuncio. 1.26:2.58.6. Nupta filio domini. 1.5. Nutu domini. 2.24.2. Oberto de Orto. 2.2:2.3. Palatinis. 2.52:2.54. Papa Eugebio. 1.19. Papa Vrbano. 1. 6. Paribus. 2. 24.1.2.39.2.58.3:2.73:2.78 : 2.79.2.82. Paribus Curiæ. 1.10. 2.10 : 1.31 : 2.33:2.34.55.2. Paribus Curtis. 1.2.1:1.3:1.4:1.4. 3:2.4.5:2.1:2.2.25:2.46.2. 1.5. Paribus domus, vel curiæ 1.11. Paribus teſtibus. 2.58. 2. Parium iudicio. 1.18 : 2.12. 1. Parium laudatione. 1:76: Parium laudamento. 1.21. Parentibus. 2.58.1. Parente adgnationis alicuius communi. 2.11. Parente domini, vel vaſalli. 2.33. Parentibus: id eſt, cognatis. 1.24. Patre. 1.1 2 : 1. 1.3:1.14.1 : 1.19. 1. 21.24. 1.26. 1 : 2. 50 2. 84. Patriarcha. 2. 89 Peregrinis. 5.17.10. Perſona coniuncta. 2 91. Perſona Eccleſiaſtica, & ſæculari. 2.91. Perſona tertia, quarta. 2.34.1. Perſonali ſeruitio. 2.26. 5. Placentinis. 1.26.1 : 11.17. Primatibus locorum. 2.53. Principe. 1.7. Priuato 1.13 : Proclamatore, ſeu actore. 2.17. Proceribus, 2. 54. Procuratore. 1. 3. 1. Progenie. 2.90. Prole fœminei ſexus. 2. 11. Pronepotibus ex filia. 2. 1. Plebe, & plebis parte 2.10. Plebeis. 2.10. in f. 2.53. Pluribus dominis. 1.77. Poſſeſſore. 1.26 : 2.27.2. in f. Poſterioribus patrui. 2.95. Prælatis Eccleſiarum. 2.91. Præpoſito. 1.1.1 6:1.26. Pronepte. 2.11. Proſcriptis. 2.56. Proximis, & proximioribus agnatis. 2.9. 1. 2.3.1 : 2.50. in f. 2.2.4.3 : 2.37. 8. 36.5 : Publicis latronibus. 2.75.5. Rebellibus. 5 20. Receptatoribus. 2. 53.2. Rectoribus locorum. 2.53. Rege 1.16:2.28. Reo. 1.26.1. Roma, 1. 1.111.1.5.2.54 Ronchalia 2.52 Ruſtico, 2.27.3.2 : 34.1. Sacramentalibus xii. 1. 4.2 : 1.10:1.26.1 : 1 28 : 2.41. Sciente, 1.26. 1.2. 9. 1 : 2 24. 2. Scriba, 2. 56. Scutiferorum feudis, 2. 74. Sæculari perſona. 2. 91. Secundi matrimonij filiis, 2. 103. Senioribus, ſeu dominis 1.17 : 1. 18.1:2. 51. 5. 52. Seruis 2.3. 1 : 2.10. 6 : Sorore domini 1.5.2. 24. 2. Subſtituto acceptabili 2 : 99. Succeſſoribus. 1.9:1.21 : 2.40.1. 2. 95. Surdo, & muto 2. 36. Teſtibus 1.26. 1. 2.81.2.88 : 2.92. Teſtibus corruptis odio, gratia, pretio 2.2 : 2.58.2. Teſtibus duobus, tribus, pluribus, 2. 58. 2. Teſtibus extraneis 1.2 6. Teſtibus idoneis 1.10:1.11:2.1. 1:2.19:2.25. Teſtibus quinque 2. 57 Teſtibus ſeptem 2.27.3. Teſtibus liberis 2.58.1. Teſtibus teſtimonij boni 2.27.2. Valuaſoribus 2.10:2.53. Valuaſoribus maioribus 1.7.1.14.1.15:1. 1.17:1.18.1.1.19:2.10.2.89. Valuaſoribus minoribus 1.7:1.1. 15:1.16.1.18.1.18.1. Valuaſoribus minimis. 1.7.1.15.1:16. Valuaſoribus regis, vel regni 1.1. in pr. 1.14. Valuaſoris filio 2.10. Valuaſinis 2.10. Vaſallo 1.9.1.12:1.25 : 21.3.2.47. 45.2:2.79. Venientibus ex latere 1.1. 4. Vrbano Papa 1.6 : Vxore 1.17:1. 21.1.2.8:2.29.

De adoptionibus.

ADoptiuus filius in feudo non ſuccedit. 2. 26. 4. verſic. *Adoptiuus.*

De rebus, & earum diuiſione.

De rebus immobilibus, & quaſi.

BEneficium, ſeu feudum in immobilibus, ſeu rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus tantùm conſiſtit, aut his, quæ inter immobilia enumerantur, veluti cùm de Camera, aut de Cauena feudum datur 2. in f. 1.23.

De ſoldata.

¶ Qui ſoldatam (præſtatio eſt annua quorumdam ſolidorum, vini, vel annonæ, quæ morte dantis, vel accipientis finitur, nec tranſit in hæredem) habuit, vel etiam habet, nullum parodogium, aut vſum obtinet. 2.10.

Nomenclatura generalis rerum, quarum his libris fit mentio.

DE Allodio 2.26.1. in prin. & in fi. in feudato 2.54. Paterno 2.17. in f. eius vēditione 2.54. Angariis 2. 56:2.81 : Annona, eiúſque pretio 2.27.4. Annua præſtatione 21.2.20. Argentariis 2.56. Armis bellicis 2.21. Armādiis 2. 56. Beneficio, ſeu feudo 1.1 : 4.1.16.2.26.6.2.1.1. quid ſit 2. 23. Beneficio aui 1. 9. 2. cōmunib. bonis empto 1.20. eccleſiaſtico 2.17.1:2.40.1. hæreditario 2.8.3 cuius nomine iuſiurādū fidelitatis fieri debet, aut nō debet 2.24.1. materno 1.25. nouo 1.14.2:2.5:2.4.11. 12.2.49.2. 91. paterno 1.14.2.1.24.1.19.1:1.14.3.1.83. regali 2.34:2.40.1. veteri 2 3:2.91. Bonis vacantib. 2.56. Breui teſtato 1.2. in f. 1.3: 1.4:1.4.3.1.4.5:2.32:2.88.2.92. Cameræ, ſeu de Camera feudo 2.1.1:2.2.2:2.58. Caſa communi 2.12. Caſtro 1.4.3. Cauenæ, ſeu de cauena feudo 2 1. 1:2.2.2:2.58. Ciuitate 2.53.2. Conſcientia 2.58. Criminali cauſa 2.33.1. Culpa 1.7:1.23:2.26. 6:2.78. Contractu 2.53.3. Curia, & curte, dixi ſuprà de perſonis. Debito ſeruitio 2.55. Debito hæreditario 2.45. Dignitatis feudo 1.13. Dignitate legali 1.14 Dimidio reditus feudi 2.55. Diſtrictu 2.54. Dominico 2.35. Dominicatia vice 2.81. Domus paribus 1.11. Domus deſtructione 2.532. Donationibus 5.13. Ducatu 2.55. 1:2.100. Duello 2.27:2.27.3. Duplo 2.53.2. Eccleſia 1.13. Equis, & armis communibus 2.14. ¶ Feudo alieno 1.9. armis, & equis communibus adquiſito 2.12. Cameræ 2.1.1:2.2.2.2.58. Cauenæ 1.1.1.2.2.1.2.58. Comitatus 1.13:1.14. Communiter à fratrib. adquiſito 1.1.2. Conditionali, & non conditionali 2.75. ex diuiſione veniente 2. 50. diuiſo diuidendo 2.55.1: dignitatum 1.13, non præſtatur 2.24.1. 2.30. filij 2. 84. cuius nomine fidelitas

nó præſtatur 2.24.1.Guardiæ,& Gaſtaldiæ 2.2.Habitationis 2.105.Hæredibus aperto 2.26.5.Improprio 2. 81. Induſio 2. 26. 4. initium habente à fratribus 1. 8. 2. lege commiſſoria dato 1. 27: 2.51. 6. ligio 2.99. Marchiæ 1.13:1. 14. Militis 2. 26.2. No. 2.25:2.49.partitó 2.77.paterno 1. 4.2: 1.8.1: 18.2: 1.12:1. 11. 12: 2. 26. 6: 29. 1: 2. 11: 2. 17: 2. 16: 2. 49. 2. 37: 2.39: 2.45: 2 46: 2. 50: 2. 95. Proprio 2. 34. 1. 2. 1. Proprium feudi naturam non habente 2.4.8.recto,ſeu cuius poſſeſſio iuſta 2.2.1:2. 10: 2. 33: 2.39.reuerſo ad eũ,qui dedit 1.4.6: 1. 6.2. quod reuerti ſperatur 2.26.2.ad ſeruitium certum dato 2. 51.7. ſcutiferorum 2. 74.vero 2.48.veteri:vide Beneficium vxoris 2. 85. Feudi alienatione 2. 9. Conditione 1. 9: 2. 1. 1 2. 26. 3: 26. 6: 2. 76. 2. 89. Cauſa 1.44. conſuetudine 2. 10. Honore 2.81. Iure 1. 1. 5: 2.44: 2. 86. Natura 1. 7. Notis 2. 58. Origine 1. 1. 1. Portione 1. 12. propinquitate 2.16.6. ſucceſſione 1.8: 1. 9. vſu 2. 10. Feudo. Feudũ fidelitate,vel fide 2.3. 1. opponitur hæreditati 2.51. 5.allodio 2. 26. 1:adquiritur,retinetur,amittitur 1. 5:aperitur domino 42. in fi. 2.43.in fi.2.44. reuertitur ad dominũ 1. 5. Feudũ accipere ad proprium,vel libellum 2.48. accipere pro vice dominicaria,villicaria,decania,vel aliis angariis 2.81.in dotem dare 2.9.1:2.13: 2 27.per fœminã recognoſcere 2.17. vt feudum poſſidere.2.16. 4. pro feudo accipere 1. 4.51 1. 4. 4. tenere 1. 4. 3. habere 2.48. quaſi feudi nomine retinere 1.25. Fidelitate 2.3.1.2:4.in fin. 2. 76. Fidelitatis forma 2.6.7. Fidelitatem facere 1.21:2. 26. 4: 2. 52. 2: 91: 2.93:2. 100: 2. 101. iurare 2.5. Fidelitates duæ 2.11. Fluminibus nauigalibus,2.56.Fodio 5. 21. 1. Fraude 2. 24. 2:2. 26:6:2.34.3.2.45.2.52.3:2. 97. Fructibus 2. 11: 2. 28. 3:2.86. Frugibus extantibus 2.86. Furto 2.53. 1.Fuſtibus 2.27.Gaſtaldiæ feudo 1.2:1.11:2.94. Generatione ſecunda,& tertia 2. 52. 2: 2.93.Generali alienatione 2.26.6. Geniculo ſeptimó 1.1.4. Gradibus ſuccedentium 1.11:1.8.1:2.26. 6:1.3:2:37. Guardia 1. 2. 1.4.3.1.10.in fi. Guerra 2. 27. 8:2: 28. Habitationum feudis 2. 105. ¶ Hæreditate,& feudo oppoſitis 2.51. 5.repudiata.2.45.recuſata 2.51.4.Hæreditario beneficio 2.85.debito 2. 45. onere 2. 45.ſacramẽto,ac principali 2.58.3. Homicidio 2.33.1. Hoſtenditiis 2.40.Immobilibus 2. 1. 1. Impropriè feudis 2. 81. Incendio 5.10. Inceſtis nuptiis 2. 56. Incremento manſi 1. 4. 5:& feudi 1.4.6.Incuria 2.55. Infamia 2.52. 2. 55. Infantia 1. 22. infeudato allodio 2.54:infinito 2.52.2:2. 93. ingratitudine 2. 23: 2. 24.2:Ingreſſu curiæ,ſeu qualitate paris,& vaſalli 2.88 Initio 2. 55 Iniuria 2. 24: 2: 55. 1: Innocentia 2.27.2:2.27.3. inſidiis 2. 37. inſtrumento publicè confecto 2. 25.falſo 2.58. 3: publico 2. 2:2.2.31 intereſſe 2.16: Inueſtitione 1:26:128.Inueſtitura 1. 25: 1.25:propria & abuſiua 2.2:noua 2.32:2.49:vaſallo licita 2.55. veteris beneficij 2. 32. Inueſtituræ dono 2.27.2.Inueſtiturã accipere 1.2:1.3:1.4.5:adimplere 1.4.5.confirmare 1. 3:facere 1.3: 2. 3.2.3:2.35:negare 1.23. ratam habere 1.3. Iudicato 2. 43:Iudicio parium 1. 18: 1. 21. 2.Iuramento 1.18:2. 33. Iuriſdictione 2.5:2.54:2.79.Iure 2.43. beneficij,proprio.libelli 2. 44 feudi 2. 483.eius rigore 2.17. Iureiurando 1. 13:2.21.1. 1: 2. 15: 2. 16: 2. 81, Iuſſu 1. 1. 22.iuſta abſẽtia 1. 22.cauſa 1.12:2. 51.3. ignorãtia 2.26.2.Iuſto errore 2.92.metu 2. 5. 3. 3:vſu.4.23.Laqueis venatorũ 2.27. 5.Laquei pœna 2.87. Latere agnatis 1. 31: 2. 50. Laudamento 2.21.1:pariũ 1. 2. ſapientũ 1.19.Laudatione pariũ 2.76:Lege arctiori 1. 108:eadem 2.56.2.Commiſſoria 1. 27: 2. 51.6. Conradi 2.9.1:2.34. Friderici 2.3.1. Longobardorum 2.1: 2.39.Lotharij 1.13.2.3.1. Regis 1.10:Salica 2.29. Leuiſſima re 2.73. Libello, libellariis, & precariis 1. 5:1.13:2 9.1:1.39.2.44. 2.48:2.53:5.21.1.Libris centum,triginta,quinquaginta,viginti,tribus 2.53.decem,& tribus 2.53.2 : decem 2.29:vigintiquinque 2.27.1 : 2.27.4. Centum 5.1.in fi.Libro 2.76. Linea eadem 2.50. Lombarda 1.10:2.58.6:2.58:9. Longa poſſeſſione 2. 33. 2.Locatione per libellum 2.9.1:fraudulenta 2.9.1. Loco Cæſaris 2.56:domini 2.82.Maieſtatis crimine 2.56.5.19. Mala fide 2.87:2. 80. Mãſione 2.27.2.Mãſo 1.4. Manus amputatione 2. 2.82:2.55:manu militari expugnare 2.27.2. calida inuadere 2. 27:ſua intrare 2.17.3:de manu eripere 2. 17.2. Marchia 1. 13.2. 10:2.55. Materno beneficio, & feudo, vide Beneficium.v.Feudum Matrimonio ad Morganaticam 2.29:ſecundo 2.103.Medietate feudi 1.1:1 2.13. Mediolano,*dixi*. Medio 1.13.Mercede 1.2.1:Metu iuſto 2.53.3. Mitiore ſententia 2.91. Milite natione 2.27.3:ornemilitum 1.29.Modernis 1.17. Modiis ſiue maldiis 2.27.4.Monetis 2.56.Moribus curiarũ 2.23:2.26.2. Morte 1.21:1.4.6 Mulctarum.& pœnarum compendiis 2.56. Muris ciuitatum 5.21.1. Natura feudi 2.50 : 2.48. Negligentia 2. 24.2. Noua poſſeſſione 2 53.2. & noua inueſtitura 2.32. 2.49. Nouo beneficio 2.45: 2.49. feudo 2. 49. iure 1.14 Onere hæreditario 2. 45 1 Ordinatione defuncti 1 8 : ordine : id eſt, ſtricto iure 1. 4.1 : ordine malo feudum intrare : id eſt, per vim 2.22.Pactis, *dixi ad tit. de pactis feudorum*:Palatio,ſeu placito comitis 2.27.5:2.56:Paradagio,ſeu pædagogio 2.10.Parágarus 2. 56. Parentela 1.53. 2. Parricidio 2.24.3. Parte 1.18 : 1. 2.43:2.41:Paterno beneficio, & feudo *vide Beneficiũ. vide Feudum ſuprà* Pace 2.27:2.53.Peccato 2.39.Pecunia 128.Pædagogio 2.10 : Periurio 2.26 : 1.26.6.2.39. in fi. Permiſſione 2. 55. Perpetuo libello 2.73 : Perſonali ſeruitio 2.26.5. Pignore 1.44: 2 5:1.11:1.27.1.28. 2.55.2.86. Pignore conſulto 2.8.in fi. Piſcationum reditu 2. 56. Præſcriptione 2.26.4:2.87. Pretio 2.1.5.in fi.1.2 : 1.26 : 2.26.5. 2.27.4.2.52. Principali cauſa 2.16. 2. 81. ſacramẽto 2.58. in fi.Priuilegiis 5.21.1. Probatione 1.10 : 2.8: 2.88. Progenie 2. 90. Prole fœminei ſexus 2. 12. Plauſtrorum præſtatione 2.56.Plebe,eiúſque parte 2.10. Portu 2.56 Poſſeſſione.vide titulum de acquirenda, & amittẽda poſſeſſione. Poteſtate conſtituendorum magiſtratuum 2.56:maiore 2.22.precariis 1.9.in fi. 5.2.1.Prædæ emptione 2.53.2. Proprio 2.42. 2. 48:2.73:feudo 2.34 : iure 2 44. Proprietate 2.29.1.26.6. *μετὰ μιὸν* iure. 5.13. 14.15.16.Pugna 121. Puberum ſacramenta 2.53.3. Publicatis bonis 2.55.2. Quartis, & tertiis,quæ à Longobardis viris, vxoribus fieri ſolent 2.8.in fi. Quaſi refutatione 2.39. Quinquaginta milliariis 2.53.1.Rapina 2.17.2.Rationibus vaſalli 1.3.2.79.Rationabili vſu 2.13. recto feudo 2.10. 2.39.2.82. Redemptionẽ,ſeu retractu 2.9.1. refutatione 2.9.1, quaſi refutatione 2.39.Regali beneficio 2.24.Regaliis 2.56.Regia ditione 2.27.Regreſſu euictionis 2.46.Religione domini 1. 10. Clientuli 1.10. Repudiata hæreditate 2.45. Rebus Eccleſiæ 1.6.maternis 2.26.4.ſoli 2.1.1. ſolo cohærentibus 2.1.1. per ſe ſubſiſtentibus, & non ſubſiſtentibus 2.8.1. Reſciſſa inueſtitura 2.3.2.Retiis 2.27.5.Reuerentia 2.22.Ripaticis 2.56.Roma 1.8. 1:1.5.Ronchaliis 2.51.Sacramento. vide titulum de iureiurando. Salica lege 2. 29. Salua reuerentia 2.22. Satiſdatione 2.73. Scientia certa 2.26.3.Scopis excoriari 2.27.8. Scutiferorũ feudo 2.74. Sententia 2.25.5 21.1.Separatione 2.76. Seruitio 1.1. 2.124.2.26.6.2.37.1. perſonali 2.26. 5. nominatim, & indeterminatè promiſſo 2.23.præſtãdo 2.107. faciendo 2.77. recuſato 2.24.2.Seruitute 2.8.Sobole 2.90.Soldata.2.10.Solẽnitate cõſuetudinis 2.32.Solidis quinque 2.17.8. viginti 2.27.5. Stipendiis militiæ 2.54.Succeſſione feudi 2.95.Sumptibus 2.107.Teloniis 2.56.Teſtimonio 2.27.2.Tẽpore rei iudicatæ 2.25.Theſauro inuento 2 56.Titulis Eccleſiæ 1.6.Toto 2.43:2.44.2.45. Traditione 2. 87.2. 88. Tranſacto 1. 5. Tribus acceptionibus quietis 2.2.Vacantibus bonis 2.56.Vectigalibus,ſeu teloniis 2. 56.Venatione 2.27.5.Venditione 2.54. Veneno 2.24.21. Veritate 1.23.1.26.Verona 119. Vero feudo 2.4.8.Veteri feudo, & beneficio : *vide ſuprà feudum, & beneficium*. Viis publicis 2.56. Vice dominicaria feudo accepto 2.81.Viliſſima duorum denariorum penſione 2.91 1 vide 2.53. 3. Vltione iniuriæ 2.24. Voluntate domini 2. 23. 2. 21.1. Voto religionis 2.26.4.Vſu ſapientum 1.1.4.feudi 1.2. Mediolanenſium 2.28. 2.37. regni 1. 15.2.82.

De officio Domini.

INter dominum, & vaſallum nulla fraus, nec vllum malum ingenium interuenire debet. 2.51.in fi. ¶ Dominus vicem fideli ſuo reddere debet, &c 2.6.

Feloniam in vaſallum committens feudo priuatur, 2.26.6. vide domino 2.47.

Si Dominus feudum de Camera, aut Cauena debet vaſallo, & ſine culpa promiſſoris vtraque euacuata eſt, expectandum eſt vaſallo, vt iterum de ea ſolui poſſit. Dominus enim poſſe intelligitur omni ære deducto. Nec æquum eſt videre egentem,quem priùs habuit in coniugem,& amicum.2. 58.

Vaſallum mittere in poſſeſſionem, & in eadem vaſallum in iudicio defendere debet, dixi infrà tit.de Euictionibus.

Iuuare,& defendere vaſallum debet,gloſſ.v.2.feu.28.ab omnibus recepta.

Iuſtitiam vaſallo facere tenetur.2.12.

De officio vaſalli.

DOmino bellum faciente alicui,ſi id vaſallus ſciat iuſtè agi, aut ſi de eo dubitat, dominum adiuuare tenetur:ſi iniuſtè agi ſciat,non tenetur 2.28.

Eadem lege vaſallus domino excommunicato, aut à rege bannito ſeruitium præſtare non tenetur.2.28.

Contra omnes debet vaſallos dominum adiuuare, & contra fratrem, & filium (& patrem :) at non contra dominum antiquiorem:hic enim cæteris eſt præferendus. 2.28. inf.

Operas ſuas vaſallus vltrò offerre non tenetur,niſi ſciat dominum verſari in magno periculo.2.26.6.v. licet.

Perſonales operas, & ſeruitium, etiam alius vaſalli nomine præſtare poteſt.2.55:2.99 inf.Vide plura inf.tit. de iureiur. vbi de noua forma fidelitatis agitur.

Dominum iuſtitiam facere negligentem vaſallus deprædari poteſt.2. Feud.22.

De officio parium.

AD officium parium ſpectat, vt vaſallum de ſuo recto feudo priùs inueſtiri faciant fidelitatis iureiurando dilato, donec de principali cauſa cognoſcatur.2.10.

Pares maiorem de ſuo pari, quàm de ſuo domino iuriſdictionem habent,2.79. Curia contumacem dominum adire debet,eumque ſalua reuerentia competenter cogere vt vel poſſeſſionem reſtituat,& acquieſcat, vel iudicio curiæ ſe committat. &c.2.22.

De iuriſdictione.

SI de feudo fuerit controuerſia inter Capitaneos,coram Imperatore,lib. 1.c.18. vel Rege definiri debet 2.34. quod Mediolani non obtinet.

Si inter duos vaſallos ſit controuerſia dominus cognoſcit. 2. 55. 1.

Si inter maiores, & minores Valuaſores de feudo fuerit controuerſia, in iudicio parium lis definienda, vel per iudicem curiæ. 1. 18.

Si inter dominum, & vaſallum ſit controuerſia, pares Curię à domino ſub fidelitatis debito coniurati cognoſcent. 2. 55. 2.

Si contentio fuerit inter dominũ, & fidelem de inueſtitura feudi, per pares eiuſdem Curiæ (iureiurando priùs ab eis interpoſito) 1. 26. lis dirimitur.

Orta quæſtione de inueſtitura feudi, facta ſit, an nõ: inter dominum, vaſallum, pares iudicant. Eo tamen caſu actor de feudo priùs inueſtiendus (vt ita pares aliquos habeat) fidelitatis iureiurando dilato, donec de principali cauſa: h. e. de prima inueſtitura cognoſcatur. De alio tamen feudo controuerſo interim inueſtiri, & iurare poteſt. 2. 82.

Si contentio orta fuerit de feudo inter generum fidelis mortui, & eius agnatos, non apud dominum, ſed apud ordinarium iudicem, vel arbitrum lis dirimitur 2. 15.

Pares maiorem iuriſdictionem habent de ſuo pari, quàm de ſuo domino 2. 79.

Curiæ iudicium à vaſallo declinari non poteſt 2. 47. niſi dominus pares nullos habeat.

Ab iniqua ſententia parium ad Imperatorem appellatur ipſis paribus etiam præſentibus iudicaturum 1. 21.

Paribus iurare nolentibus Imperator adiri poteſt 1. 26.

Quod quiſque iuris, &c.

VT vaſallus calumniæ ſacramentum à domino non exigat: quod etiam à parte domini intelligẽdũ eſt, vt quod quiſque iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur 2. 53. 1.

Si quis ius dicenti non obtemperauerit.

SI dominus ter admonitus facere deſtiterit id, quod curia iuſſit, tunc licet vaſallo ad maiorem poteſtatem ire, & ſibi conſulere. & ſi dominus ei iuſtitiam facere noluerit, poterit eum deprædari 2. 22 *in f.*

De in ius vocando.

DOminus vaſallum ad curiam vocare debet: & ſi non venerit, iterum vocare debet vſque in ſpatio tertio ſeptem, vel decem dierum, arbitrio curię terminando. Quòd ſi neque venerit ad tertiam vocationem, hoc ipſo feudum amittit. & ideo debet curia dominum mittere in poſſeſſionem: ſed ſi intra annum venerit, reſtituitur ei poſſeſſio: alioquin & beneficium, & poſſeſſionem amittit. Econtrariò ſi vaſallus de domino conqueritur, eum in curiam vocabit, & in eadem curia de domino conqueretur. Curia autem debet adire dominum, eúmque ſalua reuerentia competenter cogere vt vel poſſeſſionem reſtituat, & adquieſcat, vel iudicio curiæ ſe committat 2. 21.

De pactis.

De pactis contra communem feudi rationem.

SI tenor præter communem feudi rationem in inueſtitura interuenit, vide 2. 2. 2.

Si vt ad fœminas feudum perueniat.

Si ſpecialiter dictum fuit, vt ad fœminas feudum pertineat. 1. 1. 3. ¶ Si pactum fuit vt filiæ ſuccederent 1. 14. 2. *in f.* ¶ Si quis ita inueſtitus fuerit, vt ad fœminas feudum tranſiret 2. 51. vel ſimiliter. ¶ Si inueſtitura fuerit facta in patre, vt filij, & filiæ ſuccedant in feudum 2. 8. 2. ¶ Si eo tenore feudum quis acceperit, vt eius deſcendẽtes maſculi & fœminę illud habere poſſint 1. 6. 1. ¶ Si duo fratres in hæredes maſculos, & fœminas de beneficio inueſtituram acceperint 2. 90. ¶ Si eius conditionis ſit feudum, vel eo pacto adquiſitum, vt ad filias, neptes, proneptes, & deinceps. ad ex filia nepotes, ac pronepotes: ad prolẽ fœminini ſexus, vel ex fœminco ſexu deſcendentes pertineret 2. 11. ¶ Si feudum ea lege alicui datum ſit, vt ipſe, & hæredes ſui maſculi, & fœminæ, & cui dederit, habeat 2. 26. 6. verſu feudum. ¶ Si quis ſibi, vel hæredibus ſuis maſculis, vel, his deficientibus, fœminis beneficium per inueſtituram accepit 1. 17. ¶ Si duo fratres ſimul inueſtiti fuerint eo tenore, vt quandiu ipſi, vel eorum hæredes maſculi viuerent, &, maſculis deficientibus, fœminę, ſi ſupereſſent, feudum haberent 2. 18. ¶ Si quis ea lege feudum dederit, vt ipſe, & ſui hæredes, & cui ipſe dederit, habeat 2. 48. 2. 26. 6. v. feudum.

Si vt ad fratres feudum perueniat.

Si eo pacto facta ſit inueſtitura, vt frater fratri ſuccederet 2. 2. ¶ Si hoc nominatim dictum ſit vt vno fratre defuncto ſine legitimo hærede alter ſuccederet 1. 1. 2. Si per inueſtituram à domino ordinatum fuerit, vt frater ſuccedat fratri 1. 20. ¶ Si dictum fuerit, vt frater fratri ſuccederet 1. 8. 2. in fine.

Si vt ne filij: aut in certa re ſuccedant.

Si quis ea lege vxorem minùs nobilem duxerit, vt nec ipſa, nec filij eius ampliùs habeant de bonis paternis, quàm dixerit tempore ſponſaliorum, verbi gratia, decem libras 2. 29. ¶ Si cum vxore ea conditione matrimonium contractum eſt, vt ne filij ex ea nati patri ab inteſtato ſuccederent 2. 25. verſi. filij.

Si vt ad patrem feudum deferatur.

Si nominatim cum domino pactum ſit initum, vt ſi filius ante patrem deceſſerit, feudum ad patrem reuertatur 2. 84.

Si vt filij matri ſuccedant.

Si ſpecialiter dictum, vt filij matri ſuccederent 1. 15.

Si vt poſt mortem poſſeſſoris feudum habeatur.

Si feudum ita datum fuerit, vt poſt deceſſum eius, qui poſſidet, habeatur 1. 3.

Si vt ſine iuramento fidelitatis habeatur.

Si eo pacto adquiſitum ſit feudum, vt ſine iuramento fidelitatis habeatur 2. 3. in f. 2. 44 1: 2. 40. 2. 76.

Si vt omne feudi incrementum vaſallus haberet.

Si ita dictum fuerit, vt omne incrementum feudi pertineret ad eum qui inueſtituram accepit 2. 1. 4. 5. 6.

Si pactum de non petendo.

Si Titius cum Sempronio fratre feudum paternum poſſidẽte pactum fecit, de eo feudo non petendo à Sempronio, eiúſque hæredibus 2. 26. in fin.

Si tacitæ conditiones exceptæ.

Si nominatim in ipſa traditione tacitæ conditiones ſint exceptæ 2. 89.

De generali alienatione.

Si nominatim dictum fuerit vt in generali alienatione contineretur feudum 2. 26 6. v. in generali.

De certo genere ſeruitij.

Si ita conuenit, vt feſtiuis diebus vaſallus vadat cum vxore domini ad Eccleſiam 2. 1. 2.

De euictione.

Si emptor ſciens rem alienam, pacto ſpeciali ſibi proſpexit de euictione. 2. 8.

De feudo non auferendo.

Si hoc actum eſt, vt domino non liceat feudum improprium vaſallo auferre 2. 8 1. ¶ Si ſpecialiter cautum eſt ne feudum habitationis morte accipientis finiretur 2. 105.

De refutatione feudi.

Si frater fratri vel domino, vel extraneo partem feudi dederit, vide 2. 83.

De iure ſubfeudandi.

Si quis feudum ſibi, ſuiſque hæredibus (maſculis) habuerit, non debet alij dare, vt ipſe habeat, & ſui hæredes maſculi, & fœminæ 2. 34. 2.

De pacto legis commiſſoriæ.

Non poteſt ea conuentione feudum conſtitui, vt ſi tempore ſtatuto pecunia ſoluta non ſit, pro feudo habeatur 1. 27. 2. 51. 7.

De ſeruitio.

Ad certum ſeruitium feudum dari poteſt 2. 51. 7.

De refutatione feudi.

Vnde dominorum partem feudi refutare vaſallus poteſt, partibus aliorum dominorum reſeruatis: facta refutatione domino, quem eiurauit, ſeruitium nullum debet, tametſi eum offendere non debet. 2. 38.

De tranſactionibus.

De tranſactione non fraudulenta.

TRanſigere cum aduerſario, citra fraudem domini vaſallus poteſt. nec quod accepit tranſactionis nomine feudum erit 2. 26. 6. ver. ſi vaſallus 2. 45.

De tranſactione rei communis.

Tranſigere de re communi in fraudem proximioris adgnati non licet 5. 13.

De his, qui notantur infamia.

SCriba, qui inſtrumentum iure prohibitum conſcribit poſt amiſſionem officij, cum infamiæ periculo manum amittit 2. 52. 1. in f. 2. 25. in f. pr.

De Procuratoribus.

INueſtitura per ſe, vel per ſuum nuncium dari, & accipi poteſt 2. 58. 2. Vtrum ipſe, vel alius pro te inueſtiturã faciat, vel ſuſcipiat nihil intereſt: poteſt enim hoc negotium & per procuratorem ab vtraque parte expediri. 2. 3. 1. ver. ſed vtrum.

De negotiis geſtis.

De agnatorum ratihabitione.

PAter in filiam feudum confirmare non poteſt, etiam domini voluntate niſi agnati conſentiant, aut ratum habeant 2. 39.

Si maritus vxoris negotium geſſit.

Si maritus de feudo vxoris inueſtiatur, ea abſente, niſi nominatim quaſi gerendo vxoris negotium inueſtiatur, ſibi adquirat 2. 85.

De in integrum reſtitutionibus.

IN fraudem legis facta inueſtitura reſcinditur. 2. 2. Excuſatus vaſallus, ſi iuſta cauſa interuenerit, quare non petierit inueſtituram: veluti mortis, vel capitales inimicitiæ, vel infamia, vel iuſta abſentia. 1. 22.

Iuſto errore, ac ignorantia quemadmodum excuſemur. *v. infrà tit. de iuris, & facti ignorantia.*

Quod metus cauſa geſtum erit.

PEr vim, & iuſtum metum, etiam à maioribus exorta ſacramenta, nullius ſunt momenti 21. in f. 2. 53. in f.

De dolo malo.

Si quid in fraudem vetitæ alienationis factum.

SI vaſallus dolo quid egit in fraudem vetitæ alienationis feudi, amiſſione feudi mulctatur. 2. 5.

Si vaſallus dominum periculi non admonuit.

Si vaſallus dolo, vel negligentia, vel fraude dominum celauerit: id eſt, non certiorauerit de aſſaltu, morte, captione, vel grandi patrimonij iactura, beneficio caret. 2.24.2.

Si intra annum, & diem inueſtituram non petiit.

Inter dominum, & vaſallum, nulla fraus, nec vllum malum ingenium debet interuenire: ac proinde ſi non doloſe inueſtituram intra annum, & diem non petiit feudum non amittit. ¶ Dolus autem abeſſe videtur, ſi iuſta cauſa impediente ſteterit. 2.40.3. vel etiam cum amore ſeruitium fecit e domino conſcio 2.97.

De doli capace.

De maiori doli capace vide 2.26.4. verſ. minor.

Si vaſallus dominum ignorauit.

Si vaſallus fraudulenter, id eſt, ſciens, feudum ſe à domino tenere negauerit 2.34. in fi.

De fraudulenta ſubfeudatione

Beneficium à vaſallo in feudum, ſi nihil in fraudem legis fiat, rectè dari poteſt, 2.16.6. verſ. beneficium.

De fraudulenta tranſactione.

Vaſallus cum aduerſario tranſigere poteſt, dummodo fraudulenter actum non ſit 2.45.

De fraudulenta alienatione.

Si callida machinatione ſub colore inueſtituræ feudum quis vendiderit 2.55. verſ. callidis. 2.52.1. in fi.

De minoribus xxv. annis.

De fidelitate.

SI minori datum fuerit feudum, fidelitatem facere non cogitur, donec venerit in maiorem ætatem, in qua doli capax ſit: feudum tamen retinet 2.26.4. verſ. ſi minori.

De iureiurando.

Sacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis, inuiolabiliter cuſtodiuntur. 2.53.5.

De veteris beneficij inueſtitura.

Quæ de veteri beneficio fit inueſtitura, etiam à minore poteſt fieri 2.3.2.91. minore, inquam, xxv. annis.

De iuſta poſſeſſione.

Siue à minore, ſiue à maiore fiat inueſtitura, non de omni poſſeſſione vaſalli, ſed de iuſta tantùm facta intelligitur, niſi aliud nominatum dictum ſit. 2.3

De noui feudi inueſtitura.

Noui feudi inueſtitura nõ fit a minore xxv. annorum, vel (vt quidam volunt) à minore xviij. annorũ 2.91. ſed nec ab alio fit rectè, niſi ab eo, qui legitimè ſuorum bonorum adminiſtrationem habet. qui enim qualibet ratione de ſuis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit inueſtituram facere 2.3.

De non petita inueſtitura.

Si infeudatus maior xiv. annorum ſua iniuria, vel negligentia per annum, & diem ſteterit ſine petitione inueſtituræ a domino, tranſacto hoc ſpatio, feudum amittit. 2.55. in fi. pr.

De iuramento pacis.

Vt à xviij. anno ad lxx. obſtringantur omnes iuramento, ad pacem tenendam. 2.53.

Ex quibus cauſis maiores in integrum reſtituantur.

De ſacramento per vim, & metum extorto.

SAcramenta per vim, & iuſtum metum etiam à maioribus extorta, nullius ſunt momenti. 2.53. in fine.

De receptis, qui arbitrium receperunt.

DE arbitrio vtriuſque conſenſu electo 2.15. 2.26. 2.34. in fine. pr. 2.47.

De iudiciis.

De ratione conuaſalli, & domini.

VT ratio conuaſalli aduerſus conuaſallum, priuſquàm domini, diſcutiatur 2.79.

De poſſeſſione & principali cauſa.

Vt priùs poſſeſſio reſtituatur, quam de principali cauſa agatur 2.82.

De rei vindicatione.

De ædificiis, & meliorationibus feudi.

SI vaſallus in feudo aliquod ædificium fecerit vel ipſum ſua pecunia meliorauerit, & contigerit poſtea vt vaſallus moriatur ſine filio maſculo, dominus vt patiatur ædificium auferri, aut ſoluat pretium meliorationis 2.28.1. verſ. ſi vaſallus.

Rei vindicationem vaſallo competere.

Etiam abſente domino vtiliter agendi, & excipiendi aduerſùs vindicantem proprietatem totius feudi, vel partem ius vaſallus habet. 2.43. ¶ Rei per beneficium datæ vaſallus hanc habet poteſtatem, vt tanquam dominus poſſit a quolibet poſſidente, ſibi quaſi vindicare: & ſi ab alio eius rei nomine conueniatur, defenſionem imponere 2.8 ver. beneficium.

De fructibus, & incrementis feudi.

De fructibus, & incrementis feudi ad quem pertineant. v. inf. 4, Titulo de vſuris, & fructibus.

De vſufructu.

Penes quem poſſeſſio, & proprietas feudi.

PEnes vaſallum feudi vſusfructus: penes dominum, proprietas 2.23. in fi.

De precariis, & quid precaria.

Legis Lotharij de precariis fit mentio lib. 2. tit. 9 inf. ¶ Vt libellariæ, & precariæ in ſuo ſtatu permaneant ſecundum conſuetudinem vniuſcuiuſque ciuitatis. Vide conſtitutionem Friderici, & Henrici lib. 5 tit. 1 ¶ 1. ¶ Precaria eſt ceſſio vſusfructus immobilis, quæ fit clerico ad tempus vel dum vixerit, ea lege vt Eccleſiæ miniſterium exhibeat Synod. Toletan. c. 5. fiebat etiam ei, eiúſve liberis, qui rem ſuam Eccleſiæ donaſſet d. c. vt o dixi ad Nouel. 7 cap. 4 Nouel. 20 c. 2 l. 14 §. 5. C. de ſacroſ. Eccleſ.

De ſeruitutibus.

De actione confeſſoria

SEruitutem feudo debitam vaſallus petere poteſt, & retinere 2.8 § rei

Si vaſallus ſeruitutem feudo acquiſiuerit.

Si vaſallus pretio ſeruitutem feudo acquiſiuerit, dominus pretium ei ſoluere debet. Alij tamen dicunt omnino, id eſt, etiam pretio non reſtituto, ad dominum pertinere. 2.28. ve. ſi vaſallus.

Si vaſallus ſeruitutem feudo imponi paſſus fuerit

Si pretio vel dolo, vel iniuria ſeruitutem rei beneficiariæ vaſallus impoſi patitur, & ad dominum poſtea feudum reuertitur, ſibi donec feudum tenet obeſt domino autem, & ſi per longa tempora perdurauerit ſeruitus minime nocet vel Rei.

Si quid per ſe ſubſiſtens aut non ſubſiſtens feudo à vaſallo adiectum ſit

Si quid feudo à vaſallo additum eſt, per ſe non poteſt ſubſiſtere, vt ſeruitus, feudo accedit & ſicut pars feudi cẽſetur 2.8.1.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, & de paſtu.

Pabulatio quatenus peregrinanti permiſſa.

LIcet peregrino ad equi pabulationem ſecundùm viam ſtare in loco publico, & vti herba, & viridi ſylua ſine vaſtatione aliqua pro ſua commoditate, & vſu neceſſario. 2.27. in fi.

Familiæ erciſcundæ, Communi diuidundo, & de hæreditariis actionibus.

Quæ feuda diuidantur.

DIuidere non licet feuda Ducatus, & Comitatus, 2.55.1. alias licet 2.55.1. 2.77.2.102. ſi velint eorum domini, ac conſortes 2.51.1. quinimo etſi nolint 2.18.2. ac proinde hoc iure, feudum regale maiori natu deferri videtur.

De præſcriptione iniquæ diuiſionis.

De iniqua feudi diuiſione inter fratres poſt 40. annos queri non poteſt. 2.58.2.

Plures vaſalli vnius feudi fidelitatem vt præſtent.

Cùm plures vaſalli idem beneficium poſſidẽt indiuiſum, vna fidelitas, & vnum ſeruitium domino fieri debet. 2.77. ¶ Si verò partitum fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates, 2.77. Seruitia verò non pro partibus (vt vnum primum) videlicet grauiora: ſed pro quantitate beneficij moderanda. 2.77.

Pluribus dominis fidelitas vt præſtetur.

Si plures domini feudum inter ſe diuidunt, nullo modo niſi vnam fidelitatem ex feudo habere poterunt 2.77. in fin. Seruitium autem omnibus, non grauitate: ſed moderamine faciendũ eſt. 2.77. in fin quòd ſi plures domini idem feudum indiuiſum habent, vaſalli, qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatẽ pro eo feudo facere, niſi domini illud feudum primò partiantur: quoniam ſecundùm ius feudi non debet quis duas fidelitates pro eodem feudo facere 2.102. & vaſallus pro vno feudo plures dominos habere non compellitur 2.55.1. in fin.

Factum cohæredis, alteri non nocere.

Cùm feudum hæreditariũ vni ex cohæredibus propria culpa aufertur cæteris non præiudicat. Hoc autem ita intelligitur, vt viuo eo, vel ſuis hæredibus, feudum ad cæteros venire non intelligatur. 2.78.

De hæredibus inueſtiendis.

Hæredes domini neceſſe habent tenere firmam inueſtituram, quam pater fecit. 2.58.2. ver. item hæredes.

De iuramento ſucceſſorum.

Cùm datur ſucceſſori domini defenſio, iurare debet ſe non credere inueſtituram factã eſſe ab anteceſſore ſuo. 2.58.2. verſ. cùm datur. ¶ Hæreditarium ſacramentum multùm diſcrepat à principali 2.58.2. in fi. ¶ Hæres ſucceſſor, filius de conſcientia iurare debet, non de alieno facto. Iure tamen Lombardię filius præciſè debet iurare patrem ſuum non fuiſſe debitorem. 2.58. in fin.

De acquirenda, & repudianda hæreditate (aliud in filio.)

Agnatus repudiare hæreditatem defuncti poteſt: feudum verò ipſum paternum retinere nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine ſoluere cogitur, ſed de fructibus tantùm, ſi quos reliquit. 2.64.

De iureiurando, & fidelitate.

Inueſtitus iurare domino fidelitatem tenetur.

FIdelitatem inueſtitura præcedere debet. 2.4.

Fidelitatis definitio.

Fidelitas eſt iuſiurãdum, quod vaſallus præſtat domino 2.4.

Epitome feudorum.

Qui fidelitatem iurare coguntur, & qui non.

Omnes vaſalli: ne Imperatore quidem excepto: niſi enim feudo ad ſe aliquo delato, fidelitatẽ faciat, feudum amittit, 2.100. ¶ Non idem in Eccleſia, quæ nulli fidelitatẽ facit 2.101. ¶ Minor quoque feudum ſibi delatum retinet: non tamen cogitur fidelitatem facere, antequam venerit in maiorem ætatem 2.26. verſ. ſi minori. ¶ Eadem ratione impubes filius vaſalli defuncti, neque fidelitatem, neque ſeruitiũ ſiue per ſe, ſiue per alium debet 2.26.5. ¶ Quid ſi plures vel vaſalli, vel domini, num plures fidelitates debentur, an potius vna? dixi ſuprà tit. Familiæ erciſcundæ.

Fidelitatis forma.

Noua (de veteri vide lib. 2. tit. 5. & 6.) forma fidelitatis: vaſallus, tactis Euangelijs, omnino fidelitatem iurare cogitur contra omnem hominem (excepto tamen nominatim Imperatore, vel rege 2.55. in fi. quod olim facilè ſubintelligebatur. 2.8.2.) id eſt, ſe nunquam ſcienter adfuturum conſilio, aut facto, ſeu negotio, vbi dominus vitam, membrum, honorem præſentem, vel futurum amittat, aut in ſua perſona læſionem, iniuriam, & contumeliam accipiat: ſe omni conatu animi id impediturum, aut domino quàm proximè nunciaturum, ſe conſilio, atque auxilio domino adiuturum ad res amiſſas recuperandas, aliúmve iuſtè offendendum, ſecretum ſibi à domino commiſſum conſeruaturum, &c. 2.7.

De calumnia iuramento.

Calumniæ iuramentum vaſallus à domino, & è contra non exigit. 2.33.1.

De iuramento parium.

Pares Curiæ teſtimonium præbent iurati. 1.26.

De puberum iuramento.

Sacramenta puberum ſponte facta non retractantur: per vim aut metum extorta etiam à maioribus nullius ſunt momenti. 2.53 in fi.

Maſculo, fœmina, & emptori iuramentum vt defertur.

Si maſculus rem feudalem eſſe adfirmet, filia neget, maſculo defertur iuramentum. 2.41.2.51. verſ. ſi contentio. ¶ Si dominus feudum eſſe dicit, fœmina neget, fœminæ. 2.41. ¶ Si dominus dicat eſſe feudum, emptor neget, emptori defertur iuramentum 2.41.2.51. v. ſi contentio.

De iureiurando delato, vel relato.

Iuſiurandum defertur aut à iudice, aut à parte. Vtroq; caſu, is, cui delatum eſt iurare debet, aut referre. Iurare, inquam, cum xij. ſacramentalibus, ſex parentibus (in ibi quidam legunt pageſiis) ſex extraneis: idque ſine mentione conſcientiæ: niſi agitur de facto fratris, vel aui, vel alterius aſcendentis. 2.33. verſ. & cũ datur. ¶ Idem eſt in domino. *d. verſ. & cùm datur.*

De iuramento principalis perſonæ, & ſucceſſorum.

Cùm iurat dominus de inueſtitura non facta, ita iurat, ſe inueſtituram non feciſſe: ſucceſſor eius ita iurat, ſe non credere inueſtituram factam eſſe ab anteceſſore: multùm enim diſcrepat iuramentum, & ſacramentum hæreditarium à principali ſacramento *l. 3. l. generaliter. C. de rebus credit.* ita iurat tutor, ſe credere, & exiſtimare. *l. 2. Cod. de iuramen. calumnia.* ſic filius, ſucceſſor, hæres iurant de ſua conſcientia, non de alieno facto. *l. Marcellus. ff. rerum amotarum.* In Lombardia contrarium extat: in ea enim filius præcisè debet iurare, patrem ſuum non fuiſſe debitorem. 2.57. verſu, cùm datur.

Poſſidenti iuramentum quemadmodum deferatur.

Iuſiurandum interdum poſſidenti, interdum non poſſidenti. ſeu actori, interdum neutri pro motu iudicis defertur 2.33. ver. ſacramentum. ¶ Poſſidente domino & vaſallo non probante, dominus abſoluitur ſuo iuramento: vaſallo longo tempore poſſidente, & domino non probante, iuſiurandum defertur vaſallo: ſi non longo tẽpore poſſedit, domino iuſiurandum defertur. 2.33.2.1.23. niſi aliud faciat pro poſſidente 2.33.2. ¶ Poſſeſſori aſſerenti pignoris iuramentum non defertur. 2.11. niſi ſit munitus xxx. annorum præſcriptione. 1.28. ¶ Qui incrementum feudi poſſidet, inueſtituram probare non tenetur: ſed ſimpliciter iurare. 1.4.5. ¶ Feudum guardiæ feudum eſſe. 1.4.3. vel iure pignoratitio poſſideri. 1.4.4. aduersùs vaſallum poſſeſſorẽ dominus, qui id ait, probare tenetur: eo non probante, poſſeſſoris eſt defenſio, eique iuramentum deferri poteſt. 1.4.3. niſi poſſeſſor dicat ſe ex feudo pignori ſibi dato inueſtitum. Tũc enim ei incumbit probatio 1.4.1. ¶ Vaſallus poſſidens feudũ Cameræ, aut Canenæ, tenetur feudum (quod directum eſſe ait) iurare eius conditionis eſſe, hoc eſt, directum eſſe: aut iuramentũ de eo domino deferre. 2.21. ¶ Feudum paternum eſſe, rei, ac poſſeſſoris iuramento creditur. 1.4.2.

De iuramento pacis ſeruandæ.

Vt à xviij. ad lxx. annum omnes ad iuramentum pacis ſeruãdæ obſtringantur, & vt eiuſmodi iuramentum quoquo quinquennio renouetur. 2.53.

De infidelitate.

De infidelitate pugna fit iure Longobardico, non Mediolanenſi. 2.39. verſ. non eſt.

De condictione cauſa data, cauſa non ſecuta.

Condictio ex cauſa domino competit.

Si domino petente vaſallus deſeruire noluerit, domino condictio ex cauſa competit ad repetendum feudum. 2.21.

De contrahenda emptione.

De pœna vaſalli feudum alienantis.

Nulli licet feudum totum vel partem aliquam vẽdere, quocunque modo diſtrahere ſine voluntate, vel iuſſu. 1.13. vel permiſſione 2.55. illius domini, ad quem feudum ſpectare dignoſcitur. Huiuſmodi alienationes hactenus perpetratæ ceſſantur, & in irritum deducuntur, nullius temporis præſcriptione impediente, emptori bonæ fidei ex empto actione de pretio cõtra venditorem competente. Callidæ machinationes quorundam, qui pretio accepto, quaſi ſub colore inueſtituræ, quàm ſibi licere dicunt, feudum vendunt, & in alios transferunt, ità prohibentur, vt venditor, & emptor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxiſſe, feudum amittant, idque ad dominum liberè reuertatur. Lotharius 2.3.1.2.9.2.24. in fi. 2.38.4.2.44.2.52.2.55. Conradus 2.34. Fridericus 2.3.1. 2.55.

De pœna notarij inſtrumentum alienationis feudi conſcribentis.

Scriba, ſeu notarius, qui hoc inſtrumentum ſciens conſcripſerit, poſt amiſſionem officij, cum infamiæ periculo manum amittit. 2.55.

De omni alienatione feudi hic agi.

Quod dicitur de venditione feudi, intelligi oportet de omni alienatione 2.42.2.55. ibi: vel quocunque modo.

Quorum feudorum alienatio prohibita ſit.

Quod de feudi prohibiti alienatione diximus, locum etiam habet in feudo, in quo dominus diſtrictum, vel etiam honorem habet 1.5.1. ¶ Sed & in eo, quod iudicio familiæ erciſcundæ acceptum, & alienatum eſt ab eo, qui ſine hærede legitimo deceſſit. 1.5.1.

In proximorum agnatorum præiudicium: id eſt ſine eorum conſenſu feudum alienari non poſſe.

Paternum feudum (quod hodie cenſetur ad vij. vſque geniculum, nõ poteſt frater in fratris præiudicium alienare facere: denique vt de eo filia inueſtiatur: proinde reſciſſa huiuſmodi alienatione, aut inueſtitura, frater fratri defuncto ſine legitimo herede maſculo ſuccedet. 1.8.1. ¶ Rem, quæ à communi parente per ſucceſſionem ad nos peruenit, ſeu alienari prohibitam, non poſſumus alienare in fraudem proximiorum adgnatorum: licèt in feudum dare poſſimus: citra fraudem tamen aliàs reſcinditur infeudatio: iure προτιμήσεως, proximiori adgnato competente. 2.3.1. ¶ Feudum paternum agnatis, ad quos id reuerſurum eſt, non conſentientibus, aut ratum non habentibus alienare non poſſumus etiam in filiam, vel domini voluntate interueniente. 2.39.

¶ Si proximus ſucceſſor feudi conſenſit feudum in vlterioris gradus perſonam transferri, nullum ad feudum regreſſum habet. 1.5.1. eſt enim inter ipſos agnatos feudi alienatio permiſſa.

Licet prohibetur alienatio inter agnatos. ſi tamen paternum ſit feudum, conceditur 2.39.

De generali alienatione vaſalli.

In generali alienatione vaſalli non continetur feudum, niſi nominatim dictum ſit. 2.26. v. in generali.

De Curia venditione.

Capitaneus curiam vendens non intelligitur beneficiũ, quod in ea extat, vendidiſſe. 2.51.

Qua lege vaſallus feudum alteri dare poſſit.

Nemo alia lege, quàm ipſe habeat, feudum alteri dare poteſt. verbi gratia, qui ſibi, ac ſuis maſculis feudũ habet, alteri ea lege dare non poteſt, vt fœminæ habeant: aliàs feudum ipſum amittit: & ſecundùm quoſdam ipſe: ſecũdùm quoſdam qui dedit, & qui accepit: ſecundùm alios, cùm maſculi deſierint. 2.34.2. Vaſallus arctiori lege, quàm ipſe habeat, feudum in alium poteſt transferre 2.108.

Conditiones tacitæ alienationem ſequuntur.

Si feudum, quod alienari poteſt, alienatum fuerit, conditiones primæ feudi, tacitè ſequuntur adquirentem. 2.34.2.89.

Feudum alienatum cui committatur.

Feudum illicitè alienatum domino aperitur, neq; in cauſam feudi recidit, etiamſi vaſallus id poſtea recuperet. 2.44. ¶ Quid ſi domini voluntate vaſallus feudum alienauit, feudum poſtea recuperauerit? Id habebit non iure feudi, ſed aut iure proprio, aut iure libelli (ſi id ad libellum vaſallus dedit voluntate domini) 2.44. ¶ Si ignorans feudum vaſallus alienauit, domino feudum nõ eſt commiſſum: quin. ipſe venditor feudum emptori poteſt euincere reddito ei pretio, ac præterea quanti eius intereſt 2.26.6.6. verſ. ſi vaſallus. idque Obertus ita ſentit. 2.42. Nam quod dicitur alienatione feudum aperiri domino, id intelligendum, cùm à ſciente alienatur. 2.42.

De alienatione feudi in potentiores.

In potentiorem extraneum alienare non licet rem communem in fraudem proximiorum adgnatorum. 5.13.

Domino quatenus permiſſa feudi vaſalli alienatio.

Dominus ſine conſenſu vaſalli feudum ad alios transferre non poteſt, ſeu alium de feudo inueſtire: ſed nec feudum eius alij promittere: quòd ſi fecerit pro non facto habebitur. 2.22.2.55.2. id tamen Mediolani non obtinet. 2.34.1. ¶ Viuente, & ignorante vaſallo (cui nullus eſt hæres) dominus poteſt feudũ

vaſalli alienare, dummodo ex eo detrimentum vaſallus ſentiat: quod tamen Placentinis non probatur. 1.27.

De allodij venditione.

De allodij ſimplicis, & infeudati alienatione, vide lib. 2. titul. 54.

De iure προτιμήσεως.

Qui ex parentela habens communem agrum, domum, vineã, vel rem immobilem diuiſam, vel indiuiſam (ad feuda hoc caput nõ ita pertinet) aut ex communi emptione, vel aliquo huiuſmodi titulo, eam alienare, in emphyteuſim dare, aut locare nõ poteſt: niſi priùs denunciauerit illis, qui per ordinẽ vocãtur in ius προτιμήσεως: quales ſunt parentes coniũcti, ſocij, cõiuncti extranei, qui ſub vno ſeruitio, vel cẽſu, coniuncti ex aliqua parte: vt vicini, & confines. Denunciatis datur menſis pretij iuſti offerendi cum vſuris legitimis: tutoribus, procuratoribus, menſes quatuor: nõ denunciatis decennium. Porro, conſenſu etiam tacito, vt ſi venditioni interfuerunt, & tacuerunt, amittitur ius προτιμήσεως, vt & præſcriptione temporis decennali, & ingratitudine, ſiue indignitate. In fraudem huius legis facta alienatio reſcinditur: in potentiores perſonas fieri prohibetur: quinimò conuicti periurij emptor, & venditor, rem, & eius pretium amittunt, vtrumque fiſco committitur. Niſi rem vendit proximioribus, quibus ius προτιμήσεως cõpetit. 5.13. Ex cauſa tamen dotis, donationis propter nuptias, vel ſimplicis donationis cauſa mortis, vel ex teſtamento, vel permutatione, vel tranſactione vera, non ſimulata, licet in fraudem proximiorum alienare. 5.13.5.14.

De reſcindenda venditione.

SI beneficium in fraudem conſuetudinis, & legis alienatum, & in feudum alienatum datum fuerit, tunc reſciſſa inueſtitura reddito à proximiore adgnato pretio is, qui inueſtituram accepit, compellitur rem reſtituere. 2.5.1. ¶ Sed nouo iure, factæ in fraudem legum, feudi alienationes à ſcientibus, caſſantur, & in irritum deducuntur, feudo penitus domino commiſſo. & ad pretium emptori actione non competente. 2.52.2.55. niſi de euictione ſibi proſpexerit. 2.8.2.80.

De actionibus empti, & venditi.

EMptori bonæ fidei, ex empto actio contra venditorem competit. 2.55.

Locati & conducti.

De locatione fraudulenta, & per libellum: & quid in ea ſit.

LOcare feudum (quo etiam vocabulo feudum quod in curia domini eſt, intelligitur. 1.5.1.) vaſallus poteſt: niſi locatio ſit fraudulenta alienatio: ſicut eſt per libellum: huiuſmodi enim locatio, venditio dici poteſt. Libellario autem nomine locamus, quoties ſub viliſſima duorum denariorum penſione perpetuò. 1.9. in fi. 1.73.1.13. vtendum concedimus. 2.9. in fi. eſt enim prohibitum quadam colluſione nomine libelli vendere. 2.55.

De totius feudi, & partis eius locatione.

Totum, an pars (olim partem licebat 15.) feudi ita locetur, (quod Mediolani non obtinet) nihil intereſt: feudum enim eo caſu amittitur, neque valet quod factum eſt. 1.13. & mortuo vaſallo ſine legitimo hærede, id eſt, maſculo, feudum reuertitur ad dominum.

Per libellum alienatio feudi quatenus permiſſa.

Quod dictum eſt feudum per libellum alienari non poſſe, intelligendum eſt, ſine voluntate domini. Nam ſi cum domini voluntate vaſallus feudum totum, vel medium libellario nomine dederit, ſtabilis permanet alienatio. 1.13. ¶ Quinimo, ſine voluntate domini vaſallus certis caſibus feudum per libellum dare poteſt: verbi gratia, ſingulari priuilegio Eccleſiæ feudũ in perpetuum libellum dare poteſt (quamuis feudum nunquam ſit reuerſurum ad dominum, cùm Eccleſia nunquã deſinat eſſe hæres) priuato non poteſt. 1.13. ¶ Fratri, vel nepoti per libellũ facta alienatio valet etiam ſine voluntate domini. 1.13. in fine. ¶ Licèt prohibeatur beneficij alienatio: inter agnatos tamen, ſi feudum paternum fuit, conceditur: & ſi libellũ vnus alteri fecerit de feudo paterno, non eſt libellus, ſed quaſi refutatio. 2.39. ¶ Si quis ea lege feudum acceperit, vt ipſe, & ſui hæredes, & cui ipſe dederit, habeant, poterit id ad libellũ dare: quòd licèt propriam feudi naturam non habeat, iure tamen feudi cenſebitur, vt ex his cauſis amittatur, quibus & verum feudum 2.48.

Feudum recuperatum quo iure ſit penes recuperantem.

Sin vaſallus voluntate domini feudum per libellum alienauit, & id poſtea recuperauerit, penes eum remanet, non iure beneficij, ſed iure libelli. 2.44.

De libellariis.

De libellariis, & precariis vide lib. 5. tit. 21. §. 1.

De locatione in fraudem proximioris agnati.

Si locatio facta ſit in fraudem proximioris agnati. verſ. 5.13.
¶ Si in emphyteuſim detur in fraud ẽ proximioris adgnati. 5.13.

De ſubfeudationibus an licitæ, & quatenus.

Beneficium à vaſallo in feudum, ſi nihil in fraudem legis fiat rectè dari poteſt. 2.16.6. verſ. beneficiũ (nec enim licet ſub colore inueſtituræ, alioquin permiſſæ, feudum vendere. eo enim caſu feudum emptori ereptum ad dominum reuertitur. 2.55 modum tamen militi detur. 2.34.2. ¶ In infinitum (ea lege, de qua ſuprà diximus) vaſallo licet ſubinfeudare. 2.34.2. in quibuſdã tamen curiis vltra tertiam perſonam feudi conceſſio non extenditur, vt cùm feudum peruenit in quartam perſonam, ei auferre dominus poſſit. 2.34.2. ¶ Qui ſuum beneficium alij dat in feudum, non debet alia lege dare, niſi qua ipſe habeat ſibi, ſuiſque hæredibus (quod intelligi debet de ſolis maſculis) non debet alij dare, vt habeat ipſe, & ſui hæredes maſculi, & fœminę. Eo caſu quidam putant dantem feudum amittere: alij & dantẽ, & accipientem: alij tunc domino feudum aperiri, cùm maſculi defecerint. 2.34.2.

De rerum permutatione.

SI quis faciat cambiũ de beneficio ſui militis, ſine illius conſenſu, cuius eſt beneficium, pro non facto habetur. 2.22.1 Si quis cambium proprietatis nomine feudi habeat. 1.4.2.

Si cambium feudi à domino vaſallus petat. 2.25. ſi permutet in fraudem proximioris adgnati. 5.13. ver. ex cauſa.

An per acceptabilem, vel ſubſtitutum domino ſeruire poſſit vaſallus, vide lib. 2.55.2.2.99.

De pignoribus, & hypothecis.

De pignore, quod conſultum.

PIgnus quod conſultum dicitur, fieri non poteſt ex feudo, 2.8. in fi.

De pignore totius, vel partis feudi.

Pignorare totam, vel partem feudi ſine domini conſenſu nõ licet 2.55. ¶ Olim qui pro pignore plus medietate obligaſſet, ita vt tranſactum ſeu diſtractionem permitteret, vel dolo hoc egiſſet, amiſſione feudi mulctabatur. 1.5.

Pignus in feudum conuerti poſſe.

Pignus in feudum conuerti poteſt. 1.4.4.1.22.1.18.

De pacto legis commiſſoriæ.

Si quis obligauerit aliquam rem pignori, eo pacto, vt ſi ſtatuto tempore pecunia ſoluta non fuerit, res ſit creditoris, & eã pro feudo habeat, poteſt debitor quandocunque pecuniam ſoluendo, pacto non obſtante, pignus recuperare 1.17.2.51.7.

An mortui vaſalli feudum pro pignore poſſit retineri à creditore.

Creditor debitore mortuo feudum eius pro pignore ſibi retinere non poteſt, licèt fruges extantes retineat. 2.86.

De euictionibus.

Vaſallo quatenus debetur euictio à domino.

GEneraliter verum eſt in feudis, dominos de euictionibus teneri. 2.80. vt in dominum inueſtiti regreſſum habeat de euictione. 2.46. ¶ Si tamen quis ſciens inueſtituram alterius beneficij acquiſierit, eo euicto nullam aduersùs dominũ actionem habet de euictione: quoniam in adquirendo malam fidem habuit. 2.80.2.87.2.96. ¶ ac niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit, de euictione agere non poterit. 2.8. ¶ Ignorans verò rectè aget, vt aliud feudũ eiuſdem bonitatis, ſeu quantitatis ſibi præſtetur. 2.8. ¶ In eo verò nulla differentia eſt, qui inueſtituram facit, vtrùm ſciuerit vel ignorauerit 2.8. ¶ Si domino laudato, ſeu vocato, nec defendente, vaſallus cauſam per ſententiam amiſerit, eique feudum ſit euictum, dominus vaſallo feudi cambium debet: id eſt, feudum eiuſdem æſtimationis (quod erat tempore rei iudicatæ) reſtituere tenetur, vel nummos in feudum datos numerare. 2.25. id eſt, æſtimationem litis, quam vice feudi ſubiit vaſallus, quam ſententia iudicis victori exſoluit.

De vſuris, & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus, & mora.

De vſuris legitimis.

VT tutores, curatores, procuratores, defenſores iure προτιμήσεως, vti volentium intra quatuor menſes veniãt, & ſoluant iuſtum pretium cum legitimis vſuris, & expenſis neceſſariis, atque ita accipiant ius προτιμήσεως. 5.13.

De fructibus.

Si vaſallus deceſſerit, nullo in feudo relicto hærede maſculo, ius feudi ad dominum pertinet. Fruges autem extantes ad filias vaſalli vel etiam vxorem eius, & hac ratione creditor eas retinere poteſt, licèt pignus habere non poſſit. 2.86.2.41. ¶ Alia diſtinctio à quibuſdam adfertur, vt ſi vaſallus ſine liberis maſculis ante menſem Martium moriatur, fructus illius anni ex feudo prouenientes ad dominum pertineant, ſi poſt Kalendas Martij vſque ad Auguſtum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad hæredes vaſalli pertineant. Alij volunt quocunque tempore anni decedat vaſallus, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere. 2.28.1. verſ. his conſequenter.

Si duo fratres in caſa communi poſt mortem patris remanſerint: id eſt, habitauerint, ſimul, & eorum vnus feudum adquiſiuerit, feudum alteri, eo, qui adquiſiuit, ſiue viuo, ſiue mortuo, non communicatur, niſi per pactum: fructus tamen erunt communes, donec ſimul habitauerint. 2.12.

De cauſis.

Qui inueſtitus eſt eadem lege, & eodem iure rem habere debet, quo habet, qui eum inueſtiuit. 2.58.2.

De acceſſionibus.

Omne incrementum feudi ad vaſallum pertinet, niſi dominus aliquid ſibi in eo reſeruauit. 1.4.5.

Si vaſallus in feudo aliquod ædificium fecerit, vel ipſum ſua

pecunia

pecunia melioraueris, & contigerit poſtea vt vaſallus ſine filio maſculo decedat: dominus aut patiatur ædificiũ auferri, aut ſoluat pretium meliorationis. 2.28.1.ver.ſi vaſallus. ¶ Idem dicendum, ſi vaſallus pretio ſeruitutem feudo adquiſiuit. 2.28.1. ¶ Qui dant dicunt omnino ad dominum pertinere 2.28.1. ¶ Sed & in ea re hæc diſtinctio recepta, vt ſi quid feudo à vaſallo additum ſit, ſi quidem tale eſt, vt per ſe ſubſiſtere poſſit, ac per ſe cenſeatur, vt prædium id non adcreſcat feudo: ſi verò per ſe non poſſit ſubſiſtere, vt ſeruitus, pleriſque placet feudo accedere, & ſicut partem feudi diſponendam eſſe. 2.8.1.

Qui incrementum poſſidet, inueſtituram probare non tenetur: ſed ſimpliciter, quod ad eam rem attinet, iureiurando eius ſtatur. 1.4.5.

Ab eo, qui feudum cum omni incremento accepit, feudum nobis cedi poteſt: quo viuo, ſi quid feudo adcreſcat, ad nos pertinet. Id autem, quod eo mortuo adcreſcit, eius eſt, ad quem feudum reuerti debet. 1.4.6.

Si pretio, dolo, aut iniuria vaſalli feudo quid decreuerit, vaſallo, donec feudum tenet, obeſſe poteſt: domino autem etiam per longa tempora non nocebit. 2.8.verſ Rei, in fi.

De mora.

De mora vaſalli in inueſtitura petenda, fidelitate offerenda, domino iuuando, ac certiorando, hoſtendiciis ſoluendis, iuſtitia facienda, in iure ſe ſiſtendo, ſuis locis dictum eſt.

Si iure *προτιμήσεως* vti volens moram fecerit in iuſto pretio emptori offerendo. v.2.13.

De eo, quod intereſt.

Si inueſtitura facta, & fidelitate ſubſecuta dominus differt vaſallum mittere in vacuam poſſeſſionem, omnem vtilitatem ei præſtat. 2.7.in fi.

Si facta de feudo inueſtitura pœniteat dominum, antequam poſſeſſionem transferat, præſtando intereſſe vaſallo non liberatur, ac proinde poſſeſſionem feudi, de quo inueſtituram fecit, tradere compellitur. 2.26.6.

Si vaſallus feudum alienauit ignorans, non domino, ſed ipſi vaſallo feudum reſtituendum: ad intereſſe verò emptori ignoranti condemnandus. 2.26. ver. vaſallus.

Vt tutores, curatores, procuratores, & defenſores iure *προτιμήσεως* vti volentium ſi intra quatuor menſes iuſtum pretium cum legitimis vſuris, neceſſariis impenſis emptori non obtulerint, ſarciant de propriis ſuis quicquid incommodi perſonæ illæ habuerint. 5.21. adde quædam ex titulo de Euictionibus.

De impenſis, expenſis, & ſumptibus.

Id, quod de communi expenſum eſt, alteri pro parte competenti eſt reſtituendum. 2.12.in fi.

Iure *προτιμήσεως* vti volens iuſtum pretium cum vſuris legitimis, & expenſis neceſſariis offerre, ac ſoluere debet. 5.21.

Sumptibus domini ſeruitia præſtantur à vaſallo. 2.107.

Hoſtenditiarum nomine in Lombardia, de modio xij. denarij In Teutonica terra tertia pars fructuum ſoluitur: facta computatione fructuum ſolummodo eius anni, quo hoſtem faciunt. 2.40. in fi.

De probationibus, & præſumptionibus.

Onus probandi cui incumbat.

PRobationis onus ei incumbit, qui feudum nouum eſſe ait. 2. 11.2.15:2.26 Bonus tamen iudex eo caſu iuramentum deferre poterit, cui magis æquum videtur. 2.11.

De noua, & veteris inueſtituræ probatione.

Noua inueſtitura præciſè probanda eſt per pares eiuſdem Curiæ (ſi tamen dominus vaſallus habeat, alias extranei teſtes ſufficiunt. 2.33. ver. quæ autem 2.58. 1.2 58.2.in fi.) non per cõfeſſionem domini, aut breue teſtatum. Quanquam alij volunt vel per confeſſionem domini, vel per breue teſtatum ab extraneis confirmatum probari etiam poſſe. 2. 32. ¶ Vetus verò inueſtitura (quæ fit vel à domini ſucceſſore, vel vaſalli ſucceſſore) etiam per extraneos probari poteſt: non tamen per fœminas. 2.32.

Si inueſtitura facta eſſe negetur.

Si dominus neget ſe inueſtituram feciſſe actori. 1.10. 1.26: eiuſve patria. 1.26.1.

Inopia probationum res deciditur per iuſiurandum. 1. 10. 2. 2.1.in f. poſſeſſoris. vel cum xij. ſacramentalibus, ſecundũ quoſdam: niſi clientulus ſit gaſtaldus, vel actor domini, vel guardiæ feudum habeat: tunc enim domini religioni ſtatur. 1.10.

De præſumptionibus.

Vnuſquiſque ſibi, ſuis hæredibus, ac ſoboli videtur proſpexiſſe. 2. 18. 2.90. ¶ Pares, pecunia, odio, vel gratia corrumpi, non eſt ſuſpicandum, 2.58.2.in fi. ¶ Priuato feudum ad libellum perpetuum dare non poſſumus, Eccleſiæ poſſumus. Eccleſia enim cultrix, & auctrix iuſtitiæ non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum: priuatus verò ſæpe obuiat iuſtitiæ. 1.23.

De fide inſtrumentorum.

De libro.

SI cui militi fidelitas requiſita fuerit à domino, dominus ſecundùm quoſdam librũ militi oſtendere debet: miles autem eam facere debet 2.76 ¶ Liber autem quòd vaſallo oſtendi ſoleat, non neceſſitate ſit, ſed voluntate. Eſt enim quoddã ſignum requiſitæ fidelitatis memoriæ cauſa. 2.76.

De inſtrumento publico.

Vaſallus inueſtituram per inſtrumentum publicè confectum probare poteſt 2.25. à tribus, vel duobus paribus confirmatum. Quòd ſi inſtrumentum defecerit, vel quia factum non fuerit, vel quia amiſſum ſit, tunc qui probare deſiderat, pares illius curiæ, qui interfuerunt, offerre debet. 2.2. ¶ Quòd ſi inueſtitura ab eo, qui vaſallos non habebat, dicatur facta, tunc per quoſlibet idoneos teſtes, aut per publicum inſtrumentum probari poteſt: aut inopia probationum res decidatur per iuſiurandum. 2.2.1.

De breui teſtato.

De probatione per breue teſtatum. v.1.2.in fi. 1.3:14.1.4.3: 1.4.5.2.32.2.88.2 92.

De notario, & ſcriba.

Si notarius, vel ſcriba ſciens inſtrumentum alienationis feudi conſcripſerit, v.2.52:2.55.

De teſtibus.

Ne in noua, & veteri inueſtitura extranei teſtes admittantur.

NOua inueſtitura paribus Curiæ: vetus, etiam teſtibus extraneis, non tamẽ fœminis, probatur. 2.32. ¶ In clericorũ tamen feudis pariter accipiũtur pares, & extranei: quia cum clerici de feudo inueſtiunt ſæpe abſconsè, & ſine præſentia ſuorum confratrum hoc facere ſtudent. 1.16. Si tẽpore inueſtitionis pares abfuerint. 1.26. aut iurare voluerint, neq. iurare eos dominus compulerit. 2.2. in f.pr. etiam extranei ſunt recipiendi, qui ſi veritatẽ celare voluerint, fortè amore, vel pretio, vel alia qualibet cauſa, à comite, vel popolo iurare compellantur, quòd ex ea cauſa falſitatem non dicent, nec verum ſcientes tacebunt. 1.26.

Qui pares, aut pro paribus habeantur.

Pro pari, domino, vel vaſallo diſſentiente non eligitur, qui nondum fidelitatem iurauit. 2.16 ¶ Paradogium, ſeu Paragium non adquirit, qui ſoldata habet, vel habuit 2.10.v. Nam ille vt teſtis citeri poteſt, qui tempore inueſtituræ par fuit: poſtea par eſſe deſierit. 2. 19. ¶ Pares cùm dicimus, pares eius, qui eorum teſtimonio vtitur, intelligimus, & qui ab eodem domino feudum tenent, non alienos. 2.26.

De poſſeſſoris iureiurando.

Si teſtibus res probari non poteſt, poſſeſſoris ſacramento res deciditur 1.26.in pr. 2.2.in f.pr.

Teſtes iurati eſſe debent.

Si teſtes inueſtituræ interfuerint, & eos vaſallus ad teſtimoniũ vocauerit, eorũ teſtimonio cum ſacramento creditur. 1.26.

De fœminis.

Fœminæ teſtes in inueſtitura, etiam veteri, probandi admitti non poſſunt. 2.32.

De ſeruis.

Teſtes liberi, ac liberæ conditionis eſſe debent. 2.58.1.

De numero teſtium.

Coram duobus ſaltem teſtibus inueſtitura fieri debet: ſi tamen is, qui inueſtit, vaſallos habet. 2.2.1.26.1:2. 58. 1. Pluralis enim locutio duorum numero contenta eſt. 2.58.1.

Qui non poſſidet, & inueſtiturã factam eſſe ait, eam per duos ſaltem pares de domo ipſius domini probare debet, vel etiã cùm pares abſunt, per alios duos idoneos teſtes. 1.26.1. ¶ Si poſſidet, tũc ſine probatione vlla teſtium debet ſolus iurare, ſe, vel patrẽ ſuum fuiſſe inueſtitum. 1.26.1.in fi. ¶ Quinque teſtibus integræ opinionis cauſæ ingratitudinis vaſalli probandæ. 2.57.

An vaſallus in dominum teſtis eſſe poſſit.

Vaſallus teſtimonium in dominum ferre non poteſt in cauſa criminali: in ciuili modica, poteſt. 2.33.1.

De iuris, & facti ignorantia,

De fidelitate non facta.

IVſto errore excuſatur vaſallus, qui fidelitatem non fecit. 2. 5.1. Iuſta ignorantia, vel parui temporis negligentia, cum iniquæ poſſeſſionis periurio, domino in poſſeſſione damnum adferre non debet. 1.26.in fi.

De ignorantia.

Ignoranti ſubuenitur. 2.26.6.vers.vaſallus.

De ſeruo inueſtito.

Seruus inueſtiri poteſt, niſi ignorantia prætendatur. 2. 5. verſi.perſonam.

De ſponſalibus.

DE deſponſatione, & tempore ſponſaliorum. v.2.29.

De donationibus ante nuptias.

QVartæ, ſiue tertiæ ratione, quæ à Longabardis, ſeu Romanis viris, vxoribus fieri ſolet, poſt mortem viri ad mulierẽ nihil pertinet. 2.8.in fi. huiuſmodi tertiæ, & quartæ dabantur à maritis vxori, hypoboli, ſeu vice donationis propter nuptias loco, & à Longobardis *Morgengabe* appellabantur, quaſi diceres donationem à viro vxori collatam mane die Nuptiarum: qua de re quædam infrà dicentur titul. de Pactis conuentis.

Dominationis propter nuptias cauſa alienare in fraudem proximioris adgnati in liceat. 5.15:16.

De inceſtis nuptiis.

INceſtas nuptias contrahentium bona inter Regalias, ſeu Regalia numerantur. 2.56.

De ſecundis nuptiis.

SEcũdi matrimonij filij in feudo materno liberis prioris matrimonij præferuntur 2.26.4.verſ.mulier: dum tale feudum ſit adquiſitum ſecundi viri, ac mariti contemplatione. 2.103.

De iure dotium.

Feudum in dotem dari quatenùs poſſit.

PAter feudum in dotem pro filia dare nullius curiæ conſuetudine poteſt. 2.9 1. ¶ Poteſt tamen ipſa fœmina feudum, ſi quod habet, marito in dotem dare: quo caſu ſi marito ſuperſtite ſine liberis decedit, feudum ad maritum non pertinet. 2.13. ¶ Caſus ille in difficili eſt: Femina paternum feudum in dotem dedit, duobus filiis ex eo matrimonio procreatis, quorum vnus duas filias, alter vnicum filium maſculum reliquit. fœmina mortua, ſuccedet maſculus ille vnicus, non fœminæ, eius amitæ. 2. 17.

Dotis cauſa alienare in fraudem proximi. 5.13.5.15.

De pactis conuentis.

De pacto, ne filij, aut vt in re aliqua tantùm ſuccedant.

FIlij nati ex ea vxore, cum qua matrimonium tali conditione contractum eſt. Ne filij ex ea nati patri ab inteſtato ſuccedant, in feudo non ſuccedunt. Nam quamuis ratione improbetur talis conditio, ex vſu tamen admittitur. 2.26.6. verſ.filij nati. ¶ Quidam habens filium ex nobili coniuge, ea mortua, minus nobilem deſponſauit ea lege, vt nec ipſa, nec filij eius ampliùs habeant de bonis patris, quàm dixerit tempore ſponſaliorum: verbi gratia, x. libras, vel quantum voluerit dare, quando eam deſponſauit (quod Mediolanenſes dicunt, *accipere vxorem ad Morganaticam*: alij lege Salica) his filiis ex ea ſuſceptis deceſſit. Iſti in proprietatem, ſeu allodem patri non ſuccedunt, aliis fratribus extantibus: ſed nec in feudo, etiam aliis non extantibus: fratribus tamen ſuccedunt ſine legitima prole decedentibus vſu Mediolanenſi. 2.29.

Soluto matrimonio.

Vir vxori non ſuccedit, & è contrà.

MAritus vxori in feudo non ſuccedit, niſi ſpecialiter inueſtitus. 1.15. ¶ Quòd ſi ſimul inueſtiti ſibi æqualiter feudum acquirunt: vno tamen eorum ante alterum mortuo, pars defuncti ſuperſtiti non adcreſcit: ſed domino feudo defertur. 2.85.

De naturalibus liberis.

NAturalis filius patri non ſuccedit in feudo, quamuis legitimatus ſit 2.26.verſ. Naturalis.

De adminiſtratione tutorum.

VT tutores, vel curatores minorum xxv. annis, quibus vt proximioribus ius ἀντιφωνήσεως competit, intra quatuor menſes à denuntiatione ei facta, iuſtum pretium rei emptori cum vſuris legitimis ſoluant: alias ſi id negligunt, faciant de propriis ſuis quicquid incommodi minores habuerint. 5.13.

De teſtamentis.

De feudo parenti an teſtari liceat.

SI quis deceſſerit filiis, & filiabus ſuperſtitibus, ſuccedunt tantum filij æqualiter: vel nepotes ex filio loco ſui patris: nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente. 2.8.

An ad pias cauſas de feudo teſtari liceat.

Nulli licet feudum totum, vel partem pro anima iudicare ſine permiſſione illius domini, ad quem feudum ſpectare dignoſcitur. 2.55: 1.9.1.

De allodiis in fraudem proximiorum an teſtari ſit permiſſum.

Allodialem rem ex teſtamento, ſeu vltima diſpoſitione alienare poſſumus in fraudem proximioris adgnati. 5.13: 5.14.

De adquirenda, vel amittenda hæreditate.

An, & à quibus feudum defuncti adiri poſſit, repudiata eius hæreditate.

ADgnatus feudum, quod paternum dicitur, ſibi delatum retinere poteſt, repudiata hæreditate: ita vt heres hæreditario non teneatur. 2.45: dixi ſuprà, titulo Familiæ erciſcundæ. ¶ Filius verò defuncti non poteſt. 2.45.2.51: niſi adgnatis conſentientibus à domino inueſtiatur quaſi de nouo beneficio: quo facto licebit ei repudiata hæreditate feudum retinere, nullo onere hæreditario ei imminente. 2.46.

De ſuis, & legitimis liberis, & ex filio, ac filia nepotibus hæredibus.

De liberis maſculis.

MOrtuo vaſallo prima cauſa liberorum eius 2.11. maſculorum. 1.19. in ſuccedendo. Ideóque proles eius maſcula, ex eáque alia proles maſcula deſcendens ſuccedit, & prolem fœmininam, exque ea prolem omnem fœmineam deſcendentem (niſi feudum ea conuentione adquiſitum vt fœminæ cum maſculis ſuccederent 2.11. de quo infrà plura, & ſuprà, titulo de pactis, ſed & fratres defuncti) excludit. 1.19. ¶ Succedunt autem filij inter ſe æqualiter 1.8.

De adoptiuis.

Adoptiuus filius patris in feudo non ſuccedit. 2.26.v. adoptiuus.

De legitimatis.

Naturalis filius patri non ſuccedit in feudo, quamuis legitimatus ſit. 2.26. vide Naturalis.

De natis ex matrimonio ad Morganaticam.

Natus ex matrimonio ad Morganaticam contracto patri in feudo non ſuccedit. ¶ Ad morganaticam matrimonium contractum dicitur, ſi ita contractum fuerit: Nec ex eo matrimonio nati in feudo ſuccederent. 2.26.verſ.filij. ¶ Vſu quoque Mediolanenſium, ſi pactum quis inierit cum ſecunda vxore minus nobili ea lege, vt nec ipſa, nec filij eius ampliùs habeant de bonis patris quàm dixerit tempore ſponſaliorum, verbi gratia x. libras, vel quantum voluerit dare, quando eam deſponſauit (quod Mediolanenſes dicunt vxorem ducere ad Morganaticam, alij lege Salica) hi in proprietate aliis extantibus, patri non ſuccedunt: ſed nec in feudo, aliis etiam non exiſtentibus, licèt legitimi ſint. Succedunt tamen fratribus ſine legitima prole deſcendentibus in ipſa proprietate, non in feudo. 2.29.

De filiis ſecundi matrimonij.

Filij ſecundi matrimonij in feudo materno, prioris matrimonij liberis præferuntur. 2.26.4. ver. mulier. dummodo tale feudum fuerit acquiſitum ſecundi viri, ac mariti contemplatione. 2.103.

De filiis vaſalli delinquentis.

Vaſalli feudum delinquentis licèt ad agnatos proximiores (qui quarto gradu ſunt. 2.26.6.verſ. ſi vaſallus) quandoque pertineat. filius tamen ad id nullatenus aſpirabit, niſi id iterum à domino licitè adquirat. 2.26.6.ver.ſi vaſallus. 2.31. alij tamen putant feudum ad dominum non pertinere, donec aliquis maſculus delinquenti ſupereſt: cui ſententiæ alij contradicunt. 2.98. adde quæ notaui ad tit. de bonis damnatorum infrà.

Nepos ex filio vt ſuccedat.

Corradi lege feuda ad nepotem ex filio producta. 1.1.2. ¶ Succedunt filij æqualiter, vel nepotes ex filio loco ſui patris. 1.8. ¶ Filij, vel nepotes ex parte filiorum. 1.1. ſeu patrum ſuorum ſuccedunt. 1.14. ¶ Si quis miles mortuus fuerit ſine filio maſculo, & nepotem reliquerit, in beneficium aui, in patris vicem ſuccedit. 1.19. in fi. ¶ Filiis exiſtentibus maſculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri remouentur adgnati. 2.11. ¶ Filius patri ſuccedit non filia, niſi ex pacto: vel niſi feudum ſit fœmineum: tunc enim ſuccedit filia patri, & matri: ſecundùm quoſdam ſuccedit nepos ex filio ſolus, & ſic vſque in infinitum. 2.50.

Nepotes ex filia vt ſuccedant.

Ad ex filia nepotes, ſeu pronepotes ſucceſſio feudi non pertinet. Proles enim fœminini ſexus, vel ex fœmineo ſexu deſcendens, ad huiuſmodi ſucceſſionem adſpirare non poteſt, niſi eius conditionis ſit feudum, vel eo pacto adquiſitum. 2.11.

Fœminæ, & filia an, & quando in feudis ſuccedant.

Non patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inueſtitus. 2.17. Filiæ in feudis parentibus non ſuccedunt, niſi inueſtitæ fuerint. 1.8. 2.1. 14.2. in fin. niſi ex pacto: vel niſi feudum ſit fœmineum (tunc enim ſuccedit filia matri, ſi fœmineum ſit feudum: patri, ſi in inueſtitura feudi id adiectum vt filia ſuccederet. 2.50.) niſi ſi conditionem feudo adiectam æquè implere poſſint, vt maſculus: multò magis in feudo ſuccedent, ſi nulla ſit adiecta conditio: idque æquitatis eſt. 2.104. ¶ Filiis extantibus. 1.8. 2.1.14.2. in fi. aut ex filio nepotibus. 2.50. filiæ non ſuccedunt. 2.36. in fi. etiamſi inueſtitura facta fuerit in perſona patris ea lege, vt filij, ac filiæ ſuccederent. 1.8. 2.1. 14.2. in fi. vt eius deſcendentes maſculi, & fœminæ habere poſſint. 1.8. vt in ſe, deſcendenteſque ſuos id haberent. 1.104.2. multò minus filiæ ſuccedunt, ſi vaſallus pro ſe, vel hæredibus ſuis maſculis, vel his deficientibus fœminis, feudum acceperit. 2.17. Aliud erit, ſi feudum ita adquiſitum eſt, vt in eo ſuccedant fœminæ ſicut maſculi, fœminæ enim cum ipſis maſculis ſuccedent: idque vi verborum, & ſententia contrahentium. 2.104.1. ¶ Nullo hærede maſculo exiſtente feudum paternum filiæ delatum eſt: eadem moritur relictis duobus filiis, quorum vnus duas filias, alter vnicum maſculum reliquit, quid iuris? fœminæ eo caſu non ſuccedent. 2.17. ¶ Qui feudum adquiſierat vt ad fœminas tranſiret, duas tantùm filias ſuſtulit: quarum vna filium, altera filiam reliquit. Gerardi ſententia (aliud Obertus exiſtimat) maſculus præfertur. 2.51. verſ. ſimiliter. ¶ Feudum à duobus fratribus ita adquiſitum, vt quandiu ipſi, vel hæredes eorum maſculi viuerent, haberent. maſculis deficientibus, fœminæ ſi ſupereſſent: eorum vnus moritur relicta vnica filia: ſuccedit ei filia, non frater. vnuſquiſque enim ſibi, ſuæque ſoboli, ac proli, hæredibúſque videtur magis proſpexiſſe, quàm aliis: qui alias, ſi ſine filia frater mortuus fuiſſet, vi pacti ſucceſſiſſet. 2.18. 2.90. ¶ Quid ſi ſimpliciter in hæredes maſculos, & fœminas duo illi fratres inueſtiti? vno ſine liberis maſculis, aut filiabus moriente, feudũ non ad ſuperſtitem fratrem, ſed ad dominum perueniet. 2.90. ¶ Si feudum ita fuerit adquiſitum à viro, & vxore, vt in ſe, deſcendentéſque ſuos id haberẽt, fœminæ excludentur à maſculis eius matrimonij: quibus non extantibus, cum filiis alterius matrimonij concurrẽt: ſi neque ex eo, neque ex alio matrimonio filij fuerint, partem feudi filiæ, partem alteram dominus feudi habiturus eſt. 2.104.2.

Neptes

Neptes, & proneptes in feudis an ſuccedant.

Ad neptes, vel proneptes ſucceſſio feudi non pertinet. 2.11. quod de filiabus tamen dictum eſt ſuperiore capite ad neptes, proneptes, & deinceps extendi poteſt: cùm in eodem ſexu eadem ſit iuris diſpoſitio.

De nepotibus, & pronepotibus ex filia.

De nepotibus, & pronepotibus ex filia. 2.21. dictũ eſt ſuprà.

Ad S.C. Orphitianum, & vt matri liberi ſuccedant.

MAtri in feudo æqualiter ſuccedunt liberi: etiamſi id ſpecialiter non ſit dictum, vel inueſtiti non ſint. id enim æquitatis eſt. 2.15.

Si feudum ſit fœmineum filia matri ſuccedit: ſecundùm quoſdam, nepos ex filio ſolus. 2.50.

Matri ſuccedunt filiæ deficientibus maſculis. 2.30.2.51. ver. ſimiliter. 2.17. Etiam ſine ſpeciali ſtipulatione matris vt feudum ad filias deferretur (quod tamen quibuſdam non probatur) 2.30. alias fœminæ non ſuccedunt maſculis extantibus: vt ſuprà dictum eſt.

Ad S.C. Tertyllianum, & vt liberis ſuccedant parentes.

AScendentes deſcendentibus in feudo nõ ſuccedunt. 2.50.2.84. niſi nominatim cum domino pacti fuerint, vt ſi filius deceſſerit ante patrem, feudum ad patrem reuertatur: aliàs defuncto ante patrem filio, pater non ſuccedit: ſed dominus. 2.84.

De legitimis hæredibus.

In paterno frater fratri feudo vt ſuccedat.

POſt filios maſculos, poſt nepotes ex filio, ac deinceps: poſt filias certis caſibus eorúmque liberos, vt ſuperiùs dictũ eſt, ſuccedunt ex latere omnes per maſculum deſcendentes vſque in infinitum, ſi feudum ſit paternum. 2.50.

In nouo feudo frater fratri vt ſuccedat.

In nouo feudo frater fratri non ſuccedit. 2.90. nouo, inquam, id eſt, à fratre adquiſito, niſi pacto ſpeciali inueſtituræ adiecto, frater fratri ius ſuccedendi fuerit ſtipulatus. 2.12 ¶ Quid ſi cùm in caſa communi duo, vel plures fratres habitarẽt, eorum vnus feudum adquiſierit? fratri defuncto etiam ſine liberis, frater non ſuccedet: ſed ad dominum feudum reuertetur, fructus tamen erunt communes donec ſimul habitauerint 2.12. ¶ Quid ſi cum equis, & armis communibus, vel pecunia communi fuerit feudum adquiſitum? frater fratri etiam non ſuccedet, ne fortè inuitus dominus alium, quàm quem voluerit, ſibi adquirat vaſallum: dum tamen meminerimus, id, quod de communi expenſum eſt, alteri pro parte competente eſſe reſtituendum. 2. 12. ¶ Quid ſi feudum conſentiente domino ceſſum, ac refutatum [illegible] à parente fuerit, & eorum vnus ſine liberis moriatur? qui ſuperſtites erunt fratres: defuncto fratri ſuccedent in eo feudo, tanquam paterno, non tanquam adquiſito. 2.14.

Nepotes ex fratre, patruo vt ſuccedant.

Liberis, ac nepotibus, & deinceps maſculis defuncto non exiſtentibus in feudo, quod paternum dicitur, ſuccedunt fratres defuncti cum fratrum præmortuorum filiis. 2. 11. In feudo enim paterno fratrum filij patrem mortuum repræſentant, & ſuccedunt vnà cum patruis: quorum ſi vnus ſine liberis maſculis moritur, prædicti fratres, vel nepotes ſuccedent. 2.14.1.

Patruus vt nepoti ſuccedant.

Filio ex fratre ſine liberis mortuo ſuccedit eius patruus. 10. ¶ Quid ſi Gaius Titij auus de nouo beneficio inueſtitus fuerit & Titius ſine hærede maſculo moriatur? Titij ſucceſſio non pertinet ad Sempronium eiuſdem Titij patruum magnum, ſeu Gai fratrem: huiuſmodi enim feudum Sempronio nunquam fuit paternum. Feudum enim paternum dicimus, quod fuit illius parentis, qui eius adgnationis, de qua quæritur, fuit communis. 2.11.

De patruelibus, conſobrinis, & ſobrinis.

Deficientibus fratribus, ac fratrum præmortuorũ filiis adgnati vlteriores in feudo paterno ſuccedunt. 2.11 ¶ Verbi gratia patrueles. 1.1.4.2: (aut, vt ibidem legitur, conſobrini, vel ſobrini. 1.2.50.) patrui magni. 2.11.

Communia de ſucceſſionibus.

Succeſſione beneficium adquiri.

PEr ſucceſſionem quoque, ſicut per inueſtituram beneficium ad nos pertinet. 2.11.2.33.

Qui retinere poſſint feudum.

Cæcus feudum paternum retinere poteſt. 2.36. ¶ Claudus feudum paternum poteſt etiam retinere 2. 36. ¶ Imperfecti, quemadmodum cæcus, & claudus, feudum paternum retinere poſſunt. 2.36. ¶ Mutus, qui omnino non loquitur, quorundam ſententia, feudum retinere non poteſt: ſi tamen magnum fuerit feudum, nihilque is habeat, vnde ſe alere, atque exhibere poſſit, alimenta ex feudo conſequetur. 2.6. in fi. alij volunt mutum, ſurdum, etiamſi ita natus ſit, feudum paternum retinere poſſe. 2.36. idque æquius eſſe puto.

Qui non retineant.

Serui poſt delatam ſucceſſionẽ feudi, etiam manumiſſi, in feudo non ſuccedunt 2.106. ¶ Si vaſallus monachus. 2.21 aut clericus fiat, vel habitum religionis aſſumat, feudum amittit: ita vt ſi feudum eius nouum fuerit, dominum: ſi paternum, proximos adgnatos habeat hæredes. 2.26 ver. qui clericus. 2.109.

De ordine ſuccedendi, gradibus, & proximioribus.

In ſucceſſionibus feudorum deferendis ordo legum Romanarum ſeruandus. 2. 37. ¶ Ad proximiores ex linea defuncti (proximiores, dicuntur reſpectu aliarum linearum) feudum defertur omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur. 2.50. ¶ Proximioribus quemadmodum ius [illegible] competat, alibi dictum eſt à nobis.

Vaſallo delinquenti qui ſuccedant.

Si vaſallus ita in dominum peccauerit, vt feudum amittere debeat, non ad proximos, ſed ad dominum beneficium reuertitur: ſi non in dominum, ſed in alios, non ad dominum, ſed ad proximos feudum pertinet, ſi tamen beneficium fuerit. 2.24. 3.2.17.

Qui ſemel feudum refutauit, an poſſit in eo aliquando ſuccedere.

Partem meã feudi pater Titio adgnato, eiuſdem feudi ſocio refutauit, nõ ea mente, vt à domino quaſi de nouo beneficio inueſtiretur: ſed vt ſibi, ſuiſque hæredibus, & cui is dediſſet, haberet. Mortuo Titio ſine liberis maſculis pars quondam mea feudi ad me reuertitur: non ad Sempronium Titij, ac meum adgnatum, ſocium ac participem eiuſdem feudi. 2.85.

In feudis dignitatum an ſit ſucceſſio.

Hodie in feudo Comitatus, Marchiæ, Ducatus, & aliarum dignitatum legalium ſucceſſio eſt. 13. in fi. 2.55.1. olim non erat niſi ab Imperatore ita per inueſtituram fuiſſet adquiſitum. 1.14. ¶ Et quia in eiuſmodi feudis non admittitur diuiſio. 2.55.1. maiori natu deferuntur: aut eo furioſo, vel infami, ſecundo genito aurea bulla Caroli 4. c. 25.

An vir vxori, & è contrà ſuccedat.

Si vir, & vxor ſimul inueſtiuntur, ſibi æqualiter feudum adquirunt: eorúmque vno ante alterum mortuo, pars alteri ſeu ſuperſtiti, nõ adcreſcit: ſed domino defertur 2.85. Maritus vxori in feudo non ſuccedit, niſi ſpecialiter inueſtitus ſit. 1.15.17.

Dominus vaſallo vt ſuccedat.

Si vaſallus decedit nullo in feudo relicto hærede, ius feudi ad dominum pertinet. 2.86. Huc referri poſſunt quæ ſuperiùs dicuntur tit. *de bonis damnatorum:* & tit. *de acquirenda, retinenda, & amittenda poſſeſſione.*

De donationibus.

De vaſallo.

DOnare feudum vaſallus non poteſt, non conſentiente domino. 2.55.

De domino.

Quod dicitur dominum donationes facere poſſe duobus, vel tribus teſtibus idoneis præſentibus. 2.8.1. ad inueſtituras pertinet, non ad donationes in præiudicium vaſalli.

De eo, qui liberos habet, & non habet.

Qui liberos habet in fraudem proximioris adgnati, vlteriori feudum dare non poteſt. donatum tamen adgnatus proximior vlteriori euincit pretio numerato. Qui liberos non habet, vlteriori feudum donare non poteſt in fraudem proximioris, ac proinde feudum ita donatum proximior adgnatus vlteriori euincet, nullo etiam pretio numerato. 2.26.5. in fi.

De vxore, & marito.

Filia feudum paternum iure ſibi delatum, etiam moriens ſine liberis, marito ſuperſtiti in præiudicium domini donare non poteſt. 2.13.

Si quis ea lege feudum poſſidet, vt cui ipſe dederit, habeat.

Si quis ea lege alicui feudũ dederit, vt ipſe, & ſui hæredes, & cui ipſe dederit, habeat, qui ſic accepit, id vẽdere, vel donare, vel aliter, ſi placuerit, etiam ſine domini voluntate, alienare. 2.48.

Ex dono donatorem non conueniri.

Iniquum eſt ſi aliquis ex dono ſuo conuenitur. 2.58.3.

De dono inueſtituræ.

De inueſtituræ dono, v. 2.27.2. ver. ſi duo homines.

De variis donationum generibus.

De donatione propter nuptias, ſimplici donatione, cauſa mortis. v. 5.13.

De dote.

De feudo in dotem. v. 2.17.

De re allodiali.

Simpliciter, vel cauſa mortis donare licet rem allodialem in fraudem proximioris adgnati. 5.13.2.14.

De acquirenda, retinenda, vel amittenda poſſeſſione feudi: vbi de inueſtitura, & cauſis amittendi feudi.

Proprietas, & poſſeſſio feudi penes quos ſit.

PRoprietas rei immobilis beneficiatæ, penes dantẽ remanet: vſusfructus verò illius rei ita ad accipientẽ tranſit, vt ad eum, hæredéſque maſculos eius, quinetiã fœminas (ſi de his nominatim dictũ ſit) in perpetuum pertineat: ad hoc vt ille, & ſui hæredes fideliter domino ſeruiant. 2.23. in f. ¶ Ac proinde poſſeſſio beneficij ad vaſallum pertinet: proprietas ad dominum. 2.8. in f.

Feudum quibus modis adquiritur.

Feudum adquiritur & ſucceſſione, & inueſtitura. 2.1.2, 11.

Inueſtitura quid.

Inueſtitura nihil aliud eſt, quã poſſeſſio. 2.2. ac proinde inueſtire nihil aliud eſt, quã in poſſeſſionẽ feudi vaſallum mittere.

Quibus modis fit inueſtitura.

Fit autem inueſtitura aut re ipſa, aut alio modo, qui pro inueſtitura habeatur. ¶ Vt ſi vaſallo haſta, vel corporeum quiddam tradatur. 2.2. ¶ Si ita dicatur, Vade in poſſeſſionem feudi, & teneas illum pro feudo. 2.13. Idem exiſtimandum, ſi vaſallus aliquo tempore tenuerit aliquid beneficij nomine, domino præſente, & non contradicente, & ſeruitium eius quaſi à vaſallo is receperit, 2.33.

¶ Pro inueſtitura habeatur, ſi quis per xxx. annos rem aliquam vt feudũ poſſedit, & ſeruitium domino exhibuit: quamuis enim de ea re non ſit inueſtitus, præſcriptione tamen xxx. annorum ſe tueri poteſt 1.26.4. ¶ Hoc tamen intereſſe videtur, quòd ſi quis domino iubente ſine inueſtitura feudi poſſeſſionem nanciſcatur, teneat poſſeſſionem, quandiu vixerit, quaſi feudi nomine retinere poteſt, hærede eius nullo modo ei ſuccedente. 1.25.7.

De poſſeſſione feudi.

Inueſtitura (iuſſiua ſ.) facta, & fidelitate ſubſecuta, omni modo cogitur dominus inueſtitum in vacuam poſſeſſionem mittere 1.4. 1.7. in fi. Quod ſi differat, omnem vtilitatem ei præſtat. 2.7. in fi. ¶ Quinimò ſi facta de feudo inueſtitura, pœniteat dominum antequam poſſeſſionem transferat, præſtando intereſſe vaſallo non liberatur: quoniam dominus poſſeſſionem feudi, de quo inueſtituram fecit, tradere compellitur. 2.26.6.

Qui, & per quos inueſtire poſſumus.

De nouo beneficio mulier: 2.3.1. (aliud iure ſtricto. 2.81.) ſed & maior xviij. annis inueſtire poteſt. 2.91. 2.2.3. ¶ De veteri omnes perſonæ minores xxv. annis. 2.2.3. 2.91. ſæculares, eccleſiaſticæ, fœminæ. 2.91. ¶ Per procuratorem poſſumus inueſtire. 2.3.1.

Qui, & à quibus poſſumus inueſtiri, vel non.

Inueſtiri poteſt maritus de vxoris feudo, iubente, ac ſciente vxore. 2.85. ¶ Fidelitatem facere recuſans inueſtiri non poteſt. 2.3.1. in fi. ¶ Seruus etiam inueſtiri non poteſt, niſi habeatur pro libero. 2.3.1. ¶ Quinimò poſt delatam ſucceſſionem manumiſſi, ſi non ſuccedunt. 2.106. ¶ Per procuratorem poſſumus inueſtiri 2.3.1.

Quibus de rebus poſſit inueſtitura fieri.

De Spe feudi ad ſe aliquando reuertendi dominus aliũ inueſtire purè non poteſt: ſub tempore, vel cõditione poteſt, vt eiuſmodi inueſtiturarum demum capiat effectum, cùm id feudum domino, eiúſve hæredi fuerit apertum. In eccleſiaſticis perſonis aliud eſſe quidam exiſtimant. Nam ſi eccleſiaſtica perſona talem fecerit inueſtituram, non aliter valebit, niſi ſibi, non etiam ſucceſſori ſuo, feudum aperiatur. Verùm obtinuit epiſcopos, & clericos, ea, quæ in dominico inueniunt tempore ſui introitus, in feudum dare poſſe. 2.55. In eiuſmodi inueſtitura hoc etiam notandum, conſenſum eius, de cuius feudo agitur, non requiri. 2.26. 2.55. Qui alienæ rei vel obligatæ ſciens inueſtituram accepit, euictione agere poteſt, niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit: ſi ignorans rectè aget, vt aliud eiuſdem bonitatis, ſeu quantitatis ei præſtetur. In eo autem nulla eſt differentia, verùm qui inueſtituram fecit, ſciuerit, vel ignorauerit. 2.8.

Quibus præſentibus fiat inueſtitura.

Qui vaſallos habet, ſaltẽ coram duobus ex illis inueſtituram ſolenniter facere debet: alioquin licèt alij interſint, inueſtitura minime valet. 2.2. ¶ Excipiuntur tamẽ clerici hi enim inueſtituram facere poſſunt teſtibus extraneis præſentibus 1.26. ¶ Si vaſallos non habeat, coram extraneis, breui teſtato facto. 1.4.

Quomodo probetur.

Domino in poſſeſſione feudi cõſtituto, ac negante de eo feudo inueſtituram feciſſe, actor inueſtituram probare poteſt vel per publicum inſtrumentum, vel per pares curiæ domini. Qui ſi nulli ſint, aut iurare nolint, per extraneos etiam. Qui ſi etiam non extent, iuriſiurandi electio domino datur: ideoque aut iurare cogitur, aut referre iuramẽtum 2.2. ¶ Vaſallo verò in poſſeſſione conſtituto (vt ſi feudum Cameræ, vel Cauenæ in duabus, ſeu tribus acceptionib. quietis quaſi poſſideat) & domino inueſtituram negante: tunc non eſt opus probatione, ſed poſſidenti vaſallo datur electio, vt aut iuret ſuum eſſe feudum rectum) id eſt, eius ſe iuſtam poſſeſſionẽ habere) aut domino referat iuſiurãdũ. 2.2. 1.26. v plura ſuprà titulo de Probationibus.

2. De retinenda poſſeſſione.

Vaſallum in poſſeſſionem miſſum dominus in poſſeſſione tueri, ac defendere debet, vti ſuperiùs oſtenſum, titulo de Euictionib. ¶ Si inueſtituram vnius feudi fateatur dominus: alterius verò feudi neget: ex æquo, & bono eius etiam feudi ita ambigui, & controuerſi defenſionem debet vaſallo. 1.4.1 ¶ Domino feudum nouum eſſe dicente, adgnatis verò defuncti, paternum eſſe contendentibus, manet interim poſſeſſio apud vaſallum. 2.26. ¶ Si verò inter filiam, & agnatum defuncti contentio eſt de feudo: illa, allodium ſeu libellarium: his, feudum eſſe aſſerentibus, apud filiam interim poſſeſſio collocanda. 2.26.1. ¶ Quòd ſi inter filiam defuncti, & dominum lis oritur, domino, feudum eſſe: illa allodium, vel libellarium aſſerente, filia in poſſeſſione interim eſſe debet. 2.26.1. in fi. ¶ Ac prioribus duobus caſibus, adgnatis; poſteriori, iuſiurandi electio filiæ datur 2.26.

De minore impubere, muto, ſurdo, cæco, claudo, imperfecto, fœmina, clerico.

Minor. 2.26.4. verſ. ſi tamen. ¶ Vt & impubes. 2.26. ¶ Mutus, ſurdus, cæcus, claudus, imperfectus etiam ita natus. 2.36. (de muto tamen quidam dubitant. 1.6. in f. vt & de fœmina, & clerico. 2.36.) feudum ſibi delatum retinent.

De hæreditariis obligationibus, & actionibus.

Hæres tenetur ſtare inueſtituræ factæ à parente. 2.58.1. ¶ Idque locum habet in omni ſucceſſione non laico tantùm: ſed & clericis, & Eccleſiaſticis. 2.35 ſi modò de ſuis, aut Eccleſiæ bonis inueſtiri ſolitis inueſtituram fecerint, non ſi de alieno 2.1.3. 1.25. in fin.

De amittenda poſſeſſione, ſeu quibus modis feudum amittatur.

Citra delictum vt amittatur.

Vaſallus feudum amittit aut citra delictum, aut ex delicto, ¶ Citra delictum feuda impropria (vt ſi quis pro vice dominicaria, vel villicaria, vel pro decania, vel pro aliis quibuſcũque angariis feudum acceperit) dantis arbitrio auferuntur, niſi aliud pactum ſit 2.81. ¶ Sic feuda habitationum, niſi aliud cautum ſit, morte accipientium finiuntur. 2.105. ¶ Minores etiam valuaſores etiã ſine culpa deueſtiri poſſunt, niſi vel fecerint hoſtem Romæ, vel feudum emerint 1.7. ¶ Mutus feudum retinere non poteſt, ſi tamen magnum fuerit feudum, nihílque mutus habeat, vnde ſe exhibeat, alimenta ex eo cõſequetur. 1.6. in fin. Sed tamen alij volunt mutum, ſurdum, vt & cæcum, & claudum, & aliter imperfectum, etiã ſi ſic natus ſit, feudum retinere poſſe. 2.36. ¶ Sexus quoque huic rei impedimento. Nam fœminæ in feudis ordinariè, ac regulariter non ſuccedunt. 2.36 in fi. *De quo plura diximus ſuprà titul. de pactis & tit. de ſucc.* ¶ Monachiſmo quoque feudum amittitur: feudum enim eo caſu nouum, ad dominum: paternum ad agnatos eius defertur. 2.21. ¶ Idem dicitur ſi quis clericus fiat, aut votum religionis adſumat. 1.26.4. ver. qui clericus: aut fiat conuerſus. 2.30. hoc enim ipſo feudum amittit, etiamſi habitũ clericalem deponat. 2.26.4. ver. qui clericus. 2.30. & breuiter, clericatu feudum amittitur. Huius rei ratio ea adfertur, quòd definat eſſe miles ſæculi, qui factus eſt miles Chriſti: & quòd beneficium non pertineat ad eum qui non debet gerere officium: 2.21. 2.30. in fi. 2.36. 2.109. ¶ Adhæc feudum vaſallus amittit, ſi id domino refutauit 1.5. in fi pr. 2.38. (ſic è contrario dominus feudum amittit per refutationem 2.9.1.) ſi conſenſit eos inueſtiri, ad quos ſecundùm rectum morem feudum non pertinebat: quo facto nullo modo ad id repetendum regreſſum habet. 1.5. 1.2. 39. 2.64.

Ex delicto, & ingratitudine vt amittatur.

Amittendi feudi cauſæ ob ingratitudinem certa rẽgula, aut definitione comprehendi non poſſunt. Egregiæ tamen, vt ita dixerim, cauſæ ingratitudinis ſunt, quibus beneficium ſecundum mores curiarum ſolet adimi. 1.23.

Si aduerſus dominum vaſallus deliquerit.

Si inhoneſtis factis, atque indecentibus machinationibus dominum ſuum offenderit, inſidiiſque eum clãdeſtinis, vel manifeſtis appetiuerit. 1.57. ¶ Si inimicis domini amicitias ſuas copulauit 2.57. ¶ Si credentium ad domini damnum ſcienter manifeſtauerit. 1.17. 2.6. ¶ Si in aliis ſic verſatus eſt, vt potius inimicus, quàm fidelis eſſe credatur. 2.57. ¶ Si delator ſui domini extitit, & per ſuam delationem graue diſpendium ſuſtinere fecerit 2.24. 2.v item ſi delator. ¶ Si ſciens dominum aſſalierit, vel vicum, aut caſtrũ, in quo eſt. 1.5. 1.17. 2.24. ver porro. ¶ Si impias manus in perſonam domini vbicunque iniecerit 2.24. Verſ porro ¶ Si aliàs graues, vel inhoneſtas iniurias intulerit. d. verſ. porro. ¶ Si morti eius veneno, vel aliter inſidiatus ſit 2.24. d. v. porro. ¶ Si ſciens dolo, vel negligentia, vel fraude non certiorauerit, quàm citiùs potuit, dominum de aſſaltu, morte, captione, patrimonij grandi iactura. 2.24. v. præterea. ¶ Si dominum in acie periclitantem, non mortuum, non vulneratum ad mortem dimiſerit. 1.5. 1.17. 1.21. 2.24. 2.1.57. ¶ Si à morte eum liberare potuit, nec liberauit. 2.19 v. ſi à morte. ¶ Si cognouerit dominum incluſum, aut obſeſſum, & eum, cùm poſſet, nõ liberauerit. 2.24. 2. v. item ſi delator. ¶ Si domino iuſtitiam facere neglexit. 2.92. ¶ Si dominus à filio, domeſtico, vel vaſallo vaſalli, offenſus fuerit, & vaſallus à domino requiſitus deducere ad dominum eum, qui offendit neglexerit. his enim caſibus feudo priuabitur. 2.52. 2.2.11 v. quæſitum.

Si aduerſus perſonas domino coniunctas.

Si dominum ſuum cucurbitauerit. 2.57. v. ſi cum vxore (aliud erit ſi cum eius vidua. 1.21.) domini concubuerit, aut id tentauerit, aut cum ea turpiter luſerit. 1.5. ¶ Si cũ domini, vel dominæ filia, vel nuru: id eſt, nupta filio, concubuerit 1.5. 2.4 2. ¶ Si cum ſorore domini in eius domo manente (quæ in capillo dicitur) ſe immiſcuerit. 1.5. 2.4. 2. v. ruſus. ¶ Quid ſi vnum tantùm ex dominis cucurbitauit? illius tantum parte priuabitur. 2.38. ¶ Quid ſi fratrem domini interfecit? feudo nõ priuatur. 2.27.

Si aduerſus feudi, & inueſtituræ conditionem.

Si citra cauſam iuſtã impedimẽti, id propter quod beneficiũ datum fuerit, ſeruitium facere recuſauerit 2.24. 2. v. ſed non eſt (hoc tamen fallit, ſi benẽficiũ tale fuit, vt nullũ pro eo ſeruitiũ præſtaret. 2.107. 2.24. 1. 2.3. inf.) ¶ Si dominis ſuis petẽtibus deſeruire noluerit. 1.21. ¶ Si maior xvj. an. 2.51. dolo 2.97. citra iuſtũ impedimentũ putà mortẽ, capitales inimicitias, infãtiã, iuſtã abſẽtiã. 1.22. 2.52. per annũ, & diẽ ceſſauerit in petẽda inue-

ſtitura

ſtitura.2.24.Si fidelitati faciēdę obnoxius,non iuſto errore ductus.2.91.ter citatus iurare fidelitatē noluerit.2.24.1.2.3.in fi. ¶ Si dominum eiurauit:id eſt, ſi non dubius negauit à domino feudum habere.2.34 in f.feudum, inquam,non rē aliam domini,ſuum,inquam,feudum non alterius.2.26.3. ¶ Si indicta publica expeditione vocatus à domino ſpatio iuſto,ac competēte venire contēpſerit, aut pro ſe acceptabilē domino non miſerit, aut hoſtēditias non ſoluerit.2.54.2.55.1.2.40.¶ Si à domino in ius eum vocante ter citatus nō comparuerit intra annū. 2.22.

Si aduerſus adgnatos proprios.

Si fratrem proprium(aliud ſi fratrem domini) 2. 37. dolo malo interfecit.2.57.

Si qua ſimiles cauſa.

Si qua ſimilis,vel maior cauſa fuerit,feudo priuabitur 2.17.2. 24.2.v.ſed quia facit.No.12.5.c 3.l.vlt. C.de ingratis liberis No. 22.c.25.Nou.117.c.819 | 8.C.de repudiis.vt C.de reuoc.dona.

Quibus ex cauſis vaſallus feudum non amittit.

Nō omni ex cauſa,ex qua opinio vaſalli grauatur,feudū amittit,nā & ſæpe deierat (vt cùm beneficij portionem alienat abſque domini ſcientia)beneficium retinet,tametſi fidem promiſſam ſeruare nō videatur.1.24 2.in f Sic cogitationis pœnā non patitur,ideóque ſi dominum offendere voluerit,nec offenderit, feudo nō priuabitur.2.51.v.ſi voluerit. ¶ Sic nō priuatur feudo, ſi fratrē domini ſui interfecit. 2.37. ¶ Si dominū iniuſtè guerram faciētem non adiuuit.2.28. ¶ Si eumdem non adiuuit aduersùs antiquiorem dominū:is enim cæteris à vaſallo præferēdus 2.28.in fi. ¶ Si nō requiſitus à domino,anni ſpatio domino ſe nō repræſentauit 2.26.4.v.etſi ¶ Si non magno periculo domino imminente ſeruitiū non obtulit, ſi tamen ſeruire paratus ſit.2. 26.ver.licet.1.28.1.37.1. ¶.Si æs alienum domini ſoluere neglæxit , aut etiam non ſoluit , licèt eo non ſoluto dominus fortè in periurium poſſit incidere 2.26. ver.licet.2. 36.in f.

Imperatorem amittendi feudi pœnæ etiam obnoxium.

Imperator ſuccedēs in aliquo ducatu,niſi fidelitatē facit,feudum amittit:poteſt tamen eo caſu aliū ducem in ducatu cōſtituere,qui feudo ſeruiat,& domino fidelitatem faciat.2. 100.

Qui non amittant beneficium ſine culpa.

Capitanei Regis à Rege, ſed nec capitanei impropriè ſumpti ab ipſis Capitaneis Regis poſſunt deueſtiri ſi de culpa.Minores poſſunt ſine culpa,niſi fecerint hoſtem Romæ.4.7.

Quot teſtibus cauſa ingratitudinis ſuperiores probanda.

Quinque teſtibus integræ opinionis cauſæ ingratitudinis probandæ.2.57.

Quibus ex cauſis dominus feudum amittat.

Dominus quoque feudū variis modis amittit , citra delictū, ſ vel ex delicto.¶ Citra delictum feudū amittit,ſi refutationem feudi faciat.2 9.1. ¶ Ex delicto , quibus ex cauſis vaſallus feudum amittit , ob eaſdem ipſe dominus in vaſallum delinquens feudi proprietatem amittit , eáque vaſallo committitur , & adquiritur.2 26.domino committente feloniam.& 2 47.¶ In his enim omnibus dominus fideli ſuo vicem reddere debet, quòd ſi non fecerit , meritò cenſetur maleficus.2.6. ¶ Quinetiam dominum Curiæ , vel maioris poteſtatis iudicio non adquieſcentem vaſallus deprædari poteſt.2.22.

Ingrati vaſalli,vel domini bona cui committantur.

Vide infrà Titulum de bonis damnatorum.

De vſucapionibus,& præſcriptionibus.

Præſcriptione nulla obſtante dominus alienationem feudi factam illegitimè reuocare poteſt : ſed & hoſtenditias : id eſt, pœnam vaſalli non reſpondentis ad delictum.2.40.

De præſcriptione temporis.v.2.55.2.83.2.87.

De quocunque tempore.1.18 3.

De quantocunque tempore.2.16.v.licèt 2.18.3.

De antiquis temporibus.2.10.

De longo tempore 18 2.28. ¶ Longi temporis præſcriptione feudum bona fide adquiri poteſt.2.85. Etiam longi temporis facto , vaſallus conditionem domini , eiúſve , ad quem feudum reuerti debet,deteriorem facere non poteſt 2.8. in pr.& 1. verbi gratia,ſeruitutem imponere.2.8.1.tertiam, aut quartam vxori donare propter nuptias. 2.8.2.

De hora 1.12.De ſeptem diebus.2.24.1.

De ſpatio tertio ſeptem,vel decem dierum.2.22.

De quatuor ſeptimanis.2.27.v.quicunque verſ.quod ſi.

De triginta diebus 5.13.De menſe Martio,Auguſto.2.18.3.

De ſex ſeptimanis 2.27.v.quòd ſi. De quatuor menſib. .13.

De anno 1.1.2:1.2.in pr.1.26. 11.2.22:2.27.4.v.etſi.2:17.4. 2.44:2.55.1:2.73.2.76:2.97.

De anno,& die 2.24:2.40:2.52.3:2.54.in f.pr.

De anno,& menſe 1.22.De quinquennio 2.53.1.in f.

De decennio 5.13.De XVIII.2.53.

De XX.annis,& vltrà.1.22.De maiore XXV.ann.2.55. in pr.

De XXX.annis,& XXX.an.præſcriptione 2.28.2.26.4.2.90.1.

De XL.annis 2.58.2.

De LXX annis 2.53.

De re iudicata.

SI vaſallus cauſam amiſit per ſententiam.2.25. Vaſallus ſi de ſuo beneficio agit,aut conuenitur,ſiue obtineat, ſiue non,licèt ignorante domino , firmum erit illud iudicium : 2.26.6.v.ſi vaſallus.

De confeſſis.

NOuam inueſtituram , domini etiam confeſſione probari poſſe quidam aiunt,quidam negant 2.32.

De exceptionibus.

VAſallus ſi feudi nomine conuenitur, vtiliter agendi , & excipiendi habet poteſtatem.2.43. defenſionem poteſt opponere.2.8.v.rei.

De exceptione pacti de non petendo , ſeu renunciationis. 1. 5.1:2.9.1:2.58:2.2.19:2.44.

De obligationibus,& actionibus.

HÆredes , & ſucceſſores obligantur ex inueſtitura ſuorum auctorum.1.3.2.25.in f.2.35:1.58.

De rei vindicatione.2.8.2.43.

De condictione ex cauſa.1.28.

De actione ex empto.2.55.

De ſolutionibus.

ÆS alienum domini ſoluere vaſallus non tenetur , tametſi dominus non ſoluendo , in periurium poſſit incidere. 2. 26.v.licet 2.39.in f.

De furtis.

VT furtum legitimū puniatur.2.53.1. ¶ Vt qui quinque ſolidos valens , aut plus furatus fuerit, laqueo ſuſpendatur: qui minùs,ſcopis,& forcipe excorietur , & tondeatur. 2.27.8. ¶ De rapina.2.27.2.¶ De publicis latronibus.2.27.6.

Arborum furtim cæſarum.

VT qui vineas , aut pomaria exciderit, præſcriptioni , & excommunicationi incendiariorum ſubiciatur. 5.1 in f.

De incendio,rate, & naue expugnata.

DE incendiariis pleniſſimè,vide 5.10.

De rate expugnata,vide 5.17.9.

De iniuriis.

VT iniuria legitimè puniatur.2.53.1. ¶ Si quis aliquem intra pacis edictum vulnerauerit.2.27. ¶ Si quis aliquē abſque ſanguinis effuſione fuſtibus percuſſerit, vel crines eius,aut barbam expilauerit. 2 27. ¶ Si abſque percuſſione quis alium inuaſerit Zitterhand id eſt, calida manu,ac verberibus, contumeliiſque malè tractauerit.2.27.

De receptatoribus violatorum pacis.

2.17.2:20.53.2.ver.receptatores.

De collegiis.

DE conuenticulis,& coniurationibus 2.53.2.

De acquſationibus.

VAſallus dominū accuſare,aut teſtimonium in eū ferre, in cauſa criminali non poteſt , in ciuili modica poteſt.2. 31. ¶ Eóq; pertinet quod ſuprà dictū eſt , vaſallum delatorem domini,& per ſuam delationem graue diſpendium dominum ſuſtinere facientem,feudum amittere 2:24.2. verſ.ſi delator.

Si ruſticus militem : vel miles ruſticum : vel miles militem de pace violata accuſet.vide 2.27.3.

Ad leg. Iul.Maieſtatis.

DE crimine maieſtatis,v.2.56. Qui ſint rebelles.v.lib.5. Tit. 20.¶ Si ciuitas,oppidum, Dux, Marchio, Comes, Capitaneus,valuaſor maior,aut minor pacē violauerit 2.53. ¶ Si Epiſcopus pacem violauerit.2.53.2.ver. Epiſcopos.¶ Si clericus de pace violata damnatus ſit.2. 27.1. ¶ Si quis hominē intra pacis edictum conſtitutum vulnerauerit,iniuria affecerit,vel occiderit.2.27 v.ſi quis alium. Si quis pacem iurare , aut ſeruare noluerit.2.53.2.ver. qui pacem. ¶ Si quis violatorem pacis receperit apud ſe,2.27.2:2.53:2.verſ.receptatoribus.

Ad leg.Cornel.de ſicariis.

DE Homicidio 2.53.1.v.Homicidium. De veneno.2.24.2.

De vi publica.

ARmorum vſus quemadmodum ruſtico,mercatori peregrinanti,cuiuis denique in placito comitis permiſſus. 2.27.5.

Ad leg.Cornel.de falſis.

DE inſtrumento falſo.2.58.3.

De annona.

NE quis vltra pretium annonæ in prouincia ſtatutum , cariùs annonam vendat.2.27.4.

De pœnis.

DE pœna laquei.2. 87.8. manus amputationis. 2.27: de fuſtigatione , tonſione.2. 27. 8: domus deſtructione. 2.53. Librarum centum XXX.L.XX.III:v.2.53.X.III.v.2.53.1:XX.vide 2.27.1: .2.17.4.

De bonis damnatorum.

EX delicto vaſalli feudum ad dominū reuerti ſolet. 2.17:22. 2.98.¶ Si crimen, quod vaſallus admiſit , dominum (verbi gratia ſi contra Legem Lotharij feudū alienauit. 2.24.3:2.38.) non extraneum ſpectat,feudum(ſi tamen paternum fuit) domino committitur:vt hanc habeat ſuæ iniuriæ vltionem ſin minùs,non ad filios,aut deſcendentes damnati. 2.26.6. v.ſi vaſallus. 23. 1 : ſed ad vaſalli proximos 2.24:2.37. in fi.pr.adgnatos, qui quarto gradu. 2. 26. 6. verſ. ſi vaſallus : alij tamen putant feudum ad dominum non pertinere , donec aliquis maſculus delinquenti ſupereſt:cui ſententiæ alij contradicunt. 2.9.8.

Si vaſallus vnum tantùm dominum cucurbitauerit, eius tantùm parte priuatur. 2.38.

Cùm feudũ hæreditarium vni ex cohæredibus propria culpa auferetur, cæteris non fit præiudicium: eo tamen viuo vel ſuis hæredibus, feudum ad cæteros veniet. 2.78.

Ob Prælati Eccleſiaſtici delictum, feudum Prælato tantùm viuente committitur: eo mortuo ad Prælati ſucceſſores reuertitur. 2.40.1.

Ob delictum in vaſallum admiſſum dominus feudum amittit, ipſique vaſallo adquiritur. 2.26. verſ. domino committente. 2.47.

Imperator niſi fidelitatem faciat, aut alium in feudo adquiſito, ac delato ſibi conſtituat, feudum amittit. 2.100.

Res, & pretium vendentium, & eminentium rem in fraudem proximiorũ, ſi in eo periurij cõuincantur, fiſco cõmittitur. 5.13.

De bonis vacantibus, indigno ereptis, contrahentium inceſtas nuptias, damnatorum, proſcriptorum, committentium crimen maieſtatis, & alius. v. 5.56

De appellationibus.

AB iniqua ſententia parium ad Imperatorem appellari 1. 22. 1.26.

De iure fiſci.

V. Titulum, quæ ſint Regaliæ. 2.56. & 5.13.

De re militari.

NE ſerui ſacerdotum, diaconorum, & ruſticorum filij cingulum militare aſſumant. 5.11. in fi.

De extraordinariis cognitionibus, & ſi iudex, &c.

DE illicitis exactionibus. 5.11. in fi.

Si Iudex, vel magiſtratus iuſtitiam facere neglexerit. 2. 53.1. verſ. iudices.

Si quis aduocatiã, vel aliud beneficiũ inornatè tractet. 2.27.7.

Venatio quibus, & quemadmodum interdicta. 2.27.5. verſ. nemo tetia.

Pabulatio quatenus peregrinanti permiſſa. 2.27.8 in fi.

De verborum ſignificatione.

NOmenclaturam perſonarum, & rerum vide in tit. de ſtatu hominum, & rerum diuiſione ſuprà.

Aduocatia. 2.27.7. eſt dignitas vrbis, aut Eccleſiæ præpoſitura. c. ſaluator. 1 q.3. c. in quibuſdam, de pœnis. c. præterea, de iure patro. Hinc aduocatus Auguſtæ apud Vrſpergẽſ. Aduocatia Bernæ, in Chroni. Flãd. Tigurinẽſis in Auſtria Lazij. Aduocatus, & Aduocatio in donatione Caroli magni apud Mutiũ Chro. 9.

Allodium, de quo 2.54. & 2.17. in fi. & 2.26. 1: 2.29. id dicitur, cuius poſſeſſor nemini leudes eſt. inde, allodium proprietas dicitur. 1. 42. 29: proprium 2.42. Ius proprij. 2.44. hæreditas 2.45: 2.51.3: res mancipi à Sigeberto.

Armandiæ, vel Armeniæ 2.56. Fabricæ, publica armamentaria. Nouel. 85.

Cambium 1.4. 2: 1.22. verſ. ſi quis, i. permutatio.

De Camera feudum. 2.58: 2.2.8.

De Cauena feudum. 2.58: 2 2.11.

In Capillo ſoror 1.14. 2. i. innupta.

Clientibus 1. 10. vaſallus.

Credentia 1. 17. arcanum, ſecretum.

Cucurbitare dominum, ſeu cum vxore domini concumbere: vel concubitum eius tentare. 1.5: 2.57.

Curtis 1.2.1. domus, palatium caſtrum.

Felonia 2.26. 6: 2.37: 2.38. 2.39: 2.47.

Fidelis 1.2.11. i. vaſallus.

Decania 2.8.

Dominicaria vice 28.1.

Gaſtaldiæ feudum 1.2: 2. 94. quod alicui tanquam actori, aut procuratori prædij domini datur.

Gaſtaldus, vel actor domini 1.10.

Geniculus 1. 1.4. i. gradus.

Guardiæ feudum 1.2: 1.4.3: 1.11. 2. 94. quod alicui tanquam cuſtodi caſæ dominicæ datur.

Guarentizare 1.34. i euictionem præſtare.

Hoſtenditiæ, adiutorium, quod faciunt vaſalli cum dominis, cum rege in hoſtem pergentibus. 2.40.

Hoſtem facere. 1.7. 2.40. i. in expeditionem bellicam ire.

Inuadiare 2.27. in f. eſt pignori obligare.

Iudex Curtis. 1.18. Is iudicabat inter conuaſallos de feudalibus controuerſiis.

Verbum, *Legitimus hæres*, in feudis maſculum ſignificat. 1. 15: 2.34. ver. profectò 2.26. in fi.

Manſus 1.4.5. hæreditas, prædium.

Marchio à marcha: quæ vt plurimùm iuxta mare poſita. 2.10.

Ad Morganaticam matrimonium 2.29. Albertus Argentinenſis Morganatico iure donatum. Morgangheba donatio collata in vxorem manè die nuptiarum.

Paragium [ſeu Pedagium, vel Paradogium] adquirere. 2.5. Ius parium conſequi.

Plebeij 2.10. qui nouiter feudum acceperant à Capitaneis,

Precaria. 1.9 in fi. ceſſio vſusfructus.

Regaliæ 2.56.

Sacramentales. 1 42 10, 1.18

Senior. 1.17. id eſt, dominus,

Soldata dicitur, quia plerumque in ſolidorum donatione conſiſtit. 2.10. in fi.

Tituli Eccleſiæ. 1.6. prædia clericis ad alimenta deputata.

Valuaſor: vide nomenclaturam perſonarum Tit. de ſtatu hominum.

Vaſallus 2.10.

Vaſallus: vide nomẽclaturã perſonarũ Tit. de ſtatu hominũ.

Villicaria vice 2.81.

De regulis Iuris.

REgula, aut definitione certa cauſæ feudi amittendi non poſſunt comprehendi: ſunt tamen, vt ita dicam, egregiæ quædam ingratitudinis cauſæ, quibus beneficium ſecundum mores curiarum ſolet adimi. 2.23.

Fœminæ locus non patet in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc fuerit inueſtitus. 2.17.

Inuitus alium, quàm quem voluerit: ſibi adquirere vaſallum dominus non cogitur. 2.12.

Non vult hæres eſſe, qui ad alium transferri voluit beneficium. 1.5: 2.29: 2.44.

Factũ fratris fratri in feudo paterno non nocet. 2.93. ¶ Culpa vnius cohæredis, cæteris non præiudicat. 2.78.

Secundùm libertatem reſpondendum. 5.14.

Perſona ſeruilis, poſt delatam ſucceſſionẽ etiam manumiſſa, in feudo non ſuccedit. 2.106.

Qui ex liberalitate conueniuntur domini, in id, quod facere poſſunt, condemnandi. 2.58. ¶ Iniquum eſt, ſi quis ex dono ſuo conueniatur. 2.58.3.

Quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis conualeſcere non debet. 2.55.

Qui in alterius locum ſuccedunt, iuſtam cauſam habent ignorantiæ. 2.92.

Vaſallus vaſalli mei, vaſallus meus eſt. 2.52. 2.51.

Ætati, 1.22. & imprudentiæ ſuccurritur. 2.26.6.

Minor fidelitatem facere non cogitur, donec venerit in maiorem ætatem, in qua doli capax ſit. 2.26.4 verſ. ſi minori.

Dolus abeſſe videtur, ſi iuſta cauſa impediat 2.52. in f.

Æquitas in paribus cauſis paria iura deſiderat.

Quod quiſq; iuris in aliũ ſtatuit, ipſe eodẽ iure vtatur. 2.33.1.

Inter dominũ, & vaſallum nulla fraus, nec vllum malum ingenium interuenire debet. 2.52 in fi. 2.97.

Ex omni felonia, ex qua vaſallus feudo priuatur, ex eadem dominus feudo etiam priuatur. 2.47. 2.26.6. v. domino. non eſt æquum videre egentem, quem priùs habueris in coniugem vel amicum. 2.58.1. ¶ Id quod de communi expenſum, pro parte communi reſtituendum. 2.12.

Qui ſuum beneficium alij dat, non debet alia lege dare, niſi quia ipſe habet. 2.34.2.

Quòd dicitur alienatione feudum aperiri domino, id intelligendum eſt, cùm à ſcientibus alienatur beneficium. 2.42. in fi.

Eccleſia non deſinit eſſe hæres. 1.13. adde quædam de eccleſiæ laude ex 1.13.

Deſinit eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti. 2.21. 2.109

Non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt. 2.27.

Qui qualibet ratione de ſuis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poteſt inueſtituram facere. 2.5.

Pluralis locutio duorum numero contenta. 2.58.2.

Pares maiorem iuriſdictionem habent de ſuo pari, quàm de ſuo domino. 2.79.

Actore nihil probante, qui conuenitur, obtinet, vel abſoluitur. 2.33. v. vbi nihil.

Ligius homo duorum eſſe nemo poteſt. 2.99.

Vnuſquiſque ſibi, ſuiſque hæredibus videtur proſpexiſſe. 2. 18. 2.90.

Iuſta ignorantia, vel parui temporis negligentia cum iniquæ poſſeſſionis peruitio, domino in poſſeſſione damnum adferre non debet. 2.26. in fi.

Feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore domini adquirendum. 2.27.

Legum Romanum non eſt vilis autoritas: ſed non adeo ſuam extendunt, vt ſuum vincant aut mores. 2.1.

Parem corrumpi pecunia, odio, gratia, non eſt ſuſpicandum. 2.58. in fi.

Promptiores ſumus ad abſoluendum quàm ad condemnandum. 2.28.

Inueſtitura fidelitatem præcedere debet. 2.4.

In generali alienatione feudum non continetur. 2.26. v. in generali.

Qui præſens actum impedire poteſt, nec contradicit, is habetur pro conſentiente. 2.9. v. ſi porro 2.26.5. verſ. ſi Titij. 1.33. ver. inde etiam.

Natura nouas deproperat formas edere. 2.24. v. ſed quia.

Ratihabitatio, etiam tacita, confirmat actũ inualidum. 2.39.

Portionem feudi alienans fidem promiſſam ſeruare non videtur. 2.24.2. in f.

Legitimè factũ ſuperueniente facto, non retractandũ. 2.106.

Stipendiũ conſequi debet, qui ſuũ obſequiũ cõmodat. 2.107.

Reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipientis. 1.13: 2.7.1. 2.9. in fi. pr.

FINIS.

INCIPIVNT

CONSVETVDINES* FEVDORVM.

* Cuius populi, aut gentis ſint conſuetudines, & quã autoritatem habeat hic liber, vide lib. 2. tit. 1. in ſi. & [illegible]

LIBER PRIMVS.

HVIVS libri auctorem eſſe Gerardum Nigrum, argumento eſt titul. 29. quo improbatur feudum datum lege commiſſoria, & tit. 2. §. penult. & 4. §. vlt. quòd ſi in dando feudo conuenerit, vt liberi maſculi, & fœminæ id obtinere poſſint, & vaſallus moriatur relicto filio, & filia, filius præfertur. vtraque enim ſententia Gerardo tribuitur lib. 4. tit. 65. & 66. Oberto de Orto diſplicuit. Non eſt igitur hic liber Oberti, ſed Gerardi: vterque fuit conſul Mediolanenſis. Otho Friſingenſis 2 de rebus geſtis Friderici, cap. 12. *Aderant, inquit, Cumanorum, ſeu Laudenſium conſules, de Mediolanenſium ſuperbia facientes querimoniam, præſentibus duobus Coſſ. eiuſdem ciuitatis, Oberto de Orto, & Gerardo Nigro.* Libri tamen 2. & 3. auctorem Obertum eſſe negare non poſſumus. Lib. 4. eſt ex variis, & incertis auctoribus. Continentur his libris mores, quibus in feudorum cauſis Ligures, ſiue Longobardi vtebantur: qui plerumque fuêre diuerſi: vt ecce, Cremonæ, Ticini, Mediolani, vaſallus feudum poterat alienare ſine voluntate domini: Mantuæ, Veronæ, & aliis quibuſdam locis exigebatur conſenſus domini. Rurſus Placentiæ, qui militem inueſtierat de feudo hac lege ne in ſucceſſorem tranſiret, non poterat eo viuo ſine eius voluntate alium de eodem feudo inueſtire, Mediolani, & Cremonæ ſecus. Et hos quidem Italiæ mores, & ius, quod his libris digeſtum eſt, aliæ gentes ſi quæ in re propriis moribus deficiantur libenter obſeruant, vt idem planè de his libris ſtatuere poſſis, quod de lege Rhodia Imperator Antoninus, eam in rebus nauticis Romanos ſequi, niſi ſi qua in re aduerſetur iuri publico populi Romani. & nos quoque ius feudorum, quo Italia vtitur, ſequimur non inuiti, niſi ſi qua in re pugnet cum legibus, aut moribus noſtris. Conſtitutiones autem Imperatorum de feudis, quas his libris Hugolinus inſeruerat, Odofredo teſte, quibuſque nos alias adiecimus proprio libro: id eſt, quinto, concluſimus. Intellecta igitur librorum partitione, materia, auctoribus, pretium curæ eſt, de feudi nomine, & definitione, vt ſtatuamus aliquid. Fundum quidam dixêre fœdum, vt Guillelmus Imperator in conſtitutione quadam in Chronicis Flandriæ relata, per quam terris Imperialibus priuatur Margarita Comes Flandriæ ob fidem non præſtitam. *Vt, inquit, eadem Comitiſſa in feudum tenuit.* Vocem ſanè feudi Iſidorus à fœdere deduxit. Obertus autem à fidelitate, vel fide: quod rectiùs puto, vel eò maximè quòd hi, qui rem à domino iure feudi acceperunt, dicantur eſſe eius Leudes, ſiue Leodes, quod eſt Francorum lingua, Ses leaux, ou loyaux. *Annon. 3. cap. 82. Guntranus fuit leudis ſuis beneuolus.* Et lib. 4. legum Gottharum, tit. 5. Si inter leudes in expeditionibus conſtitutus de labore ſuo aliquid adquiſierit: & in exemplo pactionis habitæ inter Guntranum, & Childebertum reges apud Gregorium Turonenſem. lib. 9. *Leudes illi, qui domino Guntrano ſacramenta præbuerunt, & inferiùs. Conuenit vt nullus alterius leudes, nec ſollicitet, nec venientes excipiat* & eiuſd. lib 8. *Credo aliquem ex leodibus noſtris eſſe filium:* & 3. *A leodibus ſuis defenſatus eſt,* & lib. 2. *Hæc dedit leodibus eius.* Vnde puto Germanos feudum appellare Leudum, ſiue Lehen. *Nam & pari ratione iidem illi leudes, feudales dicuntur, quod eſt Francorum lingua,* Feaux, *& feudum ius, ſiue, res cuius acceptione fides domino exhibenda vinculo conſtringuntur. Fideles his libris, ſæpe, quo nomine olim ſerui nuncupabantur: & verò milites etiam, qui quid in feudum acceperunt, ſeruos imitantur: non tametſi ſerui non ſint, ſeruiunt tamen, & ſeruitia debent, quæ duo ſunt diuerſa:* l. vxori in fi. ff. de vſufruct. leg. *Seruum ſcilicet eſſe, & ſeruire, ſeruitus & ſeruitium. Poteſtas domini ſeruitutem patientia ſeruientis ſeruitium facit. Vaſalli igitur non ſunt ſerui: ſed* [illegible], *vt Æſchylus loquitur: & licèt ſæpe homines noſtri dicantur: quia tamen ea appellatione propriè ſerui ſignificantur, rectè dixeris non tam eos qui quid à nobis iure feudi poſſident, homines eſſe noſtros, quàm nobis hominium debere, quæ vox* hominij *concinnior eſt, quàm homagij, qua vtuntur Robertus* in Supplemento Chronicorum Sigiberti, *Helmodius* in hiſtoria Sclauorum, *Otho, & Radeuicus, & Abbas Vrſpergenſis ſæpe, & Fridericus Imperator ad Othonem Friſingenſem: Hominio, inquit, ac fidelitate nobis facta, coronam regni de manu noſtra Petrus Rex Danorum ſuſcepit. Sed & Walli, & Vaſalli nomen, quod iiſdem competit, ſeruitium ſignificat, ſiue comitatum, cùm dicatur non ex eo, quòd ſint quaſi in vaſario nobilium, & vaſa eorum, inſtrumentáque cenſeantur: ſed à Germanica, & veteri Gallica voce* Geſſel, *qua ſignificatur comes, qui & nobis ſeruit mercede certa, vnde Geſſatas populus Gallica lingua nuncupatos,* Polyb 11. & *Plutarchus* in M. Marcello *ſcribunt. Licet autem mercenarij, aut vaſalli ſerui non ſunt: tamen vt ſerui appellatione mercenarij continentur, ita & vaſalli. Mercenarios, quos etiam vocarunt ambactos, ſeruorum loco eſſe probat* l. 4. ff. de vſu & hab. *adhibita interpretatione Theophili in* §. 1. eodem *& ita Græci accipiunt* l. 1. familiæ. ff. de vi, & vi arm. *& confirmatur* d. l. 1. §. ſi filiusfamilias *& ea ratione furti non tenentur,* l ſi libertus. ff. de furt. l. reſpiciendum §. furta ff. de pœnis. *Placet ergo nobis Stoicorum ſententia, quam Diogenes Laertius refert, tria eſſe ſeruitutis genera, vnam, quoties non eſt poteſtas viuendi vt velis, vt ſi liber homo carcere contineatur, quam definiunt* [illegible]: *alteram eſſe* [illegible], *vt ea qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur, tertiam* [illegible], *vt ea, quam ſeruiunt mercenarij, obærati, addicti, vaſalli clientes. Separo vaſallos à clientibus: licèt vaſalli his libris nonnunquam clientes appellentur, & conueniant in multis, & ſeparationis ratio euidens Clientibus onus militiæ adnexum non eſt. Vaſallorum conditio hæc eſt, vt cùm delectus edicitur, in militiam eant, vel vicarium mittant, vel certum cenſum domini ærario inferant, quod Heribannum, ſiue Heribannum dicitur, à Germanorum antiqua voce* Here, *qua ſignificatur exercitus, quo ſenſu &* Heriſlit *dixerunt,* l. 15. Langob. de exercit. l. 17. de eo, qui alij anteſt deſertionem exercitus. *Theodulphus* in Chronicis, *D Pipinum regem in exercitu derelinquens & id quod Theodiſca lingua* Hariſlit *dicitur. Idem Hermannus Comes* lib. de origine Francorum *Heribanni quantitatem definiuit Carolus* legum Langobardarum l. b. 3. *Fridericus pro ea portionem certam reditus feudi,* infr. lib 5. *Bannum eſt generale nomen, quo ſignificatur edictum, ſiue citatio.* Heribannum *ſpeciale, citatio nempe ad delectum. Vtroque nomine ſignificatur etiam pœna edicto non obtemperantis. Igitur Heribannum non tantùm edicto delectus eſt, ſed etiam pœna non reſpondentis ad delectum, quam &* Heriſchuldam *Germani vocant, Auentino teſte. Sed, vt alias etiam differentias inter clientes, & vaſallos exequamur, clientes prædia ſua pleno iure poſſident, vaſalli prædia feudalia vſusfructus tantùm iure perpetuo, vel temporarij, proprietas eſt dominorum, à quibus prædia acceperunt beneficij iure, vſumfructum dicimus cum Oberto* lib 3. *quod interpres vtile dominium vocant, propterea quod vaſallus rei in feudum datæ vtilem, non directam vindicationem habet:* vt infr. 4. tit. 8 §. 1. *quæ tamen ratio vtile dominium non inducit, & verior eſt Conradi ſententia* lib 4. titul. de alie. patr. feudi, *nullum eſſe vtile dominium. Clientes dabant ſe in fidem patronorum, & ab eis ferebant ſportulas, vel cœnam rectam. Vaſalli vel vltrò fidem ſuam nobis offerunt, ceſſa proprietate bonorum ſuorum, vel nos collatis in eos prædiis noſtris, fidem eorum eligimus, & ſequimur, ſportulas, vel cœnas à nobis non ferunt, niſi qui feudum, qui dicitur de camera, vel cauena, quod ferè non eſt feudum, obtinent, his ſportulas damus, quæ Soldata dicuntur,* lib. 2. tit. 10. *à Gallorum & Germanorum antiqua voce* Sold. *nam & Cæſar ipſe ſcribit Gallos eſſe deuotos, quos illi Soldurios appellant, quorum, inquit, hæc eſt conditio, vt omnibus in vita commodis vnà cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dederint, ſi quid iis per vim accidat, aut eumdem caſum vnà ferant, aut ſibi mortem conſciſcant.* Robertus in Supplemento Sigiberti. *Sumpſit Henricus rex pecunias de feudo vniuſcuiuſque loricæ. Capitales Barones ſecum duxit. Solidarios verò milites innumeros.* Otho 1. cap. 31. *Hoſpites, quos nunc Solidarios dicimus,* Radeuicus 3. cap. 10. *Vt largitione pecuniæ milites, qui ſolidarij vocantur,*

vocantur, colligeret. *Clienti reſpondet patronus, vt in 12. tab.* Patronus ſi clienti fraudem fecerit, ſacer eſto: *& indeſumpta tranſlatione, qui eam ſuam agit actoris, vel rei, patronus, reus, cliens dicitur, vel ſuſceptus: nam & clientes poſteriore ætas vocauit ſuſceptos, & ſummiſſos.* l. 1. Cod. de princ. ag in reb. *Vaſallo autem reſpondet dominus qui & ſenior dicitur, licèt provecta ætatis non ſit, eadem forma, qua Senatorem, & presbyterum dicimus, morum potiùs, quàm ætatis habita ratione. Nomen igitur ætatis ĩnite dominus feudi habet, quãuis adoleſcens ſit, aut iuuenis. Interea tamen, cùm ius feudorum antiquiſſimum eſſe Gerardus ſcribat, qui ipſe fuit Longobardus, ineptè id repetieris ex Longobardis ipſis, ſiue Gothis, quorum leges nihil de feudis habent palàm: nec antiquiſſimum eſſe nobis vnquã perſuaſeris, niſi id liquidò deduxeris ex moribus populi Romani, quod fiet ita commodiſſimè. Eſt ſæpe in libris noſtris hominum mentio, qua appellatione frequentius ſerui ſignificantur. Sed & liberi, putà actores procuratores, cuſtodes prædiorum, inſularij, conductores, emphyteuticarij, chartularij, precarij poſſeſſores. His poſſeſſio concedatur ad tempus. Quæ actori, feudum eſt gaſtaldia. Quæ cuſtodi, feudum guardia. Iiſdem poſtea cœpit concedi in perpetuum, quod eſt verum, & proprium feudum, atque ita, vt me* Obſeruat. 8. *tradidiſſe recordor, paulatim qui erant actores, cuſtodeſque prædiorum noſtrorum temporarij perpetui eſſe cœperunt, Latinúmque hominum nomen retinuerunt, nouũ & externum Vaſallorum, ſiue Leudum, & Feudatariorũ acceperunt à principibus, & nobilioribus, qui eis ſua prædia in perpetuum concedere maluerunt, ſi militiæ oneribus ſe obligarent, inuecta in Italiam nomina, à principibus Germanis, quibus fuère ſemper multi Comites (ſic Cornelius Tacitus vaſſales vocat: Gloſſæ ἑταίρους interpretantur) & principum æmulatio magna, cui plurimi, & acerrimi* [illegible]*, præcipuum ſacramentum erat defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ principis ſui adſignare: quod vulgò ſacramentum fidelitatis appellamus. Et eandem ferè hominum conditione vſam Græciam Nouella Conſtantini Porphyrogenetæ* [illegible] *probat, cuius ſententia hæc eſt: Quædam eſſe prædia militaria, quibus cohæreat onus militiæ, ita vt poſſeſſorem neceſſe ſit ſe ad militiam comparare domino edicti delectum: vel ſi nolit, aut non poſſit ſe ad delectum exhibere, certam eo nomine pecuniam fiſco dependere, quæ feudorum omnium lex eſt, ſiue à nobili, ſiue à plebeio poſſideantur, ſiue quod penè idem eſt, à milite, ſiue à pagano. Diſtinxit omnis ætas nobiles à plebeiis: ſed procedente tempore, qui nobilium erant milites, vaſalli, miniſteriales, feudatarij, vt rectè Albertus Krantzius ſcribit, inſ*[illegible]*, etiam nobilitatem ſibi vindicarunt: qua de re dicturi ſumus 2. tit. 10. At quoties tam vile eſt feudum, vt non poſſit poſſeſſor ſe, aliúmve in expeditione ex eius reditu tueri, hoc iure vtimur hodie in Francia, ex Capitulis Caroli additis ad Legem Longobardorum, vt ei adiungatur alius quoad pro modo redituum æquabiliter ſimul eis miles vnus indici poſſit. Vt verò ex conſtitutione Lotharij vaſallus alienare feudũ non poteſt, ita Conſtantinus Porphyrogeneta vult, vt prædia militaria, quæ nunc dicimus feuda, à militibus non alienentur. Sed militum duo ſunt genera. Quidam* [illegible]*, nouitij, caligati, gregarij, manipulares, ſoldurij. Horum prædia, quæ nondum ſunt relata in codices militares ex ea Nouella iure militari non cenſentur. Alij ſunt originarij, & iuſti milites, qui nobilibus adnumerantur, quam differentiam militum Fridericus ſequitur in tit.* de pace tenend. §. ſi miles. *Et iuſtorum quidem militum meliora prædia ex Nouella Conſtantini militiæ ſunt tacitè obligata, ſi equites ſint, vſque ad quantitatem quatuor librarum auri ſi claſſiarij, qui ab eode Conſtantino* [illegible] *& [illegible] dicuntur, vſque ad quantitatem duarum librarum. Supra eam quantitatem prædiorum ſuorum alienationem habent: intra eam non item. Quòd ſi prædia eorum, quæ eam quantitatem excedunt, nominatim omnia ſint relata in codices militares, & hæc omnia hæredibus conſeruare debent, ſiue militibus, ſiue paganis: non diſtrahi. Sin verò non ſint omnia adſcripta militiæ: ſed habeat miles iure omnino poſſeſſionem aliquam, militiæ functionem liberam, quæ alode ſiue alodium dicitur, his libris, quaſi fidei vinculo ſoluta, Conſtantinus vocat* [illegible] *quæ ſcilicet poſſidetur proprio iure, non feudi, non beneficij iure, hanc diſtrahere poteſt. Illam neque poſſeſſor, neque fiſcus vendere poteſt, vel ſi vendiderit, eidem poſſeſſori repetitio competit, indemnitate emptori præſtita. quo ceſſante, agnati eius poſſeſſionem reuocare poſſunt, neque aduerſus eos emptori eſt repetitio, vel reputatio pretij, aut meliorationũ, auferre tantùm poteſt ea, quæ impoſuit prædio, ſi recipiant ſeparationem, deficientibus agnatis ſuccedunt* [illegible]*, id eſt, conſortes, quibus ſimul militiæ nomine prædia adſignata ſunt. Conſortibus ſuccedunt milites indigentiores, & his rurſus pagani* [illegible]*, id eſt, ne cenſus fiſco depereat: ex quo intelligimus huius generis militaria prædia obnoxia eſſe oneribus militiæ, vel ſi refugiat poſſeſſor militiã, cenſui certo, id eſt, banno & heribanno: & poſſideri ea poſſe tam à paganis, quàm à militibus. Eius Nouellæ pars quædam eſt apud Harmenopul* Epitomarum 1. titu. 16. *Sed valde corrupta. legendum* [illegible] *Quod ſubiicitur, eſt ex eadem Nouella ſi quis militem* [illegible]*: id eſt, quaſi colonario iure ſibi ſubiectum retinuerit, atque ita prædia eius militaria inuaſerit, vt damnetur in aureos ſex, ex quibus pars dimidia militi detur, pars altera media in fiſcum redigatur. Quòd ſi non inuaſerit ea prædia, ſed emerit, milite ſua conditioni reddito, vt pretij repetitionem non habeat, & hoc amplius vt fiſco pœnæ nomine inferat aureos tres. Deeſt in Harmenopulo quantitas aureorum. Sin verò cùm alius quidam milites ſedibus ſuis, & poſſeſſionibus expuliſſet, vel illi ipſi bonis ſuis ceſſiſſent, malè interpres, ex ſtatione ſua diſceſſiſſent, corruptè etiam in Harmenopulo,* [illegible]*, cùm ſit legendum* [illegible]*, illo, inquam, caſu ſi quis miſeratione ductus milites ſuſceperit, quaſi colonos, vel mercenarios, eum non teneri. At ſi quis militem caſtris abductum, quæ vocat foſſata, in priuato obſequio detinuerit, eum fiſco teneri in annos ſingulos, quibus illum detinuerit, in aureos ſex, eámque ſummam exigi ab excuſſore, ſiue diſcuſſore publico, qui vocatur illo loco* [illegible]*, vulgò corruptè,* [illegible]*. Ex his, quæ diximus hactenus, cùm feudi naturam oſtendant, ſatis apertè facilè eruetur definitio feudi. Quid eſt feudum?* Ius prædio alieno in perpetuum vtendi fruendi, quod pro beneficio dominus dat ea lege, vt qui accipit ſibi fidem, & militiæ munus, aliúdve ſeruitium exhibeat. *Ius eſt, non prædium ipſum, vt exponam initio libri tertij, & ius vſusfructus. Solet vſusfructus conſtitui in perſonam tantùm. Sed tamen conceptiri poteſt, vt & in hæredem fructuarij tranſeat. Verùm enim hæc pactio à Iuſtiniano coarctatur ad primum hæredem, ne in vniuerſum inutilis ſit proprietas, ſemper abſcedente vſufructu.* l. antiquitas. C. de vſufruct. *Quinimò receptum eſt, conueniri poſſe vt ad ſucceſſorem tranſeat in infinitum, ſi modo addatur lex fidelitatis, homini, ſeruitij, vt diximus, quæ efficit ne ſit inutilis proprietas. Quin & quorundã locorum hi ſunt mores, vt eius anni, quo hæres vaſalli ſe in fidem, & clientelam domini commendauit, reditum integrum dominus ferat, vel vt certa ei ſumma enumeretur* [illegible] *ſiue pro redemptione, vt loquuntur, & reſtauratione feudi, & vt ſi mutetur vaſallus venditionis genere domino præſtetur pretij quinta pars à venditore, vel ab emptore, ſi id actum ſit, & quinta quinta, vt ſi vaierit fundus centum 24. ſi mille, 240. quæ præſtationum genera à Leone in Nouellis* [illegible] *appellantur, quod quaſi præſtentur noui poſſeſſoris admittendi, & ſuſcipiendi cauſa. Sic fit, vt non ſit inutilis proprietas, licet vſusfructus in perpetuum conſtituatur, & pleniore quidem iure, quàm ſoleat vſusfructus eſſe: nam & vaſallus fundi, ac ſeruitutum vindicationem habet, & fructus ſuos facit quoquo modo terra ſeparatos, quæ non ſolent fructuario dari. Liberi tamen vaſalli plerumque moribus noſtris nihil debent præter manus porrectionem, & deoſculationem, quæ ſunt hominij ſymbola.* Annonius 4. cap. 64. *Taſſilo dux Baioariorum more Francico in manus Regis Pipini vaſſaticum manibus ſuis ſemetipſum commendauit, fidelitatémque iureiurando promiſit: quod ita Ado Viennenſis Taſſilo ſe ille in vaſallum commiſit. Et Richardus, ſe in manibus Caroli commendauit. Ne dixeris etiam feudum eſſe contractum Ius eſt potius quod per contractum conſtituitur, dum ſcilicet dominus id per inueſtitura cedit: quæ ceſſio datio eſt, ea lege, vt qui accipit fidem, & ſeruitium danti ſemper exhibeat. Et contractum huiuſmodi ſequitur traditio* vt infrà 2. tit. 7. §. vlt. & 4. tit. 15. *& eſt ex eo contractu actio de euictione in dominũ:* vt 2. titu. 8. *& aduerſus vaſallum condictio cauſa dati, ſi idem fallat:* vt infrà tit. 20. *vel etiam præſcriptis verbis, ſi nolit dominus feudum reuocare. Conſtituitur autẽ hoc ius in rebus ſoli, non in mobilibus. Omnium quidem rerum vſusfructus conſtitui poteſt ex Senatuſconſulto non tamen iure feudi. Quædam ſunt res, quæ immobilibus adnumerantur, vt annona, ſportula, penſiones.* l. iubemus 2. C. de ſacroſ. Eccl. Nouell. 7. *& in his feudum illud conſiſtit, quod dicitur de cameræ id eſt, cùm ex ærario ſiue arca domini vaſallo adſignatur ſtipendium certum, vel quod dicitur de canena, id eſt, cùm ex cella domini vaſallo præbentur annonæ. Huius generis feudum eſt in curte domini:* vt infrà tit. 2. § item ſi quis, *nec eſt proprium feudum: ſed iure feudi cenſetur: quæ duo ſunt diuerſa, ſicut Gallis aliud eſt,* Tenir fiefs, *aliud* Tenir en fiefs. *Proprium feudum eſt extra curtem, & conſiſtit in prædiis. Illi ſimile eſt feudum guardiæ, cùm curti, ſiue domui ſuæ quaſi iure feudi dominus cuſtodem apponit: vel gaſtaldiæ, cùm actorem præficit: quæ tempore, vel morte dantis, aut accipientis finiuntur, & definitione non comprehenduntur: quia ſunt impropria feuda. Porrò adieci in definitione feudum pro beneficio dari: hæc res efficit, vt feudum beneficium appelletur ſæpe, & vaſallus beneficiarius, beneficiatus,* [illegible]*: nam originem ex officio, & amicitia trahit:* vt infrà tit. 30. *& ſimili ſenſu in conſtitutionibus beneficiarij dicuntur, quibus beneficij loco cura committitur manſionum, curſus publici, vel quod aliud officium, munúſve publicum. Poſtremò quod eſt adiectum de fide, per neceſſarium eſt, nec conuentione mutari poteſt, nam etſi valeat conuentio, ne iuſiurandum fidelitatis præſtetur, ne ſeruitium præſtetur: nulla tamen vis eſt huius conuentionis, ne fides præſtetur. Eſt enim contra naturam, ſubſtantiámve feudi: & ideo non eſt rata habenda.* l. cùm precario. ff. de precario. *Idem eſt natura, & ſubſtantia, & falſa vulgaris interpretum differentia.* §. de illa. Inſtit. de ſociet. l. pacta ff. de cont. empt. & l. iuriſgentium. de pact. CVIAC.

DE

DE HIS, QVI FEVDVM DARE POSſunt ᵃ, & qualiter acquiratur, & retineatur.

Quidam habent aliter rubricam: ita ſc. Quibus modis feudum acquiratur, & retineatur: *noſter autem apparatus vtitur hac rubrica ab illo verbo primo in antan: ſcilicet.* de his qui feudum dare poſſunt: *vtraque tamen ſatis poteſt ſuſtinere.* ACCVRSIVS.

¶ *Item not. quòd hac rubri. habet duas partes. 1. Prima eſt, qui feu. da. poſſ. & hac expeditur ſtatim vſque ad §.* Et quia vidimus 2. *Secunda eſt, qualiter acquiratur, & hac expeditur ab illo §.* & quia *vſque in fi.*

DE HIS, QVI FEVDVM dare poſſunt ᵃ, & qui non. & qualiter acquiratur, & retineatur.

TITVLVS I.

Natura feudi eſt, vt his, qui tenet feudum, dicatur homo noſter, & homo fidei, & vaſſus, ſeu vaſallus. hominis appellatione in libris noſtris continentur procuratores, actores, conductores, emphyteuticarij, libellarij, idémque vaſallicarij pro damnis arbitrio, vt & precarium, & ob id vtrumque dicitur beneficium. Vaſalli ergo olim erant homines noſtri, id eſt, actores, procuratores, cu'lodes, & quaſi precarij poſſeſſores. Inde feudũ guardia, id eſt, cuſtodia, gaſtaldia, id eſt actus. Ammerbachius in ll. Caroli Magni, actores poſſeſſionũ cœperũt perpetuò poſſidere ſub fidei obligatione, quod ante precariò tenebant. Actores noſtri ſunt Domini noſtri. Nomẽ tranſit, cõditio mutata eſt. Quod ergo de hominib. noſtris ſcriptum eſt, poteſt referri ad vaſallos: non etiam quod de clientibus, aut militibus. Nam milites limitanei agros tenebant optimo iure, non iure feudi. Praterea tã miles, quam paganus feud. tenere poteſt. Vide ſcripta ad l. j. Cod. de iure emphyt. *A vaſallis etiam ſeparantur ſuſcepti Hi ſunt, qui ſe ſuáque bona vltrò debent potentioribus. De his Saluianus* lib. 5 de prouidentia Dei. *Seruius* lib. 6. Æneid. *Palæmon Gramat. & in C. ſape, & Nou. 17. vide infrà not. ad tit. prox.* CVIAC.

Feudum dare poſſunt prælati Eccleſiarum, ſi Eccleſiæ eſt conſuetudo: & nobiles ſæculares: & qui ab eis feudum accipiunt. BALD.

Quia de feudis ᵇ tractaturi ſumus, videamus primum, qui feudum dare poſſunt. ¶ Feudum autem dare poſſunt ᶜ archiepiſcopus, epiſcopus, abbas, abbatiſſa, præpoſitus: ſi antiquitus ᵈ conſuetudo eorum fuerit feudum dare ᵉ.

¶ Marchio ᶠ, & comes ſimiliter feudum dare poſſunt, qui propriè regni, vel regis capitanei dicuntur. Sunt & alij, qui ab iſtis feuda accipiunt ᵍ, qui propriè regis, vel regni valuaſores dicuntur: ſed hodie capitanei dicuntur, ſeu appellantur: qui & ipſi feuda dare poſſunt. Ipſi verò, qui ab eis accipiunt feudum, minores valuaſores dicuntur.

Vaſallus ipſo viuo non priuatur feudo: ipſo verò mortuo, ad filios æqualiter pertinet feudum: & ſi filij non ſint ad nepotem, & ad fratres: eis non extantibus, ſi feudum eſt paternum, vel nouũ, & per pactum eſt actum: filiæ verò in feudũ ſuccedũt: nouiſſimè autem tempore collaterales vſque ad ſeptimum gradum deſcendentes maſculi in infinitum ſuccedunt. h. d. vſque ad §. notandum. BALD.

1. ¶ Et quia vidimus de perſonis, videamus qualia priùs habuerunt initia. Antiquiſſimo enim tempore ſic erat in dominorum poteſtate connexum, vt quando vellent, poſſent auferre ʰ rem in feudum à ſe datam: poſtea verò eò ventum eſt, vt per annum tantùm firmitatem haberent: deinde ſtatutum eſt, vt vſque ad vitam ⁱ fidelis produceretur. Sed cum hoc iure ſucceſſionis ad filios non pertineret, ſic progreſſum eſt, vt ad filios deueniret: in quem ſc. dominus hoc vellet beneficium confirmare: quod hodie ita ſtabilitum eſt, vt ad omnes æqualiter filios pertineat.

2. ¶ Cùm verò ᵏ Corradus Romam proficiſceretur, petitum eſt à fidelibus, qui in eius erant ſeruitio, vt lege ab eo promulgata hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur ˡ: & vt frater ᵐ fratri ſine legitimo hærede defuncto,

b ¶ *Quia de feudis.* Quid autem ſit feudum ᵃ, vnde ᵇ dicatur in ſumma dictum eſt per id, quod legitur *infrà in quib. cau. feud. amit. circa princ. ij. col. & infrà per quos fiat inueſt. & per quos re. cap. nulla.* ¶ Qualiter autem debeat diſtingui ᶜ, dic vt in ſumma plenè nota.

c ¶ *Dare poſſunt.* quod ᵈ de regalibus ᵉ eſt intelligendum: ſci. vt ſi habeant beneficia aliqua regalia, quòd valeant ea in feudum dare. Sed vſitatum eſt & eos feudum dare poſſe etiam de alijs, quàm de regalibus. ACCVRS.

d ¶ *Si antiquitus.* vt ᶠ non ſtet memoria rem aliter proceſſiſſe: vel per xxx. an & retro hoc cõſueuerat facere: nam conſuetudo multùm operatur in iuriſdictione: *vt C. de eman. lib. l. j. & l. fi.*

e ¶ *Feudum dare* quod hîc dicitur de clericis, intelligas ſecũdùm id, quod dicitur *infr. de cle. qui inu. fac. ca. clerico.* & ita videtur ſecundùm quod hic dicitur, quòd clerici non poſſunt feudum dare, niſi eorum antiquitus fuerit conſuetudo: quod fortè eſt ſic intelligendum, ſcil. de rebus ipſius Eccleſiæ, qui videlicet ei ſubiectæ ſunt: *vt infrà epiſcopum vel ab. vel abbatiſſ. &c. §. item ſi epiſcopus.* Sed alia dare quæ data non inuenerunt tempore ſui ingreſſus, prohibentur: & hoc eſt quod ibi dicitur, quæ videlicet ei ſubiectæ ſunt, &c.

f ¶ *Marchio.* qui autem dicantur marchiones, comites, duces, capitanei, valuaſores maiores, vel minores, & etiam minimi, dicitur infrà quis dicatur marchio, dux, vel comes. *ca. qui à principe.* ACCVRSIVS.

g ¶ *Feuda accipiunt.* Et iſta feuda ſuperiora propriè iure feudi olim concedebantur, alia verò feuda, quæ à maioribus alijs impendebantur, iure feudi non iudicabantur: *vt* ꝗ. *eo §. notandum eſt autem.* hodie autem idem obſeruatur in minoribus, & minimis, quod etiam in maioribus: *vt* ꝗ. *de nat. feu. c. j. & ij.*

h ¶ *Auferre.* quod & adhuc obtinet in feudo guardiæ, & caſtaldiæ, quod datur pro mercede alicuius rei, ſcil. quod poſt annum poteſt auferri, etiam pretio pro eo dato non reſtituto: niſi ʰ ad certum tempus datum ſit: *vt* ꝗ. *de feud. guard. c. item illud datur. &* ꝗ. *de conten. inter domi. & vaſ. de inueſt. feud. §. inſuper ſciendum eſt.* Niſi fortè velit dicere, quod illa capitula loquantur ſecũdùm antiqua tempora, ſecũdùm quæ hic generaliter dicitur: contrarium tamen videtur dicendum: ideo quia illa duo capitula ſunt poſita poteſt illud.

i ¶ *Vſque ad vitam.* vltrà non: & hoc adhuc ᵃ obtinet ſecundùm rigorem conſuetudinis in feudo marchiæ, ducatus, comitatus, vel alterius regalis dignitatis ab Imperatore datæ: quoniã illud feudum finitur cũ perſona accipientis: quia hæres in eo non ſuccedit, niſi ab Imperatore inueſtiatur: *vt infrà. de feud. mar. c. j.* licèt illud videatur hodie vſurpatum ᵇ: *vt* ꝗ. *de alien. feu. §. in feudo comitatus*

k ¶ *Cùm verò.* hic inueni c. in quibuſdam libris: ſed malè tu tamen habeas §. inſuper inueni glo. talem vocat: hoc ca. propter inferius c. *ſi duo. ſc. infr. de feud. mar. du. & co.*

l ¶ *Producere dignaretur.* ſubaudi, quod dignatus eſt facere: promulgauit enim legem, in qua hæc continentur quæ hic dicũtur & quędam alia ca. *vt in Lombard. de bene. & terris tributa l. fi.* ACCVRS.

m ¶ *Frater.* ſic ergo frater ᶜ fratri ſuccedit in feudo paterno. ſcil. cùm ſine legitimo deceſſit hærede. ¶ Sed pone fratrem deceſſiſſe, qui extraneum ᵈ hæredem inſtituit: nunquid ob hoc priuabitur frater illius, cùm ille hæres inſtitutus per omnia legitimus reperiatur: *arg. ff. de verb. ſign. l. lege?* Reſpon. nequaquam priuabitur: quoniam ᵉ iſtud eſt intelligendum de eo legitimo hærede, cui ſcilicet deferebatur ab inteſtato hæreditas: & non ſic de illegitimo, id eſt, de eo, qui de iure inſtitui non valet: ſed ideo contingit hoc: quia potius ᶠ principali prouidentia, quam eius iudicio hoc feudum ad fratrem perueniret: & ideo in extraneũ tranſferre non valet: *arg. ff. de adopt. l. ſi arrogator. §. j* Nam & à ᵍ maioribus potius hoc intelligitur habere, quàm à fratre. Vnde intelligo fratrem fratri debere ſuccedere, ex quacunq; cauſa feudum amittat dum ʰ tamen culpari non poſſit is, qui ſuccedere intendit: *arg. ff. de inter & rele. l. iij.* ita tamẽ ſuccedit, vt ſi dominum in aliquo offendit, ei ſatisfaciat: alioquin tali beneficio indignus videtur: vt in conſtitutione Imperatoris Corradi manifeſtè colligitur, quæ eſt in Lombar. *in tit de be. & ter. tri. l. vlt.* hic ⁱ ergo legitimus velut proximior fratrẽ excludit. Hoc autem ita intelligitur, ſi fuerit maſculus (fœmina ᵏ enim non ſuccedit in feudo, niſi ex pacto: *vt* ꝗ. *de ſucceſſ. feud. §. filia verò &* ꝗ. *eod. §. hoc autem notandum.* niſi ſecundum quoſdam ſi fuerit feudum maternũ: *vt* ꝗ. *de na. ſuc. feud. c. j.* licèt videatur contradicere: ꝗ. *de feud. fœ. c. 1.*) Item hoc ſic intelligatur, ſcilicet ſi non felonia prædeceſſor feudum amiſerit. Nam tunc proximior expellitur, & vlterior admittitur, niſi dominus gratificatus proximiori fuerit, & ei feudum conceſſerit: *vt* ꝗ. *quemadmodum ad filiam feud. perti. cap. ſi quis ſine filio maſculo &* ꝗ. *ſi vaſal. feud. priua. cui deferatur, cap. vaſallis feu.* Quòd verò dixi, fœminam non poſſe ſuccedere, ſic verum eſt, niſi feudum à domino redemerit: vel niſi dominus propter ſeruitium patris id ei dederit. tunc enim ab aliquo ex parentibus ſuis non eſt inquietanda: *vt infrà quemadmodum feud. ad filiam perti. ca. ſi quis ſine filio maſculo.*

a Feudũ quid ſit. *vnde lib. 2. c. 31. infr. vide hic Landenſem, nu. 1. & ſeq.*

b Feudi etymon.

c Feudorum ſpecies, *vide Landenſem hic. nu. 20. & ſeq.*

d Eccleſiaſtici infeudare poſſunt bona regalia (hoc eſt, à rege accepta, & nõ regalia.

e Regalia quot ſint dicantur *vide hic Alvar. nu. 18.*

f Infeudandi bona Eccleſiaſtica cõſuetudo quo tẽpore inducatur. *vide hoc Belarſ. verſ. quaritur. Alvar. num. 22. Landenſem n. 67. Rauinat. verſ. & ſi quæra tur.*

g Feuda guardiæ, & caſtaldiæ, & quę dãtur pro mercede. vel hodie tẽporalia ſunt.

h Feuda ad certum tempus data, ad tẽpus conuentum durant.

a Feuda Marchiæ, Ducatus, Comitatus, & ſimilia regalia, an hodie ſint ad vitam, an perpetua.

b Feuda regalia ad hæredes maſculos trãſire conſuetudine vſurpatum.

c Frater fratri ſine legitimo hærede morienti in feudo paterno ſuccedit.

d Legitimus hæres in feudis intelligitur, non is, qui teſtamẽto inſtituitur: ſed is, qui ab inteſtato ſuccedere debet.

e Extraneus hæres in feudo cur inſtitui non poſſit in præiudiciũ legitimorum hæredum.

f Feudorũ ſucceſſio in dubio defertur potiùs ſuperioris, quàm vaſalli prouidentia

g Frater fratri in feudo paterno ſuccedit, non tam fratris quam maiorum ſuorum prouidẽtia. [illegible]

h Frater fratri in feudo paterno ſuccedit, niſi ſua culpa indiguũ ſe exhibuerit.

i Legitimus vlterioris gradus proximiori in feudi ſucceſſione præfertur, ſi proximior feudi ſit incapax, vel quia indignus, vel quia fœmina, vel quia [illegible] admittitur.

k Fœminæ in feudis ſuccedũt ex pacto, ſi feudum ſit maternum vel ſi feudum à domino redemerit, aut gratuitò receperit à domino [illegible]

a ¶ Nomina

vel filius in beneficio, quod eorum patris fuit ſuccedat. Sin autem vnus ex fratribus à domino feudum acceperit, eo defuncto ſine legitimo hærede, frater eius in feudum non ſuccedit. quod & ſi communiter acceperint, vnus alteri non ſuccedit, niſi hoc nominatim [a] dictum ſit: ſcilicet vt vno defuncto ſine legitimo hærede [e], alter ſuccedat: hærede verò relicto, alter frater remouebitur.

3. ¶ Hoc autem notandum eſt, quòd licèt filiæ vt maſculi patribus ſuccedant: legibus [b] tamen à ſucceſſione feudi [c] remouentur: ſimiliter & earum fi l.j; niſi ſpecialiter dictum fuerit, vt ad eas pertineat.

4. ¶ Hoc quoque ſciendum eſt, quòd beneficium hoc ad venientes ex latere vltra fratres patrueles [d] non progreditur ſucceſſione, ſecundùm vſum ab antiquis ſapientibus conſtitutum: licèt moderno tempore vſque ad ſeptimum gradum [e] ſit vſurpatum: quod in maſculis deſcendentibus [β] hodie nouo iure vſque in infinitum [f] extenditur.

Feudum quod datur à capitaneis, vel regis valuaſoribus, propriam habet naturam: quòd verò à minoribus datur propriam naturam non habet: duobus caſibus exceptis, quæ in litera continentur. BALD.

5. ¶ Notandum eſt autem, quòd illud beneficium, quod a regis capitaneis, atque regis, vel regni valuaſoribus † aliis impenditur, propriè iure feudi cenſetur. Illud verò, quod à minoribus in alios transfertur, non iure feudi iudicabitur, licèt aliter in curia Mediolanenſi obſeruetur [g]: ſed quando voluerint, rectè auferre † queunt: niſi Romam cum illis in exercitu perrexerint: quo caſu iure feudi tranſit, & adiudicatur: vel niſi aliquid propter feudum acceperint: tunc enim niſi reſtituto pretio, auferre non poſſunt.

DE FEVDO GVARdiæ, & Caſtaldiæ.

TITVLVS II.

Feudum guardiæ, & caſtaldiæ, & illud, quod pro mercede alicuius rei datur, elapſo anno reuocari poteſt: niſi ad certum tempus detur: ſed ſi caſtaldi nomine proprij feudi dicant ſe poſſidere, non defendunt ſibi poſſeſſionem, niſi de ſuo iure probent. BALD.

ITem [h] illud, quod datur nomine caſtaldiæ, vel guardiæ, & pro mercede alicuius rei: tranſacto anno poteſt iure auferri, etiam pretio pro eo dato non reſtituto: niſi ad certum tempus datum fuerit.

a ¶ *Nominatim* ſic ergo expreſſim [a] per pactum licèt, quod aliàs non liceret: *vt aliàs eſt arg. C. de pig. l. iij. & ar ff. de contrah. emp. l. Labeo.* ſecundùm quod de hac materia, & pro, & cõtra ſatis potes colligere in libello diſputationũ Domini Py. *ij. charta, rub. licitum eſt tacitè, &c. cum duabus ſequentibus rubricellis.* Iſtud autem, quòd dicitur hic, ſic eſt intelligendum, niſi emptum fuerit de cõmunibus bonis cũ inſimul ſtarẽt, & domino ſciente: *vt j. de bene. fra. & qualiter fra. ſuc. in fe. c. ſi quis acquiſierit bene.* Nec ob. quod legitur in illo tit. de duobus fratribus de nouo bene inueſti. *c. ſi duo fratres in communi caſa.* quia ibi loquitur quando [b] domino feudi ignorante de communi pecunia emebat: & hoc eſt quod dicitur ibi *ne forte inuetus dominus, &c.* ſic ergo cuius fuerit pecunia de qua feudum emitur, multum intereſt. Argu. tamẽ contra eſt alias [c]: quia nõ intereſt de cuius pecunia emitur, ſed cuius nomine emitur: niſi caſualia notẽtur: *vt C. de rei vindi. l. ſi ex ea pecunia vtriuſque iudi. l. ſi patruus. & C. de prob. l. ad probationẽ.* Caſualia autem his tribus [d] carminibus cõprehẽdũtur, *Fit res dotalis nũmis dotalibus empta: Fitq; pupillaris [e] nũmis res empta pupilli. Et ne conuertas idem de milite credas: vt ff. de iure dot. l. cùm vir. §. vltim. aliàs eſt ibi l. res, quæ. & ff. ſolut. matrimo. l. ſi cùm dotem in ſi. & Cod. de rei. vindi. l. ſi vt propono.* Sed quod in verſ. j. continetur falſum puto [f], *vt C. de iure dot. l. ex pecunia.* e ¶ *Sine legitimo hærede.* Id eſt, ſine liberis maſculis. CVIAC. b ¶ *Legibus.* quod verum eſt. ſed alio [g] modo ſuccedunt iure Romano: alio modo iure Lombard. 1. ¶ Iure [h] enim Romano ſuccedunt tam maſculi, quàm fœminæ, & per ſe, & cum maſculis æqualiter: quoniam ſublata eſt differentia ſexus: *vt C. de ſuc. & leg. hæ Auth. in ſucceſſione* Nec enim debent propter hoc ſolùm puniri, quòd fœminæ natæ ſunt: *vt C. de legi. hære. l. pe.* quid enim peccauit natura, quòd maſculos non procreauerit? *C. de lib. præ. vel exhæ. l. vlt.* 2. Extantibus ergo filiabus legitimis, tanquam legitimis ſucceſſoribus, naturales filij omnino excluduntur: *vt C. de na. lib quaſi per totum & in Auth. ibi ſignata.* 3. Præterea ſi pater dotauerit filiam, nihilominùs veniet ad ſucceſſionem patris, etiamſi pacta fuerit cum patre ſe nullum regreſſum habiturã ad bona paterna: *vt C. de coll. l. pactũ. & C. de pact. l. pactũ.* filij enim meritis paternis magis ſunt ad obſequia paterna prouocandi, quam pactionibus adſtringendi: *vt C. de inof. teſt. l. ſi quando. §. j.* 1. Iure [i] autem Lombardo non ſuccedũt ita fœminæ ſicut maſculi. quamuis enim iure Lombardo filia legitima, ſi ſola remaneat, totam patris hæreditatem habere debeat. *vt in Lombard. de ſuc. l. ſi quis Lombar. & de bo. lib. §. ſi quis Lombard.* tamen ſi remanſerit vnà cum filio legitimo maſculo, ipſa habebit tantùm tertiam partem hæreditatis, & maſculus duas: *vt in Lombard. de ſucc. l. ij. & l. vj.* 2. Præterea iure Lombar. legitima filia non excludit naturales: imò habet tantùm tertiam: & naturalis vnus, vel plures aliã tertiam, & curia regia, vel alij parentes aliam tertiam: *vt in Lombar de ſuc. ſi quis dereliquerit filiã:* legitimus verò filius haberet duas partes, & naturalis tertiam: *vt in præd. tit. l. ij.* 3. Itẽ ſi pater dotauerit filiã, nõ veniet ampliùs filia ad eius ſucceſſionem: *vt in Lombar. præd. tit. ſi pater filiam ſuam, aut fra.* 4. Itẽ iure Lõbar. filius legitimus natus poſt donationem, quam pater fecit omniũ bonorũ ſuorũ, reuocat eam totã poſt mortem patris: filia verò tantùm tertiã partẽ. *vt in Lomb. præd. tit. ſi quis ſe deſperauerit.* 5. Et præterea filia [a] iure Lombar. non recipit compoſitionem patris occiſi: ſed maſculus tantùm, vel alij parentes: ideò quia [b] faidam leuare non poteſt: *vt in Lombar. de ho li ho l. ſi quis Longo.* dicitur autem faida [c], i. inimicitia: *vt in Lombar de pla. li. ho. l. in omnibus & in de ſucceſſ. l. ſi fuerint filij.* ACCVRSIVS.

c ¶ *A ſucceſſione feudi,* hic ergo aliud ſtatuit, quàm in legibus obſeruatur: nimirum legum [d] Romanarum non vilis eſt authoritas: non tamẽ vſque adeò vim ſuã extendunt, vt cõſuetudinem vincãt, aut mores. *vt j. de fe. cogn. c. j.* ¶ in iſto §. notare licet deteriores [e] eſſe conditiones mulierũ, quàm virorum: & hoc eſt quod dicitur, *ff. de ſta. ho. l. in multis iuris.* Sed quare hoc contingat, quæro? Reſp. quia dominum iuuare non poſſunt, nec pugnã facere: quibus inſto quia [f] filij earum poſſunt: tamen remouentur, ſecundùm quod hic dicitur. eſt ergo pro ratione voluntas.

d ¶ *Patrueles.* Patrueles [g] fratres dicũtur, qui ex duobus fratribus nati ſunt. nã qui ex ſororibus naſcũtur, ipſi cõſobrini [h] propriè appellãtur, quaſi conſobrini ſint: licèt vulgus omnes cõſobrinos appellet: *vt Inſt. de gra. cog. §. iiij. & ff. de gra. l. j. §. iiij. gradu.*

e ¶ *Gradum:* aliàs, *gradum:* aliàs, [i] *geniculum:* gradum plus eſt aſſuetum, quàm geniculum: ſed ſunt æquipollentia in ſignificato ¶ Et quidam non habent verba ſequentia, *vſque in infinitum.* ¶ Quod autem dicit *gradum,* ſic intellige: vt ſi contentio inter eos collatores, & curtem regiã fuerit de feudo. debent iurare cum legitimis ſacramentalibus [k] ſuis xij. & feudum paternũ eſſe: & ſe illis, qui acquiſierũt. propinquiores eſſe: & in vij. geniculo eis pertinere: *vt in Lomb. de ſuc. l. j.*

β ¶ *In maſculis deſcendentibus* id eſt, in liberis: vt j tit. 10. & 11. *Liberos ergo dicit in infinitum admitti. Agnatos à latere, vſque ad 7. gradum:* vt j. tit. 4. *Sed & hos in infinitum admitti defendi poteſt* ex lib. 14. tit. 34 *cùm & in alode agnati in infinitum iure ciuili ſuccedant.* § vlt. Iuſt. de ſuc. cog. *Hũc tantùm locũ male vulgò accipi de iis, qui veniũt à latere aio: & hoc de liberis adſcribi par erat, quos Conradus non vocarat vltra ſecundum gradum.* CVIAC.

f ¶ *Vſque in infinitum.* hic ergo colligitur quòd infinitas [l] rei licitum, vel illicitũ nec iuuat, nec excludit: *arg. ff. de leg. præſ. contrà tab. l. j* licèt cõtrà aliàs dicatur, ſ. quòd infinitas eſt vitãda: *vt ff. de dã. inf. l. qui bona. §. vlt. & de teſti l. i.* ¶ Et not. de hac materia plenè in libello diſp. Py inj. *char. rub. quod illicitum eſt &c.* AC.

g ¶ *Obſeruetur* quia omnium æqualis eſt conditio. ¶ Sed quãdo hoc referatur ad verſ. *illud:* nõ ad verſ. *aliter in curia.* rectè hoc intelligo ſecundùm ſua tẽpora Olim enim licebat minoribus valuaſorib. deueſtire [m] vaſallos ſuos quandocunq; volebãt & principi [n], vel maiorib. valuaſoribus nõ erat permiſſum & ſic concedebatur minori, quod maiorib. denegabatur. *arg. ad hoc. ff. de ri. nup. l. obſer. arg. ff. de offi. præt. l. Barbarius.* Hoc tamẽ hodie mutatur quia idem eſt in minori, quod in maiore dicebatur: *vt j. de nat. feu. in ſi. & j. de fen. da. mino val. c. ſi minores* [o]. Sed nouiſſimo iure feudum ſine certa, & conuicta [p] culpa amitti non debet: *vt in Lombar. de bene. & terris tribu. l. vlt. & j. de fe. ſine cul. non amit. c. j. & tit. quo tempore miles inueſtit. pate deb. c. xj.*

DE FEVDO GVARDIÆ, ET CAST.

h ¶ *Item.* Aliàs, *item illud.* aliàs, *item aliud:* aliàs, *illud autem:* alias, c. & alias §. ſed c. debet eſſe, non §. quia habet rubricam, vel habere debet: vt hîc: quam ponimur in noſtro apparatu.

a ¶ *Si verò*

a Pacto licet quòd aliàs nõ licet *de quo vide ius ibi ſe. & eſt argumentum à cauſa.*

b Feudum cõmuni pecunia fratrum emptum ſciente domino, fratre mortuo, ad fratrem defertur ſi tamen cum fratre mortuo in eadẽ domo habitabat.

c In emptionibus non quæritur regulariter cuius pecunia res ematur: ſed cuius nomine ematur.

d Emptæ res certis caſibus fiunt eius, cuius pecunia, nõ cuius nomine comparatæ ſunt.

e Idem dic in filio prodigo, *per l. 2. in Gl. C. de cura fu.* & in Eccleſia, *per Gl. in l. ſi vt propono, hic alleg. & in l. vxor marito. ff. de do. inter vir. & vxor.* BALD. & ALB.

f Tu dic rem effici dotalem in ſubſidium. *l. Promiſſor ff. de iu. do.* BALD. & ALB.

g Fœminæ nõ eo modo ſuccedunt iure Longobardico ac Romano.

h Iure Romano, vt maſculi, ita fœminæ non ſuccedũt.

i Iure Longobardico fœminæ nõ ſuccedunt vt maſculi.

a ¶ *Si verò caſtaldi.* dicitur caſtaldus [a] ſiue actor, cui res domini committuntur gubernandæ: *vt C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. circa prin. & in Lombar. de acquiſi. act. ve. l. j.* vt alias dicitur œconomus, cui gubernanda res Eccleſiæ mandatur: *vt C. de ſacroſanct. Ec. l. l. iubemus. circa princ.* Villicus autẽ dicitur, qui ad fructus percipiendos præponitur: *vt ff. de inſtit. actio. l. ſi cum villico.*

b ¶ *Sibi defendere.* ignorantes [b] accipiẽdo quod erat proprium feudum ſimplex, pro caſtaldia alioquin per iudicium [c] fieret ſibi. *Cod. de actio. empti. & vendi. l. ſi ſeruus.*

c ¶ *Teſtatum.* hæc tamen adiectio pleriſque non [d] placet.

¶ Si verò caſtaldi [a] aliquid nomine proprij feudi poſſederint, non valebunt propterea poſſeſſionem ſibi defendere [b], niſi per pares curiæ, vel breue teſtatum [c] potuerint probare ſe, antequam caſtaldi eſſent vel poſtquam deſierunt eſſe, inueſtituram accepiſſe.

QVI SVCCESſores feudum, &c.

d ¶ *Si verò.* alias ca. & Salas §. ſiue rubr. quæ hîc eſt, vel debet eſſe, ſecundùm quoſdã qua hîc in apparatu noſtro vtimur. alias habetur hic gloſſa talis. vacat hoc ca. propter inteſtius. *ſi quis inueſtitus.* & hic poteſt eſſe tit. *qui ſucceſſ. ten.*

e ¶ *Archiepiſcopus.* poſſunt ergo huiuſmodi clerici feudum conſtituere: ſed hoc eſt intelligendum vt not. in ſumma. *conſtituebat olim*, &c. ¶ Sed licet feudum dare poſſint: non tamẽ cognatis [e] dabunt, *Co. de ſacroſanct. eccl. l. iubemus. & in Authẽ. ibi poſita. quibuſcũque modis.* ¶ Et eſt notandũ, quòd ſi [f] perſona eccleſiaſtica facit inueſtituram de feudo quod ab alio detinetur, antequam ſibi aperiatur, quòd non tenetur ſucceſſor eius: & ſi purè aliquem inueſtierit, quod exinanitur feudum quòd ſi ſub cõditione fecit, inducit in ueſtituram. & econuerſo præcedente vaſallo inueſtituram recuſare non valet: ſecus autem eſt in perſona priuati: quia tunc vtruſque ſucceſſor obligatur, & hîc poteſt eſſe tit. *qui ſucceſſ. feu. c. ſi quis inueſtitus fuerit. & j. ſi de feud. controuer. fuerit. c. moribus.* ¶ Et eſt quoque not. quòd in clericorum inueſtitura pariter admittuntur teſtes, pares, & extranei: *vt j. ſi de inueſtit. inter domi. & vaſal. lis oriatur. c. j. §. ſi autem ſe venturum.* & hoc cum de rebus Eccleſiæ faciunt inueſtituram: quia ſecus eſt cùm de ſuis proprijs: *vt infrà qui teſtes ſunt neceſ. ad nouam inueſtit. proban. c. j. circa princ.* ACCVRSIVS.

f ¶ *Pares.* eius curiæ, vt breue teſtatum aut alijs euidentiſſimis probationibus. ACCVRSIVS.

g ¶ *Ratam habere.* ¶ Hic poteſt not. quòd ratione [h] adiuncti præſumitur quid ademptum, niſi probetur conceſſum. *vt arg. ff. de poſtu. l. j. §. item ſenatuſconſ. & ff. de inſa. l. ſerui. & C. de inſa. l. decreto.* arg. contra, *ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi ſponſus. §. ij. & de ma. teſta. l. ſi quis liber.* ſecundum etiam quod de hoc no. pro, & contra in libello Py. *char. ij. rub. licitum eſt quid ratione adiuncti. & rubr. contra ſeq.* Sed huic §. eſt contra *j. ſi de inueſti. inter do. & va. lis ori. §. ſi autem aliquis.* Sed illud intelligo quando in poſſeſſione fuit caſtaldus. hîc igitur non præſumitur fuiſſe datum, niſi probetur contrà: ſicut & peculium illius, qui manumittitur in teſtamento, vel in vltima voluntate: *vt C. de pecu. eius, qui libertatem meruit l. vnica.* ACCVRS.

QVI SVCCESSORES feudum dare teneantur.

TITVLVS III.

Succeſſor prælati non cogitur inueſtituram à prædeceſſore factam, & non expletam de feudo quod alius tenet, ratam habere: niſi eo cõſentiente, qui feudum tenet, ſit alius inueſtitus: inueſtiens autem cogitur eam adimplere feudo ſibi aperto: ſed laica ſucceſſor cogitur indiſtinctè adimplere inueſtituram à prædeceſſore factam.

Si verò [d] archiepiſcopus [e], vel abbas, vel abbatiſſa inueſtituram eius feudi, quod alius detinebat eo tenore alicui dederit, vt poſt deceſſum eius, qui poſſidet, habeat: & antè deceſſerit archiepiſcopus, quàm ille, qui feudum poſſidebat: ſucceſſores eorum non cogentur eam inueſtituram facere, vel confirmare, etiamſi pares [f] eius curiæ adſint teſtes, vel breue teſtatum inde ſit: niſi ille, qui inueſtituram acceperit, nomine eius in poſſeſſionem miſſus feudi ſit, eo conſentiente, qui detinet. Sed ſi ille, qui feudum poſſidet, priùs deceſſerit, quàm ille, qui inueſtituram fecit: iure cogitur eam ratam habere [g]. Laici verò iiſdem modis omnibus, quibus ſuprà diximus, ſi alijs inueſtituram dederint, hæredes eorum, ſi rationibus claruerint [a], omnimodo eam adimplere compelluntur [h].

a ¶ Si rationibus claruerint. *id eſt, ſi probetur inueſtitura per pares curtis, aut inſtrumento publico: vt §. ſi verò feudum. Si rationes inueſtitura hæredibus conſtiterint.* CVIACIVS.

h ¶ *Compellitur.* Et eſt ratio: quia ſucceſſor prædictorum [a] nihil habet à prædeceſſore [b]: vnde eius factum nõ tenetur habere ratũ: ſed in hærede ſecus. Azo. quia ex qua perſona quis lucrum capit, eius quoque factum probare tenetur, etiam ſi quandoque iure factum non eſſet: *vt ff. de reg. iur. l. ex qua. & C. de libe. cau. l. ſi ab eo.*

SI DE INVESTITVRA feudi controuerſia fuerit.

TITVLVS IV.

Si inueſtitura ſit facta coram paribus, vel per breue teſtatũ, dominus tenetur inueſtitum mittere in poſſeſſionem: ſi verò in poſſeſſione fuerit, & lis ei moueatur à domino: ſibi datur defenſio per iuramentum: niſi in caſu: vt quando vaſallus eſt de alio feudo infeudatus: quia tunc domino remittitur ſacramentum. IACO. DE BEL.

Si autem [i] controuerſia inter dominum, & fidelem de feudi inueſtitura fuerit: quid iuris ſit videamus. Et ſi inueſtitura facta fuerit coram paribus [k] curiæ, aut in breui teſtato [l]: rectè cum qui inueſtitus eſt cogitur dominus mittere in feudi poſſeſſionem [m]. Si verò fuerit in poſſeſſione [n], & mota fuerit ei cõtrouerſia à domino: ei defenſio detur propter poſſeſſionem. Si autem non fuerit in poſſeſſione [o], nec ſupradictis modis poterit probare: tũc illius erit defenſio, qui inueſtituram dicitur feciſſe.

1. ¶ Si verò feudum aliquis habuerit, de quo nulla controuerſia eſt, & dixiſſe ſe inueſtituram alterius feudi accepiſſe ab eodem domino, nec in poſſeſſione fuerit, nec prædictis rationibus, probare poterit: licèt domini eſſet defenſio [p]: ex ordine tamen, quia aliunde vaſallus eſt, remittitur [q] domino ex æquitate defenſio.

SI DE INVEſtitura feudi, &c.

i ¶ *Si autem.* Quidam habent hîc talem rub. *Si cõtrouerſia fuerit de inueſtitura feudi:* qua non vtimur in noſtro apparatu. & quidã habẽt gloſſatũ, vacat hoc *c. de controu. feudi apud pares curiæ terminanda. c. ſi inter dominum.* Acc.

k ¶ *Coram pari.* [illegible] inueſtituræ, ſi tamen pares habet dominus [illegible] *qui teſtes ſunt nec. ad proban. nouam inueſtituram c. j.* ACCVRS.

l ¶ *Breui teſtato.* & [d] à paribus cõfirmato [illegible] tem duobus [o], vel tribus: *vt j. quid ſit inue. §. ſi enim.* Secundum Medio. [illegible] obſeruatur: *vt j. qui teſtes ſunt nec. ad proban. nouam inue. c. j.*

m ¶ *Poſſ.* [illegible] vtilitatem ei præſta[illegible] *vt de no. for. fide. c. inueſtitura.* nec [illegible] dominus ſoluendo intereſſe, ſi eum pœniteat inueſtituram feciſſe: *vt j. ſi de feud. contro. fue. c. ſi facta inueſtit.*

n ¶ *In poſſeſſione.* in qua ſtetit ad minus per annum, & domino ſciẽte, & non cõtradicente, nec aliàs iuſta ignorantia, vel parui tẽporis negligentia: cũ iniquæ poſſeſſionis periculo quandoque domino poſſet damnum afferre [k]. *vt j. ſi de feu. def. an. conten. ſit inter do. & agn. vaſ. §. ſi facta de feudo.*

o ¶ *In poſſeſſione.* hîc datur defenſio [l] poſſeſſori propter poſſeſſionẽ (eſt enim magnum cõmodũ poſſidere: *vt ff. de rei vin. l. is, qui deſtinauit.*) quod puto intelligendum de [m] iuſta poſſeſſione. quoniam ſi dolo quis poſſeſſor inuentus fuerit nõ debet talis poſſeſſio ſibi patrocinari: *vt C. de li. cau. l. eam* nec enim dolus proprius aliquem releuare debet: *vt ff. pro ſoc. l. verum. §. tempus.* ¶ Quid ergo erit, ſi neuter poſſideat? Reſp. ei, qui cõuenitur, dabitur defenſio: quia fauorabiliores ſũt rei, quã actores: *vt ff. de re iu. l. fauorabiliores.* & promptiores ſumus ad abſoluẽdũ, quàm ad condemnandũ: *vt ff. de ob. & obl. l. Arrianus.* & hoc vbi per omnia paris [n] cõditionis ſunt actor, & reus: alioquin honeſtiori [o] deferẽdum eſt ſacramentum [h] ſecundùm quod no. *C. de iureiu. l. in bona fidei. & j. de con. re feu. l. ſacramentum non ſemper eſt dandum*, &c. vnde quæ dicuntur hîc de ſacramento dando poſſidenti, & in ſe. c. & in omnibus, in quibus hoc dicitur, debent intelligi cum determinatione prædicti *c. ſacramentum.*

p ¶ *Eſſet defenſio.* hoc ſic intelligo, ſ. vt habeatur ratio perſonæ, & feudi, quòd petitur: vtrùm honeſta [p] ſit: an eſt perſona, quæ facilè [q] iuret, & an ſit magnum [r], an paruum feudum, quod à vaſallo expoſcitur, & an diu [a] dominus ſine aliqua controuerſia ſciente vaſallo poſſederit, hæc omnia curiæ cum alterius iudicis arbitrio relinquuntur examinanda.

q ¶ *Remittitur.* i. aufertur.

a ¶ *Partis.* hîc dicitur quòd obtinere debeat vaſallus ſi de aliqua parte poſſeſſor inueniatur: quod puto intelligendum ſecúdum ſuperiùs dicta: *vt ſuprà prox.* poſtea detur ſibi defenſio.
b ¶ *Proprietatis.* Sed vtrùm [b] eadem ſit diſtinctio hîc, quemadmodum *ſupr. eo. §. proxi.* ſ. vtrùm fuerit ei datum cambium coram partibus, vel in breui teſtato, vel aliàs? Reſpon. vtiq; & intelligo quòd allegat vaſallus ſe habere purè nomine proprietatis pro parte illius feudi, quod feudum pro parte petit: ſcilicet pro illa parte pro qua dicit ſe nõ habere cambium: nam alioquin ſi haberet cambium totius feudi nomine proprietatis, fruſtra experiretur pro feudo.

Si vaſallus legitimè probauerit ſe fouere ius in parte feudi paterni per ipſum poſſeſſi: retinere debet etiam in alia parte, de qua verſatur quæſtio inter ipſum, & dominum. h. d. ſecundum AL.

2. ¶ Cùm autem quis dixerit feudum ad ſe per ſucceſſionem pertinere, aſſerendo illud eſſe paternum: ſi fuerit in poſſeſſione medietatis, vel alicuius partis [a], vel cambium proprietatis [b] nomine illius feudi habuerit, vel aliis iuſtis rationibus [c] illud eſſe paternum probare [d] potuerit, iure [e] obtinebit. Si verò probare non potuerit prædicto modo, dabitur ei defenſio cum duodecim ſacramentalibus.

Si vaſallus poſſidet caſtrum nomine recti feudi: dominus autẽ dicat eum nomine guardiæ poſſidere: domino incũbit probatio: & ſi probauerit, vaſallus condẽnabitur: niſi vaſallus probet ſe legitimè inueſtitum à domino, poſtquã in guardiam ab eo acceperit: domino verò in probatione deficiẽte, vaſallo datur defenſio. BALD.

3. ¶ Item ſi vaſallus poſſederit caſtrum, quod dixerit ſe pro feudo tenere, & econtrà dominus per guardiam dixerit ſe ei dediſſe: domini eſt probatio: & ſi poterit probare, tunc ille, qui tenet, domino debet reſtituere, vel probare per pares curtis [f], vel per breue teſtatum, poſtquam in guardiam ſuſcepiſſet, ſe à domino pro feudo inueſtituram accepiſſe: dominõ verò in probatione deficiente, tunc illius erit defenſio, qui poſſidet.

Si creditor emit pignus, deſinit eſſe pignus, niſi eſſet emptio ſimulata, & de ſimulatione conſtaret per certa indicia. BART.

4. ¶ Similiter ſi aliquis poſſederit caſtrum, vel aliam rem, & dominus dixerit ſe pro pignore ei dediſſe: econtrariò ille dixerit ſe accepiſſe pro feudo: ſi potuerit dominus probare quòd ei pro pignore dediſſet: tunc ille, qui tenet, domino reſtituet: vel probet ſupradicto modo, ſe, poſtquã à domino pro pignore accepit, feudi nomine accepiſſe: & ſi dominus non poterit probare ſe nomine pignoris dediſſe, erit defenſio illius, qui poſſidet.

c ¶ *Iuſtis rationibus.* hoc eſt, quod inueſtitura fuerit facta coram parib. curiæ: vel quod habuit breue teſtatũ: alij enim & ſi idonei ſunt, non admittuntur: *vt infrà de con. inter do. & vaſ. de inueſtit. feud. c. ſi fuerit contentio.*
d ¶ *Probare.* ſed etſi non probauerit, etiam electio iuriſiurandi ei datur, ſi verò probare nõ potuerit prædicto modo, dabitur ei defenſio cum xij. [d] ſacramentalibus, etiam ſi non poſſideat totum feudum vel partẽ, vel pro eo aliquid. ACCVRS.
e ¶ *Iure.* adeò vt eum ſolum iurare ſufficiat ſine [e] teſtibus, quando poſſidet *vt infr. ſi de inue. in do. & vaſ. lis ori. tur. §. ſi quis ſe. ver. part. & §. ſi autẽ.* Nec obſtat contra prædictum c. *ſi fuerit con. inter do. & vaſ. c. ſi tamẽ cõten.* quia illa determinatur [f] per iſtam, vt diſtinguatur, ſit dominus, an fidelis. Vel ibi cõſtat feudum: ſed dubitatur eſſe paternũ, an collaterale. in *c. ſi fuerit.* non conſtabat quòd vnquam fuerit feudum.
f ¶ *Per pares curtis.* In hoc, & in ſeq. §. ſic opponitur: aut inficiatur ſe habere nomine guardiæ, aut non inficiatur. Si non inficiatur, ad quid probat dominus? Item ſi inficiatus fuerit, ad quid poſtea auditur, cùm illi denegetur [g] audientia, qui propriam ſcripturam negauerit: *vt Codic. de non nu. pe. Authen. contrà qui propriam?* Item quæritur in iſto, & ſeq. ad quid [h] deferatur iuſiurandum vaſallo, ſi dominus in probatione deficiat, cùm actore non probante, reus etſi nihil præſtiterit, obtinebit: *vt C de eden. l. accuſatre?* Reſp. ad cautelam hoc facit iudex, ſicut & in *C. de iureiur. l. admonendi.* Non eſt contrà ſuprà *de feu. guardia, vt ibi not.*
g ¶ *De mãſo* in iſto §. talis notatur diſtinctio: aut dominus aliquid ſibi reſeruauit, aut non. ſi nõ ſibi reſeruauit aliquid, aut eſt vaſ. in poſ. aut non. In primo caſu tenetur probare vaſ. inueſtituram & hoc facit retentio [a] dominii. In ſecundo verò quando nihil ſibi reſeruauit, ſi non eſt in poſſeſſione, idem eſt: ſi verò poſſideat, non probabit inueſtit. ſed ita eſſe iurabit.
h ¶ *Reſeruauerit.* præſumitur enim quòd dominus incremẽtum retinuit, eò [b] quòd aliquid ſibi in curia reſeruauit. vnde vaſallus obtinere debet, & de incremẽto ſpecialiter inueſtituram factam eſſe probare habet neceſſe. Vel dicas referre vtrùm ſit diſcretũ [c] vel latens incrementũ: vt [d] ſi ſit diſcretum, ſicut eſt inſula, pertineat ad dominũ: ſi latẽs, ad vaſallum: *vt ff. de vſufruct. l. item ſi feud. §. j & ij.*

In dubio defendendum poſſidentem.
a Id eſt, iuramentũ. Defenſionis enim appellatione in feudis iuramentum intelligitur.
b Cambiũ feudi iiſdem modis probandũ, quibus inueſtitura.
c Hinc colligunt, præſumi omnia bona feudalia, ſi maior pars bonorum ſit feudalis.
d Sacramentales qui ſint di xi ſu. t. an. ſ. ſupra eo.
e vide quæ ſcripſi libro 2. tit. 2. in verb. vaſallos. in fin. inf. eo.
f Dic, vaſalli poſſidentis iuramento ſolo credi, ſi ſit pro eo præſumptio aduerſus dominum: ſi non ſit, requiri præterea xij. ſacramentales.
g Pœna negãtis propriam ſcripturam.
h Iuramẽtum vaſallo cur deferatur domino non probante.

illius, qui poſſidet.

5. ¶ Si quis de manſo [g] vno feudi nomine, inueſtituram acceperit, & dixerit quòd omne incrementum pertineat ad eum per inueſtituram, ſi dominus reſeruauerit [h] ſibi aliquid in ipſa curte, tunc oportebit fidelem incrementi inueſtituram per pares curtis, vel per breue teſtatum probare [i]. Sed ſi dominus in ipſa curte nihil ſibi retinuit: tunc omne incrementum iure feudi fidelis obtinebit. Si verò fidelis in poſſeſſione incrementi fuerit, non oportebit eum inueſtituram probare, ſed iurare.

Si ſecundus vaſallus accipiat inueſtituram de feudo à primo vaſallo cum eius incremento, & aliquid accedat huic feudo viuente primo vaſallo, totum incrementum eſt ipſius vaſalli ſecundi: ſi verò poſt mortẽ primi vaſalli decedẽtis ſine liberis, & ſic aperiẽtis feudum domino, tunc totum incrementum ſpectat ad dominum. BARTOL.

6. ¶ Rurſus ſi aliquis acceperit inueſtituram feudi cum omni incremento, quod ei obueniret, & aliquid accreuerit viuente eo, à quo acceperit, ipſius erit. & ſi ille, qui inueſtiturãm fecit, ſine hærede deceſſerit, & feudum reuerſum fuerit ad eum, à quo ipſe tenuerit, vel ad alium: quicquid poſt mortem eius qui dedit, accreuerit, ad eum pertinebit [k], ad quem regreſſum fuerit.

QVIBVS MODIS FEVdum amittatur.

TITVLVS V.

Caſus primus feudi amittendi eſt. ſi dominus prælium campeſtre habuerit, & vaſallus eum morantem in prælio dimiſerit non mortuum, nec ad mortem vulneratum. BALD.

Quia ſuprà dictum eſt quibus modis feudum acquiritur, & retinetur: nunc videamus qualiter amittatur. Si enim dominus prælium campeſtre habuerit, & vaſallus eum morantem in ipſo prælio dimiſerit non mortuum, nec ad mortem vulneratum, feudum amittere debet [l].

i ¶ *Probare.* qualiſqualis ergo retentio domino prodeſt: *vt hic, & j. ti. l. j §. item ſi quis feudũ.*
k ¶ *Pertinebit.* ¶ In iſto §. not. quòd reſoluto [e] iure datoris, & ius acceptoris reſoluitur. ſimile *j. ti. j. §. rurſus & C. ſi pig. pig dat. ſit. l. j.* ¶ Sed quæro, nunquid iſte, qui ſecundo loco poſſidet iure feudi, ſi velit [f] priori domino ſeruire, an ſit expellendus? Reſp. non ſecundùm iura iſta: *vt infrà qua. olim po. feu. ali. c. j.* Verùm hodie fortè poterit. Sed vtrùm poterit, vel non poterit, infrà pleniùs determinabitur.

QVIBVS MOdis feudum amittatur.

l ¶ *Quia ſuprà.*] *Feudum amittere debet.* ¶ Nunquid eſt hoc intelligendum, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè [g] dominus prælietur? Reſp. hoc determinabitur infr. *ti. ij. j.* hic finitur lex, deinde conſuetu. re. incipiunt. c. j. ¶ Sed quæro hîc, ſi ſciat dominum iniuſtè præliari, cùm eum adiuuare non teneatur: ſi eum adiuuare incipiat, & eum poſtea vt hîc deſerat [h]: an feudo priuetur? Reſp. hæc vberiùs infrà notabuntur, argu. tamen eſt ad hoc quòd non: *vt C de nego. geſt. l. tutori.* ſufficit enim ſi cui vel in paucis, &c. vt ibi dicitur. Sed illud, quod in hoc c. dicitur, intelligo, cùm poterat dominum adiuuare, & eum dimiſit. ¶ Quid autem ſi brachiis abſciſſis aufugit, vtpote omnino inutilis ad domini defenſionem? Reſpon. non priuabitur feudo: arg. *infrà de feud. ſine cul. non amit. §. ij. in fi.* Nihil enim intererat domini, vaſallũ ibi ſtetiſſe. ergo feudo non priuabitur, cùm peræquè moriturus erat: *vt arg. ff. de condict. ob cau. l. ſi pecunia. §. vlt. & Cod. depo. l. ſi plures.* ¶ Sed conſueuit quæri, quod auxilium domino vaſallus præſtare teneatur: nunquid ſalutem ſuam debebit præponere ſaluti

a Præſumitur ex retentione dominij, [illegible] incremento.
b Incrementi feudalis retentio à domino facti vnde præſumitur.
c Incrementum feudi, aliud diſcretum, aliud latens.
d Incrementa feudi an, & quomodo ad dominum & vaſallum pertineant.
e Reſoluto iure dantis [illegible]
f Secundus vaſallus [illegible]
g Iniuſte [illegible] dominum, vel iniuſte præliantem, vaſallus [illegible] defendere [illegible], non [illegible]
h. Deſerens prælium [illegible]

ſaluti [a] domini ſui, an non? arg. eſt quòd poſtponere debeat. *ff. ad Senatuſc. Sil l. 1. § hic autem quæritur. verſ. ſerui.* Sed puto contrà fore cenſendum: quia non [b] tantum habet ius dominus in vaſallo, vt in ſeruo: licet dicatur contrarium *j. de alie. feu. pa. c. ſi à morte.* ſcilicet quòd debet dominum à morte liberare, ſi poteſt. ACCVRSIVS.

¶ Item ſi fidelis cucurbitauerit [a] dominum, id eſt, cũ vxore eius concubuerit [b], vel concumbere ſe exercuerit [c], aut cum ea turpiter luſerit [d], vel ſi cum filia, aut cum nepote ex filio, aut cum nupta filio, aut cũ ſorore domini concubuerit [e] (hæc ita obtinẽt, ſi in domo domini maneat) iure feudũ amittere cenſetur [f]. ¶ Similiter ſi dominum aſſalierit, vel caſtrum domini, ſciens [g] dominum, vel dominam ibi eſſe [h]. Item ſi fratrem ſuum occiderit [i], vel nepotem: id eſt, filium fratris. ¶ Aut ſi libellario nomine [a] amplius medietate in feudum dederit: aut pro pignore plus medietate obligauerit, ita vt tranſactum permittat: vel dolo hoc egerit: amiſſione feudi mulctabitur [k]. His omnibus caſibus feudum ad dominum reuertitur [l].

¶ Rurſus ſi fidelis minus medietate libellario nomine feudum dederit, & ſine hærede deceſſerit, & feudum ad dominũ [m] redierit, vel poſtquam ad libellũ [n] dederit, vel pignori obligauerit, & domino refutauerit: tũc ille, qui ab eo acceperit, nullo iure aduerſùs dominum ſe tueri poterit.

Qui conſentit, iura ſua perdit, & alterius fortificat. BALD.

1. ¶ Præterea ſi ille, ad quem feudum per ſucceſſionem iure obuenire debet, conſenſerit eos inueſtire, ad quos ſecundùm rectum morem non pertinet: nullo modo ad eum repetendum regreſſum [o] habet.

¶ Item ſi fuerint duo fratres, & vnus inueſtituram feudi acceperit: ſi poſtea feudum cum fratre diuiſerit, & ille, qui feudi partem accepit, poſtea plus medietate vendiderit, & ſine hærede legitimo deceſſerit, feudum ad dominum reuertitur [p].

¶ Item ſi quis feudum habuerit in curte domini ſui, non poterit ipſum feudum in aliqua parte libellario nomine alicui ſine conſenſu domini ſui dare, vel pignori obligare. Similiter ſi extra curtem [q] detinuerit, & dominus diſtrictum habuerit, vel alium honorem: ſi alienauerit ſine voluntate, iure ad dominum reuertitur.

a ¶ *Cucurbitauerit* [c]. quod hic dicitur *cucurbitauerit*, verbum eſt: inde cucurbita nomen verbale, alias dicitur arga [d]: *vt in Lombard. de coniuriis. l. 1.* Sed in hoc loco quidam habent gl. vacant iſtæ cauſæ amittendi feu. propter inferiores §§. huius tit.

b ¶ *Concubuerit.* vel cũ [e] inimicis domini amicitias [f] copulauerit, vel aliter contra dominum ſe habuerit, vt magis præſumatur inimicus, quàm amicus: *vt ar. Cod. de inoffic. teſt. l. liberi. & ff. de off. pra. vrb. l. 1. §. cum patronus.* Sed ſi dominus non [g] placitauerit vaſallum de culpis commiſſis in vita ſua, nec hæres debet placitare: *vt C. de inoff. teſta. l. omnimodo. & C. de reuoc. do. l. 1. & ff. de proba. l. Proculus.* ACCVRSIVS.

c ¶ *Exercuerit.* [h] hoc ideo: quia in maleficiis potiùs volũtas [i], quàm effectus inſpicitur: *vt ff. ad leg. Cor. de ſic. l. diuus.* & hoc intelligo, niſi propter pœnitẽtiam deſtiterit: *vt ff. ad legem Cor. de fal. l. qui falſam.* Si [k] verò propter impoſſibilitatem deſtitit, affectus eſt puniendus: vt not. in dict. §. cùm quis habet voluntatem delinquendi, &c.

d ¶ *Luſerit.* putà [l] fortè manus ad pectus eius ponendo, vel etiam ſi turpius aduerſùs dominam luſerit: *vt in Lobard. qua. quis ſe defen. de ſi quis ramoſo.* ludus enim, ſiue luſus [m] noxius in culpa eſt. *vt ff. ad leg. Aquil. l. na ludus.* Quis enim eos ludos appellet, ex quibus crimina oriuntur: *vt in con. ii. Frider. Imperial. in. circa fin. conſtitutionis.*

e ¶ *Concubuerit.* quidam habent hic in text. poſt illa verba ſtatim hæc alia, *hæc ita obtinent, ſi in domo domini maneat.* quidam non habent: ſed credimus illa eſſe ſuperflua.

f ¶ *Amittere cenſetur.* ¶ Sed nunquid hodie & illud eſt correctum, vt non poſſit auferri ſine certa & conuicta [n] culpa? Reſp: nequaquam. quod enim ſpecialiter non remouetur, quare ſtare prohibetur *vt Cod. de teſta. l. ſancimus.* quicquid enim noua [o] lege non inuenitur expreſſum, illud in conſtitutionibus veterum cõſtat eſſe relictum: *vt C. de app. c. præcipimus in fin. l.* ſatis tamen puto poſſe dici contrarium: *vt in Lombar. de bene. & ter. tri. l. vlti. & j. de feudo ſine cul. non amit. ca. 1. & titu. quo tempo. mi. inue. ſit. de. c. 1.*

g ¶ *Sciens.* ita tamen quòd craſſa [p], & ſupina ignorantia eũ nõ excuſet: *vt ff. de contrahen. empt. l. & ſi. §. ignorãtia & de iur. & fa. ign. l. nec ſupina.* Imò, vt verius loquar, ſubaudiendum eſt *maximè* [q]: quoniam [r] contra ſacramentum facit. ¶ Sed tu inſtabis, nũquid feudo priuatur vaſallus, quia ſacramentũ fidelitatis deſerit? Reſp. nequaquã: *vt j. quæ fue. pri. cau. bene amit. §. illud enim.* Sed ibi loquitur quãdo deierat ſe ſubtrahendo: hic autem delinquẽdo. Si ergo ſciat, vel ignoret dominũ ibi eſſe, feudo priuatur. Item ſiue ibi fuerit, ſiue non fuerit: licèt videatur obuiare infrà *quæ fu. pri. cau. ſa bene amit. §. porro.* Nã ibi loquitur de alieno loco: quoniã ſciens ibi dominũ eſſe, feudo priuatur. Sic ergo ratione loci [s] licitũ deprehenditur, quod alias non liceret: licèt alibi ſit cõtra: *vt C. de temp. in integr. reſt. l. vlt.* & hoc ita tam variè: quoniam maiorem iniuriam putauit legiſlator in [t] eius domo fieri, quàm alibi: *vt ff. ad leg. Iul. de adul. l. quod ait.*

h ¶ *Ibi eſſe*, aliàs, *intus*: & aliàs, *ibi*, ſed melior litera eſt, *intus*.

i ¶ *Fratrem ſuum occiderit.* ¶ Hic quæritur cui referatur illud *ſuum*: nunquid ad dominum, vel ad vaſallũ? Reſp. ad vtrunque [u] poteſt referri: non tamen indiſtinctè: nimirum licèt fratrem domini ſui vaſallus occiderit: nõ tamẽ ideo feudũ amittit. ſed ita ad intelligo, niſi in tradendo, i. prodendo hoc fecerit. nam extunc ſi extraneus eſſet, priuaretur feudo: multò ergo fortiùs ſi domini fratrẽ ita occiderit. & in hoc caſu feudũ ad dominũ reuertitur, ſi vaſallus ſuipſius fratrem interficiat ad hoc fortè, vt totam hæreditatẽ habeat: vel ſimilem feloniam fecit: puta hominẽ occidẽdo, vt ampliùs in curia ſtare nõ poſſit, feudũ amittat. Verùm quia in dominum nõ deliquit, ad proximum agnatum pertinebit: *vt j. an ille, qui interfecerit fratrem domini ſui, feu. ami. c. ſi quis interfecerit.*

a ¶ *Aut ſi libellario nomine.* De hoc contractu, vide ſcripta *ad l. 1. Co. de iur. emphyt.* De hoc agitur *in l. 22. de homicid. li. hom. in ll. Lõgobard.* Caſſiodorus *lib. 5. var.* prædia libellario titulo re commiſiſſe. Gregorius *lib. 2. epiſt. c. 6. & l. 8. c. 61.* Videtur etiam appellaſſe ius [illegible]. Nouel. 7. Nou. Anaſtaſ. dare feudũ in [illegible], & No. Cõſtantini. Dictum eſt etiam [illegible] à veteribus. *l. 7. C. de om. agr. deſerto.* No. *Leo. 5.* Libellarium contractum rectè quidam vocantem emphyteuticum, ſeu nouum. Adde libellarios etiam dici chartularios, *Nouel. Tiberij. de diuinis domibus.* CVIACIVS.

k ¶ *Mulctabitur.* Nunquid toto priuabitur ratione partis alienatæ? Reſp. imò in quo delinquit. *vt j. de va. qui cõtra conſ. Lothar. bene. alie. c. 1.* Hodie [a] non poteſt aliquam partem alienare ſine domini voluntate: *vt j. de prohi. feud. ali. per F[illegible] l. Imperialem.* quid hic [illegible].

l ¶ *Reuertitur* poſt hoc verbũ, *reuertitur*, & ante §. *rurſus.* inueni gl. talem, derogatur hoc modo tempore in curia Mediolanẽſi in [illegible]

m ¶ *Ad dominũ.* hic notari poſſunt quæ notauimus *ſ. tit. 1. §. vtr. ſue. & j. tit. ille qua olim po. ſeu. als circa prin.* Sed quæritur [b], nunquid hic ſecundus vaſallus, valeat cõtra hæredẽ ipſius experiri: cùm deceſſerit ſine hærede, ſ. in feudo, ſed [c] cũ hærede in aliis bonis? Reſp. hæc quæſtio potiùs facti eſt quã iuris: & poteſt determinari ſecũdùm quod legitur *j. de inueſt. de re. alie. c. cum de re aliena.* ¶ Sed nunquid eodẽ modo reſoluitur ius acceptionis [d], ſi culpa ſua dominus i. primus vaſal. feud. amittit? Reſp. vtiq. nã ſi propter inimicitias id accidit, ſiue alio modo propter culpam ſuam, ipſe tenebitur: *vt arg. ff. ſol. matr. l. pe. in prin. & ff. loc. & cod. l. ſi merces. §. conductor. & arg. C. de condict. ob cauſam. l. ſi militem.*

n ¶ *Ad libellum.* aliàs, *ad libellum.* aliàs, *ad libellarium.* ACCVRS.

o ¶ *Regreſſum.* Sed nũquid hoc intelliges quocũque modo conſentias. i. ſiue tacitè, ſiue expreſſim? Reſp. vtique: *vt arg. C. de remiſ. pig. l. 4. & l. ſi hypothecas & ff. de reg. iur. l. creditor. in f.* niſi [e] cũ tacitè conſentit, intelligat ius ſuũ vbique durare: *vt qui. mo. pig. vel hyp. ſol. l. ſicut. §. non videtur.* Item iſtud intelligo, quando [f] ex certa ſcientia conſenſit. nã alias potiùs intelligitur errare, quàm iam conſentire: *vt ff. de iud. l. ij. & de iuriſ. om. iud. l. ſi per errorem. & j. ſi de feu. contro. fue. c. ſi vaſallus.* Item conſentire hic intelligitur, qui præſens eſt, nec cõtradicit: *vt arg. ff. de decuri. l. decuriones §. vlt. & ff. ad mu. l. ij. & C. de ſiluſa. l. 1. lib. x.* in ſumma autem hic notandum eſt, quòd qui alii conſentit, ipſe ſua iura perdit: *vt C. de admi. tu. l. cum quidam.* ACCVRS.

p ¶ *Reuertitur.* hoc intelligo, quãdo [h] cõmuniter feudum acceperũt: & nominatim dictũ fuit, vt alter alteri ſuccederet. nã alioquin nullũ eſſet dubiũ: & nihil operaretur talis prohibitus cõtractus: quia aliàs frater fratri nõ ſuccederet in feudo: *vt ſ. qui feu. da. poſ. 5. 9.* ¶ Sed tu inſtabis: quoniã ſi [i] nõ delinquat vaſallus in dominũ, ad proximiorem agnatum, & non ad dominum feudũ reuertitur: *vt j. an qui. cau. feu. amit. §. vlt.* ibi quoque & in dominum delinquere intelligitur: quoniam contemnere videtur, vt ibidem oſtenditur. ſic ergo alterius delictũ, ſiue factum alteri obeſſe videtur. Sed hoc pleniùs notabitur infrà, *quæ fuit prima cau. benef. amit. §. vlt. & j. ſi vaſ. pri. cui. de ſe ca. vaſalli.* ACCVRS.

q ¶ *Curtem.* [k] ſ. quod vulgo de cauena dicitur. Sic ergo ſecundùm

dùm iura iſta aliàs habet vaſallus feudum in curte domini ſui: aliàs extra, & extra, vel dominus habet diſtrictũ: id eſt, iuriſdictionem: vel non. in primis duobus caſibus non poteſt aliquam partem ſine domini voluntate libellario nomine dare: ſed in vltimo vſque ad medietatẽ poteſt: *vt ſuprà prope. & infrà in pluribus caſibus, vel locis.* Veruntamen hodie in nullo iſtorum caſuum poteſt vaſallus ſine domini voluntate id alteri concedere: *vt in conſtit. Frideri. Imperialem decet ſolertiam,* &c. ſic itaque qualiſqualis retẽto domino prodeſt: *vt hic, & ſuprà titul j. §. ſi quis de manſo vno.* Accvrs.

EPISCOPVM, vel abbatem, vel abbatiſſam, &c.

Aliàs non eſt hic rubricel ſeu titul. nec litera capitalis: ſed ſolus §. & malè

a *Item ſi epiſcopus.*] *Nullũ habet vigorẽ.* hoc qualiter ſit intelligendum, in ſumma [a] expoſuimus. vnde iſtud notandum eſt: quia quod conſtituit Papa Vrbanus [b], in futurum dũtaxat habet locum: & meritò: quia nihil peccauit antiquitas [c], cùm huius decreti foret inſcia: *vt C. de teſta. Libertinus. in fin. & ff. de iure immu. l. j.* Accvr.

b ¶ *Non admittuntur.* ¶ Sed quid ſi maſculum relinquit, & fœminam, nunquid & fœmina in feudo ſuccedit? Reſpon. non [d]: *vt j. titu. y. §. ij.* niſi fortè maſculus ſubitò [e] poſt mortem patris mortuus ſit, quaſi non videatur extitiſſe, cùm non perſeuerauerit [f]: *vt ff. de iniuſt. rup. teſt. l. poſthumus.* Nec enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de eo feudo fuerit inueſtitus: *j. de eo, qui ſibi, vel ſu. hære. maſcu. & fœmi. inue. ac. c. qui ſibi.*

c ¶ *Feudum retinere non poteſt.* quòd hic dicitur, pleriſque non placet: *vt in Lombard. de bene. & ter. tri. ſi quis terrã.* ¶ Sed de quo muto ſit intelligendum, quæſo mihi dicas: aut enim de muto à natura [g]: aut de muto aliàs: ſcil. ſuperueniente caſu: ſicut diſtinguitur, *Cod. qui teſta. facere poſſ. l. diſcretis.* de muto à natura non poteſt intelligi: quoniã, ſi potuit acquirere, multò fortiùs debet retinere. Si de alio intelligatur: ſic opponitur. Quilibet in vltimo articulo vitæ mutus efficitur. Reſ. peritus: amice, ſummam ſubtilitatem ſecutus es: igitur loquela tua à iudicibus non eſt admittẽda: *vt ff qui. mo. pig. vel hypo ſolu. l. ſiue. §. ſi debitori,* Imò potiùs eſt reſpuẽda: *vt C ad Treb l. pe. & C. vt act. ab hære. & contra hære inci. l. j.* & hoc, quod alibi dicitur, ſimplicitas eſt amica legibus: *vt Inſt. de fideic. hære. §. ſed quia. & Inſt. de legi. agn. ſuc. §. ſed ſimplicitatem.* Sic ergo legitimũ factũ propter ſuperueniẽtia turbatur: *vt ff. vnde vi. l. vlt. & in Auth. de reſt. & ea, quæ pa. §. ſi. & C. de ſecun. nu. l. j.* Vel intelligitur hîc de feudo paterno: quod ſecundùm quoſdam mutus, ſurdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus nõ retinebit: quia feudo ſeruire [a] non valent: *vt j. ti an mutus, vel aliter imperfe. feud. reti. c. mutus.* Vel intelligas, ſecundùm quod de hac materia in ſumma not. *in rub. quib. mod. feud. amit. §. propter caſum* [b]. Accvrs.

a Gloſſator huius libri fuit Iacobus Colũbi, teſte Baldo, & Laudẽſi hic. qui & ſummã quoq; feudalẽ compoſuit.

b Rerũ Eccleſiaſticarũ prohibita infeudatio ab Vrbano.

c Leges ad pręteritos caſus regulariter nõ referuntur.

d Fœmina, exiſtẽte maſculo, nõ ſuccedit in feudo, etiamſi in inueſtitura dictum fuerit, vt maſculus, & fœmina ſuccederent.

e Hinc colligunt, in feudis paria eſſe non extare maſculum, vel ſtatim deceſſiſſe. Statim autem quidam hic intelligunt ante nomẽ baptiſmate impoſitum. *adde tamẽ Gloſ. altam titul 9. in verb.* non extãtibus. *infra.*

f Hinc etiam colligũt. Paria eſſe non extare maſculũ, vel eſſe, & repudiare ſucceſſionẽ feudi.

g Mutus à natura, vel caſu, an, & quomodo in feudo ſuccedat.

a Qui ſeruire domino non poſſunt, ſeruire ...

b Mutus ... feudum ...

EPISCOPVM, VEL ABbatem, vel abbatiſſam, vel dominum plebis: feudum dare non poſſe.

TITVLVS VI.

Epiſcopus abbas, vel abbatiſſa, vel dominus plebis non poſſunt de cætero infeudare res Eccleſiarum ſibi ſubiectarum, quæ vocantur tituli. Bald.

Item ſi epiſcopus, vel abbas, vel abbatiſſa, vel dominus plebis feudum dederit de rebus Eccleſiarum, quę eis ſubiectæ ſunt, & tituli vocantur: nullũ habet vigorem [a], ſecundùm hoc, quod conſtitutum eſt à Papa Vrbano in ſancta ſynodo, hoc eſt illud, quod poſt eius decretum fuerit datum. quod autem antè datum fuerit, firmiter permanere debet.

Idem iuris eſt, ſi ſit præpoſitus, vel abbatiſſa, vel alia eccleſiaſtica perſona, quæ antiquitus non ſit ſolita in feudum dare: ſcilicet, vt quod dederit, de iure non valeat.

Fœmina poſita in culpa cũ maſculo nõ ſuccedit ſimul cum eo: ſed ita demum, ſi maſculus non eſt. Baldvs.

1. ¶ Quinetiam ſi quis eo tenore feudum acceperit, vt eius deſcendentes maſculi, & fœminæ illud habere poſſint: relicto maſculo vlterius fœminæ non admittuntur [b].

2. ¶ Mutus feudum retinere non poteſt [c]: ſcilicet qui nullo modo loquitur. ſed ſi feudum fuerit magnum, quo ei ablato ſe exhibere non valeat: tantum ei relinqui debet, vnde ſe ſuſtinere poſſit. Et his omnibus caſibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur.

DE NATVRA FEVDI.

TITVLVS VII.

Non poteſt de comitatu, marchia, vel baronia inueſtitus per principem, de his pro libito deueſtiri. & quod de principe dicit, idem de maximis, & maioribus valuaſoribus. Bald.

Natura feudi hæc eſt, vt ſi princeps inueſtierit capitaneos ſuos de aliquo feudo, non poteſt eos deueſtire ſine culpa [d]; id eſt, marchiones, & comites, & ipſos, qui propriè hodie appellantur capitanei. Idem eſt, ſi inueſtitura ſit facta à capitaneis, & maioribus valuaſoribus, qui propriè hodie capitanei appellantur. Si verò facta fuerit à minoribus, vel minimis valuaſoribus, aliud eſt. Tunc enim poſſunt deueſtiri non habita ratione culpæ: niſi fecerint hoſtem Romæ: tunc enim idem eſt in minimis, quod in maioribus valuaſoribus: vel niſi emerint feudum: tunc enim pretium [e] reſtituendum eſt ſecundùm antiquum & rationabilem vſum. Moderni autem non ita ſubtiliter cernentes, dicunt idem obſeruandum in minimis, quod dictum eſt in maioribus valuaſoribus.

DE SVCCESSIONE feudi †.

TITVLVS VIII.

Si habens feudum decedat maſculis, & filiabus relictis, ſoli maſculi ſuccedunt in feudum: non filia, ſeu fœmina. Baldvs.

Sequitur de ſucceſſione feudi videre. Si quis igitur deceſſerit filiis, & filiabus ſuperſtitibus, ſuccedunt tantùm filij æqualiter [f], vel nepotes ex filio, loco ſui

DE NATVRA feudi.

Aliàs hic inueni notabile in gl. vocat hoc ca. propter inferius cap. mutus ſed Iac. Caſredi, aliàs Columbi. hanc gloſſ. non habet.

d *Natura.*] *Sine culpa.* ſimile *j. de feu ſine cul. nõ am. c. j. & titu. quo tempo. mi. inue. pet. debet. cap. iy. & in Lombard. de bene. & ter. tri. l. vltim.* ex iſto loco colligitur argu. ſecundùm veteres, quòd ex [c] perſonarum qualitate, & differentia licitũ deprehenditur, quòd aliàs eſſet illicitum: *arg. ff. de proba. l. cùm de indebito, & Inſtitut. ad leg. Aquil. §. ij. & Cod. de procur. l. militem.* de hoc pleniùs inuenitur in libello Py. *char. ij. in rub ex perſonarum qualitate, &c.* ſecundùm modernos verò inter maiores, & minores non habetur diſcretio. ¶ Item colligitur adhuc, quòd id [d], quod ab initio eſt voluntarium, ex poſtfacto neceſſarium efficitur: *vt no. Co. de act. & obligat. l. ſicut. cum ſuis concord.* ¶ Item colligitur quòd licitum [e] eſt antè, quod poſtea non licebit: *vt ff. de offi præſi. l. Senatuſcon. & ff. de ſer. l. j. & ff. de procu. l. ſed etiam. & de iud. l. ſed & ſi. § y. & de miſa. l ſolet. & l. y. §. j. ff. de ri. nu. l ſi quis officio. argu. contrà, ff. de iudi. l. ij. §. pe. & ff. de ritu nu. l. ſi quis tutor. §. quamuis.* Accvrsivs.

e ¶ *Pretiũ.* ¶ Hîc colligitur quòd nõ [f] debet quis duplici damno affici: ſimile *ff. de condict. ob tur. cau. l ſi pecuniam. §. penultimo. & ff. ad le. Rho. de ia. l. nauis. in fin. & ff de act. empt. & ven. l. ex empto. §. vltimo. & ff. de iur. do. l. iure ſuccurſum. & ff. de pœn. l ſanctio.* Sed contrà, *ff. de tranſact. l. qui fidem. & C de tranſ. l. cùm proponas. & l. ſi quis maior & Cod. de ſecund. nupt. l. j.* ¶ Itẽ innuitur hîc, quòd feudum [g] emi valeat: *vt infrà de feu. da. minimis val. ca. ſi minores. & de bene. fratru. c. j. j. qlemadm. feu. ad fi. per ca. ſi quis ſine filio maſculo.* Sed contrà, *infrà, de feu da vicem le. com. c. j.* Sed Domino dante, ibi vberiùs exponetur: in ſumma etiam expoſitum eſt.

c Licere ... quod eſſe ... perſonarum qualitate ... [illegible]

d Voluntarium ab initio, poſt ſumit neceſſarium.

e Licita quæ ante, quæ poſt illicita ſunt.

† Facit ... [illegible]

f Damno duplici nemo affici debet

g Feudum emi poteſt.

DE SVCCESSIONE FEVDI

f *Sequitur. Æqualiter.* Hîc colligitur in primis quòd melior [h] eſt maſculorum conditio, quam mulierũ ſicut & in multis not. *vt ff. de ſta. homi. l. in multis. & not. ſuprà qui feud. da. poſſ § hoc autem*

h Maſculi ... [illegible]

autem notandum eſt. quædam poſſunt hîc notari, quę notata sũt alibi, vt in ſumma de ſucc. ab inteſt. eſt diſputatũ. inferiùs autẽ de ſucc. tractaturi pleniùs exponemus, quæ poſſunt ſubtiliter indagari. Py. & ſecundùm quod de hac materia in ſumma not.

a ¶ Loco ſui patris.] *In limite trãſuerſo nõ eſt, vt loquũtur, repræſentationis locus, niſi fratrum iam mortuorum filiis, qui ſuccedunt cũ fratribus defuncti, patruis ſuis:* vt infrà 2.tit. 11. *In limite directo liberorum eſt repræſentationi locus in infinitũ, vt ſi ſit filius, & ex alio filio iam antè mortuo nepos, ſimul vterque ſuccedit in feudũ, & in alodem, & ſic deinceps cæteri pro ſtirpibus, nõ pro capitibus. Tempore Othonis I. Imperatoris, cùm eſſet ea de re ingẽs quæſtio, an auo ſuccederet nepos vnà cum patruo, placuit rem committi gladiatorio certamini, & ceſſit victoria his, qui nepotes cõputabãt inter filios quod Sigebertus refert* in Chronicis. *Vvitechindus 11. rerum ab Henrico, & Othone geſtarum* CVIACIVS.

patris a: nulla ordinatione β defuncti in feudo manente, vel valente.

Feudo paterno alienato, vel de quo eſt filia inueſtita, ſuccedit maſculus ſuperſtes, BALD.

1. ¶ Hoc quoque [a] obſeruatur, vt ſi frater meus alienauerit partem ſuam [b] feudi γ, vel fecerit inueſtiri [c] filiam ſuam: ſi moriatur [d] ſine hærede maſculo [e], nihilominus reuertitur ad me: & olim obſeruabatur vſque ad quartũ gradum δ tantùm, ſecundùm quoſdam: hoc ideò, quia poſtea non vocatur feudum paternum ε. Alij autem dicunt vſque ad ſeptimum [f] gradum.

β ¶ Nulla ordinatione. *Non poteſt ergo pater vni ex filiis feudum prælegare: qua de re dicemus infrà 4. tit. 54.* CVIACIVS.

a ¶ *Hoc quoque* ſuper iſtud hic gloſſatum inueni: vacat hoc propter inferius *ca. per ſucceſſionem*.

b ¶ *Partem ſuam* i. [a] ad libellum conceſſerit: quod quidem facere potuit ſine domini volũtate: *vt* ĩ. *de feu. alie. c.* j. & hoc cõtingit ea ratione: quia pars [b] tãtùm feudi eſt alienata: cùm vnum erat feudũ tãtùm, quod ad alios fratres peruenerat ex ſucceſſione patris, ſeu aui: & ideo donec vixerit alienator, frater eius nõ poterãt petere partẽ illã alienatã: ſecundũ quod hic infrà ſequitur: *ſi moriatur ſine hærede maſculo, nihilominus reuertitur ad me,* &c. q. d. ante mortẽ eius nõ poteſt reuerti: imò nec dominus poterãt eũ recuperare, niſi [c] demũ alienatore mortuo ſine hærede, maſculo ſubaudias, & ſine fratre: *vt infrà de feud. alien. §. ſi clientulus fecerit libellum, &c.* Vel ſi vis intelligere, quòd hic loquatur etiam de alienatione titulo venditionis facta: dicas quòd hic loquitur ſecundùm ſua tempora. olim enim poterat vaſallus neceſſitate ſuadente vſque [d] ad medietatem ſine conſenſu domini feudum vendere: *vt infrà qua olim pot. feud. alie. ca.* j. §. j. & ſecundùm hoc habet locum notula Py. quam hic not. quæ ſic incipit: *Hic colligitur fratrem ad partem eius, qui alienauit,* &c. Nam & tunc quando vaſallus vendebat partem ſine conſenſu domini, non irritabatur venditio, niſi demum mortuo alienante ſine hærede maſculo: veruntamen ſi dominus volebat eum redimere [e] pro æquali pretio, poterat hoc facere: ſed agnatus præferebatur ei & in prohibendo, & in redimendo: *vt infrà qua olim po feud. alien. ca. eſt autem. §. porro ſine de bona.* Hodie [f] verò inhibita eſt omnis feudi alienatio tam particularis, quàm totalis per leges Lothar. & Frider. infra poſitas. quæ ſi fiat, hodie ipſo iure non tenet, & ad dominum liberè reuertitur: vt dicit *d. l. Fride. Imperialem.* Quod intelligo [g] verum eſſe, quando feudum erat nouum, ſeu tale paternum, ad quod non veniebat aliquis poſt alienatorem, cùm non habebat agnatos, ſeu deſcendentes, & non erat paternum, ad quod agnati venditoris venire debeant poſt mortem eius ſine filiis maſculis: quoniam tunc ipſius agnati præferuntur domino ſicut olim præferebantur ei in redimendo partem, ſcilicet feudi alienatam: *vt ſuprà no. eſt* ſicut & alias dicitur, quòd ſi vaſallus culpam committat, propter quã feudum amittere debeat: neque filius, neque eius deſcendentes ad id feudum vocabuntur: ſed agnati admittentur: *vt infrà, ſi de feu. contro. fue. ca. ſi vaſallus. & infrà ſi vaſ. feud. pri. c. ſi vaſallus.* ſicut ergo olim præferebantur agnati domino: ita & hodie præferuntur, cùm hoc non ſit mutatum: quia quod ſpecialiter non mutatur, quaſi e ſtatu prohibetur: *vt Cod. de teſta. l. ſancimus.* quicquid enim lege noua non videtur expreſſum, id veteri legi debet intelligi relictum: *vt Co. de dig. l. præcipimus in fi.* ¶ Dices ergo quòd hic loquitur de alienatione, quæ fiebat olim ante conſtitutionem Lotharij, & Friderici. Olim enim ſi vaſallus alienabat feudum, & poſtea ipſum recuperabat: ipſum tanquam feudum retinebat. Hodie verò ſecus, cùm ſtat in poſt alienationem illicitam ſit hoc domino apertum: *vt infrà quib. mod. ſi vaſ poſt alie. feu ipſum recupe. c.* j. Sed videtur [h] quod dominus omnino debeat agnatis præferri, quando vaſallus feudum vendidit: quia tunc videtur dominum contemnere: *vt infrà in quib. cau. feu. amit. §. denique. in fin.* cùm vaſallus ita in dominum peccet, quòd feudum amittere debeat: nõ ad proximos, ſed ad dominũ beneficium reuerti debet: vt dominus hanc ſuæ iniuriæ vltionem habeat: *vt in d. §. circa prin.* Sed dicas quòd ibi loquitur de feudo nouo vel de tali paterno [a], ad quod non veniunt agnati ex latere venientes, cum non ſuperſint: ſed tantùm deſcendentes ab eo, qui illud acquiſiuit: & ad hoc videtur facere litera ibi poſita, nõ ad proximos. & nõ dixit agnatos: quaſi voluerit intelligere de deſcẽdentibus tãtũ, *vt de hoc* ĩ. *ſi de feu. cõ. fue. c. ſi vaſallus culpã cõmittat,* &c. Eodẽ modo poteſt intelligi quod legitur ĩ. *an ille, qui interfecit fra. do. ſui. c. ſi quis interfecerit.* licèt alibi dicatur, quòd ille proximus [b] eſt, quẽ nemo ſequitur: *vt ff. de verb. ſign. proximus.*

Filia non ſuccedit in feudo: licèt vaſallus deceſſerit ſine hærede maſculo, niſi inueſtitura facta fuerit in patre, vt filij, & filiæ ſuccedant in feudum. BALD.

2. ¶ Filia verò non ſuccedit [g] in feudo, niſi inueſtitura fuerit facta in patre, vt filij, & filiæ ſuccedant [h] in feudum (tunc enim ſuccedit filia filiis non extantibus [i]) vel niſi inueſtituræ fuerint de hoc feudo paterno. In alio verò feudo, quod habuit initium tantùm à fratribus, non ſuccedit vnus alteri, ſiue vna inueſtitura [k], ſiue duabus, niſi hoc fuerit dictum expreſſim, vt alter alteri ſuccedat.

γ ¶ Vt ſi frater meus alienauerit partem ſuã feudi. *Conſentiente ſcilicet domino. alioquin feudum domino aperiretur, non mihi.* CVIACIVS.

c ¶ *Inueſtiri.* Quid ergo [c] erit, ſi frater cõſentiat fratri ſic facienti: nunquid filio præiudiciũ facit? & certè videtur quòd non: *vt Co. de lib. & eor lib. l.* ij. *arg. ff de adopt. l. ſi arrogatur. & ff. de Senato. l. emancipatum.* Sed quomodo, cùm teneatur affirmare quod defunctus voluit: nec [d] debeat hæredi licere, quod defũcto nõ licebat: & maximè cùm non [e] poſſit filius feudum habere, & hæreditatem repudiare: *vt* ĩ. *an cogna. vel filius defun poſ. feu. ret. c. ſi cõtigerit. &* ĩ. *de ca. qui cu. ven. c. filius nõ poteſt. & C. de lib. cau. l. ſi ab eo & ff. pro ſoc. l. hæres & de diuer. & temp. præ. l. cũ hæres.* ſecundũ quod de hac materia potes inuenire in libello diſp. Py. ij. *char.* pro & cõtra in rub. *nõ eſt licitũ hæredi,* &c. & in ſuperioribus rubricellis? Reſ. quæ oppoſita ſunt, loquũtur in feudo paterno [f]: & hoc non eſt paternũ: ſed ab anteceſſoribus acquiſitum igitur non iure paterno hoc habet nepos: *ar. ff. de ado. l. ſi arrogator. §. pe.*

d ¶ *Si moriatur.* ſine maſculo filio: *vt* ĩ. *de alien. feud. §. inde poteſt præſumi.* ACCVRS.

e ¶ *Maſculo.* hîc colligitur, fratrem ad partem eius, qui neceſſitate ſuadẽte alienauit, vel alio modo à iure ſuo ceſſit, non admitti, donec ſuperſit alienator. nã & ſi hæres ſcriptus rogatus eſſet alicui poſt mortem ſuam reſtituere hæreditatem ſuam & condemnetur, & bona eius occupẽtur a fiſco interim veniẽs fideicõmiſſarius hæreditatẽ petens repellitur: expectãda enim eſt mors ſcripti. *vt ff. de iure fiſci. Statius Florus §.* ĩ. *& de leg. ij. l. cũ pater. § hæreditatẽ. & § ab inſtituto & ar* ĩ. *de l. 3 Cor 9 profecto.* ACC.

δ ¶ Vſque ad quartum gradum. *Id eſt, vſque ad fratres patrueles.* vt ſ. 1. § hoc quoque. CVIAC.

ε ¶ Quia poſtea non vocatur feudum paternum. *Qui hac ratione vtebãtur, feudum id tantùm dici paternum exiſtimabant, quod eſſet à patre aut auo profectũ, quaſi ſ. patris appellatione vltra patrẽ ſolus auus intelligeretur.* l. iuſta ff. de verb. ſig. *& ita fratres patrueles defuncti ſuccedere in feudũ auitũ, propius ſobrino. i. patrueli, ſiue non ſuccedere in feudũ proauitum. Sed magis placuit paternũ dici, quodcunque à parentibus deſcendit:* vt in l. patri. ff. ad leg. Iul. de adul *patres pro parẽtib. accipiũtur. & hac ratione in feudũ à parentib. profectũ agnato defuncto agnatos ſuccedere vſque ad ſeptimũ gradũ. quia parentes vſque ad eum gradũ nominatur: vlteriores maiores appellantur, non parẽtes Paulatim increſcunt ſentẽtia Iuris.* l. fideicõmiſſa §. ſi rẽ ſuã. ff. de leg. 3. *Obtinuit ad extremũ ſuccedere eos in infinitũ:* vt dixi ſ. 1. § 1 *nã & in edicto de in ius vocando, & de legatis præſtandis, parentes etiam dicuntur vltra tritauum.* CVIAC.

f ¶ *Vſque ad ſeptimum.* Sed hodie obtinet vſque in [g] infinitum: *vt ſuprà qui feu. da poſ. § hoc quoque ſciendum eſt.*

g ¶ *Nõ ſuccedit.* nec eius filij proles [h] enim fœminini ſexus, vel ex fœminino ſexu deſcẽdens aſpirare nõ poteſt ad feudũ, niſi ex pacto: *vt hic &* ĩ. *de grad. ſuc. in feu c.* j. licèt enim filiæ, vt maſculi ſuccedant patri. legibus tamen a ſucceſſione feudi remouentur: & earum filij: *vt ſuprà qui feu da poſ. §. hoc autem notandum eſt.*

h ¶ *Succedãt.* Hic poteſt notari illud generale, q. d. hoc nõ [illegible] eſt expreſsè, quod tacitè nõ licet: *vt C. de pac. l.* ij. *& ff. de cõtrah. em. l. Labeo. & C. de do. inter vi. & vxo. l. donationes cũ omnib. concor. ſeq. in rubricella illa.* imò expreſſim, & per pactũ licet, quod eſt in li. diſp. Py. *char.* ij. *licèt cõtraria ſint rubricella illa ibidẽ præcedẽtes.* ¶ Notari tamen hic poteſt, quòd illud locũ habet in feudo maſculorũ quoniam filia rectè ſuccedit matri in feudo ſecundũ quoſdã: *vt* ĩ. *de nat. ſuc. feud. c.* j. licèt videatur contra ĩ. *de bene. frat. c.* j.

¶ Et ſuper illud, *ſuccedat.* inueni gloſſ. talem in quibuſdam lib. ſic dicentem: vacat hoc c. propter inferius, *ſi duo.* ĩ. *de feu. marchi.*

i ¶ *Non extantib.* vel extantibus, & ſubito [l] mortuis quaſi nõ videantur extitiſſe *vt not.* [illegible] *vel abb.* &c. § *quinetiã ſi quis.*

k ¶ *Inueſtitura.* hoc eſt dicere, ſiue vnus tantùm fuerit inueſtitus,

a Cùm aliena- tionis hic fiat mentio, an li- bellarie, an venditionis.
b Alienatio feudi olim va- lebat ad di- midiũ vſque.
c Mortuo alie- nante vaſallo cum feudum reuertebatur, ad dominum, niſi eſſent ex- tantes deſcendentes in feudo agnatis.
d Feudi olim poterat feudũ ad dimidium vſque.
e Alienatore mortuo muſte poteſt domi- nus feudum ab emptore redi- mere, ſoluto il- lo pretio.
f Alienatio o- mnis feudi, ſi- ue vniuerſalis, ſiue particula- ris, hodie eſt prohibita.
g Alienatũ feu- dum antiquum, & paternũ re- uertitur ad a- gnatos alienã- tis, nõ autem ad dominum.
e Alienato feu- do antiquo feu- dum committi- tur agnatis, non domino: neque illo caſu dominus agna- tis alienantis præfertur: ſed tum demũ, cũ feudum nouũ eſt alienatum.

a Feudũ pater- nũ duplex. a- liud defertur ad agnatos ex latere venien- tes, aliud non defertur ad col laterales: ſed ad deſcenden- tes tantum.
b Proximus eſt, quem ne- mo ſequitur.
c Frater con- ſentiens fratri feudũ alienan- ti liberis ſuis non nocet.
d Heredi quã- doque licet, quod defũcto non licet
e An filius poſ- ſit feudum ha- bere, & hære- ditatem repu- diare, vide quę infrà proximè dicturos ſum.
f Patris cõſen- ſus non nocet liberis in feu- do paterno: hoc eſt, ſi quis conſentit fra- tri feudum pa- ternum alie- nanti, liberis non nocet ſe- cus ſi nouum feudum cõſen- tiat alienari. Alij ita diſtin- guunt, in feudi hæreditarij a- lienatione, pa- tris conſenſum nocere filio: quia filius hæ- res patris non poteſt impro- bare factũ de- functi. In non hæreditarij feu- di alienatione ſecus eſt, & dicũt ex legis prouidentia, ſi et in patris nocere filio.
g Succeſſio in infinitũ verũ in feudis ad- mittitur.
h Fœminæ ad feudũ aſpirare regulariter nõ poſſunt.
i Expreſsè li- cebit, quę tacitè non.
k Filiæ ſucce- dunt in feudo materno.
l Vide Gl ſuprà in [illegible] non admittuntur.

ſtitus, ſiue ambo fuerint inueſtiti, non ſuccedet vnus alteri, niſi hoc dictum fuerit expreſſim, & alter decedat ſine legitimo hærede, ſecundùm quòd hic dicitur, *& ſuprà qui feud. da. poſſ. §. cùm verò Conradus. & infrà de feu. mar. cap. ſi duo fratres.*

QVI SVCCESſores teneantur.

Hic poteſt eſſe ſum. qui ſucceſ. tenean. rubricella talis eſt, quid iuris ſi quis fuerit inueſtitus de alieno feudo hac autem non vtimur in noſtro apparatu.

QVI SVCCESSORES teneantur.

TITVLVS IX.

Inueſtitura Papæ potentior eſt quàm iuſiurandum. Itē facta inueſtitura à laico de alieno feudo in diem, vel ſub conditione, ſortitur effectum vaſallo mortuo ſine ſucceſſore ſiue præmoriatur inueſtitor, ſiue inueſtitus, ſiue tenens feudum: ſed purè facta inueſtitura non valet: facta verò inueſtitura ab eccleſia, ſiue perſona à modo prædicto, non ſortitur effectum, ſi præmoriatur inueſtitor, antequam feudum tenens: vel ſi ſub conditione, vel tempore, antequam conditio, vel tempus exiſtat. BALD.

SI quis inueſtitus fuerit de alieno feudo poſt mortē eius, vel ſi quis fuerit inueſtitus ſub conditione aliqua, vel tēpore, quo nullus erat inueſtitus: ſiue præmoriatur tenēs feudum, ſiue inueſtitor, ſiue inueſtitus: inueſtitor, & inueſtitoris [a] hæredes tenentur inueſtito, vel hæredi eius veniente tēpore, vel cōditione: licèt alij dicant, ſi moriatur inueſtitus antequam tenens feudum, vel ante conditionem exiſtentem, vel ante tempus, quòd hæredes eius non debeant inueſtiri [b]: nam ſi quis fuerit inueſtitus purè de alieno feudo, non valet habita inueſtitura [c]: hoc ita eſt, niſi fuerit facta ab aliqua eccleſiaſtica perſona: tunc enim ſi præmoriatur inueſtitor antequam feudum tenens, vel conditio, vel tempus exiſtat, non obligatur ſucceſſor illius. hoc probatur per legem Lotharij [d] de precariis. & hoc intelligendum eſt in vaſallis, qui feudi ſucceſſionem non habent.

a ¶ *Qui inueſtitus.*] *Inueſtitoris.* nimirū ex qua perſona quis lucrū [a] capit, eius quoque factum præſtare tenetur, etſi quando iure factum non eſſet: *vt ff. de reg. iu. l. ex qua perſona. & Co. de li. cau. l. ſi ab eo.* ACCVRS.

b ¶ *Inueſtiri.* & meritò [b]: quia per patrem, vel teſtatorem ſibi deferebatur: at in ipſius perſona locum non habuit: igitur nec hæredi eas competit: nimirum nec [c] debet permitti hæredi, quod defuncto non fuit licitum: *vt ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. cū hæres. & ff quod quiſ. iu. l. iij. & ff. de verb. obli. l. y. & qua. re. ac. non da. l. j. & de condi. & demon. l. cui. & de edi. l quedam. & in ſumma in rubricella illa, non eſt licitum hæredi, &c. vt no. ſ. titu. j. §. hoc quoque. ſuper verno il lo, inueſtire filium, &c.* & ſunt hæc omnia intelligenda, quando non fuerat in poſſeſſionem miſſus hic ſecundus vaſallus: *vt ſuprà titu. qui ſucceſſores teneantur ca. ſi quis inueſtitus.* & hoc eſt quod alibi dicitur, poſſeſſionis [d] maximum commodum eſſe: *vt ff. de rei vin. l. u. quis deſtinauit.* ¶ Sed opponitur: quomodo potuit hic ſecūdus vaſallus in poſſeſſionē mitti, cùm alter poſſidebat? Reſpon. bene: quia potuit aliqua cauſa interueniēte feudo priuari: & ſic etiam ante tempus ipſi eo potuit fieri traditio.

c ¶ *Habita inueſtitura.* ſcilicet quòd hæredes inueſtitoris tenētur præmortuo inueſtitore, antequam tenens feudum, vel conditio, vel tempus exiſtat: vel niſi fuerit.

d ¶ *Per legem Lotharij.* quæ eſt in *Lombar. tit. quando licet rectoribus. l. y. & rub. de precariis.*

a Vbi lucrum, ibi damnum, & onus eſſe debet.

b Quidam hāc Gloſſam non probāt putant enim ſpem inueſtituræ in diem, vel ſub conditione tranſire ad hæredes actiuè, vel paſſiuè.

c Hæredi non licet, quod defuncto non licuit.

d Poſſeſſionis maximum eſt commodum.

e Teſtes (qui aliàs non admitterentur) in defectū aliarū probationum admittuntur, ſ iuſiurandum poſſidenti, in dubio potiùs deferatur, quā actori. Hoc tamen fallit, vaſallo caſtaldo poſſidēte: hoc enim caſu iuſiurandum domino actori potius defertur. quā a vaſallo caſtaldo poſſidenti. niſi vaſallus caſtaldus habeat idoneos teſtes.

DE CONTENTIONE INTER DOMI. &c.

e ¶ *SI contentio fuerit.*] Per pares. Iſtud plenius notabitur in *tit. quid ſit inueſtitura c. j. §. j. in diſtinctione, quæ ibi fit. & j. tit. ſi de inueſti. inter dominum, & vaſallum lis oriatur.*

f ¶ *Inopia.* hic notandum eſt, quòd inopia probationis emergente conuolandum eſt ad auxilium, quod alias eſſet reſpuendum ſicut etiam no. in *C. de hæret. & Ma l q̃ remiam. & ff. de teſti. l ſi rat. & C. de rep. l. conſenſu.* ACCVRSIVS.

g ¶ *Hoc ita.* ſic defertur ſacramentum vaſallo. nam verū eſt quòd ei datur, niſi ſit caſtaldus, qui poſſidet: tunc enim tātùm ſuæ: id eſt, domini religioni ſtabitur. aliòquin non, niſi forte teneat caſtaldus, qui poſſidet: tunc enim non poſſidētis domino ſacramentum defertur: & hoc eſt quod dicit. *nam malignando, &c.* Pr. Melius tamen puto. ſcilicet quòd iſtud, *hoc*, ita referatur ad proxi. dictum, vt ita exponas hoc ita, vt ſcilicet per ſacramentum: id eſt, per iuſiurandum domini poſſidentis cum xij. ſacramentalibus dirimatur, niſi clientulus ſit caſtaldus, &c. tūc enim ſuæ: id eſt, domini religioni ſtatur, ita quod ſolus iurabit: & non habebit neceſſe iurare cū xij. ſacra Sed alibi, eſt in tex. *non ſtabitur*: & ſecūdùm hoc non debet eſſe in text. verbū illud, *id eſt, domini*: ſed debet referri illud verbū, *ſua*, tātùm ad clientulū, & non ad dominū: ita dicas tantùm *ſua*. id eſt, clientuli religioni non ſtabitur, niſi habeat teſtes, &c. & ſecundùm hoc magis congruit literæ prior expoſitio.

h ¶ *Clientulus.* huic ſimile eſt, *Co. de re. cre. & iureiuran. l. in bona fidei.* ¶ Et meritò not. quòd poſſeſſori [a] defertur iuſiurandū, tū poſſeſſionis fauore, tū quia reus eſt: nimirum (vt ſuprà dictum eſt) maximum eſt poſſeſſionis commodū: quoniā melior eſt poſſidentis [b] conditio, quā petentis: *vt hic. & ff. de vsl inter. l. & ff. de p. a. l. ſi debitor.* Nam & actore non probante, etſi nihil præſtiterit reus [c], obtinere debet, *vt Co. de eden. l. qui accuſare.* & fauorabiliores ſunt rei, quàm actores: *vt ff. de reg. iur. l fauorabiliores.* & promptiores ſumus ad abſoluendum, quàm ad condemnandum. *ff. de actio. & oblig. l. Arrianus.*

i ¶ *Malignando.* aliàs, *malitiando*: & aliàs, *aliquando multa bona.*

DE CONTENTIONE inter dominum, & fidelem de inueſtitura feudi.

TITVLVS X.

Orta contentio inter dominum, & fidelem de inueſtitura, decidi debet vel per pares curiæ teſtimonium perhibentes, vel per iuramentum poſſeſſoris iurantis cum duodecim ſacramentalibus. BALD.

SI cōtentio fuerit inter dominum, & fidelē de inueſtitura feudi, per pares [e] curiæ dirimatur. Alij enim teſtes, etſi idonei ſint, admittendi non ſunt. inopia [f] tamen probationum dirimatur per religionē clientuli poſſeſſoris feudi, vel cum duodecim ſacramētalibus, ſecundùm quoſdā. Cæterùm [illegible] poſſideat, etiam per ſuū iuſiurandum cum duodecim ſacramentalibus dirimatur: hoc ita [g], niſi clientulus [h] ſit caſtaldus, vel actor domini: tūc enim tantùm ſuæ: id eſt, domini religioni ſtatur: niſi habeat teſtes pares idoneos. nam aliquā[illegible] malignando [i] multa bona [illegible] domino hoc modo. [illegible]

DE PIGNORI DATO feudo quid iuris ſit.

TITVLVS XI.

SImiliter ſi quis voluerit dicere de pignore [k] ſibi dato ſe inueſtitum eſſe, non credatur ſuo iuramento: ſed teſtibus idoneis paribus domus, vel curiæ. Inſuper ſciendum eſt feudum guardiæ, & caſtaldiæ quacunque hora vult, auferri poſſe à domino, ſcilicet poſt annum [l].

a Iuſiurandum deferatur poſſeſſori.

b Poſſidentis melior conditio.

c Rei citius victoriæ.

DE PIGNORI dato feudo quid iuris ſit.

k ¶ *Similiter.*] *De pignore.* hoc intelligo locum habere, quādo de pignore conſtabat: alioquin probatio incūbit domino. quod ſi probare non poterit ſe pignori dediſſe, reſtituere debet eum domino, vel [e] probare per pares curtis, vel breue teſtatum, quod ſibi de feudo dederit, poſtquam per pignus accepit: *vt ſuprà ſi de inue. l. feud. contro. §. ſimiliter ſi aliquis.* Huic obuiare videtur, *Cod. qui pot. in pign. ha. l. ſi generaliter. Authentic. item poſſeſſo* Reſpondeo, illud locum habere, quando inficiabatur rem fuiſſe illius: ſed hic bene confitebatur rem domini fuiſſe, licèt diceret ſibi obligatam pro pignore non eſſe. 2. Vel aliter dicimus: quia poteſt intelligi iſte §. ſcilicet quando dominus in probatione defecerit: & ſic datur defenſio vaſallo, nec ſufficit iuſiurandum, niſi & teſtes adſint: alioquin crederetur ſuo ſacramento cum duodecim ſacramentalibus: *vt ſuprà proxim.* ¶.

d Secundùm quoſdā, & Andr. de Iſer. hic [illegible]

e Creditori dicenti ſe rem ſtatim eſſe de pignore debitoris ad teſtibus idoneis probare debet: neque in caſu iuramento eius credi potteſt.

l ¶ *Poſt annum.* niſi ad certum tempus datum ſit: tunc enim nō poſſet auferri ante tempus. illud autem intelligas & de eo, quod datum eſt pro mercede alicuius rei: *vt ī. de feu gar. c. j.* quis autem dicatur caſtaldus, dic vt ibi no.

D 2

DE CONTENTIONE INTER ME, &c.

Quidam non habent hic aliquam rubricam: & malè.

a SI *contentio.* aliàs inuenitur in glo. vacat hoc ca propter ſuperius c. item illud de feu. guar. & caſtal.

b ¶ *De portione.* id eſt, de medietate: nam appellatione partis [a] dimidia continetur: *vt ff. de vſufru. l. etiam. & ff. de verb. ſign. l. nomen filiarum. §. portionis.* 2. Vel intelligas de portione, i. ſiue de medietate, ſiue de aliqua parte intelligendo de maiori, vel minori: *vt ſ. qui ſucc. te. §. cum autem quis dixerit.*

a Partis appellatione dimidia cótinetur.

c ¶ *Alienaui.* intelligo ſic. i. ſiue poſſideo per me, ſiue per alium. nam qui [b] meo nomine poſſidet, ipſe non poſſidet: ſed ego ipſe poſſideo: *ff. de acqui. poſſeſſione l. quod meo nomine.* Impropriè [c] ergo ponitur, *alienaui.* Vel fortè ideo refertur ad vaſallũ iuſiurãdum, etſi non poſſideat: quia feudi non eſt contẽtio: ſed de feudi qualitate hæſitatio. i. vtrùm fuerit paternum, vel non: vel ratione alteri[us] partis [d], quam poſſidet, iſtud intelligo. ſi enim nihil poſſideat de feudo, & nec dominus, vel fortè dominus: aliud eſt.

b Qui meo nomine poſſidet, ipſe non poſſidet.

c Alienatio detentionis impropriè dicitur alienatio.

d Ratione partis poſſeſſæ, præſumitur totum poſſideri.

DE CONTENTIONE inter me, & dominum de portione feudi fratris mei defuncti.

TITVLVS XII.

Fratri ſuperſtiti defertur iuſiurandum, ſi partem habeat in feudo, de quo eſt contentio inter eum, & dominum: ſed ſi nullam habet partem, datur domino. BALD.

SI contentio [a] fuerit inter me, & dominum de portione [b] feudi fratris mei defuncti, dicendo paternum eſſe, & ſic me debere ſuccedere: ille verò minimè, tanquam habuerim partem meam, ſiue poſſideo, ſiue alienaui [c], dabitur mihi iuſiurandum: ſcilicet patrẽ meum iure inueſtitũ fuiſſe: licèt non poſſideam portionẽ fratris mei. Si verò nullam partem habuero illius feudi, nec domino dabitur iuſiurandum, niſi propter ſupradictam rationem domino, non, vt ego propter hoc aliud meum feudum amittam. Si tamen vaſallus poterit probare paternum fuiſſe, ſiue poſſideat, ſiue non, obtinebit: alioqui niſi probet paternum fuiſſe, vel niſi poſſideat, dominus obtinebit.

DE ALIENAtione feudi:

d SI *clientulus.*] [e] *Vlterius.* ergo pro parte licet [f], quod in ſolidum non liceret: *vt ff. de contrahen. emp. & ven. l. ſi quis donationis. & de off. eius, cui man. eſt iuriſ. l. j. & de in ius vocã. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. & Cod. de condit. & demon. l. cùm ita.* ¶ Similia ſtudioſus inquirat.

e Vlter ... [illegible]

f Licitum eſt pro parte, quod nõ licet in toto.

e ¶ *De libello.* ¶ Sic ergo videtur quòd aliàs non ſit alienatio permiſſa præterquã libelli conceſſio: nam cùm [g] de pluribus vnus conceditur, ſequens intellectus patens eſt quòd de aliis remouetur: ſicut econtrà: *vt ff. de condit. & demon. l. cùm ita. & de iudi. l. cùm prætor.*

g Cùm de pluribus vnũ conceditur, reliqua prohibentur.

DE ALIENATIONE feudi.

TITVLVS XIII.

Vaſallus hoc iure poteſt etiã ſine voluntate domini feudum alienare ad libellum vſque ad medietatem, & non in plus: & non per alium contractum, & non Eccleſiæ in perpetuum: ſed priuato ſic: & tunc reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris: ſed volũtate domini facta alienatio, vel proximo agnato, manet ſtabilis omni tẽpore. In feudo autem marchiæ, & comitatus non eſt ſucceſſio. BALDVS.

¶ Sed cũ alienationis [h] appellatione pignoris [i] obligatio continetur, nunquid pignori obligare poterit? Et videtur quòd nõ: *vt C. de re alien. non ali. l. fin.* nimirum cui non in genere licet [k], nec in ſpecie licebit: *ff. naut. cau. ſtab. l. j. in princ. & de ope. no. l. iij. & de rei vin. l. officium. & Inſtit. de aucto. tut. & Inſtit. quod cũ eo §. ſi.* Videtur etiam illud confirmari per legem Friderici, *Imperialem,* &c. Quicquid tamen dixerim, obtinet [l], & verum eſt, quòd vſque ad medietatẽ valet pignoris obligatio: ſicut & olim poterat: *vt ſ. qui mo. feu. amit. §. rurſus.* Nec obſt. conſtitutio: quia loquitur de fraudulẽta alienationẽ: vel quando totum alienare volebat, vel pignorare. eodẽ caſu loquitur, *C. de re. alie. nõ ali. l. ulti.* Nam, vt diximus, licitum eſt pro parte, quod in totũ non licet. Sed huic quomodo reſpondebimus? quod dictum eſt, *alienare,* intelligas libello ſubaudi, & pignore: & ita videtur Py. ſibiipſi contradicere: cùm aliàs in ſumma contrariũ notatur in rubricella quid hodie obtinet de feu. aliàs §. *ſed an hodie,* &c. Sed de hac materia dic vt ibidem notaui.

h Alienationis appellatione pignoratio continetur.

i Feudum pignori dare an, & quatenus liceat.

k Quod in genere non licet: nec in ſpecie licet.

l Et malè, nec enim hodie vaſallus poteſt pignori feudũ dare, vel in parte, vel in toto: vt infra de prohib. feudi aliena. per Feder. vbi ... conſtitutio generalis ... & indiſtincte.

f ¶ *Derogatum eſt.* Ego nõ puto quòd debeat eſſe in text. ſed potius in glo. & dices verum eſſe ſcilicet quòd ei derogatum erit per d. l. Lotharij, quæ eſt infrà *de prohi. feu. ali. per L. vt. l. Imperialis benevolentia.* Imò dices quòd ſimiliter derogatum ſit ei per l. Friderici *Imperialem.*

g ¶ *Inde.* Quæritur vnde procedat illud, inde [a]? Reſp. quia dictũ eſt ſolam alienationem, quæ fit in cõceſſione libelli, permiſſam eſſe: inde [b] præſumi poteſt, &c. per hoc datur intelligi, quòd nulli ſit permiſſa alienatio præter iſtã: ſcilicet per libellũ, cùm alicui conceditur. Nec contradicit quod de [c] pignoris obligatione dicitur: quoniam licèt pignoris obligatio cõtineatur alienationis appellatione, non tamen eſt alienatio. Nimirum pignus [d] in bonis debitoris permanet, ideóque ipſi petire in dubium non venit: *vt Co. de pig. act. l. pignus.*

a *Inde,* illatiuè ponitur.

b Feudũ ad libellũ dari Eccleſiæ an poſſit.

c Vide quæ ſuprà ſcripſi in verbo, *de libello,* de hac quæſtione.

† *Facit ad hoc, C. de fun. patri. l. 1. quibus libro 11. & Bal. ca. l. 2. ver. conſuetudo. quæ feuda dare poſſin v. ... feud.*

d Pignus in bonis debitoris manet. *adde Gl. l. ... verba.* vel hypothecam. *C. de rebus alienand.*

SI clientulus voluerit partem ſuam feudi alienare †: id eſt, medium, ſine domini voluntate poterit hoc facere: vlteriùs [d] progredi non poteſt, ſecundùm iuſtum, & verũ vſum: alioquin & feudum amittit: & non valebit quod factum eſt. Quod dictum eſt alienare, intelligas de libello [e]. Huic conſuetudini derogatum eſt [f] per legẽ Lotharij. Mediolanenſes verò irrationabiliter cõſiderantes, dicunt clientulum etiam alienare poſſe in totum, & ſine domini voluntate. 2. ¶ Inde [g] poteſt præſumi, ſi clientulus fecerit libellum in perpetuum de feudo ſuo alicui Eccleſiæ, non valet: ideo ſcilicet, quia nunquam reuerſurum ſit ad dominum, cùm Eccleſia non deſinat eſſe hæres. quod obſeruandum eſt & in priuato ex natura perpetui libelli. Sed diuerſum obſeruatur in Eccleſia, quàm in priuato [h]. Eccleſia enim cultrix [i], & auctrix iuſtitiæ non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum: priuatus verò ſæpe obuiat iuſtitiæ. 2. ¶ Et ſi clientulus fecerit libellum, vel aliud de medietate feudi ſine domini voluntate: eo mortuo ſine legitimo hærede maſculo (quod verbum ita intelligendum eſt in feudo, id eſt, ſine filio maſculo [k]) reuertitur feudum ad dominum [l]. Si verò cum domini voluntate totum, vel medium alienauerit, ſtabilis permaneat alienatio: fratri verò, vel nepoti per libellum facta [m] alienatio, etiam

h ¶ *In priuato.* Eſt ergo deterioris [e] conditionis Eccleſia, quàm priuatus, cùm Eccleſia in perpetuum per libellum habere rẽ non poſſit: ſed priuatus valet: alibi contrà: *vt no. C. de ſacroſan. Eccleſ. l. vt inter diuinum.* ACCVRS.

e Eccleſia deterioris interdum conditionis, quàm priuatus, licèt regulariter contrà.

i ¶ *Eccleſia cultrix.* iſtud verbum ſatis notabile eſt: nam ſatis eſt omnibus prodeſſe velle, & neminem lædere: licèt ſolui poſſit, ſi diues ſit? *vt in decretis cauſa xxij. q. v. denique.* ACCVRS. FLORENTINVS.

k ¶ *Sine filio maſculo.* in hoc cap notare licet, quia hæredis [f] appellatione cõtinetur filius tantùm maſculus. Sed alibi ponitur pro liberis: *vt ff. ad Trebell. l. ex facto. §. vlt.* & ſi vis ſcire quantũ extendatur nomen hẽredis, decurre in lib. diſp. Py. *char vj. rub. ſed quæritur quatenus hæredis appellatio extendatur,* &c. in qua dicitur, quòd hæredis appellatio in perpetuũ ſignificat ſuccedentes, *vt ff. de verborũ ſignificatione l. hæredis. & ff. de iure immuni. l. iij. & ff. de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. cum aliis concordan. ibi ſequentibus:* licèt cõtraria rubri. ſequens ibi dicat, quòd ſignificat proximum [g] hæredem duntaxat: *vt ff. de verb. ſignific. l. ſecundum. & ff. de ope. liber. l. cùm patronus. §. j. & ff. de minoribus. l. in cauſa. §. j. cum aliis concor. ibi ſequen.*

f Hæredis appellatione cõtinetur maſculi, liberi, deſcẽdentes in infinitũ, proximi hæredes.

g adde Gl. in l. antiquitas ... verbo, cum hærede. Co. de vſufructu.

l ¶ *Reuertitur feudum ad dominum.* Hìc ergo dicitur quòd vaſallus licitè poſſit vſque ad medietatẽ feudi in libello dare ſine permiſſu domini: quod ſi fecerit, & ſine filio maſculo deceſſerit, tunc ad dominum feudum reuertitur. Sed op. vaſal. licitè [h] fecit: ergo pœnam non meretur: *C. ad leg. Iul. de adult. l. Gracchus.* Reſpon. hic punitur: non quia alienauit: ſed quia ſine maſculo deceſſit: ſicut de minore [i] dicitur, quod reſtituitur nõ quia fecit ſed quia ſic fecit: *vt ff. de minori. xxv ann. l. ſi ex cauſa. §. & nunc.* aliàs hic non punitur: quia iſtud intelligitur de recto feudo, in quo fœminæ non ſuccedunt. ¶ Sed inſtabis: nónne nepotes hic excluduntur? Reſpon. non: quoniam filiorum [l] appellatione etiam nepotes continentur: nec enim dulciori vocabulo poſſunt nominari: *vt ff. de ver. ſig. l. liberorũ. & in Lomb. de beneficio. l. ſi.* Ac.

h Licitè factũ pœnam non meretur

i Minor reſtituitur nõ quia alienauit: ſed quia malè

k in recto feudo fœminæ nõ ſuccedunt.

m ¶ *Per libellum facta.* ſubaudi, etiã ſine domini voluntate, quaſi non videatur alienatio: ſcilicet cùm feudum erat paternum. Item & in alia alienatione ei facta, licèt enim aliàs prohibeatur alienatio feudi paterni, inter [m] agnatos tamen cõceditur: *vt infrà de alie. feud. paterni. cap. j. arg. infr. per quos fiat inueſtit. &*

l Filiorum appellatione nepotes veniunt.

m Inter agnatos aliquid permittitur, quod inter alios prohibetur.

per quos vel.§.ſed & vet.& ff.de leg.iij.l.pater.§.quindecim. 2. Vel etiam dicas, quòd hoc fertur ad proximũ dictum: & ita continuabis: ſtabilis permaneat alienatio: fratri verò, vel nepoti, &c. dum tamẽ ſit facta fratri, vel nepoti, & ita ſecundùm hoc nihil videtur operari conſenſus, ſiue volũtas domini: quia tunc ſi eius voluntate eſſet facta qualitercũque, valeret, & non poſſet irritari ſecundùm quod videtur velle cõſtitutiones Lotha. & Frider. 3. Vel etiã dicas, quòd nihil ſubauditur: & ita cõtinua cum ſequẽti litera: fratri verò, vel nepoti: id eſt, alienatio libelli facta in feudo comitatus, vel marchiæ, &c. & ſecũdùm hoc dices quòd non debet eſſe §. Prior tamen expoſitio verior eſſe videtur.

ſine volũtate domini. 3. ¶ Item in feudo comitatus, vel marchiæ, vel aliarum dignitatum non eſt ſucceſſio ſecundùm rationabilem vſum: ſed hodie hoc eſt vſurpatum [a].

DE FEVDO MARCHIÆ, vel ducatus, vel comitatus [b].

TITVLVS XIIII.

In feudis dignitatum non ſuccedit hæres, niſi ſit inueſtitus. Item in aliis feudis ſuccedunt filij, & nepotes: & filiis vel nepotibus defunctis ſine deſcendentibus ſuccedunt eis fratres, & nepotes: quinimò & conſobrini. BALD.

DE marchia, vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua regali dignitate ſi quis inueſtitus fuerit per beneficiũ ab Imperatore [c]: ille tantùm debet habere: hæres enim non ſuccedit [d] vllo modo [e], niſi ab Imperatore per inueſtituram acquiſierit.

1. ¶ Si capitanei †, vel valuaſores maiores, vel minores inueſtiti fuerint de beneficio: filij, vel nepotes ex parte filiorũ ſuccedunt. Si verò vnus ex his filiis, vel nepotibus ſine deſcendentibus maſculini ſexus hæredibus mortuus fuerit, prædicti fratres, vel nepotes per inueſtituram patris, & aui [f] in beneficium ſuccedunt. Et ſimiliter intelligendum eſt in conſobrinis [g].

2. ¶ Si duo fratres ſimul inueſtiti [h] fuerint de beneficio nouo, & non de paterno: ſi vnus eorum ſine deſcendentibus maſculini ſexus mortuus fuerit, dominus ſuccedit, nõ frater: niſi pactum fuerit in inueſtitura, quòd frater fratri ſuccedat. Per pactum enim frater ſuccedit: non dominus. Et quod diximus de fratribus, vt vnus alij ſuccedat per pactum: idem dicendum eſt de filiabus, ſi hoc pactum conciliet, & ſic per pactum filiæ ſuccedunt [i].

AN MARITVS SVCCEDAT vxori in beneficio [k].

TITVLVS XV.

Maritus vxori non ſuccedit in feudo etiam fœmineo, niſi ſpecialiter ſit inueſtitus: filiæ etiam non ſuccedunt matri in eodem feudo, de rigore: niſi ſpecialiter ſit dictũ, vel fuerint inueſtitæ: ſed de æquitate bene ſuccedunt. Hoc obtinet in capitaneis, & maioribus valuaſoribus BALD.

SI fœmina * habens beneficium, & maritum, moriatur, nullo modo ſuccedit [l] in beneficium maritus, niſi ſpecialiter inueſtitus fuerit. Et ſi ipſa fœmina filios dimiſerit: dicunt quidam filios non debere ſuccedere in beneficium matris, niſi ſpecialiter ſit dictum, vel inueſtiti fuerint: quia ſecundùm vſum regni ad beneficium vocantur paternum, & non maternum. Sed ſecundùm æquitatẽ [m] dicamus filios debere ſuccedere. Hoc dicimus [n] de capitaneis, & de maioribus valuaſoribus [o], & de minoribus: de minimis autẽ, & de iis, qui beneficium tenent à maioribus valuaſoribus, ſic ſeruetur [p]: ſicut inferiùs dicemus.

DE FEVDIS DATIS MInimis valuaſoribus quid iuris ſit [q].

TITVLVS XVI.

Minores valuaſoribus minimis feudum auferre poſſunt quandocunque: pretio tamen reſtituto, ſi quod acceperint. BALD.

SI minores [r] valuaſores beneficium tollere voluerint minimis valuaſoribus, licet eis facere: excepto ſi beneficium vendiderint eis. Si verò pretium de beneficio acceperint: tunc aut † pretium reddant, aut beneficium dimittant.

QVIBVS MODIS FEVdum amittatur [s].

TITVLVS XVII.

SI capitanei, vel maiores valuaſores, qui hodie vocantur capitanei (licèt impropriè dicantur minores) ſeniores in bello dimiſerint [t],

---

a In feudis dignitatum non eſt ſucceſſio ſtricto iure (huiuſmodi enim feuda electione, & principis cõceſſione acquiruntur) hodie tamẽ vſurpatũ eſt, vt vel in illis ſit ſucceſſio.

a ¶ *Vſurpatũ.* [a] in feudo ergo non eſt ſeruãdum: nimirum quia malè inuenta, & prauæ cõſuetudines [b] tractu tẽporis non confirmantur: *vt in Auth vt nulli iudi.§.nulli.colla.ix.* licèt contrarium dicatur *ſ. de cog feud.in princ.*

b Conſuetudines prauæ tractu tẽporis non confirmentur.

b DE FEVDO marchiæ, vel ducatus, vel comitatus.

Aliàs eſt titulus talis: Qualiter vſus beneficij ſit retinendus. *quo non vtimur in noſtro apparatu.*

† Ia.de bello. ſuper hoc tex. facit tria brocar. allegando iura ad hoc facientia, & ibi diffusè tractat iſtã materiam. Cõſuetudines malæ tractu tẽporis non confirmantur.

c Licitum aliquid eſſe deprehẽditur ex rei ipſius qualitate, & differentia.

c DE marchia.] *Ab Imperatore.* Inprimis illud not. quòd [c] ex rei qualitate, & differentia licitum deprehenditur, quod aliàs non liceret: ſimile, *C. famil.ercisc.l.ſi filius. & ff. de procur l.procurator tutorum. & de mino. l. ait prætor.§ quæſitum. & ff. de admi. tuto. l. qui ſine hærede. & Co.ſi aduer do. l.ij.& in ſumma: vt in li. diſput.Py.char.ij.rub.ex verum, de quibus agitur, qualitate, &c.* licèt contrà ſit arg. *ff.vſufru.quẽadmo.caue.l.j.& ij.& C. de contra. iudi. l. vnica.* ¶ Item hîc not. quòd licitũ [d] eſt minori, quod maiori non licet: *vt C. de arb l.j.& C. ſi de momen poſ ap.fue.l.j. & C. ad leg Iul. de adul l.ſi adulterium & C.de procu. l.militem.& ff.de ri.nup. l.obſeruandum.* licèt argu. ſit contrà, *Co. de decur.l.fin.& ff. de reg.iur. l non debet actori.* Imò & alias dicitur, quòd ſi [e] licitũ eſt minori, multò fortiùs & maiori: *ff. de offic. præto. l. Barbarius. & C.de poſtu l.j.& C de peda. indic. l. ij.* ¶ Item hîc non [f] licet hæredi, quod defuncto licebat: *vt & aliàs, C.de reuo.do.l.j.& fi.& ff.de dona.inter vi. & vxo.l.cum hic.& ff.de peti hære.l nec vllã & in ſumma: vt in lib.Py.char.vj. rub contrà, non licet hæredi, quod defuncto licebat:* licèt ſit cõtrà ibi: rubrica ſuperior. Vnde hic ſolet aſſignari cõtrà: *vt ff.de probatio. l ſi pactum,* ſed ibi plerunque eſt, propter quod ſoluitur contra

d Licitum eſt minori, quod maiori non licet.

e Licitum minori, multò fortiùs licitum eſt maiori.

f Hæredi non licet, quod defuncto licebat.

d ¶ *Succedit.* licèt hoc hodie ſit vſurpatum: *vt ĩ.§.prox.an ſi.*

e ¶ *Vllo modo,* & aliàs, *vllo mortuo:* ſed, *vllo modo,* credo literam veriorem.

f ¶ *Patris, & aui.* bene dixit, *patris, & aui.* quoniã hoc obſeruatur in feudo ab anteceſſoribus quæſito: non [a] ſi per ſe quæſiuiſſet: quia tunc frater fratri non ſuccedit. *vt ſ. dictum eſt, & ĩ. proximè dicetur:* niſi ex pacto: vt ibi dicitur.

g ¶ *In conſobrinis.* hoc olim vſque ad ſeptimũ gradũ: ſed hodie in infinitum [b]: & intellige hîc propriè [c] accipi cõſobrinos: alioquin de ſuperfluo diceretur: *vt Inſt.de gradi.cog. §.iiij.*

h ¶ *Si duo fratres inueſtiti.* iſtud expoſitum eſt *ſ. de ſucceſ feu.§ filia verò. & ſ. qui feu.dare poſ. §. cũ verò Corradus.* Sed eſt ſciendum, quòd induxit arg. [d] à ſimili [e]. Similia ſtudioſus inquirat.

i ¶ *Succedunt.* vt *ſ. qui feu da poſ.§ hoc autẽ notandum & ſuprà de ſucceſſ.feud § filia verò & ĩ. de gradi.ſuc.in feud.c.j.*

k AN MARITVS ſuccedat vxori, &c.

Aliàs eſt tit. Quo ordine ſuccedant filij in beneficium matris. *quo non vtimur in noſtro apparatu.*

l SI fœmina.] *Succedit.* quãuis in aliis bonis iure Lombar. ſuccedat: *vt in Lõbard. de ſucceſ.l.fin.* ſimile infra de inueſti.quam Titius accepit à Sempronio c.j.

m ¶ *Æquitatem.* hîc rigori [f] iuris præfertur æquitas: vt & alibi: & in ſum. vt in li. Py. *ij.quaterno.j. char. rub ſemper enim æquitas præfertur rigori: vt Cod.ſi ve ali l. cùm res ali.& C.de indi. l.placuit.& ff. ad Senat. Velleia.l ſi creditor.§.j.*

n ¶ *Hoc dicimus.* quod dictũ eſt *ſuprà de natu. feud. in princ.* ſcilicet quòd ſine cauſa deueſtiri non poſſit. ACCVR.

o ¶ *Valuaſoribus.* quidam habent hîc in text. ſtatim pòſt, *valuaſoribus, gloſſatum, ſeu interlinearũ.* i. de his, qui beneficium tenẽt à minoribus valuaſoribus, pòſt ſequitur ſic, *vt ſeruetur,* &c.

p ¶ *Seruetur,* ſicut continetur in ſeq. c. proxi. licèt illud hodie corrigatur: vt ibi nota.

q DE FEVDIS datis minimis valuaſoribus quid iuris ſit.

Aliàs non erat tit. neque cap ſed §. ſi minores Accurſius.

r SI minores. iſtud totum eſt correctum: *vt ſuprà de na. feud.in ſi.*

s QVIBVS MODIS FEVDVM amittatur.

Aliàs eſt tit de amiſſione feu. *quo non vtimur.*

t SI capitanei.] *Dimiſerint.* iſtud expoſitum eſt *ſupr.in prin. illius tit. qui.mo. feu.amit.*

a ¶ Vel

a ¶ *Vel ſi credentiam.* Hac de re caueri ſolebat nominatim in iureiurando fidelitatis. Vide ſcripta noſtra infrà *2. tit. 5.* & cõſtit. Neapol. *3. tit. 18.* CVIACIVS.

a ¶ *Scienter.* Nunquid iſta duo [a] ſunt neceſſaria, i. quod manifeſtet, & quòd ad eius damnum hoc faciat? Reſp. vtique: quia pœnæ [b] potiùs ſunt mollie ndæ, quàm exaſperandæ: *ff. de pœ. l. pen.* Si ergo credentiam domini manifeſtauerit aliàs, non damnificandi animo, licèt dominus dãnificetur: tamen nõ priuabitur feudo. Similiter dic de liberto, qui conſpirationem fecit cum inimicis domini ſui: ſi non contra dominum conſpirauerit [c], non reuocabitur in ſeruitutẽ: *vt ff. de offic. præf. vr. l. j. §. cùm patronus.* licèt videatur arg. *contrà in decreto, iij q. v. c. accuſatoribus.*

a Vaſallus feudo non priuatur, licèt manifeſtauerit credentiam domini dominis tamen nõ concurrentibus Primo, ſi non manifeſtauerit animo [illegible] domino, ſi vaſallus id manifeſtauerit non animo nocendi, b Pœnæ legum molliẽdæ potiùs quàm exaſperandæ. c Conſpiratio non punitur, ſi non ſuit facta animo nocendi.

b ¶ *Adulterauerint.* illud intelligo, quando ſcienter [d] vaſallus cognouerit ipſam. quid enim ſi in lectum ſuum, ſua vxore abſente, vaſallus dominam ſuam inuenerit: & ſic putans vxorem ſuam eſſe, eam cognouerit: nunquid propter hoc feudo priuabitur? certè non. verè enim ipſe adulterium nõ committit: *vt in decreto, xxxiij q. v. c. in lectum* Idem intelligo, ſi concumbere ſe exercuerit [e]: *vt ſuprà quib. mod. feud. amit. §. item ſi fidelis.* idem dicitur de eo, qui ſacratiſſimas virgines ſolicitauerit *C. de epiſc. & cler. l. ſi quis non dicam. & in Authent. de ſan. epiſ. § pe. coll. ix.*

d Adulterium nõ committitur verè, niſi à ſciente, adeoq; adulterũ excuſabitur ignorantia facti.

e Meſſis non punitur, niſi ſe [illegible] ſit eſſ. [illegible]

vel ſi credentiam [a] ad eorũ damnum ſcienter [a] manifeſtauerint, ſi valuaſores ſeniorũ vxores adulterauerint [b], ſi ſcienter ſeniores aſſalierint, vel ſimiles culpas commiſerint: beneficio carere debent.

APVD QVEM, VEL QVOS controuerſia feudi definiatur.

TITVLVS XVIII.

SI contentio fuerit de beneficio inter capitaneos, coram imperatore [c] definiri debet. Si verò fuerit contẽtio inter minores valuaſores, & maiores de beneficio: in iudicio pariũ definiatur, vel per iudicem curtis. 1. ¶ Si aliquis [d] de capitaneis, vel de maioribus valuaſoribus, vel de minoribus ſuum beneficium, ſiue totum [e], ſiue partem alienauerit: & ipſe, vel hæres eius ſine hærede [f] deceſſerit: quia beneficium ſenioribus aperitur, totũ, quod fecit, reuocari debet [g].

CONSTITVTIONES feudales domini Lotharij Imperatoris, quas ante ianuam beati Petri in ciuitate Romana condidit, obſeruandas.

TITVLVS XIX.

Præcipit Imperator conſtitutionem editam ſuper beneficiis initum, & ſucceſſione, & culpa, cum conſilio virorum prudentium ab omnibus obſeruari. BALD.

SI quis ex militum ordine deceſſerit, qui de feudo inueſtitus fuerit: vt conſtitutum habemus: obſeruetur de beneficio, & ſucceſſione, & culpis. Si vnus inculpatus fuerit vna de his nominatis culpis, vt habemus inſertum, obſeruetur per conſtitutionẽ domini Lotharij [h] Imperatoris, quæ eſt conſtituta tẽpore Eugenij Papæ, ante † ianuam beatiſſimi Petri Apoſtoli in ciuitate Romana per laudamentum ſapientum Papiæ, atque Mediolani, Mantuæ, Veronæ, quæ Brenus (aliàs Hybernus) vocatur, & Parmæ, Lucæ, & Piſæ, & Syponti, & marchionum, atque ducum, vel capitaneorum, atque valuaſorum maiorum.

APVD QVEM, vel quos, &c.

Aliàs non eſt hic aliquis titulus.

c SI *cõtentio.*] *Corã imperatore.* Iſtud hodie [f] corrigitur: quia hodie inter maiores, & minores nulla eſt diſcretio: *vt ĩ. de na. feu. in fi.* ¶ Sic ergo pares curtis cognoſcere poterunt etiã inter capitaneos [g]: & maximè hodie per cõſtitutionem Friderici, *Imperialem. §. præterea. ſi interim.* 2. Vel dicas: quia hic loquitur quãdo cõtrouerſia erat inter capitaneos de feudo, quod quilibet eorũ dicebat ſe tenere ab Imperatore, & ab eo ſe eſſe inueſtitum. Vnde non eſt mirũ, ſi Imperator tãquam dominus debet cognoſcere inter eos. ſed quod dicitur in prædicta cõſtitutione Friderici, *Imperialem. §. præterea* ſcilicet quòd ſi controuerſia eſt de feudo inter duos vaſallos, quòd domini eſt cognitio.

f Eſt ergo nec e- [illegible] caput plenũ de natura feudi ſuperius torque hanc [illegible] potterio. [illegible] dictũ, dominum non poſſe feudum [illegible] comiſſa culpa, & in eo non eſſe differentiam inter maiores, & minores valuaſores, & capitaneos: hic autẽ [illegible], quis [illegible] feudales controuerſias.

g Fallit in iis e[illegible] dominus [illegible] cau. [illegible] de prouib. [illegible] feud. per [illegible] Gloſſam [illegible] non [illegible] plurib [illegible] inter [illegible] vaſalli [illegible] do- [illegible] correcti [illegible] feu [illegible] [illegible].

d ¶ *Si aliquis.* Super hoc ẽ. quædam exemplaria habent tit. talẽ, *qualiter alienationes militũ euacuari debeant.* quo nõ vtimur.

e ¶ *Siue totum* iſtud intelligo quãdo licitè alienauit: & ponitur hic, *vel,* [h] correctiuè quoniam nõ totum poterat alienare: alioquin ex ſola alienatione, non inſpecta morte hæredis, ad dominum reuertitur: *vt ĩ. de feu. alie. in princ. expoſitum eſt.* Vel ſi vis intelligere quando alienauit contra prohibitionem, intelligas quòd ita de facto euenerat, & erat ſolũmodo dubitatio vtrum a bonæ fidei emptore poſſet reuocari mala fide traditum. & not. hic idem, quòd ĩ. *quibus mo. feu. amit. § rurſus.*

f ¶ *Sine hærede.* i. ſine filio maſculo: *vt ĩ. de alie. feu. circa finem.*

g ¶ *Reuocari debet* [a]. Hìc notandum eſt verbum neceſſitatis [b] pro poſſibilitate poni, & pro conſilio: ſicut & alibi: *vt ff. de pig. l. creditor & C. ad leg. Fla. de plag. l. ſi fratrem.* ſicut ecõtra verbum *conſilij* [c] ſæpiſſime ponitur pro neceſſitate: *vt C. de reſcin. ven. l. non idcirco & ff. de admi. tu. l. tutores § ij.*

a Dicit verbũ neceſſitatiuũ, aliquando reſoluitur in verbum, poteſt. [illegible]

b Neceſſitas, pro conſilio.

c Conſilij verbũ quãdoque pro neceſſitate ponitur.

† Hinc colligũt, Imperatorem legẽ vniuerſalem vel Romæ poſſe concedere vniuerſitati, inquã, non ſpecialem vrbis, aut Eccleſiæ Romanæ.

Decedente milite vaſallo, ſuccedit ſibi filius, & nepos ex eo, & frater: quinimò & patruus, ſi feudum ſit auitum. BALD.

Imperator Lotharius [i] *Eugenio Papæ & vniuerſo populo.*

SI quis miles mortuus fuerit ſine filio maſculo, & nepotem reliquerit [k]: in beneficium aui in patris vicem ſuccedit. Et ſi hæredem, & fratrem reliquerit, in beneficium patris ipſe ſuccedit. Et ſi filius fratris mortuus fuerit, frater patris in beneficium aui defuncti ſuccedat.

DE BENEFICIO FRATRIS, & qualiter frater in beneficium fratris ſuccedat [l].

TITVLVS XX.

Frater fratri defuncto ſine filio non ſuccedit in feudo nouo. Fallit regula: ſi tempore inueſtituræ per pactũ aliud cõuenit. Item ſi de cõmunibus bonis eſt emptum. Item ſi frater eſt inueſtitus vtriuſque nomine domino ſciente. Item ſi frater acquiſiuit in hoſtem regis. BALD.

SI quis acquiſierit beneficium, & ſine filio maſculo mortuus fuerit, & fratrem reliquerit, frater non ſuccedat fratri: ſed

CONSTITVtiones feudales domini Lotharij, &c.

h SI *quis ex.*] *Lothariij.* hanc cõſtitutionem nõ memini me legiſſe: niſi fuerit illa, quæ ſic incipit: *Imperialis, beneuolentia,* &c. Pr. ego autem puto quòd iſta, quæ ſequitur, ſit illa, quę ſic incipit: *Si quis miles mortuus fuerit.* Et debet habere ſuperſcriptionem talem, *Imperator Lotha. Euge. Papa, & vniuerſo populo.* & in quibuſdã cõſuetudinibus ita habetur ſuprascriptum: & intelligo quod teneat hæc cõſtitutio vſque ad illud c. *ſi quis ſine filio maſculo.* Nam in prædictis cap. omnibus, quæ ſunt vſque ad dictum c. *ſi quis,* &c. loquuntur de beneficiis militũ, & de ſucceſſione, & de culpis, ſi quis ea capitula rectè inſpexerit: & hæc eſt, de qua dicitur hic, *obſeruetur de beneficio, & ſucceſſione, & de culpis,* &c. ad hoc faciunt plura capitula, quæ ſic incipiunt: *ſancimus,* &c. quod verbum notat eſſe leg. Imperatoris. ¶ Illa enim conſtitutio, *Imperialis beneuolentia* non loquitur niſi de vna culpa: ſcilicet de alienatione feudi: per quod videtur quòd hìc non loquitur de illa cõſtitutione: niſi fortè diceres quòd illa conſtitutio in fin. & iſtæ, quæ ſunt hìc, ſint, vel debeant eſſe tãtùm vna conſtitutio.

i ¶ *Imperator Lotharius.* quidã non habent hanc ſuperſcriptionem, nec aliquam: puto tamen quòd ſatis poſſit admitti talis ſuperſcriptio: quia credo hanc fore illam conſtitutionem, de qua feci mẽtionem ſuprà prox. & credo quòd duret hæc conſtitutio vſq; ad illud c. *ſi quis ſine filio maſculo.* licèt diſtincta per plura capitula.

k SI *quis miles*] *Reliquerit.* in ſucceſſione militis notabis, quòd licèt inferiores nõ relinquant: tamen fratres ex trãſuerſo admittuntur, & domino præponũtur, licèt in feudo aliorũ fratrum fratres non ſuccedant, niſi fuerit ſpecialiter dictum: *vt j. c. prox. & ĩ. de feu. mar. c. ſi duo.* Vel quod eſt verius, idẽ in filiorũ ſucceſſione: quia in feudo antiquo loqu. & hoc eſt, quod dicit: in beneficio patris ipſe ſuccedit, &c. Quid ergo erit, ſi duo fratres inter ſe bona fratris diuidant [d], & vni [e] ſoli feudũ eueniat, quod erat antiquũ? Nũquid [f] ſine hærede mortuo fratre, ad quẽ deuenit, defertur fratri, vel domino? Reſp. aut refutauit, non. ſi refutauit: vel ad [g] hoc refutauit, vt dominus eum de nouo inueſtiret: & rectè ad ipſum dominum reuertitur, alioquin fratri: *vt j. de nat. ſuc. feu. ca. j. & j. de eo, qui ſi. fec. ag. de feu. pat. c. tres erant agnati. & j. ſi de feu. contro. fue. c. Titius cum Sempronio.*

l DE BENEFICIO FRATRIS, ET QVAliter frater in beneficium, &c.

Aliàs non eſt titulus.

d Feudum nõ tamen regni, ducatus, vel marchionatus poteſt inter plures fratres diuidi

e Feudum poteſt iudicio familiæ erciſcundæ vni tantum deferri.

f Diuiſio ſimplex inter fratres facta non tollit beneficium, aut ius ſuccedendi in feudũ fratris, eo mortuo

g Simplex refutatio feudi facta a fratre fratri in eius fauorem, non tollit refutanti ius ſuccedendi in feudum. A[illegible] [illegible] refutatio [illegible] [illegible] de [illegible] refutato a domino [illegible] tur [illegible] nouo [illegible] tunc eum fratrem fratri in feudo non ſuccedit.

a Feudũ an, & quomodo emi poſſit.

a SI quis acquiſierit.] Emptũ. Sic ergo feudum emitur [a], & acquiritur pretio: *vt hic, & ſup. de na. feu.* Cõtrà eſt euidenter *j. de feu. dato in vicem le. cõmiſ.* Vbi dicitur quòd nõ ſub prætextu pecuniæ ſed amore domini feudum acquiritur? Reſp. iſtud intelligo, quãdo à vaſallo emitur domino ſciẽte: illud verò locum habet, quãdo à domino emitur: quod fieri prohibetur. Sed opponitur *j. titu. quemadmo. feud. ad ſi. perti. ca. ſi quis ſine filio.* ex eo verbo, niſi à domino redemerit: per quod innuitur, quòd à domino [b] emi valeat, Sol. illud intelligendum eſt, quãdo redimit ſine pretio: aliàs bene ſeruiendo domino, & optimè ſe habendo erga dominum. Et ponitur ibi, *redemit*, extra propriam ſignificationem. Similia ſtudioſus inquirat. hic autem notabis iſtud generale: Licitum [c] eſt ſine pretio, quod cum pretio non liceret: *vt argu. ff. de infa. l. furti. & ar. Cod. de prædiis dec. l. fi. & Cod. mand. l. fi. & de ſun. patri. l. j.* Arg. contrà eſt aliàs: ſcilicet quia non [d] eſt licitũ gratis, quod pretio non liceret: *vt ff. de ri. nup. l. palam.* Arg. cõtrà ad hoc, *ff. de reg. iur. l. cui ius eſt donandi.* licèt alias dicatur quòd licitum [e] eſt pretio, quod gratis non liceret: *vt ff. qui. mod. pi. vel hypothec. ſolui. l. ſicut § ſed ſi. & C. de contra. iudi. l. j. & ff. de contrahen. em. l. j. & Cod. de admi. tu. l. nõ omne & ff. de procu. l. procurator. eius. ff. de pac. l. cõtra. l. vl. ff. de do. l. ſi ex. & Cod. ſi maior factus l. ſi. & iſta generaliter ſunt in li. Py.*

b Feudũ natura ſua amore, & honore acquiri à domino debet: poteſt tamen etiã pretio comparari, vt militiæ venales. *l. omnes. C. de miſſ. l. vlt. C. de pignoribus.*

c Licitum eſt ſine pretio, quod cum pretio non licet.

d Illicitum eſt ſine pretio, quod cum pretio non licet.

e Licitũ eſt pretio, quod gratis non licet.

f In Feudo bonis communibus ſciẽte domino quæſito, frater fratri ſuccedit, ſi fratri non cohabitauerit: in feudo nõ communi pecunia quæſito, tũ itidem demum ſuccedit, ſi fratri cohabitauerit.

g Cuius pecunia feudum ematur multũ intereſt. *vide tamen Glo. lib. 2 tit. 12. ſuſ. eod.*

† Hæc regula eſt vera in omnibus. *vt ſup. de man. feu. de his qui feud. dare poſ. §. ſi. & qui. mod. feu. amit. in prin.*

h Inuitus dominus alium, quàm quẽ velit vaſallũ habere nõ debet.

i Feudum ex mis, vel e ius communibus acquiſitũ, præſumitur acquiſitũ nomine communi.

k Quod de milite in feud. s dicitur, aut legatis, idem eſt in quolibet alio vaſallo, niſi ratio diuerſitatis reddatur inter militẽ, & alium vaſalli.

l Vbi eadẽ ratio eſt, atque æquitas ibi ius idem eſſe debet.

m Iuſſus, pro conſenſu vt ..c colligunt conſenſum, & rogationem domini haberi pro iuſſu, mandato, & præcepto.

n v. Gl. a. 1 ſup. eod.

o Partẽ feudi alienãs, ſolam partem alienatã amittit, non totum feudũ.

dominus habeat, niſi per inueſtituram à domino ordinatum fuerit, vt frater ſuccedat fratri, ſi mortuus fuerit ſine hærede maſculo: vel ſuccedat frater fratri morienti ſine filio: vel niſi beneficium de communibus bonis fuerit emptum [a]: vel vtriuſque nomine domino ſciẽte [b]: ſi inſimul ſteterint [a]: vel in hoſtem regis acquiſierint.

DE FEVDO [c] SINE CVLpa non amittendo.

TITVLVS XXI.

SAncimus, vt nemo miles [d] ſine cognita culpa beneficium ſuũ amittat, ſi ex culpis iis, vel cauſis conuictus non fuerit, quas milites vſi ſunt nominare, quãdo fidelitatem faciunt dominis ſuis, vel per laudamentum parium ſuorum: vel ſi dominis ſuis deſeruire noluerint, tunc condictio cauſa data proponitur ad repetẽdum feudum, ex quo non ſeruit domino. Nam ſi ſteterit viginti annis, & vltra quòd nõn ſeruierit domino: niſi neceſſe fuerit domino, feudum non amittit †.

Vaſallus feudo priuatur alienãdo. cum vxore domini concumbendo: & in pugna cum poſſet eum iuuare, dimittendo. BALD.

1. ¶ Si quis miles [e] beneficiũ ſuum vẽdiderit totum ſine voluntate, vel iuſſu [f] domini ſui: vt proprium beneficium amittat decernimus: dominus verò habeat: vel ſi concubuerit [g] cum vxore domini ſui, domino viuente: vel ſi in pugna ſuum dominum dimiſerit [*]: & cum eo [h] non laborauerit, ſi potuerit.

Quod [g] autem hîc dicitur, ſi inſimul ſteterint, intelligo maximè: quia idem intelligo etſi non inſimul, dum tamen de communi pecunia, & domino ſciẽte fuerit emptum. & ita multum [g] intereſt, cuius pecunia feudum ematur: vnde hîc poteris repetere quod notauimus ſuprà, *qui feu. da. poſ. e. cum verò Corradus*

b ¶ *Domino ſciente.* hoc autem dictum eſt, ne aliàs inuitus [h] dominus alium, quàm quem velit, acquirat vaſ. *vt j. de fratribus de no. bene. inueſti. cap. ſi duo fratres.* ¶ Et in cõmuni cauſa hîc colligitur, quòd ex certa ſcientia ſine contradictione præſumitur [i] dominus conſentire, ſicut & aliàs: *vt ff. de euict. l. quidam. & C. de nupt. l. ſi vt proponis. & ff. de reg. iur. l. qui tacet. & in ſumma vt in lib. diſpu. Py ſecũdo quaterno j. char. in ex ſcientia ſine cõtradictione eiuſque contrario, licet contraria ſit ſequens rubricella, per i. l. quod legitur ff. quibus mod. pign. vel hypo ſol. l. ſicut. § no videtur. & ff de procu. l. filius §. inuitus. cum cõcor. ibi ſequen.* Quod autem dicitur in fine: *Vel in hoſtem regis*, dicitur per l. quæ eſt in Lombard. *de ſuc. ſi fratres poſt mortem, &c.*

a ¶ *Si inſimul ſteterint.* id eſt, ſi ſimul habitauerint. *vt j. a. titu. 2.* ſi communis victus fuerit. CVIAC.

c DE FEVDO SINE CVLPA NON, &c.

Quidam non habent hic aliquam rubricam: ſed nos hac vtimur.

d SAncimus, *vt nemo miles.* quod diximus de milite, idẽ [k] in aliis hodie: *vt s. de nat. feud. in ſi ſimile legitur, C. qui accu. non poſ. l. vj. & ff. quod metus cau. l. non eſt veriſimile.* & meritò idem in illis aliis vaſal. quia eadem eſt hincinde ratio [l], & æquitas, vnde idem iũs conſtituendum eſt: *vt ff ad leg. Aquil. l. illud. & ff de legi. & Senatuſc. l. non poſſunt. & C. de libe. prate. vel exhære. da. l.* ACCVRSIVS.

e ¶ *Si quis miles.* huic ca. quidam habent titul. *de ſuc.* quo non vtimur.

f ¶ *Iuſſu.* hîc iuſſus [m] pro cõſenſu ponitur. i. ſine conſenſu, & voluntate domini. & notãdum eſt in [n] aliis idem, quod in milite: *vt in conſtit. Frider. Imperialem.* ¶ Et idem [o] de parte, quod hîc dicitur de toto ſ. vt partem tantùm alienatam amittat. *vt j. de va. qui contra conſtit. Lotha. bene. alie. c. j.*

g ¶ *Concubuerit.* iſtud ca. expoſitum eſt *s. quibus mod. feu. amit. in princip. §. 9.*

h ¶ *Et cum eo.* ¶ No. verbum iſtud: & ſoluit quæſtionẽ, quam fecimus *s. quib. mod. feu. amit. in princ.*

QVO TEMPORE MILES inueſtituram petere debeat [i].

TITVLVS XXII.

Si miles intra annum, & mẽſem poſt mortẽ domini nõ petat inueſtiturã ab eius hærede, vel poſt mortem patris à domino: perdit feudũ. fallit in caſibus hic inſertis. BAR.

SAncimus [k], vt nemo miles vltra annum [l], & menſem [m] vadat, vt inueſtituram beneficij ſui à filio, vel ſucceſſore domini ſui petat, vel poſt mortem domini ſui, vel patris ſui, vel alterius, cui ſuccedere debet: niſi iuſta cauſa interuenerit quare non petierit: veluti mortis [n], vel capitales inimicitiæ, vel infantia [o], vel

i QVO TEMPORE miles inueſtiturã petere debeat.

Quidã non habent hic aliquem tit.

k SAncimus. In quibuſdam cõſtitutionibus non eſt, *ſancimus*: ſed ita continuatur cum ſuperiori ca. & cum eo non laborauerit, ſi potuerit. Sed vltra annum, & menſem vadat vt inueſtiturã, &c. & ita ſecundùm hoc nõ debet eſſe hic inceptio cap. nec rub. quod eſt falſum.

l ¶ *Vltra annum.* Hoc demum tempus poſt [a] ſcientiam currit: dum tamen craſſa [b], & ſupina ignorantia nõ ſit excuſata: putà [c] ſi ignorauerit quod omnes de ciuitate ſciant: *ff. de iu. & fac. igno. l. j. & l. nec & l. regula. & ff. de calumn. l. annus.* ¶ Et not. de tali tempore expreſſiùs in *C. de re mili. l. j.*

m ¶ *Et menſem.* Sic ergo videtur quod per annum, & mẽſem poſſit miles differre petitionẽ inueſtituræ: quod in aliis non obſeruatur: imò & anno, & die elapſo excluduntur alii: dũ tamen ſint puberes: *vt in cõſtitutione Fride. Imperialem. §. præterea.* & hoc erit caſuale in milite [d]: ſicut & alia caſualia notãtur circa militem, quæ hîc enumerare eſſet ſuperfluum. Vel fortè corrigitur [e] iſtud per conſtitutionem Friderici. & idẽ erit in milite, quod in aliis. velut ergo contumax [f] feudo priuatur vaſallus poſt ſpatium tanti temporis, ſic & alibi punitur contumax [g]: *vt C. quorum appel. non re. l. j. & de iudi. l. properandum. §. cùm autem.* ¶ Sed pone quòd poſt annum, & menſem, ſecundùm vſum conſuetum dominus vaſallum recipiẽ [h]: nunquid huic talem quaſi ingratitudinẽ [i] videtur remittere? Et certè videtur quòd ſic: *ff. de leg. commiſſ. l. poſt diem. & de eo, quod certo loco l. ſi.*

n ¶ *Veluti mortis.* ¶ Nunquid ſi [k] moriatur, antequam petat, cùm ſupereſſent tãtùm duo, vel tres dies de anno, & menſe, vel die, dabitur hæredi ſuo tantum tempus duntaxat, quantum defuncto ſupererat: aut dabitur iterũ menſis, & annus? Reſpond. ne tu lector, piger efficiaris, quæras diligenter quæ notãtur in *C. de temp. in integ. reſtit. l. antepen.* quæ incipit, *ea, quæ.* & omnia poteris inuenire: licet videatur quòd illud tantùm, quod ſupererat defuncto, dari debeat: *vt C. de iudi. l. properandum § ſin autem. & ff. de iudi. l. ſi iudex.*

o ¶ *Infantia.* Si habes in litera, *infantia* [l], tunc ceſſabunt contra. vel anfractus *vt patet in conſtitut. Frider infrà ſi de feud. contro. fue. c. ſi minor.* Si habes, *infamia* [m]: tũc quæritur de cuius infamia ſit intelligendum: nunquid de infamia vaſalli, an de infamia domini? Si dicatur de infamia vaſalli, tunc videtur abſurdum, quòd propter iſtam infamiam debeat iſtud habere priuilegium: cùm potiùs debeat ei nocere delictum ſuum, quàm prodeſſe: nimirum dolus proprius nõ debet aliquem releuare, neque propria temeritas alicui lucratiua concedi: *ff. pro ſoc. l. verum. §. tempus. & de dolo l. j. & l. Neratius. & Cod. de epi. & cleric. l. omnes. in fi.* ne igitur ex delicto ſuo fructum conſequatur, de vaſalli infamia non loquitur. De domini autem infamia ſic: puta quia dominus excõmunicatus eſt: & ideo cum domino vaſallus non habet loquelam: in quo caſu etiam à ſacramento fidelitatis eſt abſolutus: *vt in decret. cauſa xv. quæſt. vj. c. alius. & c. ſi. & infrà tit. hic finitur lex: deinde conſuetudines regni incipiũt. c. j. 2.* Vel ita intelligas, infamia: id eſt, mala [n] habita de domini morte. pone dominum vltra mare mortuum: nec [o] ſit fama de eius morte poſt annum, & menſem: certè iſtud vaſallo non valet imputari. vnde apparet quòd hoc tempus ei à tẽpore ſcientiæ

a Tẽpus anni & menſis non currit vaſallo niſi à die ſcientiæ, niſi ſupina ignorantia vaſall. habuerit.

b Craſſa, & ſupina ignorantia non excuſat.

c Craſſa, & ſupina ignorantia quid ſit.

d Quod ſtatus vaſalli priuatur feudo, ſi nõ petierit inueſtituram intra annum, & diem, non habet locum in milite.

* Facit ad tex. ... quod eſt verum, ſi dominus ... coquaſſus fuerit de ...

e Hac ſolum ... ſimplices ... conſtitutione Friderici ... gratia militum. arg. Gl. in l. ... C. ſi ...

f Cõtumax vaſallus domini, qui non petat inueſtituram intra annum, & diem.

g Contumaciæ pœna.

h Sciẽs, ſcilicet feudũ ſibi commiſſum, alias ignorãs nõ cẽſetur ius ſuum remittere. *loc. tra. f. de poſ.*

i Ingratitudo tacitè remitti poteſt.

k Hæres vaſalli morientis paulò ante annũ, & menſem petẽdo feudum ... tantum tempus habet, quantum petens defuncto ſed integrũ annum, & menſem quo feudũ eſt ... defuncto vaſallo.

l Pupillus, qui non petiit inueſtiturã intra annum, & menſem, vel diem, non priuatur feudo.

m Infamia domini, nõ ipſius vaſalli excuſat vaſallũ, qui nõ petiit inueſtiturã intra annum, & diem.

n Mors probatur per famã.

o Non exiſtente fama de morte domini vaſallum excuſat, quòd non petierit inueſtiturã intra tẽpus legitimũ.

ſcientiæ ſedat: & ſecundùm hoc erit ei vtile [a], & non continuum hoc tempus. Sed nunquid hodie per l. Friderici corrigitur? Reſpond. ibi determinabitur.

a ¶ *Abſentia*. puta cum cauſa reipublicæ ſit abſens. ¶ Nunquid ergo abſenti cauſa reipublicæ non currit tēpus: maximè ſi potuit per procuratorem adire dominum, & non fecit? & vtrque currit ei, nec puto ei ſuccurrendum hoc caſu: *ff. de mi. pa. l. exul.* Sed ibi non potuit per procuratorem ſecus eſt vt ibi not. Vel fortè vbi iuſta cauſa abſens eſt, nec per procuratorem adire tenetur: quia non intelligitur abſens, qui legitimum procuratorem relinquit: vt in pluribus ſtudioſus indagator poterit inuenire.

b ¶ *Damnetur*. Diſtinguitur tamen, ſi fuerit contumax, vel non: vt ſi contumax fuerit inuentus, quia noluit ſeruire: meritò amittat feudū. Sed ſi dominus recipit eius ſeruitium poſt annum: videtur renūciaſſe iuri ſuo: & hoc propter multas ll. *vt arg. ff. de recep. l. Celſus. & C. de vſu. l. quamuis. & C. de pact. inter empt. & ven. l. commiſſaria. & C. de in. de. imped. ij. & ff. de va. & ex l. pe.*

c ¶ *Cambium*. licèt non poſſit alienare, nunquid locare? Item nunquid in feudum dare? Item nūquid pignori obligare? Hæc in conſtit. Frid. notabuntur annuēte Domino: & hoc intelligas verum eſſe, niſi [c] totam curiam alienauerit: *vt ff. de fun. do. l. j. & in Lom. de be. l. fi. & infrà de leg. Cor. §. ex ead. lege.*

d ¶ *Pro non facto*. Hoc intelligo dum ſuperſit vaſallus: verumtamen [d] eo decedente, cogitur domin[e] adimplere promiſſum, & tunc demum incipit inueſtitura effectum habere. quod intelligo tātùm de eo milite, qui ſucceſſionem feudi non habet: alioquin pro non facta habetur inueſtitura *vt infrà ſi de feu. cō. ſuc. c. moribus. & de feud. da. in tertiam leg. commiſſaria c. ſi quis inueſtierit.* Sed ibi aliud notabitur: *vt in Lomb. de bene. l. fi.*

¶ *Pro non facto habeatur*. Significat venditionem eſſe ipſo iure nullam: & ideo emptorem vaſallū non habiturum [illegible] domino. CVIACIVS.

iuſta abſentia [a]: & ſi (vt ſuprà dictum eſt) non petierit, damnetur [b].

1. ¶ Si quis fecerit inueſtituram, vel cambium [c] de beneficio ſui militis, ſine illius conſenſu, cuius eſt beneficium, pro non facto [d] habeatur [e].

Miles non poteſt inueſtiri à domino ſine culpa, & cauſa cognita, & conuicta per laudamenta parium. BALD.

2. ¶ Sancimus, vt nemo miles adimatur de poſſeſſione ſui beneficij, niſi conuicta culpa: quæ ſit laudanda per iudicium parium ſuorum: ſicut ſuprà diximus. Si autem dixerit miles, quòd ſui pares inique iudicaſſent, miles in poſſeſſione maneat [e] per ſex [f] hebdomadas: & ad noſtram veniat præſentiam cum illis, qui laudamentum, atque iudicium fecerint: & ante nos definiemus.

DE CONTENTIONE INTER DOMINUM, & VASALLUM DE INUESTITURA FEUDI.

TITVLVS XXIII.

Si inter militem vaſallum, & dominum contentio ſit de inueſtitura: domino deficiente in probatione, vaſallo poſſidenti defertur iuſiurandum: domino autem poſſidente, militi vaſallo incumbit probatio: eo autem in probatione deficiente domino dabitur iuſiurandum. BALD.

SI quis miles [g] in poſſeſſione [h] ſui beneficij fuerit, & dominus inueſtituram negauerit, miles affirmet per iuſiurandum, ſi potuerit, quòd ſuum ſit beneficium per inueſtituram domini ſui: & ſi dominus poſſederit, & miles ſic dixerit quòd inueſtitus fuerit à domino ſuo, & dominus negauerit: adhibeantur pares illius, & per ipſos inueniatur veritas: & ſi pares non fuerint, veritas inueniatur per dominum: quia non eſt bonum vt veritas denegetur.

e ¶ *In poſſeſſione maneat*. & meritò: quia debent in ſuo ſtatu omnia permanere poſt ap. *C. de ap. l. iiij.* Quod intelligo, niſi res fuerit mobilis, & perſona poſſidens ſuſpecta ſit, nec ſatiſdat: vel [illegible] ſi res à poſſidente poſtularetur: *arg. C. quo. ap. non reci. l. ab executore. & ff. de app. l. ſemper § ſi, & qui ſatiſd. cog. l. ſi ſideiuſſor. § fi.* Quod autem dicitur in fi. c. ſcil. ante nos definiemus ſic intelligitur: ſcilicet ſi ambo ſint vaſalli principis curiæ: alioquin [f], ad quem appellauerit, cauſam appellationis ſine debito [illegible]. & alias in text. eſt, *definietur*.

f ¶ *Per ſex*. Sed nunquid continuum [g], vel vtile eſt hoc tēpus? Intelligo quod vtile ſi iſtud, quale eſt illud, quod indulgetur appellanti. ¶ Et no. quòd detrahitur huic l. per conſuetudinem: quia [a] generaliter appellanti indulgetur annus: *vt in Auth. de his, qui ingre. ad ap. coll. 2.* Vel etiam dic, quòd hic non negatur illud: ſed dicitur quòd intra ſex hebdomadas ſe debet præſentare. Imò hoc ſpatiū habet, antequam [b] iter arripiat. ¶ Et hoc intelligendum eſt de maioribus [c] valuaſoribus: *vt in Lomb. de bene. l. fi.*

a Appellandi ius commune non ſeruamus in feudis: puta appellando intra decimum diem, & proſequendo intra annum.
b Hoc tempus ſex hebdomadarum datur ad ſarcinulas præparandas pro itinere capiendo.
c Vt hoc caſu appelletur ad Imperatorem, alias ſi eſſet exiguum feudum, propter magnas expēſas non appellaretur ad Imperatorem, ſed ad delegatos principis, qui ſunt in ea prouincia.
d Vaſallus, vel dominus poſſidens iurare debet ſe veritatē dicturum, delato ſibi iuramento.

QVEMADMODVM FEVDUM AD FILIAM PERTINEAT.

TITVLVS XXIV.

Vaſallo defuncto ſine liberis filia nō ſuccedit in beneficio patris. fallit hoc in duobus caſibus. BALD.

SI quis ſine filio maſculo mortuus fuerit & reliquit filiam: filia non habeat beneficium patris [i], niſi à domino redemerit. Si autem dominus ei dare voluerit propter ſeruitium, & amorem patris: non reuocetur ab vllo ex parentibus ſuis, neque damnetur.

QVIBVS MODIS FEVDUM CONSTITUI POTEST.

TITVLVS XXV.

Feudum ſine inueſtitura conſtitui non poteſt. BALD.

SCiendū eſt, feudum ſine inueſtitura nullo modo conſtitui poſſe, etiāſi domino [illegible] quis al[illegible] feudi poſſeſſionem [illegible], & teneat, licet tamen poſſeſſionē [illegible] adeptam, dum vixerit, quaſi feudi nomine retinere: hærede eius in hoc iure [k] nullo modo ei ſuccedente [l].

1. ¶ Si dominus, qui inueſtiuit, fortè ſit clericus [m], & contigerit, vt antè moriatur, quàm vaſallus poſſeſſionē feudi nanciſceretur: exinanitur feudum, quod generaliter in omnibus clericis, qui feudum dant, obſeruatur.

SI DE INVESTITVRA INTER DOMINUM, & VASALLUM LIS ORIATUR [n].

TITVLVS XXVI.

SI inter dn̄m [o], & vaſallū lis oriatur de inueſtitura feudi, domi-

DE CONTENTIONE inter dominū, & vaſallum de inueſtitura feudi.

g ¶ *Si quis miles*. Aliàs inueni talem gl. loco iſto, vocat iſtud c. propter inferius c. *ſi inter dominum*.

h ¶ *In poſſeſſione* quod in iſto c. continetur: ſ. poſſeſſorē debere iurare [d], non eſt diſtinctè ſic in[illegible] [illegible]dū ſed ſicut di[illegible] *infrà de cōſue.* [illegible] *tamētum non ſemper* & notabitur *infr. ſi de inue. inter do. & vaſal. lis ori. c. j.* Quod autem in fi. dicitur, nō eſt relinquendum ſcil. quia non eſt bonum, vt veritas [illegible] *ſimile in* [illegible]

QVEMADMODUM feudum ad filiam pertineat.

i ¶ *SI quis ſine filio*] *Beneficiū patris*, intelligo niſi pactū interuenerit, vt & filiæ ſuccedant: *vt ſuprà de ſucc. feu. §. filia verò non ſuccedit.*

QVIBVS MOdis feudum conſtitui poteſt.

k ¶ *SCiēdum eſt.*] *Hoc iure*. al. *hoc iur.* & aliàs, *hoc in re nullo*, &c.

l ¶ *Succedente*. in hoc c. videtur abſurdum: ſci. quòd hæres excludatur, quando [e] dominus poſſeſſionem in vaſallum trāſtulit. Igitur inueſtiturā feciſſe vidētur, quia propriè [f] inueſtitura poſſeſſio appellatur: *arg. infrà eo. quid ſit inueſtitura. c. ij.* nā vnuſquiſq; ſibi [g], & ſuis hæredibus proſpexiſſe videtur: *vt infrà de duob. fratr. à ca. inueſtitu. c. duo fratres.* & hoc verum eſt, ſi hæredis mētio habita non eſt: *vt ff. de prob. l. ſi pactū.* & apertè contradicitur infrà *de conſue. re. feu. ca. ſciendum.* Fyt. tamen de hoc dicit: vt in ſumma not.

e Ingreſſus poſſeſſionis iubēte domino, eſt adquiſitio poſſeſſionis. [illegible]

[illegible] hæredes. Similiter [illegible] Idem dicendum in emphyteuſi.

m ¶ *Fortè ſit clericus*. iſtud ſatis expoſitū eſt ſ. tit. *qui ſuc. teneantur.* & in alio tit. hic poteſt eſſe tit. *qui ſuc. teneātur.* & j. dicetur.

n SI DE INVESTITVRA INTER DOMInum, & vaſallum lis oriatur.

Aliàs tit. Qualiter iudicium feudi ſit examinandum. *quo non vtimur.*

o ¶ *SI inter dominum*. Orta cōtentione inter dominū, & vaſallum, deficiente probatione poſſeſſoris ſacramento cauſa

defi

no ſcilicet inueſtituram [a] ſe feciſſe negante : ſi teſtibus res probari non poterit, poſſeſſoris ſacramento res decidatur. Idem & in eorum ſucceſſoribus obſeruatur. Si verò teſtes interfuerint, & eos vaſallus ad teſtimonium vocauerit, eorum teſtimonio cum ſacraméto credatur. Teſtes verò ſint pares eius, & qui ab eodem domino feudum teneant. qui ſi tempore inueſtitionis abfuerint, etiam extranei ſunt recipiendi : qui etiam ſi veritatem celare voluerint, fortè amore, vel pretio, vel alia qualibet ex cauſa, à comite [b], vel à populo iurare compellantur, quòd ex ea cauſa falſitatem non dicant, nec vera ſcientes tacebunt. His enim non cogentibus eos, vaſallus cum ipſo domino ad Imperatorem [c] ire feſtinet, eíque cauſam intimet : & quod Imperator inter eos iudicauerit, obſeruetur [d]. Si autem ſe venturum, vel nuncium miſſurum vaſallus promittat : ex quo promiſerit, vſque ad annum [e] quietè poſſideat. Si verò ad regem non venerit, vel non miſerit intra annum [f], domini ſacramento cauſa finiatur. Et ſi teſtes ſacramento [g] iam dicto præſtito ſe non interfuiſſe dixerint: domini ſacramento quæſtio terminetur. Hæc omnia etiam in clericorum [h] perſonis locum habent præterquam quod de perſonis teſtium dictum eſt. In clericorum feudo pariter accipiuntur pares, & extranei: hoc ideo, quia cum clerici quoſdam de feudo inueſtiunt, ſæpe abſconsè, & ſine præſentia ſuorum confratrum hoc facere ſtudent.

Orta contentione inter dominum, & vaſallum, ſi vaſallus dicit ſe, vel patrem ſuum inſtitutum, debet probare per teſtes ſaltē duos ſuam intentionem: & eo in probatione deficiēte, defertur ſacramentum domino poſſidenti, qui iurabit cum xij. ſacramentalibus: & eo nolēte iurare defertur actori, qui iurabit etiā cum xij ſacramētalibus: vtroque autē nolente iurare, dominus poſſeſſor abſoluitur: vaſallo autem poſſidēte, ſi poſſidet per annum ſciēte domino, & non contradicente, ſolus debet iurare ſine aliis: aliàs autem non. BALD.

I. ¶ Si quis [i] ſe, vel patrem ſuum ab aliquo defuncto, vel patre eius, de feudo inueſtitum eſſe contenderit: niſi per duos pares [k] de domo ipſius domini probauerit quod intendit, vel etiam cùm pares abſunt, per alios [l] idoneos duos teſtes [m]: tunc in electione domini eſt, vtrùm velit iurare [n] cum duodecim ſacramentalibus, illum, qui feudum quærit, per ſe, vel patrem eius, ſi de hoc quæratur, de ipſo feudo inueſtitum non fuiſſe. Quòd ſi iurare [o] noluerit, actor iuret cum duodecim ſacramentalibus, ſe vel patrem ſuum inueſtitum fuiſſe. Quòd ſi iurare noluerit : qui conuenitur, eſt abſoluendus [p]. Secundùm enim morem Mediolanenſium hæc ſacramenta præſtanda ſunt tam à filiis [q] actoris, vel rei, quàm ab ipſis principalibus perſonis. Si autem aliquis in poſſeſſione feudi ſit, de quo dominus dicit eum inueſtitum non fuiſſe, tunc

definietur. Sed ſi teſtes interfuerint, debet fieri per teſtes probatio: qui ſi veritatem dicere recuſant, debent cogi à comite, vel à populo, vel ab Imperatore, ad quē accedere debet vaſallus cum iuſſu domini: ſed interim quietè poſſidet vſque ad annum. Sed ſi interim non iuerit per ſe, vel per alium domini ſacraméto cauſa decident. In clericorum autem inueſtitura omnes teſtes pariter admittuntur. BAL.

a ¶ *Inueſtituram.* Sed de qua inueſtitura intelligitur, quod hìc dicitur? quæro, vtrùm de noua, an de veteri? Reſpon. de veteri: quoniam [a] de noua non audiuntur teſtes, niſi ſint de paribus: imò debet per breue teſtatū probari: in quo etiā caſu ſecūdùm quoſdam non valet inueſtitura: quia de ſolennitate deeſt in con. re. feudi: *vt infrà quot te. ſunt ne. ad prob. ng. inueſtit. c. j.* Vel etiam poteſt intelligi illud, quando præſentes ſunt pares tēpore inueſtituræ. nam ſi tunc abeſſent: tunc etiam extranei poſſunt recipi, ſecundùm quod hìc videtur in verbo illo: quid ſi tempore inueſtitionis adfuerint, &c. quod falſum eſt: quoniam ſi abſunt, expectandi ſunt: *vt infrà de conſue. re feud. c. ſciendum*, quod autē hìc dicitur, intelligo quòd dominus pares non habet, vt colligitur in prædicto capite, *ſciendum*. vnde quod hìc dicitur, *quid ſi tempore inueſtitionis abſuerint*, intelligas, i. ſi tempore inueſtitionis pares dominus habuerit. nam ſi pares non habuerit, etiam extranei, &c. & quod ibi ſequitur, *veritatē celare voluerint*, eſt notabile verbum: nimirum qui veritatem dicere non vult, nocere [b] deſiderat: *vt in Dec. cauſa xj. q. vl. cap. quiſquis.*

b ¶ *Qualibet ex cauſa, à comite.* Sed iſtud notandū eſt, quòd gradatim [c] facienda eſt poſtulatio: ſc. de minore iudice ad maiorem iudicem.

c ¶ *Ad Imperatorem.* nam primò [d] inuocatur curia : poſtea comes: deinde populus [e] poſtea Imperator. ſic etiam procedit à populo *in Auth. de app. ccl. ii. §. vlt.* licèt videatur contrà, *ff. de conſtit. princ. l. j. & Inſt. de iur. nat. gen. & ciui §. ſed & quod principi*, nam ibi inuenitur quòd maior ſit populus Imperatore, cùm ab eo poſſit degradari, licet in contrarium Barbarius Philippus dicat, ſcilicet plus poſſe Imperatorem. *vt ff. de offi. præt. l. Barbarius Philippus.* ACCVRSIVS.

d ¶ *Obſeruetur.* & meritò: quia quod principi placuit [f], legis habet vigorem: *vt Inſt. de iu. na. § ſed & quod principi. & ff. de conſt prin. l. j.* & inuenitur, errorem [g] principis ius facere: *vt ff. de alim. & cib. leg. l. iij. in ſi.* Sed & quòd comes [h]: vtpote loco præſidis ſtatuit ex neceſſitate, ſeruandum eſt: *vt C. vbi pu. educ. del. l. j.*

e ¶ *Vſque ad annum.* & eſt illud mirabile, quòd annus vaſallo indulgetur ad præſentandum ſe: cùm tantùm ſex hebdomadæ conceſſantur ſuperioribus appellationibus: *vt ſuprà quo tem. mi inueſt. pe. de. c. iij. § ſi autem dixerit. & in Lomb. debe l. vlt.* Sed illud cur contingat, is inquirat, quem labor mundi exagitat : cùm maximè ſpatium nouem menſium Septentrionalibus hominibus ad ſe repræſentandum induci legumlatoribus videtur ſufficiens: *vt in Auth. vt omnes obe. iud. § ſi igitur. coll. v.*

f ¶ *Intra annum.* & ſi per totum annum quietè debet poſſidere vaſallus, licèt intra annū ſe debeat repræſentare. ¶ Et eſt no. hìc quòd poſſeſſori [a] probatio incūbit, ſed intelligo quòd aliud pro domino faciebat: *vt j. dicitur.* quòd ſi teſtes ſe nō interfuiſſe dixerint, quòd ſacraméto domini cauſa finitur: & intelligo quòd hoc ſacramentū ad cautelā domino detur, cùm is in probatione deficiat, qui probare tenetur: ſicut not. *in Co. de re. cred. & iuretur l in bona.* Et hoc cōſonat ei, quod legitur *infrà de conſuet. rer. feud. c. ſacramentum.*

g ¶ *Sacramento.* ſi habes, *non*, tunc ſimiliter debes habere in litera, *domini ſacramento*: aliquin non.

h ¶ *In clericorum.* Hìc colligitur, quòd ex perſonarū qualitate, & differentia licitum [b] deprehēditur, quòd aliàs non liceret: *vt no. ſ. de na. feu. circa prin.* ¶ Quod autē dicitur hìc de clericis: ſ. quòd feudum dat, poſſ. cognati tamē excipiuntur: quibus dare prohibentur: *vt C. de ſacroſāct. Ec. l. iubemus. Auth. quibuſcunque*: licèt potiùs hodie agnatis [c], quàm extraneis huiuſmodi beneficia à clericis concedātur, nec ſibi [d] poſſunt acquirere, dum adminiſtrant: *vt ff. de contrah. empt. l. non licet. & de offi. proc. l. ſolēt. § vlt.* ¶ Itē in iſto §. notare licet, & notabitur in inferiori proxi. §. quòd inopia probationū emergēte, licitū [e] deprehēditur, quod aliàs eſſet illicitum: *vt not. ſuprà de conten. inter do. & vaſa. de inueſtitur. feud. circa princ.*

i ¶ *Si quis.* quidam in hoc c. habent gl. talem: vacat hoc c. propter inferius, *ſi duo.*

k ¶ *Pares.* ¶ Hìc not. duos [f] teſtes ſufficere ad inueſtiturā probandam: & meritò: quia vbi numerus teſtiū nō exigitur, duo ſufficiūt. pluralis enim locutio duorum numero contenta eſt: *vt ff. de teſt. l. vbi.* vnde Dominus in Euangel. *In ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum. & extrà de teſta. c. relatum.*

l ¶ *Per alios* ecce quod plenè notauimus, vel inopia probationum emergente.

m ¶ *Duos teſtes.* idoneos cùm pares abſunt: *vt ſuprà eo. c. j.* & de hoc dic vt ibi not. ¶ Quod autē de domo, idem de curia intelligo. ne fortè domeſticorum [g] teſtium fides improbetur: *vt C. de teſti. l. parentes & l. aduersùs. & l. etiam.* quandoque tamen & domeſtici [h] admittuntur: *vt Cod. de repu. l. conſenſu. §. ſi.* & hoc eſt quod dicit, *niſi per duos pares.* ACCVRS.

n ¶ *Iurare* ecce quod propè not. inopia probationū emergēte, &c.

o ¶ *Quid ſi iurare.* ¶ Quid ergo ſi nec iurat, nec ſe iurare velle recuſat? Reſp. intelligo quòd iudex [i] debet ſtatuere tēpus, intra quod iuret, ſi vult dominus: quo trāſacto in vaſallum transferatur electio: licèt antequam [k] iuret etiam die tranſacto, poſſit adhuc iurare dominus: *vt arg. ff. de leg. j. l. cùm res. & C. communia. de leg. l. ſi duobus §. ſed ſi quis & ff. de op. leg. l. mancipiorum.*

p ¶ *Abſoluendus.* nimirum actore non probante, vel quaſi probante abſoluitur reus: & ſi nihil præſtiterit, obtinere debet: *vt C. de edē. l. qui accuſare.* quaſi probante, ideo dixi: quia iuſiurandū [l] loco probationis cedit, imò probatio dicitur. *C. de re cre. l. actores. & ff. de iureiur. l. non erit. §. dato. & l. ſed & ſi. §. ſi. & l. tutor.*

q ¶ *Præſtanda ſunt tam à filiis.* & meritò: quoniā perſona patris, & filij vna eſſe intelligitur: *C. de impu. & ali. ſub. l. vlt. & Inſt. de inuti.*

a Teſtibus paribus probāda eſt bona inueſtitura, ſi dominus pares habet.

b Veritatē celans, nocere deſiderat.

c Magiſtratu negligēte gradatim recurrendum ad ſuperiorem, etiā citra remediū appellationis.

d Gradatim quemadmodū recurratur ad ſuperiores.

e Imperator à populo Romano poteſt exauctorari.

f Principis placita legis habent vigorem.

g Principis error ius facit

h Hinc colligunt, quamlibet ciuitatem hodie eam habere iuriſdictionē, quam olim habebat Præſes prouinciæ. *add. Gl. l. vlt. in verb.* id eſt, in vna prouincia. *Cod. de præſcript. longi temp.*

i Non autē loquitur hic textus de inſtantia: quia inſtantia cauſæ prin. iudis durat triennio *l. properandum. Cod. de iudic.*

a Probatio poſſeſſori quādo incumbat.

b Licitum ſit ex diuerſa perſonarū qualitate, & differentia.

c Clerici poſſunt infeudare agnatos de bonis ſuis [illegible]

d Clericus tēpore adminiſtrationis ſuæ non poteſt ſibi feudum, vel re Eccleſiæ retinere.

e Licitum ſit ex neceſſitate, quod aliàs nō eſſet licitum.

f Teſtes duo ſufficiunt ad probandam inueſtituram, maximè etiam feudi.

Matth. 18. 2. Cor. 13.

g Teſtes domeſtici in cauſa feudali quandoque in ſubſidium admittuntur.

h Teſtes domeſtici quandoque admittuntur

i Domino non iurante, neque iuramentum recuſante tēpus à iudice cōſtituitur intra quod iuretur: quo elapſo iurabit actor vaſallus.

k Mora iurandi quemadmodum purgetur ab ipſo domino.

l Iuramentum loco probationis, & quaſi probatio.

ſine probatione vlla teſtium debet ſolus [a] iurare ſe, vel patrem ſuum fuiſſe inueſtitum. Hæc autem ſunt ita tenenda, ſi per vnum annum ſciente [b] domino, & non contradicente, in poſſeſſione feudi permanſit: alioquin iuſta ignorantia, vel parui temporis negligentia cum iniquæ poſſeſſionis periurio quandoque domino in poſſeſſione damnum afferat.

DE FEVDO DATO IN vicem legis commiſſoriæ reprobando.

TITVLVS XXVII.

Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ: quia non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore domini dandum eſt. BALD.

SI quis obligauerit aliquam rem pignori eo pacto [c], vt ſi ſtatuto tempore pecunia ſoluta non fuiſſet, res eſſet creditoris, & eam pro feudo habeat: poteſt debitor quandocunque [d] pecuniam ſoluendo, pacto non obſtante [e] pignus recuperare. Feudum enim non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore domini acquirendum eſt.

1. ¶ Si quis inueſtierit aliquem de feudo ſui militis: viri Placentini prorſus aſſerunt hanc inueſtituram non aliter valere, niſi eo conſentiente [f] cuius erat feudum Mediolanenſes, & Cremonenſes nihil diſtare aſſeuerant, vtrùm eo ſciente, vel ignorante, dummodo eo viuente nullum detrimentum de feudo ſuo ſibi contingat. Hoc autem dicendum eſt de eo milite, qui feudi ſucceſſores [g] non habet.

DE VSV MEDIOLAnenſium ſecundùm quoſdam.

TITVLVS XXVIII.

Filio militis dicenti patrem inueſtitum de pignore, & xxx. an. nomine feudi poſſediſſe, defertur iuſiurandum, vt iuret cum duodecim ſacramẽtalibus forma hic tradita: ſed eo nolente iurare, defertur filio domini: qui ſi iurare recuſet, cogitur filium militis inueſtire. hoc d. IACO. DE BELL.

QVidam obligauerat [h] terram quandam ſuo militi: deinde cùm filius ſui domini longum poſt tempus [i] pecuniam offerendo pignus liberare voluiſſet: filius militis contendebat patrem ſuum à domino ſuo defuncto de prædicto pignore inueſtitionem feudi accepiſſe: vnde viri prudentes Mediolanenſes interrogati laudauerunt, in electione filij militis eſſe, cùm xij. ſacramentalibus iurare, patrem ſuum [k], vel ſe à domino ſuo per inueſtituram

[Left margin, partly cut off:] ...nimentum ... ſtimen, & ... ſacilia tuã.

iurati ſup. ſ. ſi qui tu. & vnum eſt ſacramentũ [a] teſtatoris, & hæredis: vt in Auth. de heredit. & fa. prafat. in prin. licèt alibi dicatur, quòd multùm differt iuſiurandum hæreditarium à principali ſacramento. C. de reb. cred. & iureiur. l. generaliter. in princ.

a ¶ Debet ſo. iurare. Intelligo ſecundùm diſtinctionem, quæ fit, infrà de conſue. re. feu. c. ſacramentum.

b ¶ Sciente. Hic ſumitur quòd patientia [b] ſine contradictione habetur pro expreſſo conſenſu. ſimile eſt quod dicitur de cohæredib. qui præſentes paſſi ſunt vnum coh.eredem totam hæreditatẽ vendere & pretium acceperunt. Nam & ipſi videtur ſuas partes vendidiſſe: vt ff. de evic. l. quidam. Idẽ quoque dicitur de libero, qui paſſus eſt dominum rem vendere, cùm pro ipſa parte pretium ſoluiſſet. ff. man. l. ſi vero. §. inde Papinianus. Nã pater videtur approbaſſe matrimonium filij ſui, cùm ipſum contrahentẽ non prohibuit ſciẽs: vt Co. de nu. l. vt ſi propo. nas. idẽ dicas de contractu filij. vt ff. ad mac. l. ſi filius. Sed vt magiſter nauis videtur illũ nauis præpoſuiſſe, quẽ miniſterio fungi voluit, nec cõtradixit: vt ff. de exer. l. j. §. magiſter idem quoque de eo dicitur, qui miſit ſtillicidium ſuum in alienis ædibus ſciente eo, & non contradicente cùm emeret ad hoc: vt ff. ſi ſer. ven. l. ſi à te. Sed & ſi paſſus fuero te in meo ſepulchro ædificare, & me ſciente mortuum tuum intuleris, alium poſtea inferentem prohibere non potero: vt ff. de mor. inf. l. ſi proprius. §. ſi. Nam & ſi ego dominus horreorum propoſitum habeo aurum, & argentum, & margaritas meo nomine, & periculo non recipere, & me ſciente has res in horreis induxeris, videor à propoſito receſſiſſe: vt ff. loca. & condu. l. cùm in plures. §. ... cator. Sed & licèt in inſtrumento non contineatur, poſſeſſionẽ ...iſſe traditam, ſi tamen domino ſciente tu emptor poſſediſti ...atiùs, eam tradidiſſe intelligitur. C. de acqu. poſſ. l. i. & ij. Nam ſi ...minus ſciat ſeruum ſuum militare, vel aliquam dignitatem ...bere, & ipſum non reuocet: videtur conſentire & ingenuus ...icitur. C. qui mil. non poſſ. l. pe. & vlt. ¶ Item ſi non contradixe... ſeruum ordinari clericum, cùm ſciebat: vt in Auth. de ſanct. ... §. ſi ſeruus. coll. ix. Hîc ergo ſcientia, ſiue patientia ſine con...dictione, pro conſenſu accipitur: ſed intelligo ſicut expoſi...n eſt ſuprà quib. mod. feud. amit. §. præterea.

[Left margin:] ...ta ſine ...vendiderunt ... quibus ... ſi habe... ... ...ſe, & non ...ent.

...E FEVDO DATO IN VICEM LEGIS commiſſoriæ reprobando.

SI quis.] Pacto. hoc dicitur expreſsè quòd nõ poteſt feudũ [c] acquiri ſecundùm pactũ legis commiſſoriæ occaſione pi...ris: & eſt ratio, quia in pignorib. [d] omnibus reprobata eſt lex ... C. de pac. pi. & de le. com. l. j. & ij. ¶ Sed quid erit de tali pacto [e] vendo tibi domum pro centũ aureis. & niſi ſolueris inte...a pretium, retinebis poſtea in feudũ: & ſoluis medietatem ...minúſve: quid iuris erit, nunquid licitum eſt pactum? Reſp. ...ur quòd hoc pactum ſit licitum: quia in traditionibus re...rũ quodcunque pactũ apponatur, valere debet. ff. de pa. l. in ...ionibus. nã, etſi nõ expediat domino talẽ vaſ. habere, tamen ...t pactũ valere: ff. de ſeru. l. ex fundo maximè cùm iſtud pactũ ...contineat turpitudinem, idcirco videtur valere. Sed cõtra ...od ſequitur ſtatim: ſ. feudum enim nõ ſub prætextu pecu...d amore, & honore domini acquiritur: vt no. ſuprà. Poteſt ergo diſtingui, vtrùm voluerit dominus totam domũ pro feudo teneri: an pro ea tãtùm parte, pro qua pretium non eſt ſolutum: vt in primo caſu non valeat, ſecundo teneat pro parte illa: licèt hod. [a] ſub prætextu pecuniæ multa feuda acquirãtur. ¶ Sed quid erit, ſi debitor cum ſuo fideiuſſore pactũ fecerit, quod niſi ſoluerit creditori ſuo, & niſi eum liberauerit vſque ad certum tempus: & ſi [b] fideiuſſor ſoluerit pro eo poſtea, quòd habeat ipſum pignus pro feudo. nũquid valet pactum? Et videtur quòd ſic: ff. de contrah. empt. l. ſi. licèt prima ratio videatur refragari.

a Feuda hodie poſſunt vel pecunia acqui- ri.

b Nota genus pacti.

d ¶ Quandocunq. Iſtud, quandocunque, ſic intelligo: i. niſi creditor alio iure velit ſe tueri: putà præſcriptionem [c] xxx. an. allegando: quod quidem facere poteſt ſecũdùm quoſdam: maximè poſt interuerſã poſſeſſionẽ: vt not. in c. de pig. ac. l. nec creditores. Vel etiam ſi ius dominij impetrauit, & poſt biennũ ſoluere voluerit debitor: tũc non cogitur ſolutionẽ recipere creditor: vt C. de iur. dot. imp. l. vlt. in medio. l. ſed ſi receperat pecuniã, pignus reſtituere cogitur: vt C. de iur. do. impe. l. ij.

c Iuri tamen offerendi non præſcribitur ſpatio xxx. annorum, ſecundum communem opinionem, de qua vide primum apud Kalen. tract. de præſcript. 5. par. 4. q. 2.

e ¶ Non obſtante. hoc verum eſt, ſi [d] cõuentio inter dominũ, & vaſallũ eſt: alioquin ſi inter extraneos, valet pactũ: vt in Lomb. de debi. & guar. l. ſi quis fideiuſſorem.

d Pactum quaſi legis commiſſoriæ reprobatur inter debitorem, & creditorẽ, non inter tertium, & debitorem.

f ¶ Si quis.] Conſentiente. intelligo iſtud ſecundùm P. cùm de futura [e] ſucceſſione tractatur: quia cõtra bonos mores tale pactum factũ improbatur, & ideo eſt inualidum: vt C. de pact. l. ſi. & C. de inu. ſtip. l. ex eo. vnde nõ ob. mulieri, quæ nullũ regreſſum ad bona paterna ſe habituram pacta fuit. C. de coll. l. ij. vel etiã ſi de futura ſucceſſione non tractatur. ¶ Sed ſi ignarus fortè vaſallus de alieno [f] feudo inueſtiturã accepit, vel etiã ſciens, & nominatim de euictione cautionẽ habuerit, vel acceperit, cur non valeat, non video: nimirum quoniã vẽdere rem [g] alienam poſſe nulla eſt dubitatio. ff. de contrah. empt. l. rem alienam. 2. Vel intelligitur quoad præiudicium vaſalli, ſicut Mediola. faciunt: vt no. etiam infrà ſi de feu. de fun. contro. ſue. c. moribus. & infrà de inue. rei al. c. cùm de re alie. Hæc ita dicta ſunt ſecundùm P. ſed ſecundùm Mediol. non. Nam quod ipſi dicunt, dummodo de feudo viuente illo nullum detrimentum patiatur: iſtud conſonat ll. ſuprà notatis. & eſt arg. ff. de ſer. ru. prædi. l. per quem. & ff. de aqua plu. ar. l. in concedendo. licèt videatur arg. contrà. ff. de aqua quoti. & æſti. l. Lucio.

e Pactum de futura ſucceſſione vt contra bonos mores factum improbatur.

f De feudo alieno, ſeu per alium poſſeſſo poteſt quis inueſtiri ſub cõditione, vel in diem: quo caſu inueſtitura nõ habitura eſt ante effectum, quam feudum erit apertum domino, vt ita nulli fiat præiud. eiuſ poſſidenti, eiuſve hæredibus

g Vendi res aliena poteſt.

g ¶ Succeſſores. Sed cur in eo, qui habet ſucceſſores, idem iuris eſt, cùm nullum præiudicium ipſi, hæredibúſve ſuis fieri debeat? Reſp. huic ſtudioſus reſp. Non omnium quæ à maioribus tradita ſunt, ratio reddi poteſt. ff. de leg. & ſen. l. non omnium.

DE VSV MEDIOLANENSIVM ſecundùm quoſdam.

h QVidam obligauerat. ſuper hoc ca. pauci tit. habent, vel rub. qui autem habent, talem conſueuerunt habere: De vſu Mediola. quo non vtimur.

i ¶ Longum tempus. hic habetur quod ſuprà proxi. not. eſt ca. ſi quis obligauerit. ſ. quia ius [h] offerendi non tollitur longo tempore: vt C. de pig. ac. l. nec creditores.

h Ius offerendi non tollitur longo tempore. vide Gloſſ. & quæ ibi ſcripſi in c. prox. ſuprà in verb. quandocunque. adde text. l. vnic. §. ad hæc. Cod. de annali excep.

k ¶ Suum. poſt iſta verba ſecundùm quædam exẽplaria in text. habentur hæc adiecta à domino ſuo poſt inueſtiturã prædictam defuncto, poſtea continuantur ſubſe. ſcilicet per inueſtituram

prædi

prædictam, & cætera quæ ſequuntur.

a ¶ *Per xxx an.* ¶ Hic ao. præſcri.[a] xxx.an.in feudo locum habere: vnde ſi aliquis per xxx.an.feudum poſſedit, & ſeruitium[b] domino exhibuerit: quamuis de ea re nunquam inueſtitus fuerit: tamen præſcriptionem acquiſiuit, ita quòd ſe tueri poterit: *vt infrà ſi de feud. con. fuer.c ſi quis per xxx.an.* ¶ Quid ergo ſi à poſſeſſione[c] ceciderit iſte, qui præſcriptione ſe tueri poteſt, nunquid vindicare poterit? Reſpon. vtique adhibita diſtinctione, quæ fit in *C.de præſcrip.xxx vel xl. an.l.ſi quis emptionis,&c.*

a Præſcriptio trigintaannorum locũ habet in feudis.
b Seruitiorum ſola acceptione non inducitur feudi cõſtitutio, niſi ſit præſcripta longiſſimo tempore.
c Vindicatio an.& quomodo competat vaſallo, qui feudi poſſeſſione decidit.

prædictam terram tenuiſſe: ita vt per xxx. ann.[a] conteſtatio pignoris à patre domini aduerſùs ipſum, vel patrem ſuum facta non fuiſſet. Si autem ipſe iurare noluerit, filius defuncti domini neceſſe habet iurare cum duodecim ſacramentalibus, defunctum militem inde per feudum inueſtitũ non fuiſſe. Quòd ſi ita iurare recuſet, inueſtire ipſum filium militis domini filius de iam dicta terra per feudum debet

¶ Sed quod dicitur *infrà, eo.* videtur mirum, quòd filius iurare debet poſt inueſtituram patrem ſuum mortuum fuiſſe, & ſe per feudum quoque rem tenuiſſe: ita vt per xxx.an. conteſtatio pignoris facta non ſit. ¶ Sed domino defertur de incerto, ſcil. defunctum militem per feudum inueſtitum non fuiſſe. ¶ Sed cur non ſufficit ipſum probare conteſtationem pignoris factam, vbi tantùm alter præſcriptione feudi ſe tuetur? Reſpond. hoc non negatur hic: ſed hic filius volebat ſe tueri, dicens patrem ſuum inueſtitum: vnde puto, quòd ſi tantùm præſcriptionem feudi alleget filius defuncti, quòd filius domini non aliud teneatur probare, niſi patrem ſuum pignoraſſe, & conteſtationem factam fuiſſe ante ſpatium xxx.ann. Eſt enim legitima interruptio[a], ſi per executorem conſecuta ſit conuentio: *vt Cod.de præſcript.xxx.ann.l.ſicut arg.ad hoc, C.de pig. actio l.neque.*

a Interruptio legitima præſcriptionis [illegible] de præſcrip. [illegible]

Explicit liber Feudorum primus.

FEVDO

FEVDORVM LIBER SECVNDVS.

DE FEVDI COGNITIONE a.

TITVLVS I.

DOCET ius feudorum totum manare ex conſuetudine, atque ideò in feudorum cauſis plus valere conſuetudinem, quàm ius ciuile Populi Romani. Quinimò cùm ita eſſet ſcriptum, l. 2. C. quæ ſit long. conſ. *Conſuetudinis, vſúſque longæui non vilis auctoritas eſt: ſed non vſque adeò ſui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem, ea verba inuertit hoc modo Legum Romanarum non eſt vilis auctoritas: ſed non adeò vim ſuam extendunt, vt vſum vincant, aut mores. Et vtraque tamen ſententia eſt vera. Illa intelligitur de conſuetudine, quæ nondum in iudiciis conualuit. Hæc de conſuetudine, quæ contradictorio iudicio confirmata eſt.* l. cùm de conſuetudine, ff. de legibus. *Hæc pro lege habetur, eique etſi non accedat indulgét tamen ratio. Ad hoc ſententia l. 2. intelligitur de iis, quæ lege definita ſunt, in quibus ſanè plus valet lex, quàm conſuetudo. Hæc de iis, quæ lege definita non ſunt.* Tertullianus de Cor. mil. *Conſuetudo in ciuilibus rebus pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex. Rectè, cùm deficit lex:* vt l. 33. ff. de legibus, *in iis, quæ non ex ſcripto deſcendunt. Et eodem modo cùm de iure, & æquitate quæritur, & vna lex iudicem ait æquitatis potius quàm iuris ſtricti, eiuſdémque ſcripti rationem habere,* l. 8. C. de iud. *altera inter ius ſcriptum, & æquitatem ſolum principem interponere interpretationem,* l. 1. C. de legibus, *rem ita diſtinguimus: vt in his quæ ſcripto palàm comprehenſa ſunt, etiam ſi praedura videantur, iudex à ſcripto recedere non poſſit, & vt ſolus princeps eam duritiem emendare poſſit, ſicut duritiē legis Iuliæ, de qua* l. proſpexit. ff. qui, & à quib. man. *moderatus eſt,* l. in adulterij. C. ad leg. Iul. de adult. *in his autem, quæ palàm ſcripto comprehenſa non ſunt, iudex ſpectare debeat æquitatem potius, quàm ius ſcriptum. vt ſi pœna ſit in eum, qui ferro percuſſerit lege comprehenſa, non vtique eam irrogabit ei, qui clauicula hominem percuſſerit: ſpectabit enim mentem, non verba legis: legis conditorem, non legem, & omnino ibi tum maximè æquitas dominatur, & præponenda eſt rigori, cùm lex ſcripta deficit. quinimò, vt Ariſtoteles definit, æquitas nihil aliud eſt, quàm ius, quod lex ſcripta prætermiſit,* [Greek] *: ſicut conſuetudo propriè nihil aliud eſt, quàm ius, quod lex ſcripta prætermiſit ſed æquitas ius natum, & naturale: conſuetudo ius conſtitutum, & receptum. Nihil porro legibus Romanorum cautum eſt de feudis. Igitur valere in feudis potius debet conſuetudo, quàm quod legibus generaliter cautum eſt, quódve diſputando, & argumentando ex iis deduci poteſt, vt in feudis non ſuccedant parentes ex conſuetudine, licèt in aliis rebus iure ſcripto ſuccedant, non ſuccedunt filiæ, licet iure ſcripto ſuccedant in aliis bonis. Plus poteſt conſuetudo, quàm lex in his, quæ lege nominatim comprehenſa non ſunt. At ſi qua in re in feudorum cauſis mores defecerint, tum decurritur ad ius commune Ciuium Romanorum, id eſt, quod eo iure in aliis rebus cautum eſt, cùm nondum feuda in vſum veniſſent, producitur etiam ad feuda: vt ſi quæratur, cùm vaſallus feudi partem pignori obligauit, & deinde feudum domino committitur, cuius cauſa ſit potior domini, an creditoris pigneratitij, quod mores nondum definierunt, dicam commiſſo feudo pignus extingui:* argu. l. lex vectigali ff. de pigno. *quæ idem in emphyteuſi definit. Rurſus ſi quæratur, agro feudali iure belli capto, & aſſignato militibus modica portione poſſeſſori relicta an eā portionem iure feudi à priſtino domino recognoſcere non debeat, quaſi noua iure eam habere cœperit victorum beneficio, conceſſioneque, quod mores non definierunt: dicam ab eodem domino, eam portionem iure feudi recogniturum quaſi minimè mutata poſſeſſionis cauſa:* arg. l. item ſi verberatum §. 1 ff. de rei vind. Hygenus de limit. Conſt. *Quot dominus in poſſeſſionibus ſuis remanere paſſus eſt, eorū conditionem mutaſſe non videtur. Item ſi quæratur, an feudo vendito lege commiſſoria, quibus locis feudi venditio non prohibetur, & ſolutis domino ſi[illegible], poſt reſoluta venditione, ad diem pretio venditori non ſoluto [illegible] repetitio competat quæ res moribus definita non eſt, dicam competere, cùm & fructuum omnium repetitio competat aduersùs emptorem,* l. 4. & 5. ff. de leg. commiſſ. *& omnia in priſtinum ſtatū reſtituenda ſint, perinde atque ſi neque emptio, neque venditio interceſſiſſet,* l. 4 & 5 ff. de leg. commiſſ. *& omnia in priſtinum ſtatum reſtituenda ſint, perinde atque ſi neque emptio, neque venditio interceſſiſſet,* l. facta. ff. de ædil. edict. *Conſuetud. autem dixi pro moribus inueteratis (nam & hoc exigitur, vt conſuetudo vim legis obtineat) cùm ſcilicet ex frequenti conſuetione quaſi tales, aut tales mores populus induit. Propriè ex conſuetudine mos fit.* Ariſtoteles. [Greek]. Lactantius v. *Paulatim malè viuendi conſuetudo, mos factus eſt.* Publicus Syrus: *Vitium prius fuit obſeruatio, nunc mos eſt.* Ouid. 2. Met. *Morem fecerat vſus. Varro autem vult morem communem conſenſum omnium ſimul habitantium, qui inueteratus conſuetudinem faciat.* CVIACIVS.

Cauſæ generaliter aut deciduntur iure Romano, aut legibus Longobardorum, aut conſuetudine: ſed cauſæ feudales deciduntur conſuetudine, quæ vincit legem in hac parte: licet contrarium dici ſoleat. conſuetudine autem deficiente, decidi poſſunt etiam lege ſcripta. BALDVS.

OBertus de Orto, Anſelmo filio ſuo dilecto ſalutem. Cauſarum, quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliæ diriuntur iure Romano: aliæ verò legibus Longobardorum: aliæ autem ſecundùm regni conſuetudinem: quæ quamquam ſint variæ, & quamquam ſecundùm diuerſorum locorum, aut curiarum mores ſint diuerſæ, nec breuiter poſſint dici, nec hoc libello facilè cōprehendi: vſum tamen feudi, qui in noſtris partibus obtinet, prout poſſibile eſt, exponere tibi neceſſarium duxi. In iudicio etenim, quod de feudis agitur, illud legibus noſtris contrarium dici ſolet. Legum autem Romanarum non eſt vilis autoritas: ſed non adeò vim ſuam extendunt b, vt vſum vincant, aut mores. Strenuus autem legiſperitus, ſicubi caſus emerſerit, qui cōſuetudine feudi non ſit comprehenſus c, abſque calumnia vti poterit lege ſcripta.

1. ¶ Sciendum eſt autem feudum, ſiue beneficiū non niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus d, aut in iis, quæ inter immobilia e connumerantur (veluti cùm de camera, aut de cauena f feudum datur) poſſe conſiſtere: ac feudum neminem poſſe ac-

a DE FEVDI cognitione. *Quidam non habent,* de feudi cognitione.

[O]Bertus de Orto.] *Vim ſuam extendunt.* ac ſi apertè dicat: conſuetudo a in feudis vincit leges: licèt contra dicatur, *Cod. quæ ſit lon. con. l. conſuetudinis.* Ad hoc intelligo de rationabili, non de iniqua conſuetudine: *ibi*, nimirum malè inuecta. & tales cōſuetudines non confirmantur etiā longo tempore: *vt in auth. vt null. iudi. §. nulli collat. ix. & in de. diſt. viij. cap. mala conſuetudo. & cap. conſuetudo.*

Comprehenſus ac ſi apertè dicat argumentis non eſt credendum, niſi in conſuetudinibus feudi, licèt in legibus reperiatur contra *ff. de re iudi. l. non ...§. à barbaris.* ¶ Sed nunquid de ſimilibus c ad ſimilia eſt procedendum? & vtique, vt opinor, vt in legibus: *ff. de leg. & con. non poſſunt.* ¶ Quid eſt ergo quod dictum eſt in feudo, argumentis non eſt credendum? Reſpon. intelligat quando ſimile non apparet, & lex quid fieri debeat indicat: nam tunc ſequenda eſt l. & argu. ſuperflua non cōceduntur. Ergo hic a primò conſideratur conſuetudo: ſecundò ſimilia, vel lex. nam lex conſuetudini non poteſt obuiare. quod eſt intelligendum: vt ſupra ſimile legitur in decretis. Nam nec decretis poſſunt obuiare leges: *vt in decre. x diſt. c. lege.*

d ¶ *Cohærentibus.* veluti in rebus immobilibus: & quod ſequitur, *aut ſolo cohærentibus*, vt. puta b in fructibus, qui pendent in fundo, qui (vtpotè fundi pars) ipſi fundo cohærere dicuntur. nam fructus c pendentes, fundi pars eſſe videntur: *vt ff. de rei vin. l. fructus.*

e ¶ *Immobilia.* vt ſunt panes d ciuiles: *vt C. de ...do. l. fin. § præterea.*

¶ Sed nunquid e debitorū nomina inter immobilia computantur? Reſp. hoc ab antiquo quæſitum eſt, & alibi ſatis diſputatum, & ideo omittimus.

f ¶ *De cauena* meliùs dixiſſet iudicio meo veluti ſe, &c. vt ſic intelligatur, quòd non ſit expoſitiuum illius verbi, aut in his, quæ inter immobilia, cōputantur: & ſic feudum f cameræ, aut cauenæ computa

a In feudis primo conſiderandā eſt conſuetudo ſecundo ſimile conſuetudinis, deinde ad legem ſcriptam Romanam veniēdum: poſtremo ad argumētum legis, ſiu conſuetudinis.

b Feudum poteſt cōſtitui in fructibus pendentibus, qui naſcentur ex hoc, vel illo fundo.

c Fructus pendentes pars fundi eſſe videntur.

d Panes ciuiles (qui & annui reditus poſſunt dari in ...) Non para debitor ... mobilia neque immobilia ... ſed tertia ſpecies Bart. in l. ... ff. de ... Nā actio ad rem mobilem, mobilis ad immobilem, immobilis cenſetur, & in his nominibus poteſt feudum conſtitui.

f Feudum Cameræ, aut cauenæ computatur in rebus mobilibus, vel etiam ſolo cohærentibus.

a Præſcriptio triginta annorum locũ habet in feudis.
b Seruitiorum ſola acceptione non inducitur feudi cõſtitutio, niſi ſit præſcripta longiſſimo tempore.
c Vindicatio an, & quomodo competat vaſallo, qui feudi poſſeſſione decidit.

prædictam, & cætera quæ ſequuntur.
a ¶ *Per xxx an.* ¶ Hic no. præſcri. [a] xxx. an. in feudo locum habere: vnde ſi aliquis per xxx. an. feudum poſſedit, & ſeruitium [b] domino exhibuerit: quamuis de ea re nunquam inueſtitus fuerit: tamen præſcriptionem acquiſiuit, ita quòd ſe tueri poterit: *vt infrà ſi de feud. con. fuer. c. ſi quis per xxx. an.* ¶ Quid ergo ſi à poſſeſſione [c] ceciderit iſte, qui præſcriptione ſe tueri poteſt, nunquid vindicare poterit? Reſpon. vtique adhibita diſtinctione, quæ fit in *C. de præſcrip. xxx vel xl. an. l. ſi quis emptionis, &c.* ¶ Sed quod dicitur *infrà, eo.* videtur mirum, quòd filius iurare debet poſt inueſtituram patrem ſuum mortuum fuiſſe, & ſe per feudum quoque rem tenuiſſe: ita vt per xxx. an. conteſtatio pignoris facta non ſit. ¶ Sed domino defertur de incerto, ſcil. defunctum militem per feudum inueſtitum non fuiſſe. ¶ Sed cur non ſufficit ipſum probare conteſtationem pignoris factam, vbi tantùm alter præſcriptione feudi ſe tuetur? Reſpond. hoc non negatur hic: ſed hic filius volebat ſe tueri, dicens patrem ſuum inueſtitum: vnde puto, quòd ſi tantùm præſcriptionem feudi alleget filius defuncti, quòd filius domini non aliud teneatur probare, niſi patrem ſuum pignoraſſe, & conteſtationem factam fuiſſe ante ſpatium xxx. ann. Eſt enim legitima interruptio [a], ſi per executorem conſecuta ſit conuentio: *vt Cod. de praſcript. xxx. ann. l. ſicut arg. ad hoc, C. de pig. actio l. neque.*

prædictam terram tenuiſſe: ita vt per xxx. ann. [a] conteſtatio pignoris à patre domini aduerſùs ipſum, vel patrem ſuum facta non fuiſſet. Si autem ipſe iurare noluerit, filius defuncti domini neceſſe habet iurare cum duodecim ſacramentalibus, defunctum militem inde per feudum inueſtitũ non fuiſſe. Quòd ſi ita iurare recuſet, inueſtire ipſum filium militis domini filius de iam dicta terra per feudum debet

a Interruptio legitima præſcriptionis quæ ... de præſcrip. ...

Explicit liber Feudorum primus.

FEVDO

FEVDORVM

LIBER SECVNDVS.

DE FEVDI COGNITIONE a.

TITVLVS I.

*D*OCET *ius feudorum totum manare ex conſuetudine, atque ideò in feudorum cauſis plus valere conſuetudinem, quàm ius ciuile Populi Romani. Quinimò cùm ita eſſet ſcriptum*, l. 2. C. quæ ſit long. conſ. *Conſuetudinis, vſúſque longæui non vilis auctoritas eſt ſed non vſque adeò ſui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem, ea verba inuertit hoc modo: Legum Romanarum non eſt vilis auctoritas ſed non adeò vim ſuam extendunt, vt vſum vincant, aut mores. Et vtraque tamen ſententia eſt vera. Illa intelligitur de conſuetudine, quæ nondum in iudiciis conualuit. Hæc de conſuetudine, quæ contradictorio iudicio confirmata eſt.* l. cùm de conſuetudine, ff. de legibus. *Hæc pro lege habetur, eique etſi non accedat: indulget tamen ratio. Ad hoc ſententia l. 2. intelligitur de iis, quæ lege definita ſunt, in quibus ſanè plus valet lex, quàm conſuetudo. Hæc de iis, quæ lege definita non ſunt.* Tertullianus de Cor. mil. *Conſuetudo in ciuilibus rebus pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex. Rectè, cùm deficit lex:* vt l. 33. ff. de legibus, *in iis, quæ non ex ſcripto deſcendunt. Et eodem modo cùm de iure, & æquitate quæritur, & vna lex iudicem ait æquitatis potiùs, quàm iuris ſtricti, eiuſdémque ſcripti rationem habere,* l. 8. C. de iud. *altera inter ius ſcriptum, & æquitatem ſolum principem interponere interpretationem,* l. 1. C. de legibus. *rem ita diſtinguimus: vt in his quæ ſcripto palàm comprehenſa ſunt, etiam ſi prædura videantur, iudex à ſcripto recedere non poſſit, & vt ſolus princeps eam duritiem emendare poſſit, ſicut duritiē legis Iuliæ, de qua* l. proſpexit. ff. qui, & a quib. man. *moderatus eſt,* l. in adulterii. C. ad leg. Iul. de adult. *in his autem, quæ palàm ſcripto comprehenſa non ſunt, iudex ſpectare debeat æquitatem potiùs, quàm ius ſcriptum, vt ſi pœna ſit in eum, qui ferro percuſſerit lege comprehenſa, non vtique eam irrogabit ei, qui clauicula hominem percuſſerit: ſpectabit enim mentem, non verba legis: legis conditorem, non legem, & omnino ibi tum maximè æquitas dominatur, & præponenda eſt rigori, cùm lex ſcripta deficit. quinimò, vt Ariſtoteles definit, æquitas nihil aliud eſt, quàm ius, quod lex ſcripta prætermiſit,* [Greek] *: ſicut conſuetudo propriè nihil aliud eſt, quàm ius, quod lex ſcripta prætermiſit: ſed æquitas ius natum, & naturale: conſuetudo, ius conſtitutum, & receptum. Nihil porro legibus Romanorum cautum eſt de feudis. Igitur valere in feudis potiùs debet conſuetudo, quàm quod legibus generaliter cautum eſt, quódve diſputando, & argumentando ex iis deduci poteſt, vt in feudis non ſuccedunt parentes ex conſuetudine, licèt in aliis rebus iure ſcripto ſuccedant, non ſuccedunt filiæ, licet iure ſcripto ſuccedant in aliis bonis. Plus poteſt conſuetudo, quàm lex in his, quæ lege nominatim comprehenſa non ſunt. At ſi qua in re in feudorum cauſis mores defecerint, tum decurritur ad ius commune Ciuium Romanorum, id eſt, quod eo iure in aliis rebus cautum eſt, cùm nondum feuda in vſum veniſſent, producitur etiam ad feuda: vt ſi quæratur, cùm vaſallus feudi partem pignori obligauit, & deinde feudum domino committitur, cuius cauſa ſit potior domini, an creditoris pigneratitii, quod mores nondum definierunt, dicam commiſſo feudo pignus extingui:* argu. l. lex vectigali ff. de pigno. *quæ idem in emphyteuſi definit. Rurſus ſi quæratur, agro feudali iure belli capto, & aſſignato militibus modica portione poſſeſſori relicta an eā portionem iure feudi à priſtino domino recognoſcere non debeat, quaſi nouo iure eam habere cœperit victorum beneficio, conceſſioneque, quod mores non definierunt: dicam ab eodem domino, eam portionem iure feudi recogniturum quaſi minimè mutata poſſeſſionis cauſa:* arg. l. item ſi verberatum § 1 ff. de rei vind. *Hy*genus de limit. Conſt. *Quos dominus in poſſeſſionibus ſuis remanere paſſus eſt, eorū conditionem mutaſſe non videtur. Item ſi quæratur, an feudo vendito lege commiſſoria, quibus locis feudi venditio non prohibetur, & ſoluto domino [illegible], poſt reſoluta venditione, ad dicam pretio venditori non ſoluto [illegible] repetitio competat quæ res moribus [illegible] non eſt, dicam competere, cùm & fructuum omnium repetitio competat aduersùs emptorem,* l. 4. & 5. ff. de leg. commiſſ. *& omnia in priſtinum ſtatū reſtituenda ſint, perinde atque ſi neque emptio, neque venditio interceſſiſſet,* l. 4 & 5 ff. de leg. commiſſ. *& omnia in priſtinum ſtatum reſtituenda ſint, perinde atque ſi neque emptio, neque venditio interceſſiſſet,* l. facta. ff. de ædil. edict. *Conſuetud. nem dixi pro moribus inueteratis (nam & hoc exigitur, vt conſuetudo vim legis obtineat) cùm ſcilicet ex frequenti conſuetione quaſi tales, aut tales mores populus induit. Propriè ex conſuetudine mos fit.* Ariſtoteles. [Greek]. Lactantius *v. Paulatim malè viuendi conſuetudo, mos factus eſt* Publicus Syrus: *Vitium priùs fuit obſeruatio, nunc mos eſt.* Ouid. 2. Met. *Morem fecerat vſus. Varro autem vult morem communem conſenſum omnium ſimul habitantium, qui inueteratus conſuetudinem faciat.* CVIACIVS.

Cauſæ generaliter aut deciduntur iure Romano, aut legibus Longobardorum, aut conſuetudine: ſed cauſæ feudales deciduntur conſuetudine, quæ vincit legem in hac parte: licet contrarium dici ſoleat. conſuetudine autem deficiente, decidi poſſunt etiam lege ſcripta. BALDVS.

OBertus de Orto, Anſelmo filio ſuo dilecto ſalutem. Cauſarum, quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliæ dirimuntur iure Romano: aliæ verò legibus Longobardorum: aliæ autem ſecundùm regni conſuetudinem: quæ quamquam ſint variæ, & quamquam ſecundùm diuerſorum locorum, aut curiarum mores ſint diuerſæ, nec breuiter poſſint dici, nec hoc libello facilè cōprehendi: vſum tamen feudi, qui in noſtris partibus obtinet, prout poſſibile eſt, exponere tibi neceſſarium duxi. In iudicio etenim, quod de feudis agitur, illud legibus noſtris contrarium dici ſolet. Legum autem Romanarum non eſt vilis autoritas: ſed non adeò vim ſuam extendunt b, vt vſum vincant, aut mores. Strenuus autem legiſperitus, ſicubi caſus emerſerit, qui cōſuetudine feudi non ſit comprehenſus c, abſque calumnia vti poterit lege ſcripta.

1. ¶ Sciendum eſt autem feudum, ſiue beneficiū non niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus d, aut in iis, quæ inter immobilia e connumerantur (veluti cùm de camera, aut de cauena f feudum datur) poſſe conſiſtere: ac feudum neminem poſſe ac-

a DE FEVDI cognitione. *Quidam non habent,* de feudi cognitione.

[O]*Bertus de Orto.*] *Vim ſuam extendunt.* ac ſi apertè dicat: conſuetudo a in feudis vincit leges: licèt contrà dicatur, *Cod. quæ ſit lon. con. l. conſuetudinis.* Sed hoc intelligo de ratia, non de iniqua conſuetudine: *ibi*, nimirum malè inuēta. & tales cōſuetudines non confirmantur etiā longo tempore: *vt in Auth. vt null. iudi. §. nulli* [...]*o. collat. ix. & in de* [...] *diſt. viii. cap. mala conſuetudo. & cap. conſuetudo.*

Comprehenſus ac ſi [...]è dicat argumentis non eſt credendum, niſi in conſuetudinibus feudi, licèt in [...]ius reperiatur con[...] *ff. de re milit. l. non* [...] *§. à barbaris.* ¶ Sed nunquid de ſimilibus c ad ſimilia eſt [proce]dendum? & vtique, vt opinor, vt in legibus: *ff. de leg. & con*[...]*l. non poſſunt.* ¶ Quid eſt ergo quod dictum eſt in feudo, argumentis non eſt credendum? Reſpon. intelligat quan[do] ille non apparet, & lex quid fieri debeat indicat: nam tunc ſequenda eſt l. & argu. ſuperflua non cōceduntur. Ergo hîc a primò conſideratur conſuetudo: ſecundò ſimilia, vel lex. nam lex conſuetudini non poteſt obuiare. quod eſt intelligendum: vt ſupra ſimile legitur in decretis. Nam nec decretis poſſunt obuiare leges: *vt in decre.* [...] *diſt. c. lege.*

d ¶ *Cohærentibus.* veluti in rebus immobilibus: & quod ſequitur, *aut ſolo cohærentibus*, vt puta b in fructibus, qui pendent in fundo, qui (vtpotè fundi pars) ipſi fundo cohærere dicuntur. nam fructus c pendentes, fundi pars eſſe videntur: *vt ff. de rei vin. l. fructus.*

e ¶ *Immobilia.* vt ſunt panes d ciuiles: *vt C. de* [...]*tur. de. l. fina. § præterea.* ¶ Sed nunquid e debitorū nomina inter immobilia computantur? Reſp. hoc ab antiquo quæſitum eſt, & alibi ſatis diſputatum, & ideo omittimus.

f ¶ *De cauena* meliùs dixiſſet iudicio meo veluti ſe, &c. vt ſic intelligatur, quòd non ſit expoſitiuum illius verbi, aut in his, quæ inter immobilia cōputantur: & ſic feudum f cameræ, aut cauenæ computa

a In feudis primo cōſideranda eſt conſuetudo: ſecundò ſimile conſuetudinis, deinde ad legem ſcriptam Romanam veniēdum: poſtremò ad argumētum legis, ſiu conſuetudinis.

b Feudum poteſt cōſtitui in fructibus pendentibus, qui naſcentur ex hoc, vel illo fundo

c Fructus pendentes pars fundi eſſe videntur.

d Panes ciuiles (qui & annui [...] poſſunt dari in feudū

e Nomina debitorum non [...] neque immobilia ſūt, ſed tertia ſpecies [...] Nā actio ad rem mobilem, mobilis ad immobilem, immobilis cenſetur, & in his nominibus poteſt feudum. conſtitui.

f Feudum Cameræ, aut cauenæ computatur in rebus mobilibus, vel etiam ſolo cohærentibus.

computabimus in rebus immobilibus, vel etiam ſolo cohærentibus: *vt ff. vnde vi l. 1. §. iij.* ACCVRS.

a § *Niſi inueſtitura.* intelligo, aut eo quod habetur [a] pro inueſtitura: vt puta cùm iuſſerit dominus aliquẽ ire in poſſeſſionem. licèt enim poſſeſſionẽ non tradiderit, pro eodem tamẽ habetur: *vt infrà de cõſue. re. feu c. ſciendũ.* licèt illud feudũ ad hæredes nõ [b] trãſeat: *vt ſ. quib. mod. feu. po. cõſt. c. ſciendũ.* & ideo ſimile eſt huic, quod dicitur, actore [c] non probante, reus, etſi nihil præſtiterit, obtinebit: *vt gloſſa. tor. C de eden. l. qui accuſare* Nam licèt hic deficiat inueſtitura: ſufficit tamẽ quaſi inueſtitura: ſicut & ibi, licèt [d] deficiat probatio: ſufficit tamẽ quaſi probatio: quia intelligitur iuſiurãdum delatum, & præſtitum. ſuccedit [e] enim loco probationis iuſiurandũ, & quaſi probatio [f] appellatur *ff. de iureiu. l. nõ erit. §. dato. & l. ſed & ſi. § ſi. & l. tutor.* ACCVRS.

b § *Aut ſucceſſione.* [g] iſtud poteſt habere locũ in cohæredibus: ſed non in filio, cùm patri ſuccedat: nimirum quia etiã viuente patre, dominus intelligitur: *vt Inſtit. de hære. qua. & diffe. §.* [h] *ſui.* & alibi dicitur, quòd penè ad propria bona venire intelligitur: *vt ff. de ſuc. edi. l. j. § largiùs.* vnde nihil ei deeſt præter adminiſtrationem: *vt ff. de li. & poſthu. l. in ſuis.* Ex his ergo colligitur, quòd filij [i] non acquirũt patri ſuccedendo: ſed acquiſitum capiunt. ACCVR.

quirere, niſi inueſtitura [a], aut ſucceſſione [b].

QVID SIT INVEſtitura [c].

TITVLVS II.

Inueſtitura alia propria vt poſſeſſio: alia abuſiua, vt quando haſta, vel aliud corporeum porrigitur vaſallo à domino pro inueſtitura. BALD.

Inueſtitura quidem propriè dicitur poſſeſſio: abuſiuo autem modo dicitur inueſtitura, quando haſta, vel aliud corporeum quidlibet [a] porrigitur à domino feudi ſe inueſtituram facere dicente: quæ ſi quidem ab illo fiat, qui alios habet vaſallos [d], ſaltem coram duobus ex illis ſolenniter fieri debet: alioqui licèt alij interſint teſtes, inueſtitura minimè valeat.

§ Si enim domino adhuc in poſſeſſione conſtituto, an facta ſit inueſtitura: quæratur: non debet probare niſi per pares curtis illius domus, vel per publicum inſtrumentum à tribus, vel à duobus paribus confirmatum. Nam ſi inſtrumentum defecerit, vel quia factum non fuerit, vel quia amiſſum ſit; tunc qui probare deſiderat, pares curiæ illius, qui interfuerint, offerat. qui ſi denegauerint fortè corrupti odio, vel gratia, ſeu pretio, & dicant ſe non interfuiſſe cùm inueſtitura facta fuerat, vel non reminiſci: tunc domino cogente [e] iurent tactis ſacroſanctis Scripturis, quòd huius rei veritatem neſciant: & tunc actor aut alios producat pares, aut iuriſiurandi domino detur electio: vt proinde iuret inueſtituram factam non eſſe: aut ſacramentum vaſallo referat: & ille aut iuret, aut acquieſcat. Quòd ſi iurare pares aliqua ex cauſa recuſauerint, nec dominus eos iurare compellat [f]: licet vaſallo etiam per extraneos probare inueſtituram. Teſtibus verò deficientibus, iuriſiurandi electio domino detur.

Vaſallo poſſidenti feudum canena, non opus eſt probatione: ſed aut iuret, aut deferat ſi de inueſtitura inter ſe, & dominum lis orta fuerit. BALD.

1. § Si verò vaſallus quidem

c QVID SIT INueſtitura. *Quidam non habent h c tit. nec rub. & male.*

a § *Inueſtitura* | *Vel aliud corporeum quidlibet.* Vt baculi, aut fuſtes, aut ſcipiones. Helmod. *in Chron. Sclauorum. c.* 70. ait Dominus accepit virgulam, & eam in manum dedit in ſignum inueſtituræ. vide ſcripta *ad l. 1. C de iure emphyteut.* CVIAC.

d § *Vaſallos.* circa hunc articulum talis eſt facienda diſtinctio: Aut [k] agitur de noua inueſtitura, aut de veteri. aut dominus habet pares, aut non Itẽ aut vaſallus poteſt probare per breue teſtatũ, aut non. alias poſſidet dominus, alias non. Itẽ aut eſt dominus clericus, aut laicus, alias compellit pares, aut non vult compellere. Item alias habet vaſallus feudum, aliàs nihil habet. Si quidem agitur de noua [l] inueſtitura, dominus habet pares, & eſt in poſſeſſione feudi. tunc debet probare vaſallus inueſtituram per pares, vel etiã per breue teſtatum, & ab ipſis paribus confirmatũ: *vt j. prox.* ſed ſecundùm [m] Mediola etiam ſi ab alio eſt cõfirmatum, ſufficiẽs eſt: *vt infrà qui teſtes ſint neceſ. ad prob. nouã inueſtit. c. ſiue clericus. & c. ſed § ſedum eſt.* & hoc vbi dominus compellit pares iurare. ſi autẽ pares aliqua ex cauſa noluerint iurare. nec dominus cõpellit eos: tũc licebit etiam per extraneos inueſtiturã probare: *vt infrà proxi §.* & ſi extranei noluerint iurare, tunc à comite, vel à populo debẽt cõpelli iurare. quòd ſi noluerint eos compellere: tũc vaſallus cum miſſo domini ad Imperatorẽ ibit & quod Imperator iudicauerit, ſeruabitur: *vt ſuprà ſi de inueſt. inter do. & vaſ. lis ori. c. j.* & hæc vera ſunt. cùm dominus habet pares. Si autẽ dominus non habet pares. tunc [n] ſufficient etiã teſtes extranei ad probandam nouam inueſtituram *vt infrà eo. § ſi verò.* Nec dicat quis inueſtiturã valere cùm ſine [o] paribus facta eſt, quando pares haberent: quoniam ſi [p] abſint, expectandi ſunt: *vt infrà de conſue. re. feud cap. ſciendum.* Hæc vera ſunt cùm vaſallus probare poteſt per teſtes, Si verò probare [q] non poteſt per teſtes, nec per publicum inſtrumentum, ſiue per breue teſtatum, tunc domino dabitur ſacramentum, vt aut iuret, aut referat vaſallus. *vt infrà § prox. & §. ſi verò inueſtitura.* Quod quidem verum eſt, ſcilicet quòd dominus debebit iurare, ſi vaſallus aliunde non habet feudum ab ipſo domino. aliàs enim de æquitate remittitur domino iuſiurandum [a]: *vt ſuprà de contro inue. §. ſi verò feudum.* & hæc vera ſunt cùm de noua inueſtitura agitur. ſi autẽ agatur de veteri [b]: tunc etiam extranei teſtes recipiuntur: *vt infrà de conſue. recti feudi ca. ſciendum. in fin.* Et hæc vera ſunt in laico domino: in clerico [c] autem domino indiſtinctè admittuntur pares, & extranei: *vt ſuprà ſi de inueſtit. inter dom. & vaſ lis ori. § ſi autem ſe venturum.* quod verum eſt cùm de rebus Eccleſiæ facit inueſtiturã. ſi autem de ſuis proprijs: tunc idem dicendum eſt, & obſeruandum in clerico, quod obſeruatur in laico: *vt infrà qui teſt. ſint neceſſa. ad proban. no. inueſtit. cap. j.* & hæc vera ſunt, quando dominus eſt in poſſeſſione. Si autẽ vaſallus [d] eſt in poſſeſſione, tunc ſi ſteterit in poſſeſſione per annum, & domino ſciente, & non contradicente, ſine aliqua probatione teſtium ſolus iurabit vaſallus ſe, vel patrem ſuum inueſtitum fuiſſe: ne aliàs iuſta ignorantia, vel parui temporis negligẽtia cum iniquæ poſſeſſionis periurio quandoque domino poſſeſſionis damnum afferat: *vt ſuprà ſi de inueſtit. inter dom. & vaſ. lis ori. c. ſi autem aliquis.* Quæ autem dicta ſunt de ſacramento præſtando, intelligenda ſunt cum determinatione eius, quod legitur *infrà de conſue. recti feud. c. ſacramentum. & c. item ſi inter dominum.* ACCVRS.

e § *Domino cogẽte.* Huic videtur obuiare, *Cod. de teſt. l. nemo grauе.* & iſtud accidit propter [e] iuriſdictionẽ, quam habet dominus. eſt enim iſtorum iudex: & ideo ab eo compellendi ſunt veritatem reuelare. *vt in Lomb. de offi. iud. ca. vt iudex.* Quæ autem dicta ſunt de probatione nouæ inueſtituræ, intelligenda ſunt de eo, qui aliud feudum non habebat: *vt infrà de contro. inueſt. § y.* Sed fortè vbi habet breue teſtatum vaſallus, hic facienda eſt ſubdiuiſio: ſcil. vtrùm poſſideat dominus, an ipſe vaſallus: vt in primo caſu non ſit ſufficiens corroboratio per extraneos: *vt hic.* in ſecundo ſufficiant extranei: *vt infrà qui teſtes ſint neceſ. ad prob. nouam inueſtit. c. ſiue clericus.*

f § *Compellat.* hanc pœnam patitur dominus, ſi non compellat: ſcilicet quòd extranei, & qui aliàs repellerentur, admittantur. qui extranei à populo, vel comite compelluntur: *vt ſuprà ſi inter dom. & vaſ. lis ori. cap. j.* § Sed quæro, ſi vaſallus per alios teſtes non poſſit probare, niſi per pares, & dominus eos teſtimonium dicere renuentes non compellit: quid iuris ſit? Reſpond. intelligo quòd poſſit à comite, vel à populo poſtulare vt compellantur. Qui ſi ceſſauerint, Imperatorem adire debet. & quod inde ſtatuerit, obſeruare: ſicut de extraneis dictum eſt ſupra prædicto titulo. Nam quod dicitur, ſcilicet licere per alios probare, fauore vaſalli dicitur: vnde [f] non debet ad eius læſionem retorqueri: quod eſſet, ſi parium productio denegaretur per extraneos, cùm extranei abfuerunt. nam & alibi dicitur fauore [g] pupilli, ne tutor poſſit hæreditatem [h] delatam pupillo ſine eius voluntate, vel actu acquirere: *Cod. de iur. delib. l. potuit.* Quod ſic ſcilicet intelligendum eſt, vt in eius perniciem non retorqueatur: quod fieret, ſi adhuc fari non poſſet, vel ſenſu careret, vt puta quia eſt furioſus: *Cod. ad Trebell. l. penul.* Sic ergo ita eſt interpretatio facienda, vt in vaſalli perniciem non reuertatur, quod in eius priuilegium fuerat conceſſum. Similia ſtudioſus inquirat. Sed dici poteſt quòd proprietate [i] priuetur dominus hoc ipſo: *ſicut notat. infrà in quibus cauſis feudum amittatur. §. illud te non lateat. aliàs §. item qui domino ſuo.*

a § *Poſſi*

a Quaſi inueſtitura, aut pro inueſtitura quid.

b In quaſi inueſtitura nõ ſuccedit hæres, quoties actus repræſentans inueſtituram factus eſt abſente curia.

c Actore non probante reus abſoluitur.

d Probatione deficiente, ſufficit quaſi probatio.

e Iuſiurandum loco probationis ſuccedit.

f Iuramentum non eſt propriè probatio: ſed quaſi.

g Succeſſio ab inteſtato locũ habet in feudis, non ex teſtamento.

h Sui etiam in feudis conſiderantur.

i Filius ſuccedendo in feudo, patri non adquirit feudum: ſed iam acquiſitum capit.

k Inueſtitura quemadmodũ probetur domino poſſidẽte.

l Probari poteſt noua inueſtitura per extraneos teſtes, quando pares curiæ ex cauſa nolunt iurare, & dominus, eos non cõpellit: ſed & quãdo dominus pares non habet.

m Noua inueſtitura Mediolani probari poteſt per breue teſtatũ, etiam factum coram extraneis teſtibus.

n Teſtibus extraneis vetus inueſtitura probari poteſt, vt & quæuis clericorum: noua laicorũ, extraneis teſtibus probari non poteſt, niſi in ſubſidiũ *vt ea adde Gl. ubi s. tit. in verbo,* coram paribus.

o Inueſtitura ſine paribus facta an valeat.

p Pares curiæ abſẽtes citãdi, & expectandi.

q Probationibus deſtituto vaſallo, ita vt neque teſtibus neque inſtrumentis inueſtituram nouam ſibi factã probare poſſit, iurare, aut referre iuſiurandũ dominus tenetur.

a Quando remittatur domino.

b Teſtibus extraneis vetus inueſtitura [illegible] laico facta probari poteſt.

c Teſtibus extraneis inueſtitura ab Eccleſia facta [illegible] ab Eccleſiaſticis perſonis probari poteſt.

d Inueſtitura quemadmodũ probetur vaſallo poſſidente [illegible]

e Teſtes [illegible] dicere cogitur [illegible] habet in [illegible] producti dix.

f Fauore alicuius introducta, nõ ſunt in eius perniciem detorquenda.

g Fauore pupilli introductum eſt, ne tutores hæreditatem pupillo delatam ſine eius voluntate adquirere.

h Hæreditas pupillo delata, quemadmodum adquirenda.

i Dominus feudi proprietate priuatur, ſi non compellit, aut noluit pares cogere ad iurandum.

poſſideat [a], vel ſi feudum [b] cameræ, aut cauenæ in duabus, ſeu tribus acceptionibus quietis quaſi poſſideat: dominus autem feudum negans eſſe, rem ſuam petat: vel quod de camera, vel de cauena bis, vel ter (ſicut diximus) iam ſolutum eſt, deinceps ſoluere renuat: tunc non eſt opus probatione: ſed poſſidenti data electione, aut iuret ſuum eſſe feudum [c] rectum, aut domino referatur iuſiurandum.

¶ Si autem inueſtitura ab eo, qui vaſallos non habebat, dicatur facta: tunc per quoſlibet idoneos teſtes, aut per publicum inſtrumẽtum probari poteſt: aut inopia probationis emergente, res decidatur per iuſiurandum.

Contentione orta inter dominum, & vaſallum de pactis appoſitis inter eos præter conditionem feudi, vel naturam: vel quia dominus allegat pactum in ſui fauorem, vel dicit feudum datum ſub tali conditione, vt vaſallus aſſociet vxorem ſuam ad Eccleſiam feſtiuis diebus: domino quidem incumbit probatio: eo autem in probatione deficiente, vaſallo defertur iuſiurandum. Bald.

2. ¶ Præterea ſi aliquis tenor præter communem feudi rationem in inueſtitura à domino dicatur interueniſſe: vel ſi dicatur feudum ſub tali conditione dediſſe, vt vaſallus in feſtiuis diebus vadat cum vxore ſua ad Eccleſiam: omni facultate probandi domino adempta [d], habeat vaſallus poteſtatem defendendi ſe per ſacramentum. Item ſi vaſallus per pactum ſpeciale contra feudi conſuetudinem allegat, velut de filiarum ſucceſſione: liceat ei tenorem, ſi poteſt, ſicut inueſtituram probare. quòd ſi in probatione defecerit, vel ceſſauerit: concedatur domino hoc denegare iureiurando præſtito.

a ¶ *Poſſideat.* intelligo de ea re, quæ verè poſſideri poteſt.

b ¶ *Vel ſi feudum.* illud *vel*, ideo dixit, quia huiuſmodi [a] annuæ [b] præſtationes loco vſusfructus habentur: vtpote ſeruitutes [c] verè non poſſunt poſſideri: ſed quaſi [d]: *vt ff. de vſufru. l. ſi quis ita & de an. leg. l. in ſingulos. & vſuca. l. ſequitur. & de ſer. l. quoties.* Non ergo in talibus vera poſſeſſio eſt: ſed quaſi: vnde [e] nec vera traditio: *vt ff. de act. empt. l. datio. §. ſi inter.* & hoc eſt quod dicit duabus, ſeu tribus acceptionib. quaſi poſſeſſor, &c. huic ſimile eſt quod de fideicommiſſario dicitur *C. de fideicommiſſ. l. j. & arg. ff. de vſur. l. cùm de in rem verſo.* licèt contrà videatur, *C. d. de pact. l. ſi certis.* Accvrs.

c ¶ *Suum eſſe feudum.* quod intelligendum eſt ſecundùm diſtinctionem illius *cap. infrà de con. re feu. ca. ſacramentum.*

d ¶ *Adempta.* hoc ſic intellige: id eſt, domino in probatione deficiente: & præſtatur poſtea iuſiurandũ ad cautelam ab ipſo vaſallo: ſicut & ſuprà notatum eſt: nam ſi aliter intelligatur, abſurdum videtur, vt quod vaſallo in eodem caſu conceditur probare, denegetur domino: *vt infrà, §. proxi. dicitur, liceat ei tenorem,* &c. Vel ſi vis intelligere quòd [f] dominus non admittatur ad probationem: intelligas iſtud, quando violenta præſumptio, & talis, quæ [g] non recipit probationem in contrarium, erat pro vaſallo. & de hac præſumptione tractatur *in princip. lib. diſp. hic ergo, & in §. ſequen.* Sic ſemper aliquid [h] fore conceſſum, vt conſuetudo confirmat interpretandum, & præſumendum: ſicut Imperator priuilegium [i] alicui concedendo, non intelligitur contra conſuetum ordinem conceſſiſſe: *vt C. de inoffi. teſt. l. ſi quando.*

PER QVOS FIAT inueſtitura [k], &c.

e ¶ *Inueſtitura autē.* De nouo quæ fit noua inueſtitura, tractatur infrà *qui teſt. ſint neceſſarij ad prob. inueſt. c. j.*

f ¶ *A minore.* & meritò: quoniam non [l] alienat, ſed alienatum inuenit, & maiorum ſuorum factũ cõfirmat. vnde dicitur quòd ſi pignus [m] incipit à maiore, & ſecũdùm cõuentionẽ creditor diſtraxerit illud, quòd minor reſtitui poſtulãs non auditur: *vt C. ſi adu. vẽd. pig. l. j. & ij.*

g ¶ *Sed de iuſta.* ſimile reperitur in trãſactione facta. non enim rebus ſemper legitimè poſſeſſis, non furtiuis obſtat pactum: *vt ff. de pact. l. tres fratres. & C. de excep. l. aduerſus.* Item ſi debitori meo liberationem relinquo: quoniã tantùm de his videor liberationẽ reliquiſſe, quæ iuſtè id eſt, ſine [n] dolo, vel fraude mihi tenebãtur. Vnde de rebus furtiuis ab hærede ſe tueri nõ poterit: *ff. de lib. le. l. non ſolum. § ſi hæres.* Nã econtra, ſi hæres poſſeſſionẽ tradere iuſſus, vitioſã tradat poſſeſſionem non videtur tradidiſſe: *vt ff. de leg. ij. l. qui concubinam. §. ſed ſi hæres. & ff. de acquir. poſſ. l. non videtur. & de act. emp. & ven. l. datio.* Accvrs.

h ¶ *Suorum bonorum.* Hic videtur quòd de bonis nõ alienat, qui

a Feudum de Camera, & Cauena nõ poſſidentur verè: ſed quaſi.

b Annuæ præſtationes loco vſusfructus habentur.

c Seruitutes non poſſidentur: ſed quaſi poſſidentur.

d Quaſi poſſidetur quid.

e In quaſi poſſeſſione nõ eſt vera traditio.

f Probationis onus committitur in aliquem ex violenta præſumptione.

g Præſumptio violenta non recipit probationes contrarias.

h Feudum cõcedi in dubio præſumitur ex conſuetudine, & interpretatione feudali.

i Priuilegia in dubio præſumuntur eſſe conceſſa iuxta cõſuetudinem feudalem.

k Per quos autem fiat de inueſtitura, vt loquuntur, vide hic interpretes.

PER QVOS FIAT INueſtitura, & per quos recipiatur.

TITVLVS III.

Vetus inueſtitura fieri poteſt etiã à maiore, vel à quocunque: noua autẽ non poteſt fieri ab alio, quàm ab eo, qui habet legitimam bonorum adminiſtrationem: qui enim alienare prohibetur ſua bona, nec feudum dare poteſt. Bald.

INueſtitura autem aut fit de veteri beneficio, aut de nouo [e]. quæ de veteri fit, etiam à minore [f] poteſt fieri. Siue autem à minore, ſiue à maiore fiat: non de omni poſſeſſione vaſalli: ſed de iuſta [g] † tantùm facta intelligitur: niſi aliud nominatim dicatur. Noui verò inueſtitura feudi non ab alio rectè fit, niſi ab eo, qui legitimè [h] ſuorum bonorum adminiſtrationem habet. Qui enim qualibet ratione aliquid de ſuis rebus [i] impeditur alienare, is nec per feudum poterit inueſtituram facere.

Res, cuius alienatio prohibetur, in feudum dari non poteſt, fallit in duobus caſibus hîc poſitis. Baldvs.

1. ¶ Sed etiam res, cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conceditur, niſi in caſibus: vt ecce ſi quis ex agnatis ſuis rem, quæ à communi parente per ſucceſſionem ad eum peruenerit, alienare voluerit: non permittitur ei etiam ſecundùm antiquam conſuetudinem alij eam vendere, niſi tibi, vel alij proximiori [k] pro æquali pretio accipere volenti: per feudum tamen cuilibet dari

veterem facit inueſtituram: & meritò: quia in [a] bonis ius feudi cõputatur: *vt arg. ff. de verb. ſig. l. bonorum.* nimirum ſi ager vectigalis in bonis conductoris eſt: quantò fortiùs feudum in bonis vaſalli eſt? vt ibi. Accvrs.

i ¶ *De ſuis rebus.* Huic inſtat ſolicitus: ſi prohibitus ſit hæres [b] vẽdere feudũ ſibi legatũ (vt ſæpiſſimè accidit) nũquid in feudum dare poterit aliquid de bonis ſuis, cùm ſit verum aliquid de bonis ſuis alienare prohibitum? Reſp. iſtud eſt dictum tãtùm de re prohibita. id ergo, quod non poteſt vẽdere, nec poterit poſtea alienare ſi in feudum cõcedendo: quoniam alienationis verbo, etiã pignoris obligatio (quod minùs eſſe videatur) cõtinetur. *Co. de re alie. non alie. l. ſi.* Sed adhuc inſtat prædictus, alienatione communi omnis actus continetur, per quẽ dominium transfertur, *Co. de fun. do. l. j.* ſed iſte non trãsfert dominium, qui in feudum cõcedit. non debet ergo alienationis prohibitione in feudum dare prohiberi, quod alienare prohibetur? Reſpon. falſum eſt: imò [c] dominium alienat. ſcil. vtile. retinet tamen directum: vnde vtilis: & non directa vindicatio datur: *vt infrà de inue. rei alie. §. rei autem, &c.* Item obiicitur: quia reperitur quòd aliquis poteſt alienare rẽ ſibi prohibitam alienari: dũ tamẽ per aliũ modũ alienet: vt ecce res litigioſa prohibita eſt alienari: & quę iudicij mutãdi cauſa transfertur ſimiliter inhibetur. *ff. de alie. iu. mu. cau. fac. l. ex hoc. § alienare. & C. de liti. l. ij. & Auth. ***. Reſp. illę loquuntur in his, quibus alienatio generalis [d] nõ eſt prohibita: hic autem contrà. nam appellatione generis quælibet ſpecies continetur: *vt in l. prædict. de re alie. nõ alie.* Sed appellatione ſpeciei [e] non continetur genus, niſi in vnico caſu, quòd meminerim: *vt ff. de ſtatu lib. l. ſtatuliberi. à cæteris.* & partis appellatione quandoque totum continetur: *arg. ff. de leg. iij. l. vxoris. & C. de hære. inſti. l. ij. & ff. de hære. inſti. l. ſi quis ita.*

k ¶ *Proximiori.* [f] & verè: quia non intelligitur alienatio: *vt ff. de leg. ij. l. pater. § quindecim.* Hic ergo conceditur agnatis, quod aliis denegatur. nam & alibi ſimilia inuenire potes: *vt ff. de pact. l. Imperator. & de cõtrah. empt. l. qui offic. & de mi. xxv an. l. ſi in emptionẽ. & C. de admini. tut. l. lex, quæ.* Alibi autem conceditur extraneis [g], quod agnatis denegatur: *vt C. vbi pu. edu. de. l. ſi.* hîc ergo dicitur, quòd agnati præferuntur, ſi tantum dare volunt, quantum alij extranei: & ſi contrarium factum ſit, quod pretiũ emptori offerendo, emptorẽm vindicare poteſt. ¶ Intelligo iſtud de emptore bonæ fidei: quia malæ fidei emptori non eſt pretium [h] reſtituẽdum: *vt C. de de præſcr. xxx. an. l. j. & C. de euic. l. ſi fundũ. 27.* licèt ſit arg. contrà, *C. cõmunia de le. l. vlt.* Sed de hac materia recurras ad diſtinctionẽ Py. cùm quæritur an malę fidei emptori ſit pretiũ reſtituendum, &c. ¶ Itẽ intelligo hoc quando contra [i] conſtitutiones fiebat alienatio, quòd ipſo iure nulla ſit. ¶ Et quod dicitur reſciſſa.

intelligas

a Feudum eſt in bonis vaſalli, vt mox, denique feudatarius tenetur ad decimas collectas, & tributa non dominus.

b Alienare prohibitus in feudum dare non poteſt.

c Alienat vtile dominiũ, qui in feudum dat.

† Generali cõfirmatione priuilegiorũ non intelliguntur cõfirmata, niſi iuſta priuilegia & adducit iura, per quæ hoc probatur inde ſumpta occaſione ſubiungit quamdam quæſtionem ſatis vtilem: vt ibi videre poteris

e Speciei, & partis appellatione, totũ quandoque continetur *adde l. vxori. ff. de leg.*

f Alienari poteſt ſeudi proximiori agnato ſucceſſoro in feudum, inconſulto domino: hæc enim non tam alienatio eſt quàm refutatio.

g Extraneis pleriũque conceditur, quod agnatis denegatur.

h Pretium non reſtituitur malæ fidei emptori.

i Alienatio contra conſtitutiones ipſo iure nulla.

intelligas de facto, & non de iure: *ſicut not. in C. de reſcin. vẽd. l. 1.* ¶ Et quod dicitur ſecundum antiquam conſuetudinem, nunquid hodie iſtud eſt immutatum [a]? & certè puto quod non, cum non inuenio correctum: & quod non eſt immutatũ q[uod] tare ſtare prohibetur: *C. de teſta. l. ſãcimus* cohæres ergo ſuo cohæredi rem vendere, & [b] locare poteſt ſecundùm hanc rationem: *vt hic, & infrà de alie. feu. pa. c. j.* ¶ Sed nunquid illud obtinet ſiue pro diuiſo [c], ſiue pro indiuiſo poſſideat cohæres? Dic quòd ſic: *arg. infrà ſi de feu. ſue. con. c. omnes.* ¶ Itẽ nunquid ſiue inueſtituram accepit, & fidelitatem præſtiterit, ſiue non præſtiterit? Reſpon. hæc infrà [d] pleniùs, & vberiùs notabũtur. ACCVR.

a ¶ *In fraudem.* In [e] fraudem conſuetudinis facere videtur fortè, qui caſtè natus eſt. Vel ita ad eam ætatem peruenit, vt filios habere non poſſit. Vel ſi ideo facit, vt priuet eum, qui in ea ſuccedere debet, ſua ſucceſſione: vt habes de eo, qui alienat in fraudem creditorum.

b ¶ *Proximiori.* nam & aliàs volentibus emere prædia ſuorum maiorũ, ius fauorabile inuenitur *vt ff. de cõtrah. emp. l. qui officij. & de mino. xxv. annu. l. ſi in emptione.* ACC.

c ¶ *Reſtituere.* hoc ita verũ eſt, vt reddat proprium pretium vaſallo inueſtito, niſi ei ſuccedat in proprietate, & in alijs etiam præter feudum: alioquin & ſine pretio recuperabit nulla obſtante præſcriptione: *vt Co. de bo. ma. l. ij. & iij.* ACCVRS.

d ¶ *Diſtinguimus.* hîc ratione perſonæ [f] recipientis inueſtituram nihil intereſt, nam & alibi not. quòd nihil intereſt à quo quid fiat: *vt ſuprà, & infrà hoc eo. libro.*

e ¶ *Ignorantia.* nam ſi dominus putat [g] liberum, qui poſtea ſeruus apparet, meritò nõ valet inueſtitura: nimirum incidente errore etiam matrimonium non tenet: *vt in Decre. cauſa xxviij. & xxix per totũ. & in Auth. de nupt. § ſi verò. coll. iiij. arg. ff. ſol. mat. l. ſi cũ. §. ſi.* ...itur ergo ſerui, & liberi poſſunt inueſtiri: ſicut hæredes inſtitui: *vt ff. de hære. inſti. l. nõ minùs.*

f ¶ *Putamus.* ¶ Hîc not. quòd licitum eſt per alium, quod per ſeipſum nõ licebat: vt & aliàs. *C. de ſol. l. nihil. & ff. de ſol. l. ſolutãdo & l. S... §. vſuſfructus & C. de epi. & cle. l. quiſquis & l. ad ſimilitudinẽ & Inſt. de re. diui. § nihil autẽ. & in ſum. vt in lib. Py. ... char. vn.* Imò licet per aliũ, quæ licet cõtra ſit ſuperior rubr. prox.

g ¶ *Fœminã quoque.* Ergo in donatione [h], nõ ſucceſſione ſimilis eſt fœmina maſculo: *vt ſuprà dictum eſt. & adhuc j. notabitur.*

h ¶ *Recuſat.* hoc videlicet ſic intelligo, ſi penitus domino fidelitatem ſe facturum negat: nõ quòd inueſtitura [i] nõ debeat fidelitatẽ præcedere: *vt j. prope.* Nec enim ei eſt fides præſtanda, qui vult contra fidem verſari: vt alibi notaui ſolicitus: *C. de pact. dictũm proponas.*

i ¶ *A fidelitate.* ¶ Not hîc arg. ad nominis [k] interpretationem. Sic aliàs *Inſt. de tut. in prin. & ff. de verb. ſig. l. bonorũ. & l. malũ. §. pe.* ¶ Sed quæro, in quem modum ſit inueſtitura facienda, vel petẽda, & fidelitas præſtanda, & quando? Et vtique [l] dominũ honorificè adire [m] debet vaſal. & præſẽtibus curiæ paribus, vel alijs ſecundũ n diſtinctionẽ, quam fecimus *ſuprà quid ſit inueſtitura.* non quod inueſtitura nõ valeat ſine [n] teſtibus facta ſed ideo dicitur, ne veritas occultetur: *vt inf. qui teſt. ſint ne. ad prob. no. inu. c. ſi ne clericus* & non ſolùm adire ſed inueſtiturã petere, & fidelitatem polliceri [o] debet. *vt in quib. cau. feud. amit. c. j. & infr. de*

potest, niſi fiat in fraudem [a] noſtræ conſuetudinis, vel legis nouæ bonæ memoriæ Lotharij, vel Friderici Imperatoris: tunc enim reſciſſa inueſtitura, reddito à te, vel ab alio proximiori [b]: videlicet ſecundùm antiquam conſuetudinem pretio, ſi quod dederit: is, qui inueſtituram accepit, compellatur rem tibi reſtituere [c].

2. ¶ Perſonam verò inueſtituram accipientis non diſtinguimus [d]: nam etiam ſeruus inueſtiri poterit, niſi ignorantia [e] prætendatur.

3. ¶ Sed vtrùm ipſe, vel alius, pro te inueſtituram faciat, vel ſuſcipiat, nihil intereſſe putamus [f]: poteſt enim hoc negotium & per procuratorem ab vtraque parte expediri.

4. ¶ Fœminam quoque [g] etiam noui feudi inueſtituram facere poſſe, plerique conſentiunt.

5. ¶ Nulla autem inueſtitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recuſat [h]: cùm à fidelitate [i] feudum dicatur, vel à fide: niſi eo pacto acquiſitum ſit ei feudum, vt ſine iuramento fidelitatis habeatur.

QVID PRÆCEDERE DEbeat, an inueſtitura, vel fidelitas.

TITVLVS IV.

Fidelitatem præcedere debet inueſtitura. h. d. BALD.

a Stat, quod non eſt mutatum.
b Vendere, & locare, feudũ poſſumus etiã ſine conſenſu domini, proximo agnato.
c Agnatus agnato proximiori partem ſuam ſiue pro diuiſo, ſiue pro indiuiſo alienare poteſt.
d c. ſi Titius, ſi de feudo fuerit cõtrouerſia.
e In fraudem infeudatio à vaſallo facta tribus modis probatur, ſi caſtratus, ſi ſenex, ſi in fraudem proximi agnati.
f Seruus tamẽ de feudo inueſtiri non poſſe videtur: quia militare prohibetur. *l. ſi ſuper ſeru. C. qui militare.*
g Dubitans vtrùm ſeruũ inueſtire poſſit.
h Id eſt, fœmina tametſi regulariter in feudo nõ ſuccedat ſi tamen feudum habuerit, poterit infeudare.
i Inueſtitura fidelitatem nõ præcedit.
k Ab etymologia argumentum valet.
l Inueſtitura vt petenda ſit ... non ſer...
m Sine teſtibus inueſtitura an valeat
o Quomodo tacitè videtur ... petendo inueſtituram.

in. c. cõ. c. j. verbi grat. ¶ Domine mi, tam rei inueſtiturã, putà fundi Corneliani, quẽ à te poſſideo, vel poſſidere debeo poſtulo & fidelitatem tibi cõtra omnem hominẽ, exceptis [a] anterioribus meis dominis, & Imperatore volo & paratus sũ facere. Sufficit etiam ſi dicat tantùm, poſtulo inueſtiturã mei recti feudi. Quo facto dominus ſtatim debet inueſtituram [b] facere, & ſacramentũ ſuſcipere, ſi ſibi placuerit: Sin autẽ, poteſt differre & erit hîc talis adhibenda diſtinctio: ſcilicet an velit domin[us] incontinenti facere inueſtituram, & ſuſcipere fidelitatem: an velit differre. ¶ Quid ergo ſi dominus non [c] faciat ſtatim quod facere debet? Item ſi vltra diem, & annum ſteterit, quòd inueſtituram non fecerit, cùm intra annum fuerit petita? Reſpon. hoc non debebit obeſſe vaſallo. Sufficit enim ſi inueſtituram petit ſecundùm quod debuit: cùm aliud non dicatur *in l. Friderici. Imperialem.* ipſum facere debere. nec *cap. Corradi.* Imò fortè hoc ipſo proprietate dominus debebit priuari. Nã ſicut vaſall[us] priuaretur feudo, ſi inueſtituram non peteret intra annũ, & diem: ita & dominus debet proprietate priuari, ſi non poſtquam fuerit ab eo petita ſicut debuerit, ipſum vaſallũ intra id tempus inueſtierit: *arg. infrà qualiter do. proprie. priu. c. ex facto. & infrà ſi de feu. contro. fue. c. domino committente.* Fidelitas [d] verò talis facienda eſt, vt ſequitur ſtatim: *c. qualiter autem debeat, &c. & tit. de forma fidelitatis. & in alio tit. de no. forma fide. & in Decret. cauſa xxij. q. v. de forma & diſt. lxiij. c. tibi domino.* ¶ Ergo notabis quòd fidelitas [e] cum fama domini finitur, cùm dominus excommunicatur: & pariter cum fama reſtituitur [f]: *vt infrà hic finitur lex. c. domino guerram. & in Decre. xv q. vj. ca. alius. & cap. ſi.*

V Trùm autem præcedere debeat fidelitas inueſtituram, an inueſtitura fidelitatem, quæſitum ſcio: & ſæpe reſponſum eſt, inueſtituram debere præcedere fidelitatem. Fidelitatem autem dicimus iuſiurandum, quod à vaſallo præſtatur domino.

QVALITER IVRARE debeat vaſallus domino fidelitatem.

TITVLVS V.

Vaſallus domino iurare debet quòd ſibi erit fidelis: & quòd credẽtia ſibi cõmiſſam non manifeſtabit: domeſticus autem, & ſubditus addere debet nominatim ſeruare vitam, membrum, mentem, & eius rectum honorem. h. d. BALD.

Q Valiter autem debeat iurare vaſallus fidelitatem, videamus. Iurare, ſcil. ſic debet: Ego iuro ad hæc ſancta Dei euangelia, quòd amodò in antea erò fidelis huic: ſicut debet eſſe vaſallus domino: nec id quod mihi ſub nomine fidelitatis cõmiſerit dominus, pandam alij ad eius detrimẽtum [k], me ſciẽte. Si verò domeſticus [l], id eſt, familiaris eius ſit, cui iurat: aut ſi ideo iurat fidelitatẽ, non quòd habeat feudum, ſed quia ſub iuriſdictione ſit eius, cui iurat: nominatim vitã membrum, mentem, & eius rectum honorem cuſtodire iurabit.

QVID PRÆCEDERE DEBEAT, &c.

Quidam hic non habent rub. ſed neque c. imò. §. tantùm, ſed male.

QVALITER IVRARE DEBEAT, &c.

k Q *Valiter autem.*] *Detrimentũ* iuſtè enim poteſt hic vaſallus iurare, cùm alias dicatur quòd amitteret feudum, ſi credentiã domini ſciẽter ad eius detrimentũ manifeſtauerit: *vt* ... hic poteſt eſſe titu. *qui. mod. feud. amit. c. j.* & in [g] hoc ſacramento contineri videtur, quòd ipſum, & dominũ ſuum totũ exaltabit inquantum poterit, & nunquam vitam, aut membrũ, neque honorem, quem habet, ſua volũtate, aut cõſilio aut exhortatione perdet: ſed in his omnibus adiutor erit eius ſecundùm ſuum poſſe: vt habetur in iuramento q[uod] fecit rex Otho Papæ Ioanni.

l ¶ *Si verò domeſticus.* ¶ Hîc no. differentiam [h] inter ſacramentum domeſticæ perſonæ, & aliarum. ¶ Sed cur nominatim dicitur in perſona domeſtici: & ſufficit ſi in genere dicatur in extraneo? Reſp. quia citiùs fraus [i] præſumitur in perſona domeſtici, ad quem [k] fortè domini hæreditas ſpectare videtur poſt mortẽ: *vt C. de nupt. l. vidua. & C. vbi pup. educ. l. ſina.* & quia plus ſolet timeri quod ſpecialiter ... pollicetur, quam quod generali ſponſione concluditur, ideirco ſpecialiter in domeſticorũ perſonis facienda eſt promiſſio *vt in Decre. xxij. diſtin. c. quãquam.* ¶ Sed quæritur,

a Alia cum ... ineo ... cipiend.
b Inueſtitura vt ſieri ... fieri ... autem ... inquam, vel ... , ſeu ... diſtione ... li, ... nuli.
c Recuſans inueſtituram dominus ...
d Fidelitas, & quando præſtanda.
e Infamia domini ... vinculo liberatus ... ſcati.
f Famam ... ſi ... reſtituit ... in famã ... dominum ... ſtare cog...
g Iuramento credentia domini non ... ſolanda, quæ continentur.
h Iuramenti domeſticæ perſonæ, & extraneæ differentia.
i Fraus facilius præſumitur à domeſtica perſona, quam extranea.
k Domeſtica & ... perſonæ ... tur, ad ... pertinet ... di ſucceſſio.
l Specialiter promiſſa magis obligant, & etiam ... tuuntur.

a Domeſticæ perſonæ quæ dicantur.

ritur, quæ a ſint domeſticæ perſonæ? Reſp. omnes quos leges domeſticos appellant: *vt C. de teſt. l. etiam iure ciuili. & Inſt. de teſt. or. §. in teſti. & C. de queſtio. l. placuit. & C. de hu. qui ad Eccle. confu. l. ſi. §. po. no.* & omnes, ad quos domini ſucceſſio eſt perueǹtura in feudo propter prædictam rationem.

a DE FORMA fidelitatis

Quidam non habent hunc tit. ſed male.

b IN *epiſtola Philiberti.* De forma, quæ in iſto ca. exprimitur, notabilia ſunt omnia: ſed id præcipuè non eſt omittendum, quod dicitur in fin. ſcilicet quòd b dominus in his omnibus fideli ſuo vicē reddere debet. Quod ſi non fecerit, meritò cenſebitur malefidus: ſicut, &c. Sed nunquid aliam pœnam patietur? Reſp. vtique talē, qualem vaſallus, id eſt, ſi vaſallus priuaretur feudo, dominus proprietate: vt legitur *j. qua. do. propri ſe. pri. c. ex facto.* & hoc eſt ſimile quod de patrono dicitur, & liberto. nam liberti c nō alēdo patronos ſuos in paupertate poſitos, puniuntur à patronis, & in poteſtatem eorum rediguntur. Verſa vice patroni d non præſtantes alimenta libertis, carebunt operis impoſitis cauſa libertatis, & ab eorum hæreditate excluduntur, vbi hæredes instituti fuerint: & ius patronatus amittunt: *vt ff. de li. agno. l. alimenta. & de iur. pa. l. diuus Claudius. & de bon. libe. l. ſi patronus.* & hic eſt arg. ad mutuam præſtationem.

b Domini vaſallo vicem in omnibus non reddentis pœna.

c Libertorum non alentium patronos pœna.

† *Facit ad hoc, ti. 13. de norma, & ... ſi ſo... contra de ... Idē tenet Andr. de Iſer. hic.*

d Patronorum libertos nō alentiū pœna.

e DE NOVA forma fidelitatis.

Quidam non habent hic tit. nec rubr. & male.

d EST *& alia de nouo.* Iſtud cap. in paucis conſuetudinibus inuenitur: quia nouiter eſt inuētum: vt in prin. ipſius c. poteſt perpēdi.

e ¶ *Contra omnem hominem.* & meritò debet ita iurare: quoniam vaſ. contra e omnes debet dominum adiuuare etiam contra fratrem, & filium f, niſi contra aliū dominum antiquiorē. hic enim cæteris eſt præferendus, *vt hic finitur lex. §. contra omnes.* vnde ſi antiquior dominus in ſacramento ſimiliter excipiatur non erit abſonū. Quòd autē perſona Imperatoris nominatim g debet excipi de omni ſacramēto fidelitatis expreſſim dicitur *j. de prohib. feud. alie. per Frid. l. Imperialē. §. illud quoq; præcipimus.*

f ¶ *In ſe continet.* & verè continet, cùm ille,

e Vaſallus quēadmodum cōtra omnes auxilium domino præſtare debeat.

f Iuramentum fidelitatis vaſallum ligat etiā aduerſus fratrem & filium. Id tamē fallit in naturalibus, ad quę tenetur pater filio, quoniam naturalia ſunt immutabilia. Quidā tamen putant iuramentum præter naturā.

g Imperator in omni iuramēto fidelitatis excipiendus.

DE FORMA FIDELITATIS a.

TITVLVS VI.

Vaſallus, & dominus ſibi inuicem auxilium, & conſilium preſtare debent. BALDVS.

IN epiſtola Philiberti b epiſcopi in Decretis, xx. j. cauſa, de forma fidelitatis aliquid ſcribere monitus: hæc vobis, quæ ſequuntur, breuiter ex librorum autoritate notaui. Qui domino ſuo fidelitatem iurat, iſta ſex in memoria ſemper habere debet, incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, poſſibile. Incolume: ne ſit in damno domino ſuo de corpore ſuo. Tutum: ne ſit ei in damno de ſecreto † ſuo, vel de munitionibus ſuis, per quas eſſe tutus poteſt. Honeſtum: ne ſit ei in damno de ſua iuſtitia, vel de aliis cauſis, quæ ad honeſtatem eius pertinere videntur. Vtile: ne ſit ei in damno de ſuis poſſeſſionibus. Facile, vel poſſibile: ne in bonum, quod dominus ſuus facere leuiter poterat, faciat ei difficile: néve id quod poſſibile ei erat, faciat impoſſibile. Vt fidelis hæc documenta caueat iuſtum eſt. Sed quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt: reſtat vt in ſex prædictis conſilium, & auxilium domino præſtet, ſi beneficio vult dignus videri, & fidelitate eſſe ſaluus. Dominus quoque in his omnibus vicem fideli ſuo reddere debet. quod ſi non fecerit, meritò cenſebitur malefidus; ſicut ille, qui in eorum præuaricatione vel faciendo, vel conſentiendo deprehenſus fuerit perfidus; & periurus.

DE NOVA FORMA fidelitatis c.

TITVLVS VII.

Traditur hic noua forma iuriſiurandi fidelitatis, quod præſtat vaſallus Domino. BALDVS.

EST & alia de nouo d ſuper fidelitatis iuramento forma inuenta, & vtentium approbata conſuetudine: quæ hodie ferè in omni curia videtur obtinere, hæc ſcilicet: Ego Titius iuro ſuper hæc ſancta Dei Euangelia, quòd ab hac hora in antea vſque ad vltimum diem vitæ meæ ero fidelis tibi Caio domino meo contra omnē hominem e: excepto Imperatore, vel Rege. Quod verbum ſi rectè intelligatur, nulla quidē indiget adiectione; ſed integram, & perfectam in ſe continet f fidelitatē: ſed propter ſimplices, & nominis ſignificationis ignaros, ad illius verbi interpretationem hoc adiici ſolet, id eſt: Ego iuro quòd nunquam ſcienter ero in conſilio, vel auxilio, vel in facto quòd tu amittas vitam, vel membrum aliquod: vel quòd tu recipias in perſona aliquam læſionem, vel iniuriam, vel contumeliam: vel quòd tu amittas aliquē honorem, quem nunc habes, vel in antea habebis: & ſi ſciuero, vel audiuero de aliquo, qui velit aliquod iſtorum contra te facere, pro poſſe meo, vt non fiat impedimentum præſtabo. Et ſi impedimentum præſtare nequiuero: quàm citò potero, tibi nunciabo g: & contra eum prout potero h, auxilium meum tibi præſtabo. & ſi contigerit te rem aliquam, quā habes, vel habebis, iniuſtè, vel fortuito caſu amittere, eam recuperare iuuabo, & recuperatam omni tempore retinere. Et ſi ſciuero te velle iuſtè aliquem offendere i, & inde generaliter, vel ſpecialiter fuero requiſitus k: meum tibi, ſicut potero, præſtabo auxilium. Et ſi aliquid mihi de ſecreto manifeſtaueris: illud ſine tua licentia nemini pandam l, vel per quod pandatur, faciam. & ſi conſilium, mihi ſuper aliquo facto poſtulaueris, illud tibi dabo conſilium quod mihi videbitur magis expedire m tibi: & nunquam ex perſona n mea aliquid faciam ſcienter, quod pertineat ad tuam, vel tuorum iniuriam, vel contumeliam.

¶ Inueſtitura verò facta, & fidelitate ſubſecuta, omnimodo cogitur dominus inueſtitum in vacuam o poſſeſſionem mittere; quòd ſi differat, omnem vtilitatem p,

qui fidelitatem iurat, ea ſemper debet habere in memoria a, & facere, quæ continentur *ſ. tit. proxi. de forma fidelitatis.*

g ¶ *Nunciabo.* quod ſemper vaſ. facere tenetur. vt proinde ſedēs, prudénſque periculum valeat declinare: alioquin ſi vaſallus ſuper hoc negligēs b fuerit inuentus, aut doloſus, beneficiū amittet: *vt j. in qui. cau. feu. ami. §. præterea ſi vaſallus.*

h ¶ *Prout potero* Nam ſi non poſſet vaſallus dominum adiuuare non amitteret ob hoc feudū *vt j. in qui. cau. feu. ami. §. idem.* licèt quidam nō habent illud in textu.

i ¶ *Iuſtè aliquem offendere* benè iuſte dicit quia nō tenetur vaſallus dominū adiuuare, ſi iniuſtè velit aliquem offendere: niſi ad domini defenſionem, vel niſi dubitetur verùm iuſtè, an iniuſtè velit eū offendere, ſiue guerram facere: tunc enim tenetur eum adiuuare: licèt quidā dixerint quòd indiſtinctè teneatur eum adiuuare: *vt j. hic finitur lex. c. j.* & hæc vera ſunt, quod tenetur dominū adiuuare, ſicut ſ. dictū eſt, niſi c dominus ſit excommunicatus, vel à rege bannitus: quoniam tūc interim vaſall. eſt à ſacramento fidelitatis ſolutus: vt ibidem dicitur.

k ¶ *Requiſitus.* illud verbum nō ponitur hic ſine cauſa. Nec enim vaſallus tenetur d officiū offerre domino. quātocunque enim tempore ſteterit quòd domino nō ſeruierit, ob hoc nō amittit feudum: dū tamē domino petenti ſeruire paratus ſit. Si tamē ſciuerit domino magnū periculū imminere: putà mortem, vel captionē, vel quid ſimile: tunc vltrò ſe ei offerre debet *vt j. hic finitur lex § ad hoc. & j. ſi de feu. contro. fue. c. licet vaſ. & j. ti. an ille, qui interf. fra. domini ſui, feu. amit. c. nō ſequitur.*

l ¶ *Pandam.* ſc. ſcienter ad damnum tuum: *vt ſ. qualiter vaſ. iura. debeat fide. circa princi.* Vnde ſi cōtrà poſtea fecerit, vaſal. feudū amittet: *vt ſ. hic poteſt eſſe ti. qui. mo. feu. amit. c. ſi capitanei.*

m ¶ *Expedire.* quod vaſal. tenetur facere, ſi beneficio vult dignus videri, & fidelitate eſſe ſaluus: *vt ſ. ti. prox. circa fi.*

n ¶ *Ex perſona.* & meritò: cū enim vaſallus teneatur dominū adiuuare contra alios, & ab aliis eum defendere, ne prædicta ei eueniant: multò fortiùs in ſua perſona hoc attēdere debet: *vt ar. ff. de cōdi. inde. l. frater à fratre. § porro. & C. de eui. l. fine.*

o ¶ *In vacuam.* ſic *ff. de act. empt. l. ratio.*

p ¶ *Vtil. tatē.* quæ ſit circa rē. neq; e enim ſi potuit ex vino, & ex reditu negotiari,

a Iuramēti memoriā habere oportet.

b Vaſallus negligens ita punitur, ſicut doloſus.

c Dominū iuuare quib. caſibus vaſallus non tenetur.

d Vaſallus vltrò officiū domino offerre an teneatur.

e Intereſſe extrinſecū quandoque non conſideratur.

negotiati, & lucrũ capere, id æſtimabitur: *vt ff. de act. em. l. ſi ſterilis. §. cũ per venditorẽ.* ¶ Item ſi dominus ei fidẽ non ſeruauerit: aut ſi feudum promiſſum ſibi non dederit: non tenetur ſeruare iuramentũ fidelitatis: quia ſemper inhæret cõditio ſi [a] fidẽ ſeruauerit dominus: aut ſi feudũ promiſſum præſtiterit: & quia fidẽ ſeruare ei, qui contra fidem nititur, graue eſt, & iniquum: *Cod. de trãſact. l. ſi diuerſa. & in Decr. cauſa xxij. q. ij. c. Agatho ſa. & xxij q. v. c. ne quis. & cap. quare.* | *& Cod. de pact. l. cum proponas. & ff. de mi. xxv. an. l. auxiliũ. in fi. l. & C. de nõ nu. pec. l. ſi. & ff. ad leg. Iul. de adul. l. ſi vxor. & ff. loc. l. quaro. §. inter locatorem. & de leg. ij. l. cum pater. §. libertis.* ei præſtabit [a].

a Fidem frangenti fides nõ ſeruanda. Et ita iuramentũ fidelitatis nõ eſt obligatoriũ, ſi ipſi iuranti non ſeruatur fides.

a ¶ *Præſtabit.* nec liberabitur dominus volens ei ſoluere intereſſe, ſi eum pœniteat inueſtituram feciſſe: *vt j. ſi de feud. controuer. fue. cap. ſi facta.*

DE INVESTITVRA DE re aliena facta [b].

TITVLVS VIII.

Miles ignorans à comite de aliena re, aut impignorata inueſtitus, habet contra dominum actionem pro euictione: ſciens autem, non, niſi ſtipulatio, aut pactum interuenerit. BALDVS.

CVm de re aliena, vel alij obligata inueſtitura fiat: illud diſtinguitur, vtrùm ſcienti, an ignoranti facta ſit. Qui enim alienæ rei ſciens inueſtituram accepit: niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit, de euictione † agere non poterit [c]: ignorans verò rectè aget, vt aliud eiuſdem bonitatis, ſeu quantitatis ei præſtetur. Sed in eo nulla eſt differentia, qui inueſtituram fecit, vtrùm ſciuerit, vel ignorauerit [d].

¶ Rei autem per beneficium rectè inueſtitæ, vaſallus hanc habet poteſtatem, vt tanquam dominus poſſit à quolibet poſſidente ſibi quaſi vindicare [e]: & ſi ab alio eius rei nomine conueniatur, defenſionem opponere. nam & ſeruitutem eidẽ rei debitam petere poteſt, & retinere.

¶ Quid ergo ſi pretio, vel dolo, aut incuria ſeruitutem rei beneficiariæ imponi patiatur, & ad dominum ex qualibet cauſa poſtea beneficium reuertatur: an ex eo præiudicium domino generetur, quæſitum fuit. & reſponſum eſt, vt vaſallo quidem, donec feudum tenet, poſſit obeſſe: domino autem, etſi per longa tempora [f] perſeuerauerit ſeruitus, minimè noceat.

Vaſallus poteſt feudi conditionem facere meliorem, non deteriorem in alterius præiudicium. BALD.

b DE INVESTITVRA de re aliena facta.

Quidam hic non habent tit. nec etiam cap. & male.

† Quærit hic dominus Alu. an pendente cauſa euictionis teneatur vaſallus ad ſeruitia & reſpõ. ſecundum Bal. teneri ea ratione: quia interim recipit cõmodum.

c *CVm de re aliena.*] *Agere non poterit.* huic ſimile eſt *Cod. de euict. l. ſi feudum. & ff. de doli exce. l. apud. §. item Labeo.*

d ¶ *Ignorauerit.* verum eſt: quia ſcire debuit: *vt ff. de ædil. edi. l. j. § cauſa. & ff. loc. l. ſed addes. §. j. & C. communi vtri. iudi. l. ſi fratres. & ff. de pigno. actio. l. inter. §. j. & ff. de contrahen. empt. l. ſi in emptione. §. iij. & l. domum. & Cod. com. de leg. l. vlt. §. vlt.*

e ¶ *Vindicare.* nec miretur quis, cùm & ei [b] cõpetat rei vindicatio vtilis, qui perpetuò, vel ad non modicum tempus feudum conduxit: dum tamen tempus non ſit finitum *ff. ſi ager vec. l. j. §. fi. & l. fi.* Idem [c] & ſi ſuperficiario datur *ff. de rei vindi. l. ſuperficiario. & ff. de pign. act. l. inter. §. fi.* & ſuperficiariũ tuetur prætor interdicto vti poſſidetis. ſecũdùm conuentionem ſuã: *vt ff. vti poſſ. l. ſi duo. §. Labeo.* cum ergo vtilis vindicatio ſupradictis cõceditur, multò fortiùs feudatario concedi ſolet, & conceditur: *vt j. de contentio. inter vaſallum, & alium. c. ſi cauſa inter vaſallum.* quidam autem habent hic, *quaſi.* ¶ Hic autem potes facere illam quæſtionem, quam in ſumma fecimus: ſcilicet vtrùm vaſallus habeat aliquod dominium feudi. & de hoc dicas vt in ſumma diximus. ACCVRS.

b Vtilis rei vindicatio vaſallo competit, cùm habeat vtile dominium.

c Vtilis rei vindicatio quibus competat.

f ¶ *Per longa tempora.* Idem intelligendum eſt de tempore longiſſimo [d], maximè hodie: quia alienatio [e] videtur prohibita, & [f] hic eſt vnus alienationis modus: vnde nulla [g] obſtabit præſcriptio: & puto hoc intelligendum in poſſidente vaſallo, & maximè ignorante domino: alioquin ſi [h] dominus poſſidebat, benè poteſt ſeruitus longo tempore acquiri: multò fortiùs lõgiſſimo. *ar. C. de ſerui. l. j. & ij. & ff. de ſeru. vrba. præd. l. foramen.* habita tamen diſtinctione inter ſeruitutem, & ſeruitutem ſecundùm quòd ibi not.

d Præſcriptio ſeruitutis paſſiuæ etiam lõgiſſimi temporis, poſſidente vaſallo nõ currit aduerſus dominum.

e Alienatio feudi vaſallo interdicta.

f Præſcriptio eſt alienandi ſpecies.

g Præſcriptio vaſalli occaſione quęſita an, & quomodo noceat domino.

h Præſcriptio rei feudalis ad dominum reuerſæ, currit aduerſus ipſũ dominum.

g ¶ *Subſiſtere.* nam ſi per ſe ſubſiſtat, obſeruabitur quod legitur *j. hic finitur lex. §. ſi vaſallus.* in feudo igitur ratione rei indiuiſibilis [a] licitũ deprehenditur, quod aliàs non liceret: ſicut aliàs licitè [b] petitur in ſolidum, quod aliàs pro parte peti non poſſet: quia res eſt indiuiſibilis: *vt ff. de ſer. le. l. fin. & ff. ſi quid in frau. pa. l. j. § quãuis. & de reg. iur. l. ea, quæ. & in ſumma: vt in li. Py. rubrica, licitum eſt in ſolidũ, quod pro parte non liceret:* licèt contrariæ ſint aliæ rubricæ ſequẽtes. ACC.

a Licitum [illegible] quod [illegible] ratione [illegible] indiuiſibilis, quod aliàs nõ eſſet licitum.

b Licitè [illegible] quid [illegible] in ſolidum petitur, quod pro parte peti non poteſt. [illegible]

c Vaſallus [illegible] in re feudi ſit fructuarius.

1. ¶ Econtrariò autẽ ſi quid feudo à vaſallo additum ſit: ſi quidem tale adiectum ſit, quod per ſe ſubſiſtere poſſit: id eſt, vt per ſe cenſeatur vt prædium: id non accreſcit feudo. Si verò per ſe non poſſit ſubſiſtere [g], vt ſeruitus: pleriſque placet feudo accedere, & ſicut partem feudi diſponendam eſſe. meliorem [h] namque conditionem feudi facere poteſt: deteriorem verò ſine domini voluntate, vel eorum agnatorum, ad quos per ſucceſſionem pertinet, facere non poteſt.

Feudum alienari non poteſt in alium: quinimò nec pignori obligari. BALDVS.

2. ¶ Quamuis enim poſſeſſio per beneficium ad eum pertineat: tamen proprietas ad alium ſpectat: & ideo quartæ [i], ſiue tertiæ [k] ratione quæ à Longobardis, ſeu à Romanis viris vxoribus fieri ſolet, poſt mortem viri ad mulierem nihil pertinet. nam nec pignus [l], quod conſultum dicitur, fieri poteſt ex feudo [α].

h ¶ *Meliorem.* & in hoc ſimilis [c] eſt fructuario: *& ff. de vſufru. l. ſed & ſi quid. §. proprietatis.* Idem dicitur de filio, vel de ſeruo. *C. de pac. l. filius & C. de rebus credi. & iureiur. l. nec filius.* ACCVRSIVS.

i ¶ *Quarta.* de hac quarta [d] iure Romano reperitur, quòd ſi maritus ſine dote vxorem acceperit, & præmoriatur maritus: vxor, quæ ſuperſtes inopia laborabat, quartã partem ſuorum bonorũ, ſi tres liberos, vel pauciores vndecũque habuerint, reſeruare cõpellitur: alioquin ſi plures, in virilẽ portionẽ cum ipſis ſuccedit: in qua computabuntur alia ſibi relicta à viro: *vt C. vnde vir, & vxor & in Auth. ibi poſita, & in Auth. de exhibendis, & introducendis reis. §. fin. coll. v.* & hæc quarta non debet excedere ſummã centum librarũ auri: *vt in Aut. vt liceat ma. & auia. § quia verò coll. viij.* proſpexit Iuſtinianus ad maximã dotis quantitatem, cùm de tali quarta aliquid ordinauerit, hanc etiam quartã cogitur maritus vxori relinquere iure Longobar. *vt in Lõbard. de his, quæ à viro in vxo. l. j. §. fi.* ſunt quoq; multæ aliæ quartæ vtroq; iure inuẽtæ: ſed de aliis nihil ad rhombum.

d Quarta quæ debeatur vxori inopi [illegible] [illegible] locuples [illegible].

k ¶ *Siue tertia.* de hac tertia reperitur iure Lõgobardo: quoniã ſi Lõgobardus voluerit relinquere in vltima voluntate vxori ſuæ vſũfructum de reb. ſuis vltra id, quod debet ſibi pro morigrapho, & metha & habuit vnũ filiũ, aut duos ex alia vxore: nõ poſſit vltra tertiam partẽ relinquere ſibi ad vſufructuandũ. *& vide in Lombard. de his, quæ à viro in vxorem dan. l. fi.*

† Conſonde [illegible] in quantum prohibeatur quia cũ feudi conceduntur ob ſingularem induſtriã [illegible] [illegible]

l ¶ *Nec pignus.* in hoc §. quid de pignore obſeruetur, nihil ſtatuemus: quia in conſtitutione determinabitur.

α ¶ *Nam nec pignus, quod conſultum dictum fieri poteſt ex feudo.* Non ergo omnis pignoratio prohibetur: ſed ea tantùm, quæ conſultum dicitur, cùm diſtractio pignoris creditori permittitur. CVIAC.

QVALITER OLIM POterat feudum alienari.

TITVLVS IX.

Olim regulariter venditio feudi pro parte dimidia permittebatur: altera parte retenta. BALD.

EST autem optima † conſuetudine [m] interdicta feudi alienatio [β]: ſuper qua multæ, & diuerſæ ſententiæ dabantur in ſingulis ciuitatibus, ſeu curiis: donec Imperator, diuæ memoriæ Lotharius tertius promulgauit ſuper hoc nouam conſtitutionem, quæ poſita eſt in titulo de beneficiis.

QVALITER OLIM POTERAT, &c.

m EST *autem optima conſuetudine.* Hic dicitur de optima conſuetudine. alibi verò de beata. nam vt maiores quæſtiones ad Apoſtolicum referantur. & ſancta ſynodus, & beata conſuetudo confirmat: *vt in Decret. xvj. quæ. j. c. multis.*

β ¶ *Eſt autẽ optima cõſuetudine interdicta feudi alienatio.* Dũ ait, *optima,* tacitè arguit iniquitatis cõſuetudinem Mediolanẽſem

vt j.

vt ĩ. tit. 8. quia prauam paulò poſt vocat. Cvia.

a ¶ *Donare.* in hoc variatur a vaſallus ab emphyteuticario b, qui tenet rem in emphyteuſim à fiſco: quoniam ipſe poteſt rem emphyteuticariam donare ſalua, tamen ratione penſionis fiſci: *Cod. de fundis patrimonialibus. l. j.* Accvrsivs.

a Differentia vaſalli, & emphyteuticarij fiſcalis.
b Emphyteuticarius fiſcalis rẽ emphyteuticariã donare poteſt ſalua ratione penſionis fiſci.

b ¶ *Vel in dotem pro filia.* in hoc variatur c à liberto vaſallus: quoniã d poteſt libertus dotare filiam ſuam, etſi nõ ſufficiat reliquum ad legitimã patroni: *vt ff. quæ in fraudẽ pa. l. j. §. ſed ſi libertus.* Nam & res e, quæ ſubiacet reſtitutioni, deminui dotis cauſa licitè poteſt: *vt C. ad Tre. l. iubemus. Authent. contra. & Co. commu. de le. Auth.* f *res, quæ.*

c Differentia vaſalli, & liberti.
d Dotis cauſa libertus poteſt minuere legitimam patrono debitam.
e Reſtitutioni res obnoxia dotis cauſa minui poteſt.
f Authentica, res, quæ, &c. nõ habet locum in feudo.

c ¶ *Sub viliſſima.* g ſimile eſt quod dicitur, *ff. loca. l. ſi quis vno nummo conduxerit.* licèt videatur contra *ff. de iur. dot. l. ſi vſusfructus.*

g Ex pretij vilitate fraus præſumitur.

d ¶ *Æquali pretio.* Sed nunquid h hodie præfertur dominus volens pro æquali pretio redimere maximè in ciuitatibus, in quibus vaſallorũ feuda ſunt, quæ pro ipſorũ debitis creditoribus ſuis venduntur. Et vtique, vt opinor. nam cùm noua lex omittatur, & vetus cõſuetudo in alienatione obſeruetur: meritò veteri non eſt detrahendum: maximè cùm illud ſpecialiter non ſit correctum: & ideo ſtare non prohibetur: *vt C. de teſta. l. ſancimus.*

h Ius protimiseos, ſeu retractus permittitur domino: vaſallo feudum ſuum alienante iuxta conſuetudinẽ loci, vel prouinciæ, niſi renunciauerit iuri ſuo, vel ſibi tráſlatum ſit redimendi iuſtum, & legitimum tempus.

e ¶ *Per refutationem* intelligas. i. ius ſuum refutando. eſt enim iuris antiqui regula i, omnes habere licentiam his, quæ pro ſe introducta ſunt renunciare: *vt C. de pac. l. ſi quis in conſcribendo.* ¶ Et not. quòd antiquitas videtur conſonare cum ſtatuto k ciuitatis Vincentiæ: quod tale eſt: ſi per annum, & diem diſtulerit creditor ſecundus ius ſuum exequi, vel allegare à tempore venditionis factæ: poſtea non audietur, niſi interruptionem l inſtrumẽto confecto per manum tabellionis bonæ opinionis oſtenderit: licèt quibuſdam videatur iniquum, & non ex codicis ratione ſcriptum. Hic ergo de annali exceptione habetur: de eadem habetur, *Cod. quis admitt. ad bo. poſſeſ. l. emancipata.* ¶ Et eſt notãdum, quòd huiuſmodi m tempus à tẽpore ſcientiæ demum currere debet hîc: ſicut

i Renunciare iuri ſuo quilibet poteſt.
k Statutum ciuitatis Vincẽtiæ.
l Interruptio inſtrumento publico probari poteſt.
m Annale ſilẽtium, ſcientia mediante habet vim refutationis. & ſic talis annus non currit ignorãti. Tempus tamẽ xxx. annorum præiudicat etiam ignorãti, quo ius totum negligẽtis tollitur: cum ſit introductũ in eius odium.

Feud.

Neceſſitate namque ſuadente poterat olim vaſallus domino inſcio, vel inuito feudi partem vendere: retenta videlicet alia parte. Si verò vel totum, vel partem volebat per feudum aliquem inueſtire: hoc licebat ei ſine fraude facere. Si autem diſſentiente domino vendebat, ſiue per feudum inueſtiebat (quod & ipſum ſyncerè hodie, & ſine fraude licet ei facere) ſi tamen ſine hærede maſculo deſcendente decedebat, vel feudum in manu domini refutabat, aut alia fortè ratione intercedente culpa amittebat: tunc omnis feudi alienatio ad irritum reuocabatur: eo excepto, quòd ille, qui ſecundo loco beneficium acceperat, non amittebat, ſi priori domino ſeruire, & ab eo feudum recognoſcere volebat.

Caſus enumerat, in quibus etiam de iure antiquo alienatio fuerat prohibita. Baldvs.

1. ¶ Donare a autem, aut iudicare pro anima, vel in dotem pro filia b dare, nullius curiæ poterat conſuetudine, licèt poſſet locare, niſi locatio eſſet fraudulenta alienatio: ſicut eſt per bellum, vt dicatur venditio. Quis enim dubitat, quòd libellario nomine ſub viliſſima c duorum denariorum penſione perpetuò concedatur vendendum, alienatum in fraudem eſſe?

¶ Porro ſiue de bona conſuetudine, ſiue de praua quæramus: conceſſa erat domino pro æquali pretio d redemptio: niſi hoc beneficium amiſerit dominus per refutationem e, vel annali ſilentio; ex quo ſcinerit, computando. Præſcriptione autem triginta annorum f ſubmouebatur tam ſciens, quàm ignorans: in prohibendo autem, vel redimendo potior erat proximi agnati, quàm domini conditio: ſi tamen feudum erat paternum. De illa verò feudi alienatione, quæ à domino fit, ſi dubitetur, lex Imperatoris g Corradi conſulatur: quæ poſita eſt in iam dicto titulo h de beneficiis.

QVIS DICATVR DVX, marchio, comes, capitaneus, vel valuaſor.

TITVLVS X.

Primò ponit quæ perſonæ nobilitentur per feudum: & declarat gradus nobilitatis feudi. Secundò, quæ ſunt perſonæ, quæ non nobilitantur. Baldvs.

Qvi à principe de ducatu aliquo inueſtitus eſt, dux ſolito more vocatur. Qui verò de marchia, marchio i dicitur. Dicitur autem marchia, quia † marcha, & vt plurimùm iuxta mare ſit poſita. Qui verò de aliquo comitatu inueſtitus eſt, comes appellatur. Qui verò à principe, vel ab aliqua poteſtate de plebe aliqua vel plebis parte per feudum eſt inueſtitus, is capitaneus k appellatur: qui propriè valuaſores maiores olim appellabantur. Qui verò à capitaneis antiquitus beneficium tenent, valuaſores ſunt. Qui autẽ à valuaſoribus feudum quod à capitaneis habebatur, ſimiliter acceperint, valuaſini l: id eſt minores valuaſores appellantur: qui antiquo quidem vſu conſuetudinem feudi nullam habebant. Valuaſore autem ſine filio mortuo, feudum, quod valuaſori minori dederat, ad capitaneum reuertebatur. Sed hodie eodem iure vtuntur in curia Mediolanenſi, quo & valuaſores. Cæteri verò, qui ab antiquis temporibus beneficium nõ tenẽt, licèt nouiter à capitaneis, ſeu à valuaſoribus acquiſierint, plebeij nihilominùs ſunt. Nam illi, qui ſoldatam habent: per eam nullum pedagium, ſed nec feudi vſum acquirunt. Soldata autem eſt præſtatio quædam annua gratuita quæ à neutra parte tranſit in hæredem. Morte enim dantis, vel accipientis interueniente finitur. Soldata verò dicitur, quia plerunque in ſolidorum donatione conſiſtit: quandoque autem in vino, & annona conſiſtit.

DE SVCCESSIONE FRAtrum, vel gradibus ſuccedentium in feudo.

TITVLVS XI.

Feudum acquiritur inueſtitura, & ſucceſſione. Nam vaſallo mortuo prima cauſa eſt liberorum maſculorum filiorũ, nepotum, & aliorum deſcendẽtium: ſed filiæ, neptes, & proneptes non ſuccedunt ipſæ, nec nati ex eis, niſi feudum ſit fœmineum, vel eo pacto acquiſitum: non extantibus autem liberis ſuccedunt fratres primò & filij fratrũ, demum agnati vlteriores, ſi feudum ſit paternum. Bal.

Per ſucceſſionem m quoque, ſicut per inueſtituram beneficium ad nos pertinet. Mortuo enim eo, qui beneficium tenebat, prima

& alibi: *vt ff. quis ordo in bo. poſſ. ſerue. l. ij.* & de hac anna. exceptione legitur, *ff. de ſucceſſ. edic. l. j. §. largius.* Accvrs.

f ¶ *Triginta annorum.* hoc intelligo de illis fuiſſe dictum, quibus poteſt de iure talis præſcriptio currere: *vt Cod. de praeſcrpt. xxx. ann. l. ij.* ¶ Sed nunquid hæc antiquitas corrigitur? Reſpond. hoc in conſtitutione Fride. determinabitur Domino fauente. ¶ Illud tamen, quod ſequitur, non eſt omittendum: ſcilicet quòd proximior agnatus redimendo, vel prohibendo dominũ excludit: vnde apparet quòd neceſſarium a perſonarum ratio habetur: vt ſuprà notatum eſt.

† aliâs. quia tenet quod eſt iuxta mare, cũ plerunque iuxta mare ſit poſita.
a Neceſſitatũ perſonarũ habenda eſt ratio.

g ¶ *Lex Imperatoris.* & alia lex Imperatoris Friderici, *Imperialem decet ſolertiam, &c. §. præterea ducatus. & j. de lege Corrad. §. ex eadem lege.*

h ¶ *Titulo.* ſcilicet in Lombardia. Accvrsivs.

QVIS DICAtur dux, marchio, comes, capitaneus, &c.

i Qvi à principe.] *Marchio.* Marchio, & comes propriè dicuntur capitanei b regis, vel regni. Alij verò, qui ab ipſis feudum accipiunt, dicuntur propriè valuaſores c regis: ſed hodie capitanei appellantur: *vt ſ. quis feud. da. poſ. in prin.*

b Capitanei regis, vel regni.
c Valuaſores regis.

k ¶ *Capitaneus.* ſimiliter & ille, qui feudum accipit à marchione, vel vel comite, capitaneus hodie propriè dicitur: *vt ſuprà proximè notatum eſt.*

l ¶ *Valuaſini.* d ſed illi, qui à minoribus feudum accipiunt, dicuntur minimi e valuaſores: *vt ſuprà tit. an maritus ſuccedat vxori in benefi. c. ſi fœmina. & c. ſeq.* Accvrs.

d Valuaſini.
e Minimi valuaſores.

DE SVCCESſione fratrum, vel gradibus ſuccedentium in feudo.

m Per ſucceſſionem.] Hic not. quòd feudi f ſucceſſio ſic defertur ad hæredes deſcẽdẽtes: ſicut hereditatis: ſucceſſio iure nouiſſimo, *vt hic, & j. de ſucceſſ.*

f Feudũ, vt & alia hereditas, ad deſcendentes ſucceſſione defertur.

ceſſ feud.in princ & in authent.de hære quæ ab inteſt.deſe.in princ. & §.j.coll.ix.& ĵ.de nat.ſuc.feu.in prin. deſcendẽtes autem ideo dixi, quia ad lineas ex tranſuerſo [a] non porrigitur,niſi antiquũ & deſcendẽtibus deficiẽtibus:*vt hic,& ŝ.de ſuc.feu. & ĵ.de nat. ſucceſſ.feu.* Accvrs.

a Feudum ad quos collaterales deferatur.

a ¶ *Feminini ſexus.* licèt fœminæ vt maſculi ſuccedant : legibus tamen à ſucceſſione feudi fœminæ remouẽtur, & eorum [b] filij:*vt ŝ.qui feu.d.da.poſſ.§ hæc autem notandum.* Accvrs.

b Fœminæ,& earum filij regulariter à feudi ſucceſſione remouentur.

b ¶ *Qui nouum.* ſicut hæredi [c] incumbit probatio,ſi aliquod nouum in teſtamento teſtatorem aſſerat addidiſſe:*vt ff.de prob.l cum tacitum.* & illud intelligo quãdo neuter poſſidebat: quia poſſeſſori [d] nõ ſolebat onus probationis incumbere:*vt C de probatio.l.ij.& l.actor.*, niſi fortè poſt fundatam actoris intentionẽ : tunc enim & reus probare deberet: *C.de proba.l.ſi.ne poſſidetis.* Accvrsivs.

c Probandi onus quãdo hæredi incũbat.

d Probandi onus regulariter non incũbit poſſeſſori.

c ¶ *Pronunciatum.* quod fortè ideo factum fuit: quia maior erat pro actore præſumptio. & ideo dicitur quòd [e] nõ datur ſemper poſſidẽti iuſiurandum : *vt infrà de confiss ve.feu.c.ſacramentum.* huic ſimile eſt, *C.de iureiur.l.in bona fidei.* iudici autem meritò [f] indagandum committitur, cui ſit potiùs iuſiurandum deferendum:quia æquitatẽ ante oculos habere debet. *ff.de eo, quòd cert.loco.l.quòd ſi Epheſi.§.vlt.* licèt dicatur aliter,actore nõ probante,&c. *vt ŝ.notatum eſt.& nota.ĵ.& ff.de iud.l.ij. & Co.de eoden.l qui accuſare.* huic autẽ cõſonare videtur, quòd legitur in crimine falſi: *C.ad legẽ Cor.de fal.* & vbi huius quæſtionis dominus iudex eſt: *vt inf. de vaſ.decre.c quidam.*

e Iuramentũ non ſemper defertur poſſeſſori.

* Oppo. Ia. de Bel. quòd in beneficio ſuccedant agnati, & deſcẽdẽtes per lineã trãſuerſalẽ: *vt ſuprà prox. §. & infra de na.ſuc. feu.cap.1. & de ſuc feu.in prin.*

f Iuramentũ actori, an reo deferendũ index officio ſuo inueſtigare debet.

cauſa liberorum eſt. filiis enim exiſtentibus maſculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus cæteri remouentur agnati. Ad filias verò, ſeu neptes, vel proneptes, vel ex filia nepotes, ſeu pronepotes ſucceſſio feudi non pertinet. Proles enim fœminini ſexus [a], vel ex fœmineo ſexu deſcendens ad huiuſmodi ſucceſſionem aſpirare non poteſt: niſi eius conditionis ſit feudum, vel eo pacto acquiſitum. His verò deficientibus vocantur primò fratres cum fratrum præmortuorum filiis deinde agnati vlteriores. Quod ita intelligendum eſt, ſi feudum ſit paternũ: hoc eſt, ſi fuit illius parentis, qui eius fuit agnationis communis. Si enim * Titij auus de nouo beneficio fuerit inueſtitus, Titio ſine legitimo hærede maſculo defuncto, eius feudi ſucceſſio non pertinet ad eiuſdem Titij patruum magnum : nec ad prolem ex eo deſcendẽtem:imò reuertitur ad dominum. Ad cognatos enim eius beneficium nõ pertinet, neque beneficij ſucceſſio. Si verò dominus, vel alius beneficium defuncti nouum eſſe dicat: agnatus autẽ illius proximus paternum eſſe contendat tunc onus probationis incumbit illi, qui nouum [b] dicit. Sed ſcio aliter pronunciatum [c] eſſe:bonus enim iudex cauſa cognita diligenter intuebitur cuius potiùs iureiurando dirimenda ſit hæc quæſtio vtroque ſcilicet in probatione deficiente.

DE FRATRIBVS de nouo,&c.

d Si *duo fratres de nouo.*] *Portio.* ¶ Quid ergo ſi [g] portio fieri nõ valet, cùm fortè res ſit indiuiſibilis? Reſp. ne tu leuis efficiaris, hoc tibi ſolicito: id eſt, tibi ſtudioſo, qui ſolicitus eſſe debes ad indagandum relinquo. Py. poſſeꝫ fortè dicere tunc ad vaſallum totum pertinere, maximè alterius partis ratione, quã poſſidet: *vt ŝ ſi de inue.feu. con fu. §. cùm autẽ quis dixerit.* Imò & ratione poſſeſſionis, quam in totum habet & maximè cùm ſit reus : qui fauorabilior eſſe debet : *vt ff de reg. iur. l. fauorabiliores.* & promptiores [h] ſumus ad abſoluendũ, quàm ad condemnandum: *vt ff de act. & oblig.l. Arrianus.* Nec mirũ, cùm ratione rei indiuiſibilis [i] quid permittitur, quòd aliàs non permitteretur: *arg.ŝ.de inueſti.rei.ale.§.ex contrario.* Ecõtrà videtur

g Indiuiduum feudum dicitur cuius portio fieri non poteſt.

h Ad abſoluẽdum promptiores eſſe debemus, quàm ad condemnandum.

i Indiuiſibilis rei ratione aliquid permittitur, quod aliàs non permitteretur.

DE FRATRIBVS DE NOuo beneficio inueſtitis.

TITVLVS XII.

In feudo non habet locum ius accreſcendi inter eos, qui prætendunt primam, ſeu primordialem inueſtituram. Bald.

Si duo fratres de nouo beneficio, & non de paterno ſimul inueſtiti fuerint: vno ſine hærede defuncto, ad alterum non pertinet eius beneficij portio [d]: niſi facta fuerit eo pacto inueſtitura. Si duo fratres in cauſa communi poſt mortem patris remanſerint, id eſt, habitauerint ſimul, & vnus eorum feudum acquiſierit [e]: plerique dicunt ad alium non pertinere, ſed ad dominum, niſi per pactum : ſed neque viuente eo, qui acquiſierit, neque poſt mortem eius : fructus [f] tamen erunt communes, donec ſimul habitauerint. Quòd ſi cum equis, & armis communibus, vel pecunia communi ſit acquiſitum, adhuc idem dicunt [g] : ne fortè inuitus dominus alium, quàm quem voluerit, ſibi acquirat vaſallum: dũ tamẽ meminerimus, id, quod de communi expenſum eſt, alteri pro parte competenti eſſe reſtituendum [h].

quòd dominus totum debeat habere, ſcilicet eadem ratione: quia res eſt indiuiſibilis : & maximè cùm dominus debeat eſſe maioris [a] autoritatis, quàm vaſallus. nimirum aliàs licitè petitur in ſolidum, quod pro parte non peteretur: *vt ff.de ſer.l. vlt. & ff.de reg.iur.l.eã quæ.*[b] Itẽ ſi dominus agit vt res liberetur: & maximè quãdo eſt ſeruitus, meritò debet eſſe potior vaſallo: *argu. C. de communi ſer. ma. l. j.* & maximè ſi dominus emat aliam portionẽ à vaſallo vt ibidem eſt arg. ¶ Sed dicet ſolicitus: inſere [c] pacti exemplum rerum indiuiſibilium. Reſp. ſeruitus [d], & ſtatua [e] dicitur indiuiſibilis: *arg. ff. de leg. iij. l. xj §. pen.* & ſi qua alia ſunt, & ita decurre: *vt ĵ. eod.* feudũ enim, &c. ſimile eſt huic, *ff.de contrah.empt l. pacta. & ff. de pact. l. iuriſgentium.* Nota etiam hîc expreſſim, quòd per [f] pactum licèt, quòd aliàs non liceret: *vt notauimus ŝ. de ſucceſſ.feud*

a Dominus maioris autoritatis eſt, quàm vaſallus.

b Simile ... [illegible]

c Indiuiduum feudum quid dicatur [illegible]

d Seruitus eſt res indiuiſibilis.

e Statua eſt res indiuiſibiles cenſentur.

f Pactum licitũ facit, quod aliàs non liceret.

e ¶ *Acquiſierit.* intelligas. ſc. ſuo nomine tantũ. licèt de pecunia cõmuni fuerit : nimirum de [g] communi pecunia quid ematur, nihil intereſt. ſed cuius nomine id fiat, inſpiciendũ eſt: *vt C. ſi quis alteri, vel ſibi. l.qui aliena. & Co. de proba.l.ad probationẽ. & Cod.de rei vindica. l.ſi ex ea* generaliter enim pecuniæ [h] origo non inquiritur: *vt C ſi certum pe l.non vnde. & l.quamuis* Sed caſualiter quædam notantur, quæ ſatis ſupr *qui feu.dare poſſunt.* notata videntur.

g Communi pecunia quid ematur non inquiritur, [illegible]

h Pecuniæ origo in his, quæ [illegible] generaliter non inquiritur.

f ¶ *Fructus.* intelligo maximè cùm de communi fuerit acquiſitũ: licèt in ſuperiori nihil interſit : & hoc ad ſimilitudinem quaſi [i] caſtrenſis peculij videtur ſtatutum : *vt Co.de aduoca.diu.iudi.l. fori.*

i Feudũ [illegible]

g ¶ *Dicunt.* hoc intelligo, quando domino ignorante fuit acquiſitum de pecunia cõmuni : ſecus ſi eo ſciente: tunc enim frater ſuccederet in eo, & ei pro parte acquireretur: *vt ĵ. de benefic fra.c.j.*

h ¶ *Reſtituendum.* & hoc veniet in iudicio communi diuidendo, vel famil. ercil. *vt C.communia vtriuſque iud.l.ſi patruus.* Accvrs.

DE INVESTITVRA quam Titius accepit à Sempronio [i].

TITVLVS XIII.

Maritus non ſuccedit vxori in beneficio ea mortua ſine hærede. Bald.

Titius à Sempronio [k] talem inueſtiturã accepit feudi vt haberet ipſe, & hæredes ſui legitimi maſculi : & ijs omnibus deficientibus, fœminæ. Porro Titius ſuperſtite tantùm filia deceſſit. Ipſa à domino inueſtita fuit, & feudum in dotem dedit: maritóque ſuperſtite ſine liberis deceſſit. Quærebatur, ſi ad maritum ſucceſſio feudi pertineat ? Reſponſum [l] eſt, non pertinere.

i DE INVESTItura,&c.

k Titius *à Sempronio.* aliàs non erat hic tit. ſed cap. tantùm. & quia hic eſt parua dubitatio, eadem erit expoſitio, vel nulla.

l ¶ *Reſponſum.* ſimile ſuprà an [k] maritus [l] ſuccedat vxori in beneficio. *c ſi fœmina.*

k In feudis nõ habet locũ titulus, [illegible]

l Idem in vere dicitur quod maritus vxori non ſuccedit marito in feudo.

DE VASALLO DECREPItæ ætatis, qui feudum refutauit vt filij inueſtirentur [m].

TITVLVS XIV.

Si vaſallus decrepitæ ætatis feudum refutauit, vt filij inueſtiantur, & inueſtiti ſunt: poſtea decedente altero filiorum poſt inueſtiturã, fratre ſuperſtite, & ſine hærede, frater ſibi ſuccedit, & non reuertitur ad dominum : quia feudum adhuc paternum dicitur, & non nouum. Bald.

m DE VASALLO DECREPITÆ ætatis,&c.

Aliàs non erat hic tit. ſed c.tantùm.

A ¶ Qui

a Feudum refutatū à patre cum conditione, vt filij inueſtiantur, paternū remanet & in eo tanquā paterno filij inuicē ſibi ſuccedūt, neque tali refutatione mutatur ius feudi, aut fit acquiſitum, ſeu nouum. Aliud eſſet, ſi pater ita feudū refutaſſet, vt de feudo ita refutato filij tanquam de nouo feudo inueſtirentur: vt hic.

b Facit ad hoc, quod no. ſup. in prin. Lothar. Imp. ... & arg. ... ſi paula ... ad ... quæ ...

c Inueſtitura fruſtratoria, ſi vaſallus renūciat feudo ea conditione vt tali cōditione redinueſtiatur, & vt aliud nouum erit, ſi ea conditione refutet feudū, vt cū aliis quibuſcunque redinueſtiatur.

d Iuramentum delatum eſt, tenetur præſtare, vel referre.

e Curiæ examē declinare non licere quo ſenſu dicatur.

f Forum curiæ declinari poteſt ob ſuſpicionem hic. ... inter duos: quia ei ſit ordinarius forū, recuſari nō poteſt: ... habet tamen remedium vaſallus ... conſequens. Co. de ...

g Lex ... ſi quis ... habet certum locum in iudice ordinario generali, non in ordinario ſpeciali.

h Citatus ſaltē venire debet, vt de priuilegio ſui fori excipiat: vt hac l. quod verū eſt, ſi citatur apud iudicem ordinarium generalem, nō ſpecialem, cuius iuriſdictio limitata eſt inter certas perſonas: coram eo enim citatus nō tenetur cōparere, niſi manifeſtè appareat ad iuriſdictionem eius pertinere.

a **Vidam.**] *Paternum eſſe.* Quod dicitur nihilo[a] minus eſſe paternum, intelligo, niſi ad hoc refutauit omnino, quaſi de nouo beneficio ipſos inueſtiret: ſed intelligo conſentientibus his, ad quos per ſucceſſionem eſt venturum[b]: *vt* ꝫ. *de eo, qui ſi. fr. agna. de feud. pater. c. tres erant agnati.* ¶ Et no. eſt ꝫ. *quib. mod. feu. amit. §. præterea.* huic ſimile eſt, quod de ſolutione dicitur. nam ſicut hoc non[c] tenet pactio, vel refutatio ita facta, vt redinueſtiatur: ita nulla eſt ſolutio, quæ ſic fit, vt nummi reddantur. nam qui ſoluit vt repetat, nihil agit: *vt ff. de ſolut. l. qui ſic.* ACCVRSIVS.

b DE INVESTITVRA, &c.

Aliàs non eſt hic titu. ſed §. tantum.

c **Aſallus.**] *Dominum eundē.* nec mirum videtur, cùm vterque domini ſe vaſallum aſſerat: licèt vnus de nouo, & alius de veteri contendat: cui ipſe iudex non eſt. ACCVR.

d ¶ *Referat.* hoc ideo: quia manifeſtæ[d] turpitudinis eſt, nec velle iurare, nec ſacramentum referre, *vt ff. de iureiur. l. manifeſtæ.*

e ¶ *Ad dominum.* & iſtud eſt intelligendum propter feudi incertitudinē. ſecus enim foret, ſi inter duos vaſallos cōtrouerſia eſſet. ¶ Sed quid eſt, quod infrà dicit: ſcilicet quòd nemini[e] licet curiæ examē declinare? ſic intelligo, non licet, id eſt, indecēs eſt ei: non autem quòd nō poſſit[f] examen eius declinare. ſimilia ſtudioſus inquirat. ¶ Sed quid ſi aliter vaſallus vocatus venire[g] ad dominum, vel eius curiam contempſerit? Reſp. ſine pœna abibit. Sed tu inſtabis: Nónne debet venire allegaturus ſaltem priuilegium ſuum. *vt ff. de iudic. l. ſi quis ex aliena?*[h] Reſp. illud loquitur in iudice ordinario generali: at hic licèt ſit ordinarius inter aliquos: & paucos: non tamen in alienā meſſem manum importabit: ſed corrigitur ꝫ. *an apud iudicem, vel curiam domini quæſtio feudi terminari debeat. c. ex eo &c.*

f DE CONTROVERSIA feudi, &c.

Aliàs non erat hic tit. aliquis: ſed malè.

g **S***I inter dominum, & vaſallum.* Huic c. Feud.

QVidam vaſallus cùm decrepitæ ætatis eſſet, feudum ſuum in manu domini ad hoc refutauit, vt Seium, & Sempronium filios ſuos de eodem beneficio inueſtiret. Vaſallo mortuo Sempronius ſine legitimo hærede, Seio adhuc ſuperſtite, deceſſit; lis eſt inter dominum, tanquam nouum feudum ſibi delatum eſſe dicentem: & Seium, paternum eſſe[a] contendentem. Vnde eorum ſententia præualuit, qui dixerunt hoc feudum, quamuis refutatum, nihilominus eſſe paternum.

DE INVESTITVRA IN maritum facta[b].

TITVLVS XV.

Si contentio eſt inter maritum ſi. &a vaſalli, & agnatum de beneficio, an ſit paternum: vel nouum, quæſtio dirimi debet coram iudice ordinario, vel arbitro: non coram domino, vel eius curia. BAL.

VAſallus ſuperſtite tantùm vna filia deceſſit: illa verò maritum accepit, cui dominus accepta pecunia partē feudi, quod pater puellæ habebat, retenta ſibi parte altera dedit. Nunc quidam agnatus defuncti cum marito agit dicens totum hoc feudum eſſe paternum, & ideo omnimodo eſſe ad ſe deuolutū. Econtrà maritus contendit hanc partem, quam ipſe habet, nouum feudum eſſe: & ideo domino apertum. quæritur igitur, vtrùm apud dominum eundem[c], & in eius curia cogatur agnatus defuncti litigare, vel apud agnati iudicem, vel arbitrum vtriuſque conſenſu electum hoc eſſe debeat? Mihi, & aliis placet, potiùs apud iudicem ordinarium, vel arbitrum, quàm apud eundem dominum hoc litigium fortè determinandum. Item placet agnatum non ſemper cogendum probare feudum hoc eſſe paternum, ſed ab aduerſa parte nouum eſſe probandum. Qua deficiente in probatione, tunc agnato (vt dictum eſt) cauſa cognita detur electio, quatenus vel iuret eſſe paternum, vel alteri parti referat[d] iuſiurandum, & ille aut iuret aut taceat.

¶ Illud tamen ſciendum eſt, quòd ſi inter duos, qui dixerint ſe eſſe vaſallos, de feudo fuerit dubitatio, alter alterum inuitum trahere non poteſt ad dominum[e], vel eius curiæ iudicium. Si verò cum ſua curia dominus vocauerit eos, nemini eorum licet illius domini, vel eius curiæ examen declinare.

DE CONTROVERSIA feudi apud pares terminanda[f].

TITVLVS XVI.

SI in dominum, & vaſallum[g] de feudo orta fuerit contentio, per pares illius domus, ſicut lex Corradi dicit, dirimatur: ſi tamen partes habeat. Et ſi quidem dominus, & vaſallus conſenſerint in eligendis paribus, nulla dubitatio eſt: ſi verò diſſentiant, tunc quid faciendum[h] ſit, quæritur. ſed præualuit eorum ſententia, qui dixerunt dominum debere eligere priùs quem, aut quos voluerit: & vaſallus ſimiliter hoc faciat ſecundùm numerum à domino comprobatum. Ille tamen vaſallus, qui fidelitatem domino non iurauit, domino, vel vaſallo diſſentiente, pro pari non eſt eligendus.

DE EO, QVI SIBI, VEL hæredibus ſuis maſculis, & fœminis inueſt. totam accepit[i].

TITVLVS XVII.

Si vaſallus pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, & his deficientibus, fœminis, inueſtituram accepit, fœmina non ſuccedit in beneficio, quamdiu maſculus ſupereſt: quinimò nec debet vaſſallus, qui feudum à vaſallo recepit, per fœminam recognoſcere, ſi maſculus ſupereſt. BALD.

QVi ſibi, vel hæredibus ſuis maſculis, vel his deficientibus fœminis per beneficium inueſtituram feudi accepit: vna tantùm filia ſuperſtite, nullo alio deſcendente relicto deceſſit. hæc marito paternum feudum in dotem dedit, & deceſſit, duobus filiis ex eo procreatis: quorum vnus duas filias reliquit: alter verò vno filio maſculo relicto deceſſit: de prædicto itaque feudo vrgentem vidimus quæſtionem: maſculo quidem hoc feudum totum ſibi, quia ſolus eius, qui primò inueſtituram accepit, hæres maſculus ſit, vindicante: fœminis verò totam ſui patris partē ſibi defendentibus;

gloſſellam inueni talem. Vacat iſtud c. propter inferius c. expoſitū ꝫ. *de contron. inter vaſal. & epiſcopum.*

h ¶ *Faciendum.* quod dicitur in iſto c. mirum videtur. ſ. quòd poſſunt eligere quos volunt, ad iudicandum inter ipſos: cùm alibi dicatur, eū[a] iudicem non eſſe præſtādum, quem poſtulauerit aduerſarius: *vt ff. de iudic. l. obſeruandum.* Reſ. illud loquitur quādo altera pars ignorabat poſtulationem ipſius: hic autem vterque ſciebat, & conſentiebat, & licitum[b] eſt ex conſenſu, quod alias non liceret: *vt C. de epiſc. & cler. Auth. generaliter in fi. & arg. C. de tranſa. l. ſi diuerſa.* maximè cùm hoc ſit litigantium fauore[c] inuentum: vnde apparet quòd licitè poſſunt renunciare: *vt C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo & ff. de mino. l. ſi iudex.* ¶ Et in ſumma, ſi vis caſus[d], in quibus de iure poſſunt relaxari vtroque conſentiente, inquiras. *Cod. de epiſc. & cleri. Auth. generaliter. in fin. & ff. de fer. l. j. §. j. & l. ſi feriatis. & de in ius vocan. l. quamuis & de re iud. l. ſi conuenerit. & ad Senatuſ Tertull. l. vl. in fi.* licèt videatur cōtrà. *ff. de poſtulan. l. quos prohibet. & Cod. de iuriſd. omnium iud. l. priuatorum. & de inrei. pro c. dan. l. ij. §. ſed quia.* ¶ Illud autem notabiliter eſt notandum, quòd ille[e] non eſt eligendus pro pari, domino, vel vaſallo diſſentiente, qui fidelitatem nō iurauit: ſed cùm[f] ille ſolus excipiatur, indifferēter alij eligūtur: *vt ff. de iud. l. cùm prætor.* Sed intelligo, dum tamē idonei[g] ſint ad iudicādum. Hîc quæri conſueuit: ſi conuētus velit actorem reconuenire[h] fortè de alia cauſa, vtrū poſſit curiæ examen actor declinare, quaſi curia non poſſit extra cauſam feudi aliquid inter ipſos iudicare? Reſpond. non poterit: imò ſi agat de omnibus etiam cauſis, apud eandem curiam ſe debet defendere: *arg. C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic. l. vlt. & Authen. ibi poſita, & conſequenter, &c. & ff. de iudic. l. ij. §. omnes. & l. qui non cogitur.* Nam ibi non diſtinguitur: quare nec nos diſtinguere debemus. decurras in theſauris tuis.

a Iudex is non præſtandus, quem aduerſarius aduerſario ignorante, & reluctāte poſtulauerit.

b Licitū eſt ex cōſenſu, quod alias nō licet.

c Renunciari priuilegio poteſt.

d Renunciari foro, & iudicialibus vtraque parte conſentiēte, an, & quemadmodū poſſit.

e Par eſſe, aut eligi nō poteſt domino, vel vaſallo diſſentiente, qui fidelitatem non iurauit.

f Excepto vnius, promiſſio eſt aliorū omnium.

g Non omnes pares idonei ſūt ad iudicādum. nec enim infamis, pupillus, mulier, & ſimiles idonei.

h Reconuētio coram paribus locū habet etiā extra cauſam feudalē, ſeu in cauſis etiam non feudalibus.

i DE EO QVI ſibi, vel hæredibus ſuis, &c.

 Aliàs

Aliàs non erat hic tit. ſed c. tantum.

a QVi ,*Pro maſculo.*] Iſtud cap. ſæpiſſimè poſſet accidere: & ideo valde eſt notandũ. ¶ Et not. in eo potiſſimè quanto ſit potior maſculorũ a, quàm fœminarum conditio. Sed mirum eſt quod dicitur hîc, ſcilicet, quòd maſculus excludit germanam ſuam, cùm iam ad fœminam tranſitum fecerit feudum. Nunquid enim hîc b maſculus excludit amitam ſuam viuentem? Et vtique eadem æquitate durante, aliàs non licebit hæredi, quod defuncto licebat: & erit econtrà: *ff. de reg. iur. l. hæredem. & l. qui in ius. & ff. de bo. lib. l. ſi ex. & not. s. de feud. mar. cap. j.* ¶ Hic etiam not. quòd ex c rerum qualitate, & differentia licitum deprehenditur, quod aliàs non liceret: *vt s. prædicto tit. & cap. notatur.*

a Maſculorũ, quàm fœminarum peior eſt conditio.

b Inueſtitus hoc pacto, vt deficientibus maſculis admittantur fœminæ ſi ex fœminini ſexus liberis maſculum reliquerit, maſculus ille, licèt remotior, excludet fœminas, licèt proximiores, quod ab Iſernia, & aliis defenditur: non probatur autem à Beluiſano, & Baldo: *de quo vide hic Rauennatem, & Landulfum.*

c Licitum aliquid eſſe deprehẽditur ex rerum qualitate, & differentia, quod aliàs non liceret.

b DE DVOBVS fratribus à capitaneo inueſtitis.

Aliàs non erat hic tit. ſed cap. tantùm.

c DVo fratres.] *Proſpexiſſe.* Iſtud habetur *in ff. de proba. l. ſi* d *pactum.* ¶ Quod autem in fine dicitur ſ. quòd e à fratre dominus excluditur, accidit propter f pactum: quia dictũ fuit expreſsè, alioquin frater excluditur à domino: *vt ſup. notatum eſt.* ACCVRS.

d Liberis ſuis quiſq; prouidere intelligitur, licèt à principio non cogitauerit de liberis.

e Frater vaſalli defuncti an, & quãdo præferatur domino.

f Pacta etiam remota à natura feudorũ poſſunt in inueſtituris celebrandis apponi.

d AN REMOVERI debeant teſtes, qui pares eſſe deſierunt.

Aliàs non erat hic tit. & malè.

e EX *facto quæſitum.*] *Qualibet ex cauſa.* Huic cap. inueni glo. talem: Vacat hoc c. propter inferius proxi *ex e.* & propter ſuperius, *ſi inter dominum.*

f ¶ *Pares.* Hoc idem in teſtamentis ſeruatur nã ſi g facti teſtamẽti tempore fuerit quis idoneus: licèt poſtea h fiat minùs idoneus: nihilominùs tamen tenet teſtamentum: *ff. de teſta. l. ad teſtium. §. j.* & idem i intelligo, ſi nõ erat idoneus: ſed communi k opinione putabatur idoneus: *Cod. de teſtament. ordi. l. j. & Inſtit. de teſta. ordi. §. teſtes.* Sed ſi quis cognatis ſuis aliquid relinquat, & tempore teſtamenti cognati erãt: licèt cognati eſſe deſinant, nihilominùs legatum habebunt: *vt ff. de rebus dub. l. ſi cognatis.* ¶ Quod autem in fin. dicitur, *quid enim peccauit*, &c. hæc non videtur ratio ſufficiens: nimirum etſi propter iuſtam culpam de paribus eſſe deſierit aliquis: nihilominùs tamen teſtis eſſe poterit. hic enim non eſt modus interdicendi teſtimonium.

g Teſtis cõditio inſpicitur quo tempore teſtimonium dicit.

h Vtile teſtimoniũ ab initio nõ vitiatur ex poſt facto.

i Teſtis communi opinione idoneus habitus habetur, pro idoneo.

k Cõmuni opinione pro idoneo habetur, qui non fuit re ipſa idoneus.

a Pares ... nihil ad rẽ ... l. ſi ... [illegible]

quia ex eo nullus extitit maſculus. Cúmque inter ſapientes ſæpe ſuper hac quæſtione ſit diſputatum: tandem pro maſculo a pronunciatum eſt, nõ enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inueſtitus. Nã & illud iudicatum ſcio: ſi ille, qui proprium feudũ ſuum militi pro beneficio dedit, duobus filiis relictis deceſſerit, quorum vnus filia tantùm relicta obiit: alter verò filio maſculo relicto ſuperſtite defunctus eſt: quod miles non debet feudum ſuum per fœminã recognoſcere, donec ſupereſt maſculus ex eo, qui primam inueſtituram fecit. Alij dicunt per filiam debere recognoſcere, cùm de paterno allodio eſſet hoc feudum: alioqui ſi aliunde eſſet, verum eſſet quod dicitur, per fœminã non debere recognoſcere.

DE DVOBVS FRATRIBVS à capitaneo inueſtitis b.

TITVLVS XVIII.

Si duo fratres ſimul de nouo beneficio à capitaneis fuerint inueſtiti: vt quamdiu ipſi, vel eorum hæredes maſculi viuerent: & maſculis deficientibus fœminæ feudum haberent: decendente poſtea vaſallo altero, ſi maſculus, vel fœmina ex eo ſupereſt, fratri non ſuccedit, aliàs ſuccedit. BALD.

DVo fratres, ſ. Titius, & Seius, à quodam capitaneo de nouo beneficio ſimul inueſtiti ſunt: eo videlicet tenore, vt quandiu ipſi, vel eorum hæredes maſculi viuerent, & maſculis deficientibus fœminæ, ſi ſupereſſent, feudum haberent. Ex fratribus his vnus vna filia relicta, altero adhuc viuente deceſſit. Quæritur, cui portio defuncti deferatur, vtrùm filiæ, an fratri? Reſpõdetur, filiæ: vnuſquiſque enim ſibi, ſuiſque hæredibus videtur proſpexiſſe c, ſi tamen is, qui filiam reliquit, ſine hærede deceſſiſſet, propter tenorem inueſtituræ inſertum, eius pars fratri, non domino eſt quæſita.

AN REMOVERI DEbeant teſtes, qui pares eſſe deſierunt d.

TITVLVS XIX.

Si inter dominum, & vaſallum contentio eſt de inueſtitura: illi, qui pares fuerunt tempore inueſtituræ, non remouẽtur poſtea à teſtimonio, licèt deſierint eſſe pares. BALD.

EX facto quæſitum ſcio: ſi inter dominum, & fidelem de inueſtitura feudi contentio emerſerit: quia factam eam dominus negat: ſi vaſallus offerat eos teſtes, qui tempore inueſtituræ pares erant; ſed poſtea qualibet ex cauſa e pares eſſe deſierunt: an ideo ſint remouendi; quia nunc non ſunt pares? Sed quamuis alij aliter ſentiant: tamen mihi, & quibuſdam aliis videtur ſufficere eos tempore inueſtituræ ſaltem pares f fuiſſe. Quid enim peccauit, qui inueſtituram accepit, ſi illi, quos eo tempore, vtpote idoneos adhibuit, poſtea pares eſſe deſierunt?

DE CONTROVERSIA inter epiſcopum, & vaſallum g.

TITVLVS XX.

Si inter epiſcopum, & vaſallum eſt contentio de inueſtitura ab eius prædeceſſore facta, pares curiæ cognoſcunt: priùs tamen debet inueſtiri de ſuo proprio, & recto feudo, quàm principalis quæſtio dirimatur. BALD.

EX eo quod ſcriptum eſt, ſi inter dominum, & vaſallum de feudo naſcatur quæſtio, quòd per pares eiuſdem curiæ dirimenda ſit: quæſitum eſt, ſi quis dixerit ſe à quodam epiſcopo h fortaſſis iam defuncto de annua præſtatione, aut qualibet alia re per feudum inueſtituram accepiſſe: & cum ſucceſſore eius agat, & ille reſpondendo neget hunc eſſe vaſallum: vtrùm per pares eiuſdem curiæ ſit iudicandum ſuper hac quæſtione? Opponit enim vaſallus, quòd dominus eum negat eſſe vaſallum, & ideo in ea curia pares non habet. Item dicit vaſallus, quod priùs de ſuo recto i feudo debet inueſtiri, quàm à nemine iudicari: domino reſpondente, quòd quicquid inter eos ſiue de inueſtitura, ſiue de fidelitate, ſiue de principali cauſa agendum eſt, per ſuam curiam eſt expediendum. Sed laudatum ſæpe ſcio x pares illius curiæ ſecundùm præfatum modum k eſſe eligendos priùs, ad quorum ſpectat officium, vt illum priùs de ſuo recto feudo l inueſtiri faciant; ſed fidelitatis iuſiurandum differatur, donec de principali cauſa cognoſcatur. ex illo enim apparebit vtrùm iurare debeat, an non. quod totum expeditæ quæſtionis eſt. Sed ſi conſtiterit, vaſallum aliquid aliud m præter id, de quo quæritur, ab eodem domino tenere pro feudo: tunc quin debeat de ſuo recto feudo inueſtituram accipere, & fideli

g DE CONTROuerſia inter epiſcopum, & vaſallum.

Aliàs non erat hic tit. ſed cap. tantùm.

h EX *eo.*] *Quedam epiſcopo.* vel alio de beneficio, ſi de aliis dixerit, quòd in aliis nõ poſſit habere locum exemplũ de annua præſtatione, niſi quis dixerit aliud eſſe in feudo cameræ, ſeu canenæ: illa b enim ab hæredibus, ſiue ſucceſſoribus clericorũ non præſtantur: *vt s. dictum eſt de feud. camera.* Vel poteſt etiam exemplificari in clerico. nam licèt c iniuſtè agat vaſallus, nihilominùs tamen ratio ei facienda eſt.

i ¶ *De ſuo recto.* ¶ Not. quòd hic antè petit inueſtituram recti feudi. ſecus eſſet, ſi ſpecialiter peteret inueſtituram alicuius rei: *vt s. in diſt. quam fecimus.*

x ¶ *Sed laudatum ſæpe ſcio.* Id eſt, iudicatum. CVIACIVS.

k ¶ *Secundùm præfatum modum.* ſcilicet qui eſt *s. de controuer. feud. apud pares terminanda. c. ſi inter dominum.*

l ¶ *Suo recto feudo.* Sed hoc fortè in eo caſu tãtùm eſt exaudiendum, quando & de hoc erat controuerſia, an illud teneret pro feudo.

m ¶ *Aliquid aliud.* Hic poteſt no. quòd ratione adiuncti licitum d deprehenditur, quod aliàs eſſet illicitum: vt alibi notauit iuriſprudens. ACCVRS.

b Feudũ Cameræ, & Canenæ ab hæredibus, & ſucceſſoribus clericorũ nõ præſtatur.

c Vaſallo ſi iniuſtè agat, ratio facienda eſt.

d Licitum deprehenditur ratione adiuncti, quod aliàs eſſet illicitum.

a ¶ *Acce*

a ¶ *Accedere.* Sed nunquid debebit epiſcopus condemnari poſtea ad illam annuã præſtationem, ſi probatum fuerit illum inueſtitum fuiſſe à prædeceſſore ſuo de illa? Reſpon. fortè non: imò abſolui debet: quia fortè morte dantis fuit finita: *vt ſupr. quis dicatur dux, vel ma. ca. qui à principe.* niſi fortè dicas quòd aliud ſit in ſoldata, quæ non præſtatur nomine feudi: vt ibi dicitur. ACCVRSIVS.

& fidelitatem iurare, & ſic ad principalem cauſam accedere [a], non eſt dubitandum.

DE VASALLO MILITE, qui arma bellica depoſuit [b].

TITVLVS XXI.

Monachiſmo feudum amitti & redire ad proximum agnatũ, ſi fuerit paternum, vel ad dominum, ſi fuerit nouum, vel etiam ſi fuerit paternũ nullo exiſtente agnato, non ad venerabilẽ domum. Allodia tacito iure venerabilem domum ſequũtur, ex No. Iuſtiniani de Monachis. *Vt autẽ monachiſmo, ita clericatu feudum amittitur: vt ĩ.4.tit.7.§.§.41.* & vlt. *nec obſtat tit.* De capit. Corra §. vltim. *quia loquitur de feu. quod initio conceſſum eſt clerico, & Eccleſiæ. Nos loquimur de feudo initio militi conceſſo & hoc dicimus clericatu, vel monachiſmo amitti: quoniam cui datum eſt, is eſſe deſiit. & ſeruanda ſemper eſt feudi lex, & origo prima. Nec ſanè quod receptum ſit, recte vaſallum alium pro ſe vicarium dare, qui domino ſeruiat: ideo dicimus clericatu, vel monachiſmo feudum non amitti quia feudi initium, & conſtitutio aliud ſuadet, & temere vaſallus vicarium ſeruitium ſua opera ſupponere vtique ſemper non poteſt.* CVIAC.

Miles ſeculi qui factus eſt miles Dei, ex eo quod venerabilẽ domum intrauit, & feudo renunciauit, feudum amittit. BALD.

MIles, qui beneficiũ tenebat, cùm eſſet ſine liberis, venerabilem domum intrauit, & ſeculo renunciando, arma bellica depoſuit, habitũmque religionis aſſumpſit & ſic conuerſus factus eſt [c]. hic donec vixerit, feudum retinere conatur, quod dominus, vel agnatus [d] ſibi pertinere contendit. Sed iudicatum eſt domini, vel agnati conditionem eſſe potiorem, eò quòd deſiit eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti: nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium †.

b DE VASALLO milite, qui arma bellica, &c.

Aliàs non erat hic tit. ſed cap. tantùm.

c MIles, quis, &c.] Factus eſt, &c. idem [a] ſi eſſet factus clericus. *vt ĩ tit. an mutus, vel aliter imperfectus. c. mutus in fin.* nec proderit ſi hunc habitũ poſtpoſuerit [b]: *vt ĩ ſi de feu. controuer fuerit a qui clericus. & ĩ. de bene. feud. in fin.*

d ¶ *Vel agnatus.* domini intellige, quando [c] ſucceſſorem non habet: & meritò eſt potior cauſa domini, vel agnati: quia cùm monaſterium ingreditur [d], rerum ſuarum dominus eſſe deſinit [e]: vtpote ergo non dominus, nec teſtari poterit: *vt C. de ſacroſan Eccl. Authentica ingreſſi.* ACCVRS.

e DE MILITE vaſallo, &c.

Aliàs non erat hic tit. ſed ca. tantùm.

f DOminus.] *Septem, vel decẽ dierum.* Sed hodie hæc ſolennitas non ſeruatur in ſeptem, vel decem dies: ſed plus patet largè curiæ officium [f], vt ſuo arbitrio terminũ conſtituat: quod quotidie vſitatur: ſed iure Romano alia [g] ſolennitas in citando obſeruatur. ACCVRSIVS.

g ¶ *Tertiã vocationem.* hoc meritò accidit: quia contumax [h] eſt, qui trinis [i] edictis citatur, iudici ſe nõ præſentat (& litis [k] damno contumacia eorum, qui iudici non obtemperant, coercetur: *vt ff. de re indic. l. contumacia.*) Idem eſt, ſi vnum duntaxat edictum mittatur pro omnibus: *vt Cod. quomodo, & quando iudex. l. conſentaneum.* Sed illud [l] in feudum non obſeruatur: ſcilicet quòd pro omnibus edictis vnum dumtaxat proponatur.

h ¶ *Amittat.* & meritò hoc enim ipſo, quòd non vult iuſtitiam facere domino ſuo, feudum perdit [m]: *vt ĩ. in quibus cauſis feud. amit. c. item qui domino ſuo. aliàs ca. illud te non lateat.*

i ¶ *Sed.* aliàs, *ſed ſi*: aliàs, *ſecus.* & vtraque litera bona eſt, & correctiuè ponitur ad antecedentia verba: quia ſufficit ante litem cõteſtatam ſi dominus in poſſeſſionem mittatur. & bene ſequitur ſi intra annum veniat, quòd poſſeſſionem valeat recuperare. Nam legitur idem *in C. de praeſcript. xxx. ann. l. ſi quis emptioni. §. ſed ſi quis.* ¶ Sed dicit ſtudioſus quæro à te iuriſprudens, qualiter ſecũdum ius tuum ſit citatio [a] facienda? vt hoc percepto, ſi conſuetudo deficiat, ſaltem iure tuo in cauſa procedere valeã: ſicut expoſitum eſt *ſuprà de feud. cognit. cap. j. & fina.* Iuriſprudens reſpondet: qui tu & me, & alios frequenter interrogaſti: quatenus de citatione quid ſentirem, oſtenderem: ideo maximè tuis motus precibus, de ea quid ſentiam, paucis explicabo. qui habet aures audiẽdi, audiat modò. cùm de citatione quis pleniſſimè deſiderat ſcire, hæc inquirat: ſcilicet [a] qui iudices poſſunt citare, & qui non: & qui citari poſſent, & quando: etiam quot ſufficiant citationes: & quod interuallum debeat eſſe inter vnam citationem, & aliam: quid olim, quid hodie de hoc interuallo obſeruetur: & quis ſit citationis effectus. ¶ Et citare [b] poſſunt iudices ordinarij [c]: delegati [d] autem nequaquam, ſiue pedanei [e], ſicut nec ſententiam poſſint executioni [f] mandare: *vt ff. de re iudic. l. à diuo Pio. in princip. & Cod. de iudic. l. ſancimus.* & intelligo, ſi non ſit delegatus à [g] principe iure nouo: & etiam nouiſſimo iure à principe delegatus rectè citabit: *vt C. quomodo, & quando iudex. Authent. qui ſemel.* & ſupradicti licèt citare nõ poſſint, inquirere [h] tamen valent: *vt Cod. de iudi. l. ſancimus.* ¶ Dictum eſt ergo, à quibus citatio poſſit fieri: nunc dicendum eſt, qui [i] citari valeant. & vtique poſſunt citari tã actor, quam reus. ¶ Reſtat igitur videre quando [k], & vtique ante litem conteſtatam, reus valet citari: quo caſu & ab eo ritè citatur, qui in eum nullam habet iuriſdictionem: nimirum venire debet allegaturus priuilegium ſuum: ſaltem ſi quod habet: *vt ff. ſi quis in ius vo. l.ij. & ff. de iudic. l. ſi quis ex aliena.* Sed poſt litem conteſtatam citari poteſt, & debet actor: ſed non antè: quia agere, vel accuſare inuitus non compellitur: *vt Cod. vt nemo inuitus agere, vel accuſ. coga.* niſi ſecundùm quod *in prædicta Authen.* continetur, *& in Authen. vt omnes obe. iudi. colla. v. §. ſi verò.* ¶ Nunc videndum eſt, quot [l] ſufficiunt citationes, & certè niſi ad ſolennitates te referas, tres ſufficiũt: *vt in h. ca. & Cod. de iudi. l. properandum §. & ſi quidem. & ff. de re iud. l. contumacia. & ff. de iure fiſc. l. Senatus. §. Senatus.* De ſolennitatibus ideo dixit quoniam ſecundũ [m] eas citatio eſt facienda. primò enim vnũ ponitur edictũ: mox aliud: deinde tertiũ: poſtea verò ſequitur peremptoriũ. Sed poſt peremptorium ſemel debet citare, iudex inquam ſi voluerit. Nec enim infert neceſſitatẽ illud *debet* ſed vrbanitatẽ inducit. ſimile *C. de pigno l. iij & C ad leg. Fal. de pla l ſi fratrem. & ff. de min. l. ij. § ſed vtrùm nimirum* & hoc totũ iudicis arbitrio committitur: *vt ff. de iud. l. nonnunquam ſolẽt.* & quòd talis ſit ſeruanda ſolẽnitas, dicitur *ff de iud. l. ad peremptoriũ edictũ. & l & tertium. & l. & poſt edictũ.* Sed quia de pluribus [n] edictis mentionem fecimus, & vni duntaxat nomen apponitur: an alia propria nomina poſſint habere, quærit ſolicitus. ad quod iuriſprudens reſpondet? Vtique. Primũ ergo vocatur admonitorium. Secundũ citatorium. Tertium conuentionale: vt iſtorũ tria nomina procedant à bono ingenio. Quartum autem vocatur peremptorium [o], & à lege deſcendit. Hoc dicit iuriſprudens. Sed ſtudioſus ait; Videtur quòd nomen ſecundi vltimo edicto, cui nomen aſſignas, potiùs conueniat: cùm maioris ſit authoritatis ſuperiore: nimirum citatoria omnium cauſarum ſolus princeps poteſt reuocare: *vt Cod. de principibus agentium in rebus. l. ij.* Quod ergo erit nomen ſecundi: quod ſcilicet nomen vltimi vſurpauit? nõdum ſatisfactum eſt ſtudioſo. Illud autem aſſi-

DE MILITE VASALLO, qui contumax eſt [e].

TITVLVS XXII.

Primò dicit qualiter procedatur contra vaſallum domino querimoniam exponente de eo, qui incidit in culpam. Secundò, qualiter procedatur contra dominum vaſallo dicente ſe ab eo ſpoliatum feudi poſſeſſione. Secunda ibi, Si verò vaſallus. BALD.

DOminus vocat militem, qui ab eo feudum poſſidebat, dicendo eum in culpam incidiſſe, per quam feudum amittere debeat. hic non reſpondet. Quæritur, quid faciendum ſit domino? Reſpondeo eum ad curiam vocari debere: & ſi non venerit, iterum eum debere vocari vſque in ſpacio tertio ſeptem, vel decem dierum [f], arbitrio eiuſdem curiæ terminando. Quòd ſi neque venerit ad tertiam vocationem [g], hoc ipſo feudum amittat [h]: & ideo debet curia dominum mittere in poſſeſſionem. Sed [i] ſi intra annum venerit, reſtituitur ei poſſeſſio: alioquin & beneficium, & poſſeſſionem amittit: *vt in Lombardia de iis, qui ad palatium venire cõtẽpſerint, l. ſi cuiuſcũque.*

¶ Si verò vaſallus conqueritur de domino: forſan quia feudum malo ordine intrauit: domino perperam reſpondente, quid vaſallo faciendum ſit, quæritur. Reſpondeo, eum curiam debere vocare, & in eadem curia de domino cõqueri.

a Clerici, & conuerſi ſimilitudo.

b Feudũ miſſum ingreſſa religione, eius dominio non recuperetur.

c Feudũ religioſè profeſſi, tranſit ad eius liberos.

d Ingreſſus monaſterium, rerum ſuarum dominus eſſe deſinit.

e Hinc colligit Clericatu mutari locum originis, domicilii rerum naturalis & fori.

f Dilationes tres dãtur iudicis arbitrio.

g Conſuetudines regnorum feudalia in citationibus faciendis, & litibus ordinãdis.

h Contumax quis dicatur.

i Citationis trinæ effectus.

k Contumacis pœna.

l Vnum pro omnibus edictũ in feudis non proponitur.

m Reprobatur ſecundum Albe. & Bald. ubi loquatur in vero contumace: at hic loquitur in ficto contumace.

n Citatio quẽadmodũ fiat: Quæſtionibus, quæ ſequũtur, tole & has ſequẽtes. An citatio ſit de proceſſu: Vbi quis debeat citari. Quid debeat inſeri in citatione: vtrum ad inſtantiã partis fieri debeat. Vtrũ citatus cogatur preciſè comparere: Vtrũ valeat citatio ſine termino: Vtrum valeat præceptum factum nulla præcedẽte citatione. Vtrum citatio generalis facta ad totã cauſã valeat de quib. vide Lanfranc. in praxi c. 1.

a Citationis multa ſingularia.

b Qui citare poſſint.

† Facit ad hunc tex. ſecundum Gl. in l. nemo. ff. de ſi. de. comm. lib. & ff. de pact. l. iuris gentium. § ſi.

c Hoc verum, quando delegatus nõ citat per edicta ſed per ſe, vel per nuntium, vel per literas ſuas bene poteſt: per Gl. in l. ſancimus C. de iudi. ſecundum Alma. Ro. & Bar. in l. 2. ff. de muneri. & hon.

d Delegati ab alio, quã principe, neq; citare, neque ſentẽtiam executioni mandare poſſunt.

e Pedanei neq; citare, neque executioni mandare ſententiã poſſũt.

f Executioni ſententiã mãdare qui non poſſint.

g Delegatus à principe citare poteſt.

h Inquirere quis poteſt, licet citare non poſſit.

i Qui citari poſſint, an præſens v. Lanfrãcum in praxi c. 1. n. 2. Vtrum ſubditus extra territorium. v. Lanfrancum d. loco n. 17.

k Quãdo quis citari poſſit. An die feriata, vt quis cõpareat die nõ feriata. v. Lãfrancum. d. loco, num. 15.

l Quot citationes requirantur, & ſufficiant.

m Citationes ex ſolennitatibus faciẽdæ, & quemadmodum.

n Edictum admonitorium citatoriũ, conuentionale, perẽptorium.

o An requiratur citatio peremptoria vt actus valeat: v. Lanfranci c. 1. n. 8. & ſeq.

duè notandum, quòd vnam edictum pro omnibus iudex mittere poteſt: *C. quomodo, & quando iud. ſent. proferre debeat. l. conſentaneum & ff. de iudiciis. l. nonnunquam.* § Reſtat ergo videre quod interuallum[a] eſſe debeat inter vnam citationem, & aliam iure antiquo, & nouiſſimo, certè ſecundùm veteres leges nō minùs decem dierum ſpatio: *vt ff. de iudi. l. per interualla & Cod. de iud. l. properandum. § & ſi quidem.* Sed hodie *per Authentic.* non minus xxx. *vt in Auth. de litig. §. omnem verò. coll. viij.* Quidam tamen dicunt. Auth. loqui quando actor citatur: antiquæ verò leges quãdo reus. & ideo dicunt veteres leges non corrigi: quod ego non approbo, ne permittatur actori, quod reo denegatur: *ff. de regul. iur. l. non debet.* igitur verius eſt, leges veteres poſteritati relinquendas fore. & hæc vera ſunt ſecundùm iura fori, & non ſecundũ iura poli. iure enim poli primò perſonaliter vocatur, & per ſeptem dies expectatur: poſtea his diebus tranſactis, alij ſeptem dies adiiciũtur, quibus ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis officiis interdictus eſt: poſtea adiiciuntur duo dies, quibus à pace, & communione ſanctæ Eccleſiæ ſuſpenſus eſt: deinde alij duo dies adiiciũtur ſub eadem expectatione: quibus vno ſuperaddito die, omni expectatione veluti deſperata reus mox feriatur anathematis gladio: *vt in Decre. v. q. ij. c. præſenti.* ſed intelligitur quando eccleſiaſtica, & criminalis cauſa agitur. § Sequitur nunc de citationis[b] effectu: quòd ſi fuerit abſens reus, & legitimè citatus non venit ante lit. cõteſtatam: ſi[c] conueniatur per actionem in rem, mittitur actor in poſſeſſionem petitæ[d] rei duntaxat: intelligo, niſi[e] abſens latitauerit. nam tunc ſi etiam in rem agatur, in omnibus bonis facienda eſt miſſio *vt not. ff. quibus ex cau. in poſſeſſ. ea. l. Fulcinius. § item videamus. & §. Celſus. aliàs eſt lex, ſi fundũ. & Cod. de præſcript. xxx ann. l. ſi quis emptionis § ſed & ſi quis* (Notabis ergo differentiam inter abſentem, & latitantem *vt ibi notatur.*) niſi fortè petatur hæreditas ſecundùm quoſdam: tunc enim nulla erit differentia, ſi latitauerit, vel non. Sed Py. non placet: quod nec idem Celſus videtur cõprobare, niſi dolo fortè fecit, quò minùs poſſideret. nam tunc in omnibus bonis abſentis facienda eſt miſſio *vt in §. Celſus. in fin.* & in caſu iſto dicunt quidam actorem poſſidere: quod ego non approbo. nã tũc cauſa[f] rei ſeruandæ mittitur in poſſeſſionem: ergo non poſſidet: *vt ff. de acquirē. poſſeſſ. l. poſſideri. § ult. & ff. uti poſſ. l. ſi duo. §. creditor.* Hoc tamen caſu ſecundùm priores intra annum reuerſus poſſeſſionem recuperat reus, & iudicium adhuc patitur: dum tamen actorem indemnem ſeruet: aliàs enim non auditur: *vt C. de iud. l. ſancimus.* & in hoc caſu poteſt habere etiam locum, quod hic dicitur. Poſt annum verò reuerſus partibus actoris fungitur: & actor quaſi ex ſecundo decreto conſtituitur poſſeſſor. hic ſecundùm noſtram ſententiam ante annum non eſt poſſeſſor: ſed poſtea fit. & hæc vera ſunt cùm agitur actione in rem. Si[g] verò perſonali agatur, mittitur actor in poſſeſſionẽ: ſed poſſeſſio generalis[h] erit: quia pro modica ſumma mittitur in vniuerſorum bonorum poſſeſſionem. & hoc niſi agat de damno infecto vt caueatur: tunc enim rei tantùm, de qua timetur dãnum, fit miſſio: *vt ff. quib. ex cau. in poſſeſſ. eat. l. j.* Sed quia hoc videbatur abſurdũ, à Iuſtiniano medicina præſtatur: mittitur ergo in poſſeſ. ſecundùm menſuram debiti declarati: ſic enim febribus præſtatur medicina. & intelligo declarati fortè per ſententiam. & erit caſus vbi[i] ante lit. conteſt. definitiuè pronunciatur: *vt in Auth. de exhi. & introd. reis. §. ſi verò. colla. & in Auth. de litig. §. ſi verò. coll. viij.* & hæc vera ſunt de reo. actor verò ante lit. conteſt. non poteſt citari, niſi ſecundùm quod ſuprà expoſitum eſt. imò, vt veriùs loquar, poſt litis conteſta. non poterat olim citari actor: quia eo[a] abſente non contrahebatur olim ex modicium præterquam in cauſa libertatis, & ingenuitatis: *vt ff. de confeſſ. l. certum. §. ſi quis abſente. & ff. de l. cau. l. diu & C. de libe. cau. l. ſi is, quem. & C. de inge ma. l. diffamari.* Sed hodie ſecus: *vt Cod. de iud. l. properandum. §. ij.* Si verò actor abſit, & poſt litis conteſta. (ſicut ſuprà dictum eſt) citatus non venit: cum non ſit ſufficienter aliquid agitatum: non[b] ſolùm ab obſeruatione iudicij abſoluetur reus: verumetiam in expenſis circa litẽ rei ſacramento declaratis actor condemnabitur: *vt C. de iudic. l. properandum. §. j.* licèt alibi dicatur, quòd litis damno abſentis contumacia punitur: *vt ff. de iudi. l. contumacia. & in Aut. vt om. obe. iud. §. ſi verò neque. colla. v.* & hoc intelligo etiam ante litis conteſtationem, & poſt litem tamen motam, quando nihil actuatũ eſt. ſi verò abſuerit legitimè citatus: tunc omnino abſoluitur reus, vel condemnatur: *vt C. de iud. l. properandũ. §. ſin autem ex geſtis.* Sed in hoc caſu ſi reus, condemnatur, expenſæ deducuntur de cõdemnatione, quæ facienda eſt pro abſente actore: *vt ibidem.* Quod autem dictum eſt de lite cõteſtata, idem intelligendum eſt in quaſi[c] conteſtata: *vt Co. vbi in rem actio exerceri debeat. l. penultima. & Cod quomodo, & quando iudex ſenten. profer. deb. l. conſentaneum.* Sed ſciendum eſt, quòd ſi actor in rem agat, & admittatur actor in poſſeſſionem poſt litem conteſtatam, ſtatim fit poſſeſſor. hæc eſt differentia[d] inter miſſionem, quæ fit ante litis conteſtationem, & pòſt: quia antè non poſſidet: ſed poſtea ſic. ſi verò perſonali agatur, idem eſt per omnia: vt ſuprà dictum eſt, ſecundùm P.

a Quo interſtitio citationes fieri debeant.

† Hic debet eſſe tertius liber ſecundùm omnes Docto.

b Quis citationis effectus.

c Miſſio in poſſeſſionẽ quemadmodũ fiat, ſi in rẽ agitur.

d Miſſio in poſſeſſionẽ vtrum fiat in petitã rẽ: an verò in vniuerſa bona contumacis.

e Abſentis, & latitãtis differentia.

f Poſſidere nõ dicitur, qui cauſa rei ſeruandæ mittitur in poſſeſſionem.

g Miſſio in poſſeſſionem quemadmodũ fiat, ſi in perſonam agitur.

h Miſſio in poſſeſſionem in actione perſonali an, & quando fiat in vniuerſa bona: an verò pro menſura declarati debiti.

i Lite nõ cõteſtata, quandoque definitiuè pronunciatur.

curia autem debet adire dominum, eúmque ſalua reuerentia[a] competenter cogere, vt vel poſſeſſionẽ reſtituat, & acquieſcat, vel iudicio curiæ ſe committat. Quòd ſi ter admonitus facere diſtulerit: tunc licet vaſallo ad aliam maiorem[b] poteſtatem ire, & ſibi conſulere: & ſi dominus ei iuſtitiam facere noluerit, poterit eum deprædare[c].

BENEFICIVM QVID SIT, & quibus modis amittatur.

TITVLVS † XXIII.

Hoc libello proponit primùm Obertus definitionem beneficij generalẽ ex Annæo Seneca: Beneficiũ eſt beneuola actio, &c. *Beneficium igitur nõ eſt id quod ſub oculos venit, puta fũdi, ædes, annona, quæ dantur: ſed dantis volũtas propẽſa. Quod ait* [Tribuens gaudium, &c.] *id Ariſtoteles expoſuit his verbis, καὶ τὸ δὲ ποιεῖν, καὶ τὸ δὲ πάσχειν τῶν ἡδέων, τὸ μὲν γὰρ δεῖ πάσχειν τυγχάνειν ὧν ἐπιθυμοῦσι, τὸ δὲ δεῖ ποιεῖν ἔχειν καὶ ὑπερέχειν ἃ ἀμφοτέρων ἐφίενται. Beneficij ſpecies eſt feudum. Eſt igitur feudum beneficium, quod propenſo animo datur, ita vt proprietas rei immobilis penes dantẽ remaneat, vſuſfructus in accipientem perpetuo iure tranſeat, ſub onere fidei, & ſeruitij certi, incertiue, plurimúmque militia. Non res ipſa immobilis, quæ in feudum datur. Res eſt materia feudi, multum autem intereſt inter materiã feudi & feudum. Fundũ ſi philoſophos imitemur, eſt beneuola actio dantis rem ſoli: ſi Iuriſperitos, quib. omnia vocabula iuris intellectum habent, ius, quod dominus in re ſoli prolixè nobis, & beneuolè cõcedit. Imperiti philoſophiæ iuriſq; id quod traditur, poſſidetúrque, tantùm ſpectant, dũ feudum definiunt eſſe rem immobilem. Definitio demõſtrat feudum eſſe gratuitum, cùm ex beneuolentia profici dicatur quod reddẽptio, ſiue ἀὀάπαυλος, non mutat:* vt dixi 1. tit. 1. *Et rei in feudum datæ proprietatẽ ad vaſallum nõ pertinere: rem igitur eſſe nec mãcipi:* vt diximus 2. ti. 17. *Eadẽ demonſtrat feudi ius eſſe perpetuũ. At ſunt quædã feuda tẽporaria, vt feuda habitationũ, & his ſimilia. Sed hæc nõ ſunt propria feuda,* vt 3. 1. ti. 1. § item illud. *Definitio hæc, proprij feudi definitio eſt. Qua de cauſa & beneficia, quæ clericis dãtur, nõ ſunt propria feuda: ſed cõparantur feudis habitationum, feudis annonariis, vel ærariis, feudis functionum priuatorum, vel publicarũ, qualia ſunt eorum, quos prædiis noſtris actores, aut cuſtodes imponimus, & aduocatorũ olim Tiguri, & Bithyniæ & beneficiariorum apparitorum, qui & Cæſariani feudales dicuntur, & horum imitatione etiam clerici beneficiarij ſunt, & inde beneficiorum ſacerdotalium nomen, quæ à principe olim cõferri ſolebãt, vt feuda propria, nec electus quiſquã Epiſcopus antè conſecrari poterat, quàm à principe Regalia per ſceptrum accepiſſet: vt Otho, & Gũtherus ſcribũt: & Albertus Argentinẽſis ſæpe meminit Epiſcoporum, & Abbatum ab Imperatore de ſuis regalibus ſolẽniter inueſtitorum præſtita etiã fidelitate, & hominio: & hoc quidem ius cõferendorum Regalium, id eſt, inueſtiẽdorum Epiſcoporum de ſuis Regalib. multi Reges Galliæ à Carolo Magno ſibi vindicarũt: ſed id modo Pontifici Romano, modò certis Eccleſiis remiſerũt, vt Eccleſia Atrebatenſi remiſſũ teſtatur vetus inſcriptio ædis D. Mariæ Atrebatum, modò remiſſum repetierunt, modò vacante tantùm cathedra vſurparunt conferendorum beneficiorum poteſtatem, atque etiam vacantis Eccleſiæ reditus, donec alius à ſe inueſtiretur Epiſcopus: & hoc*

a § *Salua reuerentia.* Ecce quòd liberto[e] æquiparatur vaſallus. nam libertus ſalua reuerentia cum[f] patrono experitur: *vt C. de liberali cauſa. l. cùm affirmes* ſicut & ſeruus paciſcendo cum domino ſuo de ſe liberando, ſi aliquid propter hoc de peculio dedit domino: licèt cum domino nullam poſſit habere actionem: aditus tamen præſes prouinciæ ſalua reuerentia hortabitur dominum ſtare placito ſuo: *vt C. de condict. ob cauſ. l ſi liber.* § Sed quid eſt quod dicit, ſalua[g] reuerentia: nunquid non poterit vaſallus dominum ſuum in ius vocare ſine pœna veniæ non petitæ. ſicut de liberto dicitur *ff. & C. de in ius vocan.* Reſp. non puto quòd in his ambagibus ſit locus conſuetudinis. Sed dic, ſalua reuerentia, &c. ſcilicet quantum ad actionem famoſam: quæ ſcilicet verbis eſt temperanda: vt legitur aliàs de liberto, *ff. de do. excep. l. apud. & C. de obſe. pa. præ. l. iiij.*

b § *Maiorem.* Sed cur hoc dicitur? nónne curia inter ipſos more iudicis ordinarij iudicabit? Reſp. vtique: *vt ĩ. § prox.* Sed hoc in fauorem vaſalli dicitur: ſcilicet vt valeat iudicium[h] curiæ declinare. Quod puto intelligendum, quando curia in dominum poteſtatem habere non poteſt: & maximè propter ſui potentiam: nihilominùs tamen iudicabit curia, ſi vaſallus voluerit. & erit caſus hic, in quo frangitur lex illa: *ff. de iudic. l. vbi.* ſicut & alibi: vt ibi notatur. Accvrsivs.

c § *Deprædare.* intelligo iſtud quando[i] fuit bannitus propter contumaciam ſui. nam tunc licitum eſt cuique[k] eum deprædare, nedum vaſallo, qui iniuſtitiam patitur. alioquin, id eſt, dum iudicis copiam habet, timeo,[l] ſi ſibi[m] ius dicat, ne iure ſuo priuetur: *vt ff quod me. cau. l. extat.* & hoc caſu amittat dominus proprietatem[n]: quia[o] & vaſal. feudum: *vt ĩ. tit. prox §. item qui domino.* aliàs, illud te & ĩ tit. qua. dominus propriet. pri. c. ex facto. & ĩ. ſi de feu. controuer. ſue c. domino committente. Accvr.

a Actore abſẽte cõtrah. nõ ex modicium.

b Actore abſẽte in quibus reus abſoluetur: & quod ſecũdum eum dicetur.

c Lis quaſi cõteſtata.

d Differentia miſſionis ante, & poſt litẽ conteſtatam.

e Vaſallus liberto in quib. comparetur.

f Vaſallus, nul veniã non petita in ius vocare ſuum dominum poteſt.

g Salua reuerentia dumtaxat in ius vocat. nihil aliud quam actionẽ famoſam verbis benedic. temperare.

h Curia iudicium vaſallo declinare poteſt, ſi ex ... vaſallo ... ſeſſionem. & Curia poteſt non ſecus ac iudex ... Hoc caſu vaſallus ad maiorem poteſtatẽ confugere poteſt.

i Vaſallus dominum ſuum contumac. deprædare poteſt nõ ſimpliciter contumacem, ſed contumacẽ & bannitũ: quem ſcilicet alij deprædant.

k Pœna domini cõtumacis, & vaſallo ſacere iuſtitiam detrectantis.

l Vapus metuẽ quoniam vaſallus hac hypotheſi autoritate legis ... vel cõſuetudinis dominum deprædaret.

m Ideoque pœnã non meretur in ius ſibi dicere regula ... nemo poteſt.

n Dominus propter contumaciã perdit proprietatem. ſicut vaſallus eiuſdem propter contumaciam perdit feudũ.

o Vaſallus, & dominus à pari iudicantur.

BENE

& hoc potiſſimùm Regalia vocarunt, quæ iure etiam Nicephorum olim Phocam Imp. Orientis vſum Zonaras, & Cedrinus ſcribunt. Ex his autem beneficiis, quæ impropria eſſe diximus, alia morte dãtis, & accipientis finiuntur, vt mercenariorum militum, alia morte accipientis tantùm, vt feuda habitationum, alia anno finiuntur, vt cuſtodum procuratorúmve feuda. Igitur perpetua iure non cenſentur. At præterea ſuperior feudi definitio demonſtrat feuda ſub certo, incertóve ſeruitio dari. Imò quædam dantur ſine ſeruitio, quorum mulier capax eſt. Sed non ideo vitioſa definitio eſt nam quod plerũque fit, definitione comprehendi ſufficit. Omnia feuda plerũque ſunt conditionalia, id eſt, ſub lege ſeruitij. Cætera, quæ ad definitionẽ feudi pertinẽt, expoſui lib. 1. *Poſt definitionem feudi, docere Obertus inſtituit, quibus modis feudum amittatur, è quibus quòd plures iam perſequuti ſumus libris ſuperioribus, quódque res ſint facillimæ per ſe, obſcura diligentia eſſet, ſi in his rurſus fruſtra adlaboraremus. Illud te non lateat, inquit, quòd ſi ſuo domino iuſtitiam facere noluerit feudo, quod tenebat expoliandus eſt. Hæc verba ſunt ambigua: nam vel hoc ſignificant. Si vaſallus in curia ſua (poteſt enim fieri vt vaſallus curiam habeat propriam) domino ius reddere noluerit, quæ cauſa amittendi feudi iuſtiſſima eſt,* Conſti. Neap. 3. ti. 19. *Vel ſi electus inter pares iudex cauſæ feudalis operam dare noluerit, vel ex bono, & æquo non iudicauerit, quæ cauſa etiam iuſta videtur, cùm iureiurando fidelitatis inſerri ſoleat, vt in iuriſiurandi formula relata in ſumma rurali,* Sire, ie viens à voſtre homage, & en voſtre foy, & deuiens voſtre homme de bouche & de mains, & vous iure, & promets foy, & loyauté, & de garder voſtre droict, à mon pouuoir, & faire bonne iuſtice à voſtre ſemonce, ou à la ſemonce de voſtre baillif à mon ſens. *Poſſunt & hæc verba illa ſignificare: Si feudi ratione à domino in iudicium vocatus iuris ſui experiũdi cauſa, edictis obtemperare noluerit, nam etiam ſi feudo amittendi cauſa iuſta alia non fuerit, contumacia eius plectitur damno poſſeſſionis, & feudi. & hoc magis ſenſiſſe videtur, cùm dicat ad ſe alio libello eidem Anſelmo ſcripſiſſe. Scripſit autem priorũ libelli,* tit. vlt. *vbi è contrario etiam dominum, qui iuſtitiam vaſallo facere: id eſt, de iure ſuo experiri, & in iudicium venire noluerit, dominatione feudi mulctari, & direptioni ſubijci demonſtratur. Sequitur alia cauſa, & quidem iuſta ſi ſeruitium, quod indictũ eſt pacto inueſtituræ, implere noluerit: cùm potuerit: ſi dominum accuſauerit iudicio publico, vel extraordinario, excepto crimine perduellionis, vel ſi teſtimoniũ aduersùs eum dixerit:* vt 𝔍. 4. t. 36. *vel ſi carcere clauſum dominum, cùm potuerit, non liberauerit, vt ſi pro eo non fideiuſſerit, quod expreſſum eſt* Conſti. Neap. 3. tit. 19. *& ex eadem cauſa filius exhæredatur à patre.* Nou. 115. *Quib. autẽ ferè ex cauſis filius iure exhæredatur, & vaſallo feudum eripitur. Feudi ereptio, exhæredatio eſt. Cõferri etiã cum his poſſunt cauſſæ diuortij, & cauſæ reuocãdæ donationis: quæ omnes morte alterutrius finiũtur: nec enim ab hærede, vel in hæredem obijci poſſunt, quæ obiecta non ſunt à defuncto, vel in defunctũ, vt ſi ne teſtamento pater non damnarit ingratitudinis, nec damnabit hæres patris, nec filium damnarit pater, ideo damnabitur & nepos ex filio, idémque eſt in reuocanda donatione:* l. 7. C. de reuoc. dona. *& in actione de moribus inter vir. & vxor.* l. vlt. C. Theod. de inceſt. nup. *Ergo & in actione ingrati, ſiue τῆς ἀχαριστίας, quæ in vaſſallum datur. Multa alia poſſunt exoriri cauſæ, propter quas videatur vaſallo feudum adimendum eſſe, quæ ſunt relinquendæ iudicio curiæ: nec enim poſſunt omnes certo modo definiri, nam & ſi in dominum nihil deliquerit, nonnunquam feudum amittit, vt ſi fratrem vel conſobrinum occiderit, & nonnunquam etiamſi à fide nonnihil receſſiſſe vaſallus videatur, feudum non amittit, ſecundùm morem antiquum: hodie amittit pro ea parte, ſi periturij periculo dominum non liberauerit, feudum non amittit,* vt 𝔍. 4. tit. 17. 48. *vel etiam ſi quid, quod in rem domini erat, celauerit:* vt eo. lib. tit. 5. CVIAC.

Primò pater ſcribit filio præmittens excuſationem ſui, dicens quòd cauſæ, quibus feudũ amittitur, non poſſunt ſub regula definiri: & addit qualiter vaſallus contra dominũ ſe debeat habere: poſtea definit beneficium dupliciter. BALDVS.

OBertus [a] de Orto, Anſelmo filio ſuo ſalutem. Cogis me, & ſuper hoc ſæpe ſcribendo multũ vrges, vt cauſas, quibus beneficiũ amittatur, enumeratas tibi ſignificarem. Quod ideo diſtuli: quia ſæpius circa noſtræ reipublicæ curam occupatus, & multis priuatorum cauſis, aliiſque rerum innumerabilium impedimentis detentus, onus illud ſubire non valebam. At ne videar preces tuas paruipendere, & ſtudium diſcẽdi tibi nunc imminens negligere: quod mihi ſuper hoc videatur, paucis explicabo, dũmodo memineris cauſas illas ſub aliqua certa regula, aut definitione rotunda nõ poſſe comprehendi. Nam ſicut de probationibus [b] in Digeſtis ſcriptum reperimus: & ſic de his cauſis ſine calumnia dicere poſſumus. Si quis enim dixerit, quæ cauſæ quemadmodum alicui domino ad ingratitudinem alicuius vaſalli probãdum poſſint ſufficere, nullo certo modo poſſe definiri, nihil errauerit. De illa tamen ingratitudine loquor, per quã beneficium amittatur. non enim ad hoc ſufficit omnis occaſio [c], per quam fidelis accepti beneficij videtur ingratus: ſed ſunt quædam (vt ita dixerim) egregiæ ingratitudinis cauſæ, quibus beneficium ſecundùm mores curiarũ ſolet adimi. Quomodo enim vaſallus, quàm humiliter, quàm deuotè, quàm benignè, quàm fideliter erga dominum ſuum debeat ſe habere: potiùs ex naturalibus, & bonis curiarũ conſuetudinibus poteſt percipi, quàm lege, aut ſcripto aliquo poſſit comprehendi [d].

¶ Inprimis te illud ſcire oportet, beneficij illius, quod eſt genus, talem eſſe definitionem. Beneficium nihil aliud eſt, quàm beneuola actio tribuẽs gaudium capientibus [e], capiéńſque tribuendo: in id [f], quod facit, prona, & ſponte ſua parata [g]: vt ait Seneca †. Huius autem generis ſpecies quædam eſt beneficium illud, quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantẽ remaneat: vſusfructus verò illius rei ita ad accipientem tranſeat, vt ad eũ hæredéſque ſuos maſculos, ſiue fœminas (ſi de his nominatim dictum ſit) in perpetuũ pertineat: ad hoc vt ille, & ſui hæredes fideliter domino ſeruiãt: ſiue ſeruitium illud nominatim quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue indeterminatè ſit promiſſum.

QVÆ FVIT PRIMA cauſa beneficij amittendi.

TITVLVS XXIV.

Si vaſallus ab hærede domini, vel hæres vaſalli à domino non petiit inueſtituram intra annum, & diem, amittit beneficium. BALD.

PRima autem cauſa beneficij amittendi [h] hæc fuit, & adhuc eſt in pleriſque curiis (ſed in no-

BENEFICIVM quid ſit, &c.

a OBertus. Quidã habẽt hic poſt illud ca. *dominus vocat militem,* plura c. quæ omnia vacant in hoc loco: quia ſunt 𝔍. *de feu mar. c. qui de marchia, vel comitatu. & c. ſi capitanei. & c. ſi duo fratres.* hæc enim omnia ſunt ſuprà prædicto tit. Poſtea habent quidam aliud cap. quod non eſt ibi: ſcilicet poſt illud cap. *ſi duo fratres.* quod ſic dicit: In his omnibus primùm videndum puto, quid actum ſit. inueſtitura enim, quæ fit ante tres liberos homines, ſeruari debet, niſi iuri contraria ſit. ſi ergo domino, & fideli placuit vt paciſcantur de filiabus, quatenùs ipſæ ſuccedant: hoc quoque ſeruandum eſt. ¶ Quod autem dicitur in prædicto ca. in his primò videndum eſt quid actum ſit generaliter: quod in omnibus obſeruatur, ſ. vt primò [a] quid ſit actũ, inſpiciatur: *vt ff. de trãſactio. l. qui cũ tutoribus.* ¶ Quod autem dicit: *cùm ante tres liberos homines,* intelligo cum diſtinctione [b]: ſcilicet ſi de noua, vel veteri inueſtitura quæratur: id eſt, vt nunc hominum etiam liberorũ habeatur diſtinctio. ¶ Sed quod dicit, *ante tres liberos homines,* &c. nunquid ſiue in iure, ſiue extra ius? Verbi gratia confitetur [c] ſcilicet vaſallus feudum ſuum fore cõditionale [d] coram tribus liberis hominibus: nunquid ei præiudicabit? Reſp. Illud diſputabitur in libello diſputatorio Pylei. Poſtea quidam habent illud c: quod dictũ eſt, *qualiter per beneficium,* &c. quòd ſimiliter vacat: quia expoſitum eſt ſuprà: hic poteſt eſſe tit. *quib. mod. feud. amit. c. j. & ea ſeq. vſque ad illud c. ſi quis ex ordine militum, &c.*

b ¶ *Nam ſicut de probationibus.* per teſtes [e] faciendis: *vt ff. de teſtib. l. teſtium.* j. *colum.* ibi, *quæ argumenta, &c.*

c ¶ *Omnis occaſio.* ſicut non ſufficit quilibet metus [f] ad ea, quæ terminata ſunt, reuocanda: *vt Cod. de tranſact. l. interpoſitas.* idem eſt circa ingratum [g]: *vt Cod. de reuocan. donat. l. fina.*

d ¶ *Comprehendi.* aliàs deficit epiſtola hæc, Obertus, &c. vſque huc. & hîc eſt poſtmodum ca. aſſignatum per literam capitalem incipiens, *Inprimis te illud.*

e ¶ *Capientibus.* aliàs, *non eſt capientibus.*

f ¶ *In id.* aliàs, *non eſt id.*

g ¶ *Parata.* aliàs, *pacta.* poſtea quidam habent: *vt [h] ait Seneca, &c.*

QVÆ FVIT prima cauſa, &c.

h PRima autẽ cauſa beneficij amittendi. Hæc tub rarò vtimur: quia ſub ſuperiori continetur.

a ¶ *Diem.*

a Actum, ſeu quid actũ ſit, ſeu pactum in inueſtituris inſpicimus.

b Dic apertius inueſtituram veterẽ tribus liberis teſtibus probari poſſe: nouã tribus non plenè probari, niſi ſint pares.

c Confeſſionẽ vaſalli, aut in totũ acceptare dominus debet, aut in totum negare.

d Feudũ conditionatũ eſt, quod datur ad certum ſeruitium, cui purum opponitur.

e Teſtimonia, genus proba-

f Metus quilibet non ſufficit vt reſtitutio cõcedatur; ſed iuſtus requiritur.

† *Lib. de benefic. primo.*

g Ingratitudo, quæuis non ſufficit vt vaſallus feudo priuetur: requiritur enim vt ſit inſignis ingratitudo.

h Auctoritates philoſophorum moralium laudare in cauſis definiendis licet.

ſtra curia Mediolanenſi non obtinet) quod ſi vaſallus per annum, & diem [a] domino ſuo mortuo ſteterit, quòd hæredem domini ſui inueſtituram petendo [b], fidelitatem pollicendo [c], non adierit: tanquam ingratus exiſtens beneficium amittit: & econuerſò, ſi domino ſuperſtite vaſallus deceſſerit, & filius eius per iam dictum tempus neglexerit petere inueſtituram, beneficio carebit.

Si dominus à vaſallo petierit fidelitatem, inueſtituram pollicendo, nec legitimè requiſitus eã præſtare voluerit: cùm beneficium tale ſit, vnde fidelitas fieri debeat: tanquam ingratus feudum amittit. Bald.

1. ¶ Eſt & alia ingratitudo notanda, ſi dominus inueſtituram pollicendo, vaſalli fidelitatem petierit: & illo non præſtante, dominus tribus vicibus, conuenienti [d] tempore interpoſito, fortè ſeptem dierum ſpatio ad curiam ſuam ſuper hoc reclamauerit: & vaſallus tribus vicibus citatus à ſuis paribus iurare noluerit: ſi tamen beneficium tale ſit, vt pro eo iuſiurandum fidelitatis fieri debeat. Sunt enim quædam feuda ita data, vt pro his fidelitas non ſit præſtanda.

Vaſallus amittit feudum, ſi cum domino non iuit in prælium, dum potuit. Item ſi dominum non certiorauit, ſciens ſibi magnum periculum imminere, cui obuiare poſſet. Item ſi concubuit cum filia, nuru, vel ſorore domini manente in capillo: & in multis aliis caſibus in ſeq. tex. inſertis. Bald.

2. ¶ Item qui dominum [e] ſuum, cum quo ad prælium iuerit, in acie periclitantem dimiſerit, beneficio indignum ſe indicauit.

¶ Præterea ſi vaſallus reſcierit aliquem contra dominum ſuum aſſaltum, vel mortem, vel captionem, aut patrimonij grandem [f] iacturam facere molientem: debet dominum ſuper hoc, quàm citiùs poteſt, certiorare [g]: vt proinde dominus ſciens, prudénſque periculum valeat declinare. Quod ſi non fecerit, dolóque, vel negligentia [h] ſua, vel fraude celauerit: beneficio ſe cariturum agnoſcat.

¶ Rurſus [i] ſi domini, vel dominæ filiæ, vel nurui, aut ſorori in domo adhuc manenti quæ in capillo dicitur, ſeſe immiſcuerit: feudo, quo ſe monſtrauerit indignum, carere debet.

¶ Porrò ſi dominum aſſalierit [k], vel vicum, in quo eſt, per vim aggreſſus fuerit, vel alias graues, vel inhoneſtas iniurias intulerit, vel morti [l] eius veneno, vel gladio, vel aliter inſidiatus [m] fuerit, beneficium amittit.

¶ Illud tamen non lateat, quòd ſi quis ſuo domino [n] iuſtitiam [o] facere noluerit, feu-

a ¶ *Diem.* loquitur ſecundùm modernos: id eſt, ſecundùm ius nouiſſimum: id eſt, ſecundùm conſtitutionem Friderici, *Imperialem.* vel ſecundùm ca. Cotrad. *vt j. de ca. Corrad. ca. j.* Vel de aliis loquitur [a], non de milite: ſicut ſatis eſt expoſitum s. *quo temp. mili. inueſti. pe. de. ca. j.*

b ¶ *Petendo.* niſi & fidelitatem [b] polliceatur: *vt infr. legitur de c. Corrad. ca. j.* & notauimus *ſuprà qualiter vaſallus iurare debet fidelitatem.* ¶ Quod autem dicitur in iſto cap. intelligatur de pubere [c]: ſicut dicitur in conſtitutione Friderici, *Imperialem.* ¶ Item intelligatur ſecundùm quod dicitur *ſuprà quo tempo. mi. inue. pe. de. cap. j.*

c ¶ *Pollicendo.* iſtud ergo, quòd dicitur, habet locum in eo, qui nondum inueſtitus eſt. & ideo dicit *pollicendo*, nã ſi foret inueſtitus [e], ad quid debet inueſtituram polliceri, non video.

d ¶ *Conuenienti.* ¶ Sed quod erit iſtud tempus? Reſpond. arbitrio [f] curiæ determinandum erit: ſicut *& ſuprà tit. ij. c. domus vocat militem, &c.* intelligo de vaſallo, qui contumax eſt. ¶ Sed quid erit de eo, qui inueſtitus [g] eſt, & domino poſtulante fidelitatem, ipſam facere contemnit? Reſpon. hoc obſeruabitur in Lombard. ſcilicet quòd dominus præparat. libellum enim, & fidelitatem à vaſallo ſibi fieri poſtulat. Quòd ſi facere recuſat intra [h] annum, & diem, nihilominùs quietè poſſideat. poſtea verò omnino priuatur beneficio. & ſic erit differentia inter eum, qui inueſtituram accepit, & alium. nam plus [i] iuris debet habere inueſtitus, quàm non inueſtitus. Ergo in iſto cap. maxima eſt differentia à ſuperiori: cùm in ſuperiori quietè poſſidere poſſit vſque ad annum, & diem vaſallus: ſed domino pollicendo inueſtituram, & petendo fidelitatem nihil debebit expectare: ſed vicibus trinis tantùm vaſallus citari, ſi voluerit curia: & poſtea poterit pronunciari: quod totum intra annum peti poteſt. Quod autem ſpatium eſſe debeat inter citationem [k], & citationem, ſatis eſt not. *ſuprà de vaſall. qui contumax eſt.*

e ¶ *Item qui dominum.* in alio loco dicit: ſi enim dominus prælium campeſtre habuerit, & vaſallus eum morantem in ipſo prælio dimiſit non mortuum, ſed ad mortem vulneratum, feudum amittere debet: *vt ſuprà quibus modis feud. amit. in princip.* Vnde per omnia iſtud etiam intelligendum eſt: vt ibi notatum eſt.

f ¶ *Aut grandem.* fortè ſecus de leui [l]: ſic *C. de reuoc. do. l. fina.* Accvrs.

g ¶ *Certiorare.* ¶ Quid ergo ſi [m] nullo modo eum certiorare potuerit. Certè impunis [n] habebitur, niſi fortè reſiſtere potuit, & non fecit. *vt ff. loc. & conduct. l. item quæritur. §. exercitu.* nimirum negligere videtur, cùm potuit perturbare peruerſos: quod nihil aliud eſt, quàm fauere: nec caret ſcrupulo occultæ conſenſionis, qui manifeſto facinori deſinit obuiare: *vt in Decret. diſtin. lxxxvj. c. iij.* huic conſonat, *ff. de regulis iur. l. ſemper qui non prohibet.* Nam iudex, qui facinus compertum non vindicat, tegere videtur, vt conſcius crimina feſtinat: *vt C. de commer. & mercato. l. ij.* Accvrs.

g ¶ *Certiorare.* hanc ſecundam gloſſam inueni ſemper hoc eodem textu, quæ gloſſa ponitur in hunc modum: Quidam habent, *certiorare*: quidam, *denunciare.* ſed qui habent, *denunciare*, debent habere, *domino*, & non *dominum*: aliàs falſum eſſet Latinum. cæterùm ſi denunciare non potuit, non debet amittere feudum: *vt ff. locat. & conduc. l. item quæritur. §. exercitu.* Sed aliter eſt, ſi potuit denunciare [a], & non fecit: quia tunc amittit feudum. *argum. ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. ij. & in authent. vt lice. mat. & auia. §. iis quoque. & §. ab ea collat. viij.* ¶ Sed nunquid [b] filius priuabitur feudo propter ingratitudinem, quam pater commiſit? Videtur quòd non eo mortuo, nec eo viuo: *vt ff. de in ius voca. l. adoptiuum. § patronum. & ff. de iur. patro. l. diui fratres. & de bon. lib. l. quæritur.* Conſuetudo tamen videtur repugnare: *vt infrà ſi vaſ. feu. pri. cui de. c. vaſalli.*

h ¶ *Vel negligentia.* Hîc not. quòd ex ſola negligẽtia [c] priuatur quis feudo: *vt in authen. vt cum de appel. cog. §. ſi vnum. coll. viij.*

i ¶ *Rurſus.* iſtud expoſitum eſt *ſuprà* in æquipollenti.

k ¶ *Aſſalierit.* iſtud [d] expoſitum eſt *ſuprà.* ¶ Sed quia de inſidiis, & perſecutionib. hîc loquitur, videamus quid iuris ſit, ſi vaſallus cũ [e] inimicis domini amicitias copulauerit: & vtique feudo priuari [f] poteſt: *vt C. de inoffic. teſta. l. liberi. & ff. de offi. præfect. vrb. l. j. §. cum patronus.* Nam & accuſatores, qui cum inimicis morantur, vt ſuſpecti ab accuſatione reprobantur: vt Symmachus teſtatur in Decret. *iij. quæſt. v. accuſatoribus.* Nam & in fine loquitur [g] quando libertus conſpirauit cum inimicis domini, & contra dominum. & huic præbet ſententiæ adminiculum, quod dictum eſt *ſuprà*, hîc poteſt eſſe tit. *quib. modis feud. amit. ca. ſi capitanei.* Illud autem ne tradas obliuioni: quia ex omnibus ſuprà, & infrà ſcriptis cauſis licèt peccauerit vaſallus: ſi tamen toto tempore vitæ domini adhuc ipſe propter hoc dominus vaſallum non inquietauit, hæres eius nomine eius delicti ante mortem commiſſi à vaſallo inquietare non poterit [h]: *vt C. de reuo. do. l. vlt. & de inoffi. teſt. l. omnimodo. & ff. de probat. l. Procula. in princ. & ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. l. non tantùm. §. ſi emancipatus filius vxore.*

l ¶ *Vel morti.* excepto eo quòd aliter non poteſt euitare periculum, quàm ſi ſe defendat: tunc enim non tenetur; quia quod quis ob tutelam [i] ſui corporis fecit, &c. *vt ff. de iuſti. & iur. l. vt vim.*

m ¶ *Inſidiatus.* aliud c. dicit, ſi voluerit vaſal. dominum offendere, & non laborauerit vaſal. feudum non amittit: *vt j. de vaſall. qui cur. ven. c. ſi voluerit vaſal. dominum offendere, &c.*

n ¶ *Domino.* aliàs, *item qui domino ſuo.* & aliàs, *illud non lateat. quòd in domino, &c.* vtraque litera bona eſt: quia per talem varietatem nec vis, nec poteſtas, nec ſignificatio variatur, nec confunditur.

o ¶ *Iuſtitiam* ¶ Sed de qua iuſtitia intelligitur iſtud c. nunquid poterit vaſallus feudo priuari, ſi propter qualemqualem rem

conuen

a Iſtũ ſequitur Alua. & pro ea facit Gl. ſingularis in l. decernimus C. de ſilen. lib. 12.

b Non ſufficit vaſallũ, eiuſve hæredem intra annum, & diem petere à domino, eiuſve hærede, niſi vnà fidelitatẽ polliceatur: quod tamen quidã neceſſariũ non eſſe exiſtimant.

c Hæres vaſalli minor quatuordecim annis etiã non petierit intra annum, & diẽ inueſtituram, feudo nõ priuatur.

d Miles ad petendã inueſtituram annum habet, & mẽſem: paganus annũ, & diem.

e Inueſtiturã fruſtra pollicetur iam inueſtitus.

f Dilationes dantur arbitrio iudicis.

g Inueſtitũ iã vaſalli fidelitatem facere recuſantis pœna.

h Cõtra hanc Gl. Bald. Alua. & Præpoſi. dicentes dominum non cogi expectare annum, & diem: quia aliter eſſet deterioris conditionis, quando magis liberare exiſtit.

i Inueſtitus plus iuris habet, quã non inueſtitus.

k Citationum interualla quæ eſſe debeant.

l Lata culpa in negligẽdo cauſa eſt amiſſionis feudi: at non leuis, aut leuiſſima.

m Feudo non priuatur vaſallus, ſi dominũ certiorare nõ potuit, aut reſiſtere volenti nocere domino.

n Non denũciãtis periculum domino vaſalli pœna.

a Impotentia excuſat.

b Ingratitudine patris [illegible] filius [illegible] defunctis.

c Negligẽtia ſola [illegible] quis feudo priuatur.

d Aſſalire, quid.

e Amici inimici [illegible].

f Vaſallus [illegible] amicitias cum inimicis domini, feudo [illegible] tur, ſi [illegible] eiuſmodi amicitia [illegible] in diſpendiũ, damnũ & [illegible] domini.

m ¶ *Si vaſallus de beneficio ſuo.* iſtud ca. determinatur *j.* per id, quod notatur *de con.feu.inter val. & al.c. ſi cauſa inter vaſalli.*

n ¶ *Feudum.*niſi ſit tale, quod per ſe eſſe non poteſt:*vt j. de inueſt.de re aliena.c.rei.*

o ¶ *Domino committente feloniam.* iſtud meliùs exponitur *infrà qualiter dominus à proprie.pri.c.ex facto.*

p ¶ *Amittitur.* licet enim non [d] habeat propriam feudi naturam:iure tamen feudum cenſetur.poterit enim vendere,& donare , vel aliter ſi ſibi placuerit, alienare etiam ſine domini voluntate,& hoc facit verbum illud, *& cui dederit,* &c. aliud [e] tamen eſſet,ſi dixiſſet,*& cui in feudum dederit* quoniam tunc haberet propriam feudi naturam:*vt j.de feu.non hab.prop feu nat. c ſi quis ea lege,* ꝗ c.

q ¶ *Titius cum Sempronio.*hoc c. exponitur *infrà de eo,qui finem fecit*

a Filius non amittit feudum ab auo acquiſitum, propter patris delictum.
b Feudū rectè alij dari quando [illegible].
c In fraudem legis feudum dare.
d Feudū non habens propriam naturā, vendi,donari, alienari à vaſallo poteſt ſine domini voluntate.
e Cui dederit, & qui in feudum dederit , differentia.

ritur. Reſponſum eſt, pactum non obſtare Titio.

DE PACE TENENDA, ET eius violatoribus.

TITVLVS XXVII.

Imperator adulatur omnibus: ſuadens quòd debeant ſeruare pacem: & ſtatuit pœnam contra non ſeruantes. BAL.

FRidericus Dei gratia Romanus Imperator ſemper Auguſtus, epiſcopis, ducibus, comitibus, marchionibus, & omnibus, ad quos literæ iſtæ [a] peruenerint, gratiam ſuam, & pacem, & dilectionẽ. Quoniam diuina præordinante clementia, ſolium regiæ maieſtatis conſcendimus, dignum eſt, vt cuius præcellimus munere, illi omnino pareamus in opere. Inde eſt quòd nos tam diuinas, quàm humanas leges [b] in ſuo vigore manere cupientes, & Eccleſias ſiue Eccleſiaſticas perſonas ſublimare: & ab incurſu, & inuaſione quorumlibet defenſare intendentes, quibuſcunque perſonis ius ſuum conſeruare volumus: & pacem diu deſideratam, & ante toti terræ neceſſariam, per vniuerſas regni partes habendã regia authoritate indicimus. Qualiter autem eadem pax tenenda ſit, & ſeruanda in ſubſequentibus declarabitur euidenter.

¶ Si quis hominem intra pacem conſtitutum occiderit, capitalem [c] ſubeat ſententiam: niſi per duellum [d] hoc probare poſſit, quòd vitam ſuam defendendo illum occidit. Si autem omnibus manifeſtum ſit, quòd non neceſſariò, ſed voluntariò illum occiderit: tunc neque per duellum, neque quolibet alio modo excuſabitur, quin capitali damnetur ſententia.

¶ Si verò violator pacis à facie iudicis fugerit: res eius mobiles à iudice in populũ publicentur, & diſpenſentur: hæredes autem ſui hæreditatem, quam ipſe tenebat, recipiant tali conditione interpoſita, vt iureiurando ſpondeant, quòd ille violator pacis nunquam de cætero ipſorum voluntate, aut conſenſu aliquod emolumentum inde percipiat. Quòd ſi hæredes neglecto poſtmodum iuris rigore, hæreditatem ei dimiſerint: comes eamdem hæreditatem regiæ ditioni aſſignet: & à regio iure † beneficium ſuſcipiant.

¶ Si quis alium intra pacis edictum vulnerauerit: niſi quòd in duello, & vitam ſuam defendendo [e] hoc fecerit, probauerit, manus ei amputetur: &, ſicut ſuperiùs dictum eſt, iudicetur, & iudex in cauſa ipſum, & res eius ſecundùm rigorem iuſtitiæ ſtrictiùs conſequatur.

¶ Si quis aliquem cœperit, & abſque ſanguinis effuſione fuſtibus percuſſerit, vel crines eius, aut barbam expilauerit: decem libras ei, cui iniuria illata eſſe videtur, per compoſitionem impendat: & iudici viginti libras perſoluat. Si verò temerarius abſque percuſſione eum inuadat eò quòd vulgò dicitur ciſteros, & calida manu, ac verberibus contumelíſque malè tractauerit, quinque libras pro tali exceſſu componat: & iudici pro tali exceſſu decem libras perſoluat. Quicũque iudici ſuo pro exceſſu viginti libras inuadiauerit: prædiũ ſuum pro pignore illi tradat, & intra quatuor ſeptimanas inuadiatã pecuniam perſoluat. Quòd ſi intra quatuor ſeptimanas prædium ſuum ſoluere neglexerit, hæredes ſui, ſi voluerint, hæreditatem recipiant, & comiti intra ſex ſeptimanas viginti libras perſoluant. Si autem comes eamdem hæreditatem regiæ poteſtati conſignet: proclamatori etiam damnum reſtituat, & prædium à rege beneficiali iure obtineat.

Clericus, qui pacem violauit, vel pacis violatorem receptauit: ſi quidem comparet in iudicio, pœna pecuniaria punitur. Si verò eſt inobediens, pœna maiori puniendus eſt. BALDVS.

1. ¶ Si clericus de pace violata pulſatus fuerit: id eſt notatus, & proſcriptus fuerit; aut pacis violatorem in contubernio ſuo habuerit: & de his in præſentia ſui epiſcopi ſufficienti teſtimonio conuictus fuerit: comiti, in cuius comitatu idem clericus hoc perpetrauerit, viginti libras perſoluat: & de tanto exceſſu ſecundùm ſtatuta canonum epiſcopo ſatisfaciat. Si autem idem clericus inobediens extiterit: non ſolùm officio, & beneficio eccleſiaſtico priuetur: verùm etiam tanquam proſcriptus habeatur.

Dominus caſtri, ſi violatorem pacis receptauit, aut eum repræſentet cum omnibus bonis ſuis mobilibus, vel ſub iuramento eum adduci permittat: aut ſi hoc non faciat, punietur. BALD.

2. Si iudex pupilli clamore aliquem pacis violatorem ad caſtrum alicuius domini ſecutus fuerit: dominus, cuius caſtrum id eſſe cognoſcitur, ad faciendam iuſtitiam illum producat. Qui ſi de ſua fuerit diffiſus innocentia, & ante conſpectum iudicis venire formidauerit: ſi manſionem in caſtro habet, dominus eius omnia bona mobilia ſub ſacramento iudici repræſentet? & eum de cætero in domo ſua, tanquam proſcriptum, non recipiat. Si verò manſionem in caſtro non habuerit: dominus eius ſecurè eum adducere faciat, & poſtmodum iudex cum populo eum tanquam pacis violatorem perſe

fecit agnato de feu. paterno. ca. tres erant agnati. ACCVRS.

DE PACE TEnenda & eius violatoribus.

a FRidericus] *Litera iſta.* videtur ergo quòd voluerit Imperator iſte condere legem, cùm dixerit, *ad quos litera iſta peruenerint.* ſed dic tu ſuper hoc ſecundùm quod notatur *infr. de pace iura. firman. l. hac edictali. §. iniuria, ſeu furtum.*

b ¶ *Humanas leges.* hoc non ſeruauit Imperator iſte in futuro. ſcil. quòd leges in eo remanerent in ſuo ſtatu, cùm dicat quòd pro furto valenti tãtùm quinque ſolidos debet fur laqueo ſuſpẽdi, *vt j. eo. § ſi quis quinque ſol. valens.* & alia lex dicit quòd pro furto nõ debeat mori, ſed aliter caſtigari: *vt C. de fur. Auth. ſed hodie pro furt.*

c ¶ *Capitalem.* eodem modo punitur miles [a] qui pacem perturbauit: *vt ff. de re milit. l. ult.* & ita habes hîc quod capite [b] puniri debet ille, qui hominem occiderit intra pacẽ conſtitutum. ſed aliàs per Henricum Imperatorem dicitur, quòd manùs ei debeat amputari: *vt in Lomb. de ho. li. ho. l. qui verò intra treugam.* Sed dic quòd hîc conſtabit homicidium perpetratũ ab iſto qui ita punitur: ibi verò non conſtabat: niſi per pugnam, in qua ſuccubuit? vnde non eſt mirum, ſi mitiùs puniatur: quoniam incerti ſumus de iudicio Dei, & multi [c] per pugnam cauſam ſuam perdunt ſine iuſta cauſa: *vt in Lombar. prædict. tit. l. vt recolimus.*

d ¶ *Per duellum.* Nota hîc caſum, in [d] quo pugna fit [e]: ſcilicet quando conſtabat eum feciſſe homicidium, de quo dicitur hîc. a. Fit etiam pugna quando non occidit: ſed vulnerauit tantùm: & de hoc conſtabat. dicebat tamen illud feciſſe ſe defendendo, ſicut in ſuperiori caſu, *& j. ead. l. § ſi quis alium.* Sed autem cõſtaret de homicidio: ſed non quòd iſte illud feciſſet, tunc poſſet illud per pugnam probari: ſiue poſt treugam factam, ſiue poſt pacem dicatur, eum feciſſe homicidium illud: *vt in Lomb. de ho. lib. ho. l. qui verò intra treugam.* Poteris ergo addere iſtos duos caſus, qui ſunt in l. iſta in quibus fit pugna aliis caſibus, *qui notantur in Lombar. in ſumma Friderici.* Notabis etiam hîc duos caſus ſcilicet prædictos, in quibus ex neceſſitate cauſatiua cogitur reus pugnam imponere: ſcilicet ſi non vult puniri. Sunt autem & alij duo caſus in Lombard. in quibus ſimiliter cogitur: putà in crimine læſæ maieſtatis. Item vbi quis alium vocauerit arrigam [a] id eſt, cucurbitam: *vt in Lombar. de pur. vel. l. vlt. & de conuitiis. l. j.* quod erit ſpeciale in prædictis quatuor caſibus: cùm aliàs regulariter [b] pugna ſit ſemper in electione actoris. *vt in Lomba. qualiter quis ſe defendere debet. l. ſi quis amodò. & l. de prædiis. & l. ſi quis alium aſta.* licèt omnes videantur dicere quòd reus [c] teneatur ſeve] per pugnam defendere, vel iurare: *vt in Lombar. prædic. tit. c. ſi quis poſt.* quod ita intelligitur: ſc. ſi actor voluerit, per prædictas leges.

e ¶ *Vitã* [d] *ſuam defendendo.* quod [e] quidem iure facere poteſt: quod enim quis ob tutelam ſui corporis facit, iure feciſſe exiſtimatur: *vt ff. de inſti. & iu. l. vt vim.*

a Pacẽ turbãtis militis pœna.

b Hominem interficiens intra pacẽ conſtitutam quẽadmodum puniendus.

c Probatio per pugnam inualida.

d Duellũ quibus caſibus permittatur.

e Duella an iure Romano permiſſa: an verò prohibita, *ut C. de l. quã actione, §. ſi verò niſi domino committente. ff. ad leg. Aquil.*

† A rege iure beneficij recipiant.

a Arrigam ſeu cucurbita vocare.

b Duellum regulariter in electione actoris.

c Reus ſe vel per pugnã defendere, vel iurare tenetur, ſi actor volet: aliàs ſi noluerit, tenetur ſe defendere.

d Vitam ſuam cuique tueri, ac defendere licet.

e Homicidium quis [illegible] [illegible]

dum tamen cum moderamine inculpatæ tutelę hoc faciat: *vt C. vnde vi.l.j.* 2. Idem puto, ſi nõ voluntariè: ſed ex improuiſo eum occidit: quoniam crimen tunc non contraxit. Ea enim, quæ ex improuiſo caſu potiùs, quàm fraude accidunt, fato, nõ noxę imputātur: *vt C.ad leg Corne.de ſica.l.j.* 3. Idem etiã puto, ſi hoc fecit ob tutelam filiorum ſuorum, vel vxoris, vel alterius perſonæ coniũctæ: *vt ar.Cod. de epiſco. & cler.l. raptores.j.reſpo. & ff. quod met. cau. l.iſti quidem.§.vlt. & ff.ad ſenatuſconſul. Sil.l.j §. fin.* 4. Idem fortè eſſet, ſi ob tutelam rerum ſuarum: *vt ar.C.vnde vi l.j.& ff. ad leg Corne.de ſica.l.furem & in Auth. vt nulli iudi.§.vlti.in Lombar.de iis, qui ad palatium ire contendunt.l.ſi cuiuſque.*

a ¶ *Perſequi non deſiſtat.* armis ſci. legalibus, quibus Imperatoriam, &c. *vt in proœmio Inſtit. in princi.* Ergo & conſequenter iudicẽ, de quo hîc dicitur. & quidem non a aliter iudex iudicare debet, quã quod & legibus, & conſtitutionibus, & moribus proditum eſt: *vt Inſti.de offi.iudi.in princ.*

a Iudicare ex legibus cõſtitutionibus, & moribus oportet.

b ¶ *Si duo homines.* id eſt, quando inueſtitor dicit ſe illũ inueſtiuiſſe de illo beneficio: quam inueſtituram fecit dono, nullo pretio accepto. & hoc b eſt quod dicit, *donum inueſtituræ recognoſcit,&c.*

b Donũ inueſtituræ recognoſcere.

c ¶ *Et vnus.* nã ſi ambo producunt eundem inueſtitorem, tũc c ille eſſet potior, cui dominus ſine fraude guarentizaret d: niſi aliud probaretur ab alio: *vt j.de le.Corra.§.ſi autem inter pares duos.*

c Vindicātibus feudum placitū [illegible] eſt potior, cui dominus teſtimonium præbet, niſi aliud probetur ab aduerſario. ſimile [illegible] Gl. [illegible] [illegible] ſi [illegible]

perſequi non deſiſtat a. ¶ Si duo homines b pro vno beneficio contendunt, & vnus c ſuper eodem beneficio inueſtitorem producit, illius teſtimonium d, cùm inueſtitor donum inueſtituræ cognoſcit, comes primò recipiat: & ſi idem probare poterit idoneis teſtibus quòd abſque rapina hoc idem beneficium habuit: remota cõtrouerſiæ materia, id obtineat. Quòd ſi de rapina præſente iudice conuictus fuerit: rapinam dupliciter ſoluat e: beneficio verò careat: niſi iuſtitia, & iudicio dictante illud in poſterum requirat.

¶ Si tres, vel plures contendunt de eodem beneficio, producentes vtrinque diuerſos inueſtitores f: iudex, in cuius præſentia cauſa ventilatur, à duobus requirat g boni teſtimonij hominibus, in prouincia eorundem litigatorum commorantibus per ſacramentum quod iurauerint, quis illorum abſque rapina eius beneficij poſſeſſor extiterit: & cognita ex ipſorum teſtimonio rei veritate, poſſeſſor beneficium ſuum quietè obtineat: niſi iudicio, & iuſtitia dictante, alter de manu ſua illud eripiat.

d ¶ *Teſtimonium.* ſcilicet eius, qui prodũxit inueſtitorem: quia debebat probare ſe inueſtitum eſſe. *vt infrà ſequitur, & ſi idẽ probare poterit,* &c. Vel dicas *illius teſtimonium*, &c. id e eſt, eius inueſtitoris: quia comes debebit primò audire eius teſtimoniũ: id eſt, ſimplex dictum ſine f iuramẽto: vel cum iuramento, ſi voluerit. & ſi dixerit ſe inueſtituram in illum, qui eum produxit, feciſſe, tũc ille, qui per eum produxit inueſtitorem debebit probare idoneis teſtibus, &c. Prior tamen intellectus magis conſonat literæ: nihilominùs tamen comes audiet dictum inueſtitoris. & hoc eſt, quod dicit, *inueſtitoris donum*, &c. & intelligas quòd iſte, qui produxit inueſtitorem, nõ poſſidebat. aliter enim non haberet neceſſe probare, cum actore g non probante, &c. *vt C.de eden.l.qui accuſare* Niſi fortè aliud eſſet, quod pro aduerſario faceret. ¶ Sed quare dicitur quod debet probare ſe illud beneficium abſque rapina habuiſſe? nónne ſufficit, ſi probet ſe inueſtitum, & illud habuiſſe? Reſpond. ſatis h intelligitur probare hoc ipſo, quòd contrarium non probatur: dum tamen probet ſe inueſtitum ſaltem per dictum illius inueſtitoris, quem produxit *ar.ff.de iure do.l.dotem,quæ & Cod.qui mili.non poſſ.l.ſuper ſeruis.* & hoc etiam videtur dici *j.proxi.§.quòd ſi de rapina, &c.* Vel dicas, quòd ideo probare debet illud, vt remoueatur poſtea omnis controuerſia de eo, & hoc eſt quod ſequitur, remota controuerſiæ materia, &c. Accvrsivs.

e ¶ *Soluat.* ſ. ei, qui per rapinam abſtulit. ¶ Et intelligas hîc rapinam i non in propria ſignificatione, cum res immobilis dicatur propriè inuadi, & res mobilis rapi: *vt Inſtitut. vi bonorum raptorum §. quod non ſolum ſub. §. quia tamen* & ita habes hîc quod debet ſoluere duplum rapinæ illius. ¶ Sed nunquid erit totum pœna: an in ipſo duplo res continebitur? Reſpond. in ipſo duplo res continebitur: ne aliàs contradicat conſtitutioni, *ſi quis in tãtam Cod. vnde vi.* vel aliàs, quæ dicunt rem in duplo contineri. 2. Vel dicas, quòd totum k erit pœna: & propterea beneficium debebit amittere: & hoc eſt quod ſequitur, *beneficio verò careat,* &c. & propter prædictam pœnam reſeruatur ei hoc ius ſcilicet vt poſſit illud beneficium in poſterum requirere de iure: cũ fortè res bene eſſet illius, qui eum inueſtiuit: veruntamẽ alius poſſidebat, quam poſſeſſionẽ iſte inuaſit, & hoc eſt quod ſequitur, *niſi iuſtitia,&c.*

d Inquiſitio, & [illegible] [illegible] [illegible] probatio-

e Indicia, & [illegible] in [illegible]

f Interrogatio [illegible]

g Actore non probante reus abſoluitur, niſi quid aliud pro ſe reus faciat.

h Probari ſatis intelligitur, [illegible] contrarium non probatur.

i Rapiuntur propriè mobilia, inuaduntur immobilia.

k Rapinæ duplum pœnam continet, ſeu mera pœna eſt.

f ¶ *Diuerſos inueſtitores.* ſi a autem vnum producerent inueſtitorem, tunc ſi poſſidenti dominus guarentare b voluerit ſine fraude ille obtinebit: niſi aduerſarius contra induxit: *vt j.de leg. Corrad. §. ſi autem inter pares duos.*

a Simile eſt Gl. ſup. eo in verb. & vnus.

b Guarentare, ſeu guarentizare idẽ, quod aſſerere.

Miles à ruſtico de pace violata pulſatus, militari manu ſe purgabit. Quod ſi ruſtico per militẽ obiiciatur: diuino ruſticus, aut humano iudicio ſuam monſtrabit innocentiam. Bald.

3. ¶ Si ruſticus militem de violata pace pulſans, manu ſua iurauerit, quòd non de volũtate h ſua, ſed de neceſſitate hoc fecit, manu militari ſe miles expurgabit.

¶ Si miles ruſticum de violata pace pulſauerit i, & manu ſua iurauerit, quòd non voluntate, ſed neceſſitate hoc k fecit: de duobus vnum ruſticus eligat, an diuino l, an humano iudicio innocentiam ſuã oſtendat: aut ſeptẽ teſtibus idoneis, quos iudex elegerit, ſe purget.

¶ Si miles aduersùs militem pro pace violata, aut aliqua capitali cauſa m duellum committere voluerit, facultas pugnandi ei non concedatur, niſi probare poſſit, quòd antiquitùs ipſe cum parentibus ſuis natione legitimus miles exiſtat.

g ¶ *Requirat.* ¶ Quid ergo erit, ſi nullum inueniat, qui hoc dicat? Reſpond. beatus qui tenebit: niſi fortè alter eorum probauerit de iure ſuo. In § ergo iſto, & ſuperiori videtur dici, quòd iudex, ſiue comes debet recognoſcere inter duos, vel tres pares de controuerſia feudi: quæ eſt contra aliam cõſtitutionem eiuſdem Friderici, *Imperialem decet ſolertiam*, &c. *§.præterea ſi inter.* vbi dicitur quòd dominus debet cognoſcere: ſed dicas de hoc ſecundum quod ibi notaui in ſumma *titul. apud quem, vel quos iudi.cauſ.feu.de agitari.*

h ¶ *De voluntate.* quod alias dicitur in Lombard. Aſto c animo. & in multis legibus, & maximè in tit. *qua.quis ſe de. deb. l. ſi quis alium aſto animo appellauerit. & in multis aliis legibus.* quod verbum exponitur, id eſt, voluntariè: ſecundùm quod hîc eſt ſimpliciter poſitum: *vt in Lombar de ho.li.ho.l.ſi quis puellam.in fin. titul. & de incend. & damno, & inter l.j.in princip.* Iure autem Romano dicitur calumnia. Accvrsivs.

c Aſto animo appellare, id eſt volũtarie

i ¶ *Pulſauerit.* ſcilicet deferens, vel accuſans, & accuſando citans.

k ¶ *Hoc.* ſ. iuramentum tale præfatæ pulſationis. Accvrsivs.

l ¶ *An diuino.* d i. e per iudicium candentis f ferri, ſiue igniti: ſicut hodie eſt cõſuetudo in multis locis portari. Vel fortè accedet ad ix. vomeres ignitos: quorũ quilibet calidus, ſiue ignitus in terra ponetur, vnus ante alium, & ipſe portabit vnum ex eis, donec fuerit ad nonũ: ſicut ille, qui parricidium commiſit, timẽs per eum ſe caſurum in ſeruitutẽ, cùm ille fortè eſſet ſeruus, quẽ occidit, & hoc negauerit. *vt in Lomb.de parric.l.ij.* Vel etiam per iudicium feruẽtis aquæ. ſicut dicitur de ſeruo, qui dicitur homicidium abſolute perpetraſſe: *vt in Lombard. de homici.li.ho.l.vlt.* ¶ Quod autem ſequitur, *an humano* g *iudicio*: ſic intelligas; id eſt, per pugnam. ¶ Sed quæro, cum quo debebit pugnare iſte ruſticus? nunquid pugnabit cum milite: an cũ campione ei dato à milite? Reſp. niſi cum milite, non debebit pugnare: quoniã principales h perſonæ debent per ſe pugnare (niſi i iuuenilis ætas, aut decrepita, aut infirmitas eos pugnare prohibeat: & in aliis quibuſdam caſibus: *vt in Lõb. qualiter quis ſe defẽdere debe. l.quicunque. & l.finali. & l ſi ſeruus propter appetitũ. & titu. de ho.li.ho. l.qui verb.*) Vel dicas (& hoc fortè verius eſt) quòd non pugnabit cum milite: ſed cum campione k ſibi æquali dato à milite: quoniam per conſimiles aduocatores fieri debet pugna: *vt in Lõbar. qualiter quis ſe defendere debeat l.vlt.* Nec enim poteſt quis cõtra militem nolentem pugna imponere niſi l probauerit, quòd antiquitùs ipſe cũ parentibus ſuis natione miles exiſtat legitimus: *vt ſequitur j.proxi.* Niſi m fortè velles dicere, quòd aliud ſit, quãdo miles imponit pugnam contra ruſticum. & tunc per ſeipſum pugnabit: & aliud, quãdo ruſticus vult pugnam imponere militi, & tunc non poſſet eam imponere: *vt infrà proxim. §.dicitur.* quia tũc miles debet ſe purgare ſacramento ſuo. & ita erit deterioris n conditionis ruſticus, quam miles: nec mirum, cùm in multis caſibus priuilegium habet miles, quod non habent alij quos hîc enumerare eſſet prolixum: nimirum quia magis debet puniri corporaliter ruſticus, quàm miles: *vt arg. C. de ſumma Trinitate l.nemo clericus.* licet pecuniariter ſecus: *vt Cod. de epiſc. & cleric.l.presbyteri.*

m ¶ *Capitali cauſa.* ſic ergo videtur quòd de o quolibet capitali crimine

d Probationũ miræ ſpecies.

e Diuino iudicio innocentiã ſuam purgare quid in hac Gl.

f Purgationũ, ſeu purgandæ cõſcientię barbaræ, & impię ſpecies per ferrum cādẽs, ſeu ignitum, per nouem vomeres ignitos, per aquam feruẽtem

g Duellũ, ſeu pugna, probatio humana.

h Duello pugnare quę perſonæ inter ſe debeant.

i A duello, ſeu pugna quę excuſent. ſimile Gl. inf. tit. 49.

k Duellum an fieri poſſit per campionẽ, vel ſubſtitutum.

l Ad duellum prouocare militem ruſticus non poteſt, niſi nobili genere natus ſit.

m Ad duellũ ruſticus à milite prouocatus per ſe pugnare cogitur, at non contra.

n Ruſticus deterioris eſt conditionis, quàm miles, à pugna, & pœnis corporalibus.

o Duella quibus ex cauſis permiſſa.

crimine pugna hodie poſſit imponi: quod eſt contra ius Lombardorum, quo videtur prohiberi pugnam fieri niſi in caſibus à lege dictis: *vt notatur in Lõbar. qualiter quis ſe defend. debe. l. quicũque. & ti. de homine ad iudicium non mittendo l. vnica.* pugna enim eſt odioſa, & legi diſplicet: *vt in Lõbar. de ho. l. ho. l. recolimus enim.* & odia [a] ſunt magis reſtringenda, quàm ampliãda: *vt ff. de lib. & poſth. l. cum quidã. 2.* Vel dicas etiam quòd nihil innouetur per id, quod hîc dicitur. & intelligas quod hîc dicitur, *aut alia capitalis cauſa*, ſcilicet per quam pugna oriatur. & hic fortè eſt verior intellectus, qui poteſt colligi ex eo, quod dixit, *aliqua*, & nõ dixit, *qualibet*: ſicut & aliàs, ſecundùm quoſdam intelligitur, quod legitur in Lõbarda, *qualiter quis ſe defendere debet de furtis vel de minoribus cauſis*: quia quod ibi dicitur, *de minoribus cauſis*, intelligunt ipſi & [b] de his cauſis, in quibus nõ poteſt fieri pugna gratia rei: quia eſt infra quantitatem, de qua aliàs fieret pugna: putà, quia eſt furtum infra ſex ſolidos, aut depoſitum negatum infra viginti ſolidos: non de aliis, de quibus aliàs nõ poſſet imponi pugna. licet quidam iſtud aliter intelligant: vt ibidẽ notatur. ¶ Sic etiã aliqui intelligunt legem, *ſi quis alium aſto animo, &c.* ſcilicet verbum illud, an, vnde ipſa appellatio agatur: id eſt, de cauſa, de qua pugna oriatur. In hoc tamen arctabitur fortè ius Lombard. per hoc, quod hîc dicitur: ſcilicet quòd contra militem nõ poterit hodie pugna imponi, niſi à milite: ſecũdùm quod ſequitur in hoc §. niſi probare poſſit, &c.

a ¶ *Si quis ruſticus arma.* & ita habes quòd ruſtici [c] nõ audent portare arma: ſicut aliàs dicitur, quod ruſtici non audent optare pecuniã: *vt Cod. de agri. & cenſi. l. domini prædiorum.* & intelligas quòd fortè tollere [d] debebit ei arma, quando non poterit ei auferre pecuniam: cum talis erit, qui non audeat eam optare, vt dixi: quia fortè non poterat ſeparari à ſolo; de quibus fortè loquitur hæc lex prædicta. aliis verò ruſticis auferet viginti ſolidos, ſi habue-

a Odia reſtringenda, nõ amplianda.

b Duella non omnibus ex cauſis permiſſa.

c Arma portare, & pecuniã optare, nõ audent ruſtici.

d Arma vetita ſeu prohibita ſecreta ea amit tere debent.

‡ reſpiciat. a.

Imperator præcipit ciuitatibus, quòd poſt natalem ſanctæ Mariæ prouideat, quòd ſit rerum vbertas: & ſtatuitur pœna non ſeruantibus eorum deliberationem, & ſtatuta. BALDVS.

4. ¶ Poſt natalem ſanctæ Mariæ vnuſquiſque comes ſeptem boni teſtimonij viros ſibi eligat: & de qualibet prouincia cum ipſis ſagaciter diſponat: & quanto pretio ſecundùm qualitatem temporis ſit annona vendenda, vtiliter prouideat. Quicunque verò contra deliberationem ipſius, intra anni terminum altiùs modiũ, & cariùs vendere præſumpſerit, tanquam violator pacis habeatur: & totidem viginti libras comiti exoluat, quanti modios, ſiue maldios altiùs vendidiſſe conuictus fuerit.

Ruſticus arma non portet: nec mercator, qui negotiandi cauſa per prouinciam trãſit: nec miles ad palatium comitis. Itẽ nullus laqueos ſeu retia tendat ad capiẽdas venationes: niſi aduerſus apros, & lupos. BALDVS.

5. ¶ Si quis ruſticus arma [a], lanceã portauerit, vel gladium: iudex, in cuius poteſtate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti ſolidos pro ipſis recipiat à ruſtico. Mercator negotiandi cauſa per prouinciam pertranſiens gladium ſuum ſuæ ſellæ alliget, vel ſuper vehiculum ſuum ponat: non vt quem lædat [b] innocentem: ſed vt à prædone ſe defendat. Nemo retia ſua, aut laqueos, aut alia qualibet inſtrumenta ad capiendas venationes tendat, niſi ad vrſos, apros, vel lupos capiendos. Ad palatium comitis nullus miles ferat arma, niſi rogatus à comite.

Publici latrones antiqua damnantur ſententia, & iis non prodeſt appellatio, vel reclamatio, ſicut nec cæteris, qui appellare nõ poſſũt. BALDVS.

6. ¶ Publici latrones, & conuicti, antiqua damnentur ſententia.

7. ¶ Quicunque aduocatiam ſuam, vel aliquod aliud beneficium inordinatè tractauerit, & à domino ſuo admonitus non reſipuerit, & in ſua perdurans inſolentia †, ordine iudiciario tam aduocatia quàm beneficio exutus fuerit: ſi poſtmodum auſu temerario aduocatiam, vel beneficium inuaſerit, prò violatore habeatur.

Si furatus eſt aliquis valorem quinque ſolidorum, vel amplius, laqueo ſuſpendatur: ſi verò minus, ſcopis, & forcipe excorietur, & tundatur.

8. ¶ Si quis quinque ſolidos valens, aut plus fuerit furatus, laqueò ſuſpendatur: ſi minus, ſcopis, & forcipe excorietur, & tundatur. * ¶ Si miniſteriales alicuius domini inter ſe guerram habuerint: comes, ſiue iudex, in cuius regimine eam fecerint, per leges, & iudicia ex ratione proſequatur.

¶ Quicunque per terrã tranſiens equum ſuum pabulare voluerit, quanto propinquiùs ſecundùm viam ſtans in loco amplecti potuerit ad † refectionem equi ſui, impunè ipſi equo porrigat. Licitum ſit etiam ipſi vti herba, & viridi ſylua: & ſine vaſtatione aliqua quilibet vtatur pro ſua commoditate, & vſu neceſſario.

HIC FINITVR LEX: deinde conſuetudines regni incipiunt [c].

TITVLVS XXVIII.

Vaſallus dominum ſuum nõ adiuuans in prælio iuſto, feudum perdit: in bello autẽ iniuſto ad defendendum eum iuuare tenetur: ad offendendum verò poteſt, ſi vult: ſed non cogitur, nec feudum perd. &c. BALDVS.

DOmino guerram facientè alicui, ſi ſciatur quòd iuſtè, aut cùm dubitatur, vaſallus eum adiuuare tenetur. Sed cùm palam eſt, quòd irrationabiliter eam facit, adiuuet eum ad eius defenſionem: ad offendẽdum verò alium non adiuuet ſi vult: Sed ſi eum adiuuare noluerit: non tamen feudum amittet, ſecundùm Obertum de Orto, & Gerardum Capagiſtũ. Alij verò ſine diſtinctione dicunt ſemper debere eum adiuuare. Sed Obertus, & Gerardus vtũtur eo argumento, quòd quemadmodum dominum excommunicatum, vel à rege bannitũ, non eſt obligatus vaſallus ad adiuuandũ, vel ſeruitium ei præſtandũ: imò ſolutus eſt [d] interim ſacramẽto fidelitatis, niſi ab Eccleſia, vel à rege fuerit reſtitutus: ita nec iſtum iniuſtè guerram alicui facientem.

Vaſallus non cogitur domino offerre ſeruitium: & quantocunque tempore ſteterit quod ſeruitium non præſtiterit, feudum non amittit. Fallit in tribus caſibus hîc inſertis. Iac. de Bel.

rint: & hoc eſt, quod dicit lex, *viginti ſolidos, &c.* a. Vel dicas, quòd tollet vtrunque, ſcilicet arma, & pecuniam, ſi habuerit: & exponas, vel, pro &.

b ¶ *Non vt quem lædat.* id eſt, non eo animo, vt quem, &c. ecce vt hîc palam dicit Imperator. maleuolum [a] animum habere arma deferentẽ.

c HIC FINITVR lex, deinde, &c.

Quidam aliter habẽt, ſcilicet ita: Hic incipit lex cõſuetudinis regni. *meliorem tamẽ puto hãc rubricã: quia verum eſt, quòd lex hîc finitur ſcilicet ſuperior lex de pace tenenda. ſcilicet Friderici. & quod ſequitur, nõ eſt lex: ſed conſuetudines ſunt potius.*

d DOmino.] *Solutum eſt.* ¶ Nunquid vaſallus interim [b] poterit vendere ſine cõſenſu ipſius domini ſui banniti, ita quòd teneat vẽditio, & quod dominus non poſſit eã vẽditionẽ reſcindere, poſtquam fuerit reſtitutus? Et videtur quòd ſic, ad exemplum filij eius, qui deportatus [c] eſt: nã ea, quæ geſta ſunt per ipſũ filium tunc, quando pater eius eſt deportatus, rata debent haberi, nec infirmantur patre reſtituto: *vt Cod. de ſen. paſſ. l. vlt. circa prin.*, & meritò debet tenere venditio: nam & interim dum eſt bannitus poſſet [d] damnum impunè in bonis eius dari: cùm aliàs nihil videtur ei nocere bannum. Item tunc non dicitur feudum vendi: quia tunc non videtur feudum eſſe, cùm interim [e] vaſallus eſt ſolutus à ſacramento fidelitatis: à qua fidelitate feudum dicitur: *vt ſ. per quos fiat inue. & per quos reci. c. nulla.* Sed dicas, & fortè meliùs, quod non poſſit interim vendere: licèt interim non poſſit venditio retractari. Nec enim dominus amiſit dominium [f] directum, quod retinuerat tẽpore inueſtituræ propter bãnũ: niſi fortè bona eius eſſent expreſſim publicata: cũ etiam tunc fortè eo reſtituto [g], & bona eius intelligerentur reſtituta: *vt Ca. prædi. tit. l. 1. & vl. circa finem.* & maximè [h] ſi dominus habet filios, interim ſecundum ad eos pertinet: cùm hodie bona deportati [i] non publicentur: *vt Cod. de bon. proſ. vel dam. Auth. bona.* ¶ Sed quid ſi dominus bannitus eſt ab aliqua poteſtate alicuius ciuitatis; ſub

a Arma geſtãs maleuolum animum habere præſumitur: niſi iuſta, & cauſa ferat.

† ſimiliter.

‡ refectione.

b Bannito domino, vaſallus ... feudum vendere.

c Deportati ... geſta ... patre ... reſtituto.

d Banniti in rebus ... damnum dari poteſt.

e Bannito domino, interim ſolutus eſt à ſacramento fidelitatis: ... nõ tollitur ... vaſallus domino eſt obligatus: ſed obligationis effectus durante ... banno.

f Bannitus ex ſo banno non amittit directum dominium feudi vaſalli.

g Bannito reſtituto, iura feudalia ... in eodem ... manent.

h Si ... bona cui deferantur.

i Deportati bona non publicantur.

cuius iuriſdictione eſt & dominus,& vaſallus: nunquid interim vaſallus ſacramẽto fidelitatis abſolutus eſt,ita quòd nõ ſit obligatus ad eũ adiuuandũ,vel ei ſeruitium præſtandum? Reſp. Fortè [a] ſic,eadẽ ratione vt in bannito à rege:cum ratio diuerſitatis reddi non poſſit: *ar C.de cõſ.pec l.vlt.* niſi fortè diceres cõtrariũ. ea ratione, quòd maior ſit rex aliqua poteſtate.

a ¶ *Secundũ vſum Mediolanenſium.* Imò ſecũdùm cõmunem vſum. licèt enim vaſallus ſeruitium [b] domino non offerat, tamen non ob hoc feudũ amittit:dum tamen domino petenti ſeruire paratus ſit:verũtamen ſi ſciuerit domino magnum periculum imminere, vltrò adiutorium ſuum debet domino præbere:alioquin feudum perderet: *vt ĩ.ſi de feu.contro. fue.c.licet.* & hoc eſt quod dicitur ĩ. proxi. *tu tamen ſcias,* &c. hæc tamen vertentur in cauſæ cognitione ſecundùm quòd hic dicitur, *bonus tamen iudex,*&c.

b ¶ *Et promptiores.* hoc eſt quod alias dicitur, *ff.de actio.& obl l. Arrianus.* & fauorabiliores ſunt rei [c], quam actores: *vt ff.de reg.iur.l.fauorabiliores.* & hoc eſt verum,niſi [d] pro libertate, & pro re priuilegiata pronunciari poſſit:tunc enim magis cõdemnare,quã abſoluere debemus: *vt ff.de re iudi. l.inter pares.* ACCVRS.

c ¶ *Aliquod ædificium fecerit.* cùm fortaſſis facere nõ debeat, niſi hoc in fundo colligendorum [e] fructuum cauſa faciat. Sed ſi quis ædificauerit:forſitan nec tollere [f], nec reficere ſine quæſtione poteſt: rem tamẽ ſuam poterit vindicare: *arg. ff. de vſufr. l.ſed ſi quid inædificauerit. in princip.* ACCVRSIVS.

1. ¶ Ad hoc quantocunque tempore ſteterit vaſallus quod domino non ſeruierit, ſecũdùm vſum Mediolanenſium [a] beneficiũ non amittit, niſi ſeruitium facere renuerit: vel niſi à domino ei denunciatum fuerit, & ille,cũ potuerit,diu ſteterit quod ſeruitium nullum ei fecerit.Bonus tamen iudex variè ex perſonis,cauſiſque definiet: & finget vaſallum remotum eſſe, vel propinquum: paratum eſſe,vel non, dominum guerram habere, vel non: vtrùm etiam magnam,vel paruam: & an nũciauit ei dominus,vel nõ. hæc omnia vertuntur in cognitione cauſæ, & promptiores [b] ſumus ad abſoluendum, quàm ad condemnandum. Tu tamen ſcias, quòd ſi vaſallus ſciat dominum obſideri, vel aliter ei mortem imminere: & cùm potuerit, ei non nunciauerit, vel etiam ſine nuncio eum non adiuuerit, feudo priuabitur.

¶ Si vaſallus feudo aliquod ædificium fecerit [c], vel ipſum ſua pecunia meliorauerit, & contigerit poſtea vt vaſallus ſine filio maſculo decedat: dominus aut patiatur ædificium auferri, aut ſoluat pretium [d] meliorationis. Idem dico ſi pretio ſeruitutem fundo acquirat. Quidam alij dicunt, omnino ad dominum pertinere.

Si vaſallus nullo herede relicto ante Martium deceſſerit, fructus domino pertinent, ad quem deuoluitur feudum: ſecus ſi poſt Auguſtum decedat:quia tunc eius heredis erunt. BALD.

¶ His conſequenter dicitur, quòd ſi vaſallus decedat ſine hærede maſculo, & contingat feudum ad dominum reuerti,ſic diſtinguitur, quòd ſi antè Martiũm [e],omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes, ad dominum pertinebunt [f]. Si verò poſt Kalendas Martij vſque ad Auguſtum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad hæredes vaſalli pertineant †. Si verò poſt Auguſtum, omnes fructus anni percipiet dominus. Quidã tamen dicunt, quocũque tẽpore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere.

¶ Contra omnes [g] debet vaſallus dominũ adiuuare, & contra fratrem [h], & filium, & patrem: niſi contra aliũ dominum antiquiorem [i]. hic enim cæteris eſt præferendus.

d ¶ *Soluat pretium* aliàs enim ſubmoueretur [g] exceptione doli mali,niſi pretium [h] exolueret: *vt ff de actio empt. & vendit.l Iulia.§.j.& Inſt.de rerum diui.§ certè illud.& ff. de vſufru.l.ſed & ſi quid.& de rei vin.l ſi fundi poſ & l.in fundo.& ff.de pig.actio l. j.& l.elegãter.§.vlt & l.ſi ſeruus pignori.& l.ſi neceſſarias.& ff.de contra.in tut.l.j.§.ſiniſtro,& ff.ad Trebel.l hæres ſum de.& l patrono ſilius.§.vlt.& ff.loca.& condu.l dominus.§.j.& l.pen.* ¶ Et quod dicit poſtea, idem dico ſi pretio ſeruitutem [i] fundo adquiſiuit. iſtud dico:quia per [k] ſe non poteſt ſubſiſtere: *vt notatum eſt ĩ.* illi verò, qui dicunt omnino ad dominum pertinere, ſine dubio ineptè locuti ſunt:vt mihi videtur. ACCVRS.

e ¶ *Ante Martium.* Quod hic dicitur de fructibus [l],diſtinguitur vt aliàs in hærede [m] fructuarij obſeruatur: *vt ff.de vſufru.l. defuncta.* Sed inter [n] vxorem,& maritum aliter fit fructuum diuiſio: *vt ff. ſolu.matr.l.diuortio.* qualiter autem diſtinguatur,diligenter eſt attendendum: quia de facto ſæpiſſimè accidit, quod vltimi dicunt,iniquitatem continet, & ideo malè dicitur: ſicut ſuperiùs in alio cap.

f ¶ *Pertinebũt.* quòd iſti bene dicãt,probatur arg. *ff.de vſur.l.Herennius & Inſti de rerum diui §.is verò,ad quem vſusfructus.*

g ¶ *Contra omnes.* ¶ Sed nunquid contra [o] ſe debet dominũ adiuuare? Reſp. videtur quòd ſic:quoniã generaliter iurauit ei vaſallus fidelitatẽ cõtra omnes homines:vnde generaliter facienda eſt interpretatio: *vt arg ff.de lib.leg.l.ſi quis rationes.& C.de fideico.l.cum virum.* vnde cùm fecerit diuiſionem perſonarũ,vniuerſos cõprehendere intelligitur: *arg C.de dona l data.* & maximè cum teneatur contra filiũ eum adiuuare,vt ſtatim ſequitur cùm eadem quaſi intelligatur patris perſona cum perſona filij: *arg Inſt.de inuti.ſtipu.§.ſi quis.* ſicut aliàs non intereſt vtrùm vexatus ſit in ſe pater,an in filiis: *vt ff quod metus cau.l.iſta quidẽ §.vlt.* Si enim vaſallus tenetur dominũ adiuuare contra filios, & ab illis eũ defendere:ergo multò fortiùs cõtra ſe,& à ſe: *arg. ff. de cõd.inde l.frater à fratre.& C.de cui.l.fine.* Econtrà videtur quod non debeat cõtra ſe dominum adiuuare:nec enim ſemper eſt faciẽda interpretatio generaliter generalis [a] ſermonis: *argu.ff.de minor.l.illud.in fin.& de procurat. l.mandato.* Imò de generalibus eſt facienda tacitè [b] exceptio: *vt ff.de ſer.l.ſi cui.* nec enim eſt credendum [c], quòd intellexiſſet iurare contra ſe,cùm ſpecialiter contra ſe non fuiſſet iuraturus: *vt argu.ff.de pecu. l qui peculij.* in generali enim iſto iuramẽto videtur tantùm de [d] extraneis cogitaſſe, ſiue dixiſſe: *arg. ff.loca. & cõdu l.qui inſulam. §. vlti. & ff. communia præd. l. quicquid.* Item facit cõtra eum: quia contra [e] ſtipulatorem debet fieri interpretatio: *ff.de verb. obligat l ſtipulatio iſta.§. ij.* Pro domino verò adhuc videtur facere litera ſequens: ſcilicet *niſi contra alium antiquiorem dominum,* &c. Cùm ergo vnum [f] excipiat, meritò omnes alios videtur comprehendere: *arg.ff de iudic. l.ſolemus.* quid ergo dicemus? Reſpond. quòd non [g] teneatur contra ſe [h] dominum adiuuare: quoniã in iſto generali ſacramento videtur tantùm de extraneis cogitaſſe: *vt ar.ff.communia prædio. l. quicquid.* Item alia ratione, aut enim dominus iuſtè habet guerram cum eo, aut iniuſtè.ſi iuſtè: nõ propter aliud de cauſa leui, niſi propter aliquam culpam iſtius vaſalli. Vnde eo ipſo fortè poterit feudum ei auferri. Ad quid ergo teneretur eũ adiuuare contra ſe, cùm nihil aliud pateretur,ſi etiam contra alios eum non adiuuaret, niſi quia feudum amitteret? Si autem iniuſtè, adhuc idem: quia hoc ipſo deberet dominus amittere proprietatem feudi:ſicut vaſallus caderet in feudo,ſi contra dominum hoc faceret [i]: *vt ĩ.ſi de feud.controuerſia fuerit. c.domino committente. & ĩ.qualiter dominus à proprie.cap.ex facto. & argu.ſuprà de for.fidel. in fine.*

h ¶ *Fratrem.* ¶ Sed nunquid dominus eodem modo debet vaſallum adiuuare contra omnes homines,& contra fratrem & filium? Reſp. vtique, cùm in his omnibus debeat dominus vaſallo vicem reddere, quæ vaſallus tenetur præſtare domino: *vt ĩ. prædicta.tit.de forma fidelita in fi.* cùm etiam dominus amitteret proprietatem per eandem feloniam, per quam vaſallus amittit feudum: *vt ĩ.ſi de feu. controuer.fue. c. domino committente. & ĩ. qualiter dominus à proprie c.ex facto.*

i ¶ *Dominum antiquiorem.* ſ.à [k] quo ante feudum tenebat.vnde rectè facit, ſi nominatim excipiat eum quando iurat fidelitatem:ſicut nominatim debet excipere perſonam [l] imperatoris: *vt in conſtitutione Friderici.Imperialem §.illud quoque præcipimus.* & meritò: quoniam qui prior [l] eſt tempore, potior debet eſſe iure. *ff.qui potio.in pig.ha.l.potior.*

DE FILIIS NATIS EX matrimonio ad morganaticam contracto.

TITVLVS XXIX.

QVidam habens filium ex nobili cõiuge, poſt mortem eius non valens continere,aliam minus nobilem duxit:qui nolens exiſtere in peccato, eam deſponſauit, ea lege, vt nec ipſa, nec filij eius [k]

DE FILIIS NATIS EX MAtrimonio, &c.

k QVidam.] *Nec filij eius.* De talibus filiis intelligo loqui *ĩ.ſi de feu.controuer.fue cap.mulier.& filij.nati.* vt antiquitas ſecundùm leges habeat autoritatem: & vocatur hæc lex Salica.

a Mandi à poteſtate cuitatis alicuius,ac æquè graue,ac ab ipſo Rege.
b Seruitiũ vltro offerre domino vaſallus n[on] tenetur.
c In dubio iudicandum eſt pro eo vaſallo ... domino.
d Abſoluere potius, quàm condemnare contra caſibus ... debeamus.
e Ædificia quæ in fundo feudali vaſallus facere debeat ... colligendorum tãtum fructuum cauſa,ædificia permanet. ... ſed verum eſt, hic ... impenſas in ædificiis col ... feudorũ fructuũ cauſa factas nõ repeti à cognatis vaſalli, feudo ad dominum deuoluto liberorũ, ... ſpeciatum defectu.
f Ædificia facta à vaſallo pro ... domino, vel ſoluere æſtimationem.
g Ædificiorũ à vaſallo factorum expenſas non ſoluẽs dominus(ad quẽ feudũ delatũ eſt)repelli poteſt exceptione doli mali.
h Expẽſas ædificiorũ & meliorationũ factarũ à vaſallo domin[us] (ad quem feudum delatũ eſt defuncto liberorum) vaſalli hæredib[us] præſtare cogitur.
i Seruitutem à vaſallo quæſitam pretiũ à domino vaſalli in feudo ſucceſſore,hæredibus eius reſtituendum.
k Seruitutes per ſe non ſubſiſtunt.
l Fructus quẽadmodum diuidantur inter dominum vaſalli in feudo ſucceſſorem,& vaſalli hæredes inter fructuarij hæredes,& proprietarium: inter maritum,& vxorẽ, eorum ve hæredes.
m Fructus vſufructuarius ad hæredes non tranſmittit, ... perceptos, ... cunque ... pore mo...
n Fructus inter maritum, & vxorem,ſeu hæredes diuiduntur pro rata temporis, quo maritus ſuſtinuit onera matrimonij.
o Vaſallus iuuare dominum contra ſeipſum,& contra filios,vtrùm teneatur.

a Generalis ſermo, ſeu oratio nõ ſemper generaliter intelligi debet.
b Generalis oratio tacitas habet exceptiones.
c Iurare aduerſus ſe, aut in ſui perniciem nemo intelligitur.
d Iurans auxilium aduerſus omnes de extraneis potiùs quã de ſeipſo cogitat.
† Facit ad hoc, c.ſi propter tuas. de reſcriptis. lib.6.
e Interpretatio fit aduerſus ſtipulatorem
f Exceptio vnius, alios includere videtur.
g Vaſallus cõtra ſe dominũ iuuare non tenetur.
h Vel aduerſus proprium patrimonium:vt à multis nõtatur.
i Dominus vaſallum adiuuare cogitur etiã cõtra fratrem, & filiũ: vt hic: cum id vaſallus domino debeat.Verùm huius loci ſententia multis diſplicet. Nec enim dominus æquè vaſallo iureiurãdo adſtrictus eſt,atque vaſallus ipſi domino: ideoque cũ ſit ratio diuerſitatis in hac religione, ius aliud in domino eſt conſtituendum.
k In iuramẽto fidelitatis qui nominatim excipiendi.
l Prior tẽpore in ratione fidelitatis, potior eſt iure.

a ¶ *Morganaticam.* Legend. *Morgengabe, le doüaire.* Sic ſepiùs in legibus. Lõgobardorum, & Ripuariorum, *tit.* 39. & Memannorum, *ti.* 56. Erat autem id, quod die nuptiarũ vir vxori donabat ex ſuis bonis, & liberis natis ex eo matrimonio: hoc tamẽ verbũ *Morganatica*, legitur etiam in Chronico Alberti Argentinenſis. Vide ſcripta *ad l.* 26. *ff. de verb oblig.* CVIAC.

DE FEVDO FOEminæ.

a ¶ *SI fœmina.*] *Maſculis.* ¶ Hic no. quòd filię [a] nõ ſuccedũt matri in feudo, licèt à matre ſumpſerit initiũ: & hoc ſecundùm iſtos: licèt aliis aliter videatur: *vt* ī. *dicitur proxi ca.* §. j. ī. *de na ſucceſ. feud.* & meritò non ſuccedunt ſine pacto ſpeciali. Nã ſecundùm [b] rigorem conſuetudinis filij maſculi non ſuccedũt matri in feudo, cùm ſecundũ vſum regni dicatur feudũ paternum, & non maternũ: ſed de æquitate admittuntur: *vt* ī. *tit. an maritus ſucce. vx. in bene. c. ſi fœmina.*

a Matri filiæ non ſuccedunt in feudo, niſi ex pacto. Imò & ſine pacto ſuccedũt, opinione Oberti, & Gerardi: *vt hic.* Sed dic apertius, fœminas deſcẽdentes, non extãtibus maſculis ſuccedere in feudo fœmineo, etiamſi id in inueſtitura non fuerit expreſſum.

b Materno in feudo filij non ſuccedunt ſtricto iure: ſed ex æquitate.

b ¶ *Succedere.* niſi fortè paratus [c] ſit ſeruire per ſubſtitutum domino: *ar. C. de epiſc. & cleri. l. quiſquis. & l. ad ſimilitudinem. & ff de arb l. ſi arbiter. in ſi. l.*

c Seruire per ſubſtitutũ clericus poteſt.

c ¶ *Poſtpoſuerit.* ſtatim enim cum fuit factus clericus, vel conuerſus, fuit domino feudum apertum: ſicut [d] & de eo, qui feudũ illicitè alienauit non volũtate domini. licèt enim recuperauit ab emptore: nõ tamen penes ſe retinebit: cùm domino erat apertũ per alienationem: *vt* ī. *quid iur. ſi poſt alie. feu. vn. ad vec. l. præterea.* hinc ergo colligitur manifeſtè, quòd non [e] reſtituuntur amiſſa, licèt in priſtinum ſtatum res redierit: *vt arg. Inſt. de capt. de.* §. *quod autem. & ff. de adopt l. qui libertus. arg. contrà, C. de ſen. paſ. & reſti. l. j. & vlti. & ff. de in ius voc. l. ſed & ſi. & arg. contrà,* ī. *ſi. hic ſinitur lex. c. j. & in ſumma, vt in libel. de. Py rub. nec enim iura reſtaurantur aliàs,* reſtituantur.

d Feudũ ſemel alienatũ ſine conſenſu domini, domino committitur, neque vaſallus purgat cõmiſſum feudum à ſe alienatũ redimendo.

e Amiſſum ſemel non reſtituitur, licèt in priſtinũ ſtatũ res redierit. *vide tamen Gl. infrà tit.* 44.

d ¶ *Succedunt.* etiamſi eum fortè acquiſiuit: fortè cùm [f] eſſet clericus: quoniam ſcriptum eſt, *Nemo* * *militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus: vt in Decr. xvj. diſtinct. c. Apoſtolorum. & c. placuit* ſicut ī. dictum eſt: quia qui factus eſt miles [g] Dei, deſinit eſſe miles ſæculi:

f Clericus non poteſt inueſtiri de nouo feudo: & ſi inueſtitus fuerit, amittat.

* 2. Tim. 2.

g Miles Dei deſinit eſſe miles ſæculi.

ampliùs habeant de bonis patris, quàm dixerit tẽpore ſponſaliorum: verbi gratia decem libras, vel quantum voluerit dare, quando eam deſponſauit: quod Mediolanenſes dicũt accipere vxorem ad morganaticam [a]: alibi, lege Salica. hic filiis ex ea ſuſceptis deceſſit. Iſti in proprietatem non ſuccedũt, aliis extantibus: ſed nec in feudo, etiam aliis non exiſtẽtibus: qui licèt legitimi ſint: tamen in beneficio minimè ſuccedũt. In proprietate verò ſuccedunt patri prioribus non exiſtentibus. ſuccedunt etiam fratribus ſine legitima prole decedentibus ſecundùm vſum Mediolanenſium.

DE FEVDO FOEMINÆ.

TITVLVS XXX.

Filiæ matri in feudo fœmineo ſuccedunt, maſculis non extantibus, ſecundum Obertũ, & Gerardum: ſed ſecundum alios non ſuccedunt, niſi per pactum ſit actum. BALD.

SI fœmina habens feudum deceſſerit quia fœmineum eſt feudum, & ſine pacto ſpeciali, deficientibus filiis maſculis [a] ad filias pertinebit. Obertus, & Gerardus. Alij verò dicunt niſi per pactum ſpeciale ad eas non pertinere: ſicut ſi datum eſſet filio maſculo: quia ſi ideo quod eſt fœmineum, ſine pacto trãſit in fœminas: eadem ratione, quia eſt fœmineum, tranſit in fœmineam prolem, etiam maſculis extãtibus quod falſum eſt.

¶ Ex hoc illud deſcẽdit, quod dicitur, clericũ nullo modo in beneficium paternũ debere ſuccedere [b], etiam ſi poſtea quam habitum religionis aſſumpſerit poſtpoſuerit [c]. Idẽ in omnibus, qui habitum religionis aſſumunt, vt conuerſi; hi enim nec poſtea in feudo ſuccedunt [d]; & ſi quod habent, perdunt.

SI VASALLVS FEVDO priuetur, cui deferatur.

TITVLVS XXXI.

Filius non ſuccedit patri in feudo, nec agnati vſque ad tertium gradum: quandoque nec deſcendentes in infinitum, ſi vaſallus feudo priuetur propter ſuum delictum: niſi filius conquirat, domino gratiam ſibi faciente, non extantibus agnatis. BALD.

VAſalli feudum delinquentis, licèt ad agnatos quandoquẽ [e] pertineat: filius tamen [f] ad id nullatenus adſpirabit: niſi id iterum à domino licitè acquirat ſibi gratiam [g] faciente: verbi gratia, ſi non ſunt alij ex latere, quibus [h] aperiatur: ad eius petitionem admittuntur, qui quarto gradu ſunt remoti ab eo, qui id acquiſiuit, & etiam vſque ad infinitũ: dum tamen hos conſtet ab eo per maſculos deſcendiſſe.

QVI TESTES SVNT NEceſſarij ad nouam inueſtituram probandam.

TITVLVS XXXII.

Noua inueſtitura probatur per teſtes, pares curtis, aut per breue teſtatum à paribus confirmatum, ſiue dominus ſit laicus, ſiue clericus: nec aliter facta valet, etiamſi dominus confiteatur factam, & alij contrà teſtantur. Vetus autem inueſtitura probari poteſt teſtib. quibuſcunque, paribus, vel non paribus: maſculis tamen, non fœminis. BALD.

SIue clericus, ſiue laicus ſit dominus, ad probandam nouam inueſtituram [i] ſemper pares curiæ ſunt neceſſarij: & ſi ſine eis facta ſit inueſtitura, etiam ſi dominus confiteatur factam: quia tamen ſine hac ſolennitate facta eſt, nõ valet, etiam ſi probari poſſit per breue teſtatũ. Sed ſi alij contrà teſtãtur, & ſi dominus confiteatur factam, decurrens poſtea ad ſolennitatẽ conſuetudinis, non audiatur: ſed tale habeatur, ac ſi pares affuiſſent: ſed alij, etiam ſi probari poſſit per breue teſtatum: vt Obertus, & Gerardus, niſi à paribus curiæ fuerit confirmatum. Conſules tamen Mediolanenſes nuper in quibuſdam omnia contrà reſcripſerunt: in quo ferè omnes Mediolanenſes conſenſerunt, & conſentiunt: vt breue teſtatum non à paribus ſed ab aliis confirmatum ſufficiat ad probandam nouam inueſtituram. Nouam inueſtituram dico, quando feudum primò quæritur. De veteri autem beneficio inueſtituræ, quæ fit à domini ſucceſſore, vel vaſallo ſucceſſori, etiam extranei recipiũtur ad teſtimonium præter fœminas, ſecũdùm

vt ī. *de eo, qui arzu. bel. dep. l.* 1.

SI VASALLVS feudo priuetur, cui deferatur.

e ¶ *VAſalli.*] *Quandoque.* Puta quando [a] beneficium nõ eſt nouum: quoniam aliàs nõ pertineret ad agnatos: ſed ad dominũ: & ita intelligunt quidam, quod legitur ī *in quib. cau. feu. amit* § *vlt. le.* vt ibi loquatur de nouo beneficio: tamen puto quòd hic loquatur de paterno. & quod hic dicitur, *licèt quandoque*, intelligas, ſ. quando vaſallus non delinquit in dominum, ſed in aliũ: quoniam tunc pertinet ad agnatos, & non ad dominum, ſecundùm quod ibi dicitur. Si autẽ in dominũ deliquiſſet, tũc ſecus eſt. & hoc eſt quod ibi dicitur, vt dominus habeat hanc ſuæ iniuriæ vltionem: licèt videatur fortè æquior ſentẽtia prior: ne ex delicto alterius, alius dãnum patiatur.

a Feudum ex delicto vaſalli amiſſum, & quando ipſi [illegible] vel agnatis.

f ¶ *Tamen.* ſic ergo eſt deterioris cõditionis filius, quàm alius: & patris [b] delictum nocet filio. alterius [c] ergo delictum alteri nocet, quod fit plerumque propter delicti magnitudinem: *vt Cod. ad le. Iul. maieſta l. quiſquis.* aliquando propter nimiam perſonarum coniunctionem: *ff. ſi quis ali. teſt. prohi l. j.* licèt alibi dicat, quòd delictũ patris filio nocere non debet: *vt ff de Senat l. emancipatum. & de bo poſ. cõtra tab. l. j. & iij. & de pœn. l. moru.* §. *pen. & in ſumma: vt not. in libel. Py. diſp. c. pleniſſimè.* ī. *dictum eſt qualiter quis ex ſuo facto, &c. & rub. ſeq.* aliquãdo etiam filij [d] delictũ nocet patri in feudo, quod pater habebat: *vt in conſti. Frid. Imperialem.* § *inſuper ſi filius vaſalli.*

b Delictum patris [illegible]

c Delictum [illegible] ex cauſis [illegible] ti nocet.

d Delictũ filij aliquando nocet patri.

g ¶ *Gratiam.* hoc tale eſt, ac ſi dicat, tunc non poteſt dominus filio gratiam facere.

h ¶ *Quibus* & ita videtur, quòd ex latere venientes excludant nõ ſolùm filiũ in caſu iſto: ſed etiã omnes deſcendentes: quod fortè eſt verum: imò ſine fortè: *vt* ī. *ſi de feud. controuer. ſue. c. ſi vaſallus culpam.*

QVI TESTES ſunt neceſſarij, &c.

i ¶ *SIue clericus.*] *Ad probandã nouam inueſtiturã.* Hic manifeſtè corrigitur quod dictũ eſt ī. *quid ſit inueſti. in pri.* a. Vel dicas quòd

iſtorum

iſtorum ſentētia corrigitur per alios, qui meliùs dicere videtur: & meritò [a] earũ ſententia præualet. nã & hæres decurrens ad ſolennitates iuris cùm ab eo legatum, vel fideicōmiſſum petatur, ſoluere detrectans nō auditur: *vt C. de fidei. l. quaſtionē. & Inſti. de fidei. her. §. vl.* Sed occurret inſtantia. nã repetitur quod pater dicit emancipationem à ſe factã: ſed decurrens ad iuris ſolēnitatem, filium redigit in poteſtatem ſuã: *vt C ſi aduer. vē in d. l. ſi eum.* Sol. ibi reuocat: quia de ſubſtantia emancipationis aliquid defuerat, putà quia non fuerat autore prætore facta: ſed hic non eſt ita: quoniã teſtes [b] non ſunt de ſubſtãtia inueſtituræ: vt ita diximus: *ar. ff de adop. l. poſt mortem.* Qui [c] autē teſtes in vtraque inueſtitura ſint neceſſarij ad ipſam probandã, notatũ eſt ſ. *quid ſit inueſt. lib. ij. tit. i. e j. § ſi enim* hic ergo ſecūdùm meliorem ſententiam non nocet, etſi de ſolēnitate aliquid deeſt: quibus ſubueniri poteſt: *vt j. inj. char.* Accvrs.

vſum Mediolanenſium. Iſtæ enim nec in cauſis feudi, nec aliorum recipiuntur ad teſtimonium: cæteri autem recipiuntur in omnibus, quæ ad cauſas feudi pertinent, præterquam de noua inueſtitura.

DE CONSVETVDINE recti feudi.

TITVLVS XXXIII.

Primò ponit quibus modis acquiritur feudum: ſecundò qualiter probetur noua inueſtitura Secunda ibi: Quod tamen dictum. Bald.

Sciendum eſt itaque feudum acquiri inueſtitura [a], ſucceſſione, vel eo quod habeatur pro inueſtitura: vt ecce ſi dominus alicui coram paribus curiæ [b] dixerit: Vade in poſſeſſionem illius fundi [c], & teneas illum pro feudo. Licèt enim non interceſſiſſet inueſtitura: tamen tale eſt, ac ſi interceſſiſſet: quia ille eius voluntate poſſeſſionem feudi nactus eſt feudi nomine. Inde etiam dicitur, quòd ſi alius probauerit ſe aliquid nomine beneficij aliquo tempore [d] tenuiſſe domino præſente, & non contradicente [e], & ſeruitium eius quaſi à vaſallo recipiente: licèt non probet [f] inueſtituram: verumtamen obtinebit præſtito iuramento, niſi aliud contrà iudicatur.

¶ Quod autem dictum eſt, vt per pares probetur inueſtitura, intelligendum eſt de eo domino, qui alios habet vaſallos: cæterùm ſufficiunt extranei. Nec dicatur, inueſtituram, vbi ſine paribus facta eſt, valere: quoniã tunc temporis aberant pares: quia etiam ſi abſint, tamen expectandi ſunt [g].

¶ Sacramentum non ſemper eſt dandũ poſſidenti: ſed quandoque poſſidenti, quandoque petenti, quandoque neutri datur: & cùm alicui horum datur, ita demum datur, ſi aliquid pro eo ſit, quod iudicem moueat [h]. Vbi nihil eſt, quod faciat pro aliquo eorum præter poſſeſſionem ſolam: tunc ſecundùm quod iudici melius viſum fuerit, aut poſſidenti dabitur ſacramentum: aut actore nihil probante, qui conuenitur, etiam ſi nihil præſtiterit reus, tamen abſoluitur, vel obtinet.

¶ Et cùm datur: aut datur à iudice, aut à parte. ſi à parte: aut ſubeat cum duodecim ſacramentalibus ſecundùm inferiorem diſtinctionem, aut referat [i] pars, cui delatum eſt. Si à iudice: iuret ille, cui delatum eſt, cum duodecim vaſallis, cum ſex parentibus [k]: cæteros, ſi vult [l], habeat extraneos. dominus verò, ſi vult, cum parentibus, aut cum vaſallis ſolis, aut cum parentibus vaſalli, vel cum extraneis mixtis parentibus, vel vaſallis: & iurabit vaſallus ſine mentione conſcientiæ [m]. Dominus quoque de ſuo facto ſimiliter.

¶ De facto verò patris, vel aui, aut alterius aſcendentis, iuramento conſcientia præponetur. Quidam tamen dicunt non † quidem conſcientiã eſſe præponendam.

DE CONSVEtudine, &c.

a Sciendum.] *Inueſtitura.* & per eã ſolam poteſt cōſtitui [d]: *vt ſ. qui. mo. feu. cōſti. poteſt. c. ſciendum, &c.* iſtis autē duobus modis poteſt acquiri. *vt hic. & ſ. de feu. cog. §. ſcendũ.* imò & tertio modo, vt hic: & quarto [e] ſimiliter: *vt notatur in ſumma qualiter feud. conſtituat. & acquiratur.*

b ¶ *Paribus curiæ.* ſi [f] autem non dixit coram curiæ paribus, tunc fortè ſecus eſſet: quoniam tunc non propriè feudum: ſed quaſi feudum cenſebitur, donec vixerit ille, qui ita nactus fuerit, & [g] nullum in eo habebit ſucceſſorē: *vt ſ. quib. mod. feud. conſti poteſt c. ſciendum.* Vnde talis erit differentia inter hunc caſum, & illum: quoniam hic dixit corã curia: ibi verò nō. Vel etiam intellige hūc caſum ſecūdùm illum. Accvrsivs.

c ¶ *Fūdi.* ¶ No. quòd ex eo ſolo vaſallus poſſeſſor efficitur: quia animo [h] ſolo non acquiritur poſſeſſio: *vt ff de acquiren. poſſeſſ. l. poſſideri. in pr.* licèt videatur obuiare, *ff. prædicto tit. l. j. § ſi.* & qualiter intelligatur, ibi exponitur. ¶ Hic not. per patiētiam [i] poſſeſſionem transferri, ſimile *ff. de dona. l. qui ſaxũ & de acquiren. re. do. l. quæ ratione* 2. aliàs transfertur poſſeſſio per retentionem vſusfruct. *Cod. de dona. l. quiſquis & l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis.* 3. aliàs deſignatione: *vt ff. de peri. & com. rei ven. l. quod ſi.* 4. aliàs oculorũ ſubiectione: dũ tamen affectus interueniãt: *vt ff. de acquir. poſſ. l. j. §. ſi iuſſerim & l. quod meo § ſi venditorem.* 5. alias alterius rei traditione: putà clauium horrei, vel cellæ vinariæ: *ff. prædicto tit. l. j. § ſi iuſſerim. & de cōtrahen. empt. l. clauibus.* 6. alias cōductione. & omnes iſti quinque caſus transferendi poſſeſſionem his verſibus declarantur: *Vſu, fine rei mutuata venditione. Si conductorem iuſſi deponere, rerum Clauibus, & charis: mea ſi conduco ſcienter, Quamuis non aliter datur poſſeſſio tranſit.*

d ¶ *Aliquo tẽpore.* Sed de quo tempore intelligitur? Reſp. xxx. [k] annorum: *vt ſ. ſi de feud. contro fue. c. ſi quis per triginta annos.* Vel intelligas etiam de tempore vnius anni, per quod ſtetit in poſſeſſione ſciente [l] domino ipſo hoc, non ignorante, cum delatione tamen iuriſiurãdi: *vt j. ſequitur, præſtito, &c. & ſ. ſi de inueſt. in* Feud. *ter dominum, & vaſal. lis oria. § ſi autem aliquis.* & non intelligãs de dicto tempore triginta annorum: quia tunc puto ſine delatione ſacramenti debere abſolui.

e ¶ *Et non contradicente.* valde notabile hoc verbũ eſt, nã propter [a] hoc videtur cōſentire: & ſibi præiudicium facit: & omnia notantur de hac materia ſ. *ſi de inueſt. inter dominum, & vaſal. lis oria. §. ſi autem aliquis.*

f ¶ *Non probet.* & meritò: quia contra [b] dominum præſumitur, cũ præſens ſit: *vt notatur ſ. ſi de inueſtit. inter dominum. & vaſal. lis oriatur. §. ſi autem aliquis.* ¶ Itē ſupple vel quaſi [c] probet: putà iurando, vt ſequitur ſtatim, *præſtito iuramento, &c. & j. eod. § item ſi inter dominum.* iuſiurandum [d] enim eſt loco probationis: *vt inuenies notatũ ſ. ſi de inueſt. inter dom. & vaſal. lis oria. §. ſi quis ſe, vel patrem, &c.*

g ¶ *Expectandi ſunt.* ¶ Ecce quod in diſtinctione notauimus: q̃ ſi abſint pares, expectari debent: aliàs enim non valeret noua [e] inueſtitura: vt hic dicitur. ¶ Poteſt & hic notari argu. ad quæſtionē illam, in qua dicitur de [f] eo, qui ſibi ius dixit propter inopiam magiſtratus. nam & ibi dicitur quòd ſi aberat, debuit tamen expectari.

h ¶ *Iudicem moueat.* ¶ Sed nunquid propter vnum teſtem ſe mouebit [g] iudex? Reſp. vtique. inducit [h] enim præſumptionem vox [i] vnius: *argu. ff. de iureiur. l. ſi duo patroni, in prin. & de liber. agno. l. j. §. fin. & C. de aduoca. diuer. iud. l. nemini. & Cod. de dever. l. ſi quis decurio. & ff. quemadmodum teſta. aperi. l. j. & ij. in fi. & de doti prælega. l. Theopompus.* licèt contra ſit *in Auth. de inſtru. cau. & fide. § ſi verò moriantur omnes. coll. vi.* vbi dicit, & omnino ſe putauerit. & argu. contrà, *ff. de quæſtio. l. maritus.* Sed ideo ibi fuit remota quæſtio ancillæ: quia non [k] debuit in dominum ſuum torqueri. *Cod. de quæſtio. l. j.* Item licet cōtrà, eodem iure: *vt not. contra. C. de teſt. l. iuriſiurãdi* Si ergo vis, circa hunc articulũ diſtingue latiùs, & recurre ad diſtinctionem Py. *actore non probante, &c.* ſi ergo ſecundùm determinationem illius c. eſt intelligendum, quod dicitur ſ. *ſi de feu. contro. fue. c. inter filiam. & j. de cōtrouer. inter maſcul. & fœmi. de beneſi. c. item ſciendum.*

i ¶ *Referat.* nimirum nec velle iurare [l], nec iuſiurandũ referre, manifeſtæ turpitudinis eſt *ff. de iureiuran. l. manifeſtæ* Accvrs.

k ¶ *Parētibus.* hic potiùs parētibus [m] creditur, quam extraneis, cùm ex neceſſitate ſex debeant adeſſe: de reliquis eius arbitrio relinquitur: licèt contrarium ſit in vltimo. Accvrsivs.

l ¶ *Si vult.* Hic melioris conditionis eſt dominus, quã vaſallus. ¶ Sed quæro, ſi vaſallus propinquos non habeat, quid iuris ſit? Reſp. tunc alij admittuntur, in defectum nimirum & alibi inopia [n] emergēte probationis, admittuntur ij, qui aliàs repellerētur. *C. de hære. & Ma. l. quoniam in fi. & ff. de teſt. l. ſerui.* Reſp. vt in ſumma.

m ¶ *Conſcientia.* ſic ergo [o] de certo iurat: *ſicut & aliàs in Lomb. qua quis ſe defenda. de. l. ſi contigerit & l. ſi quis poſt mortē.* Sed opponitur quòd anceps [p] periuriũ ſubire videtur: *ff. de in lit. iuran. l. videamus.*

a Sententia pru[den]tiorũ præualere debet.

b Teſtes non ſunt de ſubſtãtia inueſtituræ.

c Teſtes qui requiruntur ad probandam veterem, vel nouam inueſtituram.

d Feudum vno modo (per inueſtiturã ſc.) cōſtituitur variis modis acquiritur.

e Feudũ quatuor modis acquiritur, inueſtitura, ſucceſſione, adoptione poſſeſſionis ex conſenſu domini præſentis, & ſi ſteterit in poſſeſſione feudi per annũ, domino ſciente, & non contradicente, acquiritur etiã praeſcriptione, & ex delicto.

f Feudi improprij ſpecies.

g Feudum improprium non habet ſucceſſorem.

h Neceſſe ſolo animo non adquiritur.

i Poſſeſſio quibus modis varie transferatur.

k Præſcriptione xxx. annorũ feudũ adquiritur etiã ignorante domino, & ſine delatione iuramenti: vt not. ſ.

l Feudum adquiritur xx. annis ignorante domino ſe ſcien[te], vno anno: ſic tamē vt in hoc caſu vaſallus cogatur iurare.

a Conſentire videtur, q̃ non contradicit.

b Præſens, nec contradicens præſumitur conſentire.

c Quaſi probatio, iuramentum.

d Iuramentum eſt loco probationis.

e Noua inueſtitura quibus teſtibus probanda

f Ius ſibi dicere quis an poſſit, inopia, aut defectu magiſtratus.

g Iuramēntum cui deferendũ ſit, certa regula definiri non poteſt.

h Præſumptionē inducit vnius depoſitio.

i Teſtimoniũ vnius facit ſemi plenã probationem: iuramentũ quod ita defertur, id eſt ſemiplenè probanti dicitur in ſupplementũ probationis deferri: vt in defectum probationis, quod pars parti defert.

k Serui in dominos nō torquendi.

† *aliàs*, nunquam con *aliàs* non ſemper con.

l Iuramentum præſtandũ, aut referendum.

m Parentibus: id eſt, conſanguineis, magis creditur, quàm extraneis: tempore præſumptione notitiã rei maiorem habētibus, *fac. l. 2. ff. vnde cognati.*

n Teſtes inopia probationum ij admittũtur, qui aliàs non admitterentur: vt hic extranei, inopia conſanguineorum producuntur.

o Iurari nō debet de incerto.

p Periuriũ anceps ſubire quis non debet.

a Iuramentum calumniæ vaſallus domino præſtat, antequam ſi litem iurauerit: iurata ſi ſelita re, nō iurat de calumnia.

a ¶ *In quibus.* In quibus etiam ª iurat vaſallus de calumnia, ſi ſacramentum de feudo non fecit Accvrs.

a ¶ *In quibus* Regulariter qui defert iuſiurandū, iurat ipſe priùs de calumnia. *l.11.§ penult.ff.rer.amot.l.34.§ qui iuſiurandū.l.37 ff.de iureiur.l.vlt.C.de fideicom.l delata.C.de reb.cred.* Sed remitti id legimus patrono, nō liberto. At in his feudorum cauſis tam vaſallo, quàm domino remittitur. Potes huius loci argumento, ſi tantum auctoritatis ei dederis, tētare idem dandum eſſe liberto, vt ſit ius æquabile. Potes & hoc generaliter extendere in litem totam, & in litem omnem, vt etiam quod vltrò vni ex litigatoribus cōceſſerit princeps, eo fruatur pars aduerſa, ne plus oneretur vnus, quàm alter, & quod remittitur vni, vt remittatur etiam alteri *l.vlt.C. de fruc.& lit.exp* In formula iuriſiurandi eſt inæqualitas, ſed neceſſaria. In conditione ſacramentalium eſt inæqualitas, ſed parui momenti. Cviacivs.

ß ¶ *In Romandiola.* Lege, *apud Roncaliæ.* Eſt ciuitas iuxta Padum. Romandiola eſt exarchatus Rauennæ. Cviacivs.

b Domini & patroni ſimilitudo.

c Iurare de calumnia nō tenetur patron' liberto, dominus vaſallo.

b ¶ *A domino.* in hoc ſimilis ᵇ eſt dominus patrono: qui cùm iuſiurandū defert liberto, non ᶜ tenetur de calumnia iurare: *vt ff.de iureiu l.iuſiurandum. §. qui iuſiurandum.*

d Iuramētum id ab aduerſario nō eſt exigendum, quod ſi is exigeret, recuſari poſſet.

c ¶ *A parte domini* non eſt enim deferendū ampliùs ab aduerſariis ſuis quærere ᵈ concedi, quā ab aliis pulſati facere patiantur: *vt C.de fru.& lit.expen.l.vlt.* Accvrs.

e Imperator iuris iniqui ſolus punitur: et nō eius aduerſarius.

d ¶ *Quod quiſque.* Sed quomodo hoc eſſe potuit, non video, dicit ſolicitus, aut enim Imperator per impetrationē iniquum ius ſtatuit, aut ſine impetratione: in primo caſu ille ᵉ ſolus, qui impetrauit, eſt puniendus: cùm alterius factum alteri imputari non valeat: *vt* 9 *q.v c.j. in princip.vel ca.interrogatum.* Item res inter alios acta nō debet aliis obeſſe, nec prodeſſe: *vt Cod. res inter alios acta. l.vlt & Co.de pact.l.debitorum.* licet vero & cōtra aliquando reperiatur: vt in illo generali: *res inter alios acta*, &c. In ſecundo caſu: vbi ſine ᶠ impetratione datum eſt tale ius, nullus eſt puniēdus: *vt ff.quod quiſque iur. l ij.* nimirū licitè ᵍ offertur, quod exigi prohibetur: *vt in Auth de ſanct. epiſc.§ ſi quis autē collat.ix. & ff quod quiſque iur l ij. & ff.quæ in frau.cre l pupillus. & C de cri ſac.l.fin & Cod de pe.bo ſub.l.y. & ff qui, & à quo.ma.li.l vlti. & ff.de var & extraor.cog l.j. & C. de offic.præfecti præt.l.y.* Quid ergo eſt, quod generaliter hîc dicitur? Reſpond. per impetrationem ſtatuit hoc Imperator: verùm voluit hoc generale eſſe. & quod dixit. *ff.quod quiſque iur.* &c. dixit contemplando perſonas, quæ huic edicto cauſam præſtiterunt.

f Iure iniquo ſine impetratione dato, qui id obtinuit, nō punitur.

g Licitè offertur, quod exigi prohibetur.

Vaſallus à domino non poterit exigere iuramentum calumniæ: ſed nec dominus exigere poteſt à vaſallo: alioqui ſi exegerit, & ipſe cogetur iurare. Bald.

1. ¶ In quibus ª α etiā cauſis ſacramentum calumniæ à domino non exigetur: quod nuper rex Fridericus in Romandiola ß conſtituit vt vaſallus calumniæ ſacramento à domino ᵇ non exigat: quod etiam à parte domini ᶜ intelligendum eſt: vt quod quiſque ᵈ iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur.

¶ Similiter vaſallus dominū accuſare ᵉ, vel teſtimonium contra eum reddere non debet in ciuili cauſa modica; aut criminali. Quidam tamen dicunt in criminali non licere: in ciuili licere. in quibus ſi contrà fecerit, feudo priuabitur ᶠ.

Si contentio eſt de beneficio inter dominum, & vaſallū: domino poſſidēte, vaſallo autem in probatione deficiente: abſoluitur dominus ſine iuramēto. ſed vaſallo poſſidente, & domino in probatione deficiente, ſi longa eſt poſſeſſio vaſallo: ſibi defertur ſacramentum: ſi noua, defertur domino: niſi præſumptio ſit pro vaſallo. Bald.

2. ¶ Item ſi inter dominum, & vaſallum controuerſia ſit de beneficio poſſidente domino, & vaſallo in probatione deficiente: qui conuenitur, nullo præſtito ſacramento abſoluatur: vaſallo verò poſſidente, & actore in probatione deficiente, ſi longa ſit ᵍ vaſalli poſſeſſio, eius iuramento cauſa finiatur: vbi verò noua eſt poſſeſſio: ſacramentum ei non præſtabitur; ſed domino deferetur: niſi aliud faciat pro poſſidente.

DE LEGE CORRADI.

TITVLVS XXXIV.

Si inter capitaneos regis eſt contentio: corā rege debet definiri per l.Corradi: ſi verò inter valuaſores, coram paribus curiæ. Bald.

LEx Corradi de beneficio, quæ dicit: Si inter capitaneos cōtrouerſia ſit, coram rege finiatur: ſi inter valuaſores, coram paribus curiæ: Mediolani non tenetur: ſed talis diſtinctio ibi obſeruatur; quia ſi inter duos, quicunque fuerint, de beneficio regali controuerſia fuerit, quorum vterque à rege ſe dicit inueſtitum fuiſſe, tunc cauſa coram eo † decidatur: cæteræ verò cauſæ apud pares curiæ.

¶ Si autem inter pares ʰ duos de aliquo beneficio controuerſia ſit, quorum vterque ſuū feudum proprium eſſe dicat: ſiue aſſerant eundem inueſtitorem, ſiue diuerſos: coram iudice, vel arbitro finiatur. Sed cùm vnum producunt inueſtitorem, ſi poſſidenti dominus guarentizare voluerit, ſine fraude ipſe obtinebit: niſi aduerſarius contrà aliquid induxerit.

Dominus ſine vaſalli voluntate feudum alienare nō poteſt: ſed hoc non ſeruatur Mediolani. Baldvs.

1. ¶ Ex eadem lege deſcendit, quòd dominus ſine volūtate vaſalli feudum alienare ⁱ non poteſt: quod Mediolani nō obtinet: ibi enim ſine curia etiam beneficium totum ᵏ rectè alienatur: dum tamen aut æquali ˡ domino, aut maiori vendatur. Inferiori verò ſine vaſalli voluntate non licet partem alienare, etiam maiori retenta parte alia feudi: verbi gratia: Eſt vaſallus qui ab eodem domino in pluribus locis feudum tenet: ſi partem feudi in vno loco vēdat, in alio ſibi teneat: iſte non debet emptori ſeruire: ſed per priorem dominum totum beneficium recognoſcere: cum curia verò cuicunque beneficium etiam ruſtico, & ſine vaſalli voluntate poteſt: dum tamen nō totum alienetur. Ober. Quidam autē dicunt, & Gerardus, non valere, ſi fiat inferiori.

e ¶ *Accuſare.* hoc etiā dicitur de patrono ª, & filio patroni, qui prohibentur libertū accuſare in cauſa capitis, vel teſtimonium contra eum reddere, & ſi cōtrà fecerint, ab omni bonorū poſſ. cōtra tab. remouentur. *ff de bo.lib.l.qui tum.* liberti ᵇ quoquoad-uerſus patronos reddentes teſtimonium puniūtur: *vt C. de teſti. l.aduerſus.* is etiam, qui ſub teſtimonio ſuo mentionem accuſatoris adiuuat, vel actoris ſideiuſſor extiterit: à relictis in teſtamento priuatur: & libertas ᶜ data ſeruo, qui teſtamentum teſtimonio ſuo infringere voluit, auffertur: *ff. de iis. qui.vt indi. gnis.l.poſt § atati. & § an libertas.*

f ¶ *Priuabitur.* iſtud intelligitur, quando nulla neceſſitate cogente vaſallus ᵈ teſtimoniū dixit: alioquin excuſabitur: *vt no.ff ſi quis cau.l. ij.§.j. & argum. ff de iis, quib.vt indig.l poſt. §.an libertas.* Item quia officium ᵉ proprium non debet ei eſſe damnoſum.

g ¶ *Si longa ſit.* iſtud ſuprà expoſitum eſt, & intelligendum eſt ſicut ſuprà dictum eſt.

DE LEGE Corradi.

h ¶ *LEx Corradi.*] *Si autem inter duos pares.* Quod in iſto capi dicitur, obſeruatur, quicquid ſuprà ſit expoſitum.

i ¶ *Feudum alienare.* quicquid de alienando feudo obſeruandum ſit, hic ſubtiliter diſtinguitur: ſed qualiter ſit intelligendum, in conſtitutione Friderici determinabitur. ¶ Notan tamen eſt, quòd licitè cum ᶠ vniuerſitate trāſit, quod per ſe tranſire non poteſt: *vt ff.de fun. do.l.1. & ff. de acqui.re. do l.quedam.* Nam licitum ᵍ eſt in ſolidum, quod pro parte non liceret. *no.in lib. diſ.Py.vl. char. rub. licitum eſt in ſolidum, quod pro parte non liceret.* licet contra notetur in ſeqq. duabus rubri.

k ¶ *Totum.* ſcilic. quod in curia habetur. Quare quædam ʰ per ſe non tranſeunt, quæ cum vniuerſitate trāſeunt *ar. ff. de contrahen.empt. & vend. l.in modicis & de act.emp & ven. l ſi mercedem § ſi cum & de acquiren. rerum do. l. quadam & de fun.do.l.j. & no in lib. diſ.Py ix. char. rub. licitè cum vniuerſitate tranſeunt, quæ aliàs tranſire non poſſunt.* licèt ſit contrà in rubrica ibidem ſequenti.

l ¶ *Aut æquali.* ¶ Hic ergo not. quòd licitum ⁱ eſt mihi per alium, quod per meipſum licebat: dum tamen ſit peræquè bonum illud: ſicut & aliud ᵏ vinum eiuſdem generis, & bonitatis rectè ſoluitur: *vt not ff.ſi cer pet l cùm quid.* & hoc not. ſecūdùm conſuetudinē Mediolanen. pro qua argum. poſſunt reperiri in Py. quæſtione, in qua quæritur verùm vaſallus poſſit per alium feudo ſeruire.

a ¶ *Simi*

a ¶ *Similiter ſeruire.* videtur quòd ſecũda perſona feudo debeat ſeruire: ſed non debet: *vt arg. ff. vſuſfruct. quemadmodum caue. l. ſi vſuſfruct. leg. & ſuprà ſi de feud. contro. fuerit. c. beneficium.* ACCVRS.

a Infinitas licitum, aut illicitum non vitiat.

b ¶ *In infinitum.* ¶ No. hic quòd infinitas [a] licitum, vel illicitum nõ vitiat, nec excuſat: *vt ff. de annuis le. l. annua. §. annua.*

b Infinitas vitanda.

c ¶ *Tertiam perſonam.* & hoc propter infinitatem euitandam [b]: *vt ff. de damn. infect. l. qui bona.* ¶ Sed hic quæritur, à quo domino vindicetur, cùm in quartam [c] perſonam peruenerit? vtique à primo: vt opinor. Sed nunquid tertius de euictione tenetur? vtique, ni fallor. ac ſi de re aliena feciſſet inueſtituram: *vt ſuprà de inueſti. rei aliena. §. cũ de re aliena.* cum diſtinctione tamen, quæ eſt ibi, ſciens, an ignorans receperit alienum. & eſt ratio cur primus dominus admittitur ad vindicandum, & non ſecundus: quoniam ea ratione, qua non poteſt dominus primus tertiũ conuenire: ex eadem ſecundus non poterit cõuenire quartum. Sed pone in quintam perſonam tranſitum feciſſe: quis tũc præfertur? Reſpõ. adhuc primus: quia primò ſibi fuit apertũ, nec renũciauit iuri ſuo: *vt ff. de ſer. expor. l. Titius.* Sed opponitur q ſecundus vaſallus, vel primus habet vtile [d] dominium: dominus directum: vnde videtur quòd vaſallus, qui habet vtile, præfertur: ſicut [e] dicitur de actione vtili, & directa: quia directa poſtponitur: *vt ff. de ſuperf. l. j. §. iij.* Huic ſtudioſus reſpondeat. ACCVRS.

c Feudum dari poteſt in infinitũ, niſi forte conſuetudo prohibeat dari vltra tertiã, aut quartã perſonã. Quo caſu feudo vltra tertiã, & quartam perſonam dato, primus dominus reuocat, vt qui habet directũ dominiũ: quẽ etiam conſtat apertè non renunciaſſe iuri ſuo, poſt feudum ſibi apertum.

d Dominium vtile penes vaſallos: directũ penes dominũ.

e Dominium vtile, ſeu vtilẽ act. onẽ habẽs præfertur directũ dominium habenti: quoties qui vtile dominiũ habuit, vtile dominium in alium tranſtulit: vt hic.

d ¶ *Maſculis.* hic ergo appellatione hæredis [f] ſolus maſculus continetur: ſed ſuprà etiam aliter notatur *de feud. alie. § inde poteſt præſumi.* ¶ Itẽ hic notatur, quòd nõ [g] poteſt quis plus iuris in alium transferre, quàm ipſe habeat: *vt ff. de reg. iu. l. nemo.* ¶ Item hic notatur ſecundùm ſententiam poſteriorũ, mortẽ alienationis ſpectandam eſſe: ſicut notatur ſ. *de ſucceſſ. feud. in princ.*

f Hæredis appellatione in feudis maſculus intelligitur.

g Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habeat.

e ¶ *Ab eo auferatur.* iſtud contingit propter inficiationis [h] pœnam: quanquam varia in ſi. libelli diſp. Py. reperiatur, & hoc ſi non negauerit: aliud ſi dixerit ſe neſcire [i] vel ignorare: Feud.

h Negãtis ſciẽter, & per fraudẽ dominium vaſalli pœna.

i Negantis, & ſe neſcire, vel ignorare dicẽtis differentia.

Non poteſt regulariter vaſallus feudum ſine voluntate domini alienare: niſi det alij in feudũ, & perſonæ ſibi æquali. BALD.

2. ¶ Similiter nec vaſallus feudum ſine voluntate domini alienabit: in feudum tamen rectè dabit: ſi ſecunda perſona ſit talis, quæ feudo ſeruire poſſit: vt ſi dans miles eſt: & ille, qui accepit feudum, inueniatur miles, ad hoc vt feudum, ſi contigerit, domino ſimiliter ſeruire [a], vt & prior poſſit: & hoc vt dare liceat in infinitum [b]. In quibuſdam tamen curiis vltra tertiam perſonam [c] feudi conceſſio non extenditur: vt cùm feudum peruenit in quartam perſonam, ei auferre dominus poſſit.

¶ Profectò ille, qui ſuum beneficium alij dat in feudum: nõ debet alia lege dare, niſi qua ipſe habeat: vt ſi habeat ſibi, ſuiſque hæredibus (quod intelligi debet de ſolis maſculis [d]) non debet alij dare vt habeat ipſe, & ſui hæredes maſculi, & fœminæ. Vnde quibuſdam placet, quòd qui taliter dedit, eo ipſo beneficium amittit. Gerardus, & alij dicunt quòd qui dedit, & cui datum eſt, beneficium perdit. Secundùm alios verò tunc domino aperitur, cùm maſculi defecerint.

Si contentio eſt inter dominũ, & vaſallum: aut vaſallus feudũ inficiatur, & dominus cõtra eum probat, & tunc amittit feudum: aut dubitanter reſpondet, & non amittit. BALD.

3. ¶ Si fuerit inter dominum, & vaſallum de beneficio controuerſia, domino dicente; Hoc, quod tenes in feudum, à me habes: ille verò negauerit prorſus: ſi quidem probatum fuerit, ipſum ab eo auferatur [e]. Sed cùm dubitanter reſponſum fuerit, neſcio: minimè, ſecũdùm quoſdam: ſed ſecundùm alios tunc demum priuabitur, ſi fraudulenter, id eſt, ſciens hoc negauerit [f].

DE CLERICO, QVI INueſtituram facit.

TITVLVS XXXV.

Primò tractat de inueſtitura facta à clerico de rebus propriis. Secundò de rebus Eccleſiæ, quas tenet inueſtitor. Tertiò, de reb. Eccleſiæ, quas tenet alius in feudum. Quartò, de inueſtitura facta ab archiepiſcopo, vel epiſcopo, & aliis clericis de rebus Eccleſiæ, quæ à nemine detinentur. BALD.

CLerico inueſtituram faciente de ſuis bonis [g], eius ſucceſſor omnifariã [h] cogitur eam adimplere: cúmque de bonis eccleſiæ eam fecerit, ſi poſſeſſio rei pro beneficio inueſtituræ penes eum fuerit: ipſe, & eius ſucceſſor ipſam adimpleãt. quod etiam in laicis contigit. Vbi verò de alterius feudo fecerit inueſtituram: ſi quidẽ purè non valeat: ſed ſi ſub tempore, vel conditione, quo feudum ſibi aperiatur, valebit inueſtitura etiam ſine voluntate vaſalli facta. Si tamen antè deceſſerit inueſtitor, quàm feudum ad eũ reuertatur, ſucceſſor non cogitur eam habere ratam: aut cùm ſe viuente feudum apertũ fuerit, poſſeſſionem tradat, & inueſtituram adimpleat. Et ideo ſciẽdum eſt, archiepiſcopũ Mediolanenſem non poſſe dare in feudum, quod tẽpore introitus ſui in dominico inuenerit: ſed ſi ei poſtea feudũ aperiatur, ipſum rectè dabit. Profectò alij epiſcopi, & clerici ea, quæ in dominico habent, & feuda his aperta olim dederant, & hodie dant.

AN MVTVS, VEL ALIAS imperfectus feudum retineat.

TITVLVS XXXVI.

Succedit militi patri mutus, aut aliter imperfectus, in feudo. BALD.

MVtus, & ſurdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus, etiam ſi ſic natus fuerit, totũ feudum paternum [i] retinebit. Obertus & Gerardus, & multi alij. Quidam tamen dicũt eum, qui talis natus eſt, feudum retinere nõ poſſe [k]: quia ipſum ſeruire non valet [l]. Sic dicimus in clerico, & in fœmina, & in ſimilibus [m].

AN ILLE, QVI INTERfecit fratrem domini ſui, feudum amittat.

TITVLVS XXXVII.

Vaſallus ſi fratrẽ domini ſui interfecit, non amittit feudum: ſed ſi fratrem ſuũ occiderit proditionaliter, vel aliam feloniam cõmiſit, vt ſine verecũdia in curia eſſe nõ poſſit, feudum amittit: & tranſit ad agnatos: ſin autẽ peccauit in dominũ, reuertitur ad dominum. BAL.

SI quis interfecerit fratrem domini ſui, non ideo beneficium amittit: ſed ſi fratrem ſuum interfecerit ad hoc, vt totam hæreditatem habeat, vel aliam feloniam commiſerit, verbi gratia, hominem tradendo, vt in curia ampliùs ſtare non poſſit [n]:

quod intelligendum eſt ſecundùm ſententiam inferiorum: ſcilicet vbi ſciebat, & ex [a] certa ſcientia dixit ſe ignorare: quod priuetur nunc: *arg. C. de ingr. ma. l. pe.*

a Ignorantia ſimulata punitur.

f ¶ *Sciens hoc negauerit.* iſtud videtur verum: quando propter ignorantiam [b] doli præſumptio repellitur: *ff. de lib. ho. exhiben. l. iij. §. ai. qui.* & *ff. de regu. iur. l. non poteſt.*

b Propter ignorantiam doli præſũptio repellitur, ſeu ignorans non eſt in dolo.

DE CLERICO, qui inueſtituram facit.

g CLerico.] *De ſuis bonis.* Cùm clericus [c] dat in feudũ de ſuis rebus, ſimilis eſt laico. ſed cùm de rebus Eccleſiæ, non ſicut hic dicitur. ¶ Quod autem hic dicitur de feudo, quòd aperiatur, & non de alio, malè hodie obſeruatur. Vnde aliud ca. quidam habent, in quo contrarium dicitur, & legitur, & incipit, *archiepiſcopo, &c.*

c Clericus infeudans ſua, & quemadmodũ laico infeudãti ſimilis.

h ¶ *Omnifariam.* nam quod [d] à defuncto inchoatum eſt, per hæredem explicari debet: *ff. de fideiuſſo. & nominato. & hæredibus tu. & cu. l. j.*

d Hæres explicare, ſeu perficere tenetur inchoata à defuncto.

AN MVTVS, vel aliàs imper. &c.

i MVtus.] *Feudum paternum.* Nouum verò feudum non: veruntamen ſi feudum fuerit ita magnũ, quòd eo ſibi ablato, ſe exhibere non valeat: tũc debet ei tantum de feudo relinqui, vnde ſe ſuſtinere poſſit: *vt ĩ. epiſ. vel ab. feu. da. non poſ. §. mutus* ACCVRS.

k ¶ *Nõ poſſe.* & hoc fortè ſecundùm iſtos poteſt eodẽ modo intelligi, vt de nouo feudo proximè diximus.

l ¶ *Non valet.* Sed nunquid hic ſi velit per ſubſtitutum ſeruire, poſſeſſionem retinebit tunc?

m ¶ *In ſimilibus.* vt ĩ. *de eo, qui arma bellica depoſuit c. j. & tit. ſi de feud. controuerſia fuerit. c. qui clericus. & titu. ſi de feu. fœmi. c. j. § ex hoc.* & ita videtur hic aſſignari ratio, quare [e] fœmina nõ poteſt retinere feudum: ſcilicet quia ei ſeruire non poteſt: ſicut & aliàs dicitur, quòd filia [f] non recipit compoſitionẽ patris ſui occiſi: quia faidam leuare non poteſt: *vt in Lomb. de ho. li. ho. §. ſi quis lõgo.*

e Fœmina quare feudum retinere non poteſt.

f Summa eſt Gl. & multæ ... legibus ...

AN ILLE, QVI interfecit, &c.

n SI quis.] *Non poſſit.* ac ſi apertè dicat, ſi

a Poſſe nõ dicimus ea, quæ nõ poſſumus, niſi verecũdè, & cum dedecore.

cat, ſi talem cõmiſerit feloniam, quòd in curia morari non poteſt, debeat feudo priuari: morari dico ſine verecundia. Nam[a] qui ſine verecundia nõ poteſt conſiſtere, nõ intelligitur exiſtere poſſe: ſicut nec poteſt exigi, quod ſine verecundia non poteſt poſtulari: *vt ff. de vſu. l. ių. in ſi.* Vnde denegatur doli exceptio cõtra patrem: quia pudorem apud bonos, & graues ſugillat: *vt ff. de dol. except. l. apud Celſum. §. aduerſus. & ff. de obſe. à li. pa. præſtan. l. licet.* vnde etiam ſi aliquis ſine dedecore ſuo in publico non poteſt apparere: nõ poſſe intelligo, niſi propter ſuum delictum reſtituatur: *ff. ex quib. cau. ma. l. in eadẽ.* Sed & ſi arbiter in aliquo loco inhoneſto litigatorem adeſſe iuſſerit, parêre nõ tenetur: *vt ff. de arbi. l. ſi cùm dies. §. pen.* Sed propter hoc verbum dicitur quòd portę dignitatum infamibus[b] clauduntur: *vt C. de digni. l. neque famoſis.* 2. Vel intelligas, vt in curia ampliùs, &c. ad hoc vt in curia propria ampliùs eſſe non poſſit, à feudo priuatur. Sed prima verior eſt: in hac ſignificatione ponitur, vt quando dicitur, agit vt damnum conſequatur: *vt ff. de aqua plu. arcen. l. ſi Titius. §. j.*

b Infamibus portæ dignitatum clauduntur.

priuabitur beneficio: quia tamen erga dominum non fuerit facta, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, ſi paternum fuerit: eodem prorſus obſeruãdo, quantùm ad ordinem gradus, qui continetur in legibus. Cùm autem ad dominum reſpicit felonia, feudum tunc domino aperitur.

1. § Non cogitur[a] vaſallus omnino ſecundùm vſum Mediolanenſem dominum adire, & ſeruitium ei offerre[b]: ſed cùm nunciatum ei fuerit, tunc domino, ſi poteſt, ſeruiat.

DE VASALLO, QVI CONtra conſtitutionem Lotharij regis beneficium alienauit.

TITVLVS XXXVIII.

Vaſallus in quantum beneficium alienauit inſcio, aut nolente domino, in hoc grauatur: quia alienatum ad dominum redit. BALD.

SI vaſallus cõtra conſtitutionem Lotharij regis beneficiũ alienauerit: ſi totum, per-

a § *Nõ cogitur.* hîc poſſunt notari multa ſimilia: nam ſi vendidi tibi meam rem ea conditione, vt intra xxx. dies promitterem tibi de duplo, poſtea nequiui præſtare intra xxx. dies, &[c] hoc nõ deſideraſti: tibi non teneor *ff. de act. em. l. emptorem. §. denique.* Itẽ ſi denuncio tibi nouum opus, nõ iurabo de calumnia: niſi iuſiurandum exigas: *vt ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. qui nũciat.* ſanè arg. ſunt in contrarium, *C. de contrahen. & com. ſtip. l. magnam. & de iure emphyt. l. ij.*

c Præſtare quædam nõ cogimur, niſi petita ſint.

b § *Offerre* niſi ſciat magnum periculum imminere: *vt s. hic finitur lex. § ad hoc. & s. ſi de feud. contro. fue. l. licèt vaſallus.*

DE VASALLO, QVI CONTRA, &c.

d Puniri non debet quis vltra quàm deliquit.

e Pœna commenſurãda eſt delicto.

f Vide quæ ſcripſi in Gl. Nouell. 115. c. 3. in ſi.

c SI *vaſallus.*] *Partem.* hîc manifeſtè colligitur quòd nõ[d] eſt vltrà puniẽdus quis, quàm deliquerit: & meritò: quia nõ debet vltra progredi pœna[e], quàm reperiatur delictum: *C. de pœ. l. ſancimus. & ff. ad Treb. l. Paulus reſp. & ff. de hu. qui vt in di. l. hæres.* Nã & cùm inofficiosè[f] teſtator teſtatur: ſi in ſola inſtitutione delinquere conuincitur, in ſola punitur: quia ipſa infringitur: cætera verò manẽt: *vt in Auth. vt cùm de ap. cog. col. sex. viij.* Arg. contrà, *ff. de incẽd. rui. nau. l. ij. §. ſi. & in ſumma quoq; vij. l. diſtin.* Quod autẽ dicitur, *ad dominum reuertatur*, qualiter hoc ſit intelligendum, in conſtit. Frid. determinabitur. ¶ Item quod dicit, *eius ſolius*, &c. per hoc ſumitur quòd hæc non eſt talis[g] felonia, quòd in curia apparere non poſſit: nã ſi eſſet talis, tunc à toto priuaretur: *vt s. prox. c. ſi quis interfecerit.*

g Felonia quæ efficiat vt vaſallus feudo priuetur.

d § *Refutare* hoc non eſt omittendũ: quia ſæpiſſime quæritur. nunquid idem eſt in libellario[h], & in conductore: ad quod reſpon. non eſſe idẽ. Sed quæritur, quæ ſit ratio diuerſitatis? Reſp. hoc in theſauris determinabimus.

h Libellus, ſeu feudi ad libellũ datio facta agnatis, pro libello nõ habetur: ſed pro refutatione.

e ¶ *Non tenetur. ar. C. de na. li. l. ſi quis ſen. in ſi. j. reſp.*

f ¶ *Non debet.* Hoc dictũ eſt in[i] memoriam fidelitatis, & iuriſiurandi ſiue prioris amicitiæ: ſicut de decurione[k] dicitur: nam ipſo damnato, non tamẽ quæſtioni ſubijcitur. 2. Item etſi deſierit eſſe decurio, & poſtea damnatus non eſt tamen torquẽdus: ſcilicet propter memoriam prioris dignitatis: *vt ff. de decur. l. ſi. §.* Et ſimile eſt etiã, quod dicitur de ſeruo, qui in metallũ damnatus, & pòſt reſtitutus eſt: quia licèt domino non reddatur, tamen ei iniurioſus eſſe nõ debet: *vt C. de ſen. paſ. l. fruſtra. Py.* Videntur enim durare reliquiæ prioris fidelitatis, & amicitiæ: arg. *ff. communi. di. l. in hoc iudicio §. pe.* Nec videtur omnino falſum, quòd iuuatur primordio veritatis: *ff. de le. ij. l. cùm filius §. hæres.* Sed quid ſi eum offendat? Reſp. punietur ſecundùm qualitatem delicti, inſpecta etiam perſona domini: & eius etiam inſpecta priori amicitia; & cuius culpa hoc accidit.

i In memoriã prioris fidelitatis, iuriſiurãdi, amicitiæ, honoris poteſtatis multa ſpecialiter cõſtituuntur.

k Decurio in metallũ dãnatus ſit, non tamen quæſtioni ſubijcitur.

g DE ALIENATIONE PATERNI FEVDI.

Alienationis[a] verbo intelligo de omnibus alienationibus, ſiue fuerit pignori obligatum, ſiue venditum, ſiue vſusfru. in eo conſtitutus fuerit, ſiue ſeruitus impoſita. Cod. de re. alie. non alienan. l. vlt. & in conſtitutione Frid. Imperialem, &c. (*Et benè dicis de ſeruitute quòd nõ poterit vaſallus eam imponere[b] feudo, ſeruitutẽ autem benè poterit acquirere[c]: quoniam meliorem conditionem feudi facere poteſt: deteriorem verò non ſine domini voluntate, vel eius agnatorum, per quos peruenire ad ſucceſſionem poteſt:* vt ſuprà de inueſtit. rei alien. §. rei autem.) *Sed nunquid intelliges hoc, quòd alienationis verbo intelligatur & feudi datio[d], vt hodie non poſſit feudum dari ſine permiſſu domini: per hoc, quod hic dicitur, & in conſtitutione Friderici Imperialem, &c. 1 Reſpond. 1. Videtur quòd ſic debeat intelligi: quoniam[e] verbo* alienationis *omnis actus continetur, per quem dominium trãsfertur:* C. de fun. dota. l. j. *at[f] in vaſallum trãsfertur ſaltem vtile dominium à domino, quando inueſtitur. ſic ergo habet vtile dominium dando in feudũ. ſimiliter illud transfert ſaltem vtile. & ſi transfert, ergo alien. ſic ergo cui prohibita eſt alienatio, prohibita eſt feudi datio. quòd autem transferatur[g] in vaſallum vtile dominiũ, probatur: quia datur ei vtilis[h] actio pro feudo ipſo:* vt infrà de cõtrouer. inter vaſallum, & alium. cap. ſi controuerſia inter vaſal. *Immò tanquam dominus poteſt illud quaſi vendicare[i] à quolibet poſſidente.* s. ſi de inueſt. rei alie. §. rei autẽ: *Sicut aliàs dicitur de ſuperficiario[k], ſcilicet quòd habet vtile dominiũ, eò quòd datur ei vtilis actio:* vt ff. de rei vin. l. ſuperficiario, & de pi. act. l. tutor. §. ſi. *Idem etiam dicitur de emphyteuticario[l], & de eo, qui non ad modicũ tẽpus fundum conduxit, & tẽpus non eſt finitum: quibus ſimiliter vtilis datur:* vt ff. ſi ager vecti. vel emphy. pe. l. j. §. fin. & l. vlt. *eã ratione: nã (vt dictũ eſt) verbo* alienationis *cõtinetur vſusfructus[m] datio:* vt dictũ eſt per l. vltimam, C. de re. alie. non alienan. *At cùm res in feudum datur, proprietas quidem retinetur penes dantẽ: vſusfructus[n] autẽ ita in accipientẽ transferatur, vt ipſe, & ſui hæredes (quod plus eſt) in perpetuũ habeãt:* vt s. in quib. cau. feu. amit. circa prin. *ergo per cõſequentiã alienat ita, quòd ſine conſenſu domini ſui hoc facere nõ debeat. Nã & aliàs dicitur quòd vſusfructus[o] in multis caſib. eſt domini pars:* & ff. de vſufru. l. iiij. *Vnde etiã iure conſuetudinario videtur hoc cõfirmari: ſcilicet quòd hodie nõ poſſit in feudũ dari ſine cõſenſu domini ex quo dicitur, quòd res[p] cuius alienatio prohibetur, non poteſt infeudari:* vt s. per quos fiat inueſt. & per quos recti. §. res. *ſed interdicta eſt alienatio feudi per conſtitutionem Frid. Imperialem, & per hoc, quod hîc dicitur, ergo infeudatio eſt interdicta. 2 Econtrà videtur quòd hodie poſſit in feudũ dari ſicut olim poterat. cùm[q] nõ prohibeatur expreſſim. quod enim non mutatur, quare ſtare prohibetur?* vt C. de teſt. l. ſancimus. & C. de ap. l. præcipimus. *Nã quicquid noua lege non videtur expreſſum ſpecialiter: id videtur derelictum regulis veterum legum & conſtitu.* vt Co. de appella. l. præcipimus. in fin. *ſicut ergo olim poterat. ſic hodie poteſt. dum tamẽ fiat ſine fraude:* vt ſupra qua po. olim feud. aliena. circa princ. *Immò per legem Corradi videtur permiſſum:* vt s. de le. Corra. § ſimiliter nec vaſal. *vnde videtur dicendũ, quòd hîc, & in prædi. conſti. Lothar. loquatur tantùm de fraudulẽta alienatione, & non de datione in feudũ: niſi[r] fiat in fraudem. Putà fortè pretium verũ rei accipiendo ſub colore inueſtituræ: quod per dictã conſtitutionẽ prohibetur.* §. callidis inſuper, &c. *Et ita nõ obſtat, quod dicitur, res, cuius alienatio prohibetur, &c. quoniã ibi loquitur de prohibitione rei ſpecialis: putà quãdo prohibita eſt à teſtatore, ſecundũ quod ibi videtur dici. vnde nec fortè tutũ eſt dicere, quòd vtile dominiũ in vaſallum transferatur, nec etiã aliquod: nã licèt dicatur quòd vtilem[s] habeat actionem per hoc tamen non dicitur quòd habeat dominiũ aliquod. licèt enim per beneficium res ſibi in feudum datã ad eiura*

dat totum, ſi partem[e], partem perdat, & ad dominum reuertatur. Et ideo ſi contra vnũ dominorum, quorum communis vaſallus erat, fecerit feloniam, cum fortè cucurbitando: eius ſolius parte priuabitur: & ſi voluerit vnius ſolius partem refutare[d], aliis ſibi reſeruatis, hoc facere poterit: quia vaſallus etiam ſine domini voluntate rectè feudum refutare poteſt: pòſt refutationem tamẽ ad ſeruiendum non tenetur[e]: ſed eum quidem tunc offendere non debet[f].

DE ALIENATIONE PAterni feudi g.

TITVLVS XXXIX.

Vaſallus feudum paternũ etiam domini voluntate alienare nõ poteſt nõ conſentientibus agnatis: nec etiã poteſt vaſallus filiam ſuã inueſtire facere à domino, agnatis nõ conſentiẽtibus, nec ratam habentibus: ſed agnatis licet alienare, & ad libellũ dare: nec dicitur libellus: ſed quaſi refutatio erit. BALD.

a Alienationis verbo, quid hîc intelligatur.

b Seruitutem feudo vaſallus imponere non poteſt.

c Seruitutem feudo acquirere vaſallus poteſt: & [illegible]

d Alienationis verbo [illegible] hic intelligatur in inueſtiendo.

e Alienationis verbo [illegible] actus, per quem transfertur dominium, [illegible]

f Dominium vtile ſemper in vaſallum transfertur à domino.

g Vtile dominium [illegible] datum vtilis actio.

h Vtilis actio datur vaſallo, ſuperficiario, emphyteutæ, & [illegible] conducenti.

i Vendicatio feudi datur vaſallo aduerſus poſſeſſorem.

k Superficiarius vtile dominium habet, & [illegible] actione [illegible]

l Emphyteuticarius [illegible] conducit [illegible]

m Alienationis verbo [illegible] vſusfructus datio.

n Feudi datio [illegible]

o Vſusfructus in [illegible]

p Alienatio [illegible] prohibita infeudari non poteſt.

q Permiſſa [illegible] intelligitur [illegible] prohibita.

r Alienatio feudi fraudulenta, [illegible]

s Vtilem [illegible] actionem habentes [illegible] dominum vtile habere [illegible]tur.

cum ſpectet: proprietas tamen penes aliũ manet, ſuprà de inueſti. rei alie. §. rei autem. *aliàs autem & vtilis datur rei vindicatio ei, qui non eſt dominus directò, nec vtiliter: ſicuti ei, qui datur publi.* vt Inſtitu. de actio §. ecce plerumque *& per totum titu. de publi. ergo ſi non habet dominiũ, non videtur dando in feud. alienare.* j. *Quid ergo dicemus? Reſp. ſine praeiudicio melioris ſententiae puto quòd hodie* [a] *rectè poſſit in feudũ dari, dum tamẽ ſyncere, & ſine fraude fiat: ſecundùm quod ſuprà dicitur* qua. olim po. feud. alien. circa princ. *quod etiam poteſt perpendi ex praedi.* §. callidis. *& ex alio* §. eiuſdem conſtitut. aliud quoque praecipi. vt ſi vaſal. de feud. ſuo alium vaſal. habuerit, &c. *quaſi videatur permittere quòd poſſit infeudare, dum tamen ſine fraude fiat,* vt dixi: *putà* [b] *quia ſecundus vaſallus eodem modo poſſit feudo ſeruire: ſicut prior. Item quia non dat in feudum alia lege, niſi qua ipſe habet. nam cõtra hoc non poteſt facere:* vt ſuprà de le. Corrad. §. ex ea lege. *Item quia non vendidit feudum accipiendo pretium ſub colore inueſtitu. quod prohibetur per praedictum* §. *& hoc videtur hodie per totum obtinere: & ita praedicta lex eſt interpretanda ſemper: ergo non eſt haec interpretatio immutanda. minimè* [c] *enim mutanda ſunt, quae interpretationem certam habent:* vt ff. de legib. l. minimè. *eſt enim optima legum interpres conſuetudo:* vt praedicto titu. l. ſi de interpretatione. *rectè enim poteſt dici non alienare, cùm nihilominus remaneat domini vaſallus.*

a Infeudandi ſyncerè, & ſine fraude facultas, vaſallo hodie permiſſa.

b Infeudatio ſyncerè, & ſine fraude quemadmodũ fiat.

† *Qualiter iſte* [illegible]

c Mutari non debent, quae interpretationem certam habent.

Alienatio feudi paterni [a] non valet etiam domini voluntate, niſi agnatis conſentientibus[b], ad quos beneficium quandoque ſit reuerſurum: nec in filiam [c] vaſallus feudum poterit confirmare agnatis non conſentientibus, vel poſtea ratum non habentibus [d]: & licèt prohibeatur beneficij alienatio inter agnatos: tamen ſi paternum fuit, concederetur [e]: & ſi libellum vnus alteri fecerit de feudo paterno, non eſt libellus, ſed quaſi refutatio.

¶ Si inter † dominum, & vaſallum de beneficio fuerit controuerſia, coram paribus finiatur. Vbi autem dicit, vaſallus priùs de ſuo recto feudo debere ſe à domino inueſtiri: ſi quidem ſine controuerſia de alio ſit vaſallus, indubitanter primò inueſtiendus eſt: & poſtea cognoſcendum eſt, quod ſit ſuum rectum feudum, aut quod non. Sed ſi nihil aliud ab eo tenet pro beneficio, niſi de quo controuerſia eſt: tunc tota cauſa priùs ventilanda eſt: & ſic videndum vtrùm poſtea inueſtiendus ſit.

De felonia, aut de infidelitate ſecundùm conſuetudinem Mediolanen. non fit pugna: ſed ſecundùm legem Lombar. BART.

¶ Non eſt conſuetudo Mediolani, vt dè felonia, aut de infidelitate pugna fiat: licèt cõtrarium ſit, quod praecipit lex Longobardorum [f], vt de infidelitate pugna fiat.

¶ Si à morte vaſallus dominum liberare potuerit [g], & non fecerit, beneficio carebit: ſed licèt potuerit facere, ne dominus in peccatum praecipitaretur, veluti periurium [h], non tamen feudo priuandus erit.

DE CAPITVLIS Corradi.

TITVLVS XL.

Si vaſallus, vel eius haeres intra annũ, & diem veterem non petierit inueſtiturã à domino, vel haerede eius, feudũ amittit: ſed Mediolani non ſeruatur. BAL.

HÆc ſunt capitula, quae rex Corradus fecit in Romandiola de beneficiis. Conſtituit enim, vt ſi poſt mortem domini vaſallus, vel poſt mortem vaſalli haeredes eius per annum, & diem ſteterint, quòd dominum vel haeredem eius non adierint fidelitatem pollicendo, & inueſtituram petendo: ſi tale ſit [i] beneficium vt fidelitas ſit praeſtanda, ipſum perdat: ſicut & antiquitùs conſuetudo fuit: ſed non Mediolani.

¶ Praeterea vt liceat dñis omnes alienationes feudi factas [k],

a Alienatio feudi paterni. quod autem eſt feudum [d] paternum dicitur *infrà de natu. ſucceſ. feud. c. j in fi. & ĩ. de gra. ſuc. in feu. c. j.*

b ¶ *Conſentientibus.* tũc enim benè valeret, nec ab ipſis poſſet poſtea reuocari [e]: *vt ſuprà quibus mod. feud. amitt. §. praeterea.*

c ¶ *Nec in filiam.* verumtamen ſi confirmauerit in filiam, filia eum retinebit, donec pater vixerit: ſicut dominus, ſi ſibi refutatum fuerit: licèt agnati non conſenſerint: *vt ſuprà de ſucceſſ. feu. circa princ.*

d ¶ *Non habẽtibus.* nimirum ratihabitio [f] retrotrahitur, & mandato comparatur: *vt ff de ſolu. l. non licet. & C ad Maced. l ſi.* licèt ſit argu. contrà. *ff. de de offi. procon. l. obſeruare in fi.*

e ¶ *Concederetur.* & meritò: quia tunc [g] non dicitur alienatio: ſed quaſi [h] refutatio: vt in fi. dicitur. & quaecũque not. *ſuprà per quos fiat inue. & per quos re. § ſed & res.* hic potes repetere.

f ¶ *Longobardorum vt in Lombar. quae quis ſe defen. de l. quibuſcũque. aliàs. de quibuſcunque.* ¶ Et ita potes hic notare, quod de infidelitate poteſt fieri pugna [i], ſecundùm quòd dicit Lex Lomb. putà quando dicit dominus vaſallum feloniam commiſiſſe, ſiue infidelem ei extitiſſe, & ita quòd feudum amittere debeat. ¶ Sed ſi hoc non poterit probare per teſtes nũquid dominus tunc debeat per [k] ſe pugnam facere cum vaſallo, ſi [l] iuuenilis, vel decrepita aetas, vel infirmitas eum pugnare nõ prohibeat? Reſp. fortè non. immò pro ſe dabit campionem, ſi voluerit, qui pugnabit cum vaſallo: ſicut aliàs dicitur de domino, qui dare poteſt campionem contra ſeruum ſuum, qui propter appetitũ libertatis, ſe libertum appellauit: *vt in Lombar. quae quis ſe defen. de l. ſi ſeruus.* ¶ Sed dicas, quòd per ſe pugnabit, niſi prohibeatur per aetatem, vel infirmitatẽ: cùm ſemper principales perſonae per ſe debeant pugnam facere, exceptis quibuſdam caſibus: *vt in Lombar. praedi. tit. l. fin.* ¶ Fit autem haec militaribus [m] armis. & ita intelligitur quod *praedi. l. quibuſcunque.* dicit in Lomb. non cum fuſtibus ſecundùm quod aliàs fieri debet: *vt in Lomb. de teſt. l ſi aliquis cum altero. & tit. quae quis ſe defen. de l. de mendacio.* ¶ Eodem modo [a] puto vaſallum poſſe pugnam imponere cõtra dominum de infidelitate, cum eodem modo poſſit dominus committere feloniam contra vaſallum, & eſſe infidelis ei, propter quam cadat à proprietate feudi: *vt ſuprà ſi de feud. contro. fu. domino committente feloniam. & infrà qua. do. à proprie. ca. ex facto.* nimirum dominus tenetur reddere vicè fideli ſuo de iis, quae fidelis tenetur praeſtare domino: *vt ſuprà de for fide in fi.* Pro primo dicto, ſcilicet quòd dominus non teneatur pugnam per ſe facere: *eſt argu. ſuprà de pace tenen. § ſi miles aduerſus.* ¶ Et ita poteſt hic notare caſum [b], in quo pugna fieri poteſt. ¶ Sũt & alij duo caſus *ſuprà de pace tenenda. § i. & y.* alij poſſunt hic notari, qui in ſum. Goffred. notant.

g ¶ *Potuerit.* puta [c] nũciãdo domino, quod ab aliquo volebat occidi, & non nunciauit, cùm potuit: quòd facere debuit ſtatim, cùm ſciuit: *vt ſuprà in quibus cauſis feu. amit. § praeterea.* maximè cùm non potuerit prohibere per ſe, ne occideretur: vel cum erat fortè ſecum, non liberauit eũ à morte quando occidebatur, cùm poterat eum liberare benè eum adiuuando fortè: & intelligas quod hîc dicitur, *liberare potuerit:* ſcilicet cũmodè, & non poſtponendo mortem ſuã morti domini. nec enim intelligitur fieri [d] poſſe, quòd commodè fieri non poteſt: *vt ff de verb. ſigni. l. Nepos proculo. & argu. ff de iu. dot. l. aunt in fi.* licet aliàs dicitur de ſeruo, quod debet [e] ſalutem domini praeferre propriae ſaluti: *vt ff. ad Sila. Senatuſcon. l. j. §. hoc autem.* quoniam aliud [f] eſt in ſeruo, in quo dominus habet maius ius, quàm in vaſallo. ACCVRS.

h ¶ *Periurium.* putà quòd dominus fortè non poterat ſoluere debitum, quod iurauerat ſoluere: & vaſallus poterat eum liberare ſoluẽdo pecuniam ſuam pro domino, quod quidem non [g] tenetur facere: nec ob hoc amittit feudum: *vt ĩ. ſi de feu. contro. feu c. licèt vaſallus.* Nec enim ſufficit ad beneficium amittendum omnis occaſio, per quam fidelis accepti beneficij videatur ingratus [h]: *vt ĩ. in quib. cau. feu. amit. circa princ.* ſicut etiam non amittitur beneficium ex ea cauſa, ex qua opinio vaſalli grauatur: *vt ĩ. praedict. tit. §. illud enim certum.*

a Duellum indicere domino an vaſallus poſſit, & an dominus per ſe praeſ ſe cogatur pugnare: an vero per ſubſtitutum id poſſit facere: & quid ſi à ruſtico vaſallo prouocetur. *adde Gl. in. 27. §. i. verſ. ſimilit. ſupra eo.*

b Duellum, ſeu pugna quibus caſibus fieri poſſit.

c Liberare poſſe à morte dominum vaſallos quando dicatur.

d Fieri non poſſe dicitur, quod commodè non fit.

e Seruus ſalutem domini propriae ſaluti praeferre cogitur: at non vaſallus.

f Vaſalli, & ſerui differentia.

g Æs domini alienũ diſſoluere vaſallus non cogitur.

h Ingratitudo nõ quaeuis ſufficiens eſt ad feudum amittendum.

d Feudi [illegible] pat [illegible]

e Reuocare nõ poſſumus [illegible] conſentientibus alienatum.

f Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.

g Alienationis & quaſi refutationis differentia.

h Quaſi refutatio.

i Duellum, ſeu pugna ab infidelitatis accuſatione fieri poteſt.

k [illegible] ſeu pugna per ſubſtitutum an, & quando fieri poſſit.

l A duello, ſeu pugna quae excuſent. *Sumde [illegible]*

m Duellum quibus armis fiat.

DE CAPITVLIS CORRADI.

HÆc ſunt]*Steterint.* per [i] annũ, & diem, niſi fuerit miles, qui poteſt ſtare per annũ & mẽſem: *ĩ. quo tẽp. miles inue. pe. de. c. j.* vt ſit ſpeciale in milite, cùm multa [k] de eo ſint ſpecialia. Nã & aliàs habes ꝙ cõtra eũ nõ poteſt imponi pugna, niſi à milite: *vt j. de pace te. § ſi miles aduerſus.* 2. Vel dicas ꝙ idẽ hodie in milite, quod in aliis per cõſtitutionẽ Frid. *Imperialẽ.* & hoc idẽ dicitur *ĩ. in qui. ca. feu. amit. c. j.* vnde quae ibi notata ſunt circa hunc articulũ. & ſuprà *quo temp. miles inue. pe. de.* & hic notare poteris.

i ¶ *Si tale ſit.* quod eſſe ſemper intelligi [l] debet: ſc. vt debeat de eo fidelitas fieri: niſi eo pacto [m] ſit acquiſitũ feudum, vt de eo Sacramentum fidelitatis fieri non debeat *vt ſuprà in quib. cau. feu. amit. §. eſt & alia ingratitu. in fi.* Nec enim debet inueſtitura fieri ei, qui fidelitatem facere recuſat, cùm [n] à fidelitate feudum dicatur: *vt ſuprà per quos fiat inueſti & per quos re. c. nulla.*

k ¶ *Feudi factas.* ſine conſenſu dominorum: *vt infrà de probib. feu. alie. per Lotha. l. j. & in conſtit. Frid. Imperialem.*

i Inueſtitura à pagano, & milite vaſallis intra quod tempus petenda.

k Priuilegia militũ varia.

l Feudi datio tacitam cõditionem habet fidelitatis à vaſallo praeſtandae.

m Pacto ſacramentum fidelitatis praeſtãdae remitti poteſt, at non ipſa fidelitas.

n Feudum à fidelitate dicitur.

a ¶ *Præſcriptione.* ¶ Sed a de qua præſcriptione intelliges, an de præſcriptione xxx. an. vel xl Reſ. intelligas de præſcriptione, quę datur tit. habẽtibus: ſcilicet x. an. inter præſẽtes, vel xx. inter abſentes: ſecundùm quod de hac dicitur, *C. de præſcrip. long. temp. x. vel xx. an.* quæ meritò hic dicimus non obſtare: cùm alienatio ipſo iure nulla fuit. quod enim ab initio nõ tenet, tractu tẽporis non poteſt conualeſcere: *vt in cõſtitutione Frider. Imperialem.* nam intelligo de præſcriptione xxx. vel xl. ann. per quam omnis actio tollitur. *C. de præſcrip. xxx. an. l. ſicut.* contra deſides enim, & ſui iuris contemptores introductæ ſunt huiuſmodi pręſcriptiones odioſę: cùm differentia debeat eſſe inter deſides, & vigilantes: *vt C. de anna. excep. l. vt perfectius. & l. fina.* Vigilantibus enim iura ſubueniunt: *vt ff. de iis, quæ in fraud. cred. l. pupillus in fi.* nec enim credendum eſt, Romanum principem, qui iura tuetur, huiuſmodi verbo totam obſeruationem de præſcrip. long. temp. multis vigiliis excogitatam, atque inuentam velle euertri: *vt argu. C. de inoff. teſtam. l. ſi quando j. reſpon.* Etiam dicas quòd loquitur de omni præſcriptione, cùm indiſtinctè loquatur: prior tamen intellectus videtur verior, vt puto.

a Excluſa præſcriptione per legem, vel ſtatutũ, in dubio (niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat) intelligitur x. vel xx. annorum præſcriptio excluſa in realibus, in perſonalibus verò xxx. ex quo minor non curerit, ſed ſi priuilegium, vel ſtatutum poteſt operari in præſcriptione longa, de illa ſola intelligetur loqui nõ de longiſſima, multò minus de centenaria. vt minus corrigatur ius commune. Eamque communem eſſe opinionem refert Balbus *tract. de præſcr. 5. par. 5. q. 9. ex Gio. Nou. vt de patere 55 in ver. præſcriptione: & in l. 2. in vel dominica, vel tẽplorum niſi fortè vt in capitu vil. legu vlt in verb.* ceſſante. *Cod. de fund. limitrophi l. 2. in ver. ancillam. C. de ingen. manumiſſ. l vlt. in fi. l. de præſcr. long. temp.*

nulla obſtante præſcriptione a α reuocare b. Similiter in petendis hoſtenditiis (hoſtenditiæ dicuntur adiutorium, quod faciunt dominis Romani cum rege in hoſtem pergentibus) vaſalli, qui cum eis non vadunt, verbi gratia in Lombardia β de modio xij. denarios, in Theutonica terra tertiam partem fructuum c facta computatione fructuum ſolummodo eius anni, quo hoſtem faciunt.

Ob prælati delictum Eccleſia ad tempus feudo priuatur. BRAT.

1. ¶ Item ſi clericus, veluti epiſcopus, abbas, beneficium habens à rege datum non ſolùmodo perſonæ, ſed Eccleſiæ, ipſum propter ſuã culpam perdat: eo viuẽte, & Eccleſiaſticum beneficiũ, vel honorem habente, ad regem pertineat d; poſt mortem verò eius ad ſucceſſorem eius reuertatur.

α ¶ *Nulla obſtante præſcriptione.* Ergo nec præſcriptione xxx. ann. quę tamẽ in aliis feudorum cauſis valet: *vt ſuprà 6. & lib. 1. tit. 9. §. pen.* Sed putem etiã domino reuocanti alienationem, obſtare præſcriptionem xxx annorum, & Conſtitutionẽ Friderici eſſe tantùm accipiendam de præſcriptione longi tẽporis, vt rectè Guntherus ſic eam expreſſerit,

Nulláque vel lõgi præſcriptio temporis obſtat.

Quominus ad dominũ redeant tranſlata priorẽ.

Cõſtantinus Porphyrogenneta exigit præſcriptionẽ xl. an. CVIAC.

DE CONTROVERSIA inter maſculum, & fœminam de beneficio.

TITVLVS XLI.

Regula eſt reo dari iuſiurandum, vt dixi ſuprà 2. & 3. ſi lis ſit inter dominum, & emptorem, inter dominum, & agnatum, vel agnatam. Sed ſi lis ſit inter agnatum, & agnatam, agnato potius, quamuis actor ſit, defertur iuriſiurandi conditio, deficientibus probationibus. Item ſi præſumptio faciat pro domino, defertur potiùs domino, quàm fœminæ, vel emptori. Præſumptio eſt pro domino, ſi eorum, quæ in eo agro venditor poſſidebat, magnam partem conſtat eſſe feudum. nam & vendita adfinis pars, præſumitur feudum. CVIAC.

Primò tractat qualiter decidatur contentio orta inter agnatum, & fœminam de beneficio. Secundo qualiter decidatur contentio orta inter dominum, & fœminam. In tertio, qualiter inter dominum, & emptorem. Secunda incipit in §. Sed ſi inter dominum. Tertia in §. Item ſi ſit. BAL.

ITem ſciendum eſt e, quòd ſi inter maſculum, & fœminam controuerſia fuerit, maſculo dicẽte, hoc eſt feudum: fœmina negante: niſi apertis probationibus fœmina oſtenderit non eſſe feudum, creditur maſculo cum ſuo iuramento affirmanti cum duodecim ſacramentalibus f. Sed ſi inter dominum, & fœminam domino dicente feudum, fœmina negante: probationibus deficientibus, detur fœminæ ſacramentum.

¶ Item ſi ſit inter dominum, & emptorem feudi: ſi emptor dicat non eſſe feudum, domino in probatione deficiente: ſacramento emptoris finiatur. Quidam tamen diſtinguunt: vt ſi magna g eorum pars, quæ vaſallus ibi tenebat, feudum ſit: detur domino ſacramentum, alibi fœminæ.

DE CONTROVERSIA inter dominum, & emptorem feudi.

TITVLVS XLII.

Primò ponitur dictum. Secundò declaratio. Secũda incipit in verſi. Quo reſtituto. BAL.

DOmino cũ emptore feudi agente h, ſi vaſallus

b ¶ *Reuocare* hoc intelligas verum eſſe, niſi vaſallus poterit iurare quòd ignorans illud feudũ vendidit tunc enim eſt electio emptoris b vtrùm velit illud feudum cedere domino, vel vaſallo reſtituere: poſtquam ita iurauerit, & poſtquam ita fuerit reſtitutum, vaſallus ipſum retinebit non obſtante venditione: *vt infrà prox. c. domino cum emptore.* ACCVRS.

β ¶ *In Lombardia.* Emendaui 5. tit. 20. ex Conſtitutione Friderici, & manuſcriptorum integriori fide. *In Lombardia dimidiam, in Theutonica terra tertiam partem fructuum, &c.* Duo erant regna, Lombardicum, & Theutonicum. In Theutonico, Baioaria, Sueuia, Saxonia, Thuringia, Friſia, Lotharingia: vt Otho Friſingenſis ſcribit. CVIAC.

c ¶ *Tertiam partem fructuum.* Hodie verò per conſti. Fride. debet eſſe medietas c tam in Lombardia, quàm in Alemania: *vt in conſtit. Fride. Imperialem §. firmiter* niſi vaſallus mittat alium pro ſe domino acceptabilem: vt ibi dicitur.

d ¶ *Ad regem pertineat.* & ita hîc habes caſũ, in quo caſu Eccleſia d patitur damnum propter culpam e prælati: & hoc contingit ratione regis, ſiue eius priuilegio: ſicut & aliàs ratione publicæ vtilitatis publicatur f res eccleſiaſtica propter culpam prælati. *C. de ſacroſanct. Eccl. l. iubemus nullã nauem. in fi.* Itẽ hoc contingit propter naturam feudi: quia propter ingratitudinẽ g amittitur. aliàs enim nunquã amitteretur feudum Eccleſię datum. & fortè loquitur de culpa, quæ reſpiciebat dominũ: quo caſu ſi dominus poteſt feudum recuperare, non eſt abſonum vt dominus habeat hanc ſuæ iniuriæ vltionẽ a: *vt ſuprà qui. cau. feu. amit. §. denique.* verumtamẽ b propter priuilegiũ Eccleſiæ reuertitur ad ſucceſſionem illius primi prælati poſt mortẽ illius. Sed quid ſi ab alio non rege beneficiũ habuerit: numquid in alio prælato, qui non ſit epiſcopus, vel abbas c? Itẽ quid in eo ſucceſſore d qui ante ſuæ prælaturæ promotionem tale delictum in regem commiſiſſet, propter quod, ſi in prælatura tunc fuiſſet, à feudo Eccleſia fuiſſet priuata e? Itẽ quid erit tenendũ in delicto prælati, qui d rebus Eccleſiæ in feudũ iuſtè datis ſubſequenter tale in vaſallum commiſit, quòd ſi laicus eſſet, vel clericus, & de patrimonio proprio dediſſet, cecidiſſet à proprietate? ACCVRS.

b Emptori feudi quemadmodum conſulatur, ſi feudum ei venditũ fuit ab ignorante vaſallo.

c Hoſtenditiarum quantitas quæ hodie.

d Eccleſia quandoque dãnum patitur propter prælati culpam.

e Delictum prælati quandoque nocet Eccleſiæ.

f Publicari poſſunt res Eccleſiaſticæ interdũ propter culpam prælati.

g Ingratitudine feudum amittitur.

DE CONTROVERſia inter maſculum, & fœminam, &c.

e ITem ſciendũ eſt. Poteſt hîc poni caſus in duobus filiis defunctis: ſ. maſculo, & fœmina, qui cùm vellẽt hæreditatem diuidere, maſculus dicebat quoddã hæreditariũ feudum fore: quod fœmina negabat. 2. Poteſt etiã poni in agnato, & filia defuncti, à qua filia petebat agnatus in prædiũ, dicẽs feudũ eſſe: illa autẽ negabat: vel agnatus poſſidebat, & filia petebat: vel etiã vacabat adhuc poſſeſſio fortè illius prædij: nõ curo: quia in vtroque caſu filia primò debet poni in poſſeſſione, & poſtea agnatus debet petere: *vt ſ. ſi de feu. controuerſia fuerit inter filiam &c.*

f ¶ *Duodecim ſacramentalib.* qui cum eo iurabunt illud feudũ eſſe & ita intelligendum eſt, quòd dicitur *infr. de capi. qui cu. ven. c ſi contentio fuerit. & ſ. ſi de feu. cõtrouer. feu. c. inter filiã.* & hæc vera ſunt, quòd ita g debet dari ſacramẽtum agnato, ſiue maſculo, ſi aliquid ſit pro eo, quod iudicẽ moueat: aliàs contrà, *ſuprà de conſue. re. feu. c. ſacramentũ.* vnde quæcunque dicuntur in iſto capitulo de iuramento præſtãdo, intelligenda ſunt cum determinatione *prædicti c. ſacramentum.*

g ¶ *Magna.* quaſi velint præſumere aliud feudũ eſſe ex eo, quòd magna h pars i eorum, quæ vaſallus ibi habeat, erat feudũ, ad hoc vt detur ſacramentum domino: ſicut & aliàs quidẽ præſumitur ex diuturna k præſtatione: *vt ff. de vſur. l. cùm de in rẽ verſo. & C. de fideicom. l. j.* ſicut & aliàs detur ſacramentum l ratione partis quam poſſidet quis: *vt ſ. de contro. inueſt. §. cùm autem quu.* ¶ Sed nũquid ſecundũ iſtos eadem diſtinctio erit inter marem, & fœminam facienda, vel inter dominũ, & emptorem, & quare non eadem æquitate, qua ipſi mouentur *arg. C. de conſti. pecu. l. fi.*

DE CONTROVERSIA INTER dominum, & emptorem feudi.

h DOmino.] *Agente.* l m rei vindicatione ſi crediderit ſe probare dominiũ: vel fortè cõdictione ex moribus: vel fortè condic. ex illa l. *Imperialem.* &c. cùm n enim ibi nõ caueatur quo genere actionis agatur, meritò cõdictione ex illa l. agendũ erit: *vt ff. de cond. ex leg. l. j.* & intelligas quòd condices eam reſpectu poſſeſſionis, & non reſpectu proprietatis, cùm nemo o poſſit cõdicere rem ſuam, niſi à fure: *vt ff. vſufr. quemadmo. cau. l. 1. in fi.*

a Vltione ... prætere ...

b Reuertitur ... publicata propter culpam prælati, non eius ... ſucceſ...

e De ... ſuperueniente ...

f Delicto Eccleſiæ ...

g ... prælatura ...

m Vindicatio ...

n Cond...

o Cond...

2. Vel

iurare poterit,[a] quòd ignorans [b] eſſe beneficium, vendidiſſet credens proprium: electioni [c] emptoris committitur, vtrùm domino velit ipſum cedere, an vaſallo reſtituere, Obertus dicit omnia vaſallo reſtituenda.

¶ Quo reſtituto, id beneficium vaſallus retinebit, non nocente, nec obſtante venditione, eò quòd ignorans alienauit. & quod dicitur, alienatione feudum aperiri domino, intelligendum eſt, cùm à ſcientibus alienatur beneficium. Et quod dicitur de venditione, idem eſt in omnibus alienationibus.

DE CONTROVERSIA inter vaſallum & alium de beneficio.

TITVLVS XLIII.

Vaſallus agere, & conueniri poteſt pro feudo, & pro parte feudi, etiam domino abſente, & quaſi pro re propria: & tranſigere poteſt bona fide: & ſi contra eum iudicatum eſt, vel ab eo tranſactum, dominus cogitur poſtea ratum habere etiam feudo ſibi aperto. BALD.

SI controuerſia inter vaſallum, & alium de beneficio fuerit aduerſario proprietatem totius, vel partem, vel aliud aliquod ius ſibi vindicante: cauſa per vaſallum etiam domino abſente [d], quaſi propria ad finem perducatur: ipſe enim ſolus vtiliter [e] agendi, & excipiendi habet poteſtatem. & ſi pro eo, aut contra eum iudicatum fuerit, vel cum aduerſario tranſegerit, dummodo fraudulenter actum non ſit, etiam ſi poſt beneficium domino aperiatur, tale erit, ac ſi eo cauſam agente iudicatum fuiſſet: & ideo ab eo ratum haberi [f] oportet.

QVID IVRIS, SI POST alienationem feudi vaſallus id recuperauerit.

TITVLVS XLIV.

Culpa, quæ non tranſiuit in perpetuam priuationem, non poteſt purgari. BALD.

PRæterea † ſi vaſallus ante conſtitutionem Lotharij regis feudum alienauerit: quod in quibuſdam curiis pro parte, in quibuſdam pro toto olim licebat, & ipſum poſtea recuperabat: pro feudo ſibi retinebit: hoc eſt, in cauſam feudi recadebat. hodie autem ſi ipſum alienauerit, ſi quidem illicitè, licèt poſtea recuperauerit, tamen penes eum non remanebit [g]: vtpote domino, ad quemcunque peruenerit, apertum.

¶ Profectò ſi domini voluntate [h] vendiderit, vel per libellum, vel aliter alienauerit: ſi idem poſtea recuperauerit feudum, penes eum remanebit, non

a. Vel dicas quòd condicere poſſet condic. [a] ex illa l. ex libris Sabinianis: cùm ab eo habeat emptor, qui pro domino poſſidebat: *vt C. de acqui. poſſeſſ. l. ex libris.*
a ¶ *Iurare poterit*, bene dixit, *poterit*: quando verè ignorabat. & non dixit, *voluerit*: quia fortè vaſallus libèter vellet iurare, etiá ſi ſciret illud feudũ eſſe: quia ignorans vẽdidiſſet: & hoc dicit nolens aperire viam periuriis[b] cùm ſatis inhumanum eſſe videatur per ll. quæ periuria puniunt, viam periuriis aperiri: *vt C. de indi. vidu. l. q. in ſ.*
b ¶ *Ignorans*. dum tamẽ eius ignorantia non ſit craſſa & ſupina, putà ignorauit [c] quod omnes de ciuitate ſciebant: *vt ff. de iur. & fa igno. l. j. & ij. & l regula. & arg. ff. de calum. l. annua.* Item intelligas verũ eſſe quando ignorabat factum alienũ: putà quia à prædeceſſore illud habuerat: & in alieni [d] facti ignorãtia tolerabilis eſt error: *vt ff. pro ſuo l. ſi. & ff. de iur. & fa. ign. l plurimũ & l. error*: ſecus in ſuo: putà cùm ipſe acquiſiuit: *vt ff. ad Velle. l. quamquam & ff. loca. & condu. l. ſed addes. §. j. & de adil. edi. l. j. § j. & §. cauſa & C. de reſcin. vẽ. l. quiſquis.* & hæc vera ſunt quando erratur in facto[e] putans illud feudum eſſe. Sed quid ſi ignorabat [f] ius: putà quia ignorabat legem prohibere feudi alienationẽ? Reſp. fortè nõ proderit ei talis ignorantia: *vt ff. ad Mace. l. ſi quis patrem. & C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. & C. de interdi. ma. l. i. & ij. & C. de praſc. xxx. an. l ſicut. in ſi. & C. de praſcr. lon. temp. l. vlt.* leges enim ſacratiſſimę, quæ cõſtringunt hominum vitas, ab omnibus ſciri debent: *vt C. de leg. & conſtitu. l. leges* & hæc fortè vera ſũt, niſi [g] fuerit talis, cui permiſsũ ſit ius ignorare: putà minor, miles, & mulier aliquando: *vt ff. de iur. & fac igno. l. regula. in prin & C. ſi aduer. ſol. l. ſin. & de iur. de lib. l ſin & de iur. & fac. igno. l. j.* vnde hic circa hunc arti. potes diſtinguere ſecundùm quod diſtinguitur de ignorantia iuris, & facti.
c ¶ *Electioni.* & ita datur electio [h] hic emptori vtrũ velit cedere domino, an velit reſtituere vaſallo. vnde ſecundùm determinationem iſtius c. potes intelligere quod dicitur ĩ *ſi de feu. controuer. c. ſi vaſallum* in quo diſtinctè dicitur, quòd vaſallo debebit reſtitui, & non domino. 2. vel dicas, & fortè meliùs, quòd iſtud intelligi debeat cum determinatione illius & quod dicitur, quòd committitur electioni emptoris, verũ eſt. ſed illa electio nõ habebit effectũ, ſi vaſallus voluerit vt ei reſtituatur, & poſtquam ei fuerit reſtitutũ, tenebitur ad intereſſe emptori ignoranti, ſecũdùm quod ibi dicitur. Si autem cõtra voluntatem vaſalli domino ceſſerit: tũc fortè nõ tenebitur ei ad intereſſe, cùm ipſi vaſallo debeat reſtituere: & ita culpa eius amiſit, quæ nõ debet vẽditori nocere: *vt ff. de euict. l ſi dictum. §. ij.* ¶ Sed quia ſi emptor dño ceſſerit, nunquid vaſallus, qui id ignorans vendidit, poterit hoc recuperare à [i] domino, non obſtãte venditione, quam de eo fecerit? Reſp. fortè ſic: cùm per illam venditionẽ non fuerit domino apertum, ſecundùm quod j. ſequitur hoc eo c. ibi, *quod dicitur alienatione feudum domino aperiri*, &c. Imò, quod plus eſt fortè ab ipſo [k] emptore poſſet eũ vaſallus recuperare ſtatim poſt venditionẽ poſtquam [l] ſciuerit feudũ fuiſſe, cùm venditio non tenuerit ipſo iure: *vt dicit conſt. Fred. Imperialẽ. vt ar. C. de arg. & ceſ. l. quẽadmodũ l. xj.* ¶ Sed quo iure ageret cõtra quęlibet: valde ergo eſt notabile c. iſtud: quoniam multoties poſſet accipere de facto. nam & ſecundùm iſtud c. & illud, quod eſt ĩ. *ſi de feu controu. c. ſi vaſ. feud.* credo conſtitutionem Frid. intelligendam.

a Condictio ex lege ex libris Sabinianis. *C. de acq poſ.*
b Periuriis viã leges non aperiunt.
c Ignorantiæ craſſæ, & ſupinæ ſpecies.
d Ignorantia facti alieni tolerabilis.
e Ignorantia facti alieni feudum alienans vaſallus excuſatur.
f Ignorantia iuris feudum alienãs vaſallus non excuſatur, niſi ſit ex perſonis, quæ ius ignorant impune.
g Ignorare ius qui impunè poſſunt.
h *Simile Gloſ. ſupra tit. 40.*
i Vaſallus tem feudũ eum, ſeu feudum ignoranter alienãs poteſt detecta ignorantia, vel ab ipſo domino feudum recuperare.
k Feudũ ignoranter alienãs, poteſt detecta ignorantia, id ſtatim ab emptore reuocare & eius.
l Alienãti potius indicta, intelligitur de eo, qui alienat ſcienter: non qui ignoranter.

DE CONTROVERSIA INTER VAS. &c.

d ¶ *SI controuerſia.*] *Domino abſente.* Idem puto etſi dominus fuerit præſens, & hoc eſt quod dicit, *domino abſente*. ſtatim cùm [a] vaſallus eſt inueſtitus de aliqua re, rectè hanc habet poteſtatẽ, quòd tanquã dominus poterit à quolibet poſſidẽte quaſi vindicare, & defenſionem opponere: *vt ĩ. de in teſt. rei alie. §. rei autẽ.* Veruntamen ſi voluerit habere regreſſum aduerſus dominum de euictione [b], debebit domino denunciare: *vt ĩ. ſi de feu. vaſa. ab al. interpel. feu. c. negotium.* quod quidem intelligo ſecundùm quod dicitur in gl. quæ ibi eſt, quæ ſic incipit, *hoc intelligas ſecũdum diſtinctionẽ. &c.*
e ¶ *Ipſe enim ſolus vtiliter.* & ita videtur quòd habeat vtile [d] dominiũ: quod verum puto, ſicut dicitur de ſuperficiario, & emphyteuticario, & de eo, qui ad nõ modicũ tempus feudũ cõduxit: quib. datur vtilis actio: *vt no. ſuprà de capi. Cor. §. j.* vnde hic poteris repetere, quod de hac mater. no. in ſumma.
f ¶ *Ratum haberi.* ita quod tenebitur vaſallus reſtituere intereſſe, ſecundùm ſuprà no. nec id [e], quod nomine tranſactionis accepit, feudum erit: *vt ĩ. ſi de feu. controuer. ſue. c. ſi vaſal. de feu. ſue.*

QVID IVRIS SI poſt alienationem feudi, &c.

g ¶ *PRaterea.*] *Remanebit* Simile habuimus de eo, qui factus eſt clericus, vel conuerſus qui licèt [f] habitũ depoſuerit, feudũ tamen, à que priuatus eſt, propter id nõ recuperabit *vt ĩ. de feud. ſem. §. ex hoc illud* Arg contrà, ĩ *vt hic finitur lex Cor e j.* licèt enim vaſallus interim, dũ eſt dominus excommunicatus, vel a rege bannitus, ſit à ſacramẽto fidelitatis ſolutus tamẽ ſi poſtea fuerit dominus reſtitutus, redibit res ad priorem ſtatũ. vt ibi dicitur. hic ergo colligitur manifeſte, quòd nõ reſtituũtur iura amiſſa, licèt res in priſtinũ ſtatum redierit *arg. ad hoc, C. de ſen paſſ. & re. l. in ſulam. & ff. vnde cognat. l. ij. qui alienã. & ff. de vſufr. ac. l. quod tamen. § 1. & § pe arg. contra hoc: ſe l. o. p. ff. contra tab. l. j. §. 1. & 6. & de iure pat. l. ſine. & C. de adopt. l. cùm in adopt. & C. de ſen paſſ. & re. l. j. & vlt & de alia ud. mu. cau. ſa l. ex hoc. § ſi quis.*
h ¶ *Profectò ſi domini voluntate.* fortè loquitur ſecundùm [g] noua iura per quæ vaſallus prohibetur feudum alienare ſine dñi voluntate: *vt in conſt. Frid. & Lotha.* olim [h] tamen poterat vaſallus ſine domini voluntate feudum vſque ad medietatem rectè vendere, & libellario nomine dare: *vt ĩ. de feu. alie. c. j. & ĩ. qualiter olim po feudum alienari circa prin.* & hæc vera ſunt ſecũdùm ius antiquum, quãdo vaſallus non habebat id feudum in curte dominicata ſi [i] habeat in curte, vel [k] ſi habeat extra curtẽ, & dominus habeat diſtrictum, vel alium honorẽ: tunc ſecus: quoniã ſi aliquam partem alienabat ſine domini voluntate, à feudo cadebat: *vt ĩ. qui. mo. feu. amit. c. item ſi quis.* imò & ſi fiebat alienatio: ſicut fieri non debebat, habebat [l] locum præſcrip. xxx. an. & obſtabat tam ſcienti, quam ignorãti: *vt ĩ. qualiter olim feu. po alienari. §. praſcript.* quæ præſcriptio fortè locũ habebit hodie [m] contra

a actiones, & exceptiones, quæ cõpetant vaſallo pro feudo accepto ſiue aduerſus extraneos, ſiue aduerſus ipſũ dominum.
b Euictio vaſallo ab ipſo domino præſtanda.
c Euictionis vt dominus teneatur, ea domino à vaſallo denuncianda.
¶ Not hic tex. ſatis elegantẽ. Querit hic do. Aluar. de tali quęſtione, quã ponit Bal in *l. 2. C. de epiſ aud.* Si ex forma ſtatuti daretur certa ſolennitas in vẽditione reifeudalis, vel emphyteuticæ, ſine qua vitiatur vẽditio: an tunc ſi contrà fiat, cadat quis propterea à iure ſuo, & reſp. ſecundum Bald. quod nõ. quia verbum *venditionem*, abſolutè prolatum non comprehendit venditionem, quæ nulla eſt ex defectu ſolennitatis: *per l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iud. facit l. alienatio. ff de ver ſig.*
d Dominium vtile feudi penes vaſallum, *adde Glo ſuprà tit. 19.*
e Feudum non eſt, quod tranſactionis cauſa ob feudũ litigioſum vaſallus ab extraneo accipit.
f Amiſſa iura an, & quibus reſtituãtur, vel nõ reſtituãtur, *adde Gl. ſupra tit 30 & infra tit. 35. in pr. in verbo*, ſeu alienare
g Alienari feudũ nouo iure prohibetur.
h Alienari feudum antiquo iure quẽadmodum potuerit.
i Feudũ in curte domini: vt olim, ita hodie non potuit alienari.
k Feudum extra curtem, in quo dominus habeat diſtrictũ, vel alium honorẽ, olim non potuit à vaſallo alienari, ne pro parte quidem.
l Præſcribi feudum olim, quo tẽporis ſpatio potuerit.
m Præſcribi feudum hodie quo temporis ſpatio, & aduerſus quos poſſit.

contra ſcientes: vt no. ſ. de ca. Cor. c. j. dū tamē ſint tales perſonæ, quib. hodie currat præſcriptio talis: vt C. de præſcr. xxx. an. l. ſi.

a ¶ *Beneficij.* puta quando vendiderat: cùm idem eſt, quando ad libellū dederat, & eum recuperauit ſimiliter ad libellū. & hoc a eſt, quod ſequitur, *aut pro proprio, aut pro libello*, &c. & hoc verum eſt, quòd non remanebit penes eū iure beneficij, ſcil. illud ius, quod per libellum trāſtulit, & poſtea recuperauit: rē tamen ipſam nihilominùs retinebit in feudum, ſicut ab initio habuerat. & hoc datur intelligi per id, quod j. ſequitur, *illud verò ius*, &c. & quod in fine dicitur, *ſi feudum domino refutauerit*, &c.

a Iure proprio, aut libelli feudum recuperare quid.

iure beneficij a: ſed aut iure proprio, aut iure libelli, aut aliter, ſecundùm quod idem recuperauerit, dummodo ſciat quòd ſi ad libellum domini voluntate id dederit, ſi quidem pro libello ei datur ſingulis forte annis b, & hoc iure feudi cenſebitur. Illud verò ius, quod per libellum tranſtulerit, & poſtea recuperauerit: pro beneficio non tenebit: ſed velut alterius rei c datæ per libellum: etenim ſi feudum domino refutauerit, libellum retinebit.

b ¶ *Singulis fortè annis.* ſcilic. quod datur ei pro libello ſingulis annis ſui reditus. 2. Vel intelligas hoc ſc. quod ad libellum domini voluntate dedit, vt referatur ad ſuperius dictum, & non ad proximum. Sed prior expoſitio verior videtur.

c ¶ *Alterius rei.* i. tanquam alia res eſſet ſibi data ad libellum, ſcil. ab illa, quam tenebat in feudum.

AN AGNATVS, VEL FIlius defuncti poſſit retinere feudum repudiata hæreditate.

TITVLVS XLV.

Primò tractat an agnatus poſſit hæreditatem agnati repudiare, & fuedum retinere. Secundó, an filius vaſalli poſſit hæreditatē repudiare, & feudum retinere. Secunda in verſi. Si verò.

SI contigerit * vaſallum ſine omni prole decedere: agnatus, ad quem vniuerſa hæreditas pertinet, repudiata hæreditate, feudum d ſi paternum fuerit, retinere poterit e: nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine ſoluere cogitur: ſed in fructibus, ſi quos reliquit, vt de eis debitum ſoluatur, quo tempore deceſſerit (ſecundùm quod ſuprà diximus f) conſiderabitur. Vbi verò filium reliquit, ipſe non poteſt hæreditatem ſine beneficio repudiare g: ſed aut vtrumque h retineat, aut vtrumque repudiet: quo repudiato, ad agnatos, ſi paternum ſit, pertinebit: & licèt alterum ſine altero retinere non poſſit: agnatis tamen conſentientibus i poterit dominus eum, ſi voluerit, quaſi de nouo beneficio k inueſtire: quo facto licebit ei repudiata hæreditate feudum tenere, nullo onere ei hæreditario imminente.

AN AGNATVS, vel filius defuncti poſſit retinere, &c.

d SI cōtigerit.] Feudū. ſc. paternum: ſecus ſi fuerit nouum: quoniam tunc nec cum hæreditate, nec ſine hæreditate retinere poſſet, niſi eo pacto eſſet acquiſitum: vt ſuprà dictum eſt pluries.

e ¶ *Retinere poterit.* hoc ideo contingit: quia b potiùs principali prouidētia, quàm ex iudicio, ſiue ex ſucceſſione defuncti ad eum peruenit: *vt ff. de adop. l. ſi arrogator.* à maioribus enim potiùs hoc intelligitur, quàm ab iſto.

f ¶ *Suprà diximus.* vt *ſuprà hic finitur lex. §. his conſequenter.* conſiderabitur enim verùm deceſſerit ante Kalendas Martij, vel poſt. & hoc ideo: quia fructus c illius temporis pertinent ad hæreditatem defuncti, & nō ad dominum, ſecūdùm quod ibidem dicitur.

g ¶ *Repudiare.* hoc etiā verum eſt, ſiue feudum fuerit nouum, ſiue paternum. & hoc datur intelligi per id, quod infrà ſequitur, *ad agnatos, ſi paternum fuerit*, &c. ¶ Et ita not. quòd deterior d conditio eſt filiorū, quàm agnatorum: ſic ſ. *ſi vaſal. feu pri. c. j.* quod videtur mirum: maximè cùm fuerat paternum e, quòd potiùs principali prouidentia videtur ad eum pertinere debere, quàm iudicio defuncti: *vt ſ. notatum eſt.*

h ¶ *Aut vtrumque.* ¶ Not. ergo hîc, quòd filius f vaſalli non poteſt retinere feudū repudiata hæreditate paterna ad hoc, vt non teneatur ſatisfacere creditorib. hæreditariis. & eſt pro hoc arg. *ff. de verb ſig l. bonorum. §. i. & ff. vt in poſſ. lega. l. ii. cui. §. bonorū. & de bon. poſſ. l. ſed & cùm § bonorū. & de acqui re. do. l. rem in bonis & de verb oblig. l. ſtipulatio iſta. & ff ad Treb. l. co 7. §. ſed. & ar. cōtrà, C. de fun pa. l. fundi. & l. poſſeſſores & C. de col. fund pa. l. pe. & ff. de bo. lib. l. ſi patronus. §. ſi.* ¶ Sed nunquid idem erit in filio emphyteuticarij a? argum. hic quòd ſic: & prædicta pro; & contrà, potes in eo notare.

i ¶ *Conſentientibus.* vel etiam poſtea ratum habentibus, *ſupr. de alie. feu. pa. c. j.* cùm ratihabitio retrotrahatur, & mādato æquiparetur: vt ibi not. nam etſi ad iſtū non debet deuenire per ſucceſſionē: tamen ſi conſenſu eorum fuerit inueſtitus, ad eū repetendum nullo b modo regreſſum haberet: *vt ſuprà quib mod. feu. amit. §. præterea.* & hæc vera ſunt ſiue cōſenſerint tacitè, vel expreſsè: vt ibi notatum eſt.

k ¶ *De nouo beneficio.* Sed nūquid c in iſto caſu poſt mortē filij eius: ſi deceſſerit ſine filiis, pertinebit illud feudum tanquam paternum adhuc ad eoſdē agnatos, ita quòd præferātur domino? Reſp. fortè non, ſecundùm quod videtur dici in illo §. *præterea* nā conſentiēdo eum inueſtiri quaſi de nouo beneficio, videtur iuri ſuo renunciare: quia qui alij conſentit, iura ſua perdit: *vt C. de admini. tut. l. cùm quidā.* & etiam ad hoc eſt arg. *infr. prop ca. tres ſrātres agnat. in ſi.* ¶ Sed quid ſi ſine eorum conſenſu dominus eū quaſi de nouo beneficio inueſtiuit? nūquid ſtatim poterunt illud petere ab eo? Reſp. fortè non, ſi filius id non repudiauerat, cùm & alias fortè dominus poſſet ei facere gratiam inueſtiendo eum propter ſeruitium, & amorem patris: ſicut dicitur de filia: *vt ſuprà quemadmod. feud. ad ſi. perti. c. ſi quis ſine filio.*

b Frater fratri in feudo pater non ſuccedit prouidentia principali potius, quàm fratris voluntate, ſimile eſt Gl. in 2. tan. 1 §. 1. in verb. frater. ſuprà eo.

* Bal proſequitur hanc materiā in tacul. propter ſi. ao. tit.

c Fruct⁹ feudi quemadmodū diuidendi inter dominum, & hæredes vaſalli in feudo non ſuccedentes. adde Gl. tit. 28 §. contra venit. ſuprà eo.

d Filiorū defuncti vaſalli cōditio, quandoq; deterior eſt, quàm eius agnatorū: poteſt enim agnatus mortuo agnato hæreditatem eius repudiare, & feudum retinere, vt non teneatur ad vlla onera hæreditaria. Filius contrà: Nec enim poteſt filius hæreditatem paternam repudiare, & feudum eius retinere: cogitur enim aut vtrumque repudiare, aut vtrumque retinere.

e Paterna feuda ad hæredes deferūtur potiùs ex prouidentia principali, ſeu extranea, quàm iudicio defuncti.

f Hāc ſententiā paulò antè explicaui: cuius vide ſex limitationes apud Rauenpatem hic.

a Emphyteuticario parē mortuo eius liberi hæreditatem non repudiare poſſunt, ne teneantur creditoribus hæreditariis, & ſi ſit [illegible]

b Ratihabitione, ſicut mandato, [illegible]

c Inueſtitura ſi [illegible]

AN APVD IVDICEM, vel curiam domini quæſtio feudi debeat terminari.

TITVLVS XLVI.

Primò ponitur thema. Secundò quæſtio. Tertiò reſponſio. Secunda in verſiculo: Eſt igitur quæſitum. *Tertia in verſiculo:* Et reſponſum.

EX eo, quod ſuprà diximus l, vt ſi inter duos de beneficio fuerit cōtrouerſia, coram iudice, vel arbitro finiatur: talis hic fit quæſtio: Quodam ſine filio decedente, alius credens beneficium, quod ipſe tenebat, apertum domino eſſe, ab eo inueſtitus eſt eius beneficij nomine, econtra apparent agnati, qui feudum ſibi vindicant quaſi paternum. Eſt igitur quæſitum, an apud curiam domini, vel iudicem ſit hæc quæſtio terminanda. Et reſponſum ſcio: quia ad dominum quodammodo cauſa ſpectare videtur, ad quem inueſtitus habebit regreſſum de euictione: vt coram paribus m finiatur curtis, & licèt alter per ſe non poſſit alterum trahere ad curiæ iudicium: generaliter tamen etiam ſi inter duos cauſa fuerit de beneficio, eos curia vocante, non licebit eorum alicui eius curiæ iudicium declinare.

AN APVD IVdicem, vel curiā domini, quæſtio feudi debeat terminari.

l EX eo.] *Diximus.* vt *ſuprà de lege Cor. c. ſi autē inter duos pares.*

m ¶ *Coram paribus.* hoc ideo contingit, quia hîc conſtabat illud feudum pertinere ad illum dominum: ſed in ſuperiori *c. ſi autem inter duos pares,* non conſtabat: & ita habes hîc quòd pares d debēt cognoſcere, ſi volūt, quando quæſtio de feudo eſt inter duos: quod videtur contra illud, quod dicitur in cōſti. Fridet. *Imperialem. §. præterea ſi inter.* ſc. quòd domin⁹ cognoſcere debet. ¶ Sed dicas quòd illa loquitur de iis, qui aliàs erant vaſalli, & non tantùm de eo, ſuper quo erat quæſtio: hîc autē ille, qui fuerat inueſtitus de eo, ſuper quo litigabatur, non erat alias vaſallus. 2. Vel intelligas, quòd hîc dicitur *coram paribus curia finiatur.* ſi pares ſcilicet voluerint: & hoc etiam eſt, quod ſequitur, *& licèt alter per ſe non poſſit*, &c. & quod dicit in ſi. *non licebit alicui eorum*, intelligas, id eſt, non debebit: poterunt tamen ſi voluerint. 3. Vel e dicas, quod dominus, vnà cum curia cognoſcet: vt ſ. *de inue. in ma. fa. §. illud.* & tamen ſciendum eſt vt hoc ea intelligatur ſecundùm illud, & econtrà ¶ Et ſecundùm hoc dicas, & etiam illud, *ſi inter pares duos*, loquantur ſecundùm iura vetera: hodie autem debebit dominus cognoſcere: *vt in conſtit. Frid. Imperialem. §. præterea.* & poteris hîc notare quæ notantur ſuper prædicto *c. illud tamen.*

d Pares [illegible] cognoſcere [illegible] de cauſa feudi [illegible]

e Dic [illegible] duobus de [illegible] feudo [illegible]

QVALI

QVALITER DOMINVS proprietate, &c.

a E*X facto.*] *Nihil placet.* & verior eſt, vt puto: & tunc ad vaſal. perueniet proprietas [a], non habita diſtinctione, peccauit dominus in vaſallum, vel in alium [b]: *vt ſupr. ſi de ſeu. c. domino cōmittente.* & non eſt mirum, ſi proprietatem amittat, cùm ipſe dominus teneatur vicem reddere vaſallo de iis, in quibus vaſallus ei tenetur: *vt ī. de forma fidelitatis. in fin.*

a Proprietas feudi vaſallo quādo committatur.

b Hinc colligunt, domino fraudem interueniente, feudi proprietatem vaſallo adquiri.

b ¶ *Habita diſtinctione.* hoc verum eſt quātum ad id, de quo quæritur hic: quantum verò ad hoc, vt pro pari poſſit eligi ad cognoſcendum inter dominum, & vaſallum inuito domino, & vaſallo, diſtinguendum eſt: quoniā ille [c] non eſt eligendus pro pari, qui fidelitatē non iurauit, inuita altera parte: *vt ſuprà, de contro. feud. apud pa. ter. c. ſi inter dominum.*

c Sumitur Gl. ... per partem ... [illegible]

a ¶ *Vtrùm per ſacramētum.* Vaſallum per ſacramentum vocat eum, qui iurauit fidelitatem, cui aduerſus eſt is, cui pactione remiſſa eſt fidelitas. CVIACIVS.

QVALITER DOMINVS proprietate feudi priuetur.

TITVLVS XLVII.

Dominus propter feloniam commiſſam in vaſallum, feudi proprietate priuatur: ſicut econtra vaſallus feudo. BALD.

EX facto quæſitum ſcio, & ego à pluribus quæſiui, ſi dominus contra vaſallum apertam feloniam fecerit, an ſicut vaſallus feudum debet amittere, ita dominus proprietate priuetur? Et quidam dicunt ex omni felonia, qua vaſallus feudo priuatur, & dominus proprietate priuetur. Alij non, niſi ex magna felonia: alij ex nulla. Sed prior ſententia mihi placet [a], non habita diſtinctione [b] qualis vaſallus ſit, vtrùm per ſacramentum [a], vel non.

DE FEVDO non habente, &c.

a S*I quis.*] *Siue ad libellum.* Id eſt, contractum libellarium. Nam allodium ſignificat proprium cuiuſque patrimonium: *ſic ſupr. tit. 6.* & in veteribus formulis Francorū collectis à Marcohoho. Vide ſcripta *ad l. 1. C. de iure emphyteut.* CVIACIVS.

c ¶ *Ipſum amittat, quibus.* ſcilicet ille, qui habuit à vaſallo. Quid ergo ei proderit, ſi per proprium eum emit, ſi ex his culpis debeat eū amittere? Reſpon. non proderit ei, ſed ei nocebit ad hoc, vt eum amittat; ideo quod proprium, vel quia ad libellum ſine voluntate domini eum acquiſiuit. 2. Vel dic, & fortè meliùs: ſcilicet quòd iſtud verbum, *amittat,* non referatur ad emptorem, vel libellariū. ſed ad vaſallum. 3. Vel dicas, quòd vaſallus iiſdem cauſis eum amittat: & ad hoc facit quod legitur ī. *ſi de feu. cōtro. ſua. c. feudū* ¶ Sed nunquid emptor [d] poterit eum præſcribere, ſi ignorans eum feudum eſſe ipſum per proprium emit? item nunquid habet iſte emptor omnem [e] proprietatem, & poſſeſſionem?

d Per ſcribere ... feudalem ... (qui eā ignorans feudum iure ... emit) ... dominum ... [illegible]

e Dominium ... directū ... qui ea lege feudum acc... vt ipſe ... non habere ... imperſonale alij nō ... [illegible]

DE FEVDO NON HAbente propriam feudi naturam.

TITVLVS XLVIII.

Si miles accepit caſtrum in feudum à duce, vt ipſe, & ſui hæredes, quibus dederit, id habeant: non habet hoc feudum propriam feudi naturam: quia alienare poteſt feudum vaſallus indiſtinctè: & ille, in quem alienauerit, non retinebit pro feudo. BART.

SI quis ea lege alicui feudum dederit, vt ipſe, & ſui hæredes, & cui ipſe dederit, habeant: Reſpondeo iſte, qui ſic accepit, poterit id vendere, vel donare, vel aliter, ſi ſibi placuerit, etiam ſine voluntate domini alienare: & ille etiam, cui datum fuerit, nō habebit ipſum pro feudo, niſi ſicut ei datum eſt. Sed qualitercumque ei datum fuerit, ſiue ad propriū, ſiue ad libellū [a], licèt propriā feudi naturam non habeat, iure tamen feudi cenſebitur: vt ex his cauſis ipſum amittat, quibus [c] & verum feudum. Vbi ergo ſic datum eſt feudum, & cui in feudū dederis, aliud eſt: & propriam feudi naturam habet.

DE EO, QVI FINEM FECIT, &c.

d T*Res erant.*] *Non obſtante* hoc ideo, quia pactū fuerat perſonale [f], ſcilicet quantum ad ipſum, qui refutauit & eius hæredes, & cui daret. vnde nō eſt mirum, ſi alij non proſit: *vt ff. de pac. l. idem in duobus.* §. j. ſecus ſi eſſet reale: vt ſtatim ſequitur, niſi feudum omnino, &c. in § xē enim pacta per æquè omnibus proſunt: *vt ff. de pac. l. & hæredi* §. j.

f Pactum ... ſonale ... [illegible]

e ¶ *Quaſi nouum ſit.* ſcilicet quātum [a] ad eū, qui refutauit: non quantū ad aliū, qui non refutauit, niſi eius conſenſu hoc fieret: tunc enim & ipſi fortè noceret: *vt ī. quib. mo. feu. amit.* §. *præterea.*

a Pacto enim agnati natura feudi in eius præiudicium alterari poteſt.

DE EO QVI FINEM FEcit agnato de feudo paterno.

TITVLVS XLIX.

TRes erant agnati, vel plures. vnus eorum habebat feudum, quod erat paternū: ſed alter eorum finem, & refutationem ei, ſuíſque hæredibus, & cui ipſe dederit, fecit. deceſſit iſte ſine filio maſculo. Alter, qui non refutauit, vindicat ſibi totum. Alter verò, qui refutationem fecit, vult ad ſucceſſionem venire, pacto non obſtante [d]. Sapienter quidem Mediolanen. interrogati, reſponderunt, non obſtare illud pactum, niſi feudum omnino refutauerit, vel niſi ad hoc refutauerit, vt dominus eum quaſi de nouo beneficio inueſtiret. Tunc enim ſecuta inueſtitura noua, quaſi nouum ſit [e] feudum, non ſuccedit.

DE NATVRA SVCCESſionis feudi.

TITVLVS L.

Primò determinatur clarè, quæ perſona ſuccedere debeāt in feudo. Secundò ſubditur quædam quæſtio dubitabilis circa ius ſuccedendi in feudo. Secunda in verſic. Dummodo ſcias. BALD.

SVcceſſionis † feudi talis eſt natura, quòd aſcendentes non ſuccedunt: verbi gratia pater filio [f]: inferiùs verò filius patri ſuccedit [g], & non filia [h], niſi pacto [i], vel niſi ſit fœ-

DE NATVRA SVCCESSIONIS FEVDI.

f S*Vcceſſionis.*] *Pater filio.* hoc eſt contra ius Romanum, quo pater [b] ſuccedit filio, & etiam mater: *vt Cod. ad Senatuſc. Tertul. authe. defuncto.* ¶ Sed hoc cōtingit propter naturam feudi: & ita in iſto caſu conſuetudo [c] feu. vincit legem. nimirum legū Romanarū nō eſt vilis authoritas, ſed nō adeo ſui valitura momēto, vt vſū vincat, aut mores: *vt ī. de cō. feu. c. j.*

b Parentes liberis ſuccedūt iure Romano, non feudali.

c Conſuetudo feudalis vincit legem.

g ¶ *Succedit.* hoc verum eſt, niſi [d] tale fuerit feudum, in [e] quo nullus ſuccedat: putà in feudo marchiæ, ducatus, vel comitatus, vel alterius regalis dignitatis, de quo ab Imperatore fit inueſtitura: in ipſo enim nullus ſuccedit, ſed morte accipientis finitur: niſi iterum ab Imperatore inueſtiatur: *vt ī de feud. marc. c. j.* (licèt hoc hodie [f] ſit vſurpatum: *vt ibi, & ſuperiori c. proxi. in fin.*) 2. Item niſi fuerit feudum, de quo nō fuit facta inueſtitura, ſed ita intrauit in poſſeſſionem quis voluntate domini: in eo enim nullus ſuccedit: *vt ī. quib. mod. feud. conſti. po. cap. 1.* 3. Itē niſi filius ſucceſſionem feudi amiſit propter culpam ſuam, offendēdo dominū in vita patris: & de illa offenſa domino non ſatisfecerit: *vt in conſti. Frid. imperialem.* §. *inſuper.* 4. Itē vbi pater deliquit, propter quod delictū amiſit feudum: quoniam & tunc filius ab eo priuatur: *vt ī ſi vaſal. feu. pri. cui def. ca. j. & ī. ſi de feu. contr. ſue. ca. ſi vaſal. culpam.* 5. Item verum eſt, quòd ſuccedit filius patri in feudo, ſi legitimus ſit ab initio nō adoptiuus, neque naturalis. 6. Item naturalis, etiam ſi poſtea efficiatur legitimus: nec ſolus, nec cum aliis ad ſucceſſionem feudi vocatur: *vt ī. ſi de feu. contro. ſen. c. adoptiuus. & c. naturalis.* 7. Item verum eſt niſi fuerit natus ſurdus, vel mutus, vel cæcus, vel claudus, vel aliter imperfectus, vt feudo ſeruire non poſſit: tunc enim ſecundùm quoſdam non ſuccedit: *vt ī. tit. an mutus, vel aliàs imperfectus in feu. ſuc. c. mutus.* ACCVRSIVS.

d Filij qui, quado, & quibus in feudis parentibus nō ſuccedant.

e Succeſſio in quibus feudis vel olim, vel hodie locum non habeat: id eſt quando, & quibus in feudis liberi parentibus non ſuccedant.

f Succeſſio hodie etiam in feudis regalibus.

† Bald. ſuper hoc ca. ponit ... hīc ... & eum vide col. 2.

h ¶ *Non filia.* licèt enim filiæ [g] vt maſculi ſuccedant: legib. tamen ad huiuſmodi ſucceſſionem aſpirare non poſſunt, nec earum filij: *vt ſupr. qui feud. da. poſſ. §. hoc autem notandum.* & hoc verum eſt: quoniam proles fœminini ſexus, & ex fœmineo ſexu deſcendens in feudo non ſuccedit, niſi ex pacto: *vt hic, & ſuprà, de gra. ſuc. in feu. c. j.*

g Filiæ, ſeu fœminæ, & ex fœmineo ſexu deſcendentes in feudis patri regulariter nō ſuccedunt.

i ¶ *Niſi ex pacto.* & tunc [h] demum ſuccedet, cùm maſculi non extiterint: *vt ſuprà, tit. epiſcopum, vel abba &c. c. item ſi epiſcopus, vel abbas, in fi. & ſupr. de ſuc. feu. c. filia verò.* Nec enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſſ. donec maſculus ſupereſt ex eo, qui

h Filia ex pacto in feudo ſuccedēs, non aliàs ſuccedit, quàm eſt nullī maſculi ſunt

mineum: tunc enim ſuccedit filia [a] matri, & patri: ſecundùm quoſdam [b] ſuccedit nepos ex filio [c] ſolus [d]; & ſic vſque in infinitum ex latere omnes per maſculos deſcendentes, vſq; in infinitum [e], ſi feudum ſit paternum. Paternum [f] [a] autem voco, quicunq; ex ſuperioribus id acquiſiuit: dummodo ſcias quòd ſi quis habens beneficium, quatuor ſuperſtitibus filiis decedat: & feudum ad vnum ſolum ex diuiſione deueniat, & iſte ſuperſtitibus filiis duobus, vel tribus decedat, qui patrueles [g] dicuntur [β]: & ad vnum eorum beneficium feudi ex diuiſione perueniat: & ſimililer iſte ſuperſtitibus filiis decedat, qui patrueles dicuntur: ad quorum feudum ſimiliter peruenit: ſicut etiam ex aliis ſuperioribus, vel primis fratribus ſuperſunt maſculi: ſi ille, qui feudum habet, deceſſerit nullo filio relicto: an ad omnes, vel ad quos perueniat, quæritur? Reſpondeo, ad ſolos, & ad omnes, qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit. Et hoc eſt, quod dicitur ad proximiores pertinere [h]. Iſti verò proximiores eſſe dicuntur reſpectu aliarum linearum: ſed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur.

primus fuerit inueſtitus de eo: *vt ſupr. de eo, qui ſibi, vel her. ſuc. maſcul. & fœmin. inue. accepit. ca. qui ſibi.* Accvrs. vel [a] niſi poſt mortem patris feudum à domino redemerit, vel niſi à domino fuerit inueſtita de beneficio patris propter ſeruitiũ, & amorem patris: tunc enim non poterit ab aliquo reuocari ex parentibus ſuis: *vt ſuprà quemadmodum ad filiam feud. perti. c. j.*

a ¶ *Filia.* hoc poteſt referri ad illud verbum, *niſi ex pacto.* poteſt etiam referri ad illud, *vel niſi ſit fœmineum.* & tunc intelligas quòd ille pater deſcendit [b] ex fœmina, quæ acquiſierat feudum illud. quidam tamen nõ habent in text hoc verbum, *patri*, &c.

b ¶ *Secũdùm quoſdam.* dixerunt tamen quidam contrà: *vt ſuprà de bene. fem. c. j.* Imò etiam fuerunt, qui dixerunt, quòd etiam maſculi [c] nõ ſuccedant in feu fœmineo: id eſt, per fœminam acquiſito, cùm [d] ſecũdùm rigorem conſuetudinis feudum dici debeat paternum, & non maternum [e] *vt ſuprà titu. an mari ſucce. vxo. in be. c. ſi fœmina.*

c ¶ *Nepos ex filio.* & non ex filia. *proles enim fœminei ſexus, &c. vt ſuprà de gra. ſuc. in feu. c. j.*

d ¶ *Solus.* ſolus dicit, quantum ad collaterales: quoniam donec [e] deſcẽdentes ſuperſunt, non admittuntur collaterales agnati: *vt ſuprà de gra. ſuc. in feu. ca. per ſucceſſionem.* ¶ Sed nunquid vnà [f] cum patruo admittentur ad ſucceſſionem aut in feu in locũ ſui patris? Reſp. ſic: cùm inte iſto cõſuetudinario nõ ſit prohibitum: imò potiùs admiſſũ: cùm dicitur quòd prima cauſa ſit liberorum in ſuc. feu & inter liberos videantur poſtea nepotes connumerari: *vt ſuprà prædi tit. & c. in prin.* nimirum quoniã appellatione liberorum, vel filiorum [g] nepos cõtinetur: nec etiã poterunt eos dulciori vocabulo nominare: *vt ff. de verb. ſig. l. liberorum. & l. iuſta.* cùm etiã Romano iure filius vnà cum nepote ex filio mortuo ſuccedit, *C. de ſuis & legi. he. l. iij.*

e ¶ *In infinitũ.* hic poteſt notari quòd infinitas [h] rei licitũ, vel illicitum non vitiat, nec excludit. & eſt cõtra illud generale, *infinitas eſt euitãda*, ſecundùm quod not. *ſuprà qui feu. da. poſ. §. hoc quoque ſciendum eſt.*

f ¶ *Paternum.* Sed quare dixit. ſi feudũ ſit paternũ? nõnne dicitur feudũ paternum [i], poſtquã peruenerit ad nepotes? & deniq; paternum feudum dicitur, dũ à quocunque de ſuperioribus ſit acquiſitũ, vt ſtatim ſequitur, *paternum voco*, &c. hoc eſt, ab eo parẽte, qui fuit agnationis communis: *vt ī. de gra. ſuc. in feu. c. j. circa prin.* Reſp. nõ ideo dixit paternum, quòd illud nõ dicatur paternũ, quod iam peruenit ad nepotes: quia de eo paterno nõ loquitur: ſed dixit paternum eo reſpectu, vt agnati remoueãtur à ſuc feu, donec nepos ſupereſt: ſ. quando ad auũ illius nepotis iã peruenerat feudũ paternum, quod debeat ad agnatos deuenire, ſi nepos non præcederet eos in gradu, ſiue gradibus. & de eo paterno loquitur: & hoc eſt quod dixit, *ſolus.*

α ¶ *Paternum, &c.* vt linea eius fratris, cui diuiſione feudũ obuenit, quandiu durauerit, cenſeatur eſſe proximior, & præferatur lineæ alterius fratris. Cviacivs.

g ¶ *Patrueles.* Sed videtur falsũ: ſ. quòd dicãtur [k] patrueles, cùm ſint nati ex eodẽ patre: vnde potiùs dicũtur conſanguinei, cùm ex eodem sãguine nati ſint: de quibus habes rubricam ſpecialẽ, ſiue tit. *in Auth. de conſangui. & vteri. fratr. coll. v.* Patrueles autẽ dicũtur nati ex duobus fratribus: *vt Inſti. de gradi. cogna. §. iiij. & ff. de grad. affi. l. j. §. iiij.* Sed dicas, quòd hi non dicuntur patrueles ex eo, quòd nati ſunt ex eodem patre. ſed dicuntur patruelès cũ filiis aliorũ fratrum: licèt de illis nõ eſſet adhuc locutus: ſed in ſequẽtib. loquetur: ſ. vt ibi dicitur. ſic & in aliis ſuperioribus, &c.

β ¶ *Qui patrueles dicũtur.* Species ponatur hoc pacto: Titius feudum adquiſiuit, & reliquit filios quatuor, Primũ, Secũdũ, Tertium, Quartum. Primus duos filios ſuſcepit, Quintum, & Sextũ, totidẽ & reliqui fratres ſuſcepêre, qui liberi inuicẽ ſunt fratres patrueles. Sextus duos quoque filios ſuſcepit, Septimũ, & Octauum. Feudum Titij obuenit Primo, à Primo tranſiit in Sextũ, à Sexto in Octauum. Mortuo Octauo ſine liberis ſuccedet Septimus, hoc non extante Quintus, patruus Octaui. rurſus Quinto deficiente, atq; ita linea Primi deficiẽte, in feudum æqualiter ſuccedent Secundus, Tertius, Quartus, eorúmve poſteri. Patrui magni Octaui, vel propiores, ſobrinis non ſuccedent, quia ex Titio non prodierunt, à quo feudum cepit cauſam & originẽ. Cviac.

h ¶ *Pertinere.* filiis [a] enim exiſtẽtibus maſculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri remouentur agnati: *vt ī. de gradi. ſuc. in feu. c. j.*

a Filia quibus caſibus in feudo paterno ſuccedant.

b Maſculi deſcendentes ex fœmina an ſuccedant in feudo.

c Maſculi iure ſtricto nõ ſuccedant in fœmineo feudo.

d Feudum iure ſtricto nullum aliud dicendum, quàm paternum.

e Deſcẽdentes in ſucceſſionibus collaterales excludunt.

f Nepotes vnà cum patruo in feudo ſuccedunt.

g Filiorum appellatione nepos connumeratur.

h Infinitas nõ ſemper vitanda.

i Feudum paternũ dicitur, poſtquam peruenit ad nepotes. quod denique adquiſitũ ab aliquo aſcendentium.

k Patrueles qui dicantur

a Agnatis [illegible] excluduntur.

DE CAPITANEO, QVI curiam vendidit, an intelligatur beneficium vendidiſſe.

TITVLVS LI.

QVidam capitaneus in quadã curte ſua beneficiũ dedit militibus, & poſtea eãdem curiam vendidit, nõ habita mentione beneficij. Controuerſia eſt inter capitaneum & emptorem, dicente emptore ſe curiam cum beneficio emiſſe: domino verò contradicente àd eum beneficium non pertinere. Reſpondetur, illud beneficium in venditione non contineri [i], niſi expreſsè de eo actum ſit [k].

1. ¶ Quæſitum eſſe apud me ſcio: ſi filius [l] viuente patre dominum offenderit, ita quòd feudum amitteret, ſi pater deceſſiſſet, vtrùm feudum amittat [m], vel non? ſecundùm iſtos ſic, ſecundùm Gerardum non, & Obertum ſimiliter.

DE CAPITANEO, qui curiam, &c.

i ¶ *Quidam.*] *Non cõtineri.* [b] licèt fuerit vſus verbo generali, vel ſimplici, id tamen debet intelligi [c] tãtùm vẽditum, de quo actum fuerit inter contrahentes: *vt arg. C. de tranſact. l. ſi de certato. & C. ad Vell. l. iubemus.* Nec etiã fuit cogitatum de beneficio vendẽdo. arg. *ff. de tranſac. l. cùm Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. §. j.* vnde id tantùm videtur venditum, quod verbis fuit nominatum. *ff. de cont. l. qui libertatis. & de fun inſtr. & inſtru. leg. l. cùm de lanionis. & l. prædia.* nec enim à verb. ſigni. recedẽdum eſt, &c. *ff. de leg iij. l. nõ aliter* Itẽ nõnne poteſt haberi [d] curia ſine beneficio & ecõtrà [e]? ergo vendendo vnum, non ſequitur venditio alterius: *arg. C. de proba. l. neque natales. & l. ad probationẽ ſeruitutis.* Imò ad venditionem vnius ſequitur exceptio alterius: *arg. Cod. de pac. cõuent. tam ſuper do. l. fina. & ff. de compen. l. Labeo.* ¶ Ecõtrà curia vendita, & beneficium vẽditum videtur, cùm ad [f] curiã [g] pertineat: *arg. ff. ſi ſer. vin. l. pe. §. j. & de act. emp. & ven. l. creditor. §. fi. 2.* In vẽdẽdo enim fuit vſus verbo generali [h], vel ſimplici. ergo videtur omnia vendidiſſe, quæ nõ excepit *arg. ff. de excep. l. pluribus, & ff. quæ in frau. credi. l. j. §. j. 3.* Item nõnne beneficium cohæret [i] curiæ? ergo cũ datione curiæ tranſit: *arg. ff. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſd. l. fi. & de inſtitoria. l. cuicunque. §. pen. 4.* Præterea beneficium ineſt curiæ tãquam [k] pars in toto, ergo tradita curia, & ipſum beneficium traditum intelligitur: alioquin nõ intelligeretur curia tradita parte ſubtracta: *arg. ff. de verb. oblig. l. qui vſuſr. in prin. & l. in executione §. pe. & ff. de excep. rei iud. l. ſi quis cùm totum. 5.* Et pro accipiente [l] cõtra dantem debemus interpretari: *ff. de cõtrah. emp. l. Labeo. & de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta §. in ſtipu. 6.* Hoc etiam multũ videtur facere pro emptore: ſ. quia non [m] erat fortè aliàs empturus, niſi beneficiũ haberet: *vt ff. de minor. xxv. annis. l. tutor vrgẽtibus. § fin. & de in diem addict. l. quòd ſi. & de ſol. l. ſi quis aliam. 7.* Qua enim ratione vult venditor emptori ſubtrahere beneficium. ſ. quia ſpecialiter non dedit: eadẽ [n] ratione poteſt ei ſubtrahere domus, vineas & terras: & ita redigitur ad nihilum venditio. vt ergo videatur aliquid dediſſe, videretur interpretandum & beneficium datum eſſe: *arg. ff. ad muni. l. j. & de lega. j. l. ſi quando.*

k ¶ *De eo actum ſit.* in generali [o] enim alienatione vaſalli non continetur, niſi de eis nominatim fuerit dictum: *vt ſuprà ſi de feu. contro. ſue. c. in generali.*

l ¶ *Si filius.* Quicquid in iſto ca. quæratur, & reſpondeatur, hoc plenè determinatur in cõſti. Fride. *Imperialem. §. inſuper.* hoc idẽ determinatur ibidem de vaſallo vaſalli, qui dominum domini ſui offenderit: & ideo non eſt hic multùm inſiſtendum.

m ¶ *Feudum amittat.* hoc ideo quia cogitationis [p] pœnã nemo meretur: *vt ff. de pœnis. l. cogitationis.* nec enim puniri debet affectus [q], niſi ſecutus fuerit effectus: *ff. quod quiſque iuris l. j. §. fina. & de*

b Curia vendita, verum beneficium venditum intelligatur.

c Venditur id de quo actum [illegible]

d Curia [illegible] poteſt [illegible] beneficio.

e Beneficium ſine curia [illegible] poteſt

f Curia vendita [illegible] ſic [illegible] & ad eam pertinet

g Beneficium ad curiam pertinet [illegible] tanquam pars in toto.

h Omne [illegible] dicit [illegible]

i Cohærens [illegible] transfertur

k Tota [illegible] pars tradita intelligitur

l Pro accipiente aduerſus [illegible] interpretatio

m [illegible] que [illegible] dus eſt

n Ab [illegible]

o In generali alienatione vaſalli [illegible]

p Cogitationis pœnam nemo patitur.

q Affectus ſine effectu [illegible]

Diſpoſitio ſolius animi ad delictum, non perficit delictum: ſed inſidiæ habentur pro delicto contra dominum conſummato. Bal.

2. ¶ Si voluerit vaſallus dominum offendere, ſed non laborauerit: feudum non amittit [a] * Gerardus, & Obertus. Similiter etiamſi laborauerit, non amittit feudum, niſi inſidiatus [b] ei fuerit, & hoc probatum fuerit [c].

Feudum non tranſit ad fœminam: licèt per pactum ſit actum, ſi vaſallus ſupereſt. Bal.

3. ¶ Similiter ſi quis inueſtitus fuerit de feudo, ita vt ad fœminas tranſiret, & duas filias tantùm reliquerit, quarum vna filium habeat, & altera filiam: vtrùm poſt mortem illarũ maſculus [d] tantùm feudum habere debeat; ſecundùm Gerardũ maſculus tãtùm? Obertus cõtrà. & econtrà ſi filios [e] ille habuerit.

4. ¶ Filius [f] non poteſt recuſare hæreditatem patris abſque feudo: propinquus autem poteſt.

Si contentio eſt inter vaſallum, & emptorem de feudo: vaſallo deficiente in probatione, electio iuriſiurandi datur emptori. Bal.

5. ¶ Si contentio fuerit inter filiam, & propinquum de hæreditate & feudo: cùm filia feudum habere non poterat: quia dicat ipſa, hoc eſt de mea hæreditate: & ille dicat, imò de feudo: electio propinqui erit diſcernere veritatem iureiurando [g]. Gerardus, & Obertus [h]. Et ſimiliter ſi contentio fuerit inter aliquem, qui emiſſet à ſeniore, & vaſallum: quia dicat vaſallus, hoc eſt de feudo meo: ille autem neget: electio emptoris eſt veritatem iureiurando diſcernere [i], cùm pares curtis veritatem non teſtantur. Gerardus, & Obertus.

Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ. Bald.

6. ¶ Similiter feudum lege commiſſoria datum non valet: id eſt, ſi ad certum tempus pecunia non ſoluatur creditori, vt habeat in feudum. Gerardus. & ſecundùm Obertum valet.

7. ¶ Similiter poteſt feudum dari ad certum ſeruitium [k] α. Gerardus, & Obertus.

& de fur. l. j. § j & l. ſi quis vxori. § neque verba. & l. inficiando. & ff. ad leg. Corne. de fal. l. qui falſam. niſi aliud reperiatur caſu aliter dictum propter enormitatem criminis: vt Co. de epiſc. & cler. l. ſi quis non dicam. & C. ſi quacunque prædi. po. l. j. & C. ad legem Iul. maie. l. quiſquis. & ff. de extraordi. cogni. l. j. ¶ Non obſtat quod aliàs dicitur, quod in maleficiis [a] voluntas inſpicitur, non exitus: ff. ad legem Corne. de ſica. l. diuus. §. j. quia illud eſt verum in maleficio perpetrato ſcilicet vt in eo non inſpiciatur quod perpetratum eſt: ſed debet inſpici, ſi ille, qui cõmiſit, habuit voluntatẽ delinquendi: & tunc puniatur: ſi autem nõ habuit voluntatẽ, tunc ſecus: vt Cod. ad leg. Cor. de ſic. l. j.

a ¶ *Non amittit.* quia fortè pœnituit [b]: vnde venia dignus eſt: vt ff. ad leg. Corn. de fal. l. qui falſam.

b ¶ *Inſidiatus.* ſicut aliàs dicitur, qui [c] inſidiatus fuit morti ſui domini veneno, vel gladio, amittit feudum: vt ſ. in qui. cau. feu. amit. §. porrò ſi dominum.

c ¶ *Et hoc probatũ fuerit.* per teſtes [d]: non minus v. ſummæ, & integræ opinionis: ſecundùm quòd dici videtur infrà in quadam conſtitutione Imperatoris Henrici: vt infrà quot teſtes ſunt neceſſ. ad prob. feud. ingrat. c. ſi vaſallus. quam conſtitutionem pauci habent: neſcio tamen vtrùm debeat eſſe conſtitutio, vel non: vel ſi non eſt conſtitutio, dices quòd ſufficiant duo. vbi numerus teſtium [e] non adiicitur, duo ſufficiunt: vt ff. de teſtib. l. vbi numerus.

d ¶ *Maſculus.* hæc videtur melior ſententia, cùm non debeant ſuccedere [f] fœminę in feudo, donec maſculus ſupereſt: vt ſ. epiſcopum, vel abb. & c. in ſi. & ſuprà de ſucceſſ. feu. § filia verò. Nec enim patet locus fœminæ in feu. ſuc. donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primò fuit inueſtitus: vt ſuprà de eo, qui ſibi, vel hæred. ſuis. ca. qui ſibi. Accurs.

e ¶ *Si filios.* ſcilicet duos, quorum vnus habuerit filium maſculum, alter habuerit filiã. & referas iſtud, *ille*, ad illum, qui fuerit inueſtitus: & ſecundùm hoc dices quòd filius maſculus tãtùm debet habere feudum totum. ¶ Sed dicas quòd hoc vltimũ dictum ſit Gerardi, cui dicto Ober. nõ cõtradicit: aliàs enim contradiceret toti naturæ ſuc. feu. cùm maſculi [g] debeant præferri fœminis in ſuc. feu. vt ſ. no. eſt. ¶ Vel ſi vis referre illud, *ille*, ad filium, quẽ vna ex filiabus habuerat, referas: verumtamen ſecundùm hoc bene diceretur, & ecõtrà, &c. cùm in conuerſo caſu nihil dixerat de illo filio. vnde prior intellectus melior videtur.

f ¶ *Filius.* hoc idem dicitur ſuprà tit. an agnatus, vel filius defuncti. c. & ſi contigerit. vnde quæ ibi notata ſunt, hic poteris repetere. Accursius.

g ¶ *Iureiurando.* filia in probatione deficiente: vt ſ. ſi de feud. controuer. fue. c. ij. & intelligas quòd iurabit cum xij. ſacramentalibus: vt ſ. de cõtro. inter maſculum, & fœminam. c. itẽ ſciendum. & quæcunque ibi notaui de hac materia, hic repetas.

h ¶ *Gerardus, & Obertus.* Pro ſentẽtia Gerardi eſt, quod dicitur ſ. de feu. dato in vicem leg. commiſſo. ca. ſi quis obligauerit. vbi dicitur, quòd feudũ [h] nõ ſub prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore domini debet acquiri: & ideo melior videtur eius ſententia, vnde quæ ibi notaui, & hic poteris notare. Accursius.

i ¶ *Diſcernere.* & idem eſt ſi inter dominum, & emptorem fuerit contentio: vt ſuprà de con. inter ma. & fœmi. ca. item ſciendũ. circa fi. Item intelligas quòd iurabit ſi videbitur iudici quòd aliquid faciat pro eo, vel cõtra eum, quare debeat ei dare iuſiurandum. nec [i] enim ſemper debet dari poſſidenti: ſed quandoque vni datur, quandoque alteri, quandoque neutri: vt actore non probante, &c. vt ſuprà de conſuetu. rec. feu. cap. ſacramentum. Accursius.

k ¶ *Ad certum ſeruitium.* putà ad [a] aliquid certum faciendum quolibet anno pro ipſo feudo, & tunc nõ tenebitur aliud facere domino, niſi fuerit dictum. ¶ Sed [b] nunquid poterit vaſallus tale feudum refutare [c], quandocunque voluerit, inuito domino? Reſpon. quòd ſic: quia indiſtinctè dicitur aliàs quòd vaſallus poſſit feudum refutare quandocunque voluerit: nec [d] poſtquam refutauerit, tenetur domino ſeruire: vt ſuprà de vaſal. qui contra conſtit. Lotha. feu. alie. ca. j. & c. ij. & cùm ibi non diſtinguatur, nec nos debemus diſtinguere: arg. ff. de offic. præſi. l. iij. & ff. de publi. l. de pretio. ¶ Econtra videtur quòd non poſſit refutare ſine voluntate domini: quoniam ab initio liberam habuit poteſtatem ſe non obligandi ad illud ſeruitium faciendum, & feudum accipiendum. ergo nõ poteſt illi contractui, ſiue obligationi ſine voluntate domini renunciare. ſicut enim in initio [e] libera poteſtas eſt, &c. vt Cod. de act. & oblig. l. ſicut. cum omnibus conc. ſuis. & eſt argum. ad hoc. ff. de vſufruct. l. ſed cum fructuarium. Nec ob. quòd prædictum ca. indiſtinctè loquitur: quoniam licèt [f] ibi non diſtinguatur: nos tamẽ debemus diſtinguere. quod [g] enim omittitur à lege, non debet omitti à religione iudicantis: ff. de teſtib. l. quæſitum. & de ſpon. l. oratio. & eſt fortè ratio: quia feudum [h] datum ad certum ſeruitium faciendum, non poteſt refutari [i] ſine voluntate domini. aliàs [k] verò quod eſt indeterminatè datum, poteſt refutari: quoniam vaſallus, qui habet feudum conditionale, eſt obligatus domino ad illud ſeruitium vel [l] per ſtipulationem, vel ſaltem per pactum in illo contractu infeudationis appoſitum, & ita veſtitum: vnde certa actione ad id faciendum poſſet à domino conueniri putà vel ex ſtipulatu, vbi ad factum eſt obligatus per ſtipulationem: vel certi condictione, vbi certum quid promiſerit, vel præſcriptis verbis, vbi ſtipulatio non interuenit: vel etiam condi. ex maioribus informata per pactum: quod eſſet ineptum dicere, vt per eius refutationem actio domino competens tolleretur. At [m] cùm liberè feudũ recipit, non appoſita aliqua conditione. ſed ſimpliciter fuerit de eo inueſtitus: nihil ei eſt præter ſacramentum, de quo Deum habeat vltorem, ſi contra fecerit, ſi fidelitatem iurauerit: quia & feudum amittit, ſi culpam committit, per quam amittere debeat. ad nihilum enim obligatus eſt, niſi ex natura feudi niſi quia ſi domino non ſeruierit, ſecundùm quòd ex natura feudi debuerit, ipſum feudum amittit. Sicut enim iure conſuetudinario feud. permittitur vaſallo feudum refutare: ita eodem [n] iure liberatus eſt, poſtquam refutauit, ab illa obligatione naturali, qua tenebatur domino ſeruire & hoc eſt, quod ibi dicitur, *ad ſeruiendum poſtquam refutauit, non tenetur.*

α ¶ *Certum ſeruitium.* Hoc eſt feudum conditionale: & ſumatur exemplum ex 2. titu. 3 § vlti. Et hoc etiam cur refutari non poſſit, non video: quod hic interpres tamen exagitat. Cuiacius.

a Voluntatem, non exitum in maleficiis ſpectari quo ſenſu dicatur.

b Quis cogitationis pœnam nemo meretur ff. de pœ. l. cogitationis.

a Quæ lex ſ. regulatum. recitatur de pœnitentia l. eadem ſpecie.

b Pœnitentia ignoſcitur.

c Quibus inſidiis feudum amittatur.

d Teſtes quot requirantur in probandis in...

e Teſtium numero nõ adiecto, duo ſufficiunt.

f Fœminæ in feudis vt ſuccedant.

Maſculi fœminis in feudis ſucceſſione præferuntur.

Feudũ propriè adquiritur amore, nõ ...

...ſacramentum ſemper debetur poſſi...

a Feudum ad certum ſeruitium datum.

b Feudo certi ſeruitij an poſſit à vaſallo refutari inuito domino.

c Renunciari feudo vtrum à vaſallo poſſit inuito domino, & cui feudo. adde tit. infra tit. 55. §. cuſtodire.

d Refutati feudi effectus

e Contractus ab initio voluntatis ex poſt facto neceſſitatis

f Diſtinguimus aliquando, vbi lex nõ diſtinguit.

g Religio iudicantis id, quod à lege omiſſum eſt, ſupplere debet.

h Feudum datũ ad certum ſeruitium non poteſt refutari inuito domino indeterminate, vel ſimpliciter datum, poteſt

i Refutari feuda quæ poſſint, aut non poſſint

k Feudi ad certũ ſeruitium, & ſimpliciter dati differentia.

l Feudum cõditionale habẽs quibus, & quam variis actionibus domino teneatur.

m Feudũ ſimpliciter ſine aliqua conditione habens, quid debeat domino.

n Refutati feudi effectus

DE PROHIBITA FEVDI alienatione per Lotharium.

TITVLVS LII.

Feudum vaſalli non alienent ſine voluntate dominorum ſuorum: ſi vaſallus contrà fecerit, pretio, & beneficio carebit notarius verò, qui ſcripſit inſtrumentum officio ſuo priuabitur, & fit infamis. Bald.

Lotharius diuina fauente clementia, III. Imperator Romanorum pius, fœlix, inclytus, ac triumphator, ſemper Auguſt. vniuerſo populo.

DE PROHIBITA FEVDI ALIEnatione per Lotharium.

a ¶ *Impe*

IMperialis beneuolētiæ proprium eſſe iudicamus, commoda ſubiectorum inueſtigare, & eorum calamitatib. diligēti cura mederi: ſimiliter reipublicæ bonum ſtatum, ac dignitatem imperij omnib. priuatis commodis præponere. Quocirca omnium fidelium noſtrorum, tam futurorū, quàm præſentiū nouerit vniuerſitas, qualiter dum apud Ronchalias ſecundùm antiquorum Imperatorum conſuetudinem pro iuſtitia, ac pace regni componēda conſideremus: omnia, quæ ad honorem Imperij Romani ſpectare videntur, ſolicitè indagātes perniciosiſſimam peſtem, & reipublicæ nō mediocre detrimentum inferentem reſecare propoſuimus. Per multas enim interpellationes ad nos factas comperimus milites ſua beneficia paſſim diſtrahere: ac ita omnibus exhauſtis, ſuorum ſeniorū ſeruitia ſubterfugere: per quod vires Imperij maximè attenuatas cognouimus, dum proceres noſtri milites ſuos omnibus beneficiis ſuis exutos ad fœliciſſimam noſtri numinis expeditionem nullo modo tranſducere [a] valeant. Hortatu itaque & conſilio [b] Archiepiſcoporū Epiſcoporum, ducum, comitū marchionum, palatinorum, cæterorúmque nobilium, ſimiliter etiam iudicum hac edictali lege [c] in omne æuum Deo propitio valitura decernimus, nemini licere beneficia, quæ à ſuis ſenioribus habent, ſine ipſorum permiſſione [d] diſtrahere, vel aliquod cōmercium [e] aduersùs tenorem noſtræ conſtitutionis excogitare [f], per quod Imperij, vel dominorum minuatur vtilitas [g]. 1. ¶ Si quis verò contra hæc noſtræ legis ſaluberrimæ præcepta ad huiuſmodi illicitum commercium acceſſerit, vel aliquid in fraudem huius legis machinari tentauerit: pretio [h], ac beneficio [i] ſe cariturum agnoſcat. Notarium verò, qui ſuper hoc tali contractu libellum [k], vel aliūd inſtrumentum conſcripſerit, poſt amiſſionem officij, ipſum infamiæ [l] † periculum ſuſtinere ſancimus. Dat. VII. die menſis Nouembris, M.cxxxvj.

Primò thema. Secundò quæſtio. Tertiò reſponſio. Secunda ibi: Defuncto. *Tertia in verſi.* Quas amputantes. BALD.

Imperator Lotharius Auguſtus vniuerſo populo.

2. ¶ Satis bene diſpoſitum ad vtilitatem regni & ad pernicioſam peſtem deſtruēdam, in ſcriptis inſerere curauimus. Quidā miles bona beneficia à duobus dominis, prout ſolitum eſt, acquiſiuit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter ſe diuidentes, alter eorum domino ſuo pro beneficio, quod ad eum peruenit, fidelitatem nullo antepoſito, ſicut pater fecerat, fecit. Alter verò frater pro ſuo beneficio alteri domino ſuo ſimiliter: quia nullum alium dominum habere videbatur, nullo antepoſito fidelitatem fecit. Defuncto poſteriore fratre ſine filiis, vtique feudum in querimoniam venit: vt priùs perſonam, & ſic dominus poſterior talem fidelitatem quærit, qualem eius frater fecerat. Quas amputantes altercationes, ſancimus, quod frater fecit (ſcilicet in dando ſimpliciter) nihil ſuperſtiti obeſſe: licèt in ſecundam, & tertiam generationem, & vſque in infinitum peruenit, ſi hoc actum erit.

Si vaſallus intra annū, & diem doloſè non petierit inueſtiturā, amittit feudum. Si verò iuſta cauſa

---

a ¶ IMperialis.] *Tranſducere.* cùm ipſi milites, qui beneficia habent à dominis ſuis, debeant ire cum eis quando vadunt Romam cum rege in hoſtem, id eſt, in exercitu. illi autem vaſalli, qui cum eis non vadunt, debent præſtare eis hoſtēditias [a], olim ſcilicet in Lomb. xij. denarios de modio: in Theutonia tertiam partē fructuū, facta cōputatione fructuum ſolùmodo eius anni, in quo hoſtem faciunt: *vt ſuprà, de cap. Cor. § ſimiliter in hoſtenditiis.* Hodie verò aliter ſtatutum eſt, ſcilicet quòd ſi non iuerit ſecum in prædicta expeditione, vel aliū pro ſe domino acceptabilem non miſerit: debebit tam in Lombardia, quàm in Alemania ſubminiſtrare domino dimidium reditus feudi vnius anni. & ſi [b] alterum iſtorum à domino admonitus, ſiue vocatus ſpatio competenti non fecit, feudū amittit: *vt in conſtit. Frederi. Imperialem. §. firmiter.* & hoc debebit probari: ſ. quòd vocatus fuerit à domino per compares ipſius vaſalli. *arg. infrà de alod. §. vt autem æquitas.*

a Hoſtenditiæ quid, & earum quātitas antiqua, & noua.

b Hoſtēditias non ſoluentis vaſalli pœna.

b ¶ *Conſilio.* ſecutus fuerit Imperator iſte modum Iuſtiniani in condenda lege: ſc. eam faciendo conſilio procerum ſuorum: *vt C. de legi. & conſt. l. humanum.*

c ¶ *Hac edictali lege.* vnde habet [c] vim generalis legis hoc ipſo, quòd in ea ponitur verbum iſtud, *hac edictali lege:* quod ſolum ſufficeret, etiā ſequens verbum, ſc. *in omne æuum,* &c. ad hoc vt haberet vim generalis legis: *vt C. de legi. l. leges, vt generales.* ACCVRS.

c Lex generalis eſſe his verbis, *hac edictali.* & *in omne æuum* & ſimilibus, colligitur.

d ¶ *Permiſſione.* aliàs enim ſi [d] eorum cōſenſu venditio fieret, bene valeret: & hoc verū eſt, ſiue dominus cōſentiat tacitè ipſi venditioni, ſiue expreſſim: *vt ar. C. de remiſ. pi. l. ij. & l. ſi hypothecas. & ff. de rei nd. l. creditor.* qui enim alij conſentit, ſua iura perdit: *vt C. de admin. tut. l. cùm quidā.* ¶ Sed quid ſi eo ſciente, & nō contradicente vendatur? Reſp. & tunc fortè bene valeret venditio: *vt arg. j. ſi de inue. inter dom. & vaſal. lis oriatur §. ſi autē aliquis.* patientia [e] enim ſine cōtradictione habetur pro cōſenſu expreſſo: *vt arg. ff. de act. l. quadam. & ff. mād. l. ſi verò. § idē Papinianus. & C. de nupt. l. ſi vt proponis.* Item intelligitur conſentire [f] ſi præſens [g] fuit, & non cōtradixit: *vt argu. ff. de decu. l. honores. §. vlti.* niſi fortè ſciat vbique ius ſuum durare, dum tacitè conſentit: *vt arg. ff. quibus mod. pign. vel hyp. ſol. l. ſicut. §. non videtur.* & hæc vera ſunt, quando ex certa ſcientia. aliàs enim potiùs videretur errare: *vt ff. de iudi. l. ij.*

d Alienari feudum à vaſallo poteſt domini conſenſu.

e Patiētia ſine cōtradictione habetur pro conſenſu expreſſo.

f Conſentire tacitè quis dicatur

g Præſentia ſine contradictione an, & quādo pro cōſēſu habeatur.

e ¶ *Commercium.* putà [h] fortè pretium ipſum accipiendo ſub colore inueſtituræ: vel etiam pignori obligando: vel aliter alienando: quod quidem facere non poteſt: *vt j. in conſtit. Fride. Imperialem. § callidis.* Vel fortè infeudando aliis, qui non poſſunt feudum ſeruare. ſicut ipſe poteſt: cùm non ſit fortè miles: ſicut ipſe eſt. Vel etiam à dādo alia lege, quàm ipſe habet: quod ſimpliciter prohibetur facere *vt j. de lege Corradi. §. ex eadem lege.*

h Commercij ſpecies.

f ¶ *Excogitare.* Non intelligas ſecundùm literam, quòd ex ſola [a] cogitatione patiatur pœnam ſequentem: ſed intelligas de ea quæ iam proceſſerat ad actum, & factum compleuit: cum ex ſola [b] cogitatione non minuatur vtilitas Imperij, vel dominorum. & hoc eſt, quod ſequitur, *per quod Imperij, vel dominorum minuatur vtilitas,* &c. cùm nemo debeat pœnam pati cogitationis: *vt not. eſt ſup. tit. proxi. c. ſi voluerit.* & ad hunc intellectum facit etiam, quod j. dicit, *pretio, ac beneficio ſe cariturum,* &c. per quod videtur quòd completa [c] debeat eſſe venditio. 2. Vel dicas, quòd bene debet [d] pati vaſallus pœnam inferiorem ex ſola cogitatione: ſ. quia beneficio debet carere: vt hîc ſit vnus caſus, in quo patiatur quis pœnam cogitationis, & tentationis. hoc eſt quod infrà dicit, *in fraudem legis machinari tentauerit,* &c. & intelligas quòd hîc dicitur, *minuatur:* id eſt, minui poſſit. & quod infrà ſequitur, *pretio,* ſcilicet quando completa erat venditio: *ac beneficio,* ſcilicet quando ſolummodo cogitauerat, vel tentauerat. priorem tamen intellectum puto meliorem.

a Cogitatio nuda non [illegible] pœnam, ſed ea, quæ ad actum [illegible]

b Cogitatio ſola non [illegible] imperij, vel dominorum.

c Vēditio [illegible]

d Cogitatio [illegible]

g ¶ *Vtilitas.* in hoc minueretur [e] vtilitas Imperij, ſi beneficia ita alienarentur: quoniam milites, qui beneficia venderent, non irent ampliùs in expeditionem cum dominis eorum, quod facere debent: *vt ſuprà notatum eſt:* & ita vires Imperij attenuarentur, ſecundùm quod ſuprà dixit, *per quod vires Imperij attenuatas,* &c. dominorum autem vtilitas in hoc minueretur: quoniam non poſſent ampliùs habere ab eis hoſtenditias ſuperiùs nominatas: vel etiam alia ſeruitia, quæ vaſalli dominis præſtare tenentur: & hoc eſt, quod dixit in ſuperiori parte iſtius legis, vbi dicit, *ſuorum ſeniorum ſeruitia ſubterfugere.*

e Alienatio [illegible]

h ¶ *Pretio.* quod [f] pretium reſtituetur bonæ fidei emptori. *vt in conſtit. Frideri. Imperialem. circa fi. j. reſpon.* Sed quid ſi eſſet malæ fidei emptor, putà quia ſciebat feudum eſſe quod emit? Reſpond. tunc non repetet, ſecundùm quod hîc videtur dici. Vel aliud ſi in fraudem legis machinari tentauerit, &c. quaſi videatur dicere tam de emptore, quàm de venditore, & ita ſecundùm hoc poteris referre illud, *cariturum agnoſcat, tam [g] ad emptorem, quàm ad venditorem:* de hac materia dices ſecundùm quod pleniùs *not. in d. conſtit. Frideri. Imperialem.*

f Pretium [illegible]

g Alienatio [illegible]

h De [illegible]

i ¶ *Ac beneficio.* quod beneficium dominus recuperabit nulla [h] præſcriptione obſtante: quia quod ab initio [i] non valuit, tractu temporis confirmari non poteſt: *vt j. de cap. Corra. cap. j. & in conſtit. Fride. Imperialem.*

i [illegible] ab initio non [illegible]

k ¶ *Libellum.* fortè quia [k] imbreuiauit tantùm contractum ipſum ſuper aliqua ſchedula: vel fortè ſcripſit ſuper aliqua chartula qualiter debeat contractus celebrari, quem dedit vni ex contrahentibus, vel ambobus: & nihil vltrà fecit.

k Cō[illegible] illicitum [illegible] quando [illegible] dicatur.

l ¶ *Infamia.* & ita non patietur aliam pœnam notarius [l] per conſtitutionem

l Notarij [illegible] citum [illegible] ſtrumentum conſcribentis pœna.

conſtitutionem iſtam, niſi quia officium tabellionatus amittet, & infamis efficietur. per conſtitutionem autem Friderici, *Imperialem decet ſolertiam.* debet ſimiliter manum amittere, in §. illo *callidis.* Sed nunquid verum erit, ſi ſciens, ſiue ignorans feudum eſſe, inde inſtrumentum fecit? non puto quòd ignorans [a] puniatur: nam nec vaſallus alienans per ignorantiam punitur: *vt ſuprà de contro. inter do. & empt. §. j.*

a ¶ *Quoniam inter.* ¶ Et not. quòd lex iſta tantùm locum habet in futurum, ſecundùm quod dicitur in prædicta conſtitutione Friderici, *Imperialem circa principium:* vbi dicitur: *vnde Imperator,* &c. nimirum cùm in hac non dicatur aliud de præteritis contractibus. leges [b] enim & conſtitutiones futuris certum eſt dare formam negotiis, &c *vt Co. de legi. & conſtit. l. leges, & conſtitutiones.*

b ¶ *Si iuſta cauſa.* quando autem intelligatur iuſta [c] cauſa impediri, dicitur *ſuprà quo tempo. miles inue. pe. cap. j.* ¶ Et nota quòd hæc lex, & ſuperior proxima inueniuntur in paucis conſuetudinibus feudorum: vnde quia dubito verùm ſint leges, vel non, circa eas non inſiſti.

impeditus non fecerit, non perdit feudum. Bald.

Imperator Lotharius Auguſtus, &c. Eugenio Papæ & vniuerſo populo.

3. ¶ Quoniam inter [a] dominum, & vaſallum nulla fraus, nec vllum malũ ingenium debet interuenire, idcirco per hanc præſentem legem ſancimus, ſi vaſallus non doloſè per annum & diẽ ſteterit quod à domino ſui beneficij inueſtituram non petierit: feudum non ob hoc amittat. dolus enim abeſſe videtur, ſi iuſta cauſa [b] impediente ſteterit. Datum VI. Kalend. Septemb. anno à Natiuit. Dom. M.DXXVII. indictione v.

DE PACE TENENDA inter ſubditos, & iuramento firmãda, & vindicanda: & de pœna iudicibus appoſita, qui eam vindicare, & iuſtitiam facere neglexerint.

TITVLVS LIII.

Primò præcipit Imperator pacẽ iuramẽto firmatam ab omnibus ſeruari. Secundò ſtatuit pœnam nõ ſeruantibus. Tertiò prohibet conuẽticula, & illicitas exactiones. Quartò confirmat ſacramenta puberum licita, & caſſat illicita. Quintò reddit ad materiam feudorum. Secunda ibi, Si quis verò auſu temerario. *Tertia in §.* Conuenticula. *Quarta in §.* Item ſacramẽta puberum. *Quinta in §.* Ad hoc qui allodium. Baldvs.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus vniuerſis ſubiectis ſuo Imperio, Salutem.

Hac edictali lege in perpetuum valitura iubemus, vt omnes noſtro ſubiecti imperio [c], veram & perpetuam pacem inter ſe obſeruent: & vt inuiolata inter omnes perpetuò obſeruetur duces [d], marchiones, comites, capitanei, valuaſores, & omnium locorum rectores, cum omnibus locorum primatibus, & plebeis, à decimo octauo anno [e] vſque ad ſeptuageſimum [f], obſtringantur iuramento vt pacem teneant, & rectores locorum adiuuẽt in pace tenenda, atque vindicanda: & in fine vniuſcuiuſque quinquẽnij [g] de prædicta pace tenenda [h] omnium ſacramenta renouentur.

DE PACE TEnẽda inter ſubditos, & iuramento firmãda, & vindicanda: & de pœna iudicibus appoſita, qui eam vindicare, & iuſtitiam facere neglexerint.

c Hac edictali] *Imperio.* Et ita videtur quòd lex iſta non habet locum, niſi inter illos, qui ei ſubditi ſunt. ſed nunquid tenet Francigenas, & alios Vltramontanos, qui ei non ſunt ſubditi? videtur quòd non ex eo quod hic dicit *noſtro ſubiectis Imperio,* &c. Sed dicas quòd eos ſimiliter tenet [d]: quoniam licèt ei non ſint ſacramento ſubditi, ſunt tamen ratione imperij Romani, ſub quo eſſe debent, cùm ipſi fuerint de imperio Iuſtiniani: *vt Cod. de offi. præfe. P. prat. Afric. l. vltima j. col.*

d ¶ *Duces.* qui autem dicantur duces, & alij ſequentes, dicitur *ſuprà, quis dicatur mar. du. co. c. j.* Accvrs.

e ¶ *A decimooctauo anno.* Et ita habes hîc quòd poſtquam quis eſt xviij. [e] annorum habet legitimam [f] ætatem quantùm ad hoc, vt teneatur iurare quòd pacem tenebit. aliud tamen obſeruatur in contractibus rerum minorum: quoniam tunc poſtquam [g] factus eſt pubes, poteſt iurare in contractu ſuo. *vt infrà ea. l. §. item ſacramentum puberum.* ¶ Sed quid ſi poſtquam factus eſt pubes, iurauerit ſe non venturum contra pacem, quã cum aliquo inimico ſuo fecerit: & poſtea contra ea n venerit rumpendo, nunquid punietur pœna eius legis? Reſpond. fortè non, ſecundum quòd hîc dicitur, vel aliud ſit in contractu, & aliud hîc: quoniam cùm pacem reddit de eo, quod ſibi factum eſt, potiùs videtur diſtrahere, quàm contrahere, cùm ille, qui in eum maleficium commiſerit, erat ei obligatus: & non iſte ipſi. Si enim Imperator iſte vellet quòd per illud ſacramentum tenerentur: quare ſimiliter de eo non dicit: ſicut dixit de maiore xviij ann. &. Vel dicas, quòd bene teneretur pœna huius legis tunc: & aliud eſt in generali pace, de qua lex ita loquitur, quã omnes ſubditi imperio tenentur inter ſe ſeruare: & aliud eſt in ſpeciali pace, quam ſi minor promiſerit ſe firmam, & ratam ſemper habiturum, & non contrauenturum, & poſtea iurauerit ſponte, non poterit poſteà contrauenire: cùm loco maioris tũc habeatur. Tunc enim contradixit promittẽdo ſuper facto ſuo. Sed in illa generali pace, de qua loquitur hîc, nullus videtur contrahere, niſi quia iurat ad poſtulationem iudicis illius loci, nimirũ aliquando eſt quid [h] licitum in ſpecie, quod in genere non licet: *vt arg. ff. quod cuiuſ. vni. no. l. item §. ſi decuriones. & ff. de arbi. l. item ſi vnus. § ſi in duos. & Inſt. de le. §. ſed ſi vxori. & ff. cõ. prædi. l. in tradendis. & ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. quæſitum. & ff. de cond. & demon. l. cum ita. & de acqui. hæ. l. ſi quis mihi. §. ſed vtrũ.*

¶ Notabis ergo hîc, quòd ætas legitima [a] dicitur xviij. ann. ad pacem iurandam. Sic etiam iure Lombar. dicitur legitima ætas, ſimiliter xviij. an. ad contrahendum: *vt in Lombar. de prohi. alie. mi. l. j.* Item eodem iure dicitur legitima ætas xiiij. an. ad ſponſalia contrahenda: *vt in Lombar. de prohi. nu. l. adueniente nouiſſima.* aliàs dicitur legitima ætas xij. an. ad conſentiendum patri volenti facere filios naturales ſibi ſimiles, vel æquales: *vt in Lombard. de ſuc. l. ij.* ¶ Iure autem Romano dicitur legitima ætas xxv. ann. ad contrahendum: *vt ff. de mi. l. j.* aliàs xviij. ann. quãtum ad hoc, vt quis poſſit pro alio poſtulare: *vt ff. de poſtu. l. j. §. ij. & Inſtit. quib. ex cau. ma. licèt, vel non. in fi.* aliàs dicitur legitima ætas pubertas, ſ. ad teſtamenta faciẽda, & ad nuptias contrahendas: & quãtum ad hoc vt poſſit quis teſtimonium ferre: & ad contractus faciendos cum iuramẽto: *vt Inſt. prædi. ti. §. cum ergo. & Inſtit. de nupt. in princ. & ff. de teſtib. l. teſtium. § leg. Iul. de vi. & infrà, ea. l. § itẽ ſacramenta.* ¶ Dicitur autem pubertas [b] in maſculis, xiiij. annorum: in fœminis xij. an. quo tempore dicuntur viripotentes: *Inſt. qui mo. teſt. infir. circa prin.* Aliter dicitur plena [c] pubertas in maſculis, xviij. ann. in fœminis, xiiij. ſcilicet quantùm ad alimẽta vſque ad pubertatem relicta: *vt ff. de ali. & ciba. leg. l. Mela ait.* Aliàs dicitur legitima [d] ætas, ex quo quis exceſſit infantiam, quantum ad hoc vt poſſit emancipationi conſentire: *vt Cod. de eman. l. pe. in fi.* Dicitur autem infans [e] minor vij. annis: *vt Cod. de iure delibe. l. ſi infanti. in princ.* Aliàs dicitur legitima [f] ætas xxix. ann. quantum ad hoc vt non poſſit quis reſtitui aduerſus contractum, quem fecit in minori ætate: *vt C. de temp. in integ. reſtit. l. vlt.* ¶ Ex hoc ergo quòd dicitur hîc, colligi poteſt quòd nullus [g] minor xviij. ann. debeat compelli iurare de pace. ¶ Vnde ex hac l. poteſt notari bonũ ar. quòd minor [h] xviij. ann non tenetur per ſe pugnare [i], cùm non [k] compellatur in pugna iurare, *ar. iſtius legis.* Ille enim, qui pugnam facit, debet [l] iurare quòd nullam rem habet, quæ ad maleficium pertineat: *vt in Lombard. qualiter quis ſe de. l. nullus campio.* debet etiam iurare de aſto: *vt in prædi. ti. l. ſi quis aſtum aſto.* & maximè cùm iuuenilis ætas excuſet eum à pugna per ſe facienda: *vt in prædi. tit. l. antepen.* nec iure Lombard. inuenitur de aliis legitimis ætatibus, niſi quas ſuperiùs nominauimus. Accvrsivs.

f ¶ *Vſque ad ſeptuageſimum.* ann. poſt [m] illud verò tempus nõ debet conſtringi iurare [n]. ſicut nec teſtimonium dicere compelluntur huiuſmodi ſenes maiores lxx. an. *vt ff. de teſti. l. in muti. & de iure immu. l. iij.* Accvrs.

g ¶ *Quinquennij.* hoc fortè debet fieri propter illos, qui iam peruenerunt ad xviij. an. qui nondum iurauerant propter minorem ætatem: & propter illos, qui iam exceſſerunt lxx. etiã, vt magis reminiſcantur qualiter pacem debeant ſeruare: nihilominus tenentur eam ſeruare propter prius iuramentum, cùm ipſi non iurent ad tempus: perpetuò enim eam debent ſeruare: *vt in princ. huius l. dicitur.* hodie autem nõ ſeruatur huiuſmodi renouatio: imò potiùs fit contrà. renouatur enim ſacramẽtum ſocietatum & coniurationum quæ prohibitæ ſunt per hanc *l. in §. conuenticula.*

h ¶ *Pace tenenda.* ſubaudi, & de adiuuandis locorum rectoribus in pace tuenda, atque vindicanda. & hoc eſt, quòd ſuperiùs dixit, *& pacem teneant. & rectores locorum adiuuent,* vt, &c. Vel dicas, non renouabuntur ſacramenta, niſi de pace tenenda: & intelligas quòd ibi non dicitur, quòd debeat iurare de adiuuandis rectoribus: ſed dicitur, quòd poſtquam iurauerint pacem tenere, debeant adiuuare rectores in pace tuenda, atque vindicanda: & ita conſtruas: vt pacem teneant, ſcilicet iureiuran. adſtringantur. & facies punctum, & volumus ſubaudi, ſiue iubemus, quòd adiuuent locorum rectores. priorem tamen intellectum puto veriorem.

a Ætas legitima ad pacem iurandam, cõtrahendum, poſtulandum, teſtamentum faciendum, nuptias contrahendas teſtimonium ferẽdum, & ſimilia quæ.

b Pubertas in maſculis & fœminis quæ dicatur.

c Plena pubertas quæ dicatur.

d Legitima ætas ad conſenſum emancipationi præſtandum.

e Infans quis dicatur.

f Legitima ætas vt quis nõ poſſit reſtitui, quæ.

g Iurare de pace qui non cogantur.

h Minor xviij. annis cogi nõ poteſt in pugna iurare: aut per ſe pugnare.

i Pugnare per ſe qui non cogantur.

k Iurare in pugna qui non cogantur.

l Iurare quæ teneatur is quã pugnam facit.

m Senes ſeptuagenarij iurare & teſtimoniũ dicere non coguntur.

n Iurare aut teſtimonium dicere qui non cogantur inuiti.

a ¶ *De quacunque re.* quam fortè aliquis ſibi debet ex contractu, vel quaſi, vel ex maleficio, vel quaſi.
b ¶ *Vel facto.* quòd fortè ſibi facere tenetur ex pacto, vel fortè ſibi fecit: puta iniuriam, vel quid ſimile. Accvrs.
c ¶ *Poteſtatem.* ¶ Sed quid ſi non habet iudicialem poteſtatem

¶ Si quis verò aliquod ius de quacunque re [a] vel facto [b] contra aliquem ſe habere putauerit: iudicialem adeat poteſtatem [c], & per eam ius ſibi competens exequatur [d].

¶ Si quis verò auſu temerario prædictam pacem violare [e] præſumpſerit: ſi ciuitas eſt, pœna centum librarum auri [f] cameræ noſtræ inferenda puniatur: oppidum verò triginta libris auri mulctetur: duces autē, marchiones, & comites quinquaginta auri libras præſtent: capitanei quoque, & maiores valuaſores viginti auri libris puniantur: minores verò valuaſores & omnes alij prædictæ pacis violatores, tres libras auri inferre cogantur, & damnum paſſo, ſecundùm leges reſarciant. i. ¶ Iniuria [g], ſeu furtū [h] legitimè puniatur [i].

a Fugientem debitorem, an, & quemadmodum creditor capere poſſit.

& debitor ſuus fugit [a]? nunquid ſua authoritate poterit rem ab eo auferre, ita vt non incidat in conſtitutionem illam. *ſi quis in tantam. Co. vnde vi.* vel ius crediti amittat, *per l. illam, extat edictum diui Marci*, vel debétne iudicem expectare? Reſp. dixerunt quidam, quòd tūc etiam nō expectata iudicis authoritate poterit ei rem ſua autoritate auferre: *vt arg. C. de Iud. & cœl. l. nullus. & Co. de dec. l. generali. lib. x.* quod non credo verum eſſe. verum eſt enim ſi ipſe fugeret, quòd poſſet eum detinere, donec [b] ad iudicem poſſet eum perducere: *vt ff. quæ in frau. credi. l. ait prætor. § ſi debitorem.* non tamen poterit ei per violentiam rem auferre ſecundū quod ſatis dicitur in prædicta *l. generali. & no. ff. quod metus cau. ſuper illa l. prædicta, extat edictū.* Sed quid ſi nō fugit? Reſpon. nec tunc ſua autoritate debebit auferre: veruntamen ſi timet rem ſuam vſucapi [c], vel præſcribi, vel timet aliter actionem ſuam tempore petituram actionem fortè iniuriarum, vel aliam: debebit proteſtari [d] publicè in [e] ſcriptis cum ſubſcriptione tabellariorū: vel ſi non poterit eos habere, ſubſcriptione trium teſtium, quòd vult agere contra eum, [f] per eum non ſtat: ſed per iudicem, qui abſens eſt. & hoc faciet vbi aduerſarius habet domicilium, & ita interrumpet tempus: *vt C. de an. except. l. vt perfectius.*

b Idem Bar. Nouel. vt iudices. §. mediſimam. & quæ ibidem ſcripſi in tit. e. 9. in verbo, detinere.
c Præſcriptiones proteſtatione impediūtur.
d Proteſtatio impedit vſucapionem, & præſcriptionem.
e Proteſtatio quemadmodū vtiliter fieri debeat.
f Ius ſibi dicentis ſua autoritate pœnę.
g Pœna iudicis iuſtitiam facere nolentis.
h Nemo priuatus ſibi ius dicere debet, vel in iis quæ ad pacis iuratæ executionem pertinent.

d ¶ *Exequatur.* & non ſua auctoritate aliàs [f] enim incideret in edictum diui Marci, vel in conſtitutionem illam. *ſi quis in tantam.* vel in alias, contra quas faceret. idcirco enim vigor iudiciorum, & iuris publici tutela eſt in medio conſtituta, ne quiſquam ſibiipſi permittere valeat vltionem: *vt C. de Iud. & cœl. l. nullus.* ſed ſi iudex noluerit [g] ei facere iuſtitiam, ipſe iudex tenebitur ſibi reſarcire damnum: *vt infrà, eod. l. §. iudices verò.* Si verò maior iudex fuerit, punietur in x. lib. aut ſi minor, in tribus: vt ibidem ſequitur, *ſi quis verò temerario.*
e ¶ *Pacem violare* q. d. nos volumus quod [h] omnes ita ſtent in pace, quam iurauerint, vt ſi aliquis paſſus fuerit iniuriam ab aliquo fortè ante pacem iuratam, vel etiam fortè poſt, vel aliquid ei debeatur: quod adeat iudicem, & per eum ius ſuū proſequatur, & non per ſe ſumat vindictam, vel ius: alioquin tanquam pacis violator punietur, & hoc eſt, quod ſequitur, *ſi quis verò temerario auſu.*
f ¶ *Centum librarum auri.* & ita debent iſti puniri in c. lib. au. & alij iudices minori pœna, ſecundùm quod ſequitur, *& ita puniuntur* [i] *maiore* [k] *pœna maiores, quàm minores.* & hoc etiam verum pecuniariter, ſecundùm quod hîc dicitur, *multò magis enim pœna ſunt digni, &c. vt C. de epi. & cler. l. presbyteri in ſi* hoc enim quòd ſunt marchiones, vel duces, vel comites, habent à principe: *vt ſ. qu. dic. dux c. j.* corporaliter autem maiori pœna debēt puniri minores *vt C de ſum. Tri. l. nemo clericus* & hæc vera ſunt quòd præſtabunt dictam pœnā. & præterea [l] punientur ſecundùm qualitatem criminis. & hoc eſt quòd ſequitur, *homicidium quoque, &c.* & præterea reſarcient damnum ei, contra quē pacem ſuperiùs: vt hic ſtatim ſequitur, *& damnum paſſo, &c.*
g ¶ *Iniuria* quæ quidē iniuria inſpici [m] à iudice debebit, ſi fuerit atrox, vel non. 2. Inſpici etiam debebit in quem, & à quo facta fuerit iniuria, & quo loco: vt maior æſtimetur ex perſona vel loco: *ſecūdùm quòd hæc omnia dicuntur Inſt. de iniur. §. atrox.* vt ſecundùm qualitatem iniuriæ debeat puniri. 3. Item inſpici debebit, ſi deſcendit iniuria ex lege Cor. putà cum dicat ſe pulſatum, vel verberatum, vel domum ſuam per vim ingreſſum an deſcendat ex iuriſdictione prætoris, ſicut alia eſt præter prædictam vt illa [n], quæ deſcendit à lege, puniatur arbitrio iudicis: ſcilicet in vtraque pœna corporali, & pecuniaria propter contumeliam: *vt ff. de iniu. l. conſtitutionibus.* in prætoria verò iniuriā paſſus æſtimabit ſuam contumeliam, & iudex pœnam corporalem: *vt Inſtit. de iniu. §. pœna.* & hoc inſpiciet, an agatur ciuiliter, an criminaliter: quod fieri poteſt: vt in primo caſu pœna imponatur ſecundùm quòd ſuperiùs dictum eſt. Si criminaliter [o], extraordinaria pœna officio iudicis punietur *vt Inſtit. præd. ti. §. in ſumma.* ¶ Vtrum [p] autem poſſit agi vna, ſi actum fuerit alia, variatur: dixerūt enim quidā, quòd ſi agat quis pro iniuria ſibi facta ciuiliter, non poterit poſtea agere criminaliter, vel econtrà. poteſt enim vtraque agi: *vt ff. de iniur. l. prætor. §. j.* Sed ſi agat ciuiliter pro eo, quòd ſeruus ſuus ſit dolo malo interfectus, nihilominùs poterit poſtea agere criminaliter, & ecōtrà: *vt C. quando ciui. ac præ. cri. l. j.* & hoc dixerūt tali ratione: quia quādo alicui fit iniuria, nō habetur æſtimatio rei familiaris: id eſt, damni dati: ſed tantū contumeliæ. M verò non conſentit cū eis in priori caſu, ſed in poſteriori ſic: & hoc tali ratione, ſcilicet quia in eo caſu, quo quis habet ciuilem, iudicis eſt æſtimare vtrunque: ſc. contumeliam factam, & pœnam corporalem. is verò, qui iniuriam paſſus eſt, neutrū æſtimabit. In eo verò caſu, in quo quis prætoriam habet, ipſe æſtimabit contumeliam ſuam tantùm: iudex verò pœnā corporalem tantùm. & ideo in hoc caſu ſi egerit, ciuiliter, poterit poſtea agere criminaliter: *vt Cod. quando ci. ac. præiu. cri. l. j.* & intelligas quod hic loquitur de ea iniuria, quæ ſpecialiter dicitur contumelia [a], quę contemnendo dicta eſt: licèt generaliter dicatur Iniuria quicquid non iure factum eſt. *vt Inſtit. de iniur. in prin.* Accvrs.

i Pœnæ pro qualitate perſonarum extēduntur, vel minuuntur.
k Maiores, ſeu nobiliores, aut in dignitate conſtituti grauius puniuntur in pœnis pecuniariis, in criminalibus minus ac mitius.
l Pœnæ pro qualitate criminis augentur, vel minuuntur.
m In iniuria quæ conſideranda ſint à iudice, quibus adde Clarem. ſ. ſentent. § iniuria.
n Iniuria pœna ciuilis quę, ſiue mere ciuilis, ſiue prætoria ſit.
o Iniuria pœna criminalis arbitraria.
p Vna actione propoſita an alia tollatur.

h ¶ *Seu furtum* Quid [b] ſit furtum, & vnde dicatur, habes Inſt. *de obl. quæ ex delic. naſ. §. j. & ij. & §. furtum autē ſit & ff. de furt. l. j. §. furtum* ¶ Fures [c] enim ſunt, qui occultè, & ſine armis furtum cōmittunt: *vt in Auth. vt nulli iud. § quia verò nos, coll. ix.* quod furtum poterit puniri ciuiliter & criminaliter. ¶ Ciuiliter [d] punitur furtū manifeſtū in quadruplum. non manifeſtū in duplū: *vt Inſt. de ob. quæ ex deli. § pœna. & § vlt. & de act. §. ex maleficiis. & §. dupli. & §. quadrupli* & totum erit pœna ſiue quadruplū, ſiue duplum res enim ipſa furtiua condici per ſe poterit: *vt Inſt. de act. § ex maleficiis. & de obl. quæ ex deli. §. vlt.* pro pœna verò dabitur furti actio, quæ actio quando datur ad quadruplum, eſt prætoria: *Inſt. de perp. & temp. act. §. furti quoque.* quando verò datur ad duplum, eſt ciuilis: *vt Inſt. de noxa. ac circa pr.* & ita dominus Io. B. eas ſignauit in arbore actionū. Quod autē eſt furtum manifeſtum, & quod non manifeſtum, dicitur *Inſt. de oblig. quæ ex deli. naſ. §. manifeſtum & § nec manifeſtum* ¶ Criminaliter [e] poteſt puniri furtū: putà quia fur corporaliter punitur ita tamen quòd nec moriatur, nec aliquid ei abſcindatur: ſed aliter caſtigari debet: *vt in Authent. vt nul. iudi. §. quia verò colla. ix.* dum tamen in facie eius nihil inſcribatur: ne facies, quę ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis eſt figurata, maculetur: *vt Cod. de pœnis l. ſi quis in metallum* ¶ Iure autem Longobardorum [f] contrarium fit, quoniam pro primo furto debet ei oculus erui: pro ſecundo naſus ſcarpelari: pro tertio verò debet mori: *vt in Lombar. de fur. & ſer. fu. l. ſi quis latro.* & hoc verum eſt, quando criminaliter punitur. ſi autem ciuiliter punitur, tūc ſi maſculus fuerit & liber, & furtum fuerit manifeſtum: ſibi nouum reddet & pro culpa ſoluet lxx ſoli. Si furtum fuerit vſque ad x. ſiliquas, ſiue ſolidos. & ſi non poterit ſoluere, debet mori. ſi autē fuerit nec manifeſtus, tunc tantùm nouum reddet: ſi autem fuerit ſeruus, eo modo punitur, excepto quòd pro culpa ſoluet tantū xl. ſoli. *vt in Lombar. præd. tit. l. j. ij. iij. & iiij.* & hæc vera ſunt in maſculo. Si autem fuerit mulier libera, tunc pro manifeſto tantùm nouum reddet alia enim culpa ab ea nō debet requiri pro eo quòd paſſa fuerit iniuriam: cùm deprehēſa fuerit in furto: *vt in Lombar. præd. tit. l. ſi mulier libera.* eodem modo punietur pro non manifeſto, vt puto, ex eo quod dicitur *in l. iiij. eod. tit.* Eodem etiam modo punietur furtum ab ancilla factum: *vt in Lombar. præd. tit. l. ſi ancilla.* ¶ per l. [g] autem iſtius Imperatoris Friderici. aliàs corporaliter punitur ſc. quia ſi furtū fuerit valens v. ſol. vel ſuprà, laqueo debet ſuſpendi: ſi minus ſcopis & forcipe debet excoriari, & tonderi: *vt ſ. de pace te. § ſi quis quinque ſols valens.*
i ¶ *Legitimè puniatur.* ſecundùm leges. ¶ Sed quæro ſecundū [h] quas leges debet puniri iniuria, ſeu furtum nunquid ſecundùm leges antiquas Romanas & nouas, an ſecundùm leges Lōgob. punietur iniuria, ſecundùm quod dicitur in Lombar. *de conuiciis & in tit. de pla. ſeu fur. ſeruorū. & aliorum* & furtum ſimiliter ſecundùm quod ſuperiùs not. eſt. an dices prædictos debere puniri ſecundùm l. prædictam *de pace te. § ſi quis alium. & ſequenti. & § ſi quis quinque ſoli valens, &c.* Reſp. ſecundùm leg. Lomb. nō punietur, cum ille fuerit Romanorum Imperator: vnde intellexit tantùm de legib. Romanis. nam ille qui Romana lege viuit, ei ſubiacere debet: *vt in Lombar. t. Ro. po. inter qua. l. viuere velit. l. j.* Sed tamen inſtabis, nōnne & Carolus fuit Imperator, qui illā l. *ſi quis latro* condidit, quæ eſt in Lombar. *de fur. & ſer. fugi.* Reſp. licèt fuerit Imperator, non tamē fuit Romanus. Vel dicas, quòd nō fuit Imperator. imò videtur quòd tantū fuit Rex Francorum, & Lombardorū: *vt in Lomb. qua. de lege ho. ſuas res ſer. de l. i. in fin.* Nec inuenitur in illo libro, quòd fuiſſet Imperator, niſi per ſubſcriptiones ſuper leges eius factas ab iis qui cōpilauerunt Lombar. ſub titulis competētibus, ſiue rubricis imò per illā legē quam fecit. ſc. primam appellatur tantùm Rex: *vt in Lombar. de epiſ. & cle. l. j.* 2. Vel dicas quòd ſtetit rex per multos annos Franciæ, & Lomb. antequam Romanum Imperium haberet. & tunc fecit legem prædictam: vt apparet per

a Contumelia & iniuria differentia.
b Furtū quid, & vnde.
c Fures qui dicantur.
d Furti pœna ciuilis ...
e Furti pœna criminalis ...
f Furti pœna Lōgobardorum conſtitutio ...
g Furti pœna quædam conſtituta ab Imperatore Friderico.
h Iniuria, ſeu furtum legibus Romanis non Longobardicis ...

per capitulare ſuum, ſi quis per ordinem inſpexerit in Lombard. confuſa, non intitulata. Nec enim inuenitur niſi nouem leges feciſſe, poſtquam fuit Imperator, ſiue L. *vt in vlt. charta capitularis ſui reperitur.* non enim ille fuit Carolus, qui dicitur filius fuiſſe Pipini: ſed fuit ille, qui fuit pater Pipini: *vt prædic. inuenitur. char. vlt. & in Lombard. de epiſc. & cle. l. & hoc ſtatuimus.* & ita dices ſecundùm quod ſuperiùs dictum eſt, quòd nõ punientur per legẽ Lombar. Imò nec per leges prædi. *ſupr. de pace te.* cùm fortè ipſa non eſt lex[a], nec pro lege debet ſeruari; maximè in iſto caſu: nec Imperator iſte voluit eam legem eſſe, niſi vt ſeruaretur id, quod eſt in ea: donec conderet legem *de pace te.* & ſuper iis, quæ in iſta continentur. vnde poſtea hanc legem fecit generalem, quam voluit

¶ Homicidium[a] quoque, & membrorum deminutio[b], vel aliud quodlibet delictũ legaliter vindicetur. ¶ Iudices † verò, & locorum defenſores, vel quicunque magiſtratus ab Imperatore, vel eius voluntate cõſtitui[c], ſeu confirmati, qui iuſtitiam facere neglexerint[d], & pacem violatam vindicare legitimè ſuperſederint, damnum omne iniuriam paſſis reſarcire compellantur: & inſuper ſi maior iudex eſt, ſacro ærario pœnam decem librarum auri præſtet: minor autem pœna trium librarum auri mulctetur.

¶ Qui verò ad prædictam pœnam[e] perſoluendam inopia dignoſcitur laborare corporis ſui correctionem cum verberibus[f] patiatur: & procul ab eo loco, quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Domus, vbi conuenticula, aut conſpirationes fiunt, confiſcatur: & receptans violatorem legis, pari cũ eo pœna punietur. BALD.

perpetuò debere obſeruari, ſecundùm quod in princip. leg. dicitur, *in perpetuum valitura,* &c. Et quòd illa non ſit lex, probatur ex eo, quod in ea dicitur in princ. ſcilicet *& omnibus, ad quos litera iſta peruenerint*: per quod videtur quòd non eſt lex: ſed fuerint literæ, quas mittebat per ſubditos ſuos, non faciendo mentionem de omnibus ſubditis ſuis, ſed de his tantùm, ad quos peruenerint: cùm fortè non peruenerint niſi ad paucos. & eas fortè miſit ſtatim, cùm receperat coronam: ſicut faciunt omnes Imperatores. Nec enim ſeruauit in ea ſtylum[b] condendæ legis, quem ipſemet ſeruauit in iſta, dicens, hac edictali lege, & aliis, quas fecit: & qualem debebat ſeruare, & etiã ſeruauit Iuſtinianus, ſecũdùm quod dicitur *in C. de legi. & conſtit. l. vt generales. & l. humanum.* Quem etiam ſeruauit Lotharius *in ſua l. ſuperiori.* Remanet ergo quòd per illas leges Romanas debere puniri, & punientur, ſecundùm quod ſuperiùs notatum eſt. nec enim voluit Imperator iſte derogare aliis legibus per prædictam *l. ſ. de pace te.* ſi lex eſt. imò voluit, quod in ſuo vigore deberent permanere. & hoc probatur ex eo, quod in eadem dicitur circa princip. vbi dicitur: *Inde eſt, quòd nos tam diuinas, quam humanas leges in ſuo vigore manere cupientes,* &c. & hoc etiam quòd hic proximè dixit ſuprà, & damnum paſſo ſecundùm l. &c. & non dixit *ſecundùm leges*: quod eodem modo debet hîc intelligi, *legitimè puniantur*: id eſt, ſecundùm l. ſicut in princ. huius glo. expoſitum eſt. Nec voluit tantùm recapitulare verbum illud, *ſecundùm leges,* cauſa pulchrioris dictatus. Vel dicas (& hoc verum puto)[c] quòd prædicta lex, bene eſt lex, & pro lege debet ſeruari. nam quod principi placuit, legis habet vigorem. Quæcunque enim per epiſtolam, & ſubſcriptionem ſtatuit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat: *vt ff. de conſti. prin. l. j.* Satis enim in ea continetur vocabulum, *edicti,* ſecundùm quod in §. illo, *ſi quis alium,* dicitur, cùm ibi dicatur, *ſi quis alium,* &c. quaſi fuerit illud pacis edictum quod fecit de pace tenenda. imò videtur iuſſiſſe quòd per omnes partes regni deberet ſeruari ex hoc quod ibi dicitur circa princ. *per vniuerſas regni partes,* &c. quod[d] ſufficit ad hoc, vt vim obtineat edicti: *vt Codice de legi. & conſt. l. iij.* Et ſecundùm hoc dices quòd iniuria puniri debeat, ſecundùm quod dicitur in illa l. in illis caſibus, in quibus loquitur, ſcilicet quando fit poſt pacẽ. Veruntamen ſi iudex[e] videbit magis puniendũ inſpecta atrocitate iniuriæ, & inſpectis perſonis iniuriam patientis & facientis, & loco, magis puniet, vel etiam minùs puniet, ſi viderit minùs puniendum prædictis inſpectis: ſecundùm quod dicitur *Inſtit. de iniur. & ff. de iniur.* cùm per illam legem id nõ prohibeatur. *quod enim non mutatur,* &c. *vt Codice de teſt. l. ſancimus.* quod enim noua lege non eſt ſpecialiter expreſſum, id veteribus legibus videtur relictum: *vt Cod. de appell. l. præcipimus. in fin.* hoc idem intelligas de pœna furti, niſi fortè quantum ad pœnam corporalem, quæ debebit fortè fieri, ſecundùm quod dicitur in præd. *l. j. §. ſi quis quinque ſolidos, valens, &c. in fin.* licèt enim videatur perquam durum: lex tamen ita ſcripta eſt, & ſeruanda: *vt ff. qui, & à quibus ma. l. fin.* vel non, *l. proſpexit legiſlator.* Niſi quia fortè hodie derogatum eſt ei per contrariam conſuetudinem.

a ¶ *Homicidium.* ille enim qui homicidium fecit, capite[f] puniri debet: *vt ſ. de pace tenen. §. j. in fin.* tenetur enim lege Cor. de ſica. cuius pœna talis eſt: *vt inſtit. de pub. iud. § item lege Corn. de ſica.* ¶ Eodem etiam modo punitur, ſi[g] cauſa hominis occidendi cum telo ambulauerit: *vt ibidem dicitur, & Cod. ad leg. Cor. de ſica. l. ij. qui cum telo.* imò etſi cauſa furti faciendi cum telo ambularet, eadẽ lege teneretur: *vt ff. ad leg. Corne. de ſic. l. j.* ¶ Et hoc verum[h] eſt, quòd ita punietur homicida, niſi per pugnam, vel aliter probauerit quòd ad ſui defenſionem illud fecit: *vt ſ. de pace tenen. §. j.* is enim, qui aggreſſorẽ, vel aliũ in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus occiderit, nullam calumniam ob id factum metuere debet: *vt C. ad leg. Cor. de ſica. l. j. & ij.* Quod enim quis ob tutelam ſui corporis fecit, iure feciſſe exiſtimatur: *vt ff. de iuſti. & iur. l. vt vim.* ¶ Item hoc eſt verum, ſi habuit voluntatẽ occidendi: ſi enim non voluntate, ſed fortè caſu eum occiderit, impunis erit: quoniam crimen non contrahitur, niſi voluntas nocendi intercedat. ea enim quæ improuiſo caſu potiùs, quam fraude accidunt, fato, non noxæ plerunque imputantur: *vt Co. ad leg. Cor. de ſica. l. j. & l. iiij.* in maleficiis enim voluntas, non exitus ſpectatur: *vt ff. ad leg. Cor. de ſica. l. diuus.* ¶ Itẽ hoc verum eſt, quòd ita debebit puniri vt dictũ eſt: & præterea bona[a] eius fiſco applicabuntur, ſi non reliquerit aſcendentes, vel deſcendẽtes vſque ad tertium gradum. quo caſu eis concedentur: excepto crimine læſæ maieſtatis: ſalua tamen dote vxoris: *vt Cod. de bonis damna. Authen. bona damnatorum. & Co. ad leg. Iul. maie. l. quiſquis.* Si autem homicida a facie iudicũ fugerit: tunc res eius mobiles publicari debent in populo, & diſpenſari: alia verò immobilia dabuntur hæredibus ſuis iurantibus, & obſeruantibus ſecundùm quod continetur *ſuprà de pace te. §. ſi verò pacis violator.* & hæc vera ſunt in violatore pacis, in alio verò idem puto ſeruandum, quod in prædicta Authen. dicitur, niſi fortè diceres, vt maleficium non remaneat impunitum quòd ſaltem legitima tantùm aſcendentibus, & deſcendentibus vſque ad tertium gradum relinquatur. intereſt enim reipublicæ ne maleficia remaneant impunita: *vt ff. ad legem Aquiliam l. ita vulneratus.* ¶ Parricidium[b] autem punietur, ſecundùm quod dicitur *ff. & C. ad legem Pompe. de parri. & Inſtit. de pub. iudiciis.*

a Homicida quemadmodũ in bonis puniatur

b Parricidij pœna.

c Membri amputatio, qua pœna puniatur.

b ¶ *Deminutio.* pro[c] quo delicto fortè manus delinquẽtis amputabitur (cùm pro ſolo vulnere manus ei amputaretur, ſi pacem violauerit: *vt ſuprà, de pace tenenda. §. ſi quis alium.*) Imò (vt puto) in plus punietur, ſi iudici viſum fuerit, ſecundùm qualitatem criminis. Imò & capite punietur, ſi animo occidendi eum percuſſit, vt ſuprà notatum eſt, & hoc ſimiliter intelligas ſecũdùm determinationem ſuperiùs notatam: ſcil. Se defendendo, aut non: aut voluntariè, vel non hoc fecerit.

c ¶ *Conſtitui.* & ita not. hîc quòd ab Imperatore debent iudices[d], & locorum defenſores, & alij magiſtratus, vel eius volũtate conſtitui: & hoc verum eſt, excepto in Lombardia, quæ priuilegium habet ab eo, vt Lombardi per ſe iudices faciant: dum tamen ab eo confirmentur. quòd malè ſeruatur, ſecũdùm quod continetur in pace, quam Imperator Cõſtantiæ fecit cum ipſis, quæ ſcripta eſt infrà inferiùs in libello de pace Conſtantiæ cõpoſita, &c. & hoc eſt etiam; quòd dixit, *ſeu confirmari*: quod fortè dixit propter prædictam pacem. & hoc verum eſt, quòd debent iudices in ciuitatibus conſtitui; ſcilicet qui iura reddere poſſint. parum eſt enim ius eſſe in ciuitate, niſi ſint, qui iura reddere, vel regere poſſint: *vt ff. de orig. iur. l. ij. §. poſt originem.*

d Iudices à quibus conſtituendi.

d ¶ *Iuſtitiam facere neglexerint.* ita[e] quod eam nullo modo fecerint. Idẽ puto & ſi contra ius litigatoris fecerint, putà ſentẽtiando contra quam non debebant, fortè corrupti[f] pretio aut gratia: quoniam tunc non patientur ſolum pœnam æſtimationis diſpendij; ſed etiam ipſius litis, cùm eam ſuam fecerit: *vt Cod. de pœna iud. qui malè iud. l. vlt.* debet enim tunc condemnari ad veram litis æſtimationem[g], niſi foret filiusfamilias, qui condẽnatur quatenus peculiũ patitur[h]: *vt ff. de iud. l. ſi filiusfamilias.* hæc vera ſunt, quando dolo malo ita iudicauerit. Si autem non dolo, ſed per[i] imprudentiam malè iudicauerit: tunc condemnari debebit, quatenus æquum viſum fuerit iudicanti: *vt Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi deli. naſc. circa prin. & ff. de va. & extra. cog. l. fi.*

e Iuſtitiam nõ facere qui dicantur.

f Iudicis corrupti pretio, gratia, dolo malo iudicantis pœna.

g Et etiã corporaliter poteſt puniri ſecundum la. de Belui. Bald. & Alua.

h Immò totũ intereſſe, ſecũdum Alua. per l. hoc alleg.

i Iudicis per imprudentiã iudicãtis pœna.

e ¶ *Ad prædictam pœnam.* hoc refertur ad proximum dictum. ſ. ad iudices, qui prædicta facere neglexerint: ſ. vt puniantur: *vt j. ſequitur,* ſi prædictam pœnam non potuerint ſoluere. ¶ Sed nunquid ad violatores[k] pacis poſſet referri, ſ. qui propter inopiam non poſſunt ſoluere pœnam contra eos ſtatutam ſuperiùs: ſ. vt eodẽ modo debuerint cũ verberib. procul ab eo loco, in quo habitãt, abiici & quare nõ? vt dicas quòd referatur ad ſuperiùs dictũ & ad proximũ: & maximè cũ violator pacis non cõmiſit homicidiũ, vel aliud delictum, propter quod debet capite puniri in ipſa violatione pacis: imò multò fortiùs deberet referri ad eos, cùm ſit tale delictum, propter quid etiam deberet capite puniri: nã miles turbator pacis capite punitur: *vt ff. de re mi. l. fin.*

k Pacis violatores quemadmodum puniendi.

f ¶ *Cum verberib.* ¶ No. ergo quòd[l] non liberatur quis à pœna propter inopiã, imò maiorẽ pœnam ſuſtinet, cùm corporaliter verberib. debeat puniri, & præterea à loco ſuo expelli lõgè per quinquaginta milliaria: ictus n. fuſtiũ maior pœna eſt qualibet

l Inopia pœnã non aufert ſed auget.

a ¶ *Præſcriptione.* ¶ Sed[a] de qua præſcriptione intelliges, an de præſcriptione xxx. an. vel xl. Reſ. intelligas de præſcriptione, quę datur tit. habentibus: ſcilicet x. an. inter præſētes, vel xx. inter abſentes: ſecundùm quod de hac dicitur, *C. de præſcrip. long. temp. x. vel xx. an.* quæ meritò hic dicimus non obſtare: cùm alienatio ipſo iure nulla fuit. quod enim ab initio nō tenet, tractu tēporis non poteſt conualeſcere: *vt in cōſtitutione Frider. Imperialem.* nam intelligo de præſcriptione xxx. vel xl. ann. per quam omnis actio tollitur. *C. de præſcript. xxx. an. l. ſicut.* contra deſides enim, & ſui iuris contemptores introductæ ſunt huiuſmodi pręſcriptiones odioſę: cùm differentia debeat eſſe inter deſides, & vigilantes: *vt C. de anna. excep. l. vt perfectius. & l. fina.* Vigilantibus enim iura ſubueniunt: *vt ff. de iis, quæ in fraud. cred. l. pupillus in fi.* nec enim credendum eſt, Romanum principem, qui iura tuetur, huiuſmodi verbo totam obſeruationem de præſcrip. long. temp. multis vigiliis excogitatam, atque ingentam velle euertere: *vt argu. C. de inoff. teſtam. l. ſi quando §. reſpon.* Etiam dicas quòd loquitur de omni præſcriptione, cùm indiſtinctè loquatur: prior tamen intellectus videtur verior, vt puto.

nulla obſtante præſcriptione[a] *a* reuocare[b]. Similiter in petendis hoſtenditiis (hoſtenditiæ dicuntur adiutorium, quod faciunt dominis Romani cum rege in hoſtem pergentibus) vaſalli, qui cum eis non vadunt, verbi gratia in Lombardia *β* de modio xij. denarios, in Theutonica terra tertiam partem fructuum[c] facta computatione fructuum ſolummodo eius anni, quo hoſtem faciunt.

Ob prælati delictum Eccleſia ad tempus feudo priuatur. BRAT.

1. ¶ Item ſi clericus, veluti epiſcopus, abbas, beneficium habens à rege datum non ſolúmodo perſonæ, ſed Eccleſiæ, ipſum propter ſuā culpam perdat: eo viuēte, & Eccleſiaſticum beneficiū, vel honorem habente, ad regem pertineat[d]: poſt mortem verò eius ad ſucceſſorem eius reuertatur.

DE CONTROVERSIA inter maſculum, & fœminam de beneficio.

TITVLVS XLI.

Regula eſt reo dari iuſiurandum, vt dixi ſuprà 2. & 3. *ſi lis ſit inter dominum, & emptorem, inter dominum, & agnatum, vel agnatam. Sed ſi lis ſit inter agnatum, & agnatam, agnato potius, quamuis actor ſit, defertur iuriſiurandi conditio, deficientibus probationibus. Item ſi præſumptio faciat pro domino, defertur potius domino, quàm fœminæ, vel emptori. Præſumptio eſt pro domino, ſi eorum, quæ in eo agro venditor poſſidebat, magnam partem conſtat eſſe feudum. nam & vendita adhuc pars, præſumitur feudum.* CVIAC.

Primò tractat qualiter decidatur contentio orta inter agnatum, & fœminam de beneficio. Secundò qualiter decidatur contentio orta inter dominum, & fœminam. In tertio, qualiter inter dominum, & emptorem. Secunda incipit in §. Sed ſi inter dominum. Tertia in §. Item ſi ſit. BAL.

ITem ſciendum eſt[e], quòd ſi inter maſculum, & fœminam controuerſia fuerit, maſculo dicēte, hoc eſt feudum: fœmina negante: niſi apertis probationibus fœmina oſtenderit non eſſe feudum, creditur maſculo cum ſuo iuramento affirmanti cum duodecim ſacramentalibus[f]. Sed ſi inter dominum, & fœminam domino dicente feudum, fœmina negante: probationibus deficientibus, detur fœminæ ſacramentum.

¶ Item ſi ſit inter dominum, & emptorem feudi: ſi emptor dicat non eſſe feudum, domino in probatione deficiente: ſacramento emptoris finiatur. Quidam tamen diſtinguunt: vt ſi magna[g] eorum pars, quæ vaſallus ibi tenebat, feudum ſit: detur domino ſacramentum, alibi fœminæ.

DE CONTROVERSIA inter dominum, & emptorem feudi.

TITVLVS XLII.

Primò ponitur dictum. Secundò declaratio. Secūda incipit in verſi. Quo reſtituto. BAL.

DOmino cū emptore feudi agente[h], ſi vaſallus

a ¶ *Nulla obſtante præſcriptione.* Ergo nec præſcriptione xxx. ann. quę tamē in aliis feudorum cauſis valet: *vt ſuprà 6. & lib. 1. tit. 9. §. pen.* Sed putem etiā domino reuocanti alienationem, obſtare præſcriptionem xxx annorum, & Conſtitutionē Friderici eſſe tantùm accipiendam de præſcriptione longi tēporis, vt rectè Guntherus ſic eam expreſſerit,

Nulláque vel lōgi præſcriptio temporis obſtat.

Quominùs ad dominū redeant tranſlata priorē.

Cōſtantinus Porphyrogenneta exigit præſcriptionē xl. an. CVIAC.

b ¶ *Reuocare.* hoc intelligas verum eſſe, niſi vaſallus poterit iurare quòd ignorans illud feudū vendidit tunc enim eſt electio emptoris[b] verùm velit illud feudum cedere domino, vel vaſallo reſtituere: poſtquam ita iurauerit, & poſtquam ita fuerit reſtitutum, vaſallus ipſum retinebit non obſtante venditione: *vt infrà proxi. c. domino cum emptore.* ACCVRS.

β ¶ *In Lombardia.* Emendaui 5. *tit.* 10. ex Conſtitutione Friderici, & manuſcriptorum integriori fide. *In Lombardia dimidiam, in Theutonica terra tertiam partem fructuum, &c.* Duo erant regna, Lombardicum, & Theutonicum. In Theutonico, Baioaria, Sueuia, Saxonia, Thuringia, Friſia, Lotharingia: vt Otho Friſingenſis ſcribit. CVIAC.

c ¶ *Tertiam partem fructuum.* Hodie verò per conſti. Fride. debet eſſe medietas[c] tam in Lombardia, quàm in Alemania: *vt in conſtit. Fride. Imperialem §. firmiter* niſi vaſallus mittat alium pro ſe domino acceptabilem: vt ibi dicitur.

d ¶ *Ad regem pertineat.* & ita hîc habes caſū, in quo caſu Eccleſia[d] patitur damnum propter culpam[e] prælati: & hoc contingit ratione regis, ſiue eius priuilegio: ſicut & aliàs ratione publicæ vtilitatis publicatur[f] res eccleſiaſtica propter culpam prælati. *C. de ſacroſanct. Eccl. l. iubemus nullā nauem. in fi.* Itē hoc contingit propter naturam feudi: quia propter ingratitudinē[g] amittitur. aliàs enim nunquā amitteretur feudum Eccleſię datum. & fortè loquitur de culpa, quæ reſpiciebat dominū: quo caſu ſi dominus poteſt feudum recuperare, non eſt abſonum vt dominus habeat hanc ſuæ iniuriæ vltionē[a]: *vt ſuprà qui. cau. feu. amit. §. denique.* veruntamē[b] propter priuilegiū Eccleſiæ reuertitur ad ſucceſſionem illius primi prælati poſt mortē illius. Sed quid ſi ab alio non rege beneficiū habuerit? nunquid in alio prælato, qui non ſit epiſcopus, vel abbas[c]? Itē quid in eo ſucceſſore[d] qui ante ſuæ prælaturæ promotionem tale delictum in regem commiſiſſet, propter quod, ſi in prælatura tunc fuiſſet, a feudo Eccleſia fuiſſet priuata[e]? Itē quid erit tenendū in delicto prælati, qui[d] rebus Eccleſiæ in feudū iuſtè datis ſubſequenter tale in vaſallum commiſit, quòd ſi laicus eſſet, vel clericus, & de patrimonio proprio dediſſet, cecidiſſet à proprietate? ACCVRS.

DE CONTROVERſia inter maſculum, & fœminam, &c.

e ITem ſciendū eſt. Poteſt hic poni caſus in duobus filiis defunctis: ſ. maſculo, & fœmina, qui cùm vellēt hæreditatem diuidere, maſculus dicebat quoddā hæreditariū feudum fore: quod fœmina negabat. 2. Poteſt etiā poni in agnato, & filia defuncti: à qua filia petebat agnatus in prædiū, dicēs feudū eſſe: illa autē negabat: vel agnatus poſſidebat, & filia petebat: vel etiā vacabat adhuc poſſeſſio fortè illius prædij, nō curo: quia in vtroque caſu filia primò debet poni in poſſeſſione, & poſtea agnatus debet petere: *vt 5. ſi de feu. controuerſia fuerit inter filiam &c.*

f ¶ *Duodecim ſacramentaliū.* qui cum eo iurabunt illud feudū eſſe & ita intelligendum eſt, quòd dicitur *infr. de capi. qui cu. ven. c. ſi contentio fuerit. & 5. ſi de feu. cōtrouer. feu. c. inter filiā.* & hæc vera ſunt, quòd ita[g] debet dari ſacramētum agnato, ſiue maſculo, ſi aliquid ſit pro eo, quod iudicē moueat: aliàs contrà, *ſuprà de conſue re. feu c ſacramentū.* vnde quæcunque dicuntur in illo capitulo de iuramento præſtādo, intelligenda ſunt cum determinatione *prædicti c ſacramentum.*

g ¶ *Magna.* quaſi velint præſumere aliud feudū eſſe ex eo, quòd magna[h] pars[i] eorum, quæ vaſallus ibi habeat, erat feudū, ad hoc vt detur ſacramentum domino: ſicut & alias quódē præſumitur ex diuturna[k] præſtatione: *vt ff. de vſur. l. cùm de in rē verſo. & C. de fideicom. l. j.* ſicut & aliàs detur ſacramentum[l] ratione partis quam poſſidet quis: *vt 5. de contro. inueſt. §. cùm autem quæ.* ¶ Sed nūquid ſecundū iſtos eadem diſtinctio erit inter marem, & fœminam facienda, vel inter dominū, & emptorem, & quare non eadem æquitatę, qua ipſi mouentur: *arg. C. de conſti. pecu. l. fi.*

DE CONTROVERSIA INTER dominum, & emptorem feudi.

h DOmino.] *Agente.* ſ.[m] rei vindicatione ſi crediderit ſe probare dominiū: vel fortè cōdictione ex moribus: vel fortè condic. ex illa l. *Imperialem*, &c. cùm[n] enim ibi nō caueatur quo genere actionis agatur, meritò cōdictione ex illa l. agendū erit: *vt ff. de cond. ex leg. l. j.* & intelligas quòd condices eam reſpectu poſſeſſionis, & non reſpectu proprietatis, cùm nemo[o] poſſit cōdicere rem ſuam, niſi à fure: *vt ff. vſufr. quemadmo. cau. l. vlt. in fi.*

2. Vel

a Excluſa præſcriptione per legem, vel ſtatutū, in dubio (niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat) intelligitur x. vel xx. annorum præſcriptio excluſa in realibus, in perſonalibus verò xxx. ex quo minor non currit. ſed ſi priuilegium, vel ſtatutum poteſt operari in præſcriptione longa, de illa ſola intelligetur loqui nō de longiſſima, multò minus de centenaria: vt minus corrigatur ius commune. Eamque communem eſſe opinionem refert Balbus *tract. de præſcr. 5. par. 5. q. 9. ex Gui. Pa. ... patre 55 ... ver. præſcriptione: & in l. 2. ... rei dominica, vel tēplorum. niſi fortè ... in caſibus ... legis ... in verb. ceſſante. Cod. de fund. limitroph. l. 2. in ... ancillam. C. de ingen. manumiſſ. l. vlt. in fi. C. de præſcr. long. temp.*

b Emptori feudi quemadmodum conſulatur, ſi feudum ei venditū fuit ab ignorante vaſallo.

c Hoſtenditiarum quantitas quæ hodie.

d Eccleſia quandoque dānum patitur propter prælati culpam

e Delictum prælati quandoque nocet Eccleſię

f Publicari poſſunt res Eccleſiaſticæ interdū propter culpam prælati.

g Ingratitudine feudum amittitur.

a Vltionem a iniuriæ ſibi illatæ petere ...

b Eccleſiaſticæ rei publicatio facta propter culpam prælati, non eſt perpetua, cum ad prælati ſucceſſorem non extendatur.

c Dic idem in ſuperiori caſu.

d Idē quoque hoc caſu, quod ſuperioribus duobus.

e Dic non idē quia in ſucceſſorem delictum commiſſum ante ... non nocet domino ... ſuperior...

f Delicto Eccleſiaſtici domini in vaſallum Eccleſia ... feudi ... priuatur.

g Iuramento in dubio ... feudum ... cui ... præſumptio ...

h Minor pars ... ſi ... in ... quo ... præſumptio ...

i Præſumptione colligenda ex maiori parte ... ad alia bona ... eodem ... na idē eſt ... bili tempo... præſtatione ad tēpus ſeptem ... torum.

k Præſtatione diuturna præſumitur ... obligatio.

l Iuramentum defertur poſſidenti maiorem partem, quam poſſidet.

m Vindicatio directa ... non ... agi ... proprietate.

n Cōdictio ... quando ... certum ... tis.

o Condicere rem ſuam nemo poteſt, niſi à fure.

a. Vel dicas quòd condicere poſſes condic. [a] ex illa l. ex libris Sabinianis: cùm ab eo habeat emptor, qui pro domino poſſidebat: *vt C. de acqui. poſſeſſ. l. ex libris.*

a ¶ *Iurare poterit.* bene dixit, *poterit:* quando verè ignorabat. & non dixit, *voluerit:* quia fortè vaſallus libẽter vellet iurare, etiã ſi ſciret illud feudũ eſſe: quia ignorans vẽdidiſſet: & hoc dicit nolens aperire viam periuriis[b]. cùm ſatis inhumanum eſſe videatur per ll. quæ periuria puniunt, viam periuriis aperiri: *vt C. de codi. vedu l. y. in fi.*

b ¶ *Ignorans.* dum tamẽ eius ignorantia non ſit craſſa & ſupina, putà ignorauit [c] quod omnes de ciuitate ſciebant: *vt ff. de iur. & fa. igno. l. j. & y. & l. regula. & arg. ff. de calum. l. annus.* Item intelligas verũ eſſe quando ignorabat factum alienũ: putà quia à prædeceſſore illud habuerat: & in alieni [d] facti ignorãtia tolerabilis eſt error: *vt ff. pro ſuo l. ſi. & ff. de iur. & fa. ign. l. plurimũ & l. error:* ſecus in ſuo: putà cùm ipſe acquiſiuit: *vt ff. ad Velle. l. quamquam & ff. loca. & condu. l. ſed addes. §. j. & de adil. edi. l. i. §. j. & §. cauſa & C. de reſtin. vil. l. quiſquis.* & hæc vera ſunt quando errauit in facto [e] putans illud feudum eſſe. Sed quid ſi ignorabat [f] ius: putà quia ignorabat legem prohibere feudi alienationẽ? Reſp. fortè nõ proderit ei talis ignorantia: *vt ff. ad Mace. l. ſi quis patrem. & C. vnde vi. l. ſi quis in tantum. & C. de interdi. ma. l. j. & y. & C. de praſc. xxx. an. l. ſicut in fi. & C. de praſcr. lon. temp. l. vlt.* leges enim ſacratiſſimę, quæ cõſtringunt hominum vitas, ab omnibus ſciri debent: *vt C. de leg. & conſtitu. l. leges* & hæc fortè vera ſũt, niſi [g] fuerit talis, cui permiſſũ ſit ius ignorare: putà minor, miles, & mulier aliquando: *vt ff. de iur. & fac. igno. l. regula. in prin. & C. ſi aduer. ſol. l. ſin. & de iur. de lib. l. ſin & de iur. & fac. igno. l. j.* vnde hic circa hunc arti. potes diſtinguere ſecundùm quod diſtinguitur de ignorantia iuris, & facti.

iurare poterit,[a] quòd ignorans [b] eſſe beneficium, vendidiſſet credens proprium: electioni [c] emptoris committitur, vtrùm domino velit ipſum cedere, an vaſallo reſtituere, Obertus dicit omnia vaſallo reſtituenda.

¶ Quo reſtituto, id beneficium vaſallus retinebit, non nocente, nec obſtante venditione, eò quòd ignorans alienauit. & quod dicitur, alienatione feudum aperiri domino, intelligendum eſt, cùm à ſcientibus alienatur beneficium. Et quod dicitur de venditione, idem eſt in omnibus alienationibus.

DE CONTROVERSIA inter vaſallum & alium de beneficio.

TITVLVS XLIII.

Vaſallus agere, & conueniri poteſt pro feudo, & pro parte feudi, etiam domino abſente, & quaſi pro re propria: & tranſigere poteſt bona fide: & ſi contra eum iudicatum eſt, vel ab eo tranſactum, dominus cogitur poſtea ratum habere etiam feudo ſibi aperto. BALD.

SI controuerſia inter vaſallum, & alium de beneficio fuerit aduerſario proprietatem totius, vel partem, vel aliud aliquod ius ſibi vindicante: cauſa per vaſallum etiam domino abſente [d], quaſi propria ad finem perducatur: ipſe enim ſolus vtiliter [e] agendi, & excipiendi habet poteſtatem. & ſi pro eo, aut contra eum iudicatum fuerit, vel cum aduerſario tranſegerit, dummodo fraudulenter actum non ſit, etiam ſi poſt beneficium domino aperiatur, tale erit, ac ſi eo cauſam agente iudicatum fuiſſet: & ideo ab eo ratum haberi [f] oportet.

c ¶ *Electioni.* & ita datur electio [h] hic emptori vtrũ velit cedere domino, an velit reſtituere vaſallo: vnde ſecundùm determinationem iſtius c. potes intelligere quod dicitur ĩ. *ſi de feu. contro. fu. c. ſi vaſallus* in quo diſtinctè dicitur, quòd vaſallo debebit reſtitui, & non domino. 2. vel dicas, & fortè meliùs, quòd iſtud intelligi debeat cum determinatione illius: & quod dicitur, quòd committitur electioni emptoris, verũ eſt. ſed illa electio nõ habebit effectũ, ſi vaſallus voluerit vt ei reſtituatur, & poſtquam ei fuerit reſtitutũ, tenebitur ad intereſſe emptori ignoranti, ſecũdùm quod ibi dicitur. Si autem cõtra voluntatem vaſalli domino ceſſerit: tũc fortè nõ tenebitur ei ad intereſſe, cùm ipſi vaſallo debeat reſtituere: & ita culpa eius amiſit, quæ nõ debet vẽditori nocere: *vt ff. de euict. l. ſi dictum. §. y.* ¶ Sed quia ſi emptor dño ceſſerit, nunquid vaſallus, qui id ignorans vendidit, poterit hoc recuperare à [i] domino, non obſtãte venditione, quam de eo fecerit? Reſp. fortè ſic: cùm per illam venditionẽ non fuerit domino apertum, ſecundùm quod j. ſequitur hoc eo c. ibi, *quod dicitur alienatione feudum domino aperiri,* &c. Imò, quod plus eſt fortè ab ipſo [k] emptore poſſet eũ vaſallus recuperare ſtatim poſt venditionẽ: poſtquam [l] ſciuerit feudũ fuiſſe, cùm venditio non tenuerit ipſo iure: *vt dicit conſti. Frid. Imperial. vt ar. C. de arg. & cl. l. quẽadmodũ l. xj.* ¶ Sed quo iure ageret cõtra quẽlibet? valde ergo eſt notabile c. iſtud: quoniam multoties poſſet accipere de facto. nam & ſecundùm iſtud c. & illud, quod eſt ĩ. *ſi de feu. contro. fu. c. ſi vaſ. feud.* credo conſtitutionem Frid. intelligendam.

a Condictio ex lege ex libris Sabinianis. *C. de acq. poſſ.*

b Periuriis viã leges non aperiunt.

c Ignorantiæ craſſa, & ſupinæ ſpecies.

d Ignorantia facti alieni tolerabilis.

e Ignorantia facti alieni feudum alienans vaſallus excuſatur.

f Ignorantia iuris feudum alienãs vaſallus non excuſatur, niſi ſit ex perſonis, quæ ius ignorant impunè.

g Ignorare ius qui impunè poſſint.

h *Similis Gloſſ. ſuprà tit. 40.*

i Vaſallus rem feudalem, ſeu feudum ignoranter alienãs poteſt detecta ignorantia, vel ab ipſo domino feudum recuperare.

k Feudũ ignoranti alienãs, poteſt detecta ignorantia, id ſtatim ab emptore reuocare: & cur.

l Alienãti pœna indicta, intelligitur de eo, qui alienat ſcienter: non qui ignoranter.

DE CONTROVERSIA INTER VAS. &c.

d ¶ *SI controuerſia.*] *Domino abſente.* Idem puto etſi dominus fuerit præſens, & hoc eſt quod dicit, *domino abſente.* ſtatim cùm [a] vaſallus eſt inueſtitus de aliqua re, rectè hanc habet poteſtatẽ, quòd tanquã dominus poterit à quolibet poſſidẽre quaſi vindicare, & defenſionem opponere: *vt ĩ. de inueſt. rei alie. §. rei autẽ.* Verumtamen ſi voluerit habere regreſſum aduersùs dominum de euictione [b], debebit domino denunciare: *vt ĩ. ſi de feu. vaſa. ab al. interpel. fen. c. negotiam.* quod quidem intelligo ſecundùm quod dicitur in gl. quæ ibi eſt, quæ ſic incipit, *hoc intelligas ſecundum diſtinctionẽ.* &c.

e ¶ *Ipſe enim ſolus vtiliter.* & ita videtur quòd habeat vtile [d] dominiũ: quod verum puto, ſicut dicitur de ſuperficiario, & emphyteuticario, & de eo, qui ad nõ modicũ tempus feudũ cõduxit: quib. datur vtilis actio: *vt no. ſuprà de capi. Cor. §. j.* vnde hic poteris repetere, quod de hac mater. no. in ſumma.

f ¶ *Ratum haberi.* ita quod tenebitur vaſallus reſtituere intereſſe, ſecundùm ſuprà no. nec id [e], quod nomine tranſactionis accepit, feudum erit: *vt ĩ. ſi de feu. controuer. fue. c. ſi vaſal. de feu. ſuo.*

QVID IVRIS, SI POST alienationem feudi vaſallus id recuperauerit.

TITVLVS XLIV.

Culpa, quæ non tranſiuit in perpetuam priuationem, non poteſt purgari. BALD.

PRæterea † ſi vaſallus ante conſtitutionem Lotharij regis feudum alienauerit: quod in quibuſdam curiis pro parte, in quibuſdam pro toto olim licebat, & ipſum poſtea recuperabat: pro feudo ſibi retinebit: hoc eſt, in cauſam feudi recadebat. hodie autem ſi ipſum alienauerit, ſi quidem illicitè, licèt poſtea recuperauerit, tamen penes eum non remanebit [g]: vtpote domino, ad quemcunque peruenerit, apertum.

¶ Profectò ſi domini voluntate [h] vendiderit, vel per libellum, vel aliter alienauerit: ſi idem poſtea recuperauerit feudum, penes eum remanebit, non

QVID IVRIS SI poſt alienationem feudi, &c.

g ¶ *PRæterea.*] *Remanebit* Simile habuimus de eo, qui factus eſt clericus, vel conuerſus: qui licèt [f] habitũ depoſuerit, feudũ tamen, à que priuatus eſt, propter id nõ recuperabit: *vt ĩ. de feud fœm. §. ex hoc illud.* Arg. contrà, ĩ. *vt hic finitur lex Cor. c. j.* licèt enim vaſallus interim, dũ eſt dominus excommunicatus, vel à rege bannitus, ſit à ſacramẽto fidelitatis ſolutus. tamẽ ſi poſtea fuerit dominus reſtitutus, redibit res ad priorem ſtatũ: vt ibi dicitur. hîc ergo colligitur manifeſtè, quòd nõ reſtituũtur iura amiſſa, licèt res in priſtinũ ſtatum redierit: *arg. ad hoc, C. de ſen paſſ. & re Linſulam. & ff. vnde cognat. l. u. qui alienã. & ff. de vſufr. ac l. quid tamen. §. 1. & § pe arg. contra hoc: de bo. poſſ. contra tab. l. j. §. l. & ſi. & de iure pat. l. ſine. & C. de adopt l. cùm in adopt. & C. de ſen paſſ. & re. l. j. & vlt. & de al. ind. mu. cau. fa l. ex hoc. § ſi quis.*

h ¶ *Profectò ſi domini voluntate.* fortè loquitur ſecundùm [g] noua iura per quæ vaſallus prohibetur feudum alienare ſine dñi voluntate: *vt in conſt. Frid. & Lotha.* olim [h] tamen poterat vaſallus ſine domini voluntate feudum vſque ad medietatem rectè vendere, & libellario nomine dare: *vt ĩ. de feu. alie. c. j & ĩ. qualiter olim po feudum alienari circa prin.* & hæc vera ſunt ſecũdùm ius antiquum, quãdo vaſallus non habebat id feudum in curte domini: nam ſi [i] habeat in curte, vel [k] ſi habeat extra curtẽ, & dominus habeat diſtrictum, vel alium honorẽ: tunc ſecus: quoniã ſi aliquam partem alienabat ſine domini voluntate, à feudo cadebat. *vt ĩ. qui mo feu amit. c. v. e n ſi quis.* imò & ſi fiebat alienatio: ſicut fieri non debebat, habebit [l] locum præſcrip. xxx. an. & obſtabat tam ſcienti, quam ignorãti *vt ĩ. qualiter olim feu. po alienari. §. praſcript.* quæ præſcriptio fortè locũ habebit hodie [m] contra

a actiones, & exceptiones, quæ competunt vaſallo pro feudo accepto ſiue aduerſus extraneos, ſiue aduerſus ipſũ dominum.

b Euictio vaſallo ab ipſo domino præſtanda.

c Euictionis vt dominus teneatur, ea domino à vaſallo denuncianda.

† Not. hic tex. ſatis elegantẽ. Quærit hic do. Aluar. de tali quæſtione, quã ponit Bal. in *l. traade opiſ. aud.* Si ex forma ſtatuti daretur certa ſolennitas in vẽditione refeudalis, vel emphyteuticæ, ſine qua viciatur vẽditio: an tunc ſi contrà fiat, cadat quis propterea à iure ſuo, & reſp. ſecundum Bald. quòd nõ: quia verbum *venditionis*, abſolutè prolatum non comprehendit venditionem, quæ nulla eſt ex defectu ſolennitatis: *per l 4 §. eodem ca. tum. ff. de re ind. fact l. alienatio. ff. de ver. ſig.*

d Dominium vtile feudi penes vaſallum, *adde Glo. ſuprà tit. 19.*

e Feudum non eſt, quod tranſactionis cauſa ob feudũ litigioſum vaſallus ab extraneo accipit.

f Amiſſa iura an, & quibus reſtituãtur, vel non reſtituantur, *adde Gl. ſuprà tit. 30 & infrà tit. 35. in pr. in verbo*, ſeu alienare.

g Alienari feudũ nouo iure prohibetur.

h Alienari feudum antiquo iure quẽadmodum potuerit.

i Feudũ in curte domini: vt olim, ita hodie non potuit alienari,

k Feudum extra curtem, in quo dominus habeat diſtrictũ, vel alium honorẽ, olim non potuit à vaſallo alienari, ne pro parte quidem.

l Præſcribi feudo olim, quo tẽporis ſpatio potuerit.

m Præſcribi feudum hodie quo temporis ſpatio, & aduersùs quos poſſit.

contra ſcientes: *vt no. ſ. de ca. Cor. c.* 1. dũ tamẽ ſint tales perſonæ, quib. hodie currat præſcriptio talis: *vt C. de præſcr. xxx. an. l. y.*
a ¶ *Beneficij.* puta quando vendiderat: cùm idem eſt, quando ad libellũ dederat, & cum recuperauit ſimiliter ad libellũ. & hoc eſt, quod ſequitur, *aut pro proprio, aut pro libello*, &c. & hoc verum eſt, quòd non remanebit penes eũ iure beneficij, ſcil. illud ius, quod per libellum trãſtulit, & poſtea recuperauit: rẽ tamen ipſam nihilominùs retinebit in feudum, ſicut ab initio habuerat. & hoc datur intelligi per id, quod ĩ. ſequitur, *illud verò ius*, &c. & quod in fine dicitur, *ſi feudum domino refutauerit*, &c.
b ¶ *Singulis fortè annis.* ſcilic. quod datur ei pro libello ſingulis annis ſui reditus. 2. Vel intelligas hoc ſc. quod ad libellum domini voluntate dedit, vt referatur ad ſuperius dictum, & non ad proximum. Sed prior expoſitio verior videtur.
c ¶ *Alterius rei.* i. tanquam alia res eſſet ſibi data ad libellum, ſcil. ab illa, quam tenebat in feudum.

iure beneficij [a]: ſed aut iure proprio, aut iure libelli, aut aliter, ſecundùm quod idem recuperauerit, dummodo ſcias quòd ſi ad libellum domini voluntate id dederit, ſi quidem pro libello ei datur ſingulis fortè annis [b], & hoc iure feudi cenſebitur. Illud verò ius, quod per libellum tranſtulerit, & poſtea recuperauerit: pro beneficio non tenebit: ſed velut alterius rei [c] datæ per libellum: etenim ſi feudum domino refutauerit, libellum retinebit.

AN AGNATVS, VEL FIlius defuncti poſſit retinere feudum repudiata hæreditate.

TITVLVS XLV.

Primò tractat an agnatus poſſit hæreditatem agnati repudiare, & feudum retinere. Secundò, an filius vaſalli poſſit hæreditatẽ repudiare, & feudum retinere. Secunda in verſi. Si verò.

SI contigerit * vaſallum ſine omni prole decedere: agnatus, ad quem vniuerſa hæreditas pertinet, repudiata hæreditate, feudum [d] ſi paternum fuerit, retinere poterit [e]: nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine ſoluere cogitur: ſed in fructibus, ſi quos reliquit, vt de eis debitum ſoluatur, quo tempore deceſſerit (ſecundùm quod ſuprà diximus [f]) conſiderabitur. Vbi verò filium reliquit, ipſe non poteſt hæreditatem ſine beneficio repudiare [g]: ſed aut vtrumque [h] retineat, aut vtrumque repudiet: quo repudiato, ad agnatos, ſi paternum ſit, pertinebit: & licèt alterum ſine altero retinere non poſſit: agnatis tamen conſentientibus [i] poterit dominus eum, ſi voluerit, quaſi de nouo beneficio [k] inueſtire: quo facto licebit ei repudiata hæreditate feudum tenere, nullo onere ei hæreditario imminente.

AN AGNATVS, vel filius defuncti poſſit retinere, &c.

d ¶ SI cõtigerit.] Feudũ ſc. paternum: ſecus ſi fuerit nouum: quoniam tunc nec cum hæreditate, nec ſine hæreditate retinere poſſet, niſi eo pacto eſſet acquiſitum: vt ſuprà dictum eſt pluries.
e ¶ *Retinere poterit.* hoc ideo contingit: quia [b] potiùs principali prouidẽtia, quàm ex iudicio, ſiue ex ſucceſſione defuncti ad eum peruenit: *vt ff. de adopt. l. ſi arrogator.* à maioribus enim potiùs hoc intelligitur, quàm ab iſto.
f ¶ *Suprà diximus.* vt *ſuprà hic finitur lex. §. his conſequenter.* conſiderabitur enim vtrùm deceſſerit ante Kalendas Martij, vel poſt. & hoc ideo: quia fructus [c] illius temporis pertinent ad hæreditatem defuncti, & nõ ad dominum, ſecũdùm quod ibidem dicitur.
g ¶ *Repudiare.* hoc etiã verum eſt, ſiue feudum fuerit nouum, ſiue paternum. & hoc datur intelligi per id, quod infrà ſequitur, *ad agnatos, ſi paternum fuerit*, &c. ¶ Et ita not. quòd deterior [d] conditio eſt filiorũ, quàm agnatorum ſic ſ. *ſi vaſal. feu pri. c.* 1. quod videtur mirum: maximè cùm fuerat paternum [e], quòd potiùs principali prouidentia videtur ad eum pertinere debere, quàm iudicio defuncti: *vt ſ. notatum eſt.*
h ¶ *Aut vtrumque.* ¶ Not. ergo hîc, quòd filius [f] vaſalli non poteſt retinere feudũ repudiata hæreditate paterna ad hoc, vt non teneatur ſatisfacere creditorib. hæreditatis. & eſt pro hoc arg. *ff. de verb. ſig. l. bonorum. §. 1. & ff. vt in poſſ. lega. l. 2. cum. §. bonorũ. & de bon. poſſ. l. ſed & cùm §. bonorũ. & de acqui. re. do. l. rem in bonis. & de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. & ff. ad Treb. l. cogi. §. ſed. & ar. cõtrà. C. de fun. pa. l. fundi. & l. poſſeſſores & C. de col. fund. pa. l. pe. & ff. de bo. lib. l. ſi patronus. §. ſi.* ¶ Sed nunquid idem erit in filio emphyteuticarij [a]? argum. hîc quòd ſic. & prædicta pro, & contrà potes in eo notare.
i ¶ *Conſentientibus.* vel etiam poſtea ratum habentibus, *ſupr. de aliis feu. pa. c.* 1. cùm ratihabitio retrotrahatur, & mãdato æquiparetur: vt ibi not. nam etſi ad iſtũ non debet deuenire per ſucceſſionẽ: tamen ſi conſenſu eorum fuerit inueſtitus, ad eũ repetendum nullo [b] modo regreſſum haberent: *vt ſuprà quib. mod. feu. amit. §. præterea.* & hæc vera ſũt ſiue cõſenſerunt tacitè, vel expreſsè: vt ibi notatum eſt.
k ¶ *De nouo beneficio.* Sed nũquid [c] in iſto caſu poſt mortẽ filij eius: ſi deceſſerit ſine filiis, pertinebit illud feudum tanquam paternum adhuc ad eoſdẽ agnatos, ita quòd præferãtur domino? Reſp. fortè non, ſecundùm quod videtur dici in illo §. *præterea* nã conſentiẽdo eum inueſtiri quaſi de nouo beneficio, videtur iuri ſuo renunciare: quia qui alij conſentit, iura ſua perdit: *vt C. de admini. tut. l. cùm quidã.* & etiam ad hoc eſt arg. *infr. prop. ca. tres ſrãt agnat. an ſi.* ¶ Sed quid ſi ſine eorum conſenſu dominus eũ quaſi de nouo beneficio inueſtiuit? nũquid ſtatim poterunt illud petere ab eo? Reſp. fortè non, ſi filius id non repudiauerat, cùm & alias fortè dominus poſſet ei facere gratiam inueſtiendo eum propter ſeruitium, & amorem patris: ſicut dicitur de filia: *vt ſuprà quemadmod. feud. ad ſi. perti. c. ſi quis ſine filio.*

AN APVD IVDICEM, vel curiam domini quæſtio feudi debeat terminari.

TITVLVS XLVI.

Primò ponitur thema. Secundò quæſtio. Tertiò reſponſio. Secunda in verſiculo: Eſt igitur quæſitum. *Tertia in verſiculo:* Et reſponſum.

EX eo, quod ſuprà diximus [l], vt ſi inter duos de beneficio fuerit cõtrouerſia, coram iudice, vel arbitro finiatur: talis hic fit quæſtio: Quodam ſine filio decedente, alius credens beneficium, quod ipſe tenebat, apertum domino eſſe, ab eo inueſtitus eſt eius beneficij nomine, econtra apparent agnati, qui feudum ſibi vindicant quaſi paternum. Eſt igitur quæſitum, an apud curiam domini, vel iudicem ſit hæc quæſtio terminanda. Et reſponſum ſcio: quia ad dominum quodammodo cauſa ſpectare videtur, ad quem inueſtitus habebit regreſſum de euictione: vt coram paribus [m] finiatur curtis, & licèt alter per ſe non poſſit alterum trahere ad curiæ iudicium: generaliter tamen etiam ſi inter duos cauſa fuerit de beneficio, eos curia vocante, non licebit eorum alicui eius curiæ iudicium declinare.

AN APVD IVdicem, vel curiã domini, quæſtio feudi debeat terminari.

l ¶ EX eo.] *Diximus.* vt *ſuprà de lege Cor. c. ſi autẽ inter duos pares.*
m ¶ *Coram paribus.* hoc ideo contingit, quia hîc conſtabat illud feudum pertinere ad illum dominum: ſed in ſuperiori *c. ſi autem inter duos pares.* non conſtabat: & ita habes hîc quòd pares [d] debẽt cognoſcere. ſi volũt, quando quæſtio de feudo eſt inter duos: quod videtur contra illud, quod dicitur in cõſti. Frider. *Imperialem. §. præterea ſi inter.* ſc. quòd domin[us] cognoſcere debet. ¶ Sed dicas quòd illa loquitur de iis, qui aliàs erant vaſalli, & non tantùm de eo, ſuper quo erat quæſtio: hîc autẽ ille, qui fuerat inueſtitus de eo, ſuper quo litigabatur, non erat alias vaſallus. 2. Vel intelligas, quòd hîc dicitur *coram paribus curia finiatur.* ſi pares ſcilicet voluerint: & hoc etiam eſt, quod ſequitur, *& licèt alter per ſe non poſſit*, &c. & quod dicit in ſi. *non licebit alicui eorum*, intelligas, id eſt, non debebit: poterunt tamen ſi voluerint. 3. Vel [e] dicas, quod dominus, vnà cum curia cognoſcet: *vt ſ. de inue. in ma. fa. §. illud.* & tamen ſciendum eſt vt hoc ca intelligatur ſecundùm illud, & econtrà ¶ Et ſecundùm hoc dicas, & etiam illud, *ſi inter pares duos*, loquantur ſecundùm iura vetera: hodie autem debebit dominus cognoſcere: *vt in conſtit. Frido. Imperialem. §. præterea.* & poteris hîc notare quæ notantur ſuper prædicto *c. illud tamen.*

a Iure proprio, aut libelli feudum recuperare quid.

b Frater fratri in feudo pater non ſuccedit prouidentia principali potiùs, quàm fratris voluntate, ſimilis eſt Gl. in 1. titu. 1 §. 1. in verb. frater. ſuprà eo.

* Bal. proſequitur hanc materiã in tract. pro. pr. feo. tit.

c Fructus feudi quemadmodũ diuidendi inter dominum, & hæredes vaſalli in feudo non ſuccedentes. adde Gl. in c. 28 § contra omnes ſuprà eo.

d Filiorũ defuncti vaſalli cõditio, quandoq; deterior eſt, quàm eius agnatorũ: poteſt enim agnatus mortuo agnato hæreditatem eius repudiare, & feudum retinere, vt non teneatur ad vlla onera hæreditaria. Filius contrà: Nec enim poteſt filius hæreditatem paternam repudiare, & feudum eius retinere: cogitur enim aut vtrumque repudiare, aut vtrumque retinere.

e Paterna feuda ad hæredes deferũtur potiùs ex prouidentia principali, ſeu extranea, quàm iudicio defuncti.

f Hãc ſententiã paulò antè explicatã cuius vide ſex limitationes apud Rauen. patrem hic.

a Emphyteuticatio, poſt mortem vtrum eius liberi hæreditatem non repudiare poſſint, ne teneantur oneribus hæreditariis, & filii [illegible] emphyteuta [illegible] & Curtium de iure emphyteutico, q. 17.

b Ratihabitione, ſicut mandato, ius noſtrum amittimus.

c Inueſtitura agnatis conſentientibus de feudo paterno à ſe repudiato, ſi moriatur ſine liberis, agnati in eo feudo non ſuccedent: huiuſmodi enim feudũ nouum vel conſenſu agnatorum factum eſt. Agnati autem repudiantes in nouo feudo agnatis non ſuccedunt, ſed in antiquo, & paterno.

d Pares non coguntur cognoſcere de cauſa feudi, ſi nolunt: [illegible] de cauſa feudi cognoſcere compelli: nunc enim cogi poſſunt id perficiendum.

e De paribus duobus de feudo, & domino feudo litigantibus, vno paternum alterum nouum dicente, Curiam iudicem eſſe, [illegible] dominum vel eum ſolum vel cum ipſa curia quorum ipſe dominus hoc, non illi tenetur de euictione idemque vt eius decreti index eſſe [illegible] poteſt.

QVALI

QVALITER DOMINVS proprietate, &c.

a Proprietas feudi vaſallo quãdo cõmittatur.

b Hinc colligunt, domino fratrem interficiente, feudi proprietatem vaſallo adquiri.

a ¶ E X *facto.*] *Nihil placet.* & verior eſt, vt puto & tunc ad vaſal. perueniet proprietas [a], non habita diſtinctione, peccauit dominus in vaſallum, vel in alium [b]: *vt ſupr. ſi de feu. c. domino cõmittente.* & non eſt mirum, ſi proprietatem amittat, cùm ipſe dominus teneatur vicem reddere vaſallo de iis, in quibus vaſallus ei tenetur: *vt ĩ. de forma fidelitatis. in fin.*

b ¶ *Habita diſtinctione.* hoc verum eſt quãtum ad id, de quo quæritur hic: quantum verò ad hoc, vt pro pari poſſit eligi ad cognoſcendum inter dominum, & vaſallum inuito domino, & vaſallo, diſtinguendum eſt: quoniã ille [c] non eſt eligendus pro pari, qui fidelitatẽ non iurauit, inuita altera parte: *vt ſuprà, de contro. feud. apud pa. ter. c. ſi inter dominum.*

c *Similis eſt Gl. ... per pares curiæ.*

α ¶ *Verùm per ſacramẽtum.* Vaſallum per ſacramentum vocat eum, qui iurauit fidelitatem, cui aduerſus eſt is, cui pactione remiſſa eſt fidelitas. CVIACIVS.

QVALITER DOMINVS proprietate feudi priuetur.

TITVLVS XLVII.

Dominus propter feloniam commiſſam in vaſallum, feudi proprietate priuatur: ſicut econtra vaſallus feudo. BALD.

EX facto quæſitum ſcio, & ego à pluribus quæſiui, ſi dominus contra vaſallum apertam feloniam fecerit, an ſicut vaſallus feudum debet amittere, ita dominus proprietate priuetur? Et quidam dicunt ex omni felonia, qua vaſallus feudo priuatur, & dominus proprietate priuetur. Alij non, niſi ex magna felonia: alij ex nulla. Sed prior ſententia mihi placet [a], non habita diſtinctione [b] qualis vaſallus ſit, verùm per ſacramentum α, vel non.

DE FEVDO non habente, &c.

β ¶ SI *quis.*] *Siue ad libellum.* Id eſt, contractum libellarium. Nam allodium ſignificat proprium cuiuſque patrimonium: ſic *ſupr. tit. 6.* & in veteribus formulis Francorũ collectis à Marcohoho. Vide ſcripta *ad l. 1. C. de iure emphyteut.* CVIACIVS.

c ¶ *Ipſum amittat, quibus.* ſcilicet ille, qui habuit à vaſallo. Quid ergo ei proderit, ſi per proprium eum emit, ſi ex his culpis debeat eũ amittere? Reſpon. non proderit ei, ſed ei nocebit ad hoc, vt eum amittat; ideo quod proprium, vel quia ad libellum ſine voluntate domini eum acquiſiuit. 2. Vel dic, & fortè meliùs: ſcilicet quòd iſtud verbum, *amittat,* non referatur ad emptorem, vel libellariũ: ſed ad vaſallum. 3. Vel dicas, quòd vaſallus iiſdem cauſis eum amittat: & ad hoc facit quod legitur *ĩ. ſi de feu. cõtro. ſue. c. feudũ*

¶ Sed nunquid emptor [d] poterit eum præſcribere, ſi ignorans eum feudum eſſe ipſum per proprium emit? item nunquid habet iſte emptor omnem [e] proprietatem, & poſſeſſionem?

d Præſcribere rem feudalem emptor (qui eã ignorans feudalem iure proprio emit) etiam aduerſus dominum poteſt.

e Dominium feudi directũ alienare poteſt, qui ea lege feudum accepit, vt ipſe, & cui ipſe dederit, habeant.

DE FEVDO NON HAbente propriam feudi naturam.

TITVLVS XLVIII.

Si miles accepit caſtrum in feudum à duce, vt ipſe, & ſui hæredes, quibus dederit, id habeant: non habet hoc feudum propriam feudi naturam: quia alienare poteſt feudum vaſallus indiſtinctè: & ille, in quem alienauerit, non retinebit pro feudo. BART.

SI quis ea lege alicui feudum dederit, vt ipſe, & ſui hæredes, & cui ipſe dederit, habeant: Reſpondeo iſte, qui ſic accepit, poterit id vendere, vel donare, vel aliter, ſi ſibi placuerit, etiam ſine voluntate domini alienare: & ille etiam, cui datum fuerit, nõ habebit ipſum pro feudo, niſi ſicut ei datum eſt. Sed qualitercumque ei datum fuerit, ſiue ad propriũ, ſiue ad libellũ β, licèt propriã feudi naturam non habeat, iure tamen feudi cenſebitur: vt ex his cauſis ipſum amittat, quibus [c] & verum feudum. Vbi ergo ſic datum eſt feudum, & cui in feudũ dederis, aliud eſt: & propriam feudi naturam habet.

DE EO, QVI FINEM FECIT, &c.

d ¶ T *Res erant.*] *Non obſtante* hoc ideo, quia pactũ fuerat perſonale [f], ſcilicet quantum ad ipſum, qui refutauit & eius hæredes, & cui daret. vnde nõ eſt mirum, ſi alij non proſit: *vt ff. de pac. l. idem in duobus. §. j.* ſecus ſi eſſet reale: vt ſtatim ſequitur, niſi feudum omnino, &c. in [g] rẽ enim pacta peræquè omnibus proſunt: *vt ff. de pac. l. & heredi §. j.*

f Pactum perſonale alij nõ prodeſt.

g Pacta in rem omnibus proſunt.

e ¶ *Quaſi nouum ſit.* ſcilicet quãtum [a] ad eũ, qui refutauit: non quantũ ad aliũ, qui non refutauit, niſi eius conſenſu hoc fieret: tunc enim & ipſi fortè noceret: *vt ĩ. quib. mo. feu. amit. §. præterea.*

a Pacto unius agnati natura feudi in eius præiudicium alterari poteſt.

DE EO QVI FINEM FEcit agnato de feudo paterno

TITVLVS XLIX.

TRes erant agnati, vel plures. vnus eorum habebat feudum, quod erat paternũ: ſed alter eorum finem, & refutationem ei, ſuiſque hæredibus, & cui ipſe dederit, fecit. deceſſit iſte ſine filio maſculo. Alter, qui non refutauit, vindicat ſibi totum. Alter verò, qui refutationem fecit, vult ad ſucceſſionem venire, pacto non obſtante [d]. Sapienter quidem Mediolanen. interrogati, reſponderunt, non obſtare illud pactum, niſi feudum omnino refutauerit, vel niſi ad hoc refutauerit, vt dominus eum quaſi de nouo beneficio inueſtiret. Tunc enim ſecuta inueſtitura noua, quaſi nouum ſit [e] feudum, non ſuccedit.

DE NATVRA SVCCESſionis feudi.

TITVLVS L.

Primò determinatur clarè, quæ perſonæ ſuccedere debeãt in feudo. Secundò ſubditur quædam quæſtio dubitabilis circa ius ſuccedendi in feudo. Secunda in verſic. Dummodo ſcias. BALD.

SVcceſſionis † feudi talis eſt natura, quòd aſcendentes non ſuccedunt: verbi gratia pater filio [f]: inferiùs verò filius patri ſuccedit [g], & non filia [h], niſi pacto [i], vel niſi ſit fœ-

† Bald. ſuper hoc ca. ponit pul hũq̃ text, & eum vide col. 2.

DE NATVRA SVCCESSIONIS FEVDI.

f ¶ S *Vcceſſionis.* *Pater filio.* hoc eſt contra ius Romanum, quo pater [b] ſuccedit filio, & etiam mater: *vt Cod. ad Senatuſ. ĩ. Tertul. authe. defuncto.* ¶ Sed hoc cõtingit propter naturam feudi: & ita in iſto caſu conſuetudo [c] feu. vincit legem, nimirum legũ Romanarũ nõ eſt vilis authoritas, ſed nõ vſque adeo ſui valitura momento, vt vſũ vincat, aut mores: *vt ĩ. de cõ. feu. c. j.*

b Parentes liberis ſuccedũt iure Romano, non feudali.

c Conſuetudo feudalis vincit legem.

g ¶ *Succedit.* hoc verum eſt, niſi [d] tale fuerit feudum, in [e] quo nullus ſuccedat: putà in feudo marchiæ, ducatus, vel comitatus, vel alterius regalis dignitatis, de quo ab Imperatore fit inueſtitura. in ipſo enim nullus ſucce[illegible], ſed morte accipientis finitur: niſi iterum ab Imperatore inueſtiatur: *vt ĩ. de feud. m[illegible]* licèt hoc ho[illegible] vſurpatum: *vt ibi & ſuperiori c. proxi. in fin.* 2. Item niſi fuerit feudum, de quo nõ fuit facta inueſtitura, ſed ita intrauit in poſſeſſionem quis voluntate domini [illegible] *quo mod.* [illegible] 3. Itẽ niſi [illegible] feudi amiſit propter culpam ſuam, offendẽdo dominũ in vita patris: & de illa offenſa domino non ſatisfecerit: *vt in conſt. Fride. imperialem. §. inſuper.* 4. Itẽ vbi pater deliquit, propter quod delictũ amiſit feudum: quoniam & tunc filius ab eo priuatur: *vt ĩ. ſi vaſal. feu. priu. cui deſe. ca. j. & ĩ. ſi de feu. contr. ſue. ca. ſi vaſal. culpam.* 5. Item verum eſt, quòd ſuccedit filius patri in feudo, ſi legitimus ſit ab initio nõ adoptiuus, neque naturalis. 6. Item naturalis, etiam ſi poſtea efficiatur legitimus: nec ſolus, nec cum aliis ad ſucceſſionem feudi vocatur: *vt ĩ. ſi de feu. contro. ſeu. c. adoptiuus. & c. naturalis.* 7. Item verum eſt niſi fuerit natus ſurdus, vel mutus, vel cæcus, vel claudus, vel aliter imperfectus, vt feudo ſeruire non poſſit: tunc enim ſecundùm quoſdam non ſuccedit: *vt ĩ. tit. an mutus, vel aliàs imperfectus in feu. ſuc. c. mutus.* ACCVRSIVS.

d Filij qui, quãdo, & quibus in feudis parentibus nõ ſuccedant.

e Succeſſio in quibus feudis vel olim, vel hodie locum non habeat id eſt quando, & quibus in feudis liberi parentibus non ſuccedunt.

f Succeditur hodie etiam in feudis regalibus.

h ¶ *Non filia.* licèt enim filiæ [g] vt maſculi ſuccedant: legib. tamen ad huiuſmodi ſucceſſionem aſpirare non poſſunt, nec earum filij: *vt ſupr. qui feud. da. poſſ. §. hoc autem notandum.* & hoc verum eſt: quoniam proles fœmini ſexus, & ex fœmineo ſexu deſcendens in feudo non ſuccedit, niſi ex pacto: *vt hic. & ſuprà, de gra. ſuc. in feu. c. j.*

i ¶ *Niſi ex pacto.* & tunc [h] demum ſuccedet, cùm maſculi non extiterint: *vt ſuprà, tit. ep[illegible] vel abb[illegible] &c. c. item ſi ep[illegible] vel abbas. in ſi. & ſupr. de ſuc. feu. c. filia verò* Nec enim pater locus fœminæ in feudi ſucceſſ. donec maſculus ſupereſt ex eo, qui

g Filiæ, ſeu fœminæ, & ex fœmineo ſexu deſcendentes in feudis patri regulariter nõ ſuccedunt.

h Filia ex pacto in feudo ſuccedes, non aliàs ſuccedit, quàm cũ nulli maſculi ſunt

primus

a Filiæ quibus caſibus in feudo paterno ſuccedant.

primus fuerit inueſtitus de eo:*vt ſupr. de eo, qui ſibi, vel hær. ſuc. maſcul. & fœmin. inuo. accepit. ca. qui ſibi.* Accvrs. vel [a] niſi poſt mortem patris feudum à domino redemerit, vel niſi à domino fuerit inueſtita de beneficio patris propter ſeruitiũ, & amorem patris: tunc enim non poterit ab aliquo reuocari ex parentibus ſuis: *vt ſuprà quemadmodum ad filiam feud. perti. c. j.*

mineum: tunc enim ſuccedit filia [a] matri, & patri: ſecundùm quoſdam [b] ſuccedit nepos ex filio [c] ſolus [d]: & ſic vſque in infinitum ex latere omnes per maſculos deſcendentes, vſq; in infinitum [e], ſi feudum ſit paternum. Paternum [f] α autem voco, quicunq; ex ſuperioribus id acquiſiuit: dummodo ſcias quòd ſi quis habens beneficium, quatuor ſuperſtitibus filiis decedat: & feudum ad vnum ſolum ex diuiſione deueniat, & iſte ſuperſtitibus filiis duobus, vel tribus decedat, qui patrueles [g] dicuntur β: & ad vnum eorum beneficium feudi ex diuiſione perueniat: & ſimililer iſte ſuperſtitibus filiis decedat, qui patrueles dicuntur: ad quorum feudum ſimiliter peruenit: ſicut etiam ex aliis ſuperioribus. vel primis fratribus ſuperſunt maſculi: ſi ille, qui feudum habet, deceſſerit nullo filio relicto: an ad omnes, vel ad quos perueniat, quæritur? Reſpondeo, ad ſolos, & ad omnes, qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit. Et hoc eſt, quod dicitur ad proximiores pertinere [h]. Iſti verò proximiores eſſe dicuntur reſpectu aliarum linearum: ſed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur.

a ¶ *Filia.* hoc poteſt referri ad illud verbum, *niſi ex pacto.* poteſt etiam referri ad illud, *vel niſi ſit fœmineum.* & tunc intelligas quòd ille pater deſcendit [b] ex fœmina, quæ acquiſierat feudum illud. quidam tamen nõ habent in text hoc verbum, *patris,* &c.

b Maſculi deſcendentes ex fœmina an ſuccedant in feudo.

b ¶ *Secũdùm quoſdam.* dixerunt tamen quidam contrà: *vt ſuprà de bene. feu. c. j.* Imò etiam fuerunt, qui dixerunt, quòd etiam maſculi [c] nõ ſuccedant in feu. fœmineo: id eſt, per fœminam acquiſito, cùm [d] ſecũdùm rigorem conſuetudinis feudum dici debeat paternum, & non maternum: *vt ſuprà titu. an mari ſucce. vxo. in be. c. ſi fœmina.*

c Maſculi iure ſtricto nõ ſuccedunt in fœmineo feudo.
d Feudum iure ſtricto nullum aliud dicendum, quàm paternum.

c ¶ *Nepos ex filio.* & non ex filia. *proles enim fœminei ſexus,* &c. *vt ſuprà de gra. ſuc. in feu. c. j.*

d ¶ *Solus.* ſolus dicit, quantum ad collaterales: quoniam donec [e] deſcẽdentes ſuperſunt, non admittuntur collaterales agnati: *vt ſuprà de gra. ſuc. in feu. ca. per ſucceſſionem.* ¶ Sed nunquid vnà [f] cum patruo admittentur ad ſucceſſionem aut in feu in locũ ſui patris? Reſp. ſic: cùm iure iſto cõſuetudinario nõ ſit prohibitum: imò potiùs admiſſũ: cùm dicitur quòd prima cauſa ſit liberorum in ſuc. feu. & inter liberos videantur poſtea nepotes connumerari: *vt ſuprà prædi. tit. &c. in prin.* nimirum quoniã appellatione liberorum, vel filiorum [g] nepos cõtinetur: nec etiã poterunt eos dulciori vocabulo nominare: *vt ff. de verb. ſig. l. liberorum. & l. iuſta.* cùm etiã Romano iure filius vnà cum nepote ex filio mortuo ſuccedit, *C. de ſuis & legi. hæ. l. iij.*

e Deſcẽdentes in ſucceſſionibus collaterales excludunt.
f Nepotes vnà cum patruo in feudo ſuccedunt.
g Filiorum appellatione nepos continetur.

e ¶ *In infinitũ.* hic poteſt notari quòd infinitas [h] rei licitũ, vel illicitum non vitiat, nec excludit. & eſt cõtra illud generale, *infinitas eſt euitãda,* ſecundùm quod not. *ſuprà qui feu. da poſ. §. hoc quoque ſciendum eſt.*

h Infinitas nõ ſemper vitatur.

f ¶ *Paternum.* Sed quare dixit, ſi feudũ ſit paternũ? nónne dicitur feudũ paternum [i], poſtquã peruenerit ad nepotes? & deniq; paternum feudum dicitur, dũ à quocunque de ſuperioribus ſit acquiſitũ, vt ſtatim ſequitur, *paternum voco,* &c. hoc eſt, ab eo parẽte, qui fuit agnationis communis: *vt ſ. de gra. ſuc. in feu. c. j. circa prin.* Reſp. nõ ideo dixit paternum, quòd illud nõ dicatur paternũ, quod iam peruenit ad nepotes: quia de eo paterno nõ loquitur: ſed dixit paternum eo reſpectu, vt agnati remoueãtur à ſuc feu, donec nepos ſupereſt: ſ. quando ad auũ illius nepotis iã peruenerat feudũ paternum, quod debeat ad agnatos deuenire, ſi nepos non præcederet eos in gradu, ſiue gradibus. & de eo paterno loquitur: & hoc eſt quod dixit, *ſolus.*

i Feudum paternũ dicitur, poſtquam peruenit ad nepotes, quod denique adquiſitũ ab aliquo aſcendentium.

α ¶ *Paternum, &c.* vt linea eius fratris, cui diuiſione feudũ obuenit, quandiu durauerit, cenſeatur eſſe proximior, & præferatur lineæ alterius fratris. Cviacivs.

g ¶ *Patrueles.* Sed videtur falsũ: ſ. quòd dicãtur [k] patrueles, cùm ſint nati ex eodẽ patre: vnde potiùs dicũtur conſanguinei, cùm ex eodem sãguine nati ſint: de quibus habes rubricam ſpecialẽ, ſiue tit. *in Auth. de conſangui. & vteri. fratr. coll. v.* Patrueles autẽ dicũtur nati ex duobus fratribus: *vt Inſti. de gradi. cogna. §. iiij. & ff de grad. aff. l. j. §. iiij.* Sed dicas, quòd hi non dicuntur patrueles ex eo, quòd nati ſunt ex eodem patre: ſed dicuntur patrueles cũ filiis aliorũ fratrum: licèt de illis nõ eſſet adhuc locutus: ſed in ſequẽtib. loquetur: ſ. vt ibi dicitur. ſic & in aliis ſuperioribus, &c.

k Patrueles qui dicantur

β ¶ *Qui patrueles dicũtur.* Species ponatur hoc pacto: Titius feudum adquiſiuit, & reliquit filios quatuor, Primũ, Secũdũ, Tertium, Quartum. Primus duos filios ſuſcepit, Quintum, & Sextũ, totidẽ & reliqui fratres ſuſcepêre, qui liberi inuicẽ ſunt fratres patrueles. Sextus duos quoque filios ſuſcepit, Septimũ, & Octauum. Feudum Titij obuenit Primo, à Primo tranſiit in Sextũ, à Sexto in Octauum. Mortuo Octauo ſine liberis ſuccedet Septimus, hoc non extante Quintus, patruus Octaui. rurſus Quinto deficiente, atq; ita linea Primi deficiẽte, in feudum æqualiter ſuccedent Secundus, Tertius, Quartus, eorũmve poſteri. Patrui magni Octaui. vel propiores ſobrinis non ſuccedent, quia ex Titio non prodierunt, à quo feudum cepit cauſam & originẽ. Cviac.

h ¶ *Pertinere.* filiis [a] enim exiſtẽtibus maſculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri remouentur agnati: *vt ſ. de gradi. ſuc. in feu. c. j.*

a Agnati à quibus excludantur.

DE CAPITANEO, QVI curiam vendidit, an intelligatur beneficium vendidiſſe.

TITVLVS LI.

Qvidam capitaneus in quadã curte ſua beneficiũ dedit militibus, & poſtea eãdem curiam vendidit, nõ habita mentione beneficij. Controuerſia eſt inter capitaneum & emptorem, dicente emptore ſe curiam cum beneficio emiſſe: domino verò contradicente ad eum beneficium non pertinere. Reſpondetur, illud beneficium in venditione non contineri [i], niſi expreſsè de eo actum ſit [k].

1. ¶ Quæſitum eſſe apud me ſcio: ſi filius [l] viuente patre dominum offenderit, ita quòd feudum amitteret, ſi pater deceſſiſſet, vtrùm feudum amittat [m], vel non? ſecundùm iſtos ſic, ſecundùm Gerardum non, & Obertum ſimiliter.

DE CAPITANEO, qui curiam, &c.

i ¶ Qvidam.] *Non cõtineri.* [b] licèt fuerit vſus verbo generali, vel ſimplici, id tamen debet intelligi [c] tãtùm vẽditum, de quo actum fuerit inter contrahentes: *vt arg. C. de tranſact. l. ſi de certa re. & C. ad Vell. l. iubemus.* Nec etiã fuit cogitatum de beneficio vendẽdo. arg. *ff. de tranſac. l. cùm Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. §. j.* vnde id tantùm videtur venditum, quod verbis fuit nominatum. *ff. de euic. l. qui libertatẽ. & de fun inſtr. & inſtru. leg. l. cùm de lanionis. & l. prædia.* nec enim à verb. ſigni. recedẽdum eſt, &c. *ff. de leg iij. l. nõ aliter* Itẽ nónne poteſt haberi [d] curia ſine beneficio & ecõtrà [e]? ergo vendendo vnum, non ſequitur venditio alterius: *arg. C. de proba. l. neque natales. & l. ad probationẽ ſeruitutis.* Imò ad venditionem vnius ſequitur exceptio alterius: *arg Cod. de pac. cõuent. tam ſuper do. l. fina. & ff. de compen l. Labeo.* ¶ Ecõtrà curia vendita, & beneficium vẽditum videtur, cùm ad [f] curiã [g] pertineat: *arg ff ſi ſer. vin. l. pe. §. j. & de act. emp & ven l. creditor. §. ſi. 2.* In vẽdẽdo enim fuit vſus verbo generali [h], vel ſimplici. ergo videtur omnia vendidiſſe, quæ nõ excepit: *arg. ff. de excep l. pluribus, & ff. quæ in frau. credi. l. j. §. j. 3.* Item nónne beneficium cohæret [i] curiæ? ergo cũ datione curiæ tranſit: *arg. ff. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſd. l. ſi. & de inſtitoria. l. cuicunque. §. pen. 4.* Præterea beneficium ineſt curiæ tãquam [k] pars in toto, ergo tradita curia, & ipſum beneficium traditum intelligitur: alioquin nõ intelligeretur curia tradita parte ſubtracta: *arg. ff. de verb. oblig. l. qui vſũfr. in prin. & l. in executione. §. pe. & ff de excep. rei iud. l. ſi quis cùm totum. 5.* Et pro accipiente [l] cõtra dantem debemus interpretari: *ff. de cõtrah. emp. l. Labeo. & de verb oblig. l. ſtipulatio iſta §. in ſtipu.* 6. Hoc etiam multũ videtur facere pro emptore: ſ. quia non [m] erat fortè aliàs empturus, niſi beneficiũ haberet: *vt ff. de minor. xxv. annis. l. tutor vrgẽtibus. § fin. & de in diem addict. l. quòd ſi. & de ſol l. ſi quis aliam.* 7. Qua enim ratione vult venditor emptori ſubtrahere beneficium, ſ. quia ſpecialiter non dedit: eadẽ [n] ratione poteſt ei ſubtrahere domus, vineas & terras: & ita redigitur ad nihilum venditio. vt ergo videatur aliquid dediſſe, videretur interpretandum & beneficium datum eſſe: *arg ff. ad muni. l. j. & de lega j. l. ſi quando.*

b Curia vendita, verum beneficium venditum intelligatur.
c Venditio quæ in dubio intelligatur.
d Curia teneri poteſt ſine beneficio.
e Beneficium ſine curia vendi poteſt.
f Curiæ beneficium cohæret, & ineſt, & ad eam pertinet.
g Beneficium ad curiam pertinet, eique cohæret, & ineſt tanquam pars in toto.
h Omne qui dicit, nihil excipit.
i Cohærentia vna cum ipſa re principali transferuntur.
k Toto tradito, pars tradita intelligitur.
l Pro accipiente aduerſus dantem fit interpretatio.
m Finis cuiuſque rei maximè conſiderandus eſt.
n Abſurdo non admiſſo, alia conſequuntur.

k ¶ *De eo actum ſit.* in generali [o] enim alienatione vaſalli non continetur, niſi de eis nominatim fuerit dictum: *vt ſuprà ſi de feu. contro ſue. c. in generali.*

o In generali alienatione vaſalli nõ continentur.

l ¶ *Si filius.* Quicquid in iſto ca. quæratur, & reſpondeatur, hoc plenè determinatur in cõſti. Fride. *Imperialem. §. inſuper.* hoc idẽ determinatur ibidem de vaſallo vaſalli, qui dominum domini ſui offenderit: & ideo non eſt hic multùm inſiſtendum.

m ¶ *Feudum amittat.* hoc ideo quia cogitationis [p] pœnã nemo meretur: *vt ff. de pœnis l. cogitationis.* nec enim puniri debet affectus [q], niſi ſecutus fuerit effectus: *ff. quod quiſque iuris l. j. §. fina. & de*

p Cogitationis pœnam nemo patitur
q Affectus ſine effectu regulariter non punitur.

& de fur.l.j.§ j & l.ſi quis vxori.§.neque verbo. & l.infitiando. & ff ad leg Corne.de fal.l.quiſ falſum. niſi aliud reperiatur caſu aliter dictum propter enormitatem criminis: *vt Co de epiſc.& cler.l.ſi quis non dicam. & C.ſi quacunque prædi.po l.j. & C. ad legem Iul. maie. l. quiſquis. & ff.de extraordi.cogni.l.j.* ¶ Non obſtat quod aliàs dicitur,quod in maleficiis [a] voluntas inſpicitur, non exitus: *ff ad legem Corne.de ſica.l.divus.* §.j. quia illud eſt verum in maleficio perpetrato ſcilicet vt in eo non inſpiciatur quod perpetratum eſt.ſed debet inſpici,ſi ille,qui cõmiſit, habuit voluntatẽ delinquendi:& tunc puniatur: ſi autem nõ habuit voluntatẽ,tunc ſecus: *vt Cod.ad leg.Cor.de ſic.l j.*

Diſpoſitio ſolius animi ad delictum, non perficit delictum: ſed inſidiæ habentur pro delicto contra dominum conſummato. BAL.

2. ¶ Si voluerit vaſallus dominum offendere, ſed non laborauerit: feudum non amittit [a] * Gerardus, & Obertus. Similiter etiamſi laborauerit, non amittit feudum, niſi inſidiatus [b] ei fuerit, & hoc probatum fuerit [c].

Feudum non tranſit ad fœminam: licèt per pactum ſit actum, ſi vaſallus ſupereſt. BAL.

3. ¶ Similiter ſi quis inueſtitus fuerit de feudo,ita vt ad fœminas tranſiret, & duas filias tantùm reliquerit, quarum vna filium habeat, & altera filiam: vtrùm poſt mortem illarũ maſculus [d] tantùm feudum habere debeat;ſecundùm Gerardũ maſculus tãtùm? Obertus cõtrà.& econtrà ſi filios [e] ille habuerit.

4. ¶ Filius [f] non poteſt recuſare hæreditatem patris abſque feudo: propinquus autem poteſt.

Si contentio eſt inter vaſallum, & emptorem de feudo: vaſallo deficiente in probatione, electio iuriſiurandi datur emptori. BAL.

5. ¶ Si contentio fuerit inter filiam, & propinquum de hæreditate & feudo: cùm filia feudum habere non poterat: quia dicat ipſa, hoc eſt de mea hæreditate: & ille dicat, imò de feudo: electio propinqui erit diſcernere veritatem iureiurando [g]. Gerardus, & Obertus [h]. Et ſimiliter ſi contentio fuerit inter aliquem, qui emiſſet à ſeniore, & vaſallum: quia dicat vaſallus, hoc eſt de feudo meo: ille autem neget: electio emptoris eſt veritatem iureiurando diſcernere [i], cùm pares curtis veritatem non teſtantur. Gerardus, & Obertus.

Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ. BALD.

6. ¶ Similiter feudum lege commiſſoria datum non valet: id eſt, ſi ad certum tempus pecunia non ſoluatur creditori, vt habeat in feudum. Gerardus. & ſecundùm Obertum valet.

7. ¶ Similiter poteſt feudum dari ad certum ſeruitium [k] [n]. Gerardus,& Obertus.

DE PROHIBITA FEVdi alienatione per Lotharium.

TITVLVS LII.

Feudum vaſalli non alienent ſine voluntate dominorum ſuorum: ſi vaſallus contrà fecerit, pretio, & beneficio carebit notarius verò, qui ſcripſit inſtrumentum officio ſuo priuabitur, & fit infamis. BALD.

Lotharius diuina fauente clementia, III. Imperator Romanorum,pius,fœlix, inclytus, ac triumphator, ſemper Auguſt. vniuerſo populo.

a ¶ *Non amittit.* quia fortè pœnituit [b]: vnde venia dignus eſt: *vt ff. ad leg.Corn. de fal l. quis falſam.*

b ¶ *Inſidiatus.* ſicut aliàs dicitur, qui [c] inſidiatus fuit morti ſui domini veneno, vel gladio, amittit feudum: *vt ĩ.in qui.cau.feu.amit. §. porro ſi dominum.*

c ¶ *Et hoc probatũ fuerit.* per teſtes [d]:non minus v. ſummæ, & integræ opinionis: ſecundùm quòd dici videtur infrà in quadam conſtitutione Imperatoris Henrici: *vt infrà quot teſtes ſunt neceſſ.ad prob. feud. ingrat c.ſi vaſallus.* quam conſtitutionem pauci habent:neſcio tamen vtrùm debeat eſſe conſtitutio, vel non:vel ſi non eſt conſtitutio, dices quòd ſufficiant duo. vbi numerus teſtium [e] non adiicitur, duo ſufficiunt: *vt ff. de teſtib l.vbi numerus.*

d ¶ *Maſculus.* hæc videtur melior ſententia, cùm non debeant ſuccedere [f] fœminę in feudo, donec maſculus ſupereſt: *vt ĩ. epiſcopum, vel abb. & c.in fi. & ſuprà de ſucceſſ.feu.§ filia verò.* Nec enim patet locus fœminæ in feu.ſuc donec maſculus ſupereſt ex eo,qui primò fuit inueſtitus: *vt ſuprà de eo,qui ſibi,vel hæred.ſuis.ca qui ſibi.* ACCVRS.

e ¶ *Si filios.* ſcilicet duos,quorum vnus habuerit filium maſculum, alter habuerit filiã & referas iſtud,*ille*,ad illum,qui fuerit inueſtitus: & ſecundùm hoc dices quòd filius maſculus tãtùm debet habere feudum totum. ¶ Sed dicas quòd hoc vltimũ dictum ſit Gerardi,cui dicto Ober. nõ cõtradicit:aliàs enim contradiceret toti naturæ ſuc.feu. cùm maſculi [g] debeant præferri fœminis in ſuc.feu.*vt ĩ.no.eſt.* ¶ Vel ſi vis referre illud,*ille*,ad filium,quẽ vna ex filiabus habuerat,referas:veruntamen ſecundùm hoc bene diceretur,& ecõtrà,&c.cùm in conuerſo caſu nihil dixerat de illo filio. vnde prior intellectus melior videtur.

f ¶ *Filius.* hoc idem dicitur ſuprà *tit.an agnatus,vel filius defuncti c.& ſi contigerit.* vnde quæ ibi notata ſunt, hic poteris repetere. ACCVRSIVS.

g ¶ *Iureiurando.* filia in probatione deficiente: *vt ĩ. ſi de feud. controuer.ſue.c.ij.* & intelligas quòd iurabit cum xij.ſacramentalibus: *vt ĩ.de cõtro.inter maſculum, & fœminam. c.ſed ſciendum.* & quæcunque ibi notaui de hac materia, hic repetas.

h ¶ *Gerardus, & Obertus.* Pro ſentẽtia Gerardi eſt, quod dicitur *ĩ.de feu.dato in vicem leg.commiſſo.ca.ſi quis obligauerit.* vbi dicitur,quòd feudũ [h] nõ ſub prætextu pecuniæ, ſed amore,& honore domini debet acquiri.& ideo melior videtur eius ſententia, vnde quæ ibi notaui, & hic poteris notare. ACCVRSIVS.

i ¶ *Diſcernere.* & idem eſt ſi inter dominum,& emptorem fuerit contentio: *vt ſuprà de con inter ma. & fœmi.ca item ſciendũ circa fin.* Item intelligas quòd iurabit ſi videbitur iudici quòd aliquid faciat pro eo,vel cõtra eum,quare debeat ei dare iuſiurandum. nec [i] enim ſemper debet dari poſſidenti: ſed quandoque vni datur,quandoque alteri, quandoque neutri: vt actore non probante,&c. *vt ſuprà de conſuetu.rec f.u.cap.ſacramentum.* ACCVRSIVS.

k ¶ *Ad certum ſeruitium.* putà ad [a] aliquid certum faciendum quolibet anno pro ipſo feudo, & tunc nõ tenebitur aliud facere domino, niſi fuerit dictum. ¶ Sed [b] nunquid poterit vaſallus tale feudum refutare [c], quandocunque voluerit,inuito domino? Reſpon.quòd ſic: quia indiſtinctè dicitur aliàs quòd vaſallus poſſit feudum refutare quandocunque voluerit: nec [d] poſtquam refutauerit, tenetur domino ſeruire: *vt ſuprà de vaſal. qui contra conſtit. Lotha feu. alie. ca.j. & c.ij.* & cùm ibi non diſtinguatur, nec nos debemus diſtinguere: *arg. ff.de offic. præſi. l.iij. & ff. de publi l. de pretio.* ¶ Econtra videtur quòd non poſſit refutare ſine voluntate domini: quoniam ab initio liberam habuit poteſtatem ſe non obligandi ad illud ſeruitium faciendum, & feudum accipiendum. ergo nõ poteſt illi contractui,ſiue obligationi ſine voluntate domini renunciare. ſicut enim in initio [e] libera poteſtas eſt, &c. *vt Cod. de act.& oblig.l ſicut. cum omnibus conc. ſuis.* & eſt argum.*ad hoc.ff.de vſufruct.l.ſed cùm fructuarium.* Nec ob. quòd prædictum ca. indiſtinctè loquitur: quoniam licèt [f] ibi non diſtinguatur:nos tamẽ debemus diſtinguere.quod [g] enim omittitur à lege, non debet omitti à religione iudicantis: *ff. de teſtib. l.quæſitam, & de ſpon. l. oratio.* & eſt fortè ratio: quia feudum [h] datum ad certum ſeruitium faciendum, non poteſt refutari [i] ſine voluntate domini. aliàs [k] verò quod eſt indeterminatè datum, poteſt refutari: quoniam vaſallus, qui habet feudum conditionale, eſt obligatus domino ad illud ſeruitium vel [l] per ſtipulationem, vel ſaltem per pactum in illo contractu infeudationis appoſitum,& ita veſtitum: vnde certa actione ad illud faciendum poſſet à domino conueniri putà vel ex ſtipulatu,vbi ad [illegible] eſt obligatus per ſtipulationem:vel certi condictione, vbi certum quid promiſerit, vel præſcriptis verbis, vbi ſtipulatio non interuenit: vel etiam condi.ex maioribus informata per pactum: quod eſſet ineptum dicere, vt per eius refutationem actio domino competens tolleretur. At [m] cùm liberè feudũ recipit,non appoſita aliqua conditione:ſed ſimpliciter fuerit de eo inueſtitus: nihil ei eſt præter ſacramentum, de quo Deum habeat vltorem, ſi contrà fecerit, ſi fidelitatem iurauerit: quia & feudum amittit,ſi culpam committit,per quam amittere debeat.ad nihilum enim obligatus eſt,niſi ex natura feudi:niſi quia ſi domino non ſeruierit, ſecundùm quòd ex natura feudi debuerit, ipſum feudum amittit. Sicut enim iure conſuetudinario feud. permittitur vaſallo feudum refutare ita eodem [n] iure liberatus eſt,poſtquam refutauit,ab illa obligatione naturali, qua tenebatur domino ſeruire & hoc eſt,quod ibi dicitur, *ad ſeruiendum poſtquam refutauit,non tenetur.*

n ¶ *Certum ſeruitium.* Hoc eſt feudum conditionale: & ſumatur exemplum ex *2.tit.3.§.vlti.* Et hoc etiam cur refutari non poſſit, non video: quod hic interpres tamen exagitat. CVIACIVS.

a Voluntatem, non exitum in maleficiis ſpectari quo ſententia dicatur.

* Quis contra bonis pœnam ſubiicit, quod meretur vt ff. de pœ. cogitationem. Bal. quæ lex ſ. cogitationem teneantur de pœnitentia l. eadem [illegible]

[illegible]

c Quibus inſidiatus feudum amittatur.

d Teſtes quot requirantur in probandis ingratis.

e Teſtium numero nõ adiecto, duo ſufficiunt.

f Fœminæ in feudis vt ſuccedant

g Maſculi fœminis in feudi ſucceſſione præferuntur,

h Feudũ propriè adquiritur amore, nõ pecunia.

i Iuramentum nõ ſemper defertur poſſidenti

a Feudum ad certum ſeruitium datum.

b Feudo certi ſeruitij an poſſit à vaſallo refutari inuito domino.

c Renunciari feudo verum à vaſallo poſſe inuito domino, & cum feudo. *adde cũ infra tit.ij. §.cadu.*

d Refutati feudi effectus

e Contractum ab initio voluntatis ex poſt facto neceſſitatis

f Diſtinguimus aliquando, vbi lex nõ diſtinguit.

g Religio iudicantis id, quod à lege omiſſum eſt, ſuppiere debet.

h Feudum datũ ad certum ſeruitium non poteſt refutari inuito domino [illegible] determinatè, vel ſimpliciter da[illegible]

i Refutati feuda quæ poſſunt, aut non poſſint

k Feudi ad certũ ſeruitium, & ſimpliciter dati differentia

l Feudum cõditionale habẽs quibus [illegible] actionibus domino teneatur.

m Feudũ ſimpliciter ſine aliqua conditione habens, quid debeat domino

n Refutati feudi effectus

DE PROHIBITA FEVDI ALIEnatione per Lotharium.

a ¶ *Impe*

IMperialis beneuolẽtiæ proprium eſſe iudicamus, commoda ſubiectorum inueſtigare, & eorum calamitatib. diligẽti cura mederi: ſimiliter reipublicæ bonum ſtatum, ac dignitatem imperij omnib. priuatis commodis præponere. Quocirca omnium fidelium noſtrorum, tam futurorũ, quàm præſentiũ nouerit vniuerſitas, qualiter dum apud Ronchalias ſecundùm antiquorum Imperatorum conſuetudinem pro iuſtitia, ac pace regni componẽda conſideremus: omnia, quæ ad honorem Imperij Romani ſpectare videntur, ſolicitè indagãtes pernicioſiſſimam peſtem, & reipublicæ nõ mediocre detrimentum inferentem reſecare propoſuimus. Per multas enim interpellationes ad nos factas comperimus milites ſua beneficia paſſim diſtrahere: ac ita omnibus exhauſtis, ſuorum ſeniorũ ſeruitia ſubterfugere: per quod vires Imperij maximè attenuatas cognouimus, dum proceres noſtri milites ſuos omnibus beneficiis ſuis exutos ad fœliciſſimam noſtri numinis expeditionem nullo modo transducere [a] valeant. Hortatu itaque & conſilio [b] Archiepiſcoporũ Epiſcoporum, ducum, comitũ marchionum, palatinorum, cæterorúmque nobilium, ſimiliter etiam iudicum hac edictali lege [c] in omne æuum Deo propitio valitura decernimus, nemini licere beneficia, quæ à ſuis ſenioribus habent, ſine ipſorum permiſſione [d] diſtrahere, vel aliquod cõmercium [e] aduersùs tenorem noſtræ conſtitutionis excogitare [f], per quod Imperij, vel dominorum minuatur vtilitas [g]. 1. ¶ Si quis verò contra hæc noſtræ legis ſaluberrimæ præcepta ad huiuſmodi illicitum commercium acceſſerit, vel aliquid in fraudem huius legis machinari tentauerit: pretio [h], ac beneficio [i] ſe cariturum agnoſcat. Notarium verò, qui ſuper hoc tali contractu libellum [k], vel aliũd inſtrumentum conſcripſerit, poſt amiſſionem officij, ipſum infamiæ [l] † periculum ſuſtinere ſancimus. Dat. VII. die menſis Nouembris, M. cxxxvj.

Primò thema. Secundò quæſtio. Tertiò reſponſio. Secunda ibi: Defuncto. *Tertia in verſi.* Quas amputantes. BALD.

Imperator Lotharius Auguſtus vniuerſo populo.

2. ¶ Satis bene diſpoſitum ad vtilitatem regni & ad pernicioſam peſtem deſtruẽdam, in ſcriptis inſerere curauimus. Quidã miles bona beneficia à duobus dominis, prout ſolitum eſt, acquiſiuit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter ſe diuidentes, alter eorum domino ſuo pro beneficio, quod ad eum peruenit, fidelitatem nullo antepoſito, ſicut pater fecerat, fecit. Alter verò frater pro ſuo beneficio alteri domino ſuo ſimiliter: quia nullum alium dominum habere videbatur, nullo antepoſito fidelitatem fecit. Defuncto poſteriore fratre ſine filiis, vtrique feudum in querimoniam venit: vt priùs perſonam, & ſic dominus poſterior talem fidelitatem quærit, qualem eius frater fecerat. Quas amputantes altercationes, ſancimus, quod frater fecit (ſcilicet in dando ſimpliciter) nihil ſuperſtiti obeſſe: licèt in ſecundam, & tertiam generationem, & vſque in infinitum peruenit, ſi hoc actum erit.

Si vaſallus intra annũ, & diem doloſè non petierit inueſtiturã, amittit feudum. Si verò iuſta cauſa

a IMperialis.] *Transducere.* cùm ipſi milites, qui beneficia habent à dominis ſuis, debeant ire cum eis quando vadunt Romam cum rege in hoſtem, id eſt, in exercitu. illi autem vaſalli, qui cum eis non vadunt, debent præſtare eis hoſtẽditias [a], olim ſcilicet in Lomb. xij. denarios de modio: in Theutonia tertiam partẽ fructuũ, facta cõputatione fructuum ſolũmodo eius anni, in quo hoſtem faciunt: *vt ſuprà, de cap. Cor. § ſimiliter in hoſtenditiis.* Hodie verò aliter ſtatutum eſt, ſcillicet quòd ſi non iuerit ſecum in prædicta expeditione, vel aliũ pro ſe domino acceptabilem non miſerit: debebit tam in Lombardia, quàm in Alemania ſubminiſtrare domino dimidium reditus feudi vnius anni. & ſi [b] alterum iſtorum à domino admonitus, ſiue vocatus ſpatio competenti non fecit, feudũ amittit: *vt in conſtit. Frideri. Imperialem, §. firmiter.* & hoc debebit probari: ſ. quòd vocatus fuerit à domino per compares ipſius vaſalli. *arg. infrà de allod. §. vt autem æquitas.*

a Hoſtenditiæ quid, & earum quãtitas antiqua, & noua.

b Hoſtẽditias non ſoluentis vaſalli pœna.

b ¶ *Conſilio.* ſecutus fuerit Imperator iſte modum Iuſtiniani in condenda lege: ſc. eam faciendo conſilio procerum ſuorum: *vt C. de legi. & conſt. l. humanum.*

c ¶ *Hac edictali lege.* vnde habet [c] vim generalis legis hoc ipſo, quòd in ea ponitur verbum iſtud, *hac edictali lege*: quod ſolum ſufficeret, etiã ſequens verbum, ſc. *in omne æuum,* &c. ad hoc vt haberet vim generalis legis: *vt C. de legi. l. leges, vt generales.* ACCVRS.

c Lex generalis eſſe hiſ verbis, hac edictali. & in omne æuum, & ſimilibus, colligitur.

d ¶ *Permiſſione.* aliàs enim ſi [d] eorum cõſenſu venditio fieret, bene valeret: & hoc verũ eſt, ſiue dominus cõſentiat tacitè ipſi venditioni, ſiue expreſſim: *vt ar. C. de remiſ. pi. l. ij. & l. ſi hypothecas. & ff. de re iud. l. creditor.* qui enim alij conſentit, ſua iura perdit: *vt C. de admin. tut. l. cùm quidã.* ¶ Sed quid ſi eo ſciente, & nõ contradicente vendatur? Reſp. & tunc fortè bene valeret venditio: *vt arg. ſ. ſi de inue. inter dom. & vaſal. lis oriatur §. ſi autẽ aliquis.* patientia [e] enim ſine cõtradictione habetur pro cõſenſu expreſſo: *vt arg. ff. de act. l. quadam. & ff. mãd. l. ſi verò. §. idẽ Papinianus. & C. de nupt. l. ſi vt proponis.* Item intelligitur conſentire [f] ſi præſens [g] fuit, & non cõtradixit. *vt argu. ff. de decu. l. honores §. vlti.* niſi fortè ſciat vbique ius ſuum durare, dum tacitè conſentit: *vt arg. ff. quibus mod. pign. vel hyp. ſol. l. ſicut. §. non videtur.* & hæc vera ſunt, quando ex certa ſcientia. aliàs enim potiùs videretur errare: *vt ff. de iudi. l. ij.*

d Alienari feudum à vaſallo poteſt domini conſenſu.

e Patiẽtia ſine cõtradictione habetur pro conſenſu expreſſo.

f Conſentire tacitè quis dicatur.

g Præſentia ſine contradictione an, & quãdo pro cõſẽſu habeatur.

e ¶ *Commercium.* putà [h] fortè pretium ipſum accipiendo ſub colore inueſtituræ: vel etiam pignori obligando: vel aliter alienando: quod quidem facere non poteſt: *vt ĩ. in conſtit. Fride. Imperialem. §. callidis.* Vel fortè infeudando alijs, qui non poſſunt feudum ſeruare: ſicut ipſe poteſt: cùm non ſit fortè miles: ſicut ipſe eſt. Vel etiam à dãdo alia lege, quàm ipſe habet: quod ſimpliciter prohibetur facere: *vt ſ. de lege Corradi. §. ex eadem lege.*

h Commercij ſpecies.

f ¶ *Excogitare.* Non intelligas ſecundùm literam, quòd ex ſola [a] cogitatione patiatur pœnam ſequentem: ſed intelligas de ea quæ iam proceſſerat ad actum, & factum compleuit: cum ex ſola [b] cogitatione non minuatur vtilitas Imperii, vel dominorum. & hoc eſt, quod ſequitur, *per quod Imperij, vel dominorum minuatur vtilitas,* &c. cùm nemo debeat pœnam pati cogitationis: *vt not. eſt ſup. tit proxi. c. ſi voluerit.* & ad hunc intellectum facit etiam, quod ĩ. dicit, *pretio, ac beneficio ſe cariturum,* &c. per quod videtur quòd completa [c] debeat eſſe venditio. 2. Vel dicas, quòd bene debet [d] pati vaſallus pœnam inferiorem ex ſola cogitatione: ſ. quia beneficio debet carere: vt hic ſit vnus caſus, in quo patiatur quis pœnam cogitationis, & tentationis. hoc eſt quod infrà dicit, *in fraudem legis machinari tentauerit,* &c. & intelligas quòd hîc dicitur, *minuatur*: id eſt, minui poſſit. & quod infrà ſequitur, *pretio,* ſcilicet quando completa erat venditio: *ac beneficio,* ſcilicet quando ſolummodo cogitauerat, vel tentauerat. priorem tamen intellectum puto meliorem.

a Cogitatio nuda nemo regulariter pœnam patitur: ſed eius, quæ ad actum [illegible] quem [illegible].

b Cogitatione ſola non minuitur vtilitas imperij, vel dominorum.

c Vẽditio feudi, niſi completa ſit, & perfecta, non punitur.

d Cogitationis nudæ pœnam an, & quando quis patiatur.

† Concor. Col. & for. [illegible] ſecundùm Bal. hic. ſi notarius erat legitime [illegible] annotauit [illegible] C. de [illegible] aliàs non [illegible] [illegible] eſt ſubiectus [illegible] temeraliter. BALD.

g ¶ *Vtilitas.* in hoc minueretur [e] vtilitas Imperij, ſi beneficia ita alienarentur: quoniam milites, qui beneficia venderent, non irent ampliùs in expeditionem cum dominis eorum, quod facere debent: *vt ſuprà notatum eſt*: & ita vires Imperij attenuarentur, ſecundùm quod ſuprà dixit, *per quod vires Imperij attenuatas,* &c. dominorum autem vtilitas in hoc minueretur: quoniam non poſſent ampliùs habere ab eis hoſtenditias ſuperiùs nominatas: vel etiam alia ſeruitia, quæ vaſalli dominis præſtare tenentur: & hoc eſt, quod dixit in ſuperiori parte iſtius legis, vbi dicit, *ſuorum ſeniorum ſeruitia ſubterfugere.*

e Alienatio [illegible] prohibita feudorum.

h ¶ *Pretio.* quod [f] pretium reſtituetur bonæ fidei emptori: *vt in conſtit. Frideri. Imperialem. circa fi. in reſpon.* Sed quid ſi eſſet malæ fidei emptor, putà quia ſciebat feudum eſſe quod emit? Reſpond. tunc non repetet, ſecundùm quod hîc videtur dici. Vel aliud ſi in fraudem legis machinari tentauerit, &c. quaſi videatur dicere tam de emptore, quàm de venditore, & ita ſecundùm hoc poteris referre iſtud, *cariturum agnoſcat, tam [g] ad emptorem, quàm ad venditorem*: de hac materia dices ſecundùm quod pleniùs *not. in d. conſtit. Frideri. Imperialem.*

f Pretium feudi à vaſallo ſine conſenſu domini alienati emptori bonæ fidei reſtituitur: aliàs fiſco cedit.

g Alienans feudum in fraudem legis, quã pœnam patiatur.

h De [illegible] clauſulæ, ſiue formulæ, vide quæ ſcripſi ſupra, tit. 40 in verbo, profiteor [illegible].

i ¶ *Ac beneficio.* quod beneficium dominus recuperabit nulla [h] præſcriptione obſtante: quia quod ab initio [i] non valuit, tractu temporis confirmari non poteſt: *vt ſ. de cap. Corra. cap. j. & in conſtit. Fride. Imperialem.*

i Inualida ab initio tempore non confirmantur.

k ¶ *Libellum.* fortè quia [k] imbreuiauit tantùm contractum ipſum ſuper aliqua ſchedula: vel fortè ſcripſit ſuper aliqua chartula qualiter debeat contractus celebrari, quem dedit vni ex contrahentibus, vel ambobus: & nihil vltrà fecit.

k Cõtractũ illicitum inſtrumentum quando quis dicatur.

l ¶ *Infamia.* & ita non patietur aliam pœnam notarius [l] per conſtitutionem

l Notarij illicitum feudi inſtrumentum conſcribentis pœna.

conſtitutionem iſtam, niſi quia officium tabellionatus amittet, & infamis efficietur. per conſtitutionem autem Friderici, *Imperialem decet ſolertiam*. debet ſimiliter manum amittere, in §. illo *callidis*. Sed nunquid verum erit, ſi ſciens, ſiue ignorans feudum eſſe, inde inſtrumentum fecit? non puto quòd ignorans [a] puniatur: nam nec vaſallus alienans per ignorantiam punitur: *vt ſuprà de contro. inter do. & empt. §. j.*

a Ignorantia excuſat ſcribentem inſtrumentum illicitum.

a ¶ *Quoniam inter.* ¶ Et not. quòd lex iſta tantùm locum habet in futurum, ſecundùm quod dicitur in prædicta conſtitutione Friderici, *Imperialem circa principium*: vbi dicitur: *vnde Imperator, &c.* nimirum cùm in hac non dicatur aliud de præteritis contractibus. leges [b] enim & conſtitutiones futuris certum eſt dare formam negotiis, &c *vt Co. de legi. & conſtit. l. leges, & conſtitutiones.*

b Leges futuris negotiis formam dare ſcient.

b ¶ *Si iuſta cauſa.* quando autem intelligatur iuſta [c] cauſa impediri, dicitur *ſuprà quo tempo. mi. mue. pe. cap. j.* ¶ Et nota quòd hæc lex, & ſuperior proxima inueniuntur in paucis conſuetudinibus feudorum: vnde quia dubito vtrùm ſint leges, vel non, circa eas non inſtitui.

c Iuſta cauſa impediri quis dicatur.

impeditus non fecerit, non perdit feudum. BALD.

Imperator Lotharius Auguſtus, &c. Eugenio Papæ & vniuerſo populo.

3. ¶ Quoniam inter [a] dominum, & vaſallum nulla fraus, nec vllum malú ingenium debet interuenire, idcirco per hanc præſentem legem ſancimus, ſi vaſallus non doloſè per annum & dié ſteterit quod à domino ſui beneficij inueſtituram non petierit: feudum non ob hoc amittat. dolus enim abeſſe videtur, ſi iuſta cauſa [b] impediente ſteterit. Datum VI. Kalend. Septemb. anno à Natiuit. Dom. M.DXXVII. indictione v.

DE PACE TENENDA inter ſubditos, & iuramento firmãda, & vindicanda: & de pœna iudicibus appoſita, qui eam vindicare, & iuſtitiam facere neglexerint.

TITVLVS LIII.

Primò præcipit Imperator pacẽ iuramẽto firmatam ab omnibus ſeruari. Secundò ſtatuit pœnam nõ ſeruantibus. Tertiò prohibet conuẽticula, & illicitas exactiones. Quartò confirmat ſacramenta puberum licita, & caſſat illicita. Quintò redit ad materiam feudorum. Secunda ibi, Si quis verò auſu temerario. *Tertia in* §. Conuenticula. *Quarta in* §. Item ſacramẽta puberum. *Quinta in* §. Ad hoc qui allodium. BALDVS.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus vniuerſis ſubiectis ſuo Imperio, Salutem.

HAc edictali lege in perpetuum valitura iubemus, vt omnes noſtro ſubiecti imperio [c], veram & perpetuam pacem inter ſe obſeruent: & vt inuiolata inter omnes perpetuò obſeruetur duces [d], marchiones, comites, capitanei, valuaſores, & omnium locorum rectores, cum omnibus locorum primatibus, & plebeis, à decimo octauo anno [e] vſque ad ſeptuageſimum [f], obſtringantur iuramento vt pacem teneant, & rectores locorum adiuuẽt in pace tenenda, atque vindicanda: & in fine vniuſcuiuſque quinquẽnij [g] de prædicta pace tenenda [h] omnium ſacramenta renouentur.

DE PACE TEnẽda inter ſubditos, & iuramẽto firmãda, & vindicanda: & de pœna iudicibus appoſita, qui eam vindicare, & iuſtitiam facere neglexerint.

c HAc edictali.] *Imperio.* Et ita videtur quòd lex iſta non habet locum, niſi inter illos, qui ei ſubditi ſunt. ſed nunquid tenet Francigenas, & alios Vltramontanos, qui ei non ſunt ſubditi? videtur quòd non ex eo quod hic dicit *noſtro ſubiecti Imperio, &c.* Sed dicas quòd eos ſimiliter tenet [d]: quoniam licèt ei non ſint ſacramento ſubditi; ſunt tamen ratione imperij Romani, ſub quo eſſe debent, cùm ipſi fuerint de imperio Iuſtiniani: *vt Cod. de offic. præfect. præt. Afric. l. vltima j. col.*

d Falſum videtur [illegible]

d ¶ *Duces.* qui autem dicantur duces, & alij ſequentes, dicitur *ſuprà, quis dicatur mar. du. co. c. j.* ACCVRS.

e Iurare pacẽ & ſuperẽtũ [illegible] qua ætate quis poſſit.

e ¶ *A decimooctauo anno.* Et ita habes hic quòd poſtquam quis eſt xviij. [e] annorum habet legitimam [f] ætatem quantùm ad hoc, vt teneatur iurare quòd pacem tenebit. aliud tamen obſeruatur in contractibus rerum minorum: quoniam tunc poſtquam [g] factus eſt pubes, poteſt iurare in contractu ſuo: *vt infrà ea. l. §. item ſacramentum puberum.* ¶ Sed quid ſi poſtquam factus eſt pubes, iurauerit ſe non venturum contra pacem, quã cum aliquo inimico ſuo fecerit: & poſtea contra eam venerit rumpendo, nunquid punietur pœna eius legis? Reſpond. fortè non, ſecundum quòd hic dicitur, vel aliud ſit in contractu, & aliud hic: quoniam cùm pacem reddit de eo, quod ſibi factum eſt, potiùs videtur diſtrahere, quàm contrahere, cùm ille, qui in eum maleficium commiſerit, erat ei obligatus: & non ille ipſi. Si enim Imperator iſte vellet quòd per illud ſacramentum tenerentur: quare ſimiliter de eo non dicit: ſicut dixit de maiore xviij ann.? Vel dicas, quòd benè teneretur pœna huius legis tunc: & aliud eſt in generali pace; de qua lex ita loquitur, quã omnes ſubditi imperio tenentur inter ſe ſeruare: & aliud eſt in ſpeciali pace, quam ſi minor promiſerit ſe firmam, & ratam ſemper habiturum, & non contrauenturum, & poſtea iurauerit ſponte, non poterit poſteà contrauenire: cùm loco maioris tũc habeatur. Tunc enim contradixit promittẽdo ſuper facto ſuo. Sed in illa generali pace, de qua loquitur hic, nullus videtur contrahere, niſi quia iurat ad poſtulationem iudicis illius loci, nimirũ aliquando eſt quid [h] licitum in ſpecie, quod in genere non licet: *vt arg. ff. quod cuiuſ. vni. no. l. item §. ſi decuriones. & ff. de arbi. l. item ſi vnus. § ſi in duos. & Inſt. de le. §. ſed ſi vxori. & ff. cõ. prædi. l. in tradendis. & ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. quæſitum. & ff. de cond. & demon. l. cùm ita. & de acqui. hæ. l. ſi quis mihi. §. ſed vtrũ.* ¶ Notabis ergo hic, quòd ætas legitima [a] dicitur xviij. ann. ad pacem iurandam. Sic etiam iure Lombar. dicitur legitima ætas, ſimiliter xviij. an. ad contrahendum: *vt in Lombar. de probi. alie. mi. l. j.* Item eodem iure dicitur legitima ætas xiiij. an. ad ſponſalia contrahenda: *vt in Lombar. de probi. nu. l. adueniente nouiſſima.* alias dicitur legitima ætas xij. an. ad conſentiendum patri volenti facere filios naturales ſibi ſimiles, vel æquales: *vt in Lombard. de ſuc. l. iy.* ¶ Iure autem Romano dicitur legitima ætas xxv. ann. ad contrahendum: *vt ff. de mi. l. j.* aliàs xviij. ann. quãtum ad hoc, vt quis poſſit pro alio poſtulare: *vt ff de poſtu. l. j. §. ij. & Inſtit. quib. ex cau. ma. licèt, vel non. in ſi.* aliàs dicitur legitima ætas pubertas, ad teſtamenta faciẽda, & ad nuptias contrahendas: & quãtum ad hoc vt poſſit quis teſtimonium ferre: & ad contractus faciendos cum iuramẽto: *vt Inſt. prædi. ti. § cùm ergo. & Inſtit. de nupt. in princ. & ff de teſtib. l. teſtium. § leg. Iul. de vi. & infrà. ead. l. § itẽ ſacramenta.* ¶ Dicitur autem pubertas [b] in maſculis, xiiij. annorum: in fœminis xij. an. quo tempore dicuntur viripotentes: *Inſt. qui mo. teſt. infir. circa prin.* Aliter dicitur plena [c] pubertas in maſculis, xviij. ann. in fœminis, xiiij. ſcilicet quantùm ad alimẽta vſque ad pubertatem relicta: *vt ff de ali. & ciba. leg. l. Mela ait.* Aliàs dicitur legitima [d] ætas, ex quo quis exceſſit infantiam, quantum ad hoc vt poſſit emancipationi conſentire: *vt Cod. de eman. l. pe. in ſi.* Dicitur autem infans [e] minor vij. annis: *vt Cod. de iure delibe. l. ſi infanti. in princ.* Aliàs dicitur legitima [f] ætas xxix. ann. quantum ad hoc vt non poſſit quis reſtitui aduerſus contractum, quem fecit in minori ætate: *vt C. de temp. in integ. reſtit. l. vlt.* ¶ Ex hoc ergo quòd dicitur hic, colligi poteſt quòd nullus [g] minor xviij. ann. debeat compelli iurare de pace. ¶ Vnde ex hac l. poteſt notari bonũ ar. quòd minor [h] xviij. ann non tenetur per ſe pugnare [i], cùm non [k] compellatur in pugna iurare, *ar. iſtius legis.* Ille enim, qui pugnam facit, debet [l] iurare quòd nullam rem habet, quæ ad maleficium pertineat: *vt in Lombard. qualiter quis ſe de l. nullus campio.* debet etiam iurare de aſto: *vt in prædi. ti. l. ſi quis altum aſto.* & maximè cùm iuuenilis ætas excuſet eum à pugna per ſe facienda: *vt in prædi. tit. l. antepen.* nec iure Lombard. inuenitur de aliis legitimis ætatibus, niſi quas ſuperiùs nominauimus. ACCVRSIVS.

f Legitimam ætatem habere ad pacem [illegible] qui eſt xviij. annorũ.

g Legitima ætas quæ, vt quis iuramento contractum ſuum confirmare poſſit.

h Licitũ quidquid in ſpecie eſt quod in genere nõ licet.

a Ætas legitima ad pacem iurandam, cõtrahendum, poſtulandum, teſtamentum faciendum, nuptias contrahendas teſtimonium ferẽdum, & ſimilia quæ.

b Pubertas in maſculis & fœminis quæ dicatur.

c Plena pubertas quæ dicatur.

d Legitima ætas ad conſenſum emancipationi præſtandum.

e Infans quis dicatur.

f Legitima ætas vt quis nõ poſſit reſtitui, quæ.

g Iurare de pace qui non cogantur.

h Minor xviij. annis cogi nõ poteſt in pugna iurare, aut per ſe pugnare.

i Pugnare per ſe qui non cogantur.

k Iurare in pugna qui non cogantur.

l Iurare quæ teneatur is quã pugnam facit.

m Senes ſeptuagenarij iurare & teſtimoniũ dicere non coguntur.

n Iurare aut teſtimonium dicere qui non cogantur inuiti.

f ¶ *Vſque ad ſeptuageſimum.* ann. poſt [m] illud verò tempus nõ debet conſtringi iurare [n], ſicut nec teſtimonium dicere compelluntur huiuſmodi ſenes maiores lxx. an. *vt ff de teſt. l. inuiti. & de iure immu. l. iy.* ACCVRS.

g ¶ *Quinquennij.* hoc fortè debet fieri propter illos, qui iam peruenerunt ad xviij. an. qui nondum iurauerant propter minorem ætatem: & propter illos, qui iam exceſſerunt lxx etiã, vt magis reminiſcantur qualiter pacem debeant ſeruare: nihilominus tenentur eam ſeruare propter prius iuramentum, cùm ipſi non iurent ad tempus: perpetuò enim eam debent ſeruare: *vt in princ. huius l. dicitur.* hodie autem nõ ſeruatur huiuſmodi renouatio: imò potiùs fit contrà. renouatur enim ſacramẽtum ſocietatum & coniurationum quæ prohibitæ ſunt per hanc *l. in §. conuenticula.*

h ¶ *Pace tenenda.* ſubaudi, & de adiuuandis locorum rectoribus in pace tuenda, atque vindicanda. & hoc eſt, quòd ſuperiùs dixit, *& pacem teneant, & rectores locorum adiuuent, vt, &c.* Vel dicas, non renouabuntur ſacramenta, niſi de pace tenenda: & intelligas quòd ibi non dicitur, quòd debeat iurare de adiuuandis rectoribus: ſed dicitur, quòd poſtquam iurauerint pacem tenere, debeant adiuuare rectores in pace tuenda, atque vindicanda: & ita conſtruas: vt pacem teneant, ſcilicet iureiuran. adſtringantur. & facies punctum, & volumus ſubaudi, ſiue iubemus, quòd adiuuent locorum rectores. priorem tamen intellectum puto veriorem.

a ¶ *De quacunque re.* quam fortè aliquis ſibi debet ex contractu, vel quaſi, vel ex maleficio, vel quaſi.
b ¶ *Vel facto.* quòd fortè ſibi facere tenetur ex pacto, vel fortè ſibi fecit: puta iniuriam, vel quid ſimile. ACCVRS.
c ¶ *Poteſtatem.* ¶ Sed quid ſi non habet iudicialem poteſtatem & debitor ſuus fugit [a]? nunquid ſua authoritate poterit rem ab eo auferre, ita vt non incidat in conſtitutionem illam, *ſi quis in tantam. Co. vnde vi.* vel ius crediti amittat, *per l. illam, extat edictum diui Marci*, vel debétne iudicem expectare? Reſp. dixerunt quidam, quòd tūc etiam nō expectata iudicis authoritate poterit ei rem ſua autoritate auferre: *vt arg. C. de Iud. & cœl. l. nullus. & Co. de dec. l. generali. lib. x.* quod non credo verum eſſe. verum eſt enim ſi ipſe fugeret, quòd poſſet eum detinere, donec [b] ad iudicem poſſet eum perducere: *vt ff. quæ in frau. cred. l. ait prætor. § ſi debitorem.* non tamen poterit ei per violentiam rem auferre ſecundū quod ſatis dicitur in prædicta *l. generali. & no. ff. quod metus cau. ſuper illa l. prædicta, extat edictū.* Sed quid ſi nō fugit? Reſpon. nec tunc ſua autoritate debebit auferre: veruntamen ſi timet rem ſuam vſucapi [c], vel præſcribi, vel timet aliter actionem ſuam tempore perituram actionem fortè iniuriarum, vel aliam: debebit proteſtari [d] publicè in [e] ſcriptis cum ſubſcriptione tabellariorū vel ſi non poterit eos habere, ſubſcriptione trium teſtium, quòd vult agere contra eum, [f] per eum non ſtat: ſed per iudicem, qui abſens eſt. & hoc faciet vbi aduerſarius habet domicilium, & ita interrumpet tempus: *vt C. de an. except. l. vt perfectius.*

a Fugientem debitorem, an, & quemadmodum creditor capere poſſit.

b *Idem Bar. No. nel vt iudices. n. § neceſſitatem, & quæ ibidem ſcripſi in Glo. 9. in verbo, detinere.*

c Præſcriptiones proteſtatione impediuntur.

d Proteſtatio impedit vſucapionem, & præſcriptionem.

e Proteſtatio quemadmodū vtiliter fieri debeat.

¶ Si quis verò aliquod ius de quacunque re [a] vel facto [b] contra aliquem ſe habere putauerit: iudicialem adeat poteſtatem [c], & per eam ius ſibi competens exequatur [d].

¶ Si quis verò auſu temerario prædictam pacem violare [e] præſumpſerit: ſi ciuitas eſt, pœna centum librarum auri [f] cameræ noſtræ inferenda puniatur: oppidum verò triginta libris auri mulctetur: duces autē, marchiones, & comites quinquaginta auri libras præſtent: capitanei quoque, & maiores valuaſores viginti auri libris puniantur: minores verò valuaſores & omnes alij prædictæ pacis violatores, tres libras auri inferre cogātur, & damnum paſſo, ſecundùm leges reſarciant. 1. ¶ Iniuria [g], ſeu furtū [h] legitimè puniatur [i].

d ¶ *Exequatur.* & non ſua auctoritate. aliàs [f] enim incideret in edictum diui Marci, vel in conſtitutionem illam, *ſi quis in tantam.* vel in alias, contra quas faceret. idcirco enim vigor iudiciorum, & iuris publici tutela eſt in medio conſtituta, ne quiſquam ſibiipſi permittere valeat vltionem: *vt C. de Iuda. & cœl. l. nullus.* ſed ſi iudex noluerit [g] ei facere iuſtitiam, ipſe iudex tenebitur ſibi reſarcire damnum: *vt infrà, ead. l. § iudices verò.* Si verò maior iudex fuerit, punietur in x. lib. aut ſi minor, in tribus: vt ibidem ſequitur, *ſi quis verò temerario.*

e ¶ *Pacem violare* q. d. nos volumus quod [h] omnes ita ſtent in pace, quam iurauerint, vt ſi aliquis paſſus fuerit iniuriam ab aliquo fortè ante pacem iuratam, vel etiam fortè poſt, vel aliquid ei debeatur: quod adeat iudicem, & per eum ius ſuū proſequatur, & non per ſe ſumat vindictam, vel ius: alioquin tanquam pacis violator punietur, & hoc eſt, quod ſequitur, *ſi quis verò temerario auſu.*

f Ius ſibi dicentis ſua autoritate pœna.

g Pœna iudicis iuſtitiam facere nolentis.

h Nemo priuatus ſibi ius dicere debet, vel in iis quæ ad pacis iuratæ executionem pertinent.

f ¶ *Centum librarum auri.* & ita debent iſti puniri in c. lib. au. & alij iudices minori pœna, ſecundùm quod ſequitur, *& ita puniuntur [i] maiore [k] pœna maiores, quàm minores.* & hoc etiam verum pecuniariter, ſecundùm quod hîc dicitur, *multò magis enim pœna ſunt digni, &c. vt C. de epi. & cler. l. presbyteri in §.* hoc enim quòd ſunt marchiones, vel duces, vel comites, habent à principe: *vt § qui dic. dux c. j.* corporaliter autem maiori pœna debēt puniri minores: *vt C de ſum. Tri. l. nemo clericus* & hæc vera ſunt quòd præſtabunt dictam pœnā: & præterea [l] punientur ſecundùm qualitatem criminis. & hoc eſt quòd ſequitur, *homicidium quoque, &c.* & præterea reſarcient damnum ei, contra quē pacem ruperint: vt hîc ſtatim ſequitur, *& damnum paſſo, &c.*

g ¶ *Iniuria* quæ quidē iniuria inſpici [m] a iudice debebit, ſi fuerit atrox, vel non. 2. Inſpici etiam debebit in quem, & à quo facta fuerit iniuria, & quo loco: vt maior æſtimetur ex perſona vel loco: *ſecūdùm quòd hæc omnia dicuntur Inſt. de iniur. § atrox.* vt ſecundùm qualitatem iniuriæ debeat puniri. 3. Item inſpici debebit, ſi deſcendit iniuria ex lege Cor. putà cum dicat ſe pulſatum, vel verberatum, vel domum ſuam per vim ingreſſum an deſcendat ex iuriſdictione prætoris, ſicut alia eſt præter prædictam: vt illa [n], quæ deſcendit à lege, puniatur arbitrio iudicis: ſcilicet in vtraque pœna corporali, & pecuniaria propter contumeliam: *vt ff de iniu. l. conſtitutionibus.* in prætoria verò iniuriā paſſus æſtimabit ſuam contumeliam, & iudex pœnam corporalem: *vt Inſtit. de iniu. § pœna.* & hoc inſpiciet, an agatur ciuiliter, an criminaliter: quod fieri poteſt: vt in primo caſu pœna imponatur ſecundùm quòd ſuperiùs dictum eſt. Si criminaliter [o], extraordinaria pœna officio iudicis pœnietur: *vt Inſtit. prædi titu. § in ſumma* ¶ Verum [p] autem poſſit agi vna, ſi actum fuerit alia, variatur: dixerūt enim quidā, quòd ſi agat quis pro iniuria ſibi facta ciuiliter, non poterit poſtea agere criminaliter, vel econtrà. poteſt enim vtraque agi. *vt ff. de iniur. l. prætor. § j.* Sed ſi agat ciuiliter pro eo, quòd ſeruus ſuus ſit dolo malo interfectus, nihilominùs poterit poſtea agere criminaliter, & ecōtrà: *vt C. quando ciuil. ac præ cri l. j* & hoc dixerūt tali ratione: quia quādo alicui fit iniuria, nō habetur æſtimatio rei familiaris: id eſt, damni dati: ſed tantū contumeliæ. M. verò non conſentit cū eis in priori caſu, ſed in poſteriori ſic: & hoc tali ratione, ſcilicet quia in eo caſu, quo quis habet ciuilem, iudicis eſt æſtimare vtrunque: ſc. contumeliam factam, & pœnam corporalem. is verò, qui iniuriam paſſus eſt, neutrū æſtimabit. In eo verò caſu, in quo quis prætoriam habet, ipſe æſtimabit contumeliam ſuam tātùm: iudex verò pœnā corporalem tantùm: & ideo in hoc caſu ſi egerit, ciuiliter, poterit poſtea agere criminaliter: *vt C. quando ci. ac præto. cri. l. j.* & intelligas quod hîc loquitur de ea iniuria, quæ ſpecialiter dicitur contumelia [a], quę contemnendo dicta eſt: licèt generaliter dicatur iniuria quicquid non iure factum eſt *vt Inſtit. de iniur. in prin.* ACCVRS.

i Pœnæ pro qualitate perſonarum extēduntur, vel minuuntur.

k Maiores, ſeu nobiliores, aut in dignitate conſtituti grauiùs puniantur in pœnis pecuniariis, in criminalibus minùs ac mitiùs.

l Pœnæ pro qualitate criminis augentur, vel minuuntur.

m In iniuria quæ conſideranda ſint à iudice, quibus adde Clarum *§ fiuent. § iniuria.*

n Iniuriæ pœna ciuilis quę, ſiue mere ciuilis, ſiue prætoria ſit

o Iniuria pœna criminalis arbitraria.

p Vna actione propoſita an alia tollatur.

a Contumelia & iniuria differentia.

h ¶ *Seu furtum* Quid [b] ſit furtum, & vnde dicatur, habes Inſt. *de obl. quæ ex delic. naſ. § j. & y. & § furtum autē ſit & ff. de furt. l. j. § furtum.* ¶ Fures [c] enim ſunt, qui occultè, & ſine armis furtum cōmittunt: *vt in Auth. vt nulli iud. § quia verò nos, coll. ix.* quod furtum poterit puniri ciuiliter & criminaliter. ¶ Ciuiliter [d] punitur furtū manifeſtū in quadruplum: non manifeſtū in duplū: *vt Inſt. de ob. quæ ex deli. § pœna. & § vlt. & de act. § ex maleficiis. & § dupli. & § quadrupli* & totum erit pœna ſiue quadruplū, ſiue duplum res enim ipſa furtiua condici per ſe poterit: *vt Inſt. de act. § ex maleficiis. & de obl. quæ ex deli. § vlt.* pro pœna verò dabitur furti actio, quæ actio quando datur ad quadruplum, eſt prætoria: *Inſt. de perp. & temp. act. § furti quoque.* quando verò datur ad duplum, eſt ciuilis: *vt Inſt. de noxa. ac circa pr.* & ita dominus Io. B. eas ſignauit in arbore actionū. Quod autē eſt furtum manifeſtum, & quod non manifeſtum, dicitur *Inſt. de oblig. quæ ex deli. naſ. § manifeſtum & § nec manifeſtum* ¶ Criminaliter [e] poteſt puniri furtū: putà quia fur corporaliter punitur: ita tamen quòd nec moriatur, nec aliquid ei abſcindatur: ſed aliter caſtigari debet: *vt in Authent. vt nul. iudi. § quia verò colla. ix.* dum tamen in facie eius nihil inſcribatur: ne facies, quę ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis eſt figurata, maculetur: *vt Cod. de pœnis l. ſi quis in metallum.* ¶ Iure autem Longobardorum [f] contrarium fit: quoniam pro primo furto debet ei oculus erui: pro ſecundo naſus ſcarpelari: pro tertio verò debet mori: *vt in Lombar. de fur. & ſer. fu. l. ſi quis latro.* & hoc verum eſt, quando criminaliter punitur. ſi autem ciuiliter punitur, tūc ſi maſculus fuerit & liber, & furtum fuerit manifeſtum: ſibi nouum reddet & pro culpa ſoluet lxx. ſoli. Si furtum fuerit vſque ad x. ſiliquas, ſiue ſolidos. & ſi non poterit ſoluere, debet mori. ſi autē fuerit nec manifeſtus, tunc tantùm nouum reddet: ſi autem fuerit ſeruus, eo modo punitur, excepto quòd pro culpa ſoluet tantū xl. ſoli. *vt in Lombar. præd. tit. l. j. ij. iij. & iiij.* & hæc vera ſunt in maſculo. Si autem fuerit mulier libera, tunc pro manifeſto tantùm nouum reddet alia enim culpa ab ea nō debet requiri pro eo quòd paſſa fuerit iniuriam cùm deprehēſa fuerit in furto: *vt in Lombar. præd. tit. l. ſi mulier libera.* eodem modo punietur pro non manifeſto, vt puto, ex eo quod dicitur *in l. iiij. eod. tit.* Eodem etiam modo punietur furtum ab ancilla factum: *vt in Lombar. præd. tit. l. ſi ancilla.* ¶ per l. [g] autem iſtius Imperatoris Friderici. aliàs corporaliter punitur ſc. quia ſi furtū fuerit valens v. ſol. vel ſuprà, laqueo debet ſuſpendi: ſi minus ſcopis & forcipe debet excoriari, & tundi: *vt S. de pace te. § ſi quis quinque ſoli valens.*

i ¶ *Legitimè puniatur.* ſecundùm leges. ¶ Sed quæro ſecundū [h] quas leges debet puniri iniuria, ſeu furtum nunquid ſecundùm leges antiquas Romanas, & nouas: an ſecundùm leges Lōgob. punietur iniuria, ſecundùm quod dicitur in Lombar. *de conuictio. & in tit. de pla. ſeu fur. ſeruorū, & aliorum* & furtum ſimiliter ſecundum quod ſuperiùs not. eſt: an dices prædictos debere puniri ſecundùm l. prædictam *de pace te. § ſi quis aliu m. & ſequenti. & § ſi quis quinque ſoli valens, &c.* Reſp. ſecundùm leg. Lomb. nō punietur, cum iſte fuerit Romanorum Imperator: vnde intellexit tantùm de legib. Romanis. nam ille qui Romana lege viuit, ei ſubiacere debet: *vt in Lombar. t Ro po inter quæ l viuere velit. l. j.* Sed tamen inſtabis, nónne & Carolus fuit Imperator, qui illā *l ſi quis latro* condidit, quæ eſt in Lombar. *de fur. & ſer. fugi* Reſp licèt fuerit Imperator, non tamē fuit Romanus. Vel dicas, quòd nō fuit Imperator. imò videtur quòd tantū fuit Rex Francorum, & Lombardorū: *vt in Lomb quæ. di. lege bo. ſuas res ſer de l. 1. in fin.* Nec inuenitur in illo libro, quòd fuiſſet Imperator, niſi per ſubſcriptiones ſuper leges eius factas ab iis qui cōpilauerunt Lombar. ſub titulis competētibus, ſiue rubricis. imò per illā legē quam fecit: ſc. primam appellatur tantùm Rex: *vt in Lombar. de epiſ. & cle. l. j.* 2. Vel dicas quòd ſtetit rex per multos annos Franciæ, & Lomb. antequam Romanum Imperium haberet. & tunc fecit legem prædictam: vt apparet

b Furtū quid & vnde.

c Fures qui ē.

d Furti pœna ciuilis iure ciuili quæ conſtituta ſit, de Cauſis § furtum.

e Furti pœna criminalis quæ ſit.

f Furti pœna Lōgobardorum iure quæ conſtituta criminalis, & extremis furti ſupplicium.

g Furti pœna quæ nam conſtituta à Imperatore Friderico.

h Iniuria & furtum legibus Romanis non Longobardis. Imo ſec à Frider. ſupra, de pace iura. vindicanda, niſi in caſibus dictæ conſtitutionis.

¶ Homicidium [a] quoque, & membrorum deminutio [b], vel aliud quodlibet delictũ legaliter vindicetur. ¶ Iudices † verò, & locorum defenſores, vel quicunque magiſtratus ab Imperatore, vel eius voluntate cõſtituti [c], ſeu confirmati, qui iuſtitiam facere neglexerint [d], & pacem violatam vindicare legitimè ſuperſederint, damnum omne iniuriam paſſis reſarcire compellantur: & inſuper ſi maior iudex eſt, ſacro ærario pœnam decem librarum auri præſtet: minor autem pœna trium librarum auri mulctetur.

¶ Qui verò ad prædictam pœnam [e] perſoluendam inopia dignoſcitur laborare corporis ſui correctionem cum verberibus [f] patiatur: & procul ab eo loco, quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Domus, vbi conuenticula, aut conſpirationes fiunt, confiſcatur: & receptans violatorem legis, pari cũ eo pœna punietur. BALD.

f ¶ *Paternum.* Sed quare dixit. ſi feudū ſit paternū? nónne dicitur feudū paternum [i], poſtquā peruenerit ad nepotes? & deniq; paternum feudum dicitur, dū à quocunque de ſuperioribus ſit acquiſitū, vt ſtatim ſequitur, *paternum voco,* &c. hoc eſt, ab eo parēte, qui fuit agnationis communis: *vt ĩ. de gra. ſuc. in feu. c. j. circa prin.* Reſp. nō ideo dixit paternum, quòd illud nō dicatur paternū, quod iam peruenit ad nepotes: quia de eo paterno nō loquitur: ſed dixit paternum eo reſpectu, vt agnati remoueātur à ſuc feu, donec nepos ſupereſt: ſ. quando ad auū illius nepotis iā peruenerat feudū paternum, quod debeat ad agnatos deuenire, ſi nepos non præcederet eos in gradu, ſiue gradibus. & de eo paterno loquitur: & hoc eſt quod dixit, *ſolus.*

i Feudum paternū dicitur, poſtquam peruenit ad nepotes. quod deni que adquiſitū ab aliquo aſcendentium.

α ¶ *Paternum, &c.* vt linea eius fratris, cui diuiſione feudū obuenit, quandiu durauerit, cenſeatur eſſe proximior, & præferatur lineæ alterius fratris. Cviacivs.

g ¶ *Patrueles.* Sed videtur falſū: ſ. quòd dicātur [k] patrueles, cùm ſint nati ex eodē patre: vnde potiùs dicūtur conſanguinei, cùm ex eodem sāguine nati ſint: de quibus habes rubricam ſpecialē, ſiue tit. *in Auth. de conſangui. & vteri. fratr. coll. v.* Patrueles autē dicūtur nati ex duobus fratribus: *vt Inſti. de gradi. cogna. §. iiij. & ff. de grad. affi. l. j. §. iiij.* Sed dicas, quòd hi non dicuntur patrueles ex eo, quòd nati ſunt ex eodem patre: ſed dicuntur patruelès cū filiis aliorū fratrum licèt de illis nō eſſet adhuc locutus: ſed in ſequētib. loquetur: ſ. vt ibi dicitur. ſic & in aliis ſuperioribus, &c.

k Patrueles qui dicantur.

β ¶ *Qui patrueles dicūtur.* Species ponatur hoc pacto: Titius feudum adquiſiuit, & reliquit filios quatuor, Primū, Secūdū, Tertium, Quartum. Primus duos filios ſuſcepit, Quintum, & Sextū, totidē & reliqui fratres ſuſcepêre, qui liberi inuicē ſunt fratres patrueles. Sextus duos quoque filios ſuſcepit, Septimū, & Octauum. Feudum Titij obuenit Primo, à Primo tranſiit in Sextū, à Sexto in Octauum. Mortuo Octauo ſine liberis ſuccedet Septimus, hoc non extante Quintus, patruus Octaui. rurſus Quinto deficiente, atq; ita linea Primi deficiēte, in feudum æqualiter ſuccedent Secundus, Tertius, Quartus, corúmve poſteri. Patrui magni Octaui. vel propiores ſobrinis non ſuccedent, quia ex Titio non prodierunt, à quo feudum cepit cauſam & originē. Cviac.

h ¶ *Pertinere.* filiis [a] enim exiſtētibus maſculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri remouentur agnati: *vt ĩ. de gradi. ſuc. in feu. c. j.*

a Agnati [illegible] bus excluduntur.

DE CAPITANEO, QVI curiam vendidit, an intelligatur beneficium vendidiſſe.

TITVLVS LI.

Qvidam capitaneus in quadā curte ſua beneficiū dedit militibus, & poſtea eādem curiam vendidit, nō habita mentione beneficij. Controuerſia eſt inter capitaneum & emptorem, dicente emptore ſe curiam cum beneficio emiſſe: domino verò contradicente ad eum beneficium non pertinere. Reſpondetur, illud beneficium in venditione non contineri [i], niſi expreſsè de eo actum ſit [k].

1. ¶ Quæſitum eſſe apud me ſcio: ſi filius [l] viuente patre dominum offenderit, ita quòd feudum amitteret, ſi pater deceſſiſſet, vtrùm feudum amittat [m], vel non? ſecundùm iſtos ſic, ſecundùm Gerardum non, & Obertum ſimiliter.

DE CAPITANEO, qui curiam, &c.

i ¶ *Qvidam.*] *Non contineri.* [b] licèt fuerit vſus verbo generali, vel ſimplici, id tamen debet intelligi [c] tātùm vēditum, de quo actum fuerit inter contrahentes: *vt arg. C. de tranſact. l. ſi de certaro. & C. ad Vell. l. iubemus.* Nec etiā fuit cogitatum de beneficio vendēdo. arg. *ff. de tranſac. l. cùm Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. §. j.* vnde id tantùm videtur venditum, quod verbis fuit nominatum. *ff. de euic. l. qui libertatis. & de fun. inſtr. & inſtru. leg. l. cum de lanionis. & l. prædia.* nec enim à verb. ſigni. recedēdum eſt, &c. *ff. de leg. iij. l. nō aliter* Itē nónne poteſt haberi [d] curia ſine beneficio & ecōtrà [e]? ergo vendendo vnum, non ſequitur venditio alterius: *arg. C. de proba. l. neque natales. & l. ad probationē ſeruitutis.* Imò ad venditionem vnius ſequitur exceptio alterius: *arg. Cod. de pac. cōuent. tam ſuper do. l. fina. & ff. de compen. l. Labeo.* ¶ Ecōtrà curia vendita, & beneficium vēditum videtur, cùm ad [f] curiā [g] pertineat: *arg. ff. ſi ſer. vin. l. pe. §. j. & de act. emp. & ven. l. creditor. §. ſi. 2.* In vēdēdo enim fuit vſus verbo generali [h], vel ſimplici. ergo videtur omnia vendidiſſe, quæ nō excepit. *arg. ff. de excep. l. pluribus, & ff. quæ in frau. credi. l. j. § j. 3.* Item nónne beneficium cohæret [i] curiæ? ergo cū datione curiæ tranſit: *arg. ff. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſd. l. fi. & de inſtitoria. l. cuicunque. §. pen. 4.* Præterea beneficium ineſt curiæ tāquam [k] pars in toto, ergo tradita curia, & ipſum beneficium traditum intelligitur: alioquin nō intelligeretur curia tradita parte ſubtracta: *arg. ff. de verb. oblig. l. qui vſūfr. in prin. & l. in executione. §. pe. & ff. de excep. rei iud. l. ſi quis cùm totum. 5.* Et pro accipiente [l] cōtra dantem debemus interpretari: *ff. de cōtrah. emp. l. Labeo. & de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipu. 6.* Hoc etiam multū videtur facere pro emptore: ſ. quia non [m] erat fortè aliàs empturus, niſi beneficiū haberet: *vt ff. de minor. xxv. annis. l. tutor vrgētibus. § fin. & de in diem addict. l. quòd ſi. & de ſol. l. ſi quis aliam. 7.* Qua enim ratione vult venditor emptori ſubtrahere beneficium, ſ. quia ſpecialiter non dedit: eadē [n] ratione poteſt ei ſubtrahere domus, vineas & terras: & ita redigitur ad nihilum venditio. vt ergo videatur aliquid dediſſe, videretur interpretandum & beneficium datum eſſe: *arg. ff. ad muni. l. j. & de lega. j. l. ſi quando.*

b Curia vendita, [illegible] beneficium vendi[illegible]
c Venditur quæ in [illegible] ligantur
d Curia [illegible] poteſt [illegible] neficio.
e Benef[illegible] ſine cu[illegible] di poteſt
f Curia vend[illegible] cum ceteris, & iner[illegible] eam p[illegible]
g Benefic[illegible] ad curiam pertinet, [illegible] habetur, & [illegible] tanquam pars in toto.
h Omne quod dicit, [illegible] cepit.
i Cohærentia [illegible] cum pa[illegible] re princ[illegible] transfer[illegible]
k Toto [illegible] to pars [illegible] intelligitur.
l Pro accipiente [illegible] interpretatio.
m Finis conſ[illegible] que rei [illegible] mè conſi[illegible] dus eſt
n Abſurdo [illegible] admiſſo, [illegible] conſequentia

k ¶ *De eo actum ſit.* in generali [o] enim alienatione vaſalli non continetur, niſi de eis nominatim fuerit dictum: *vt ſuprà ſi de feu. contro. fue. c. in generali.*

o In generali alienatione [illegible] ſalli nō continetur

l ¶ *Si filius.* Quicquid in iſto ca. quæratur, & reſpondeatur, hoc plenè determinatur in cōſti. Fride. *Imperialem. § inſuper.* hoc idē determinatur ibidem de vaſallo vaſalli, qui dominum domini ſui offenderit: & ideo non eſt hîc multùm inſiſtendum.

m ¶ *Feudum amittat.* hoc ideo quia cogitationis [p] pœnā nemo meretur: *vt ff. de pœnis. l. cogitationis.* nec enim puniri debet affectus [q], niſi ſecutus fuerit effectus: *ff. quod quiſque iuris l. j. §. fina. & de*

p Cogitationis pœnam nemo patitur
q Affectus [illegible] affectu [illegible] niter non [illegible] nitur.

Diſpoſitio ſolius animi ad delictum, non perficit delictum: ſed inſidiæ habentur pro delicto contra dominum conſummato. Bal.

2. ¶ Si voluerit vaſallus dominum offendere, ſed non laborauerit: feudum non amittit [a] * Gerardus, & Obertus. Similiter etiamſi laborauerit, non amittit feudum, niſi inſidiatus [b] ei fuerit, & hoc probatum fuerit [c].

Feudum non tranſit ad fœminam: licèt per pactum ſit actum, ſi vaſallus ſupereſt. Bal.

3. ¶ Similiter ſi quis inueſtitus fuerit de feudo, ita vt ad fœminas tranſiret, & duas filias tantùm reliquerit, quarum vna filium habeat, & altera filiam: vtrùm poſt mortem illarũ maſculus [d] tantùm feudum habere debeat; ſecundùm Gerardũ maſculus tãtùm? Obertus cõtrà. & econtrà ſi filios [e] ille habuerit.

4. ¶ Filius [f] non poteſt recuſare hæreditatem patris abſque feudo: propinquus autem poteſt.

Si contentio eſt inter vaſallum, & emptorem de feudo: vaſallo deficiente in probatione, electio iuriſiurandi datur emptori. Bal.

5. ¶ Si contentio fuerit inter filiam, & propinquum de hæreditate & feudo: cùm filia feudum habere non poterat: quia dicat ipſa, hoc eſt de mea hæreditate: & ille dicat, imò de feudo: electio propinqui erit diſcernere veritatem iureiurando [g]. Gerardus, & Obertus [h]. Et ſimiliter ſi contentio fuerit inter aliquem, qui emiſſet à ſeniore, & vaſallum: quia dicat vaſallus, hoc eſt de feudo meo: ille autem neget: electio emptoris eſt veritatem iureiurando diſcernere [i], cùm pares curtis veritatem non teſtantur. Gerardus, & Obertus.

Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ. Bald.

6. ¶ Similiter feudum lege commiſſoria datum non valet: id eſt, ſi ad certum tempus pecunia non ſoluatur creditori, vt habeat in feudum. Gerardus. & ſecundùm Obertum valet.

7. ¶ Similiter poteſt feudum dari ad certum ſeruitium [k] [a]. Gerardus, & Obertus.

DE PROHIBITA FEVdi alienatione per Lotharium.

TITVLVS LII.

Feudum vaſalli non alienent ſine voluntate dominorum ſuorum: ſi vaſallus contrà fecerit, pretio, & beneficio carebit notarius verò, qui ſcripſit inſtrumentum officio ſuo priuabitur, & ſit infamis. Bald.

Lotharius diuina fauente clementia, III. Imperator Romanorum, pius, fœlix, inclytus, ac triumphator, ſemper Auguſt. vniuerſo populo.

& de ſic. l. i. § | & l. ſi quis vxori. §. neque verbo. & l. infitiando. & ff. ad leg. Corne. de fal. l. qui falſam. niſi aliud reperiatur caſu aliter dictum propter enormitatem criminis: vt C. de epiſc. & cler. l. ſi quis non dicam. & C. ſi quacunque prædi po. l. j. & C. ad legem Iul. maie. l. quiſquis. & ff. de extraordi. cogni. l. j. ¶ Non obſtat quod alias dicitur, quod in maleficiis [a] voluntas inſpicitur, non exitus: ff. ad legem Corne. de ſica l. diuus. §. j. quia illud eſt verum in maleficio perpetrato ſcilicet vt in eo non inſpiciatur quod perpetratum eſt. ſed debet inſpici, ſi ille, qui cõmiſit, habuit voluntatẽ delinquendi: & tunc puniatur: ſi autem nõ habuit voluntatẽ, tunc ſecus: vt Cod. ad leg. Cor. de ſic. l. j.

a Voluntatem, non exitum in maleficiis ſpectari quo ſenſu dicatur.

* Quis cogitationis pœnam nemo meretur vt ff. de pœ. l. cogitationis. ... quæ lex ſ. ... citatur de pœnit. ... c. ...

a ¶ *Non amittit.* quia fortè pœnituit [b]: vnde venia dignus eſt: vt ff. ad leg. Corn. de fal. l. qui falſam.

b Pœnitenti ignoſcitur.

b ¶ *Inſidiatus.* ſicut alias dicitur, qui [c] inſidiatus fuit morti ſui domini veneno, vel gladio, amittit feudum: vt ĩ. in qui. cau. feu. amit. §. porro ſi dominum.

c Quibus inſidiis feudum amittatur.

c ¶ *Et hoc probatũ fuerit.* per teſtes [d]: non minus v. ſummæ, & integræ opinionis: ſecundùm quòd dici videtur infrà in quadam conſtitutione Imperatoris Henrici: vt infrà quot teſtes ſunt neceſſ. ad prob. feud. ingrat. c. ſi vaſallus. quam conſtitutionem pauci habent: neſcio tamen vtrùm debeat eſſe conſtitutio, vel non: vel ſi non eſt conſtitutio, dices quòd ſufficiant duo. vbi numerus teſtium [e] non adiicitur, duo ſufficiunt: vt ff. de teſtib. l. vbi numerus.

d Teſtes quot requirantur in probandis in...

e Teſtium numero nõ adiecto, duo ſufficiunt.

d ¶ *Maſculus.* hæc videtur melior ſententia, cùm non debeant ſuccedere [f] fœminæ in feudo, donec maſculus ſupereſt: vt ĩ. epiſcopum, vel abb. & c. in ſi. & ſuprà de ſucceſſ. feu. § filia verò. Nec enim patet locus fœminæ in feu. ſuc donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primò fuit inueſtitus: vt ſuprà de eo, qui ſibi, vel hæred. ſuis. ca qui ſibi. Accvrs.

f Fœminæ in feudis vt ſuccedant.

e ¶ *Si filios.* ſcilicet duos, quorum vnus habuerit filium maſculum, alter habuerit filiã. & referas iſtud, *ille*, ad illum, qui fuerit inueſtitus: & ſecundùm hoc dices quòd filius maſculus tãtùm debet habere feudum totum. ¶ Sed dicas quòd hoc vltimũ dictum ſit Gerardi, cui dicto Ober. nõ cõtradicit: aliàs enim contradiceret toti naturæ ſuc. feu. cùm maſculi [g] debeant præferri fœminis in ſuc. feu. vt ĩ. no. eſt. ¶ Vel ſi vis referre illud, *ille*, ad filium, quẽ vna ex filiabus habuerat, referas: verumtamen ſecundùm hoc bene diceretur, & ecõtrà, & c. cùm in conuerſo caſu nihil dixerat de illo filio. vnde prior intellectus melior videtur.

g Maſculi fœminis in feudi ſucceſſione præferuntur.

f ¶ *Filius.* hoc idem dicitur ſuprà tit. an agnatus, vel filius defuncti. c. & ſi contigerit. vnde quæ ibi notata ſunt, hic poteris repetere. Accvrsivs.

g ¶ *Iureiurando.* filia in probatione deficiente: vt ĩ. ſi de feud. controuer. fue. c. ij. & intelligas quòd iurabit cum xij. ſacramentalibus: vt ĩ. de cõtro. inter maſculum, & fœminam. c. ult. ſciendum. & quæcunque ibi notaui de hac materia, hic reperias.

h ¶ *Gerardus, & Obertus.* Pro ſentẽtia Gerardi eſt, quod dicitur ĩ. de feu. dato in vicem leg. commiſſo. ca. ſi quis obligauerit. vbi dicitur, quòd feudũ [h] nõ ſub prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore domini debet acquiri. & ideo melior videtur eius ſententia, vnde quæ ibi notaui, & hic poteris notare. Accvrsivs.

h Feudũ propriè adquiritur amore, nõ pecunia.

i ¶ *Diſcernere.* & idem eſt ſi inter dominum, & emptorem fuerit contentio: vt ſuprà de con. inter ma. & fœmi. ca. item ſciendũ. circa fin. Item intelligas quòd iurabit ſi videbitur iudici quòd aliquid faciat pro eo, vel cõtra eum, quare debeat ei dare iuſiurandum. nec [i] enim ſemper debet dari poſſidenti: ſed quandoque vni datur, quandoque alteri, quandoque neutri: vt actore non probante, & c. vt ſuprà de conſuetu. rec. feu. cap. ſacramentum. Accvrsivs.

i Iuramentum nõ ſemper defertur poſſidenti

k ¶ *Ad certum ſeruitium.* putà ad [a] aliquid certum faciendum quolibet anno pro ipſo feudo, & tunc nõ tenebitur aliud facere domino, niſi fuerit dictum. ¶ Sed [b] nunquid poterit vaſallus tale feudum refutare [c], quandocunque voluerit, inuito domino? Reſpon. quòd ſic: quia indiſtinctè dicitur aliàs quòd vaſallus poſſit feudum refutare quandocunque voluerit: nec [d] poſtquam refutauerit, tenetur domino ſeruire: vt ſuprà de vaſal. qui contra conſtit. Lotha. feu. alie. ca. j. & c. ij. & cùm ibi non diſtinguatur, nec nos debemus diſtinguere: arg. ff. de offic. præſi. l. iy. & ff. de publi. l. de pretio. ¶ Econtra videtur quòd non poſſit refutare ſine voluntate domini: quoniam ab initio liberam habuit poteſtatem ſe non obligandi ad illud ſeruitium faciendum, & feudum accipiendum. ergo nõ poteſt illi contractui, ſiue obligationi ſine voluntate domini renunciare. ſicut enim in initio [e] libera poteſtas eſt, & c. vt Cod. de act. & oblig. l. ſicut. cum omnibus conc. ſuis. & eſt argum. ad hoc. ff. de vſufruct. l. ſed cùm fructuarium. Nec ob. quòd prædictum ca. indiſtinctè loquitur: quoniam licèt [f] ibi non diſtinguatur nos tamẽ debemus diſtinguere. quod [g] enim omittitur à lege, non debet omitti à religione iudicantis: ff. de teſtib. l. quæſitum. & de ſpon. l. oratio. & eſt fortè ratio: quia feudum [h] datum ad certum ſeruitium faciendum, non poteſt refutari [i] ſine voluntate domini. aliàs [k] verò quod eſt indeterminatè datum, poteſt refutari: quoniam vaſallus, qui habet feudum conditionale, eſt obligatus domino ad illud ſeruitium vel [l] per ſtipulationem, vel ſaltem per pactum in iſto contractu infeudationis appoſitum, & ita veſtitum: vnde certa actione ad id faciendum poſſet à domino conueniri: putà vel ex ſtipulatu, vbi ad factum eſt obligatus per ſtipulationem: vel certi condictione, vbi certum quid promiſerit, vel præſcriptis verbis, vbi ſtipulatio non interuenit: vel etiam condi. ex maioribus informata per pactum: quod eſſet ineptum dicere, vt per eius refutationem actio domino competens tolleretur. At [m] cùm liberè feudũ recipit, non appoſita aliqua conditione: ſed ſimpliciter fuerit de eo inueſtitus: nihil ei eſt præter ſacramentum, de quo Deum habeat vltorem, ſi contra fecerit, ſi fidelitatem iurauerit: quia & feudum amittit, ſi culpam committit, per quam amittere debeat. ad nihilum enim obligatus eſt, niſi ex natura feudi: niſi quia ſi domino non ſeruierit, ſecundùm quòd ex natura feudi debuerit, ipſum feudum amittit. Sicut enim iure conſuetudinario feud. permittitur vaſallo feudum refutare: ita eodem [n] iure liberatus eſt, poſtquam refutauit, ab illa obligatione naturali, qua tenebatur domino ſeruire & hoc eſt, quod ibi dicitur, *ad ſeruiendum poſtquam refutauit, non tenetur.*

a Feudum ad certum ſeruitium datum.

b Feudo certi ſeruitij an poſſit à vaſallo refutari inuito domino.

c Renunciari feudo vtrum à vaſallo poſſit inuito domino, & cui feudo. adde ...

d Refutati feudi effectus

e Contractus ab initio voluntatis ex poſt facto neceſſitatis.

f Diſtinguimus aliquando, vbi lex nõ diſtinguit.

g Religio iudicantis id, quod à lege omiſſum eſt, ſupplere debet.

h Feudum datũ ad certum ſeruitium non poteſt refutari inuito domino: indeterminatè, vel ſimpliciter datum, poteſt

i Refutari feuda quæ poſſint, aut non poſſint

k Feudi ad certũ ſeruitium, & ſimpliciter dati differentia.

l Feudum cõditionale habẽs quibus, & quam variis actionibus domino teneatur.

m Feudũ ſimpliciter ſine aliqua conditione habens, quid debeat domino.

n Refutati feudi effectus.

a ¶ *Certum ſeruitium.* Hoc eſt feudum conditionale: & ſumatur exemplum ex 2. *tum.* 3. §. *vlti.* Et hoc etiam cur refutari non poſſit, non video: quod hîc interpres tamen exagitat. Cviacivs.

DE PROHIBITA FEVDI ALIEnatione per Lotharium.

2. ¶ *Impe*

Imperialis beneuolétiæ proprium eſſe iudicamus, commoda ſubiectorum inueſtigare, & eorum calamitatib. diligēti cura mederi: ſimiliter reipublicæ bonum ſtatum, ac dignitatem imperij omnib. priuatis commodis præponere. Quocirca omnium fidelium noſtrorum, tam futurorũ, quàm præſentiũ nouerit vniuerſitas, qualiter dum apud Ronchalias ſecundùm antiquorum Imperatorum conſuetudinem pro iuſtitia, ac pace regni componēda conſideremus: omnia, quæ ad honorem Imperij Romani ſpectare videntur, ſolicitè indagātes perniciosiſſimam peſtem, & reipublicæ nō mediocre detrimentum inferentem reſecare propoſuimus. Per multas enim interpellationes ad nos factas comperimus milites ſua beneficia paſſim diſtrahere: ac ita omnibus exhauſtis, ſuorum ſeniorũ ſeruitia ſubterfugere: per quod vires Imperij maximè attenuatas cognouimus, dum proceres noſtri milites ſuos omnibus beneficiis ſuis exutos ad fœliciſſimam noſtri numinis expeditionem nullo modo tranſducere [a] valeant. Hortatu itaque & conſilio [b] Archiepiſcoporũ Epiſcoporum, ducum, comitũ marchionum, palatinorum, cæterorúmque nobilium, ſimiliter etiam iudicum hac edictali lege [c] in omne æuum Deo propitio valitura decernimus, nemini licere beneficia, quæ à ſuis ſenioribus habent, ſine ipſorum permiſſione [d] diſtrahere, vel aliquod cōmercium [e] aduersùs tenorem noſtræ conſtitutionis excogitare [f], per quod Imperij, vel dominorum minuatur vtilitas [g]. 1. ¶ Si quis verò contra hæc noſtræ legis ſaluberrimæ præcepta ad huiuſmodi illicitum commercium acceſſerit, vel aliquid in fraudem huius legis machinari tentauerit: pretio [h], ac beneficio [i] ſe cariturum agnoſcat. Notarium verò, qui ſuper hoc tali contractu libellum [k], vel aliũd inſtrumentum conſcripſerit, poſt amiſſionem officij, ipſum infamiæ [l] † periculum ſuſtinere ſancimus. Dat. VII. die menſis Nouembris, M.cxxxvj.

Primò thema. Secundò quæſtio. Tertiò reſponſio. Secunda ibi: Defuncto. *Tertia in verſi.* Quas amputantes. Bald.

Imperator Lotharius Auguſtus vniuerſo populo.

2. ¶ Satis bene diſpoſitum ad vtilitatem regni & ad pernicioſam peſtem deſtruēdam, in ſcriptis inſerere curauimus. Quidā miles bona beneficia à duobus dominis, prout ſolitum eſt, acquiſiuit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter ſe diuidentes, alter eorum domino ſuo pro beneficio, quod ad eum peruenit, fidelitatem nullo antepoſito, ſicut pater fecerat, fecit. Alter verò frater pro ſuo beneficio alteri domino ſuo ſimiliter: quia nullum alium dominum habere videbatur, nullo antepoſito fidelitatem fecit. Defuncto poſteriore fratre ſine filiis, vtique feudum in querimoniam venit: vt priùs perſonam, & ſic dominus poſterior talem fidelitatem quærit, qualem eius frater fecerat. Quas amputantes altercationes, ſancimus, quod frater fecit (ſcilicet in dando ſimpliciter) nihil ſuperſtiti obeſſe: licèt in ſecundam, & tertiam generationem, & vſque in infinitum peruenit, ſi hoc actum erit.

Si vaſallus intra annũ, & diem doloſè non petierit inueſtiturā, amittit feudum. Si verò iuſta cauſa

---

a [I]*Mperialis.*] *Tranſlatore.* cùm ipſi milites, qui beneficia habent à dominis ſuis, debeant ire cum eis quando vadunt Romam cum rege in hoſtem, id eſt, in exercitu. illi autem vaſalli, qui cum eis non vadunt, debent præſtare eis hoſtēditias [a], olim ſcilicet in Lomb. xij. denarios de modio: in Theutonia tertiam partē fructuũ, facta cōputatione fructuum ſolùmodo eius anni, in quo hoſtem faciunt: *vt ſuprà, de cap. Cor. § ſimiliter in hoſtenditiis.* Hodie verò aliter ſtatutum eſt, ſcillicet quòd ſi non iuerit ſecum in prædicta expeditione, vel aliũ pro ſe domino acceptabilem non miſerit: debebit tam in Lombardia, quàm in Alemania ſubminiſtrare domino dimidium reditus feudi vnius anni. & ſi [b] alterum iſtorum à domino admonitus, ſiue vocatus ſpatio competenti non fecit, feudũ amittit: *vt in conſtit. Federi. Imperialem, §. firmiter.* & hoc debebit probari: ſ. quòd vocatus fuerit à domino per compares ipſius vaſalli. *arg. infrà de allod. §. vt autem aquitas.*

b ¶ *Conſilio.* ſecutus fuerit Imperator iſte modum Iuſtiniani in condenda lege: ſc. eam faciendo conſilio procerum ſuorum: *vt C. de legi. & conſt. l. humanum.*

c ¶ *Hac edictali lege.* vnde habet [c] vim generalis legis hoc ipſo, quòd in ea ponitur verbum iſtud, *hac edictali lege*: quod ſolum ſufficeret, etiā ſequens verbum, ſc. *in omne æuum*, &c. ad hoc vt haberet vim generalis legis: *vt C. de legi l. leges, vt generales.* Accurs.

d ¶ *Permiſſione.* aliàs enim ſi [e] eorum cōſenſu venditio fieret, bene valeret: & hoc verũ eſt, ſiue dominus cōſentiat tacitè ipſi venditioni, ſiue expreſſim: *vt ar. C. de remiſ. pi. l. ij. & l. ſi hypothecas. & ff. de re iud. l. creditor.* qui enim alij conſentit, ſua iura perdit: *vt C. de admin. tut. l. cùm quidā.* ¶ Sed quid ſi eo ſciente, & nō contradicente vendatur? Reſp. & tunc fortè bene valeret venditio: *vt arg. Ȝ. ſi de inue. inter dom. & vaſal. lis oriatur §. ſi quis aliquis.* patientia [e] enim ſine cōtradictione habetur pro cōſenſu expreſſo: *vt arg. ff. de act. l. quadam. & ff. man. l. ſi verò. §. idē Papinianus. & C. de nupt. l. ſi vt propoſ.* Item intelligitur conſentire [f] ſi præſens [g] fuit, & non cōtradixit: *vt argu. ff. de decu. l. honores. §. vlti.* niſi fortè ſciat vbique ius ſuum durare, dum tacitè conſentit: *vt arg. ff. quibus mod. pign. vel hyp. ſol. l. ſicut. §. non videtur.* & hæc vera ſunt, quando ex certa ſcientia. aliàs enim potiùs videretur errare: *vt ff. de iudi. l. ij.*

e ¶ *Commercium.* putà [h] fortè pretium ipſum accipiendo ſub colore inueſtituræ: vel etiam pignori obligando: vel aliter alienando: quod quidem facere non poteſt: *vt j. in conſtit. Fride. Imperialem. § callidis.* Vel fortè infeudando aliis, qui non poſſunt feudum ſeruare: ſicut ipſe poteſt: cùm non ſit fortè miles: ſicut ipſe eſt. Vel etiam à dādo alia lege, quàm ipſe habet: quod ſimpliciter prohibetur facere: *vt Ȝ. de lege Corradi. §. ex eadem lege.*

f ¶ *Excogitare.* Non intelligas ſecundùm literam, quòd ex ſola [a] cogitatione patiatur pœnam ſequentem: ſed intelligas de ea quæ iam proceſſerat ad actum, & factum compleuit. cum ex ſola [b] cogitatione non minuatur vtilitas Imperij, vel dominorum. & hoc eſt, quod ſequitur, *per quod Imperij, vel dominorum minuatur vtilitas*, &c. cùm nemo debeat pœnam pati cogitationis: *vt not. eſt ſup. in proxi. c. ſi voluerit.* & ad hunc intellectum facit etiam, quod j. dicit, *pretio, ac beneficio ſe cariturum*, &c. per quod videtur quòd completa [c] debeat eſſe venditio. 2. Vel dicas, quòd bene debet [d] pati vaſallus pœnam inferiorem ex ſola cogitatione: ſ. quia beneficio debet carere: vt hic ſit vnus caſus, in quo patiatur quis pœnam cogitationis, & tentationis. hoc eſt quod infrà dicit, *in fraudem legis machinari tentauerit*, &c. & intelligas quòd hic dicitur, *minuatur*. id eſt, minui poſſe & quod infrà ſequitur, *pretio*, ſcilicet quando completa erat venditio: *ac beneficio*, ſcilicet quando ſolummodo cogitauerat, vel tentauerat. priorem tamen intellectum puto meliorem.

g ¶ *Vtilitas.* in hoc minueretur [e] vtilitas Imperij, ſi beneficia ita alienarentur: quoniam milites, qui beneficia venderent, non irent ampliùs in expeditionem cum dominis eorum, quod facere debent: *vt ſuprà notatum eſt*: & ita vires Imperij attenuarentur, ſecundùm quod ſuprà dixit, *per quod vires Imperij attenuatas*, &c. dominorum autem vtilitas in hoc minueretur: quoniam non poſſent ampliùs habere ab eis hoſtenditias ſuperiùs nominatas: vel etiam alia ſeruitia, quæ vaſalli dominis præſtare tenentur: & hoc eſt, quod dixit in ſuperiori parte iſtius legis, vbi dicit, *ſuorum ſeniorum ſeruitia ſubterfugere.*

h ¶ *Pretio.* quod [f] pretium reſtituetur bonæ fidei emptori: *vt in conſtit. Frideri. Imperialem. circa fi. j. reſpon.* Sed quid ſi eſſet malæ fidei emptor, putà quia ſciebat feudum eſſe quod emit? Reſpond. tunc non repetet, ſecundùm quod hic videtur dici. Vel aliud ſi in fraudem legis machinari tentauerit, &c. quaſi videatur dicere tam de emptore, quàm de venditore, & ita ſecundùm hoc poteris referre iſtud, *cariturum agnoſcat, tam [g] ad emptorem, quàm ad venditorem*: de hac materia dices ſecundùm quod pleniùs *not. in d. conſtit. Frideri. Imperialem.*

i ¶ *Ac beneficio.* quod beneficium dominus recuperabit nulla [h] præſcriptione obſtante: quia quod ab initio [i] non valuit, tractu temporis confirmari non poteſt: *vt Ȝ. de cap. Corra. cap. j. & in conſtit. Fride. Imperialem.*

k ¶ *Libellum.* fortè quia [k] imbreuiauit tantùm contractum ipſum ſuper aliqua ſchedula: vel fortè ſcripſit ſuper aliqua chartula qualiter debeat contractus celebrari, quem dedit vni ex contrahentibus, vel ambobus: & nihil vltrà fecit.

l ¶ *Infamiæ.* & ita non patietur aliam pœnam notarius [l] per conſtitutionem

---

a Hoſtenditiæ quid, & earum quātitas antiqua, & noua.

b Hoſtēditias non ſoluentis vaſalli pœna.

c Lex generalis eſſe his verbis, *hac edictali*, & *in omne æuum*, & ſimilibus, colligitur.

d Alienari feudum à vaſallo poteſt domini conſenſu.

e Patiētia ſine cōtradictione habetur pro conſenſu expreſſo.

f Conſentire tacitè quis dicatur.

g Præſentia ſine contradictione an, & quādo pro cōſenſu habeatur.

h Commercij ſpecies.

a Cogitatio nuda non [illegible] pœnam [illegible] ſed ea, quæ ad actum [illegible] quam proceſ ſit.

b Cogitatione ſola non [illegible] imperij, vel dominorum.

c Venditio feudi, niſi completa ſit, & perfecta, [illegible]

d Cogitationis nudæ pœnam an, & quando quis patiatur.

† [illegible] Bal. [illegible]

e [illegible] dominorum.

f [illegible]

g Alienat[illegible]

h De [illegible] clauſula, [illegible]

i [illegible] ab initio [illegible] non [illegible]

k Cole[illegible] quando [illegible] docetur.

l Notar[illegible] citum feudi [illegible] ſtrumentum conſcribentis pœna.

conſtitutionem iſtam, niſi quia officium tabellionatus amittet, & infamis efficietur. per conſtitutionem autem Friderici, *Imperialem decet ſolertiam*. debet ſimiliter manum amittere, in §. illo *callidis*. Sed nunquid verum erit, ſi ſciens, ſiue ignorans feudum eſſe, inde inſtrumentum fecit? non puto quòd ignorans [a] puniatur: nam nec vaſallus alienans per ignorantiam punitur: *vt ſuprà de controuer. inter do. & empt. §. 1.*

a Ignorantia excuſat ſcribentem inſtrumentum illicitum.

a ¶ *Quoniam inter.* ¶ Et not. quòd lex iſta tantùm locum habet in futurum, ſecundùm quod dicitur in prædicta conſtitutione Friderici, *Imperialem circa principium*: vbi dicitur: *vnde Imperator*, &c. nimirum cùm in hac non dicatur aliud de præteritis contractibus. leges [b] enim & conſtitutiones futuris certum eſt dare formam negotiis, &c *vt Co. de legi. & conſtit. l. leges, & conſtitutiones.*

b Leges futuris negotiis formam dare ſolent.

b ¶ *Si iuſta cauſa.* quando autem intelligatur iuſta [c] cauſa impediri, dicitur *ſuprà quo tempo. miles inue. pe. cap. j.* ¶ Et nota quòd hæc lex, & ſuperior proxima inueniuntur in paucis conſuetudinibus feudorum: vnde quia dubito verùm ſint leges, vel non, circa eas non inſtiti.

c Iuſta cauſa impediri quis dicatur.

impeditus non fecerit, non perdit feudum. BALD.

Imperator Lotharius Auguſtus, &c. Eugenio Papæ & vniuerſo populo.

3. ¶ Quoniam inter [a] dominum, & vaſallum nulla fraus, nec vllum malū ingenium debet interuenire, idcirco per hanc præſentem legem ſancimus, ſi vaſallus non doloſè per annum & diē ſteterit quod à domino ſui beneficij inueſtituram non petierit: feudum non ob hoc amittat. dolus enim abeſſe videtur, ſi iuſta cauſa [b] impediente ſteterit. Datum VI. Kalend. Septemb. anno à Natiuit. Dom. M.DXXVII. indictione v.

DE PACE TENENDA inter ſubditos, & iuramento firmāda, & vindicanda: & de pœna iudicibus appoſita, qui eam vindicare, & iuſtitiam facere neglexerint.

TITVLVS LIII.

Primò præcipit Imperator pacē iuramēto firmatam ab omnibus ſeruari. Secundò ſtatuit pœnam nō ſeruantibus. Tertiò prohibet conuēticula, & illicitas exactiones. Quartò confirmat ſacramenta puberum licita, & caſſat illicita. Quintò redit ad materiam feudorum. Secunda ibi, Si quis verò auſu temerario. *Tertia in* §. Conuenticula. *Quarta in* §. Item ſacramēta puberum. *Quinta in* §. Ad hoc qui allodium. BALDVS.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus vniuerſis ſubiectis ſuo Imperio, Salutem.

HAc edictali lege in perpetuum valitura iubemus, vt omnes noſtro ſubiecti imperio [c], veram & perpetuam pacem inter ſe obſeruent: & vt inuiolata inter omnes perpetuò obſeruetur duces [d], marchiones, comites, capitanei, valuaſores, & omnium locorum rectores, cum omnibus locorum primatibus, & plebeis, à decimo octauo anno [e] vſque ad ſeptuageſimum [f], obſtringantur iuramento vt pacem teneant, & rectores locorum adiuuēt in pace tenenda, atque vindicanda: & in fine vniuſcuiuſque quinquēnij [g] de prædicta pace tenenda [h] omnium ſacramenta renouentur.

DE PACE TEnēda inter ſubditos, & iuramento firmāda, & vindicanda: & de pœna iudicibus appoſita, qui eam vindicare, & iuſtitiam facere neglexerint.

c HAc edictali.] *Imperio.* Et ita videtur quòd lex iſta non habet locum, niſi inter illos, qui ei ſubditi ſunt. ſed nunquid tenet Francigenas, & alios Vltramontanos, qui ei non ſunt ſubditi? videtur quòd non ex eo quod hîc dicit *noſtro ſubiecti Imperio*, &c. Sed dicas quòd eos ſimiliter tenet [d]: quoniam licèt ei non ſint ſacramento ſubditi, ſunt tamen ratione imperij Romani, ſub quo eſſe debent, cùm ipſi fuerint de imperio Iuſtiniani: *vt Cod. de offic. præfect. præt. Afric. l. vltima j. col.*

d Falſum vide Gloſſam §. 1. *ſuprà de pac. per. ...* [illegible]

d ¶ *Duces.* qui autem dicantur duces, & alij ſequentes, dicitur *ſuprà, quis dicatur mar. du. co. c. j.* ACCVRS.

e Inter pacē & ſuper cōtractu qua ætate quis poſſit.

e ¶ *A decimooctauo anno.* Et ita habes hîc quòd poſtquam quis eſt xviij. [e] annorum habet legitimam [f] ætatem quantùm ad hoc, vt teneatur iurare quòd pacem tenebit. aliud tamen obſeruatur in contractibus rerum minorum: quoniam tunc poſtquam [g] factus eſt pubes, poteſt iurare in contractu ſuo: *vt infrà ea. l. §. item ſacramentum puberum* ¶ Sed quid ſi poſtquam factus eſt pubes, iurauerit ſe non venturum contra pacem, quā cum aliquo inimico ſuo fecerit: & poſtea contra eam venerit rumpendo, nunquid punietur pœna eius legis? Reſpond. fortè non, ſecundum quòd hîc dicitur, vel aliud ſit in contractu, & aliud hîc: quoniam cùm pacem reddit de eo, quod ſibi factum eſt, potiùs videtur diſtrahere, quàm contrahere, cùm ille, qui in eum maleficium commiſerit, erat ei obligatus: & non iſte ipſi. Si enim Imperator iſte vellet quòd per illud ſacramentum tenerentur: quare ſimiliter de eo non dicit: ſicut dixit de maiore xviij. ann.? Vel dicas, quòd bene teneretur pœna huius legis tunc: & aliud eſt in generali pace; de qua lex ita loquitur, quā omnes ſubditi imperio tenentur inter ſe ſeruare: & aliud eſt in ſpeciali pace, quam ſi minor promiſerit ſe firmam, & ratam ſemper habiturum, & non contrauenturum, & poſtea iurauerit ſponte, non poterit poſteà contrauenire: cùm loco maioris tūc habeatur. Tunc enim contradixit promittēdo ſuper facto ſuo. Sed in illa generali pace, de qua loquitur hîc, nullus videtur contrahere, niſi quia iurat ad poſtulationem iudicis illius loci, nimirū aliquando eſt quid [h] licitum in ſpecie, quod in genere non licet: *vt arg. ff. quod cuiuſ. vni. no. l. item § ſi decuriones. & ff. de arbi. l. item ſi vnus. § ſi in duos & Inſt. de le. § ſed ſi vxori. & ff. cō. prædi. l. in tradendis. & ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi. § quæſitum. & ff. de cond. & demon. l. cùm ita. & de acqui. hæ. l. ſi quis mihi. §. ſed virū.*

f Legitimam ætatem habere ad pacem iurandam dicitur is qui eſt xviij. annorū.

g Legitima ætas quæ, vt quis iuramento cōtractum ſuum confirmare poſſit.

h Licitū quidē in ſpecie eſt quod in genere nō licet.

¶ Notabis ergo hîc, quòd ætas legitima [a] dicitur xviij. ann. ad pacem iurandam. Sic etiam iure Lombar. dicitur legitima ætas, ſimiliter xviij. an. ad contrahendum: *vt in Lombar. de prohi. alie. mi. l. j.* Item eodem iure dicitur legitima ætas xiiij. an. ad ſponſalia contrahenda: *vt in Lombar. de prohi. nu. l. adueniente nouiſſima.* aliàs dicitur legitima ætas xij. an. ad conſentiendum patri volenti facere filios naturales ſibi ſimiles, vel æquales: *vt in Lombard. de ſuc. l. ij.* ¶ Iure autem Romano dicitur legitima ætas xxv. ann. ad contrahendum: *vt ff. de mi. l. j.* aliàs xviij. ann. quātum ad hoc, vt quis poſſit pro alio poſtulare: *vt ff. de poſtu. l. j. §. 9. & Inſtit. quib. ex cau. ma. licèt, vel non. in fi.* aliàs dicitur legitima ætas pubertas, ſ. ad teſtamenta faciēda, & ad nuptias contrahendas: & quātum ad hoc vt poſſit quis teſtimonium ferre: & ad contractus faciendos cum iuramēto: *vt Inſt. prædi. ti. §. cùm ergo. & Inſtit. de nupt. in princ. & ff. de teſtib. l. teſtium. § leg. Iul. de vi. & infrà. ead. l. § itē ſacramenta.* ¶ Dicitur autem pubertas [b] in maſculis, xiiij. annorum: in fœminis xij. an. quo tempore dicuntur viripotentes: *Inſt. qui mo. teſt. infir. circa prin.* Aliter dicitur plena [c] pubertas in maſculis, xviij. ann. in fœminis, xiiij. ſcilicet quantùm ad alimēta vſque ad pubertatem relicta: *vt ff. de ali. & ciba. leg. l. Mela ait.* Aliàs dicitur legitima [d] ætas, ex quo quis exceſſit infantiam, quantum ad hoc vt poſſit emancipationi conſentire: *vt Cod. de eman. l. pe. in fi.* Dicitur autem infans [e] minor vij. annis: *vt Cod. de iure delib. l. ſi infanti. in princ.* Aliàs dicitur legitima [f] ætas xxix. ann. quantum ad hoc vt non poſſit quis reſtitui aduerſus contractum, quem fecit in minori ætate: *vt C. de temp. in integ. reſtit. l. vlt.* ¶ Ex hoc ergo quòd dicitur hîc, colligi poteſt quòd nullus [g] minor xviij ann debeat compelli iurare de pace. ¶ Vnde ex hac l. poteſt notari bonū ar. quòd minor [h] xviij. ann non tenetur per ſe pugnare [i], cùm non [k] compellatur in pugna iurare. *ar. iſtius legis.* Ille enim, qui pugnam facit, debet [l] iurare quòd nullam rem habet, quæ ad maleficium pertineat: *vt in Lombard. qualiter quis ſe de l. nullus campio.* debet etiam iurare de aſto: *vt in prædi. ti. l. ſi quis alium aſto.* & maximè cùm iuuenilis ætas excuſet eum à pugna per ſe facienda: *vt in prædi. ti. l. antepen.* nec iure Lombard. inuenitur de aliis legitimis ætatibus, niſi quas ſuperiùs nominauimus. ACCVRSIVS.

a Ætas legitima ad pacem iurandum, cōtrahendum, poſtulandum, teſtamentum faciendum, nuptias contrahendas teſtimonium ferēdum, & ſimilia quæ.

b Pubertas in maſculis & fœminis quæ dicatur.

c Plena pubertas quæ dicatur.

d Legitima ætas ad conſenſum emancipationi præſtandum.

e Infans quis dicatur.

f Legitima ætas vt quis nō poſſit reſtitui, quæ.

g Iurare de pace qui non cogantur.

h Minor xviij. annis cogi nō poteſt in pugna iurare: nec per ſe pugnare.

i Pugnare per ſe qui non cogantur.

k Iurare in pugna qui non cogantur.

l Iurare qui teneatur is quī pugnam facit.

f ¶ *Vſque ad ſeptuageſimum.* ann. poſt [m] illud verò tempus nō debet conſtringi iurare [n], ſicut nec teſtimonium dicere compelluntur huiuſmodi ſenes maiores lxx. an. *vt ff. de teſti. l. inuiti. & de iure immu. l. iij.* ACCVRS.

m Senes ſeptuagenarij iurare & teſtimoniū dicere non coguntur.

n Iurare nec teſtimonium dicere qui non cogantur inuiti.

g ¶ *Quinquennij.* hoc fortè debet fieri propter illos, qui iam peruenerunt ad xviij. an. qui nondum iurauerant propter minorem ætatem: & propter illos, qui iam exceſſerunt lxx etiā, vt magis reminiſcantur qualiter pacem debeant ſeruare: nihilominus tenentur eam ſeruare propter prius iuramentum, cùm ipſi non iurent ad tempus: perpetuò enim eam debent ſeruare: *vt in princ. huius l. dicitur.* hodie autem nō ſeruatur huiuſmodi renouatio: imò potiùs fit contrà. renouatur enim ſacramētum ſocietatum & coniurationum quæ prohibitæ ſunt per hanc *l. in §. conuenticula.*

h ¶ *Pace tenenda* ſubaudi, & de adiuuandis locorum rectoribus in pace tuenda, atque vindicanda. & hoc eſt, quòd ſuperiùs dixit, *& pacem teneant, & rectores locorum adiuuent*, vt, &c. Vel dicas, non renouabuntur ſacramenta, niſi de pace tenenda: & intelligas quòd ibi non dicitur, quòd debeat iurare de adiuuandis rectoribus: ſed dicitur, quòd poſtquam iurauerint pacem tenere, debeant adiuuare rectores in pace tuenda, atque vindicanda: & ita conſtruas: vt pacem teneant, ſcilicet iureiuran. adſtringantur. & facies punctum, & volumus ſubaudi, ſiue iubemus, quòd adiuuent locorum rectores. priorem tamen intellectum puto veriorem.

¶ Si quis verò aliquod ius de quacunque re [a] vel facto [b] contra aliquem ſe habere putauerit: iudicialem adeat poteſtatem [c], & per eam ius ſibi competens exequatur [d].

¶ Si quis verò auſu temerario prædictam pacem violare [e] præſumpſerit: ſi ciuitas eſt, pœna centum librarum auri [f] cameræ noſtræ inferenda puniatur: oppidum verò triginta libris auri mulctetur: duces autẽ, marchiones, & comites quinquaginta auri libras præſtent: capitanei quoque, & maiores valuaſores viginti auri libris puniantur: minores verò valuaſores & omnes alij prædictæ pacis violatores, tres libros auri inferre cogãtur, & damnum paſſo, ſecundùm leges reſarciant. 1. ¶ Iniuria [g], ſeu furtũ [h] legitimè puniatur [i].

a ¶ *De quacunque re.* quam fortè aliquis ſibi debet ex contractu, vel quaſi, vel ex maleficio, vel quaſi.
b ¶ *Vel facto.* quòd fortè ſibi facere tenetur ex pacto, vel fortè ſibi fecit: puta iniuriam, vel quid ſimile. Accvrs.
c ¶ *Poteſtatem.* ¶ Sed quid ſi non habet iudicialem poteſtatem & debitor ſuus fugit [a]? nunquid ſua authoritate poterit rem ab eo auferre, ita vt non incidat in conſtitutionem illam, *ſi quis in tantam. Co. vnde vi.* vel ius crediti amittat, *per l. illam, extat edictum diui Marci*, vel debétne iudicem expectare? Reſp. dixerunt quidam, quòd tũc etiam nõ expectata iudicis authoritate poterit ei rem ſua autoritate auferre: *vt arg. C. de Iud. & cœl. l. nullus. & Co. de dec. l. generali. lib. x.* quod non credo verum eſſe verum eſt enim ſi ipſe fugeret, quòd poſſet eum detinere, donec [b] ad iudicem poſſet eum perducere: *vt ff. quæ in frau. credi. l. ait prætor. § ſi debitorem.* non tamen poterit ei per violentiam rem auferre ſecundũ quod ſatis dicitur in prædicta *l. generali. & no. ff. quod metus cau. ſuper illa l. prædicta, extat edictũ.* Sed quid ſi nõ fugit? Reſpon. nec tunc ſua autoritate debebit auferre: veruntamen ſi timet rem ſuam vſucapi [c], vel præſcribi, vel timet aliter actionem ſuam tempore perituram actionem fortè iniuriarum, vel aliam: debebit proteſtari [d] publicè in [e] ſcriptis cum ſubſcriptione tabellariorũ: vel ſi non poterit eos habere, ſubſcriptione trium teſtium, quòd vult agere contra eum, [f] per eum non ſtat: ſed per iudicem, qui abſens eſt: & hoc faciet vbi aduerſarius habet domicilium, & ita interrumpet tempus: *vt C. de an. except. l. vt perfectius.*
d ¶ *Exequatur.* & non ſua auctoritate aliàs [f] enim incideret in edictum diui Marci, vel in conſtitutionem illam. *ſi quis in tantam.* vel in alias, contra quas faceret. idcirco enim vigor iudiciorum, & iuris publici tutela eſt in medio conſtituta, ne quiſquam ſibiipſi permittere valeat vltionem: *vt C. de Iud. & cœl. l. nullus.* ſed ſi iudex noluerit [g] ei facere iuſtitiam, ipſe iudex tenebitur ſibi reſarcire damnum: *vt infrà, ead. l. § iudices verò.* Si verò maior iudex fuerit, punietur in x. lib. aut ſi minor, in tribus: vt ibidem ſequitur, *ſi quis verò temerario.*
e ¶ *Pacem violare.* q. d. nos volumus quod [h] omnes ita ſtent in pace, quam iurauerint, vt ſi aliquis paſſus fuerit iniuriam ab aliquo fortè ante pacem iuratam, vel etiam fortè poſt, vel aliquid ei debeatur: quod adeat iudicem, & per eum ius ſuũ proſequatur, & non per ſe ſumat vindictam, vel ius: alioquin tanquam pacis violator punietur, & hoc eſt, quod ſequitur, *ſi quis verò temerario auſu.*
f ¶ *Centum librarum auri.* & ita debent iſti puniri in c. lib. au. & alij iudices minori pœna, ſecundùm quod ſequitur, *& ita puniuntur [i] maiore [k] pœna maiores, quàm minores.* & hoc etiam verum pecuniariter, ſecundùm quod hîc dicitur, *multò magis enim pœna ſunt digni, &c. vt C. de epi. & cler. l. presbyteri in fi.* hoc enim quòd ſunt marchiones, vel duces, vel comites, habent à principe: *vt ṡ. quis dic. dux c. j.* corporaliter autem maiori pœna debẽt puniri minores: *vt C. de ſum. Tri. l. nemo clericus.* & hæc vera ſunt quòd præſtabunt dictam pœnã. & præterea [l] punientur ſecundùm qualitatem criminis. & hoc eſt quòd ſequitur, *homicidium quoque, &c.* & præterea reſarcient damnum ei, contra quẽ pacem ruperint: vt hîc ſtatim ſequitur, *& damnum paſſo, &c.*
g ¶ *Iniuria* quæ quidẽ iniuria inſpici [m] a iudice debebit, ſi fuerit atrox, vel non. 2. Inſpici etiam debebit in quem, & a quo facta fuerit iniuria, & quo loco: vt maior æſtimetur ex perſona vel loco *ſecũdùm quòd hæc omnia dicuntur Inſt. de iniur. § atrox.* vt ſecundùm qualitatem iniuriæ debeat puniri. 3. Item inſpici debebit, ſi deſcendit iniuria ex lege Cor. putà cum dicat ſe pulſatum, vel verberatum, vel domum ſuam per vim ingreſſum an deſcendat ex iuriſdictione prætoris, ſicut alia eſt præter prædictam vt illa [n], quæ deſcendit à lege, puniatur arbitrio iudicis: ſcilicet in vtraque pœna corporali, & pecuniaria propter contumeliam: *vt ff. de iniu. l. conſtitutionibus.* in prætoria verò iniuriã paſſus æſtimabit ſuam contumeliam, & iudex pœnam corporalem *vt Inſtit. de iniu. § pœna.* & hoc inſpiciet, an agatur ciuiliter, an criminaliter: quod ſieri poteſt. vt in primo caſu pœna imponatur ſecundùm quòd ſuperiùs dictum eſt. Si criminaliter [o], extraordinaria pœna officio iudicis punietur: *vt Inſtit. præd. titu. § in ſumma.* ¶ Verum [p] autem poſſit agi vna, ſi actum fuerit alia, variatur: dixerũt enim quidã, quòd ſi agat quis pro iniuria ſibi facta ciuiliter, non poterit poſtea agere criminaliter, vel econtrà. poteſt enim vtraque agere *vt ff. de iniur. l. prætor. § j.* Sed ſi agat ciuiliter pro eo, quòd ſeruus ſuus ſit dolo malo interfectus, nihilominùs poterit poſtea agere criminaliter, & ecõtrà: *vt C. quando ciui. ac præ. cri. l. j.* & hoc dixerũt tali ratione: quia quãdo alicui fit iniuria, nõ habetur æſtimatio rei familiaris: id eſt, damni dati: ſed tantũ contumeliæ. M. verò non conſentit cũ eis in priori caſu, ſed in poſteriori ſic: & hoc tali ratione, ſcilicet quia in eo caſu, quo quis habet ciuilem, iudicis eſt æſtimare vtrunque: ſc. contumeliam factam, & pœnam corporalem is verò, qui iniuriam paſſus eſt, neutrũ æſtimabit. In eo verò caſu, in quo quis prætoriam habet, ipſe æſtimabit contumeliam ſuam tantùm: iudex verò pœnã corporalem tantùm: & ideo in hoc caſu ſi egerit, ciuiliter, poterit poſtea agere criminaliter: *vt C. quando ci. ac præiu. cri. l. j.* & intelligas quod hic loquitur de ea iniuria, quæ ſpecialiter dicitur contumelia [a], quę contemnendo dicta eſt: licèt generaliter dicatur iniuria quicquid non iure factum eſt: *vt Inſtit. de iniur. in prin.* Accvrs.
h ¶ *Seu furtum.* Quid [b] ſit furtum, & vnde dicatur, habes Inſt. *de obl. quæ ex delic. naſ. § j. & ij. & § furtum autẽ ſit & ff. de furt. l. j. § furtum.* ¶ Fures [c] enim ſunt, qui occultè, & ſine armis furtum cõmittunt: *vt in Auth. vt nulli iud. § quia verò nos, coll. ix.* quod furtum poterit puniri ciuiliter & criminaliter. ¶ Ciuiliter [d] punitur furtũ manifeſtũ in quadruplum: non manifeſtũ in duplũ: *vt Inſt. de ob. quæ ex deli. § pœna. & § vlt. & de act. § ex maleficiis. & § dupli. & § quadrupli.* & totum erit pœna ſiue quadruplũ, ſiue duplum res enim ipſa furtiua condici per ſe poterit: *vt Inſt. de act. § ex maleficiis. & de obl. quæ ex deli. § vlt.* pro pœna verò dabitur furti actio, quæ actio quando datur ad quadruplum, eſt prætoria: *Inſt. de perp. & temp. act. § furti quoque.* quando verò datur ad duplum, eſt ciuilis: *vt Inſt. de noxa. ac circa pr.* & ita dominus Io. B. eas ſignauit in arbore actionũ. Quod autẽ eſt furtum manifeſtum, & quod non manifeſtum, dicitur *Inſt. de oblig. quæ ex deli. naſ. § manifeſtum & § nec manifeſtum.* ¶ Criminaliter [e] poteſt puniri furtũ: putà quia fur corporaliter punitur ita tamen quòd nec moriatur, nec aliquid ei abſcindatur: ſed aliter caſtigari debet: *vt in Authent. vt nul. iudi. § quia verò colla. ix.* dum tamen in facie eius nihil inſcribatur: ne facies, quę ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis eſt figurata, maculetur: *vt Cod. de pœnis l. ſi quis in metallum.* ¶ Iure autem Longobardorum [f] contrarium fit: quoniam pro primo furto debet ei oculus erui: pro ſecundo naſus ſcarpelari: pro tertio verò debet mori: *vt in Lombar. de fur. & ſer. fu. l. ſi quis latro.* & hoc verum eſt, quando criminaliter punitur. ſi autem ciuiliter punitur, tũc ſi maſculus fuerit & liber, & furtum fuerit manifeſtum: ſibi nouum reddet & pro culpa ſoluet lxx. ſoli. Si furtum fuerit vſque ad x. ſiliquas, ſiue ſolidos. & ſi non poterit ſoluere, debet mori. ſi autẽ fuerit nec manifeſtus, tunc tantùm nouum reddet: ſi autem fuerit ſeruus, eo modo punitur, excepto quòd pro culpa ſoluet tantũ xl. ſoli. *vt in Lombar. præd. tit. l. j. ij. iij. & iiij.* & hæc vera ſunt in maſculo. Si autem fuerit mulier libera, tunc pro manifeſto tantùm nouum reddet alia enim culpa ab ea nõ debet requiri pro eo, quòd paſſa fuerit iniuriam: cùm deprehẽſa fuerit in furto: *vt in Lombar. præd. tit. l. ſi mulier libera.* eodem modo punietur pro non manifeſto, vt puto, ex eo quod dicitur *in Lòg. eod. tit.* Eodem etiam modo punietur furtum ab ancilla factum: *vt in Lombar. præd. tit. l. ſi ancilla.* ¶ per l. [g] autem iſtius Imperatoris Frideri. aliàs corporaliter punitur: ſc. quia ſi furtũ fuerit valens v. ſol. vel ſuprà, laqueo debet ſuſpendi: ſi minus ſcopis & forcipe debet excoriari, & tundi: *vt ṡ. de pace te. § ſi quis quinque ſoli valens.*
i ¶ *Legitimè puniatur.* ſecundùm leges. ¶ Sed quæro ſecundũ [h] quas leges debet puniri iniuria, ſeu furtum nunquid ſecundùm leges antiquas Romanas & nouas an ſecundùm leges Lõgob. punietur iniuria, ſecundùm quod dicitur in Lombar. *de contumeliis & in tit. de pla. ſeu fur. ſeruorũ, & aliorum* & furtum ſimiliter ſecundùm quod ſuperiùs not. eſt: an duces prædictos debere puniri ſecundùm l. prædictam *de pace te. § ſi quis alium. & ſequenti. & § ſi quis quinque ſoli valens, &c.* Reſp. ſecundùm leg. Lomb. nõ punietur, cum iſte fuerit Romanorum Imperator: vnde intellexit tantùm de legib. Romanis. nam ille qui Romana lege viuit, ei ſubiacere debet: *vt in Lombar. tit. Ro. po. inter quæ l. viuere velit l. j.* Sed tamen inſtabis, nónne & Carolus fuit Imperator, qui illã l. *ſi quis latro* condidit, quæ eſt in Lombar *de fur. & ſer. fugi.* Reſp licèt fuerit Imperator, non tamẽ fuit Romanus. Vel dicas, quòd nõ fuit Imperator, imò videtur quòd tantũ fuit Rex Francorum, & Lombardorum: *vt in Lomb. quæ. di. lege ho. ſuas res ſer. de l. j. in fin.* Nec inuenitur in illo libro, quòd fuiſſet Imperator, niſi per ſubſcriptiones ſuper leges eius factas ab iis qui cõpilauerunt Lombar. ſub titulis competẽtibus, ſiue rubricis, imò per illã legẽ quam fecit: ſc. primam appellatur tantùm Rex: *vt in Lombar. de epiſ. & cle. l. j.* 2. Vel dicas quòd ſtetit rex per multos annos Franciæ, & Lomb. antequam Romanum Imperium haberet. & tunc fecit legem prædictam: vt apparet

per

a Fugientem debitorem, an, & quemadmodum creditor capere poſſit.
b *Idem ſtat No. vel vt iudices. § neceſſitatem. & quæ ibidem ſcripſi in tit. ij. in verbo, detinere*
c Præſcriptiones proteſtatione impediũtur.
d Proteſtatio impedit vſucapionem, & præſcriptionem.
e Proteſtatio quemadmodũ vtiliter fieri debeat.
f Ius ſibi dicentis ſua autoritate pœna.
g Pœna iudicis iuſtitiam facere nolentis.
h Nemo priuatus ſibi ius dicere debet, vel in iis quæ ad pacis iuratæ executionem pertinent.
i Pœnæ pro qualitate perſonarum extẽduntur, vel minuuntur.
k Maiores, ſeu nobiliores, aut in dignitate conſtituti grauius puniantur in pœnis pecuniariis, in criminalibus minus ac mitius.
l Pœnæ pro qualitate criminis augentur, vel minuuntur.
m In iniuria quæ conſideranda ſint à iudice, quibus adde Clarum § iniur. & iniuria.
n Iniuriæ pœna ciuilis quę, ſiue mere ciuilis, ſiue prætoria ſit.
o Iniuria pœna criminalis arbitraria.
p Vna actione propoſita an alia tollatur.
a Contumelia & iniuria differentia.
b Furtũ quid & vnde.
c Fures qui.
d Furti pœna ciuilis.
e Furti pœna criminalis.
f Pœna furti Longobardorum iure.
g Furti pœna ...
h Iniuria, furtum ...

per capitulare ſuum. ſi quis per vidilnem inſpexerit in Lombarda conſuta, non inueniet: [illegible] enim inuenitur niſi nouem leges [illegible] Imperator, ſiue I. vt in vlti. charta capitularium [illegible] non enim fuit Carolus, qui dicitur filius [illegible] Pipini: ſed fuit ille, qui fuit pater Pipini: vt prædic. inuenitur ei ar. vlt & in Lombar. l. de conſe. & ele. l. [illegible] ſtatuimus & ita dices ſecundum quod ſuperius dictum eſt, quòd nō punientur per legē Lombar. Imò nec per leges prædi. ſupr. de pace te. cùm fortè ipſa non eſt lex[a], nec pro lege debet ſeruari; maximè in iſto caſu: nec Imperator iſte voluit eam legem eſſe, niſi vt ſeruaretur id, quod eſt in ea: donec conderet legem de pace te. & ſuper iis, quæ in iſta continentur. vnde poſtea hanc legem fecit generalem, quam voluit

† Pœna ad iudices ... Iac. de Bel.

a Contrarium eſt verum per text. ibi in verbo, dictum. Al. & hanc eam opinionē confirmat Cl. [illegible]

¶ Homicidium[a] quoque, & membrorum deminutio[b], vel aliud quodlibet delictū legaliter vindicetur. ¶ Iudices † verò, & locorum defenſores, vel quicunque magiſtratus ab Imperatore, vel eius voluntate cōſtituti[c], ſeu confirmati, qui iuſtitiam facere neglexerint[d], & pacem violatam vindicare legitimè ſuperſederint, dānum omne iniuriam paſſis reſarcire compellantur: & inſuper ſi maior iudex eſt, ſacro ærario pœnam decem librarum auri præſtet: minor autem pœna trium librarum auri mulctetur.

¶ Qui verò ad prædictam pœnam[e] perſoluendam inopia dignoſcitur laborare corporis ſui correctionem cum verberibus[f] patiatur: & procul ab eo loco, quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Domus, vbi conuenticula, aut conſpirationes fiunt, confiſcatur: & receptans violatorem legis, pari cū eo pœna punietur. Bald.

perpetuò debere obſeruari, ſecundùm quod in princip. leg. dicitur, *in perpetuum valitura*, &c. Et quòd illa non ſit lex, probatur ex eo, quod in ea dicitur in princ. ſcilicet *& omnibus, ad quos litera iſta peruenerit*: per quod videtur quòd non eſt lex: ſed fuerint literæ, quas mittebat per ſubditos ſuos, non faciendo mentionem de omnibus ſubditis ſuis, ſed de his tantùm, ad quos peruenerint: cùm fortè non peruenerint niſi ad paucos. & eas fortè miſit ſtatim, cùm receperat coronam: ſicut faciunt omnes Imperatores. Nec enim ſeruauit in ea ſtylum[h] condendæ legis, quem ipſemet ſeruauit in iſta, dicens, hac edictali lege, & aliis, quas fecit: & qualem debebat ſeruare, & etiā ſeruauit Iuſtinianus, ſecūdùm quod dicitur *in C. de legi. & conſtit. l. vt generales. & l. humanum.* Quem etiam ſeruauit Lotharius *in ſua l. ſuperiori.* Remanet ergo quòd per illas leges Romanas debent puniri, & punientur, ſecundùm quod ſuperiùs notatum eſt. nec enim voluit Imperator iſte derogare aliis legibus per prædictam *l. ſ. de pace te.* ſi lex eſt. imò voluit, quod in ſuo vigore deberent permanere. & hoc probatur ex eo, quod in eadem dicitur circa princip. vbi dicitur: *Inde eſt, quòd nos tam diuinas, quàm humanas leges in ſuo vigore manere cupientes,* &c. & hoc etiam quòd hic proximè dixit ſuprà, & damnum paſſo ſecundùm l. &c. & non dixit *ſecundùm leges*: quod eodem modo debet hic intelligi, *legitimè puniantur*: id eſt, ſecundùm l. ſicut in princ. huius glo. expoſitum eſt. Nec voluit tantùm recapitulare verbum illud, *ſecundùm leges*, cauſa pulchrioris dictatus.

h Leges condē-di ſtylus quis.

Vel dicas (& hoc verum puto)[i] quòd prædicta lex, bene eſt lex, & pro lege debet ſeruari. nam quod principi placuit, legis habet vigorem. Quæcunque enim per epiſtolam, & ſubſcriptionem ſtatuit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat: *vt ff. de conſti. prin. l. j.* Satis enim in ea continetur vocabulum, *edicti*, ſecundùm quod in §. illo, *ſi quis alium*, dicitur, cùm ibi dicatur, *ſi quis alium*, &c. quaſi fuerit illud pacis edictum quod fecit de pace tenenda. imò videtur iuſſiſſe quòd per omnes partes regni deberet ſeruari ex hoc quod ibi dicitur circa princ *per vniuerſas regni partes*, &c. quod[d] ſufficit ad hoc, vt vim obtineat edictum: *vt Codice de legi. & conſt. l. iij.* Et ſecundùm hoc dices quòd iniuria puniri debeat, ſecundùm quòd dicitur in illa l. in illis caſibus, in quibus loquitur, ſcilicet quando fit poſt pacē. Veruntamen ſi iudex[e] videbit magis puniendū inſpecta atrocitate iniuriæ, & inſpectis perſonis iniuriam patientis & facientis, & loco, magis puniet, vel etiam minùs puniet, ſi viderit minùs puniendum prædictis inſpectis: ſecundùm quod dicitur *Inſtit. de iniur. & ff. de iniur.* cùm per illam legem id nō prohibeatur, *quod enim non mutatur*, &c. *vt Codice de teſt. l. ſancimus* quod enim noua lege non eſt ſpecialiter expreſſum, id veteribus legibus videtur relictum: *vt Cod. de appell. l. præcipimus. in fin.* hoc idem intelligas de pœna furti, niſi fortè quantum ad pœnam corporalem, quæ debebit fortè fieri, ſecundùm quod dicitur in præd. *l. j. §. ſi quis quinque ſolidos, valens, &c. in fin.* licèt enim videatur perquam durum: lex tamen ita ſcripta eſt, & ſeruanda: *vt ff. qui. & à quibus ma. l. fin.* vel non, *l. proſpexit legiſlator.* Niſi quia fortè hodie derogatum eſt ei per contrariam conſuetudinem.

i Idem Andr. Bal. & Alua.

d Lex vt vim ... habeat, quid ſufficiat.

e Hoc totū eſt in eius arbitrio ſecūdum Bal. & Alua.

a ¶ *Homicidium.* ille enim qui homicidium fecit, capite[f] puniri debet: *vt ſ. de pace tenen. §. j. in fin.* tenetur enim lege Cor. de ſica. cuius pœna talis eſt: *vt inſtit. de pub. iud. § item lege Corn. de ſica.* ¶ Eodem etiam modo punitur, ſi[g] cauſa hominis occidendi cum telo ambulauerit: *vt ibidem dicitur, & Cod. ad leg. Cor. de ſica l. ii. qui cum telo.* imò etſi cauſa furti faciendi cum telo ambularet, eadē lege teneretur: *vt ff. ad leg. Corne. de ſic. l. j.* ¶ Et hoc verum[h] eſt, quòd ita punietur homicida, niſi per pugnam, vel aliter probauerit quòd ad ſui defenſionem illud fecit: *vt ſ. de pace tenen. §. j.* is enim, qui aggreſſorē, vel aliū in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus occiderit, nullam calumniam ob id factum metuere debet: *vt C. ad leg. Cor. de ſica. l. j. & 9.* Quod enim quis tutelam ſui corporis fecit, iure feciſſe exiſtimatur: *vt ff. de iuſti. & iur. l. vt vim. a.* Item hoc eſt verum, ſi habuit voluntatē occidendi: ſi enim non voluntate, ſed fortè caſu eum occiderit, impunis erit: quoniam crimen non contrahitur, niſi voluntas nocendi intercedat. ea enim quę improuiſo caſu potiùs, quam fraude accidunt, fato, non noxæ plerunque imputantur: *vt Co. ad leg. Cor. de ſica. l. j. & l. iiij.* in maleficiis enim voluntas, non exitus ſpectatur: *vt ff. ad leg. Cor. de ſica. l. diuus.* ¶ Itē hoc verum eſt, quòd ita debebit puniri vt dictū eſt: & præterea bona[a] eius fiſco applicabuntur, ſi non reliquerit aſcendentes, vel deſcendētes vſque ad tertium gradum, quo caſu eis concedentur: excepto crimine læſæ maieſtatis: ſalua tamen dote vxoris: *vt Cod. de bonis damna. Authen. bona damnatorum & Co. ad leg. Iul. maie. l. quiſquis.* Si autem homicida a facie iudicū fugerit: tunc res eius mobiles publicari debent in populo, & diſpenſari: alia verò immobilia dabuntur hæredibus ſuis iurantibus, & obſeruantibus ſecundùm quod continetur *ſuprà de pace te. §. ſi verò pacis violator.* & hæc vera ſunt in violatore pacis, in alio verò idem puto ſeruandum, quod in prædicta Authen. dicitur, niſi fortè diceres, vt maleficium non remaneat impunitum quid ſaltem legitima tantum aſcendentibus, & deſcendentibus vſque ad tertium gradum relinquatur. intereſt enim reipublicę ne maleficia remaneant impunita: *vt ff. ad legem Aquiliam l. ita vulneratus.* ¶ Parricidium[b] autem punitur, ſecundùm quod dicitur *ff. & C. ad legem Pompe. de parri. & Inſtit. de pub. iudicii.*

f Homicidium capite puniri ... de pœna homicidij vi. & Clari ...

g Pro homicidio qui habēt pœnam pa... homicidij.

h Ab homicidij pœna quæ excuſant ... Hippolytum ... ff. ad l. Cornel. de ſica. ...

a Homicida quemadmodū in bonis puniatur

b ¶ *Deminutio* pro[c] quo delicto fortè manus delinquētis amputabitur: cùm pro ſolo vulnere manus ei amputaretur, ſi pacem violauerit: *vt ſuprà, de pace tenenda. §. ſi quis alium.* Imò vt puto, in plus punietur, ſi iudici viſum fuerit, ſecundùm qualitatem criminis. Imò & capite punietur ſi animo occidendi eum percuſſit vt ſupra notatum eſt, & hoc ſimiliter intelligas ſecūdum determinationem ſuperius notatam ſcil. Se defendendo, aut non. aut voluntariè, vel non hoc fecerit.

b Parricidij pœna.

c Membri amputatio, qua pœna puniatur.

c ¶ *Conſtituti.* & ita not. hic quod ab Imperatore debent iudices[d], & locorum defenſores, & alij magiſtratus, vel eius volūtate conſtitui. & hoc verum eſt, excepto in Lombardia, quæ priuilegium habet ab eo, vt Lombardi per ſe iudices faciant: dum tamen ab eo confirmentur. quòd malè ſeruatur, ſecūdùm quod continetur in pace, quam Imperator Cōſtantiæ fecit cum ipſis, quæ ſcripta eſt infra inferiùs in libello de pace Conſtantiæ cōpoſita, &c. & hoc eſt etiam; quòd dixit, *ſeu confirmati*: quod fortè dixit propter prædictam pacem. & hoc verum eſt, quòd debent iudices in ciuitatibus conſtitui; ſcilicet qui iura reddere poſſint. parum eſt enim ius eſſe in ciuitate, niſi ſint, qui iura reddere, vel regere poſſint: *vt ff. de orig. iur. l. ij. §. poſt originem.*

d Iudices à quibus conſtituendi.

d ¶ *Iuſtitiam facere neglexerint.* ita[e] quod eam nullo modo fecerint. Idē puto & ſi contra ius litigatoris fecerint, putà ſententiando contra quam non debebant, fortè corrupti[f] pretio aut gratia: quoniam tunc non patietur ſolum pœnam ęſtimationis diſpendii; ſed etiam ipſius litis, cùm eam ſuam fecerit. *vt Cod. de pœna iud. qui malè iud. l. vlt.* debet enim tunc condemnari ad veram litis æſtimationem[g], niſi foret filiusfamilias, qui condēnatur quatenus peculiū patitur[h]: *vt ff. de iud. l. ſi filiusfamilias.* hæc vera ſunt, quando dolo malo ita iudicauerit. Si autem non dolo: ſed per[i] imprudentiam malè iudicauerit: tunc condemnari debebit, quatenus æquum viſum fuerit iudicanti: *vt Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi deli. na. circ. prin. & ff. de va. & extra. cog. l. ſi.*

e Iuſtitiam nō facere qui dicantur.

f Iudicis corrupti pretio, gratia, dolo malo iudicantis pœna.

g Et etiā corporaliter poteſt puniri ſecundum Ia. de Belui. Bald. & Alua.

h Immò totū intereſſe, ſecūdum Alua. per l hoc alleg.

i Iudicis per imprudentiā iudicātis pœna.

e ¶ *Ad prædictam pœnam.* hoc refertur ad proximum dictum. ſ. ad iudices. qui prædicta facere neglexerint: ſ. vt puniantur: *vt j. ſequitur*, ſi prædictam pœnam non potuerint ſoluere. ¶ Sed nunquid ad violatores[k] pacis poſſet referri, ſ. qui propter inopiam non poſſunt ſoluere pœnam contra eos ſtatutam ſuperiùs: ſ. vt eodē modo debuerint cū verberib. procul ab eo loco, in quo habitāt, abiici & quare nō? vt dicas quòd referatur ad ſuperius dictū & ad proximū: & maximè cū violator pacis non cōmiſit homicidiū, vel aliud delictum, propter quod debet capite puniri in ipſa violatione pacis, imò multò fortiùs deberet referri ad eos, cùm ſit tale delictum, propter quid etiam deberet capite puniri: nā miles turbator pacis capite punitur: *vt ff. de re mi. l. ſin.*

k Pacis violatores quemadmodum puniendi.

f ¶ *Cum verberib.* ¶ No. ergo quòd[l] non liberatur quis à pœna propter inopiā, imò maiorē pœnam ſuſtinet, cùm corporaliter verberib. debeat puniri, & præterea à loco ſuo expelli lōgè per quinquaginta milliaria: & ſic [illegible] maior pœna eſt qualibet

l Inopia pœnā non aufert: ſed auget.

voluntas *vt arg. C. de rep. ... l. ... aſ.* [illegible] Reſp. vtique eſſet, haberet actionem de dolo [illegible] ... per contractibus [a]. [illegible]

[illegible]

... ſufficit enim quia

decerat. dol ... non eſt: *vt C. de indi. vi. l. y in fi.* Item qui contra factum propriam venit: *vt ff. de adop. l. poſt mortem.* & ... quæſtione ſatis puto quòd ſi priùs ita iurauerit, & poſtea in contractu dixit ſe velle teneri illo iuramento, quòd teneat ... vid. ... de cõſuetu ... obſeruari. ¶ Item quæro, ſi minor vẽdidit, & iurauit, & antequam traderet, cecidit à poſſeſſione, poſtea ad eum rediit aliquo caſu: an ſi non præſtet, vel non reſtituat eam emptori agenti poſtea, videatur facere cõtra iuramentum. Reſp. vtique, cum nondum tradiderat. ſed ſi iam tradiderat, tunc ... cùm iam videatur liberatus ſolutione ... *vt ... C. de tranſ. l. ſi quis maior.* ſecundùm Azonem. 2. Vel ... in vtroque caſu: quia agere videtur, & controuerſiam ... etiam reus excipiendo, & contradicendo: *vt ar. de proc. l. ab ... ſi pars hære. pet. l. permittendum.* ¶ Sed quid ſi ... venditione iurauerit: ſed poſtea [a] ex interuallo iurauit ... & non contrauenturũ: nunquid confirmatur ... teneat præcedens contractus, quanquam à principio ... ipſo iure. Reſp. vtique: *ar. ff. de ... l. ... arg. cõtrà, ... l. de ... in ...* Item quia maior factus ratũ habens, etiam ... iuramento confirmat eandem venditionem, quamuis ipſo ... *vt C. ſi maior fa. ra. ha. vel ... l. 1. ... & ar. ff. quod ... l. ... §. ... ¶* Item quæro, an lex iſta locum habeat in ... vel in renũciatione? Videtur quòd nõn, quia contractus propriè is eſt, qui vltrò, citróque dantem, & accipiẽtem ... *ff. de verb. ſign. l. Labeo.* Minor autem, qui promittit, ... obligat. Item minor, qui renũciat, nõ ... potius ... vt alibi dicitur in ſoluto debito: ... Sed cõtrà puto: ... contractus, accipiatur pro omni ... [illegible]

[illegible]

¶ Quid ſi minor iurauerit caſa motis, & ... tempore reuocaturũ? Reſ. tenet, nec reuocat. nam minor ... communi potuit donare: quia & teſtari potest ... *de don. cau. mor. l. ... qui ex cau. ma. non ...* ... donationi ... hoc ... fauore ... vnde & ... donare poteſt cauſa mortis, parte conſentiente ... *vt ... C. de teſtam. l. nemo.*

¶ Quid ſi ... videtur fortè quòd non teneat, ... decreti authoritate ... non valet: *vt C. ſi ... ſi ... vel ...* Sed contra puto, ... maior propter iuramentum ... nam ſi maior ... non ... hoc non poteſt facere ... interpoſitum ... non tollit ... *vt C. de ... l. ſi quidem* iuramentum ... hic.

¶ Quid ſi minor iurauerit tranſactionem, venditionem, vel alium contractum ... de facto cõtrauenit, & ... & alias pœnas ſubibit, quæ cõtinentur *C. de tranſact. l. ſi quis maior.* Reſpon. non relaxabitur, etſi pœnas alias ſubeat: *vt arg. ff. de ... qui ... l. ...* Quin immò

a Iuramentum à minore ex interuallo præſtitum iam, & antea initũ ab ipſo minore confirmat.

b Iuramentum minorũ ſuper contractu interpoſitum, de quo hic agitur, vim eandem vim habeat, ſi ... renunciationi ... in quaſi cõ... aut ... interponatur.

c Iuramentum minor ... ſententiã, cõfeſſionem, ... vt nunquam appellare poſſit.

d Iuramento minor ... aut teſtamenti ... facultatem ſibi poſſe auferat.

e Teſtamẽtum ... contractus ... iuramento ... minore.

g Iuramento mulier minor Velleiano renunciare poteſt.

h Iuramento ... renunciare ... poſſit ...

i Iuramento firmata ... donatio ... irreuocabilis ... minore non poteſt reuocari.

k Iuramento ... non poteſt.

l Iuramento ... confirmari poſſunt.

videt: ut quòd nec alias ſubeat pœnas, niſi quas [illegible] qui nõn iuraſſet: cùm ſacramen[illegible] vt maiorem eum repræſentet [illegible] omnes pœnas prædictas ſubire [illegible] [illegible] nullo ætatis auxilio debeat ei ſuccurri: *ut C. ſi aduer.* [illegible]

8 Iuramento filius fam. [illegible] an obligari poſſit.

¶ Quæſitū fuit,[a] minor, [illegible] contrahendo fortè cum eo, cùm renunciauerit bonis maternis, ſicut plerique faciūt? Reſp. non valet. nā ſtipulatio inter maiores contracta cum patribus, in quo[illegible] potestate ſunt inutilis eſt: *ut Inſtit. de inutil. ſtip.* [illegible] ¶ Quid ſi pater minor diuiſit[b] bona ſua inter filios emancipatos, & iurauerit: numquid poterit venire cōtra? Reſp. vtique: tum quia nulla fuit contracta obligatio: nec ſuffecit etiam, ſi maior eſſet [illegible] [illegible] quia [illegible] hoc [illegible]

b Iuramento confirmata diuiſio bonorū à patre inter [illegible] emancipatos facta vtrū ab eo reuocari poſſit.

7 Allodiū eſt id quod eſt cuiuſq; propriū, & à nemine aliquo recognoſcitur, niſi à ſolo Deo [illegible]

rerum[a] ſuarum[b] non retractandis immobiliter[c] cuſtodiantur. Per vim autem, & metum[d] etiam a minoribus[e] (maxime ne quem nominam[f] maleficiorum commiſſorum faciant) extortis[g], nullius eſſe momenti iubemus.

DE ALLODIIS.

TITVLVS LIIII.

Ad hoc qui allodiū † ſuum vendi[illegible] ſtrictum & iuriſdictionem Imperatoris vendere non præſumat: & ſi fiat, non valeat.

¶ Si verò cōtigerit allodium aliquod etiam infeudatum conferri Eccleſiæ, vel pro oblatione fidelium, vel per emptionis, & venditionis, alteriuſve huiuſmodi contractum: infeudatus, niſi per gratiam Eccleſiæ tanquam de nouo receperit, feudum, quod habebat, retinere non poterit[h].

¶ Vt autem æquitas, quæ in partibus [illegible] per vniuerſitatem [illegible] Italia, [illegible] in Alemannia [illegible] expeditione Romam ad [illegible] coronam [illegible] dominum [illegible] pro qua [illegible] cōuinci per cōpares ſuos[n] [illegible]

[illegible] matrimonii [illegible] dotem, quam dabit pro filia [illegible] ſuperuenientem: *ut C. de rei vxor. act.* [illegible] Sed contrà videtur, cùm talis diuiſio [illegible] viribus: *ut C. de inoff. do.* [illegible]

a ¶ Rerum [illegible] corporalium, & incorporalium: item [illegible] generalis eſt [illegible] *Inſtit. de re corp. & incorp.* [illegible]

b ¶ *Suarum*, id eſt, propriarum. ¶ Sed quid ſi communium[d] [illegible]

c ¶ *Immobiliter* [illegible] ſine violatione, vel corruptione aliena [illegible]

d ¶ *Metum* [illegible]

e *A minoribus*, maxime [illegible]

[illegible]

c Res appellatione continentur corporalia, incorporalia, mobilia, & immobilia

d Iuramentum inter patrem [illegible]

e Sed [illegible]

h Timor vanus non excuſat

i [illegible]

n Per contrarium [illegible]

a ¶ Per

rit, feudū perdat a: & dominus in ſuos vſus illud habeat redigendi liberam facultatem b.

a ¶ *Perdat.* & ita not. hic aliam a ingratitudinem, per quam vaſallus feudum amittit, & ad dominum liberè reuertitur. hoc idem habes j. *l. proxim. §. firmiter etiam ſtatuimus.* & ſecundùm quod hat. & alias ingratitudines plenè not. in ſumma.

b ¶ *Facultatem.* Sed nunquid b hoc intelligitur ſiue fuerit paternum feudum, ſiue nouum: ita vt non ſolùm filius, ſed etiam agnati excludantur à domino? Reſpond. fortè ſic, cùm indiſtinctè hoc dicatur: Cùm enim lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus: *vt ff. de offic. præſ. l. ij. & de Publica. l. de pretio.* Item nónne hic talis eſt iniuria, quæ reſpicit dominū, cùm eum contemnit, quòd ſecum non vadit ſicut debet: ergo debet omnino ad eum pertinere feudum, vt hanc habeat ſuæ iniuriæ vltionem: *vt ſuprà, in quib. cauſ. feu. amit. § denique.* Imò, quod plus eſt, reſpicit ipſum Imperatorem, cùm eum teneatur adiuuare in dicta expeditione: vel dominum ſuum: & hoc eſt, quod ſuprà dixit, *regem, aut ſub rege,* &c. cùm etiam per hoc, quòd non vadit in ipſa expeditione, vel alium non mittit, vt dictum eſt, vel ſtipendium militiæ non ſoluit; minuatur vtilitas imperij, & vires eius attenuentur. & hoc eſt, de quo Lotharius in l. ſua conqueritur: *ſuprà l. prox. Imperialis. quaſi circa medium, & circa finem.* a. Vel dicas quòd hic loquitur tantùm de nouo feudo, vel etiam de veteri, ad quod non veniunt agnati, cùm eos non habeat vaſallus. licèt enim hic non diſtinguatur: nos tamen in iſto caſu debemus diſtinguere, & ſecundùm determinationem veteris conſuetudinis intelligere: ſcilicet vt licèt vaſallus delinquat in iſto caſu, etſi ad filium non veniat, ad agnatos tamen, ſi habet, perueniet. & hoc eſt, quod dicitur ſuprà, *ſi vaſ. feu. pri. cui defer. c. j.* ibi, *licèt ad agnatum quandoque pertineat, &c.* & ita intelligi debet quod legitur *ſuprà in quibus cau. feud. amit. § denique.* ſcilicet vt ibi loquatur de nouo feudo, licèt enim ſit hic à lege omiſſum c: tamen non debet omitti à religione iudicantis: *vt ff. de teſtib. l. quaſitū. & de ſpon. l. oratio.* quod enim hac l. noua non eſt ſpecialiter dictum, hoc d veteri conſuetudini relictum intelligi debet: *vt arg. c. de app. l. præcipimus. in fin.* Prior tamen intellectus verior videtur per rationē, quæ aſſignatur *ī. in quib. cau. feud. amit. §. denique.* cùm ibi videatur etiam de paterno feudo loqui.

DE PROHIBITA FEVDI alienatione per Fridericum.

TITVLVS LV.

Omnis alienatio feudi contra hanc legem facta, etiam antiqua quantumcumque caſſatur: & bonæ fidei emptori pretiū reſtituitur: & tabellio, qui inſtrumentū tale ſcribet, cum infamia priuabitur officio, & manum amittet. BALD.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

IMperialem decet ſolertiam ita reipublicæ curam gerere, & ſubiectorum commoda inueſtigare, vt regni vtilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus iugiter ſeruetur illæſus. Quapropter dum ex prædeceſſorum noſtrorum more vniuerſalis curiæ Ronchaliæ pro tribunali ſederemus, à principibus Italicis tam rectoribus Eccleſiarum, quàm aliis fidelibus regni, non modicas accepimus querelas, quòd beneficia eorum & feuda, quæ vaſalli ab eis retinebant, ſine dominorum licentia pignori obligauerant, & quadam colluſione nomine libelli vendiderant: vnde debita ſeruitia amittebant: & honor imperij, & noſtræ fœlicis expeditionis complementum minuebatur. Habito ergo conſilio Epiſcoporum, ducum, marchionū, & comitum, ſimul etiam & palatinorum iudicum, & aliorum procerum, hac edictali Deo propitio perpetuò valitura lege ſancimus, vt nulli liceat feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignorare c, vel quocumque modo diſtrahere, ſeu alienare d, vel pro anima iudicare, ſine permiſſione e illius domini, ad quem feudum ſpectare dignoſcitur. Vnde Imperator Lotharius tantùm in futurum præcauens, ne fieret, legem promulgauit. Nos autem ad pleniorem regnj vtilitatem prouidentes, non ſolùm in poſterum, ſed etiam huiuſmodi alienationes illicitas hactenus perpetratas, hac præſenti ſanctione caſſamus, & in irritum deducimus: nullius temporis præſcriptione f impediĕte: quia quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis conualeſcere g non debet: † emptori bonæ fidei ex empto actione h de pretio contra venditorem competente.

¶ Callidis inſuper machinationibus quorumdam obuiantes, qui pretio accepto quaſi ſub colore inueſtituræ, quam ſibi licere i dicunt, feudum

DE PROHIBITA FEVDI ALIENAtione per Fridericum.

c IMperialem.] c ¶ *Vel pignorare.* Prohibetur ergo hic expreſſim pignoris obligatio de feud. in totum, vel in partem aliquā: ſicut prox. dixi, *totum, vel partem aliquam,* &c. quod eſt contra Py. qui contrarium notauit *ī. de alie. feu. c. j.* ¶ Sed nunquid poterit dominus g proprietatem feudi obligare ſine conſenſu vaſalli? Reſp. lex Corrā. non dicit quòd poſſit obligare, vel non: ſed dicit quòd dominus non poteſt inde facere cambium h vel precarium, ſiue libellum: *vt in Lombarda de bene. & tit. l. vlt. §. fin. & ſuprà de ſuc. feu. l. mulier.* Arg. tamen eſt quòd poſſit obligare. *vt C. de vſufru. l. ij. & ff. de pig. act. l. tutor. in fin.*

d ¶ *Seu alienare.* Si autem alienauerit, deinde redimit i: arg. eſt quòd non amittat: *ff. de ali. iud. mu. cauſa fa. l. ex hoc. §. ſi quis. & ff. quib. mo. pig. vel hypo. ſol. l. ſicut. §. ſuperuacuum* arg. cōtrà *ff. de poſt. l. j. §. ſi rem.* Imò caſus expreſſus eſt ſuprà tit. *Quid iuris ſit, ſi vaſallus poſt alienationē feudi illud recuperet. c. præterea.* ¶ Quid ſi vaſallus legauerit k feudū extraneo prorſus, vel extraneum de feudo hæredem inſtituit nullis agnatis, vel deſcĕdentibus relictis? Reſp. non videtur alienatum: vt ſic dominus eum inueſtire cogatur: *vt arg. ff. de alie. iud. mu. l. ex hoc §. ſed hæredi. & de leg. iij. l. pater §. Iulianus.* (Sed quæſtioni huic accedit & illa, an per a alium liceat feudo ſeruire) mihi tamen videtur, quòd nullo modo cogi debeat dominus eum inueſtire: quia non tenuit legatum, vel heredis inſtitutio b in feudo facta: nec enim valet ordinatio defuncti in feudo facta: *vt ī. de ſuc. feud. in princ. & ī. qualiter olim po. feu. alienari. § donare.* ¶ Sed nonne vaſallus poteſt feudum in c dotem dare pro filia ſua? argu. eſt quòd poſſit: *C. de na. li. l. iij. in fin. & ff. ſi quid in fraud. pa. l. j. §. ſed & ſi. & ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſol. l. ſicut §. ſed & ſi permiſerit. verſ. quòd ſi in dotem.* caſus tamen eſt expreſſus, quod non poteſt: *vt ī. qual. olim poter. feudum alienari § donare.* ¶ Sed nunquid poterit in emphyteuſim d perpetuam dare? Reſp. fortè non, cū emphyteuſis perpetua nō procul ab alienatione diſtet: *vt in auth. de non alie. aut perm. eccleſ. rebus. §. alienationis, coll. ij. & §. nos igitur.* e

e ¶ *Sine permiſſione.* ¶ Quid ſi dominus permiſit vendere amico e, & vaſallus poſtea vendidit alij. arg. eſt quòd non poſſit: *ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. l. ſicut re corporali § illud.*

f ¶ *Præſcriptione.* quicquid ſuper facto præſcriptionis notatum eſt *ſuprà de capi. Corr. ca. j.* hic repetas.

g ¶ *Conualeſcere* ¶ No. ergo quòd ex tĕporis f diuturnitate non conualeſcit, quod ante inualidum fuit: *ſicut aliàs in Authent. vt nulli iudi. § nulli. & C. de pact. l. ſi certis. & ff. fam. erciſ. l. quadam.* Arg. contraria fuit: *C. de poſtu. l. iij. & C. de contra. iu. l. j. & C. ſi maior fa. ra. ha. l. j. & ij. & in ſum. vt in li. Py. tertio quaterno. vlt. charta l. quoniam. ſuprà diximus, quod ab initio validum &c. & rubrica contraria ſequenti.*

h ¶ *Ex empto actione.* q. d. Si fuerit malæ fidei emptor, non g poſſit pretium h repetere: & hoc ideo, quia ſciens rem alienam emit: *vt C. de euict. l. ſi fundum.* quod verum puto: quia k cùm lex bonæ fidei emptori permiſit pretium repetere, malæ fidei emptor videtur prohibuiſſe: *arg. ad hoc C. de pact. conuen. tam ſuper do. l. vlt. & ff. de compet. l. quod Labeo.* Imò nec k venditor eum retinebit, ſed eo carebit: *vt ī. in conſtit. Loth. circa fin.* & applicabitur fiſco, qui ſucceſſor eſt malè acquiſitorum: *vt ff. de iure fiſci. l. Lucius.* Nec puto quod emptori malæ fidei detur repetitio pretij, etiam l ſi cautum ſit ei de euictione: cùm contra legem iſtam ſciens fecerit, vt aliud ſit in re ſimpliciter alienata, *ſecūdum quod dicitur in d. l. ſi fundum. de eui. & C. com. vtr. iu. l. ſi fratres.* Rem enim alienam m quem vendere poſſe nulla dubitatio eſt: *vt ff. de contrahen. emp. & ven. l. rem alienā.* & hoc fortè ideo, vt aliquam pœnam ſuſtineat de tali illicito contractu ab eo ſcienter facto: ſicut & notarius: qui in plus punitur, cùm officium n, & manum amittat cum infamia: *vt j. ſequitur. §. ſcriba verò, &c.* Sic ergo emptor bonæ fidei repetet pretium: & hoc verum eſt, etiam o ſi actum fuerit inter eos ne aliquid euictionis nomine præſtaretur: *vt ff. de actio. empt. & vend. l. ex empto. §. fi.* ¶ Sed nunquid ad intereſſe poſſet agere, ſi p vellet pretium dimittere? & quare non? cùm hoc nō prohibeatur: *vt C. de euict. l. empt.* & aget actione ex empto: *vt ibidem dicitur, & ff. de eui. l. venditor hominis.* niſi fortè velles dicere contrarium, quòd venditio nulla ſit.

i ¶ *Sibi licere* quæ vtiq; licebit, ſi q nō vendāt, ſed verè in feudū dādo, inueſtiturā faciant: *vt j. eo. tit. §. illud quoque. arg. C. man. l. per diuerſas. §. fi. & l. vlt.* Vel forſan quia prohibuit alienari, per hoc

a Vaſallus legitimè à domino vocatus comitandi Imperatoris coronationis gratia contemnens, aut ſtipendia non mittens, feudum amittit, ipſū domino committentem.
b Facta huius legis locū habet in feudo nouo, & anti. q. [illegible]
c Conſuetudo veteris ſeruatur in his, quæ ſpecialiter nō ſunt expreſſa in lege noua.
[illegible]
e Pignori obligari feudum in totum, vel pro parte non poteſt à vaſallo.
g Pignori obligare proprietatem feudi, dominus an poſſit ſine cōſenſu vaſalli. v. hic in fin.
h Cambiū, precariū, ſiue libellū feudi facere non conſentiente vaſallo dominus non poteſt.
i v. ſup. Gl. tit. 30. & 42.
k Legare extraneo feudū vaſallus non poteſt inuito domino.

a Seruire per ſubſtitutum vtrum vaſallus poſſit.
b Teſtamĕto, ſeu vltima voluntate vaſallus feudum non conſentiente domino alienare non poteſt: ſi tamen aliquod horū factum fuerit à vaſallo, eius deſcendentes, & agnati à feudi petitione non arcentur.
c In dotē feudum pro filia dare pater nō poteſt.
d In emphyteuſim perpetuam feudum vaſallus dare non poteſt.
e Vendere amico domini feudū cui permittitur, domini inimico certè non vendit: vel ita. Cui vni feudū vendere permittitur, alteri vĕdere prohibetur.
f Inualidum temporis diuturnitate non conualeſcit.
g Mala fide feudum emĕtis pœna.
h Pretiū feudi numeratum non repetit malæ fidei emptor à venditore.
† *Facit ad hoc. C. de pactis. l. ſi certis annis. & ff. de regu. iur. l. quod ab initio & l. omnia. Inſt. de leg. §. in fer-* [illegible] *& ff. de le. a. l. cætera. & de Sen. l. fin.* IAC. DE BELVIS.
i Permiſſum bonæ fidei emptori, prohibitum cenſetur malæ fidei emptori.
k Pretiū feudi malæ fidei emptori venditi cui cedat.
l Euictio malæ fidei emptori non præſtatur, etiā de euictione fuerit ſibi ſtipulatus.
m Aliena res vendi poteſt.
n Notarij illicitum in feudis cōtractum ſcribentis pœna.
o Euictio præſtatur bonæ fidei emptori, etiamſi actum fuerit ne euictio ei præſtaretur.
p Emptor feudi bona fide ſi non vult repetere pretium, poterit agere ad intereſſe.
q Subfeudatio colorata, ſeu in fraudē huius legis prohibita.

vendunt, & in alios transferunt: ne tale figmentum, vel aliud vlteriùs in fraudem huius noſtræ conſtitutionis excogitetur, modis omnibus prohibemus: pœna autoritate noſtra imminente, vt venditor, & emptor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxiſſe, feudum amittant [a]: & ad dominum liberè reuertatur [b].

¶ Scriba verò, qui hoc inſtrumentum ſciens conſcripſerit: poſt amiſſionem officij cum infamiæ periculo manum amittat [c]. ¶ Præterea ſi quis infeudatus maior quatuordecim annis [d] ſua incuria, vel negligentia,[e] per annum, & diem ſteterit, quòd feudi inueſtituram à proprio domino non petierit [f]: tranſacto hoc ſpatio feudum amittat, & feudum ad dominum redeat.

Si vaſallus legitimæ ætatis iuerit cum domino in expeditionem, & illuc non miſerit alium pro ſe domino acceptabilem: vel non ſoluerit domino dimidiam partem reditus feudi vnius anni: feudum amittet. Bald.

1. ¶ Firmiter etiam ſtatuimus, tam in Italia, quàm in Alemania, vt quicunque indicta publica expeditione vocatus à domino ſuo, in eadem expeditione ſpatio competenti [g] temerè venire ſuperſederit, vel alium pro ſe [h] domino acceptabilem mittere cõtempſerit, vel dimidium [i] reditus feudi vnius anni domino non ſubminiſtrauerit: feudum, quod ab epiſcopo, vel alio domino habuit, amittat: & dominus feudi in vſus ſuos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem.

¶ Præterea ducatus, marchia, comitatus, de cætero non diuidatur: aliud autem feudum, ſi conſortes voluerint, diuidatur, ita vt omnes, qui partem feudi habent iam diuiſi, vel diuidendi, fidelitatem faciant: ita tamen vt vaſallus pro vno feudo plures dominos [k] habere non compellatur [l]: nec dominus feudum ſine voluntate vaſalli ad alium transferat [m].

Si filius vaſalli offendit dominum patris ſui: tunc aut pater à domino requiſitus debet eum ducere ad ſatisfaciendum domino, aut filium à ſe ſeparare: alioqui priuabitur feudo. ſi autem pater vult eum ducere: filius autem contemnit: patre poſtea mortuo filius non ſuccedit in feudo, niſi prius domino ſatisfecerit. Bart.

2. ¶ Inſuper ſi filius vaſalli dominum offenderit [n], pater à domino requiſitus deducat filium ad ſatisfaciendum domino: vel à ſe filium ſeparet: alioqui feudo priuetur [o]. Si autem pater vult eum deducere, vt ſatisfaciat, & filius contemnit: patre mortuo in feudum non ſuccedit [p]: niſi priùs ſatisfecerit domino. Parique modo vaſallus pro omnibus ſuis domeſticis [q] faciat.

¶ Illud quoque præcipimus, vt ſi vaſallus de feudo ſuo aliũ vaſallum [r] habuerit: & vaſallus vaſalli dominum domini

hoc & in feudum dari. *arg. C. de re alie. non alie. l. fi.* de hac autem materia dices ſecundùm quod notaui ſuprà, *de capi. Corr. c. j.*

a ¶ *Amittant.* in totum alienauerint: alioquin [a] pro ea parte duntaxat, pro qua alienatum fuit: *vt ſuprà, de vaſall. qui contra conſtit. Lotha. de alie. cap. j.* ¶ Sed nunquid aliàs poterit vaſallus domino inuito renunciare feudo? Videtur quòd ſic. *arg. ff. de ope. li. l. interdum* è contra videtur quòd non poſſit, ſicut nec eo inuito dominus auferre poteſt: nam vtriuſque gratia datur, ſcilicet domini, vt ſeruitium vaſalli habeat: item vaſalli, vt fructus feudi habeat. Non poteſt altero inuito tali pacto renunciare: *argum. C. de actio. & obligatio. l. ſicut. & ff. de vſufruct. l. ſed cùm fructuarius in prin. & l. prædicta, interdum?* Reſpond. quòd nõ ſola renunciatio [b], ſed cauſa cum ſoluit: ſed dicitur expreſſum de conſuetudine quòd poteſt: *vt ſ. vaſ. qui contra conſt. Lotha. bene. alie. c. j.*

b ¶ *Reuertatur.* ipſo iure: vtputà quantum [c] ad vaſallum, qui id alienauit, & tradidit, cum alienatione facta ſtatim ſit domino apertum: *vt ſ. tit. quid iuris ſi poſt alienationem feu. va. ad re. ca. præterea. in fin.* Quantum verò ad emptorem non puto, niſi per ſententiã, cùm aliàs non poſſet agere de euictione cõtra venditionem, cùm ſit bonæ fidei emptor: *vt ff. de euic. l. j. & C. de euic. l. ſi fundum.* Idẽ etiam intelligo de vaſallo, ſi committat feloniam [d], per quam feudũ amittere debeat: cùm adhuc habeat. ſcil. vt tantùm ipſum per ſententiam amittere debeat: nec enim debet vaſallus feudum amittere ſine certa, & conuicta culpa laudanda per iudicium parium ſuorũ: *vt in Lombard. de bene. & ter. tri. l. fi. & ſ. de feu. ſine culpa non amit. c. j. & ſ. quo tempore miles inue. petere de. c. ij.*

c ¶ *Manum amittat* [e]. nam & aliàs ponitur pœna irreuocabilis exilij: *vt C. de ſacroſ. Eccleſ. l. iubemus. §. pen. in fi.*

d ¶ *Quatuordecim annis* [f]. qui fortè reſtituetur in integrum, ſi fuerit minor xxv. [g] ann. cùm hoc ipſo læſus ſit, quòd intra id tempus non petiit

e ¶ *Negligentia.* niſi iuſta de cauſa ſtaret: tunc enim ſecus eſſet. quæ autẽ ſit iuſta [h] cauſa, propter quã poſſet ſtare, dicitur *ſ. quo tẽpore miles inueſt. pet. debeat. c. j.* & quæ ibi notantur, hîc repetas.

f ¶ *Petierit.* pollicendo [i] fidelitatem: *vt ſuprà de cap. Cor. c. j. & ſuprà in quib. cau. feu. amit. c. j.* & quæ ibi notantur, hîc repetas.

g ¶ *Competenti.* puto fore quia dinumerabũtur [k] ei vicena millia paſſuum per ſingulos dies, donec fuerit in exercitu, præter eum diem, quo vocatus fuit vt iret, & præter eum diem, quo ſe debet repræſentare: & hoc ad exemplum eius, qui promiſit ſe ſtaturum in iudicio: *vt ff. ſi quis cau. l. j.*

h ¶ *Alium pro ſe.* ¶ Nota potes hîc arg. quòd vaſallus [l] poteſt feudo ſeruire per ſubſtitutam perſonam, dum tamen ſit domino acceptabilis, ſecundùm quod hîc dicitur. hoc idem notatur *ſup. ſi de feu. contr. fue. c. ſi quis deceſſerit.* & puto quòd acceptabilis [m] debet eſſe domino, ſi per æquè bonum, vt ipſe eſt, vaſal. ei mittit. *arg. ſuprà de lege Cor. c. ex eadem lege. & ſuprà tit. ſi de feu. contr. fue. l. ſi quis deceſſerit.*

i ¶ *Dimidium.* aliter obſeruatur per Corradum in Lombardia, & aliter in Alemania: *vt ſ. de ca. Cor. c. ſimiliter in hoſtedictis.* Ac.

k ¶ *Plures dominos.* Arg. cõtrà *ff. de vſufru. l. ſi cuius.* quia ibi pluribus dominis fructuarius ſatiſdare debet: *vt C. de ſer. fugi.*

l ¶ *Compellatur.* ¶ Sed cui dabitur electio: verum ipſis dominis, an vaſallo? Reſp. videtur quòd vaſallo [a] debeat dari. ſc. vt eligat quem voluerit ex dominis: *arg. ff. de iure dot. l. plerumque. §. vlt.*

m ¶ *Ad alium transferat* ſc. iure [b] conſuetudinario ad minorem dominum; ſed ad maiorem poteſt: quia tunc non læditur vaſallus, niſi ſit priuatus fortè: *vt ar. C. de feudo limitro. l. ij. lib. xj.* 2. Vel dicas quòd ad minorem dominum poteſt transferre, non ad maiorem: *arg. ff. de alie. iudi. mu. l. j. & ij. & C. ne liceat po. l. ij. j.* Vel dicas, quòd ad omnes transfire poteſt: *arg. Cod. de contra. ben. emptio. & vendit. l. dudum. & ff. ſi quis à paren. manumiſ. fue. l. ij. & vlti.* & hîc ſub. ius vaſal. 4. vel non poteſt transferre omnino: ſed retinẽdo directum dominium poteſt: *arg. ff. de offi. præ. l. pen.* Vel locaſſe eſt: quod non placet. *C. de no. Cod. compon. l. j. in ſ. ſecunda conſt. 7.* Vel dic referre vtrùm totã curiam vendat, vel tantùm feudum vnius vaſalli. In primo caſu poteſt: quia quædam per ſe non tranſeunt, quæ cũ [c] vniuerſitate tranſeunt: *ff. de acquiren. rerũ dom. l. quadam. & argu. ff. de contrahend. empti. l. in modicu.* veruntamen hoc ſatis videtur determinari *ſ. de leg. Corr. §. ex eadem lege.* ¶ Quid ſi vaſallus deceſſerit relictis duobus filiis, quorum vnus vtilis [d] eſt ad ſeruiendum, alter inutilis: nunquid tantum vtilis ſuccedet, cũ & dominus in hoc cõſentiat? Reſp. hæc quæſtio eſt diſputabilis ſecundùm Corradum. Quidam tamen dixerunt quòd ſuccedat: & quidam non. *vt ſup. titul. an mu. & aliàs imperfect. c. nullus.*

n ¶ *Dominum offenderit.* ¶ Quid ſi vaſallus feloniam commiſit ante inueſtituram, vel poſt, ſed tamen inficiatur [e] eam feloniam, vel pater, vel hæredes eius: nunquid obſtat delictum? Reſp. non. *argum. ff. de dol. l. & eleganter. §. pen* Idem etiam ſi conſiteatur, quod deueſtiri non poteſt: niſi priùs inueniatur eo, quod non habet: *arg. ff. de ædil. edict. l. bouem. §. ſi ſub conditione.* ſecundùm Corradum.

o ¶ *Priuetur.* Nunquid propter [f] factum patris filius amittit feudum auitum? Reſpo. quidam ita: quia & auitam hæreditatem: *argumento ff. ad legem Cornel. de falſis l. ſi quis patris ſui.* ¶ Sed argum. contra, *ff. de Senat. l. emancipatũ. in fine. l. ſecundùm Corr.* Sed dicas quòd amittit, *vt ſup. ſi vaſallus feu. priue. cus. defer. c. ij.* ¶ Quid [g] ſi vaſallus habens auitum feudum commiſit delictum contra dominũ, ex quo poterat ei feudũ auferre: ſed dominus remiſit delictum vaſalli: deinde deceſſit ſine liberis vaſallus: nunquid repellũtur agnati, vt eſt cõſuetum, cùm eſt feudum ab eo acquiſitum? Reſp. imò agnati in feudo paterno ſuccedunt, non in nouo: *arg. ff. de pec. l. peculium §. ſi ab are alieno.*

p ¶ *Non ſuccedit.* ¶ Quid ſi vaſallus contra dominum offenſam contraxit: nec dominus in vita ſua aliquid dixit: nunquid poſt mortem domini a vaſallo poteſt auferri feudum? Reſpond. non poteſt: quia [h] non debet hæres mouere, quòd defunctus tacuit: *C. de inoffi. teſta. l. omnimodo. §. j. & de reuo. do. l. vlti.*

q ¶ *Domeſticis*, qui dicantur domeſtici [i] habes *ff. de iuriſd. omn. iud. l. qui iuriſd. & de pœnis. l. reſpiciendum. & C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. l. præſenti. §. ſanc. & de quæſtionibus. l. pridem.*

r ¶ *Alium vaſallũ.* ¶ No. ergo hîc quod vaſallus poteſt habere

a Alienatio pro parte, non in totum punitur.

b Renunciare, feudo inuito domino vaſallus poteſt, ſi ſe ipſi eſt eius cõditionis, vt eius nomine certũ ſeruitiũ non debeat: aliàs ſi certum ſeruitiũ debet, non poteſt. *vt ſit tit. §. in fin. ſup. eod.*

c Vaſallus vẽdens feudum ſine voluntate domini, feudi dominiũ amittit ipſo iure, neque requiritur, quod ad eius perſonam attinet, ſententia iudicis: quod ad emptorem requiritur. Itaq; hoc caſu dominus non poterit ſua autoritate feudũ emptori auferre.

d Felonia, vt feudum amittatur, requiritur ſententia: neque illo caſu feudũ ipſo iure committitur & cur.

e Notarij prohibitum inſtrumentũ ſcribentis pœna.

f *Facit ad hoc ſuprà, ſi de feu. fue. contro. caſi minores. & c. ſi quis decẽſerit.*

g Notarium prohibitũ inſtrumentum ſcribentẽ ætas excuſat: vt hoc caſu inſtrumentum temerarium potius, quàm falſum videatur.

h Iuſtæ excuſationes quæ.

i Inueſtitura quẽadmodum peti debeat.

k Spatium cõpetens vaſallo datum ad comitandum dominum.

l Seruire vaſallus feudo per ſubſtitutum poteſt.

m Acceptabilis ſubſtitutus quando dicatur.

a Vaſallo ut habeat plures dominos, ...

b An, quo ... & a quo dominus ... alium transferre ... ſine volũtate vaſalli.

d Inutilis ad ſeruiendum ... ſuccedit ...

e Delicti inficiatus ... de dol. do ...

f Delicto patris filius ... amittit ...

h Hæres mouere non debet, quod defunctus tacuit.

i Domeſtici ...

alium vaſallum de feudo ſuo: non ergo intellexit Imperator iſte verbo *alienationis* [a] prohibere donationem in feudum: & hoc verum eſt dum tamen ſyncerè,& ſine fraude hoc fiat: *vt ſuprà qualiter olim po.feu. alie.c.neceſſitate.* Niſi fortè velis intelligere ſecundùm eos, qui contrarium dicunt: quod hic intelligitur ſecundùm voluntatem domini.

a Alienationis verbo ſubinfeudatio non continetur.

ſui offenderit: niſi pro ſeruitio alterius domini ſui hoc fecerit, quem ſine fraude antè habuerit, feudo ſuo priuetur [a], & ad dominum ſuum, à quo ipſe tenebat, reuertatur, niſi requiſitus [b] ab eo paratus fuerit ſatisfacere maiori domino, quem offenderit: & niſi vaſallus, idémque dominus à domino ſuo requiſitus eum, qui minorem dominum offenderit, requirat vt ſatisfaciat, ſuum feudum amittit.

¶ Præterea ſi inter duos [c] vaſallos de feudo ſit controuerſia, domini ſit cognitio [d], & per eum controuerſia terminetur: ſi verò inter dominum, & vaſallum lis oriatur, per pares curiæ [e] à domino ſub fidelitatis debito coniuratos terminetur [f]: illud quoque ſancimus vt in omni ſacramento [g] fidelitatis Imperator nominatim excipiatur [h].

a ¶ *Priuetur.* Sed quare, cùm non ſit eis vaſallus? *arg. ff. pro ſo.l.non ſolùm.* & *arg. ff. de verb. ſig. l. Modeſtinus.* & *de libe.a gno.l.ſi quis à li.§.ſi quis à liberti liberto. ſecundùm Corr.*

b ¶ *Niſi requiſitus.* Quid ſi vaſallus meus alium fecerit de eodem feudo,& vltimus vaſallus feudum alienauerit? arg. eſt quòd primo domino, l. mihi committatur: *ff. de ſer.expor. l.pen.* & *ff. de acqu.poſſ.l. qui vniuerſas. §.fin.* & *l. ſi colonus.* & *l. quamuis. §.j.* & *l. ſi id quod.* & ita primus habebit laudimium: quod iniquum non videtur propter timorem futuræ amiſſionis. Sed arg. contra. eſt hic ſecundùm Corradum. ¶ Sed nunquid vaſallū [b] dominus cogere poteſt, vt ei feudum oſtendat? arg. eſt, quòd ſic poſſit. *ff. de ad exhib.* & *rem.l.Titius heres.* ¶ Sed nunquid vaſallus dominum, qui ei fundum de camera debet, poteſt cogere vt ei poſſeſſiones [c], ex quibus feudum percipere debeat, præſtet? argum eſt quòd poſſit: *C. de donat.inoffic.l.ſi quis argentum.§.j.*

b Feudum oſtendere domino vaſallus cogitur.

c Feudum de camera habēs dominus poſſeſſiones (ex quibus perſtationes annuæ percipiuntur) vaſallo, præſtare cogitur.

c ¶ *Duos.* ſcilicet qui aliàs ſunt vaſalli eiuſdem [d] domini de aliis feudis: & feudum, de quo eſt quæſtio inter eos, pertinet ad eundem dominum, & vterque contendit ſuum feudum eſſe: alioquin ſi non eſſent aliàs vaſalli: ſed vterque diceret ſe eſſe vaſallum ipſius de eo feudo, vel etiam diuerſos inueſtitores diceret ſe habere de eo: tunc coram iudice, vel arbitro cauſa terminari debebit: *vt ſuprà, de pace tenen. §. ſi duo.* & *§ ſequen.* & *ſuprà, de lege Corra. §. ſi autem inter pares.* nec vnus alterum poterit inuitum trahere ad iudicium curiæ, vel domini, cùm vnum producunt inueſtitorem. Veruntamen ſi curia eum vocauerit ter, tunc non poterit eius examen declinare [e]: *vt ſuprà, titul. an apud iudicem, vel curiam domini quæſtio feudi terminari debeat. c. ex eo quod ſuprà diximus.* & *ſuprà, de inueſt.in mari.facta.§.illud* Et ſecundùm hoc, §.iſte non contradicit prædictis c. Sed potius diuerſa ſunt, quàm aduerſa.& de hoc dices ſecundùm quod in ſumma not. ¶ Sed quid ſi dominus [f] non vult cognoſcere? Reſp. tunc poterit vaſallus eum facere compelli à maiori iudice ſub quo erit? *arg ff. de arbit. l.j.* & *ij. §.j.* Vel etiam actor poterit alterum conuenire ſub iudice rei. ¶ Sed nunquid ab initio poterunt ipſi litigantes ire ſub [g] alio iudice, & non ſub domino ſaltem in concordia, ita quòd ſententia ab alio iudice lata teneat? Vel nunquid tenebit ſententia tanquam à non ſuo iudice lata? Reſp. fortè non tenebit: quoniam Imperator voluit quòd domini eſſet cognitio, & determinatio illius cauſæ. ergo aliis iudicibus videtur prohibuiſſe cognitionē,& vaſallis ne ad alios iudices irent. *arg. ff. de condit.* & *demon.l.cùm ita.* Sed eſt arg. contrà, *ff. de iudi.l.cùm prætor.* [h] & *arg. Cod. de pact.conuent.tam ſuper do.l final.* & *ff. de compen. l. quod Labeo.* Si ergo contrà fecerint, contra legem fecerunt: vnde non debet tenere quod factum eſt, ipſo iure: *vt C. de legi.l.non dubium.* Nam qui non facit quod debet, contra ius facere intelligitur: *ff. de re.iur.l.qui non facit.* & *ar.Cod.de Iud.* & *cæle.l.cælicolarum.in fi.*& Dominus in Euangelio [i], *Qui non eſt mecum contra me eſt* & alibi: *Qui non ſeminat mecum, diſpergit.* vel dicas referre vtrùm per errorem iuerunt ad alium iudicem, an ſcienter. in primo caſu non tenet. in ſecundo ſic, prorogando eius iuriſdictionem: *vt ff. de iudic.l.j.* & *ij.* & *C. de iuriſd. omnium iudicum.l. ij.*

d Dominus ſolus, & quando iudicet inter ſuos vaſallos. vide hic Ramorat. & Lambraſca.

e Foriò curiam declinari poſſe. vide Gl. ſupra. tit. 15. in verbo, ad dominum.

f Domino iudicare nolente, quis vaſallo remedia competat.

g Iuriſdictio feudalis an partium conſenſu alteri poſſit attribui quàm domino, & ordinario.

h aliàs eſt l. ſtatim ff de iniur.

i Luc. 11. c. Mat. 12. c.

d ¶ *Cognitio.* Sed in quo loco [k] ſtabit ad cognoſcendum? Reſp. vbi ipſe ſtare voluerit ſalua honeſtate ſua, vt ibi maiorum eius mos fuit cognoſcere inter pares ſuos, ſi eos habuerit: *argu. ad hoc.ff. de inſtitia* & *iure.l.pe.in fine.*

k de hoc queſt. in proœmiali. l.

l Pares iudices domini, & vaſalli quemadmodum, & à quibus eligantur.

e ¶ *Per pares curiæ.* qui in concordia [l] domini, & vaſalli eliguntur. Sed ſi diſſenſerint in eis eligendis, tunc dominus primus eliget quem, vel quos voluerit: & poſtea vaſallus ſimiliter faciet ſecundùm numerum à domino comprobatum: ita tamen quòd ille vaſallus non eligatur pro pari [a] inuito domino, vel vaſallo, qui fidelitatem domino non iurauit: *vt ſuprà, de contro.feud.apud pares termin. cap. ſi inter dominum.* & hoc fortè ea ratione, quoniam debent ſub debito fidelitatis coniurari à domino, ſecundùm quòd hic ſtatim ſequitur. & *hæc vera, ſi dominus habet pares.* ſecundū,quod dicitur *ſuprà, prædi cap. ſi inter dominum.* Si autem non [b] habet pares, tunc iudicis illius, qui conuenitur, vel eius, in cuius foro res eſt, erit cognitio: cùm actor debeat ſequi forum rei: *C. de in rem act.l.ij.* & *C. vbi in rem actio ex deb.l. fin.* ¶ Sed quid ſi dominus non vult reſpondere cùm conuenitur à vaſallo, vel vaſallus à domino? Reſpon. tunc procedendum eſt ſecundùm quod dicitur *ſuprà, de mili.vaſal. qui contum. eſt. ca. dominus vocat militem.* ¶ Conſueuit quæri in quo loco [c] debeant ſtare pares ad cognoſcendum inter dominum, & vaſallum? Ad quod ita reſponderi poteſt, vt in eo loco ſtare debeant, de quo actum fuerit inter dominum, & vaſallum. Si autem non appareat de quo actū ſit, tunc ſtabunt in loco, in quo factum fuit compromiſſum à partibus: & tunc poterunt pares iubere partibus vt debeant venire coram eis in quacunque parte voluerint illius loci: dum tamen facilè partes in eum locum venire poſſint: nec ſit locus inhoneſtus: putà popina, vel lupanar.& hoc ad exemplum arbitri: *vt ff. de arbitr.l.ſi cùm dies.§.ſi arbiter.* Sed ſi pares non poſſent concordare de loco: tunc fortè dominus poterit iubere eos adeſſe vbi voluerit, ſalua honeſtate ſua: *vt ſ. not. eſt.*& hoc ideo, quia maior iudex eſt inter eos, cùm ab initio debeat eos coniurare ſub debito fidelitatis, vt dictum eſt: ſi autem nón eſt locus comprehenſus, in quo iudicare debeant, tunc videatur ille locus comprehenſus, in quo ſolet iudicari ſine incommodo litigantium: *arg ad hoc.ff de iudi.l.ſi locus.* Vel fortè poſſet dici, quod ſemper eſt domini electio, vbi voluerit cauſam ventilari: ſicut & aliàs habet primò electionem parium: vt dictum eſt.& ad hoc eſt argu. ſ. *de mi.va.qui contu eſt.* cùm ibi dicatur, quòd pares debent dominum adire,& eum ſalua reuerentia competenter cogere,&c. Vel dicas, quòd dominus primò eliget vnum locum, in quo primò cauſa incipiatur, & vaſallus eliget alium ſi voluerit, in quo viciſſim ventilabitur cauſa per terminos ſtatutos per ordinem, ſcilicet, ſemel in vno, & pòſt in alio; ſicut aliàs dominus habet primò electionem parium, vt dictum eſt: poſtea vaſallus, vt cauſa æqua lance trutinetur nec mirum, cùm dominus debeat reddere vicem vaſallo de iis quæ vaſallus tenetur domino præſtare: *vt ſ. de for.fide.in fi.*

a Pares, qui fidelitatem domino non iurarunt, inuito domino, vel vaſallo, iudices inter dominum, & vaſallum eligi non poſſunt, ſim. in Gl. ſupr. tit. 47.

b Vbi,& apud quem de feudo agatur inter vaſallum, & dominum nullos pares habentem.

c Pares quo loco iudicare debeant.

f ¶ *Terminetur.*& hæc vera ſunt, quæ dicuntur in §.iſto quando quæſtio eſt de feu.inter do.& vaſal. vel inter duos vaſallos. ¶ Quid ergo ſi inter dominum, & alium qui non ſit vaſal. de feu. quæſtio eſt, vel inter vaſal.& alium? Reſpon. tunc ab [d] alio iudice, ſub cuius iuriſd. erunt, vel ſaltē res, terminari debebit: *vt ſ. de pace te. §. ſi duo.* & *§.ſi.* & *ſ. de leg.Corr. c. ſi inter pares.* cùm [e] enim iſte caſus non ſit conſuetudinibus comprehenſus, meritò lege ſcripta vti ſine calumnia poſſumus: *vt ſ. de cog.feu.c.j.* vnde dicendum eſt, quòd actor ſequatur forum rei.

g ¶ *Sacramento.* Iurat [f] ergo vaſallus domino fidelitatem, & econuerſò ita dominus vaſal. vicem reddere debet: *vt in Decre. xxij.q.vlt. de for.fidelita.in fin.* & *xxij.q.v.c.prodeſt.in medio. vbi dicitur,* ſicut dilectionem iuſſi ſunt terrentibus dare, qui timent, &c. ACCVRS. FLORENT.

d Vbi,& apud quem agatur de feudo inter dominum, & extraneū non vaſallum.

e Conſuetudinē lex ſcripta ſupplet.

f Iurant inter ſe mutuam fidelitatem vaſallus, & dominus.

h ¶ *Excipiatur.* ¶ Nunquid ſeipſum debebit excipere, cùm iurat fidelitatem contra omnem hominem? Reſp. non: quia non eſt in illa vniuerſitate. nam in [g] generali ſermone non intelligitur perſona loquentis: *arg. ff. communia prædio.l. quidquid.*

g Generalis locutio perſonam loquētis non comprehendit.

QVÆ SINT REGALIÆ.

TITVLVS LVI.

Regaliæ [i], armandiæ, viæ publicæ, flumina nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia, portus, ripatica, vectigalia, quæ vulgò dicuntur telonia, monetæ, mulctarum, pœnarúmque compendia, bona vacantia, & quæ vt ab indignis legibus auferuntur, niſi quæ ſpecialiter quibuſdam conceduntur: & bona contrahentium inceſtas nuptias, condemnatorum, & proſcriptorum, ſecundùm quod in nouis conſtitutionibus cauetur: angariarum [k], parangariarum,& plauſtrorum, & nauium præſtationes, & extraordinaria collatio ad fœliciſſimam regalis numinis expeditionem: poteſtas conſtituendorum magiſtra-

QVÆ SINT REGALIÆ.

i Regalia. ſubaudi, ſunt armandiæ.

k ¶ *Angariarū.* Angariæ [h] ſunt perſonales præſtationes:

h Angaria paranga quid.

a Parangariæ quid.

parangariæ a, ex quibus præſtantur pecuniæ, & operæ: & colligitur obſcutè *ff. de muneribus, & honoribus, l. munerum. §. patrimonium.*

tuum ad iuſtitiam expediẽdam: argentariæ, & palatia in ciuitatibus conſuetis: piſcationum reditus, & ſalinarum, & bona committentium crimen maieſtatis, & dimidium theſauri in loco Cæſaris inuenti non data opera, vel loco religioſo: ſi data opera, totum ad eum pertineat.

QVOT TESTES ſunt neceſſarij ad probandam feudi ingratitudinem.

a *SI vaſallus.* Hæc lex in paucis conſuetudinibus inuenitur: & ideo ſuper eam dubito b ſi ſit lex vel non; vnde circa eam non inſiſto.

b De hoc nemo Doctorũ dubitat v. Bal. *& ſi vaſallus. ſupra, de capitaneo, qui curiam vendidit.*

DE NOTIS feudorum.

b *NOtandum.* Hic intitulatur, *de notis feudorum:* quia potiùs puto fortè notas, ſiue notulas ſuper feudis factas, quàm debeant eſſe de textu conſuetudinum: & hoc videtur probari ex eo, quòd quaſi omnes approbãtur per leges Romanas, & Lomb. vnde quaſi gloſſulas eas reputo vſque ad finem.

QVOT TESTES SVNT neceſſarij ad probandam feudi ingratitudinem.

TITVLVS LVII.

Ad probãdam ingratitudinem delicti, quinque teſtes requiruntur idonei, opinionis integræ, & manifeſtè probantes. BALD.

Imperator Henricus Auguſt. vniuerſo populo, &c.

SI vaſallus a inhoneſtis factis, atque indecentibus machinationibus dominũ ſuum offenderit, inſidiiſque eũ clandeſtinis, vel manifeſtis appetiuerit, vel inimicis eius ſuas amicitias copulauerit, atque in aliis ſic verſatus eſt, vt potiùs inimicus, quàm fidelis eſſe credatur, vel ſi eum cucurbitauerit, ſeu in campeſtri bello ſuum dominum reliquerit: feudo priuabitur. Quod non obtinere ſancimus, niſi † quinque teſtibus ſummæ, atque integræ opinionis probatum fuerit manifeſtè. Datum VIII. Idus Aug. fœliciter.

† Exceptio ad vox numerus. *ff. de teſtib.*

DE NOTIS FEVDORVM.

TITVLVS LVIII.

Notandum quòd moris eſt in fine libri ſupponere regulas, & aliquas cõcluſiones: idcirco autor huius operis quaſdam notulas, & regulas elicit concludendo, per eas terminans opus ſuum. vide ſecundùm Baldum concluſiones in qualibet materia feudorum. BALD.

NOtandum b eſt in feudo, quod de cauena ſeu camera dicitur, non debere dari niſi cùm ſit in camera, vel cauena vnde ſolui poſſit: vel ſi ita euacuata ſit cauena ſine culpa promiſſoris, expectandum eſt donec iterum de cauena, vel de camera dari poſſit. Dominum autem feudi dare poſſe intelligitur, omni ære alieno deducto. Non enim æquum eſt quem videre egentem, quem priùs habuit in coniugem, vel amicum.

1. ¶ Quòd autem pares tantùm debeant intereſſe inueſtituræ feudi, & non alij: hoc tunc verum eſt, cùm dominus vaſallos alios habuerit. Alioqui adhibeat dominus quos meliores poterit; liberos tamen argumentatione legis de vltimis voluntatibus, in Lombarda ſcilicèt illa quæ dicit: Si quis donationem facere voluerit de ſuis rebus alicui, vel inueſtituram: adhibeat ſibi de parentibus ſuis (& per eandem legem iurant) duos teſtes idoneos, vel tres, vel plures, pluralis enim locutio, duorum numero contenta eſt.

2. ¶ Item ſciendum eſt non eſſe impedimentum inueſtituræ, etſi inueſtituram faciat de re, quam communem dominus habeat cum aliquo: quia ſi ſpontè diuidere noluerit ille, cum quo habet rem communem: qui inueſtiuit: poteſt cogere per iudicem ille, qui inueſtitus eſt, vt diuidat. Item hæredes eius neceſſe habent tenere firmam inueſtituram, quam pater fecit. Item eadem lege, & eodem iure debet habere rem iſte, qui inueſtitus eſt, quàm haberet, qui eum inueſtiuit, cum cohærede ſuo, ſcilicet vt adæquatio percurrat vſque ad quadraginta annos. Item inueſtitura per ſe, vel per ſuum nuncium dari, & accipi poteſt: quæ omnia ſupradicta colligi poſſunt per ſupradictas leges Longobardorum, *tit. de vltimis voluntatibus. l. ſi quis. & C communi diuidundo. l. j. & ij.* Idcirco pares neceſſarij ſunt in inſtrumento inueſtituræ, & non alij: ne quid excogitetur falſitatis in perniciem domini, aliis teſtibus inductis, corruptis fortè pecunia, vel odio, vel gratia: quæ non ſunt ſuſpicanda in paribus.

¶ Si inſtrumentum diceretur falſum à domino, daretur defenſio vaſallo, qui inſtrumentum ad ſe deferret: *vt in Lombar. qualiter quis ſe defend. de. l. de chartis.* & auferetur domino, qui veritatem nouerit, & iniquum erit ſi aliquis ex dono ſuo conueniatur. Domini eſt defenſio ex ordine, cùm vaſallus non poſſideat.

¶ Notandum eſt, quòd de omni controuerſia, quæ inter dominum, & vaſallum oritur, ſi pares veritatem nouerint, omnino cogi debere à domino, & paribus dicere veritatem: qui ſi dicant ſe neſcire, cùm ſciant, & vaſallus poſtulet: dominus eos coget iurare, & veritatem dicere: *vt C de teſtibus. l. ſi quando. & in Lombard vt iudex vnus, &c. & in titulo qualiter quis ſe defen. de. l. ſi qualiſcunque cauſa. & tit. de teſtibus. l. vt quicunque. & l. vlt.*

¶ Cùm datur domino defenſio de inueſtitura, quæ dicitur eſſe facta, iurare debet ſe inueſtituram non feciſſe. Cùm verò datur ſucceſſori eius, iurare debet ſe non credere inueſtituram factam eſſe ab anteceſſore ſuo. Si qua inueſtitura facta eſſe dicetur, ſemper debet nominare dominum, à quo inueſtitura facta dicitur: cùm multum diſcrepet ſacramentum hæreditarium à principali ſacramento. *C. de reb. credit. & iureiurando. l. ij. & l. generaliter.* & vt habes de tutore, qui iurat quod credit, & exiſtimat: *& C de iuram. calumniæ. l. ij.* de conſcientia enim ſua iurare debet, & non de alieno facto: cùm iniquum ſit aliquem iurare de alieno facto, hæres, vel ſucceſſor, nec etiam filius: vt *ff. rerum amotarum. l. Marcellus.* ſed contrarium repetitur in Lombard. quia licèt filius minorem virtutem habeat, quàm pater; tamen debet præcisè iurare patrem ſuum non fuiſſe debitorem: *vt in Lombard. qualiter quis ſe defendere debeat. l. ſi contigerit.*

Hic eſt finis feudorum in editione vulgata. Sequuntur fragmenta, ſiue extraordinaria capitula, quæ doctiſſimus Cuiacius reſtituit ex Ardizone, & Aluaroto vſque ad finem libri quarti. Ac deinde liber V. ab eodem Cuiacio confectus ex variis Imperatorum diuerſorum feudalibus conſtitutionibus.

DE ALIENATIONE FEVDI.

TITVLVS LXXIII.

Ab hoc titulo incipiunt fragmenta, ſiue extraordinaria capitula, quæ nobis Ardizo, & Aluarotus conſeruarunt, hactenus neglecta ab omnibus: ſed non minoris fructus, quàm libri ſuperiores, quæ nos in titulos diſtinximus noſtro ingenio, non ope veterum librorũ, vt ſuperiores omnes titulos reſtituimus. Auctoritas verò cur non & tanta his, quanta ſuperioribus libris, aut cur illis maior? Et rurſum quãdo iſta iuris parte nulla veterũ prudentum ſcriptis indigentior eſt, quæ malum hæc ſtultitia, vt has inſuper reliquias nacti, à ſuperiorum librorũ principiis minimè diſcrepantes improbemus? Eſt autem hic titulus de alienatione feudi. *Maiori parte retenta feudũ alienari poſſe. Paulatim increſcit, vel decreſcit ius.* Obtinuit *& dimidia parte*

retenta

[illegible] alienari poſſe. De eo vero [illegible] ante Cuiaſ [illegible]

S Vmmopere in[illegible] curauimus, vt ſi quis aliquem de beneficio [illegible], quod ille, qui [illegible] fuerit, non poteſt per ſe [illegible] vendere, nec pro [illegible] locare, nec [illegible] maiorem partem apud ſe retinere [illegible] & ſi in [illegible] nulla ratione [illegible] poteſt. Quæ omnia ſi facta fuerint, nullius momenti erunt, & eo [illegible] omnia ad priorem dominum reuertuntur [illegible] & ſi dominus [illegible] fuerit paribus, pares [illegible] ſpatium [illegible] faciant [illegible] dominus [illegible] poſſeſſionem [illegible] rationibus [illegible] ſententiam.

DE FEVDIS SCVTIFER[illegible]

TITVLVS LXXV.

F [illegible] dominus [illegible] non eſt, [illegible] laudi [illegible]

DE [illegible] FEVDI [illegible]

TITVLVS LXXV[illegible]

V T[illegible] & non [illegible] dicimus, [illegible] beneficium [illegible] dantur [illegible] detecta [illegible] beneficium [illegible] non poterit retinere beneficium.

DE FIDELITATE.

TITVLVS LXXVI.

Q Vonam [illegible] fidelitatis [illegible] fecimus, [illegible] qui [illegible] dominum [illegible] ſecundum [illegible] dicimus [illegible] Si cui noſtri fidelis [illegible] ſecundum quoſdam librum [illegible] debet, & miles eam facere debet, [illegible] intra annum quod [illegible] miles ſecundum quoſdam de beneficio [illegible] quod contra præceptum domini Lotharij regis Papiæ datum videtur. [illegible] autem, quòd vaſallo [illegible] ſolet, non neceſſitate fieri, ſed voluntate. Eſt enim quoddam ſignum [illegible] fidelitatis memoriæ [illegible]. Et [illegible] vaſallus [illegible] domino ſe [illegible] fidelitatem, quam pares [illegible]: tunc non perdit beneficium, ſi ſtat per dominum, quod [illegible] curiam.

Qui fidelitatem [illegible]: ſi voluntate vtrorumque ſeparatio facta fuerit, fidelitas [illegible]: ſi ſua voluntate vaſallus, vel iudicio parium feudum [illegible], fidelitas durat.

SI PLVRES SINT DOMINI, VEL vaſalli, an plures fidelitates, vel ſeruitia debeantur.

TITVLVS LXXVII.

C Vm plures fratres vaſalli paternum habent beneficium, donec illud indiuiſum poſſident, vna fidelitas, & vnum ſeruitium domino fieri debet. Si verò partitum fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates. Seruitium verò non pro partibus, vt vnum primum, videlicet grauiora, ſed pro quantitate beneficij moderanda. Plures autem domini, etſi feudum inter ſe diuidant, nullo modo niſi vnam fidelitatem ex feudo habere poterunt. Seruitium vero omnibus non grauitate, ſed moderatione faciendum eſt.

CVLPAM VNIVS EX COHÆREDIbus cæteris non præiudicare.

TITVLVS LXXVIII.

C Vm feudum hæreditarium vni ex cohæredibus propria culpa auferetur à paribus per iudicium, cæteris non præiudicat. Hoc autem ita intelligitur, vt viuo eo, vel ſuis hæredibus feudum ad cæteros venire non intelligatur.

VT RATIO VASALLI, PRIVSQVAM domini, diſcutiatur.

TITVLVS LXXIX.

S I contentio fuerit inter dominum, & vaſallum, & dominus habuerit aliquam rationem contra vaſallum, & vaſallus contra dominum, vaſalli ratio priùs diſcutiatur: quoniam pares maiorem iuriſdictionem habent de ſuo pari, quam de ſuo domino.

DE EVICTIONE.

TITVLVS LXXX.

G Eneraliter verum eſt in feudis dominos de euictionibus teneri: at ſi ſciens inueſtituram alterius beneficij acquiſierit, eo euicto nullam aduerſus dominum vaſallum actionem habere dicimus: quoniam in acquirendo malam habuit fidem.

DE FEVDIS IMPROPRIIS, QVÆ [illegible]

TITVLVS LXXXI.

Feu[illegible] vita dantur pro mercede ſur[illegible] vel adminiſtrationis [illegible] nunquam [illegible] cum honore feudi etiam adempta [illegible] ſunt feuda impropria quod [illegible] tit. [illegible] de hac feudi qualitate contentio [illegible] aliud quàm proprium ait, hoc probat [illegible] inſtrumento publico, vt d. [illegible] item aliud, & [illegible] Cuiac.

N Vm quidem non minùs vtile, ſed ſatis congruum ſuperioribus adiecti, & ex comprobato vſu in ſcriptis bono arbitrio reducere procurauit. Si quis igitur pro vice dominicatia, vel villicatu, vel cam. pro decania, vel alio quolibet vnque angario feudum, quod improprium eſt, acceperit, niſi ſpecialiter hoc actum ſit inter contrahentes: id eſt, nominatim feudum cum honore feudi, & ita vt non liceat domino auferre, quod datum fuerat, etiam ſi adminiſtratio illa auferatur: quod datum penitus ablata adminiſtratione tunc omni obſtaculo auferre liceat. Si autem quod ſuperius dictum eſt, probare conetur, & quodammodo poſſidere vaſallum à quibuſdam credatur, non iureiurando decidi oportet: ſed teſtibus, vel inſtrumento, aliiſve legitimis probationibus cauſa firmiter approbetur.

PRIVS POSSESSIONEM RESTITVENdam eſſe, quam de proprietate cauſa agatur.

TITVLVS LXXXII.

S I qua contentio de beneficio inter aliquos (prout ſæpe fieri ſolet) orta fuerit, ſi vnus dominus, vel loco domini habeatur, & alter vaſallus, vel loco vaſalli habeatur, ſi per pares ſecundum vſum regni iudicium ventiletur, primò de ſuo recto beneficio inueſtiui

ſtiri debet, & ſi poſſeſſio aliqua perturbata fuerit, modò reſtitui debet.

SI VNVS EX FRATRIBVS DEDERIT ſuam partem fratri, vel domino, vel extraneo.

TITVLVS LXXXIII

SI alter ex fratribus, qui paternum habeat beneficium, ſuam portionem dederit domino, vel alicui extraneo: dominus, vel extraneus tamdiu teneat ſine præiudicio, quamdiu ille, qui dedit hæredem maſculum habuerit: ſi verò ſine hærede deceſſerit, alter frater, ſi vixerit, vel eius hæres ſine vllo obſtaculo, & temporis præſcriptione beneficium, quod hæreditarium eſt, vindicet à quocumque poſſidente. Hoc idem dicimus, & ſi fratres fuerint, & alter ab altero ex fratribus acquiſierit: hoc enim veriſſimum ex vſu comprobato didicimus.

PATREM IN FEVDO FILII non ſuccedere.

TITVLVS LXXXIV.

QVoddam vſui traditum recordationis cauſa in ſcriptis ponere procurauī. Si quis igitur habens filium, ipſum per dominum inueſtiri fecit, niſi nominatim cum domino pactus fuerit, vt ſi filius deceſſerit ante patrem, quòd feudum ad patrem reuertatur: dicitur defuncto ante patrem filio, patrem carere beneficio, & domino acquiri beneficium.

DE INVESTITVRA FACTA MARIto, vel vtrique coniugi.

TITVLVS LXXXV.

Per geſtorem accipi poteſt inueſtitura, & per procuratorem [illegible] *tit. iij. contra coniugi in feudo non ſuccedat, etiam ſi id* [illegible] *acquiſierint, ſicut nec frater fratri ſupra 1 tit. 11 & 1 1. Maritus ſi dominus inueſtituram fecerit, vt acquireret vxori, ille quaſi ſibi acquiſitum acceperit, vxori acquiritur feudi actio,* l. qui mil. ſi de dona. *Si ea iubente, vel ſciente, & tacente ita acceperit, marito acquiritur. Facti enim vxoris iuſſum imitatur. Hoc cum maritus accipit ſuo nomine nam ſi vxoris nomine quaſi geſtor, non dubium eſt vxori actionem acquiri.* CVIAC.

SI maritus de feudo ſuæ vxoris inueſtiatur ea abſente, niſi nominatim quaſi gerendo vxoris negotium inueſtiatur, ſibi acquirit feudum ea ſciente, vel iubente. Si verò vterque inſimul inueſtiatur, pro parte ſibi proficiunt: niſi cum iam dicta diſtinctione factum fuerit. & dicimus etiam, vt ſi vnus ante alterum ſine hærede deceſſerit, quòd alterius pars domino acquiratur.

DE FRVCTIBVS FEVDI

TITVLVS LXXXVI.

VNum quidem ſatis vſitatum dicimus, quòd ſi aliquis deceſſerit nullo [illegible] feudo relicto hærede, ius feudi ad dominum pertinere dicimus: fruges autem extantes non ad dominum, ſed ad filias ipſius vaſalli, vel etiam ad vxorem eius pertinere: & hac ratione creditor eas retinere poteſt, licèt pignus habere non poſſit: & hoc cum diſtinctione Imperialium Conſtitutionum.

AN PRÆSCRIPTIONE FEVdum acquiratur.

TITVLVS LXXXVII.

IN beneficiis, vt in cæteris contractibus, præſcriptiones currere ſatis humanum, & rationi congruum videtur. Si quis ergo feudum alienum bona fide ab aliquo iuſta traditione acceperit, licèt dominus non ſit, cùm vetus dominus in traditione putetur, longi temporis præſcriptione ius ſibi acquirit. Si verò malam fidem habuerit, nulla ſe poterit tueri præſcriptione, nec etiam de euictione agere poterit.

DE PROBATIONE INVESTITVRÆ

TITVLVS LXXXVIII.

Aut [illegible] *ſolet aut non. Si non ſolet, probare licet inueſtituram per pares* [illegible] *breue teſtatum* [illegible] *per vaſallis* [illegible] *probari* [illegible] *iuſiurando, aliove quo genere purgationis.* CVIAC.

DE ingreſſu curiæ à quibuſdam [illegible] diuerſa putantur: nos autem quod [illegible] rationabiliter in multis [illegible] intellexímus, in ſcriptis bonæ recordationis cauſa intererere procurauimus. [illegible] cum per inueſtituram [illegible] traditione [illegible] veritas [illegible] ſi poſſidet [illegible] Verumtamen [illegible] ſtes, vel per breue teſtatum probatio [illegible] eſſe dignoſcitur.

CONDITIONEM [illegible]

TITVLVS [illegible]

Beneficium [illegible] *Ducum* [illegible] *in aliam conferantur* [illegible] *etiam* [illegible] de [illegible] CVIAC.

BEneficia conditionalia, quæ in [illegible] bus curtis ex veteri tempore eſſe [illegible] tur: vtpote Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, [illegible] cum, Marchionum, Comitum, [illegible] neorum, hæc etiam [illegible] tribus, vel deinceps [illegible] tiones eos ſequuntur [illegible] ſe conditiones excipiuntur. [illegible] de his conditionibus, quæ nouiter [illegible] harum ſimilitudinem veriſſimum fore [illegible] placet.

FRATREM [illegible] FEVDO [illegible]

TITVLVS XC.

SI duo fratres in [illegible] minas de beneficio inueſtitura [illegible] tint, altero decedente filia relicta, neptem cum patruo ad feudum venire [illegible] cùm vnuſquiſque fratrum [illegible] bene [illegible] Si enim frater eius ſine vlla progenie deceſſerit, feudum non ad ſuperſtitem, ſed dominum perueniret, niſi pactum de ſucceſſione factum foret.

DE INVESTITVRA VETERIS & noui beneficii

TITVLVS XCI.

BEneficium intelligitur de veteri, & nouo: & cum de veteri ſit inueſtitura, [illegible] ſi de recto beneficio ſiat inueſtitura. Hæc autem inueſtitura ab vnaquaque perſona fieri poteſt, ſiue ſæculari, ſiue eccleſiaſtica, ſi antiquitus eorum conſuetudo fuerit. hæc ſecundùm quoſdam,

&

& à fœmina, & à minore xxv. annorum fit. De nouo ſi fiat inueſtitura, nominatim, & de certa re oportet fieri. Hæc inueſtitura à muliere ſecundùm quoſdam non valet: quibuſdam valere placet: quæ ſententia mitior eſt. A minore autem XVIII. annorum non valet: hoc etiam de minoribus anno xxv. aſſeritur, vt quibuſdam placet. A prælatis Eccleſiarum verò tradi, & legitimè dici poteſt iure, vt valeat inueſtitura, dum tamen diſſipator videri non poſſit: quod ſi aliter intelligeretur, nullum beneficium ab Eccleſiaſticis perſonis datum retineri poſſet. Dicitur etiam, quòd ſi cōiunctæ perſonæ gratia, vel etiam alicui alteri tale dedit feudum, quòd duos conſimiles vaſallos acquirere poſſet, inutile eſt beneficium.

IVSTO ERRORE EXCVSARI VASALlum qui fidelitatem non fecit.

TITVLVS XCII.

QVicunque paratus eſt facere bene fidelitatem domino ſuo, prout pater fecerat fidelitatem patri, vel anteceſſori domini: dum tamen hæc bona fide dicat, & non doloſè, ſed iuſto errore, omnino condemnari non poteſt. Cū enim controuerſia eſt inter ipſos per antiquitaté feudi, vel per breue teſtatum, vel per teſtes domino incumbit probatio, alioquin per vaſallum veritas inquiratur.

PACTVM FRATRIS FRATRI IN FEVdo paterno non nocere.

TITVLVS XCIII.

QVoddam ſatis bene diſpoſitum ad vtilitatem, & ad pernicioſam calliditatem deſtruendam in ſcriptis inſerere curauimus. Quidam miles bina beneficia à duobus dominis, prout ſolutum eſt, acquiſiuit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter ſe diuidentes alter eorum ſuo domino pro beneficio, quod ad eum venit, fidelitatem nullo antepoſito, ſicut pater fecerat, fecit. Alter verò frater alteri domino ſimiliter pro ſuo beneficio, quia alium nullum dominum habere videbatur, nullo antepoſito fidelitatem fecit defuncto poſteriore fratre ſine filiis, vtrumque feudum in vnam, vt priùs, venit perſonam: & ſic dominus talem fidelitatem quærit, qualem frater eius fecerat: quas altercationes amputātes dicimus illud, quod frater fecit, nihil ſuperſtiti obeſſe: licèt in ſecundam, & tertiam generationem, & vſque ad infinitum peruenerit.

DE FEVDO GVARDIÆ, ET GASTALDIÆ.

TITVLVS XCIV.

QVod nomine gaſtaldiæ, vel guardiæ in feudum datur, ablata gaſtaldia, vel guardia iure auferri poteſt.

DE SVCCESSIONE FEVDI.

TITVLVS XCV.

QVidam dominus habens beneficium, reliquit duos filios: & vnuſquiſque ipſorum habuit duos, vel tres filios: vnus illorum fratrum deceſſit, vna tantùm filia relicta: portionem illius non ad omnes ſuperſtites, ſed ad patruos illius, & ſuis poſterioribus pertinere dicimus.

DE INVESTITVRA ALIENI BENEFICII.

TITVLVS XCVI.

SI quis acceperit inueſtituram alterius beneficij, inutilis eſt hæc inueſtitura: & qui ſciens hoc agit, de euictione agere non poteſt.

NON AMITTERE FEVDVM EVM, QVI ſine dolo ceſſauit per annum in petenda inueſtitura.

TITVLVS XCVII.

INter dominum, & vaſallum nulla fraus debet eſſe, & inde poteſt accipi, ſi vaſallus non doloſè ſteterit per annum quærere inueſtituram ſui beneficij, non damnabitur. dolus enim abeſt, ſi iuſta cauſa impediente ſteterit, vel etiam cum amore ſeruitium fecerit domino conſcio. Dicimus autem vt ſi contra ea, quæ in fidelitate nominantur, fecerit, beneficio carebit.

EX DELICTO VASALLI FEVDVM ad dominum redire.

TITVLVS XCVIII.

VAſallus habens feudum deliquit contra dominum, cui iudicatum eſt. agnati cum domino litigant. quidam domino dicunt pertinere: quidam agnato. Dicimus autem ad dominum non pertinere donec aliquis maſculus ex delinquenti vaſallo supereſt. alij verò contradicunt.

DE FEVDO LIGIO.

TITVLVS XCIX.

SI quis inueſtitus de feudo ligio, pro quo contra omnes fidelitatem domino debet, Lucio, & Titio ex ſe deſcendentibus filiis, ſibi hæredibus inſtitutis, vita deceſſerit, diuiſione facta, ſi ad ſolum Titium feudum peruenerit, rationabiliter placuit eum ſolum fidelitatis ſacramento eſſe obnoxium, ad quem ſolita feudi iura tranſierint. quòd ſi ab alio domino Lucius poſtea feudum per inueſtituram acquiſiuerit, pro quo ſimiliter ei cōtra omnes homines fidelitatem fecerit: decedente Titio ſine liberis, ad quem deuoluatur feudum, quod ex diuiſione habuerat, an ad alium fratrem, an ad dominum quæri poteſt. & cùm placeat quem ligium hominem duorum eſſe non poſſe, videri poteſt feudum ad dominum pertinere: ſed rectius viſum eſt feudum, quod per inueſtituram acquiſiuerit, impedimento ei non eſſe, licereque ei per ſubſtitutum acceptabilem domino priori ſeruire.

IMPERATOREM FEVDVM AMITtere, vel alium pro ſe fidem dare.

TITVLVS C.

EX facto incidiſſe ſcio Fridericum principem noſtrum, cùm ab initio Dux eſſet, & pro Ducatu fidelitatem faceret, diuino nutu poſtea Imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate pro ducatu, petenti domino reſpondiſſe, non teneri ſe fidelitatem facere, cùm omne hominum genus ſibi fideli-

tatem

tatem debeat & ipſe ſoli Deo, & Romano Pontifici. Sed cum inſiſtente feudi domino de hoc contenderetur, proceribus prudenter viſum eſt, feudum amiſſum eſſe vel alium Ducem in Ducatu conſtituendum, qui feudo ſeruire debeat, & domino fidelitatem faciat.

ECCLESIAM FIDELITATEM non facere.

TITVLVS CI.

DE negotio ſuper quo nos conſulere voluiſti, tibi ſecundùm ius curiæ, & vſum feudi breuiter reſpódemus, quatenus pro feudo, quod ab aliquo per Eccleſiam detinetur, nulla ſit facienda fidelitas.

NON COGI VASALLVM PRO VNO feudo duas fidelitates facere.

TITVLVS CII.

INſuper etiam te inſtructum eſſe volumus, quòd ſi dominus, à quo feudum tenebatur, diem ſuum pluribus hæredibus relictis obierit: vaſalli, qui communiter illud tenent non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, niſi domini illud feudum primò partirentur: quoniam ſecundùm ius feudi non debet quis duas fidelitates pro eodem feudo habere.

FILIOS TANTVM SECVNDI MATRImonij matri in feudum ſuccedere.

TITVLVS CIII.

MVlier quæ feudum ſecundi viri contéplatione acquiſierat, ſi ex vtroque matrimonio ſuperſtitibus liberis deceſſerit, ſolos ex ſecundo viro ſuſceptos filios ad feudi ſucceſſionem admitti, vſu curiarum obtentum eſt.

CASVS, QVIBVS FOEMINA IN feudo ſuccedit.

TITVLVS CIV.

SI cui militi ad certum ſeruitium feudum fuerit datum, iſque relicta ex ſe deſcendente fœmina deceſſerit, quæ id ſeruitium iuxta feudi conditionem non minùs decéter præſtare poſſit, quàm maſculus, etſi inueſtitura minimè cautum ſit, vt & fœminæ ad id aſpirare valeant, eam tamen admitti rectum putamus: quinimo hoc caſu, ſimul cum maſculo in feudo eam ſuccedere quidam putant, quod multò magis dignum obſeruantia exiſtimauimus, cum feudum ſic datum eſt, vt nullum pro eo ſeruitium fiat, vt pleraque hodie feuda dantur.

Item ſi quis eo tenore de feudo aliquo ſit inueſtitus, vt in eo ſuccedant fœminæ, ſicut maſculi; ſiue feudum id ad certum fuerit datum ſeruitium, ſiue pro eo indeterminatè fuerit promiſſum ſeruitiũ, inueſtito moriente in feudum ſuccedunt pariter & mares, & fœminæ, quanquam enim ſuperſtite maſculo ex eo, qui primus feudum adquiſiuit, fœminæ excludantur, etſi maribus, & fœminis fuerat acquiſitum (vt in feudis regulariter tradi ſolet) ſermonem tamen inueſtituræ, necnon vim verborum, & ſenſu contrahentium intuentes, diſcretionem ſexus in eiuſmodi feudi ſucceſſione non fecimus.

Iugales à quodam milite ſimul de eodem feudo inueſtiti fuerant, vt in ſe, deſcendentéſque ſuos id haberent. Hi ex ſe filio, & filia ſuperſtitibus defuncti ſunt, inter quos feudi quæſtio agitatur. maſculus enim vniuerſum feudum ſibi vindicat: fœmina verò ad parentum feudum pariter cum fratre vocari ſe defendit. quidam pro maſculo, quidam pro fœmina pronunciant. Eorum, qui pro filia iudicant, ſententiam ſequendam eſſe cenſeo, cùm filia ex antedictorum iugalium contubernio ſupereſt ex prædefuncta vxore alio ſuſcepto maſculo, qui conſanguineus ad eam frater ſit. In cæteris priorum ſententia ſanè ſequenda eſt. quòd ſi ſola ex eo matrimonio relicta filia, nullo ex eo, vel alio connubio ſuperſtite maſculo, ab hac luce ſubtracti fuerint, feudum ſcindi fert prudentum noſtræ ciuitatis opinio, vt dimidiam quidem partem fœmina ſibi acquirat: reliquam verò dominus, aut eius hæres accipiat.

DE FEVDIS HABITATIONVM.

TITVLVS CV.

FEuda habitationum, niſi aliud ſpecialiter cautum ſit, morte accipientium finiuntur.

SERVOS POST DELATAM SVCCESſionem manumiſſos in feudum non ſuccedere.

TITVLVS CVI.

QVæſitum ſcio, dudúmque apud prudentes fuiſſe cauſam hanc: ſi ſerui, quibus macula ſeruitutis obſtaculo fuerat, libertate donati fuerint, an ad feudi ſucceſſionem valeant aſpirare? Denique poſt magnas varietates obtinuit ſententia diſtinguentium, quo tépore libertatis donum aſſecuti fuerint: vt ſi quidem eo tempore quo cohæres alter, vtpote his conſtitutis inhabilibus, aut dominus quaſi ad ſe deuolutum vindicaſſet, ab eius ſucceſſione ſint penitus alieni, ne quod legitimè factum eſt, ſuperuenienti facto poſtea retractetur: qui ſi re integra manumiſſi fuerint, in feudum rectè ſuccedere queunt.

VT VASALLI SVMPTIBVS DOmini ſeruitia præſtent.

TITVLVS CVII.

ANtiquarum eſſe ipſis rerum experimentis, nos ipſi cognouimus, fideles, niſi aliud contractibus pactiones inſertæ deſiderét, dominorum ſumptibus eiſdem ſeruitia miniſtrare. Iuſtum namque eſt, vt illi conſequantur ſtipendium, quo tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium: præſertim cùm nec quiſquam propriis cogatur impendiis militare, maximè cùm extra ciuitatis ſuæ tentoria ſeruitiis exhibendis eos conuenit fatigari.

VASALLVM FEVDVM POSSE in alium arctiori lege transferre.

TITVLVS CVIII.

NVlla iuris conſtitutione, aut conſuetudinis, vsúſque longæui obſeruantia prohiberi ſuſcitatus inuenio, vaſallum arctiori, quàm ipſe habeat, lege feudum in alium vbilibet poſſe transferre.

CLERICATV FEVDVM AMITTI.

TITVLVS CIX.

ET iure, & moribus receptum eſt, vaſallum clericali ſe militiæ dedicantem feudum amittere. Scriptum eſt enim in diuinis eloquiis: *Miles Chriſti ſeruiat Chriſto: milites ſeculi ſeruiant ſeculo.*

CONSTI

CONSTITVTIONES FRIDERICI SECVNDI IMPERATORIS INCIPIVNT.

TITVLVS PRIMVS.

DE STATVTIS, ET CONSVETVDINIBVS CONTRA LIbertatem Eccleſiæ editis, & immunitate locorum religioſorum vbique morantium, & fori priuilegio, & Gazaris, & Patarenis, & aliis hæreticis, eorúmque ſucceſſoribus, & nauigiis peregrinis, & aduenis quocunque locorum hoſpitantibus, eorúmque ſucceſſoribus: & de agricolarum ſecuritatibus.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator: ſemper Auguſtus, Marchionibus, Comitibus, cunctiſque populis, quos Clementia noſtra regit Imperium, ſalutem, & gratiam.

IN die, qua de manu ſacratiſſimi patris noſtri ſummi Pontificis recepimus Imperij diadema curauimus ad Dei, & Eccleſiæ ſuæ honorem edere quaſdam leges, quas in præſenti pagina iuſſimus annotari, per totum noſtrum imperium publicandas. Per Imperialia vobis ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus eas quiſque literas in ſuo diſtrictu irrefragabiliter, & inconcuſsè ſeruet.

Et ſunt hæ leges.

AD decus, & honorem Imperij, & laudem Romani Principis nihil omnino magis videtur accedere, quàm vt expurgatis quibuſdam erroribus, & iniquis quorundam ſtatutis penitus deſtitutis, de cætero Eccleſia Dei plena quiete vigeat, & ſecura gaudeat libertate. Sanè adeò infidelium quorundam & iniuſtorum iniquitas abundauit, vt non dubitent contra Apoſtolicam diſciplinam, & ſacros canones ſtatuta ſua confingere contra eccleſiaſticas perſonas, & Eccleſiæ libertatem †. Cùm ergo diſpoſitione diuina fauente nihil velit Eccleſia (quæ nihil debet præter bonum appetere) quod nobis eodem concurſu, & eadem non placeat voluntate.

† Verbum, & hoc facultas, plenè importat: et quia ſic licet ab omnibus regulis iuris ciuilis vt in l. omn. ff. de act. & leg. dicit & alibi, quòd verba prædicta importent, quòd quis nõ tenetur ſequi arbitrium legis omni iure c. in l. Electrom. & §. fin. ſemper verb. quomquam. de leg. 1.

1. ¶ Nos Fredericus) Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, hac edictali lege irritamus, & irrita nunciamus omnia ſtatuta. & conſuetudines, quæ ciuitates, vel loca, poteſtates, conſules, vel quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticas perſonas edere, vel ſeruare aduersùs canonicas, vel imperiales ſanctiones præſumpſerint: & ea de capitularibus ſuis mandamus intra duos menſes poſt huius publicationem edicti penitus aboleri: & ſi de cætero ſimilia attentauerint, ipſo iure decernimus eſſe nulla, & eos ſua iuriſdictione priuatos, ſuperiori protinus applicanda: necnon locum, vbi deinceps talia præſumpta fuerint, banno mille marcarum præcipimus ſubiacere: poteſtates verò, conſules, rectores, ſtatutarij, & ſcriptores dictorum ſtatutorum, nec non & conſiliarij locorum ipſorum, qui ſecundùm ſtatuta, vel conſuetudines memoratas iudicauerint, ſint ex tunc ipſo iure infames: quorum ſententias, & actus alios illegitimos præcipimus aliquatenus non tenere. Quòd ſi per annum huius noſtræ conſtitutionis inuenti fuerint contemptores: bona eorum per totum noſtrum imperium mandamus impunè ab omnibus occupari, ſaluis nihilominùs aliis pœnis contra tales in generali concilio promulgatis.

2. ¶ Item nulla poteſtas, vel perſona publica, vel priuata collectas, ſiue exactiones, angarias, vel parangarias Eccleſiis, vel aliis piis locis, aut Eccleſiaſticis perſonis imponere, aut inuadere bona Eccleſiaſtica præſumant: quod ſi fecerint, & requiſiti ab Eccleſia, vel ab imperio emendare contempſerint, triplum refundant: & nihilominùs banno imperiali ſubiaceant: quod abſque ſatisfactione debita nullatenus remittatur.

3. Item quæcumque communitas, vel perſona per annum in excommunicatione facta propter libertatem Eccleſiæ perſtiterit, ipſo iure imperiali banno ſubiaceat: à quo nullatenus extrahatur, niſi priùs ab Eccleſia abſolutus fuerit.

4. ¶ Item ſtatuimus, vt nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione, vel ciuili trahere ad iudicium ſæculare præſumat contra conſtitutiones imperiales, & canonicas ſanctiones. quod ſi fecerit, actor à iure ſuo cadat, & iudicatum non teneat: & iudex ſit extunc iudicandi poteſtate priuatus. Satuimus enim, vt ſi quis clericis, vel perſonis eccleſiaſticis iuſtitiam denegare præſumpſerit tertiò requiſitus, ſuam iuriſdictionem amittat.

5. ¶ Gazaros, Patarenos, Lenoniſtas, Speroniſtas, Arnaldiſtas, Circunciſos, & omnes hæreticos vtriuſque ſexus, quocunque nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus, atque bannimus: præcipientes, vt bona talium confiſcentur, nec ad eos vlteriùs reuertantur: ita quòd filij ad ſucceſſiones eorum peruenire non poſſint: cùm longè grauius ſit æternam, quàm temporalem offendere maieſtatem. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum Eccleſiæ, iuxta conſiderationem ſuſpicionis, ac qualitatem perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, tanquam infames, & banniti ab omnibus habeantur: ita quòd ſi ſic per annum manſerint, extunc eos ſicut hæreticos condemnamus.

6. ¶ Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt poteſtates, conſules, ſeu rectores, quibuſcunque fungantur officiis, pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum, quòd de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis vniuerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt, ita quòd a modò quandocunque fuerit quis in poteſtatem ſiue perpetuam, vel temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin nec pro

pro poteſtatibus nec pro conſulibus habeantur: & eorum ſententias irritas extunc decernimus, & inanes. 7. ¶ Si verò dominus temporalis requiſitus, & admonitus ab Eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica prauitate: poſt annum à tempore admonitionis elapſum, terram illius ipſis exponimus Catholicis occupandam: qui eam exterminatis hæreticis abſque vlla contradictione poſſideant, & in fidei pietate conſeruent: ſaluo iure domini principalis: dummodo ſuper hoc nullum præſtet obſtaculum. nec aliquod aliud impedimentum opponat: eadem nihilominùs lege ſeruata contra eos, qui non habent dominos principales.

8. ¶ Credentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum bannimus, firmiter ſtatuentes, vt ſi poſtquam quilibet talium fuerit ab Eccleſia excommunicatione notatus ſatisfacere contempſerit intra annum, extunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia, ſeu conſilia, vel ad eligendum aliquos ab huiuſmodi, neque ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, vt nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ei ſuper quocunque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quòd ſi iudex extiterit, eius ſententia nullam habeat firmitatem: nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam proferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, inſtrumenta per eum confecta, nullius penitus ſint momenti.

9. ¶ Nauigia quocumque locorum peruenerint, ſi quo caſu contingenti rupta fuerint, vel aliter ad terram peruenerint, tam nauigia ipſa, quàm nauigantium bona illis integra reſeruentur, ad quos ſpectabant, antequam nauigium illud periculum incurriſſet, ſublata omnium locorum penitùs conſuetudine, quæ huic aduerſatur ſanctioni: niſi talia ſint nauigia, quæ piraticam exerceant prauitatem, aut ſint nobis, vel Chriſtiano nomini inimica. Tranſgreſſores verò huius noſtræ conſtitutionis, bonorum ſuorum publicatione mulctentur: &, ſi res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum noſtrum modis aliis compeſcatur.

10. ¶ Omnes peregrini & aduenæ liberè hoſpitētur vbi voluerint: & hoſpitati, ſi teſtari voluerint, de rebus ſuis ordinandi liberam habeant facultatem: quorum ordinatio incōcuſſa ſeruetur. Si qui verò inteſtati deceſſerint ad hoſpitem nihil perueniat, ſed bona ipſorum per manus Epiſcopi loci tradantur hæredibus, ſi fieri poteſt: vel in pias cauſas erogentur. Hoſpes verò ſi aliquid de bonis talium contra hanc conſtitutionem noſtram habuerit, triplum Epiſcopo reſtituat, cui viſum fuerit aſſignandum: non obſtante ſtatuto aliquo, ſeu conſuetudine, ſeu priuilegiis, quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contrà præſumpſerint, eis de rebus ſuis teſtandi interdicimus facultatem, vt in eo puniantur, in quo deliquerint: aliàs prout culpæ qualitas exegerit, puniendi.

11. ¶ Agricultores, & circa ruſticitatē occupati, dum villis incident, dum agros colunt, ſecuri ſint quacunque parte terrarum: ita vt nullus inueniatur tam audax, qui perſonas, vel boues, agrorum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit, quod ad operam ruſticalem pertinet, inuadere, capere, aut violenter auferre præſumat. Si quis autem huiuſmodi ſtatutum auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplum ablata reſtituat, infamiam ipſo iure incurrat, imperiali animaduerſione nihilominùs puniendus.

¶ Nos verò Honorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, has leges à Friderico Romanorum Imperatore filio noſtro chariſſimo pro vtilitate omnium Chriſtianorum editas laudamus, approbamus, & confirmamus, tanquam in æternum valituras: & ſi quis auſu temerario, inimico humani generis ſuadente, quocunque modo has infringere tentauerit, indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum.

a QVOMODO in læſæ maieſtatis crimine procedatur.

Iſta rubrica eſt magiſtraliter poſita cauſa cõmodioris allegationis. & aduertendum eſt, quòd liber Authenticorum diuiſus eſt in nouem collationes a, poſtea ſuperuenit liber Feudorum, quem x. collationem vocamus b, poſtea ſuperuenerunt iſtæ constitutiones, quas vndecimam collationem appello: ipſáſque gloſſare volui ego Bartolus c de Saxo Ferrato, ciuis Peruſinus, vt multa vtilia, quæ in eis ſunt, omnibus innoteſcerent, & etiam ad laudem diuinæ recordationis domini Henrici Imperatoris ipſarum conſtitutionum auctoris, qui illuſtriſſimi domini Caroli quarti Romanorum Imperatoris nunc d regnantis, cui debito fidelitatis adſtringor: quia me ſuorum e conſiliariorum, & domeſticorum numero aggregauit, & me, meóſque poſteros, quos legum Doctores eſſe contigerit, legitimatione, & conceſſione veniæ ætatis, aliíſque priuilegiis, & gratiis decorauit. In nomine igitur Dei omnipotentis ad laudem, & reuerentiam præfati domini Imperatoris, ſuique aui, & ſtudentium vtilitatem gloſſas ex ordine infrà ſcripto, ſupponẽs quidquid per me dicetur, correctioni cuiuſlibet melius ſentientis: & quia textus eſt breuis, nullus me de gloſſarum longitudine inculpet. ſunt enim multæ gloſſæ, ex quibus hæc collatio multò vtilior redditur. BARTOLVS.

EXTRAVAGANTES CVM APPARATV, SIVE GLOSSIS DOMINI BARTO.

quas nonnulli xj.collationem appellant, fœliciter incipiunt.

QVOMODO IN LÆSÆ maieſtatis crimine procedatur a, TITVLVS I.

Henricus ſeptimus diuina fauente gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

AD reprimendũ b multorum c facinora, qui ruptis d totius debitę e fidelitatis f habenis g, aduersùs Romanũ Imperiũ, in cuius trãquillitate h totius orbis i regularitas requieſcit, hoſtili animo k armati conantur, nedum humana, verumetiam diuina præcepta, quibus iubetur quòd omnis anima Romanorũ principi ſit ſubiecta l, ſceleratiſſimis facinoribus m, & aſſiduis

b AD *reprimendum.* ¶ Primò, ponit cauſam legis condendę. 2. Secundò, ſtatutum generale in ordine procedendi in crimine læſæ maieſtatis. 3. Tertiò, ſtatutũ ſpeciale in modo procedendi contra contumaces. 4. Quartò, ponit clauſulam derogatoriam. 5. Quinto, declarat ad quos caſus extendatur. 6. Sextò, quo tempore ſumat vigorem.

c ¶ *Multorum.* ſed cùm multis 1 grauantibus, iudici à lege antiqua concedatur arbitrium, vt poſſit pœnas augere: *vt ff. de pæ. l. aut facta. § fin. & no. ff. de inſa. l. quid ergo. §. pœna grauior.* ideo hoc caſu hæc lex neceſſaria non videtur. Sol. antiqua iura dabãt arbitrium iudici imponendi pœnam maiorem maleficio liquidato hæc de nouo ſtatuit circa modum liquidandi dans poteſtatem: & hæc ſcilicet multitudo g delinquentium, eſt cauſa finalis legis condendæ: *vt j. dicam.*

d ¶ *Ruptis.* determinat verbum, *conantur*, quod eſt j. nec reſoluitur in conditionem: quia determinat verbum præſentis, vel præteriti temporis: ſecus ſi eſſet verbũ futuri temporis, vel reſpiceret faturum tempus: *vt l. à teſtatore. ff. de condi. & demon. & de vſu. l. euictit. quod tractans. ff. de condi. & demon. l. j.*

e ¶ *Debita.* iure diuino, & humano: *vt j. dicetur.*

f ¶ *Fidelitatis* Quædam h eſt fidelitas, quæ debetur proximo: ſcilicet non offendere eum, nec ei inſidiari. *ff. de iuſti. & iur. l. vt vim.* nõ autem tenetur eum defendere. *vt no. ff. de regu. iur. l. culpa caret.* 2. Alia eſt fidelitas, quæ debetur patri, quem quis etiam tenetur defendere verbo: quia debet patri indicare, quæ cognoſcit contra eum: *vt ff. ad leg. Pompe. de parri. l. j. in fin. & l. ſeq.* debet etiam ei reuerentiam: *vt in tit. de obſequiis.* non autem reperio quòd quis teneatur patrem defendere facto, ſcilicet opponendo ſe, vel ſimili modo

3. Tertia eſt fidelitas maior, qua quis tenetur domino ſuo quem non ſolùm tenetur non offendere: ſed vindicare verbo, & defendere facto: *vt x. coll. de for. fidel. c. j. & de no. fi. for. c. j.* Iſta debet quis principi ſuo oſtendere, & ſi ſciuerit, indicare. quod patet: quia conſcij etiam tenentur: *vt C. ad leg. Iul. maieſt. l. quiſquis. in fin.* tenetur defendere eum, *ff. de re mili. l. omne delictum. §. fin.* verè ergo hic dicitur *totius*: quia tota fidelitas debetur principi. Eſt enim Deus in terris: *C. de ſacroſanc. Eccle. l. iubemus nullam nauem. & ibi no.* & de eo ſcriptum eſt: *Diliges i Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis.*

g ¶ *Habenis.* Sicut enim per habenas equus rectè ducitur: ita per fidelitatem ducitur ſubditus à domino: quæ fidelitas k habet duas habenas, ſcilicet in faciendo quæ fieri debent, & non faciendo quæ fieri non debent: vt modò dixi. quæ duo præcepta ſunt duæ habenæ, per quas homo ſubditus ita ducitur: ſicut equus, & alia animalia ducuntur per habenas: & ita per iſta duo præcepta homo ducitur, & pacificus fit: ſicut equus per habenas, quas timet. & fuerunt hæc duo præcepta facta primis duob. parentibus: ſuper quibus pendent leges, & Prophetæ, & ſuper quibus totum vtriuſque iuris corpus fundatum eſt: *vt no. ff. de iuſtit. & iur. l. j.* & ideo benè dixit, *habenis.*

h ¶ *In cuius trãquillitate.* hoc patet. nam cùm a Imperium fuit in ſtatu, & tranquillitate, totus mundus fuit in pace, & tranquillitate, vt tempore Octauiani Auguſti. cùm autem Imperium fuit proſtratum: inſurrexit dira tyrannis, & hæc fuit huius opuſculi cauſa finalis.

i ¶ *Totius orbis.* Contrà quia maior pars mundi non obedit principi. Solu. illud de b facto. ſed de iure ſecus. Simile habemus de Daniele. 9 ca. vbi de Nabuchodonoſor, qui erat vniuerſalis Imperator, ſic ait: *Tu Rex regum es: Deus cœli regnum, fortitudinem, gloriam, & Imperium dedit tibi: & omnia, in quibus habitarent filij hominum, beſtias agri, & volucres cœli dedit in manu tua: & ſub ditione tua vniuerſa conſtituit.* & intelligendum eſt de iure: quia de facto non obedierunt ſibi omnia, vt legitur in Chronicis: *vt in dict. cap. per gloſ.* Item contra quia in c terris Eccleſiæ nullam habet iuriſdictionem: *vt in cap. paſtoralis. extrà de re iudi. in cle.* Solu.

1. Eccleſia habet ex donatione principis etiam ius, qui hanc legem condidit: *vt in cap. primo. extrà de iureiur. in cle.* vnde ipſe princeps habere videtur: *vt in l. prima. §. omnia enim. Cod. de vete. iu. enu.*

2. Vel licèt d alicuius particulæ dominiũ nõ ſit ſuum: tamen verum eſt quod hic dicitur: ſicut dicitur dominus gregis, etiam ſi vnum pecus non ſit ſuum: *vt ff. de rei vin. l. y. & ij.* & per hoc patet quòd Imperator rectè dicitur dominus mũdi: ſcilicet vniuerſalis, licèt ſingulares ſint domini prædiorum ſuorum vnde à poſſeſſore ipſe poſſet vindicare mundum: *vt l. benè à Zenone. C. de quadri. præſcrip. & ff. ad leg. Rho. de iac. l. d. precatio.* Nec eſt opus quod dicamus, quòd omnia ſunt ſua quoad protectionem e, &c. *vt no. in conſtitutione ff. in princip.* quia imò verè omnia ſunt ipſius, ſi vniuerſaliter conſideretur.

3. Vel tertiò inhærendo opinioni ſanctæ Eccleſiæ: primò fuit imperium Babylonis: ſecundò fuit imperium Perſarum, & Medorum: tertiò fuit imperium Græcorum: quartò fuit imperium Romanorum: vltimò adueniente Chriſto iſtud Romanum imperium cœpit f eſſe Chriſti imperium: & ideo apud Chriſti Vicarium eſt vterque gladius ſcilicet ſpiritualis, & tẽporalis. Chriſtus enim eſt lapis abſciſſus ſine manibus, cuius regnum nõ diſſipabitur. de quo prophetauit Daniel in dicto *ca. ix.* vbi hæc omnia imperia deſcribũtur expreſsè: dic ergo quòd ante Chriſtum imperium Romanum depẽdebat ab eo ſolo & Imperator rectè dicebatur quòd dominus mundi eſt: & quòd omnia eius ſunt. poſt Chriſtum verò omne imperium eſt apud Chriſtum, & eius Vicarium: & transfertur per Papam in principem ſæcularem: *vt extrà de elect. c. venerabilẽ.* vnde ſi dicimus, omnia ſunt imperij Romani, quia tunc Chriſti: verum eſt ſi referamus ad perſonam Chriſti. Si verò referamus ad perſonam Imperatoris ſæcularis: non propriè dicitur quòd omnia ſunt ſua, vel ſub ſua iuriſdictione, quia non terræ Eccleſiæ illas enim ſibi reſeruat Papa, in quo principaliter eſt imperium. in hac ergo conſtitutione ſi ſe retulit ad imperium, vel ſi ſe retulit ad perſonam ſuam: locutus eſt cautè. non g enim dicit quòd totius orbis iuriſdictio ſit ſua: ſed quòd totius orbis regularitas in eo requieſcit. nam & terras Eccleſiæ ipſe habet certo modo regulari: h ſcilicet defendendo eas, & ſeruando in deuotione Eccleſiæ: *vt iurauit in c. j. extrà de iureiur. in cle.* & hoc pro nunc tranſitoriè dico: quoniam opus per ſe requiritur quæ dico. quare ſic credo tenere Eccleſiam: ſic credo Imperatorem ſentire: & ſi malè hoc, vel aliud intelligerem, ſum paratus corrigere.

k ¶ *Hoſtili animo.* i. nihil debentis ſubiectionis, & reuerentiæ, ſecundùm H.

l ¶ *Subiecta.* ad Romanos *xij. c.* Sed ibi non dicit, *Romanorum principi: ſed, poteſtatibus ſublimioribus.* Sed de illo intelligendum eſt, ſub quo Chriſtum voluit naſci, & crucifigi. hoc imperium Eccleſia approbat, &c.

m ¶ *Facinoribus.* i. conſpirationibus in malã partem: *vt no. ff. de* [...]

a Imperij trãquillitas ad ſingulos eius ſubditos refertur.

b Imperatori vniuerſus orbis non obſequitur de facto.

c Imperator in terris Eccleſiæ nullam habet iuriſdictionẽ.

d Imperatoris quemadmodũ omnia eſſe dicantur, cũ non omnia poſſideat.

e Imperatoris ſunt omnia, nõ tantùm protectione, ſed verè.

f Malè. quãdo quidẽ ipſemet Chriſtus palã profeſſus eſt regnum ſuum nõ eſſe de hoc mundo.

g Totius orbis iuriſdictionẽ, & regularitatẽ in aliquo eſſe, & requieſcere, differunt.

h Imperator quo ſenſu dicatur regere terras Eccleſiæ.

publi.l.quanta. & facit *C.ad leg.Iul.ma.l.quiſquis in princ.*
a § *Rebellionibus.* quid ſit, dicitur ȷ̄. proxi.
b *Abſentia.* hucuſque poſuit cauſam impulſiuam: id eſt, vnam cauſam finalem, ſeu rationẽ legis condendæ: nunc ponit aliam: hoc modo. Primò, quomodo tempore factæ legis multi conabantur contra Imperatorem. & hæc fuit cauſa[a] impulſiua legis, non finalis: quod patet: quia cùm lex iſta ſit vniuerſalis, & perpetua, cùm & futura facta reſpiciat: illa facta præſentia, vel futura non ſunt eius cauſa finalis: tẽdit enim ad alium finem: ſic *ff. de poſtu l.j.§.ſexum & in Auth.de non alie.in princ.coll.ij.& in omnibus ll.relatis.* ad ſingulas perſonas, quæ tamẽ vniuerſaliter intelliguntur: *vt in j.conſtit C in fine.& ff.de legi.l.non ſingulis.* & ideo ſi iſta cauſa ceſſaret: quia non eſſent multi: ſed pauci ſic delinquentes, non ceſſarent leges: *vt in dicto §. ſexum.* & patet ex hac lege, quæ loquitur etiam quando cõtra vnũ proceditur, & quocunque caſu ſub crimine læſæ maieſtatis. & ſi in aliqua lege vniuerſali, vel communi, vel municipali poneretur aliqua cauſa impulſiua, non poſſet opponi quòd illa cauſa non ſit vera: quia non nocet: *vt C.de fal.cau.adie.l.j. & de cond.& demon.l.cùm tale.§ falſam.* & patet ex prædictis. Secus ſi princeps aliquid particulariter reſcriberet: quia nunc factum vnicũ, ſuper quo ſcribitur, poſſet eſſe cauſa finalis reſcripti: *vt Co.ſi contra ius, vel util. pu.l præſcriptione.& de diuer.reſcript.per totũ.* Idem ſi ciuitas, vel ordo decurionum aliquid ſpecialiter ordinaret ſuper quodam facto non vero: eſſet enim decretum ambitioſum: *vt ff. de decre. ab ordi fa.l.ambitioſa.* Poſuit enim vnam cauſam finalem Imperator, ſeu rationem legis condendæ, dum dixit, *ad reprimendum multorum facinora* Iſta enim nota vniuerſalis perpetua, & futura reſpicit & eſt finis, ad quem tendit Imperator: & hoc apparet ex natura gerundij[b], quæ eſt, vt[c] cùm ponitur in accuſatiuo, ſignificet cauſam finalẽ: *ff. de dolo.l j.§.in definitione doli.& de tute. l.j.in definitione tutelæ & ff ad exhib.l.iij §. j.* licèt quandoque ſignificet modũ. *l quibus diebus.§ j. ff.de condi. & demon.* Sed certè ille modus non eſt cauſa finalis ibi: ſed modus[d] appellatur, quãdo continetur onus explicandum ab eo, ad quem refertur: *vt ibi dixi.* Idem ſi ponatur in genitiuo caſu cum hac dictione, *cauſa*, vel cum hac dictione, *animo: vt ff.ad leg. Corn. de ſica.l.j in princ.& in §.j.& ij.& Cod.eod l.is, qui cum telo.* Nunc autem Imperator ponit alias duas[e] cauſas finales: ſcilicet ne proceſſus, vel ſententia retardentur. Item ne talia maleficia remaneãt impunita. ¶ Sed cùm in l. ſint plures[f] cauſæ finales, an requiratur quòd omnes occurrãt? *gloſſ.extrà de reſcript.cap.ij.* aut quælibet cauſa per ſe eſt ſufficiens ad producendũ effectum, & ſufficeret vna: & tunc coniuncta ponitur pro disiuncta: *vt l. ſæpe. ff.de verbo ſignifica.* aliàs requiritur concurſus omnium: quod verũ eſt quãdo in l. ponũtur plures cauſæ: hoc eſt, plura facta, ex quibus debet ſequi iuris effectus. tũc enim de facili cognoſcitur an quodlibet factum de per ſe ſit ſufficiẽs ad productionem effectus iuris. cùm ius certum ſit: *vt l.ij. ff.de iur.& fac.igno.* Sed quãdocunque in l. ponuntur plures cauſæ, hoc eſt, plures finales effectus, qui ex lege ſequi ſperãtur: vt in l.iſta: tunc an omnes requirantur, eſt dubiũ: ſed quando illi effectus ſunt ſeparati, & diſtincti, ſufficit alterã ex illis cauſis adeſſe: *vt Inſtitut.de nupt. §.affinitatis & no.ff.de his, qui notan.infa.l.liberorum.§.j & de priuil. credi. l ſi ventri. §. in bonis.* Sed ſi illæ plures cauſæ, & plures effectus tendant ad idem: tunc ſi vna cauſa ponitur vt ratio, alia vt ratio rationis: vel vna ponitur tanquã maior, altera vt minor ad probandum idem: tunc vtraque requiritur: *ff ſolu.matrimo.l j.& de petit hære.di l.ſed ſi lege.§.item ſi rem.* & hoc apparet hic: nam prima ratio, ſeu cauſa finalis eſt maior propoſitio: aliæ duæ quælibet per ſe facit minorem: hoc modo dicit Imperator, *Nos intendimus ad reprimendum multorum facinora*, &c. ſed iſta reprimuntur, ſi ſententia, & proceſſus non retardentur: ideo ſtatuit quòd procedi poſſit contra abſentes. Alio modo coniungitur & cum ſecunda cauſa. Tertia eſt ſi coniungitur cum prima: *Intendimus ad reprimendum talia facinora.* Sed iſta reprimentur, ſi nõ remanebũt impunita: ideo ſtatuit quòd poſſit procedi ſummariè, & de plano, vt ei videbitur: vt ſic faciliùs inueniatur. Prima ergo cauſa generalis eſt, & reſpicit vnũ effectum cũ quolibet earum: & illæ reſpiciunt ſeparatos effectus: vna, ne retardetur, alia, ne punitio extinguatur. & habet locum ſiue procedatur cõtra abſentem, ſiue contra præſentẽ: *vt ȷ̄. patebit.* ¶ Et non[g] extenditur hęc lex ad alium caſum ex identitate rationis[h]: quia contra ius commune eſt: *vt l.quod contra. ff.de legi.* vnde non tollitur, niſi quatenus exprimitur: *C.de appell.l.præcipimus.in fin.* regulariter[i] enim omnis cauſa requirit plenam cognitionem: *vt Cod.de iudic l.iudices.* & regulariter[k] in cauſis capitalibus non poteſt abſens condemnari.

¶ Colligitur autem[l] ratio legis diuerſimodè. Nam quædam ſunt leges declaratiuæ[m]: & ratio illarũ eſt regula iuris præcedẽtis: *vt patet ferè per omnes ll.Iuriſ.conſultorũ, maximè in dicto §. item ſi rei. & ff.de verborum obligationibus l.ſtipulatio iſta. §. alteri. & quaſi per omnes.* & illa propriè dicitur ratio. Quędam ſunt leges merè poſitiuæ: quia ad illud nulla ratio iuris antiqui vrgebat: & tunc ratio ex ipſa l. ſumitur, vel eius præfatione, ſi in ipſa exprimatur: *vt hic, & ff.de her.inſtit.l.fina.& ad Maced.l.j.* & illa propriùs appellatur cauſa finalis, quàm ratio legis: *vt l. cùm patn.§. dulciſſimis ff.de le.ij.& de condi.& demon. l. illa libertis & de iure pa l.adigere.§.quamuis.* finalis[a] ergo intentio l. eſt ratio: qua ceſſante[b], ceſſat lex: *vt d. ll.* vbi verò ratio[c] non apparet, debemus propriæ ſignificationi verborum ſtare: *vt ff. de exer. l.j.§ is, qui nauem.cum ſimilibus.* Accurs.

rebellionibus[a] demoliri: ne ex eorum abſentia[b], in deteſtando læſæ maieſtatis crimine proceſſus, & ſententia retardentur[c], & tanti ſceleris nefanda temeritas remaneat impunita[d]; hac edictali[e], Deo propitio, perpetuò valitura lege ſancimus, vt in quocunque[f] læſæ maieſtatis crimine, & maximè[g], vbi contra Romanorum Imperatores[h], vel reges[i] aliquid, quod dictum tangat[k], aſſeratur[l]

c ¶ *Retardentur.* ſic *C.de pœnis.l.ne diu.l. & correis.* Et ſubaudi, ne: & ſic ſunt duæ rationes.
d ¶ *Impunita.* vt *ff ad l.Aquil.l.ita vulneratus.cum ſimilibus.*
e ¶ *Hac edictali.* Hic incipit ſecunda pars, in qua ponit ſtatutum generale: & in eo ponit ordinem procedendi tam contra præſentes, quàm contra cõtumaces, ex eo quod dicit, *edictali*[d], apparet quod eſt generalis: *vt l iij.Cod.de legibus. & infrà dum generaliter.*
f ¶ *In quocunque.* cùm enim lex Iul.maieſtatis habet multa capita: *vt ff.eo.l j ij.iij.& iiij.* in quocunque crimine, cui competit aliquod dictorum capitum, habet locum hæc lex.
g ¶ *Et maximè.* hic præcedit genus, ſcilicet omne crimen, quod incidit in Iul.maieſ. additur ſpecies quando committitur in Imperatorem, vel Regem: & ideo non[e] ponitur implicatiuè, cùm totum ſit expreſſum: ſed ſignificat rationem in expreſſis legibus fortiùs vrgere: ſic *Co.ne ſi.pro pa. Authen.habita.* Sed ſi genus non præcederet, tunc aut per conditionem maximè additur conditio & tunc innuit idem eſſe in caſu contrario ſ.conditione non exiſtente: niſi ratione contrarietatis euitandæ oporteat dici, quòd dictio, *maximè*, abundet: *vt C.de mũ.teſt.l.fin.* & ibi not. *in glo.ſuper verbo, maximè.*

Sed ſi per hanc dictionem adiiciatur ratio, tunc indicat illam eſſe potiſſimam rationem, licèt alia ſit ratio: *vt l. & ſi maximè, ff.de ſeruis.leg.*
h ¶ *Imperatores.* poſt coronationem, &c.
i ¶ *Reges* ante coronationem: *vt extrà.de elect.c.venerabilem.*

¶ Et no. diligenter quòd ante[f] coronationẽ habetur vt generalis dominus (ſi enim eſſet priuata perſona, contra eũ facientes non inciderent in leg. Iul.maie. *vt hic patet*) & ſic poteſt adminiſtrare, & dare priuilegia: *vt extrà de priui c. ſuper quibuſdã. in Cle.& de iureiu.c.j.& ibi gl.* (& ſic ceſſat diſputatio Ia de Are. quam ponit Cyn *in l.bene à Zenone. C.de quadr.præſcrip.j.*) Poteſt etiam facere condemnationes: vt patet ex literis Domini Caroli Imperatoris conceſſis communi Peruſij, cum ego tunc apud ipſum legatione fungerer: vbi inter cætera ſic ait: *Omnes, & ſingulas ſententias, proceſſus, & cõdemnationes, mulctas, & videnationes, per quoſcunque diuos Romanorum Imperatores, & reges prædeceſſores noſtros contra vos, & ſingulas ciuitates communis Peruſij perſonas latas, ſeu promulgatas tollimus, & relaxamus.* Poteſt etiam ante coronationem conceſſiones aliorum Imperatorum tollere, & reuocare: quod patet ex aliis literis eiuſdẽ Imperatoris: vbi inter cætera conceſſit quædam, & adiecit, *Tandiu, quandiu per ſucceſſorem noſtrum regem Romanorum, ſeu Imperatorem non fuerit reuocatum.* quæ literæ ſunt Peruſij ſub bulla aurea. Et prædicta vera, poſtquam perſona eſt electa in Romanorum regem, & per ſedem Apoſtolicam fuerit approbata, antè autẽ videtur tenere gl.p. *in d.c ſi de iureiur. in Cle.* quod electi in diſcordia poſſunt adminiſtrare.
k ¶ *Tangat.* q.d. non ſolùm ſi ipſum crimen committitur: ſed ſi aliud, quod ipſum tangat. Hoc autem contingit quandoque[g] per modum antecedentis[h], vt mandatum, conſilium, perſuaſio: de quibus plenè dixi *in l non ſolùm. §. mandato. ff. de iniuriis.* Quãdoque per modum inhærentis tempore, quo delinquitur: vt auxilium, & opem dare. de quo dixi *in l furti. §. ope. ff. de fur.* Quandoque per modum conſequentis: vt in his, qui præſtant conſilium ad euadendum: *vt in l j.Cod.de rapt.virgin.* & dixi *in d. §. ope.* vel receptatore: *vt Cod.de his, qui la. l j. & ff.de recept.l j.* facit ad prædicta *ff.ad Turp lia l.j.§.incidit.& Cod.de hæret. Authẽt.credentes.* Quandoque per modum alterius actionis. vt ſi quis nollet venire ad perhibendum teſtimonium contra reum de hoc crimine: facit aliquid quod tangit hoc crimen. & hic habet locũ hæc l & idem ſi faceret vt reus captus euaderet: *vt ff.ad legẽ Iul. maieſt.l ſi cuiue.§. item qui confeſſũ. facit extrà de off.& po.iu.dele. c.j.* & ibi per Inn. & eſt ſimile verbũ *extr.de hæret.c.vt inquiſitionis officium.lib.vj.*
l ¶ *Aſſeratur.* quandoque per gloſſatorem additur vt verũ ſit: *vt ff. ſi qua.pœn.fe.di.l.j. in princ.& vi bo.rapt.l ait prætor.in prin.* alibi dicit glo etiam ſi verum non ſit, *vt ff.de do. l.j. in gloſſ.ſuper verbo, diceretur.* & illud placet in his, quæ reſpiciũt modum procedendi: *vt hic.* ſed in his, quæ reſpiciũt ſententiam, & executionem,

a Cauſa impulſiua huius legis condendæ.
b Gerũdij natura.
c Cauſam finalẽ denotat gerundium poſitum cũ accuſatiuo.
d Modus quid.
e Cauſæ aliæ finales huius legis cõdendæ.
f Cauſæ finales plures, quoties occurrunt in lege al. quæ an ſit neceſſe eas omnes concurrere ſimul, vt producãt effectum: an verò earum vna ſufficiat.
g Extendi ad aliũ caſum nõ debent ex idẽtitate rationis, quæ contra ius cõmune ſunt.
h Ratio legis ad alios caſus an extendatur.
i Plenã cognitionem regulariter quæuis cauſa deſiderat.
k Abſens in cauſis capitalibus regulariter condemnari poteſt.
l Ratio legis vnde colligatur.
m Legum aliæ declaratiuæ, aliæ merè poſitiuæ.
d Lex generalis ... generalis.

nem, aliæ glo. procedūt. *probatur ff. de procuratoribus l. qui omnia. verſ. plane.*

a ¶ *Poſſit.* non ergo imponitur neceſſitas: & ſic in [a] cauſis ſummariis, licèt non ſeruetur ordo, & procedatur ſolenniter, non vitiatur proceſſus: *vt extrà de verbo. ſign. c. ſæpe. in Cle.*

commiſſum, poſſit [a] procedi per accuſationem [b], inquiſitionem [c], ſeu denunciationem [d],

b ¶ *Per accuſationem* [b]. hoc ius commune eſt. Sed in hoc ſpeciale eſt, quòd ad accuſandum admittuntur infames [c], ſerui, milites, mulieres: *ff. ad leg. Iul. maie. l. famoſi & in l. in quæſtionibus* & accuſatio eſt nomē iuris. Sicut [d] enim actio eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. *Inſtit. de act. in prin.* ſic & accuſatio eſt ius perſequēdi vindictam pub. *vt Inſtit. de pub. iu. in prin.* & ius, ex quo ſumitur vindicta, eſt duplex [e], ſcilicet accuſatio, & officium iudicis. hoc autem officium exercetur, quando per inquiſitionem ad alterius denūciationem proceditur: (nam ſuper denūciatione inquiritur *vt ff. de cuſto. re. l. diuus & ꝫ dicā.*) quādoque per inquiſitionē factam proprio motu iudicis poteſt etiam ſumi accuſatio pro libello accuſatorio: *vt ff. de decu. l. ſi cui in pera. & ad Turpil. l. 1. §. accuſationū* & illo modo ſumitur hic. ¶ Sed quæro, quid ſi accuſatio eſt ineptè [f] formata: an valeat beneficio huius l. in hoc crimine? quod videtur, quia cùm nō ſit neceſſaria figura iudicij ergo nec libellus, qui eſt de ordine & figura. & hoc videtur expreſſum extra *de verborum ſignificatione. c. ſæpe. in Cle.* in contrarium facit quia hic permittitur procedi altero de tribus modis: ſcilicet per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionē: & ſuper quolibet iſtorum permittitur procedi ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij. vbi ergo per accuſationem proceditur, oportet accuſationem eſſe factam ritè: *vt l. non putauit. § non quærit ff. de contra tab.* alias ſi non eſt ritè facta, non eſt accuſatio: nec per eam delictum in iudicium deducitur: *vt ff. de adul. l. accuſaturus. & ad Turpil. l. 1. §. accuſationem. in, nulla erit, &c.* licèt ille §. faciat contrà quia eſt neceſſaria abolitio. *vt ibi. & de accu. l. libellorum. §. quòd ſi libelli* ergo videtur accuſatio aliqua. Sol. licet accuſatio ſit nulla: tamen qualiſqualis eſt, ſaltem de facto: & ideo eſt neceſſaria abolitio: vt ibi patet. Sed hic requiritur, quòd accuſatio ſit ritè facta in forma ſua, vt ſuper ea poſſit procedi ſecūdùm formam huius legis, facit quod not. *ff. de furt. l. ſi quis §. 1. Bar. de Saxoferrato.*

c ¶ *Inquiſitionem* [g] hoc ius eſt nouum: nam de iure communi non poteſt procedi per inquiſitionē, niſi in certis caſibus. no. in *l. ij. §. ſi publico. ff. de adul.* & ibi dixi, quòd quatuor [h] ſunt regulæ, in quibus poteſt procedi. 1 Prima, per officialis denunciationē: *l. diuus ff. de cuſto. reo. & Cod. de accu. l. ea quidem. & de decu. l. j. lib. x. 2.* Secunda regula eſt, propter incidentem cognitionem iuris: nam vbicunque iudex cognoſcendo principaliter reperit incidenter delictum eſſe commiſſum, poteſt de illo cognoſcere: *vt hic eſt caſus. & in d. §. ſi publi. & C. ſi aduer. lib. l. pe. & de condi. ob tur. cau. l. eutandi. & de calum. l. pen.* 3. Tertia regula, propter præcedentem generalem inquiſitionē: nam vbicunque iudex inquirendo generaliter de malefactoribus reperit aliquem deliquiſſe, poteſt ad inquiſitionem ſpecialem deſcendere: *vt l. congruit. ff. de offic. præſ. & ad legem Iul. pecu. l. iv. & in Authent. de coll. 3. iubemus. coll. ix.* 4. Quarta regula eſt, propter magnā offenſionem. vbicunque enim crimen committitur coram iudice, iudex poteſt ſuper illo per inquiſitionem procedere: *vt Cod. de calumn. l. 1. & de teſtibus. l. nullum. & de probationibus. l. penul.* & idē eadem ratione in omnibus delictis, quæ committerentur coram iudice: aliàs non poteſt procedi per inquiſitionem de iure communi *l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorē ff. de muneribus, & honoribus.* 5. Sed ſpeciale eſt hic, vt nulla ex prædictis regulis accedente poſſit procedi: *vt hic.* 6. De iure canonico poteſt procedi per inquiſitionem præcedente fama *vt extrà de accuſationi. ca. qualiter, & quando. & de ſimo. cap. licèt Hely* Sed tunc hoc eſt ſpeciale. quia procedi poſſet etiam fama nō præcedente: vt hic patet: quia ſufficit quocunque modo dicatur. & probatur ꝫ *l. proxim. ibi publicè vel occultè.*

¶ Sed cùm in accuſatione requirantur ſolemnia accuſationis: *vt ſuprà dixi*, quare [i] non requiruntur ſolemnia inquiſitionis? Reſpond. ſolennia accuſationis intelligo circa formam ipſius: vt dixi: quod autem in inquiſitione præcedat aliquod prædictorum, non eſt de forma inquiſitionis: ſed eſt vt aliquod antecedens, & proceſſus valeat, ſi non opponatur *extrà de accuſa. cap. j. lib. vj.* ſicut teſtamentum eſt teſtamentum ſecundùm ſui formam, licèt teſtator dicatur filiusfamilias, vel ſeruus, vel quid ſimile: *vt C. de edic. diui Hadriani tollen. l. ij.* Secus ſi in ipſo deficeret hæredis inſtitutio. ¶ Sed an forma [k] inquiſitionis ſit ſicut forma accuſationis? gloſ. *Inſtitut. de public. iudic. in princip.* dicit quòd non. Innocen. idem *extrà de purga. ca. c. finali.* Iacob de Bu. *Inſtitu. de accuſa. in princi.* dicit, quòd eadem forma, & eadem ſolemnitas requiritur, pręterquam in inſcriptione [l] ad pœnam talionis: quia cùm locum [m] accuſatoris ſubeat iudex: & inquiſitio loco accuſationis, eiuſdem debet eſſe naturæ: *vt l. j. § hæc actio ſi quis teſta. li. eſſe iuſ.* & hoc placet quantùm ad hoc, vt inſeratur locus, & tempus eodem modo: quia non debet in tanto crimine vagari: *vt ff. de iniu. l. prætor edixit. in princi. & de dolo. l. idem exigit.* Facit, quia ſi idem delictum apponitur per modum exceptionis. *l. ij. §. 1. ff. de doli exceptio. & extrà de elect. c. vt circa. lib. vi.* dixit plenè, *ff. de except. l. 1.* Nec obſtat extra *de procuratoribus. c. final.* & quod ibi per Innocen. quia ibi ſit inquiſitio contra certam perſonam: tamen generaliter quoad delicta. Secus ſi fieret de ſpeciali delicto. Item accuſatio debet in ſcriptis offerri: *vt l. libellorum. de accuſa. & C. de lit. conteſt. Authent. offeratur.* Sed cùm inquiſitio non offeratur iudici, ſed ipſe inquirat: non eſt neceſſe quòd prius formetur in ſcriptis, & poſtea redigatur in actis: ex quo ſequitur, quòd ſi in proceſſu non apparet quando fuerit exhibita accuſatio, nō valet, cùm ſit de ſubſtantialibus: *vt d. l. libellorum. & not. C. de accuſ. l. in cauſis.* Sed ſi nō appareret dies inquiſitionis formatæ, non vitiaretur proceſſus: quia dies, quo quis citatur ſuper inquiſitione, vel dies, quo reſpondit illi, poterit dici dies formatæ inquiſitionis cùm iudex ſemper inquirat: ſed non poteſt dici dies exhibitæ accuſationis, cùm hoc non pertinet ad iudicem. multa alia dixi circa materiam inquiſitionis *in d. §. ſi de publico.*

d ¶ *Denunciationem.* De iure antiquo non admittitur denunciatio, niſi [a] per officialem: *vt l. diuus. de cuſto. reo. & C. de accuſa. l. ea quidem, & ff. de offi. præſe. vrb. l. j. §. ſane.* De iure canonico admittitur denunciatio præcedente charitatiua monitione: *vt extrà de iudi. c. nouit. & extra de ſimo. c. licet Hely.* Hæc ergo lex introducit nouum in hoc crimine: quia per denunciationem factam à quocunque poſſit procedi.

¶ De officialis denunciatione [b], & de iſta materia plenè dixi *in d. l. diuus.*

¶ Sed de iſto denunciatore [c] priuato, dico quòd habet vim cuiuſdam mandatoris ſeu inſtigatoris: ideo deſiſtendo [d] incidit in Turpil. *vt ff. ad Turpil. l. j. §. incidit & l. ab accuſatore. §. denunciationes, eod. titu.* & ſi deſiſtat denunciator, impunè iudex ex illa cauſa dimittit proceſſum, ſicut delator mandatore ſubtracto: *vt ff. de iure fiſ. l. res, quæ. §. fin.* quod eſt verum, ſi in procedendo fuit nominatus denunciator: alias ſecus *ff. de iure fiſc. l. de eo.* Ergo tūc poteſt procedi ad denunciationem alterius, denunciante nō nominato: *vt d. l. de eo.* quia ex mero officio iudicis proceditur. Itē cùm in caſu illius l. illi tres modi procedēdi ſint æquè auxilia ordinaria: puta quòd ſi pendente inquiſitione ex officio, vel per denunciationem ſuperueniat accuſator: nō debeat recedi ab inquiſitione: cùm ceſſet ratio, quam ponit Dy. in regula, *actus legitimi. de reg. iur. li. vi.* Et quid ſi ex forma ſtatuti conceditur, quòd iudex generaliter poſſit inquirere de crimine: de hoc dixi *in l. ſi maritus. § fin. ff. de adult.* & hoc de denūciatione, quæ ſit ad vindictam publicam. 1. ¶ Ad [e] priuatam verò quandoque denunciatione iudex procedit in his, qui agere non poſſūt de iure: vt cum ſerui a dominis opprimuntur: *ff. de his, qui ſunt ſui, vel ali. iur. l. ij. & de offic. præfect. vrb. l. j. §. quod autem* 2. Item ad denunciationem patris, vel patroni conquerentis de filio, vel de liberto: *vt d. l. j. §. cum patronus. & de offic. procon. & le. l. nec quicquam. §. de plano.* 3. Item quando homines humiles opprimuntur à poteſtate, vel eis aliquid aufertur, vel ab eis promiſſio, vel cautio exigitur: *vt ff. de offic. præſi. l. illicitas. in prin. & quaſi per totam l.* & hoc ſentit Specul. in *titul. de denun. §. quis denunciare* & Ioan. Andr. *in cap. nouit extrà de iudi.* vbi dictas leges ſic intelligūt: quod eſt notādum: quia ad boni iudicis officiū pertinet, facta ei querela de prædictis, ex officio eius procedere: cùm tales per ſeipſos agere non poſſunt, vel non audent: quod placet: quia interpretatione adiuuandum [f] eſt, quod reipublicæ vtilitatem continet. ¶ Eſt & alia denunciatio [g] priuata, quæ locū habet in foro eccleſiaſtico, inducta per legē Euāgelicam: *vt d. cap. nouit. de iudi.* quæ quotidiana eſt, & per eam multa, quæ ſunt iuris ciuilis remedio deſtituta, reparari poſſunt: ideo ea proſequor, declarando quædam ab autoribus iuris canonici intacta. In hac enim requiritur, quòd quis primò moneat aduerſariū ſuum, qui peccat in eum, inter ſe, & ipſum ſolum, dicendo quòd cum in eum peccet, retinendo rem ad eum pertinentem, vel non ſoluendo ei tantam quantitatem ſibi debitam; quòd exeat de peccato. Quod ſi non faciat, iterum dicat idem adhibito vno teſte, vel duobus teſtibus. Quod ſi non faciat, tunc dicat Eccleſiæ. & ſic ad forum Eccleſiaſticum recurrat, petens quòd cùm peccet talis in eum, & de tal. cauſa requiſitus, & monitus, & prima requiſitione, & ſecunda ſecundùm doctrinam, & regulam Euangelicam emendari neglexit, & exire de peccato in periculum animæ ſuæ, & etiam cōtra conſcientiam, implorat eius officium, vt eum ad pœnitentiam cogat: *vt in dict. c. nouit.* Super hac denunciatione offertur libellus: lis conteſtatur: & ſententia in ſcriptis fertur ſecundum Hoſt. & Ioan. And *in c. nouit.* licèt in dicta *decret.* dicatur quòd procedatur de plano. quod quid importet infra dicam. Et contra perſonam ſic denunciantem non poteſt opponi quòd ſit infamis. Si tamen ſit correptus de crimine poteſt ſecundùm Innocen. & omnes. Poteſt autem opponi quòd eſt criminoſus, ſeu in peccato mortali. qualiter enim mouetur bono zelo ad correctionem alterius, qui non eſt ipſe correctus? ſecundùm Ber. & Inno. Sed Io. And. dicit, quòd in hoc genere denunciationis, vbi proſequitur quis propriū intereſſe, admittitur etiam criminoſus. Sed ei obſtat excōmunicatio,

Margin notes:

h Per inquiſitionem certis tantum caſibus & caſibus, iure ciuili procedi poteſt: & quouis iure, iure Canonico.

l Cur non ſolemnitates accuſationis requirantur in inquiſitione.

k Accuſatio, & inquiſitio an non differat.

l Iudex per inquiſitionē procedens, eſt loco accuſatoris.

a De denūciatione *vide Clarum lib. 5. §. vlt. quæſt. 7.*

b Denunciatio à quibus facta admittatur, ſeu qui denūciare poſſint.

c Denunciatio per officialem vbi fiat.

d Denunciatio ex hac lege ſit à priuato vel ad publicā, vel ad priuatā vindictam.

e Denūciatoris deſiſtētis pœna.

f Denunciatio ad priuatā vtilitatē vbi fiat; & quemadmodum iudex in ea procedat.

g Interpretatione adiuuāda eſt Reipublicæ vtilitas.

h Denunciatio priuata in foro Eccleſiaſtico vbi fiat,

tio, vel alia expoliatio vel deprædatio: *vt in c. cum dilectus. & ca. fin. de ordi. cog.* vel alia præiudicialis exceptio quod dicit *vt in c. noui. ſuper vltim gloſſ per eum.* Cōtra ipſam denunciationem, opponitur, quòd poteſt etiam haberi ſuper eo regreſſus ad iudicem ſæcularem: nam non debet iudex eccleſiaſticus eum indiſtinctè admittere: quia non [a] niſi in defectum iuſtitiæ, vel ſi crimen ſui natura ſit eccleſiaſticum, vel ratione pacis, vel iuramenti, vel quando crimen eſt notorium, vel quando non auditur in iudicio ſæculari, vel quia eſt obligatio naturalis tantùm, vel quando hanc proponit miſerabilis perſona, & depreſſa. *vt in dict. cap. nouit. de iud. & de pac. cap qualiter. lxxvij. diſtin. per totum. & de foro cōpe. cap licet. vide ad hoc nota per Ber. in cap. ex tenore per totum.* alias ſi indiſtinctè admitte. eius periret temporalis gladij iuriſdictio, & omnis cauſa per hanc viam deferretur ad eccleſiam. & ita tenet Ioannes Andr. *dict. cap nouit.* & hoc, quod dixi de obligatione [b] naturali, tenuit Innocent. *in dict. cap. nouit.* Sed cùm illud, quod deducitur pro Falcidia, vel Trebellianica, ſit naturale debitum: *vt not. Cod. ad tur. & fac. ign. l. cùm quis. & ff de condictione indebiti l. j. & de regul. iur. l. cuius per errorem.* ergo ille, qui retinet, peccat mortaliter, & contra eum poſſet procedi per formam huius denunciationis: ſed hoc videtur contra *cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. extrà de teſta.* vbi Papa pronunciauit has quartas poſſe retineri. Sed dico quòd ea, quæ dicta ſunt de obligatione naturali, intelligutur de naturali, qua quis tenetur eo ipſo, quòd quis locupletatur cum aliena iactura: quia quod alienum eſt, peruenit ad eum: *vt l. nam hoc natura ff de condict. indebiti*: vel de ea naturali, quæ originem habet ex conſenſu: vt ex pacto nudo, vel iureiurando interpoſito ab alio, quàm à liberto: *vt l. iureiurando. in princip. ff. de oper. lib. & de fideiuſſoribus. l. ſi quis pro eo. in princip.* Idem puto de eo, qui promittit ei, qui ſtipulatur alteri. *vt l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verborum obligat.* & quod ibi not. Secus de ea naturali, quæ à conſenſu non habet originem: vt in eo, qui ex maleficio obligatur ad pœnam: *vt l. non ſolum. §. j. ff de iniur.* In propoſito hæres dicitur teneri naturaliter: hoc eſt, habito reſpectu ad principia iuriſgentium, quo iure dicta quartæ deductio non erat inuenta non autem ex conſenſu: quia teſtator nunquam conſenſit, quòd ipſe obligaretur. nec etiam hæres adeundo hæreditatem: quia habuit, vel habuiſſe præſumitur animum quòd voluit vti beneficio legis. Item nihil habet de alieno: quia legatarij, & fideicommiſſarij certant de lucro. non autem petit quod ſuum eſt, vel ſuit. Vel dic, quòd naturalis obligatio non ſubeſt in eo, quod per Falcidiam venit deducendum, ſecundùm Pe. vt refert Cynus *in d. l. cùm quis. de iuris & facti ignorantia.* Quod non placet: vt plenè dixi *in l. j ff. de condict. indebiti.* Sed quid de obligatione [c], quæ tollitur præſcriptione? Reſpond. tunc actor audiretur a iudice Eccleſiaſtico per modum huius denunciationis. quia ei denegaretur audientia in foro ſæculari. Sed tu dices, præſcriptione [d] tollitur naturalis, & omnis eius effectus *vt l. fina. in princip. & per Dy. ff. rem ratam ha. & per Cyn. in d. l. cum quis.* Reſpond. tollitur omnis effectus eius ciuilis: nō autem poteſt tollere naturalem obligationem, quam retinendo incidit in peccatum mortale, ſed eo caſu, quo præſcriptio tolleret naturalem, ſecundum ea, quæ dixi *in d. l. fina. in prin. ff. rem ratam ha.* tunc ceſſaret hæc denunciatio. Quid de filiofam. tuto exceptione Macedoniani [e], an poſſit conueniri hac denunciatione, cùm naturaliter, & ciuiliter teneatur, licèt obſtet exceptio? puto quod non: quia hæc exceptio deſcēdit ex delicto creditoris circa illud commiſſo. *vt ff ad Macedonianum. l. j.* vnde poteſt opponi etiam denuncianti: vt ſuprà dictum eſt per Ioan. Andr. dum dicit, vel alia præiudicialis exceptio. Idem puto in qualibet alia exceptione propter odium, vel delictum creditoris competente, vel doli, vel ſimilis. facit *de condictione indebiti. l. qui exceptione.* Sed ſi creditor non deliquiſſet, tunc iure communi ſubueniretur: *vt ff. ad Macedonianum. l. ſi quis patrem.* Quid de muliere tuta Velleiano [f]? dico eam non poſſe conueniri hac denunciatione. cum etiam ſoluens repetat, ſecundùm cano. *extrà de ſolu cap. finali. & ibi not.* licèt enim teneatur naturaliter: tamen datur ei exceptio æquitate prædicta naturali propter ſuam imbecillitatem, & fragilitatem: vnde illa naturalis non habet efficaciam. Idem puto in pupillo [g] eo caſu, quo obligatur naturaliter tantùm, vt non poſſit conueniri per viam huius denunciationis, cùm illa naturalis non ſit efficax. quod patet: quia quotiens ille læderetur, etiam ſi ſoluiſſet, reſtitueretur ex edicto de minoribus naturali æquitate inducto: *vt Cod. ſi aduer. ſol. l. finali. & ff de condictione indebi. l. interdum. & de in integrum reſti. l. j.* Et idem [h] dico in quocunque caſu, ſi aduerſùs ciuilem, vel naturalem obligationem daretur reſtitutio. obligatio enim naturalis eliditur per exceptionem deſcendentem ex illa æquitate naturali: *vt l. ſi vnus § pactus ne peteret. ff. de pactis,* & ideo validior eſt obligatio naturalis ſola, cui nulla obſtat exceptio, quam ciuilis, & naturalis, cui obſtat exceptio: *vt not. ff. de compen. l. quæcunque.* Nam per exceptionem etiam eliditur naturalis obligatio. Quid de tuto [i] except. rei iu quam glo. dicunt inductam magis ad rigorem iuris obſeruandum, quam ex æquitate: *vt not. ff de condictione indebiti. l. qui exceptione. & l. Iul. & Cod de iuris. & facti* *ignorantia l. cùm quis*? Videtur quòd cùm ceſſet æquitas: & ſic naturalis non elidatur: *vt d. l. Iul.* poſſit conueniri per viam huius denunciationis: quia peccat mortaliter. Contra, immò non eſt locus huic denunciationi. quia licet peccet mortaliter, non tamen poteſt cognoſci per ſententiam, cùm ſemel ſit cognitum: *vt l. ſi quis cùm totum. §. planè. ff. de except. rei iudi. & §. ſi ancillam. & de re iudi. l. poſt rem.* Simile de eo, quod eſt deciſum per iuſiurandum, *vt d. l. poſt rem. §. j. & de iureiur. l. nam & poſtea. §. j.* pro quo facit. Nam in certis caſibus tantum permittitur vt propter inſtrumēta de nouo reperta detur reſtitutio: *vt de re iud. l. imperatores.* Modus [a] probādi hanc denunciationē hic ſit, vt prima denunciatio probetur per ſe ipſam, cùm dicat, *Corripe eum inter te, & ipſum ſolū.* Sed an denunciatus poterit probare contrarium: quod videtur de facili: quia poſſet probare rex Franciæ, quòd rex Angliæ nunquam fuerat ei locutus. Sed contrarium puto: cùm prima denunciatio dicatur fieri per ſeipſum, etiam ſi fieret interueniente organo: ſcilicet epiſtola, vel ſecreto nūcio: *vt ff. de conſtitu. pecu. l. qui autem §. finali & l. ſeq.* huius cōtrarij quodam modo impoſſibilis eſt probatio Secunda denunciatio eſt approbanda per ſe, & vnum alium legitimè deponentem, vel per ſe, & duos alios: cùm dicat: *Adhibe tecum vnum, vel duos: cùm in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum.* Tertia denunciatio, quæ fit eccleſiæ, probatur per ipſum libellū denūciatorium datum ipſi iudici eccleſiaſtico. Quarta, ſcilicet quòd peccat in eum. probatur probando quòd detinet rem ſuam, vel quòd eſt ſuus debitor. Hæc autē eliditur [b] hoc modo: *Dicit denunciatus, non pertinet ad te cognoſcere, an iuſtè, vel iniuſtè detineam: hoc autem ſcio, quòd teneo non contra conſcientiam* & hoc ſufficit vt vltrà eccleſia non procedat. licèt enim probet quòd res fuit ſua, vel debita, potuit deſinere: & ſic non ſequitur quòd contra cōſcientiam non teneat: licèt quando ordinariè agitur, ſufficit probare ſuū, vel ſibi debitum, niſi aduerſarius probet cōtrarium. Sed in hac denūciatione ſatis eſt, ſi denunciatus aliquā iuſtam cauſam alleget quare contra conſcientiam non teneat: licèt cauſam non probet. creditur enim ſibi ad purgandum conſcientiam ſuam, niſi ſcandalum, vel publicum peccatum, & manifeſtum ſit, tunc enim debet de ſatisfactione conſtare, ſecundum Innocentium Sed Hoſtienſis contrà: quia ſi ſemel fuerit meum, vel mihi debitum: adhuc præſumitur, niſi probetur contrarium: *vt C. de probationibus. l. poſſidetis.* Ioan. And. videtur ſtare dictis Innocen.

§ Tu dic, ſi denunciatus dicit ſe non tenere conſcientiam ſuam, & nullam cauſam allegat, nō ſufficit: *vt l qui interrogatus. de petit. hæredi.* Idem ſi alleget cauſam iniuſtam: *vt l nec vllā. §. j. eodem titulo.* Sed ſi alleget cauſam iuſtam: tūc ſi quidem cauſa eſt dependens ex eo facto: quia dicit ſe ſoluiſſe. Si negat poſitiones denunciationis videlicet quòd eſſet ſuum, vel ſibi debitum: & probatum eſt contra eum: non debet poſtea credi aſſertioni ſuæ: *vt ff de probationibus. l. cùm de indebito. & extrà de ſo. c. fina. & C. de non numera pe. in Authen contrà qui propriam. cum ſimi.* Conſcientia [c] enim alterius non debet probari, niſi ex indicijs: *vt C. de dolo l. dolum.* Sed illud eſt indicium legitimum, & lege probatum. Si verò confeſſus eſt intentionem actoris: ſcilicet fuiſſe ſuum, vel ſibi debitum dicit tamen ſe emiſſe, vel ſoluiſſe, vel quid ſimile: tunc ſi denuncians non probet intentionem ſuam aliter, quàm tali confeſſione, debet ſtari dicto eius ad excuſationem conſcientiæ ſuæ: *vt Cod. de teſtibus. l ſi quis teſtibus. & de ſenten. & interlo. l cùm Papinianus & de iureiu l. eum, qui in prin.* Si autem denunciator poteſt, & vult aliter probare, quàm ex confeſſione denunciati: tunc ceſſat talis præſumptio: quia fortè ideo confeſſus eſt, quia ſciebat poſſe probari. hoc probatur *in gl. in dicta l. eum, qui in prin.* igitur tunc erit recurrendum ad coniecturas: [d] ſcilicet cuius vitæ, cuius conditionis eſt iſte denunciatus: vtrùm eius aſſertioni debeat credi. *vt l. non omnes. § à barbaris. ff. de re militari.* hoc etiam pendet ex quantitate rei petitæ: vtrùm ſit magna, vel parua: argument. eius, quod not. *in l. admonendi ff. de iureiurando.*

¶ Sed ſi cauſa quam allegat, eſt talis, quæ ab eius facto non pendeat, & ſic dicit ſe habere ab alijs: an debeat eis credi, videndum eſt, qui ſint illi, a quibus habuit, & cuius opinionis, & vtrùm hoc dixerit ante litem motam, vel poſt. argument *extrà de teſtibus. cap. licet.* ex quibus etiam puto quòd ſi hoc habuit à procuratore [e] ſuo, cui hoc mandauerat, ſatis ſit: *vt ff pro emptore l. quod vulgo.* Idem ſi defunctus ſcriptum reliquit, rectè ei credit hæres [f] ad excuſationem ſuæ conſcientiæ: *vt l. qui cùm maior. §. penultimo. ff. de bon. liber.* Idem ſi aliqua indicia legitima appareant, ex quibus pars poſſit informare conſcientiam ſuam: *vt l. mariti. §. lenocinium. in princip. ff. de adul.* Si verò informaret conſcientiam ſuam ex præſumptionibus non legitimis, non excuſatur. licèt enim non teneat contra conſcientiam ſuam: habet tamen ſecundùm conſcientiam erroneam, & ſic peccat, niſi conſcientiam erroneam deponat, & deponere cogetur: *vt extrà de ſententia excommunicationis. cap. inquiſitionis.* vbi probatur hæc diſtinctio. Sed tu dices, non per hoc probatur denunciatio, quæ dicit, quòd peccat in me, retinendo meum, vel mihi debitum. nam apparet quòd non peccat detinendo, ſed erroneam conſcientiam habendo, ſed certè ſinali-

rerum

a Iudex Eccleſiaſticus de quibus cognoſcat.

b Iudex Eccleſiaſticus quēadmodum cognoſcat de obligationibus naturalibus.

c Iudex Eccleſiaſticus quemadmodum cognoſcat de obligatione, quæ tollitur præſcriptione.

d Præſcriptione tollitur naturalis obligatio, eiuſque effectus ciuilis at non naturalis.

e Iudex Eccleſiaſticus nō cognoſcit de obligatione naturali filij familias ex mutuo obligati.

f Iudex Eccleſiaſticus nō cognoſcit de obligatione naturali mulieris fideiubentis.

g Iudex Eccleſiaſticus nō cognoſcit de obligatione naturali pupilli.

h Iudex Eccleſiaſticus nō cognoſcit de obligatione naturali eorū, quibus reſtitutio in integrū dari ſolet.

i Iudex Eccleſiaſticus non cognoſcit de obligatione naturali eius, qui tutus eſt ſola exceptione rei iudicatæ, vel iuriſiurandi.

a Denunciationes Eccleſiaſticæ quot, & quemadmodum quæque probandæ.

b Denunciatio Eccleſiaſtica quemadmodum eliditur.

c Conſcientia alterius non eſt proba. niſi ex indicijs.

d Coniecturæ ex vita, & conditione denunciati, ad fidē eius habendā, vel non habendā.

e Procuratori fidē quemadmodum dominus habere poſſit.

f Hæres defuncto admo. ſcripto habere fidē non inepte poſſit.

ter in hoc peccat hæres, qui retinet. & ſic videtur probata denũciatio. Sed qualiter peccat hæres in eo, quòd defunctus tenebat contra conſcientiam? Reſpond. fortè ipſe hæres ſcit: & ſic contra conſcientiam retinet. ſi verò ignorat: tunc priùs hæredi notificandum eſt, & taliter, quòd in eius cadat notitiam, vel cadere debeat: *vt Digeſtu, ſi certum petatur. l. quod te. & Digeſtu, depoſi l. ſi quis inficiatur.* & poſtquam notificatum fuerit, debent fieri denunciationes: nam textus dicit, *quòd ſi peccauerit in te frater tuus,* &c. priùs ergo debet præcedere peccatum, quàm fiat denunciatio. Sed ſi hæres non patiatur ſe certificari: certè in hoc peccat, & perinde eſt ac ſi certificatus eſſet: argumen. *Digeſtu quod vi, aut clam. l. j. §. Ariſto.* ſententia [a] autem ſuper hac denunciatione fertur. quòd ſi reperitur denunciatus peccare, in denunciatione præcipitur ei, quòd exeat de peccato. & ad hoc per ſententiam excommunicationis compellitur: *vt dicto capitul. nouit.*

summariè [a],

a Denunciationes Eccleſiaſticæ ſententia, [illegible], & quis [illegible]

¶ Et not. quòd ſolùm in his tribus modis procedendi loquitur hæc conſtitutio, ſcilicet per accuſationem, inquiſitionem, & denunciationem. in aliis verò modis procedendi, vel per exceptionem nihil immutatur. de quo dic vt dixi, *ff. de adult. l. ij. §. ſi publico.* & iſtis tribus modis procedendi attribuuntur iſtæ tres qualitates, quæ ſequuntur.

a ¶ *Summarie* ſumma, id eſt, breuis: vel ſumma, id eſt, prima: vt not. *ff. de ſtatu hominum. l. ſumma.* & ſic ſummariè [b]: id eſt, ſummatim, vel breuiter, vel primariè, vt oſtẽdam. hæc materia tangitur per gloſ. *in l. ij. §. ſciendum ff. ad exhibendum* & in Specul. *de off. iud. §. poſtremo.* vbi ponit tractatum Ioannis Sazioli de Piſis.

b Summariè quid

¶ Sed ad maiorem declarationem dic, quòd hoc, ſcilicet vt ſummariè [c] cognoſcatur, quandoque adijcitur toti cauſæ: quandoque vni articulo.

c Summariè cognoſcere qs [illegible] vel de tota cauſa, vel de vno articulo.

De primo intelligere debemus circa ordinem procedendi ſummariè: id eſt, breuiter. Et hoc, quod dico *breuiter,* non intelligitur diminutiuè: ſed ita quòd totam ſubſtantiã comprehendat: *vt l. j. ff. de regulis iuris.* & ideo qui aliquid dicit in ſumma, omnia membra principalia ponit: *vt ff. de cõdictione indebiti l. in ſumma.* vbi proceditur ſummariè, tunc conteſtatur lis ſubaudi, fortè ſi ſententia tribuit ius finale: aliàs ſecus. Et hoc dico quòd in proceſſu nihil debet de ſubſtantialibus omitti: & ideo libellus [d] debet eſſe ita plenè formatus, ſicut & quando ordinariè proceditur: *ff. ad exhibendum. l. ij. in principio.* 2. Item conteſtatur lis *l. tigni §. ſi quis non poſſideat. & §. idem ſcribit. & l. Iulianus § prom. de ff. ad exhibendum.* 3. Item ſententia definitiuã datur: *vt l. ij §. præterea ff. ad exhibendũ. & de in litẽ iurando. l. in actionibus in prin. & ff. de liber. agno. l. ſi quis à liberis. § ſi quis ex his* licet quidam dicant quòd illa eſt ſententia interlocutoria: vt ibi tangitur ſecũdum Guil. 4 Sed gloſſ. *C. commi. vel epiſ. l. j.* innuit quod in his ſummariis nõ requiratur ordo, quod non placet, per dictas leges. 5. Expeditur autem iſte proceſſus breuiter: quia licèt alias non poſſint dilationes breuiari, niſi cauſa cognita tamen hic abbreuiandi illa ſola eſt cauſa ſufficiens, quòd cauſa debet agitari ſummariè: *vt ff. de re iudicata. l. ij. in fine* nõ tamen ita poteſt abbreuiari, vt probationes legitimæ pereant. hoc enim impediret cauſæ cognitionem quod non poteſt: quia cauſæ cognitio eſt ſubſtãtia iudicij: *vt C. comm. vel epi. l. iudex. & l finali & not. Cod. de ſenten. l. prolatam.* Sed ea, quæ ſunt de ſubſtantia, nõ poſſunt omitti per hoc quod dixit, *ſummariè,* vt dictum eſt, ergo, & probatur extra *de verborũ ſignificatione, c ſæpe. in Clementinis.* 6 In hoc proceſſu, ſi exceptiones opponantur, quæ requirant altiorem indaginem. ſi quidem poſſunt per alium iudicem examinari, per iudicem non admittẽtur: ſed in aliud iudicium ſeruabuntur: *vt l. ille, à quo. § ſi de teſtamẽto ff. ad Trebellianum. & l. iij §. ibidem ff. ad exhibẽdum.* Si verò in alio iudicio examinari non poſſunt, etiam in illo examinãtur: *vt in dicto §. ibidem. in fine.* & ita intelligit gloſſ. dum dicit, de exceptionis quæſitis pro poſſeſſione retinenda. ſed poſſe reſpuere illa, quæ non poſſunt alibi examinari, auferretur ius partis, & etiam cognitio tolleretur, quod non poteſt: vt dictum eſt. illa autem non dicitur habere altiorem indaginem, quæ poteſt examinari intra tantum tempus [e], intra quantum principalis proceſſus expeditur: etiam ſi hoc opponeretur: *vt l ſi is, à quo in princip. ff. vt in poſſeſſionẽ leg.* 7. Item ſicut in his caſibus, in quibus ordinariè agitur, quis citatur perẽptoriè. ita & in iſtis caſibus, vbi agitur ſummariè: quod patet in interpoſitione primi decreti, & ſecundi, quod ſummariè fit, & oportet quòd præcedat peremptorium: *vt C de his qui ad Eccleſiã cõfugiunt, l. finali* aliàs, *præſenti. § ſed ſi hoc facere. & C. quomodo, & quãdo iudex. l. conſentaneum* & Cynus not. *ff. de dãno infecto l. ſi finita. § Iulianus.* Tempore autem feriarum nõ poteſt procedi niſi in caſibus expreſſis. *ff. de feriis l. j. & ij. & quamplurimis aliis legibus* Nõ obſtat prædictis, *extrà de verb. ſignif. c. ſæpe* quia tota hæc gloſſa procedit, quando ſummariè tantũ debet procedere: ibi quando omnia illa verba iunguntur ſimul de quo infrà dicam: 8. Circa modũ probãdi in hac ſummaria cognitione ſciendum eſt [f], quòd plena probatio eſt facere iudici plenã fidem: *vt C de eden. l. procuratoris. & de cõdic. ob tur cau. l. j. & ff. de probationib. l. quinquaginta.* habet autẽ hæc plena fides ſuos gradus. nã quandoque quis incipit ſuſpicari [a]. hoc eſt, à leui argumẽto in vnam partem inclinare. quãdoque quis incipit opinari [b] animum ſuum aliqua ratione ſatis forti. nõ tamen quòd credat nõ poſſe eſſe cõtrarium, quãdoque procedit vltrà, & incipit credere ita forti ratione q firmiter inhæret vni parti, nec de cõtrario aliquo modo dubitat. & iſta eſt plena probatio, [c] & plena fides: & hæc naturalis dicitur. & probatur, *ff. de quæſ. l. j. in princ.* vbi ad tormẽta ſeruorum ita demum venire oportet, cùm ſuſpectus eſt reus, & aliis argumẽtis ita probationi admouetur, vt ſola cõfeſſio ſeruorum deeſſe videatur. quod enim dicit, cùm ſuſpectus eſt reus, denotat primum gradũ, quo quis incipit peruenire ad fidẽ: id eſt, ſuſpicionẽ. quod verò ſubdit, *& aliis argumentis:* denotat ſecundum gradũ, quo incipit opinari, quod verò ſubdit de cõfeſſione ſeruorum, denotat vltimum gradũ: ſcilicet quòd plena fides habetur, & dicitur plena probatio. hoc etiã probatur *ff de teſtibus l. iij. §. eiuſdem. in fin.* ibi quicquid autẽ credas, aut parũ probatum opinaris, &c. & hoc plenius dixi *in repetitione l admonendi ff. de iureiur.* vbi de ſemiplena probatione tractaui. Nunc autem ad propoſitũ dico, quòd quædã ſunt cauſæ ſũmariæ [d] modici, & quaſi nullius præiudicij: & in his ſufficit probatio per iuramentũ: *vt ff. ad exhibendum l. theſaurus.* nõ enim nocet domino, ſi patitur me cauentem de damno infecto quærere theſaurum meũ in fundo ſuo. Idem vbicũque petitur exhibitio ſola: ſecus ſi in actione [e] ad exhibendum veniret poſſeſſionis trãſlatio: *vt l. Celſus. § Iulianus ff. ad exhibendum.* 9. Vel ſi aliter per exhibitionẽ damnificaretur reus, tunc nõ ſufficeret probatio per iuramẽtum: ſed requireretur alia: vt ſtatim dicam. In his enim vbi ita modicum præiudicium vertitur: ex ſolo iuramento iudex ad ſuſpicionem, ſeu opinionẽ inducitur. Quædam [f] ſunt, in quibus aliquale præiudicium fit reoꝫ tamẽ poteſt reparari per alium iudicium: tũc alia probatio requiritur, quam per iuramentum: ſcilicet per vnum teſtem, vel aliqua iudicia, & veriſimilia, ita quòd in ſuſpicionẽ, vel opinionem iudex adducetur: *vt ff. ad legẽ Aquil. l. in leg. Aquilia ſi deletum:* ibi, *ad ſuſpicionem indud. & de Carboniano edicto. l. iij §. cauſa:* ibi, *modicũ pro puero facitem. & de venire in poſſeſſionem mit. l. j. § ſi in ea.* & iſta probatio dicitur facta ſummariè. hoc eſt, primariè, quaſi ad primum gradum probationis perueneri: ſcilicet ad ſuſpicionẽ, vel opinionẽ. & iſtud eſt, quod dicimus, prima facie videtur quòd ſic, vel prima frõte: *vt C. de edicto diui Hadria. tollen. l. finali.* vel etiã poteſt dici ſummariè, i. breuiter. Nam ad plenam [g] probationem ſecũdum cõſuetudinem hodie approbatam per Decretales, requiritur quòd fiant articuli, & quòd ſingulariter, & diſtincte probẽtur. hic verò ſufficit quòd ſummatim negotiũ probetur *vt dicta l in lege Aquil.* ibi, *ſũmatim negotio expoſito.* & hoc intelligo in cauſis ſummariis valde fauorabilibus. ſc. ne propter probationes deficiant: vt alimentorum, & ventris. Si verò nõ ita fauorabiles eſſent, licèt poſſint per aliud iudicium reparari: tunc quantumcumque ſint ſummariæ, in eis plena probatio requiritur [h] ex parte agentis. Dicitur autẽ ſummariæ, reſpectu defendentis: quia ſi accuſator diceretur per calumniam poſtulare, vel aliquam exceptionem opponere, quæ requireret altiorem indaginem: differretur exceptionis probatio, ne impediretur actoris intentio: *ff. vt in poſſ. leg l ſi, à quo. §. ſ. & de præto. ſtipul l. j. §. penultimo. & ff ad Trebel. l. ille, à quo. §. ſi de teſtamẽto.* & idẽ dico [i] de omnibus poſſeſſoriis iudiciis, quę dico ſummariè examinari. *vt C. vnde vi l. momẽtanea. & not. C. quorum leg. l. j. in gloſſ.* & poſſunt per iudicium petitorium reparari. nam in eis dico quòd requiritur ex parte agentis probatio, *d. l. j. C. quorum bonorum, vbi expreſsè dicitur* Circa verò exceptionem aduerſarij, & circa dilationes poterit verſari dicta ſummaria cognitio. & ſummaria dicitur hoc caſu, quaſi prima facie hoc videatur, cùm iura partis non perfectè diſcutiantur.

d Per medium [illegible] tempus relinquitur arbitrio iudicis, ſecundum Ge. in d. Clem. ſæpe.

f Idem in repet. [illegible] & Franc. [illegible] loquuntur [illegible] admonendi. ff. de iureiur.

a Suſpicio q

b Opinio quid

c Fides plena quid.

d Iuramento quæ cauſæ finiri poſſint, vel nõ poſſint.

e Vide plenè per Ang. Aret. in § præterea. [illegible] Inſtit. de actio

f Vnico teſte iudiciis, & veriſimili ſuſpicione. vel opinione quæ cauſæ definiri poſſint.

g Plenæ probationes, aut non plenæ in quibus cauſis requirantur.

h Idem Ioã de Imo. Petr. de Ancha & Ge. Nat. in d Clem. ſæpe. de ver. ſig.

i Sequuntur Bar. & Sa. in l. [illegible] C. quorum bo.

¶ Quædam ſunt, in quibus partibus verſatur præiudicium: nec poſſunt in aliud iudicium reparari, niſi per appellationem, vel aliis modis legitimis. & in his ſi dicatur procedẽdum ſummariè, intelligitur ſolùm quoad ordinem: ſed ab vtraque parte probationes, & defenſiones audiuntur: *vt Cod. de naufrag. l. de ſubmerſis.* licèt ibi ſit pluſquam ſummariè agendum: *vt extrà de verborum ſignificatione. cap. ſæpe. in Clement.* in his enim cauſis debet intelligi illa conſtitutio: & ſic requiritur hic. Si enim in cauſis, vbi ponuntur omnia alia vocabula: ſcilicet *ſummariè, & de plano,* &c. ſi hoc eſt in dicta Clementi. *ſæpe.* multò minus hoc eſt, vbi dicitur ſummariè tantùm procedi. & prædicta vera vbi contra præſentem proceditur. proceſſus autem, qui fieret contra abſentem, ex quo poſſet contra eum aliquod decretum interponi, vel definitiua ſententia ferri: ſemper debet dici ſummariè agitari. nam cùm merita cauſarum partium aſſertione pandantur: *vt l. fina Cod. ſi per vim, vel alio modo.* Si ſic parte abſente, non poteſt dici quòd plenè liqueat iudici. forte enim ſi pars fuiſſet præſens, aliquid oſtendiſſet. & ideo totum, quod probatur, dicitur conſtare ſummariè: hoc eſt, primariè: id eſt, prima facie. & ideo geſta parte abſente non ita porrigunt effectus ſuos ad extraneos [k]: *vt l. qui repudiantis. & l. Papinianus. §. meminiſſe ff. de inofficioſo teſtamento. cum ſimil.* & ſic ſummatim cognoſcitur: vt dicit gloſ. *Cod. de bonis auto. iudi poſſeſſ l. cùm proponas & Authent. ibi poſita. & ff ex quibus cauſis in poſ ea.*

k Et idem dicendum eſt regulariter de ſententia lata in cauſa ſummaria quia regulariter non porrigit ſuum effectum ad alias perſonas, nec facit præiudiciũ in cauſa plenaria. Bal. in l. ſiuum, ff. de his, qui ſui vel alie. iur. ſunt

l.Fulcinius. §.j. & ibi glo. dicit, quòd ſecundum decretum non præcedit ſummaria cognitio:& quòd in eo requiritur probatio per inſtrumentum,vel per idoneos teſtes:*vt l.fina.C.de bo.auto. iudi.poſ.* Sed in primo decreto:quia ibi generatur modicũ præiudiciũ, quod poteſt de facili reparari, ſufficit probatio per iuramentum:vt probatur *in Auth.de exhib.& intro.re.§.ſuſcepto.aliàs §.ſi verò quidam iurent.*quod enim ſit dictũ ſummatim,ſẽtit Specul.*in dicto §.poſtremò.circa fi.*¶ Et ſi quæratur,quæ ſint cauſæ ſummariæ: gloſſ dicit quod regulariter omnis [a] cauſa requirit plenã cognitionẽ:*vt l.iudices C. de iudi.*fallit in caſibus,quos [b] enumerat *ff ad exhib.l.iij §.ſecũdum.* Specu.idem dicit,& certos caſus enumerat. ſed Dyn.*ff.de prætor ſtipul l.j §.penult.*dat regulas, ſic: Vbicunque agitur cauſa, in qua ſententia lata tribuit ius finale,&aufert plenũ ius,& tribuit alteri:ibi deſideratur cauſæ cognitio plena.vbi verò ecõtrà, non deſideratur plena,ſufficit ſemiplena.*vt ff.quis ex in bon poſſeſſ ſerue.l.ij & de bon.poſſeſſ. l.iij.§ ſi cauſa cognita.* Sed certè illæ leges hoc nõ probant.nam diſtinguunt verùm detur de plano,an iudice ſedente pro tribunali. nam aliud eſt dicere, *de plano,* & aliud eſt dicere, *ſummariè:vt j.dicam in ſequen.gloſſ.*nam bonorũ poſſeſſio,quæ tribuit ius, datur iudice ſedente pro tribunali: & tamen non datur in forma iudicij:*vt no in d §.ſi cauſa cognita.*ſuæ tamẽ regulæ mihi placẽt [c]:vt dicamus ſic:vbicunque ſententia data tribuat ius finale, nec poteſt per aliud iudiciũ reparari, nec per appellationem,vel aliud remedium,tũc requiritur cauſæ plenaria cognitio regulariter:*vt in dicta l iudices.C.de iud.*fallit in caſu *d.l ſubmerſis Cod.de naufra.* Item in caſu huius conſtitutionis.Item in caſibus,qui ponuntur *in c.diſpendioſam extrà de iudic.in Clemen* Item in caſibus, in quibus ſententia poteſt fieri cõtra abſentẽ, & negotium liquidari: *vt C.quomodo, & quando in Authen qui ſemel.& C.vbi de crimine agi oportet Auth etiã. qua in prouincia.* Item vbi peruenitur ad ſecũdum decretum:vt dictum eſt.a Secunda regula eſt,quòd vbi cauſa agitur, ſuper qua ſentẽtia lata non parit magnum præiudicium, vel parit tale,quod per aliud iudicium poteſt reparari abſque alia appellatione, vel reſtitutione,vel ſimili remedio:tunc procedẽdum eſt ſummariè. Illud probatur in omnibus exemplis poſitis *in dicto § ſciendum.in gl.* & in eo, quod ſuprà dixi de iudicijs poſſeſſorijs. ſed hoc quod dico ſummariè, diuerſimodè accipitur: vt ſuprà oſtenſum eſt. Sed dicas tu,nulla l.antiqua reperitur,quòd agatur ſummariè. nam *in dicta l.iij.§.ſciendum.ff.ad exhibendũ.*dicitur quod ſummatim debet cognoſci an actoris interſit.& ſic illum articulum tantùm dicit examinandum,nõ totam cauſam. ſimiliter in cauſa alimẽtorum,& Carboniano ſummatim examinatur an ſit filius:& ſic vnus articulus:*vt ff.de liberis agnoſcendis.l.ſi quis à liberis § ſi vel parens. & de Carboniano edicto.l.iij. § cauſa.* & idem in ſimili. Sed vbi aliquid, quod eſt principalis cauſa intentionis, venit examinandum ſummariè, meritò tota cauſa dicitur ſummaria.[d]

a Plenam cognitionẽ litis omnes generaliter requirũt: *vt hoc adde Gl. Nouell. de exhibenda, & introducendis 53 cap. § in verbo,* declarat.

b Plenam cauſæ cognitionẽ requiri, vel nõ requiri quibus argumẽtis colligamus

c Iſtam doctrinam ſequitur Ge. *in d. Clem. ſæpe.*

2. ¶ De ſecundo videlicet quando hoc:ſcilicet quòd cognoſcatur ſummatim,additur vni [d] articulo,qualiter intelligatur: ad hoc dico, quòd ſi cauſa principalis eſt ſummaria, & omnes articuli ſunt ſummarij eadem ratione, vt dictum eſt. ſi verò cauſa principalis requirit plenam cognitionem cauſæ, tunc de emergentibus, & incidentibus videamus.

3. ¶ Dico quòd quædam [e] ſunt emergentes [f],in quibus ſiue quis vincat,ſiue vincatur,cauſa principalis propter hoc nõ perditur, & in his ſemper dico ſummariè cognoſcẽdum, exẽplum *ff.de petit.hæreditat.l.ſi quis libertatẽ in fi.& de interroga act.l.defenſor.§.illud.* nec dico hîc, vel in alijs emergẽtibus,vel incidentibus agi ſummariè reſpectu ordinis:quia in his ordo attẽditur reſpectu ipſius cauſæ principalis. Sed dico ſummatim cognoſci reſpectu probationum:quia cùm res ſit modici præiudicij,ſufficit quòd oſtendatur iudici ſic eſſe prima facie:*vt dictis legibus*

4. ¶ Quædam ſunt emergentes,in quibus ille,qui illas emergentes proponit,ſi vincit,propter hoc non vincit cauſam principalem: ſed remanet in dubio. Sed ſi perdit in illa emergenti, perdit cauſam:vt cùm actor in prima dilatione nihil probauit: vel reus intentione actoris fundata, in prima dilatione nihil probauit:petit ſecundam. ſi obtinet, non vincit cauſam:ſed remanet in dubio probationis.ſi verò perdit in illa emergẽti:abſque dubio perdit cauſam. In iſtis ſiquidẽ loquimur de probatione impedimenti fienda ab eo,qui petit ſecũdam dilationem: dico quòd ſufficit ſummaria,& ſemiplena probatio: quod patet quia ſufficit probari per iuramentum.*vt extrà de exceptionibus c paſtoralis.& ff.de excuſa.tutorũ l.ſcire oportet. § ſufficit in fine.*& ita determinauit Papa,vt retulit Specul.*in titul.de appellationibus.§.nũc verò.ver.quid ergo.* quod tenet Guil.*in l ij.§ ſi quis cau.* & huius caſus eſt ratio: quia conſequitur modicum commodum, vt dixi. Sed quando de probatione impedimenti tractaretur: tunc illud non aſſero probari ex ſolo iuramento, & per ſolum iuramentum: ſed conſidero iſtam emergentem ex parte reſiſtentis: quia ex denegatione huius dilationis. conſequitur magnum cõmodum: & ſi vult impedire,requiritur cauſæ plena cognitio:vt eſt text.*Cod.de dilationibus. l à præcedente.* vbi expreſsè dicitur, quòd ideo cauſæ plena cognitio tunc requiritur quia ſi denegaretur,ſentẽtiaretur ſuper principali quæſtione: igitur de dilatione: quia aliquo caſu requiritur plena cognitio:ſcilicet quando denegatur:igitur in dubio dicitur plenã cauſæ cognitionẽ requiri,arg.*ff de conditione indeb l.ſufficit.*

d Sũmariè cognoſcere iuſſus de vno tãtùm articulo, & incidentibus, ſeu emergentibus cauſis quẽadmodũ cognoſcat.

e Emergentiũ, ſeu incidentiũ cauſarũ variæ ſpecies,&quẽadmodũ in illis ſummariè, aut plenè ſit cognoſcendũ.

f Emergẽtium cauſarũ quædã ſũt, in quibus ſiue quis vincat,ſiue vincatur,principalis cauſa non ideo amittitur:quędam in quibus, qui vincit, non continuò victarius in principali dicẽdus eſt: quædam, in quibus qui vincit, etiam in principali vincit: qui amittit, principale non amittit.

¶ Quædam ſunt emergentes,quæ habẽt ſe econtrà ad prædicta: quæ ex parte eius,qui emergentem proponit,ſi vinceret, totum ibi vinceret ſed ſi perderet,nõ per hoc perdit totum,nec aduerſarius vincit exemplum in exceptione rei iudicatæ,iuriſiurandi,& tranſactionis:quæ opponuntur à reo ante lit.conteſta.ad impediendum proceſſum. ſi enim opponẽs vincit,totum vincit: ſi perdit, remanet lis. hoc enim ex parte opponentis requirit plenam probationem,vt vincat:poteſt tamen hæc cognitio dici ſummaria propter breuitatẽ dilationis:quia ſi requireret altiorem indaginem, differretur illa exceptio quantum ad impediendum proceſſum,& conteſtabitur lis:poſtea opponetur in vim peremptoriæ:*vt l.nã & poſtea.in princ.ff.de iureiur.in textu.& in gloſſ.*& ex hoc dico quòd ſi opponens in illa exceptione ſuccumberet, nec plenè ante litem cõteſtatam probauit,poſito quòd ſuper hoc examinati ſint teſtes,& poſt litem conteſtatam iterum poterit opponi,& teſtes iterum examinari ſuper eodem, & iterum publicari.nam primò fuerũt examinati [a] ſummariè, ergo non impedit examinationem,quæ ſit poſt litem conteſtatam,vbi ſit plenariè:*argumen l penultim.ff.de his.qui ſunt ſui,vel alie.iur. & in l.à diuo Pio.§.ſuper rebus ff.de re iudic.* Itẽ quia teſtes examinati ſuper vna inſtantia ad vnum finem, non impediunt examinationem fieri in alia ad alium finem:*arg. ff. de edi. l.argentarius.§.penultimo. & ff.de fur.l qui tabulas.§ fina.* Sed hic ante litem conteſtatam producuntur ad vnum finem.ſcilicet ne procedatur:poſtea verò producũtur ad alium finem ſcilicet vt definitiuè abſoluatur. & cum inſtantia incipiat à conteſtatione, non poteſt dici quòd producantur in eadem inſtantia: *vt hic eſt caſus,& extrà de teſt.c.veniens.*

a Summariam examinatio [illegible] nariè non impedit.

¶ Quædam ſunt emergẽtes,vel veriùs incidentes:vt quãdo producuntur aliquæ peremptoriæ:iſtarũ quædam ſunt,quæ à [b] principali intentione nõ poſsũt ſeparari:vt omnis exceptio intentionis.ſi enim dico,teſtamẽtum nullum eſt:quia ruptum agnatione poſthumi:vel ſi dicam actori non competere ius agẽdi:quia meus ſeruus eſt:vel eum,qui petit hæreditatem,nõ eſſe hæredem:quia ego ſum hæres:& ſimilia:(non enim poteſt pronunciari de vno,quin pronuncietur de altero)tunc de hoc incidenti cognoſcendũ eſt plenè. quod patet:quia ſentẽtia lata ſuper principali,parit exceptionem rei iudicatæ ſuper incidẽti:*vt l.j.Cod.de or.cog.l ij. & de except.rei iudi.l.ſi inter me. & te.* quod intellige, ſi principalis cauſa requirebat plenã cauſæ cognitionem:*vt d.ll.*ſecus ſi ſummariam: *vt ff.de iis,qui ſunt ſui,vel alie. iur.l.pe. & de libe.agno l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.*

b Emergẽtium cauſarũ quædam à principali cauſa non poſſunt ſeparari [illegible]

¶ Quædam aliæ ſunt incidentes peremptoriæ,quæ poſſunt ſeparari à principali: vt quæ verè eſt exceptionis exceptio, id eſt,actionis excluſio. nam vtrũque eſſe poteſt: & poteſt de vno cognoſci,& aliud omitti. Et iſtarum quædam ſunt, quæ principaliter non poſſunt per ſe in alio iudicio agitari:vt exceptio pacti, & ſi quæ ſunt aliæ meræ exceptiones. & de iſtis ſine dubio debet pleniùs cognoſci.cùm ex vtraque parte debeant pleniùs diſcuti: *vt in d. l.iudices. C. de iudi.* & hoc facit:quia parit plenum præiudicium ab vtraque parte.

¶ Quædam ſunt exceptiones, quæ poſſunt per ſe examinari in alio iudicio: non tamen ad eundem finem, ad quem proponuntur in primo. exemplum *in l. vindicantem. & l. ſequen ff.de euict.* Tunc debet etiam plenè probari eadem ratione tamen licèt quis ſuccumbat per modum exceptionis, poteſt illud poſtea deducere in iudicium per modum actionis: *vt d. l.vindicantem.in fin & l ſequen.* Ratio eſt: quia ad diuerſum finem agitur: & ſic nõ videtur eadem res:*vt l.cùm quæritur ff de exceptione rei iudicatæ* ita not.Cynus, *Cod.ſenten.reſcindi non poſſe l peremptoria* dixi plenè quantum ad hoc *in l. qui Romæ.§ duo fratres.ff.de verborum obligationibus.*

¶ Quædam ſunt exceptiones, quæ poſſunt per ſe examinari in alio iudicio ad eundem finem per modum agẽdi:vt exceptio compenſationis.ſicut enim cùm opponitur,tẽdit ad hunc finẽ, vt mihi ſatisfiat compenſando:ita cũ ago,tendit ad hunc finem vt mihi ſatisfiat ſoluẽdo. & iſta cùm poſſit in alio iudicio reparari,habet in ſe aliquid ſummariæ cognitionis:quia ſi habet altiorẽm indaginem,iudex non debet eam admittere: *C de compenſationibus l.finali.* & ideo ſi opponeretur compenſatio debiti naturalis, quod non poteſt deduci in alio iudicio agendo, hoc non haberet locum.Sed deberet plenè examinari ſicut aliæ exceptiones:vt dictũ eſt.ſed ſi admittitur ad hoc,vt opponens vincat,vel vt reprobetur compenſatio:requiretur plena cauſæ cognitio,cùm plenum etiam faciat præiudiciũ: *vt l quod in dic §. ſi rationem.ff de compenſationibus. & ff.de nego geſt. l ſin autem.§. fin.* Sed ſi iudex eam dimitteret non reprobando, tunc non faceret præiudicium:vt ibi.Et prædicta de his,quæ emergunt ante ſententiam: ſed poſt ſententiam quandoque occurrunt aliæ quæ emergentes, vel incidentes: & ideo dicit quòd poſt ſententiam aliquando opponuntur aliquæ exceptiones ad merita cauſæ,non ad ſentẽtiam:vt in caſu *l.j. Cod.de iuris.& facti ignorantia.*& tũc dic idem,quod ſuprà. ¶ Quædam ſunt,quę opponuntur contra [c] ipſam executionẽ:vt quia dicit quòd nõ debet fieri executio: quia ſententia nulla, vel lata prætextu falſorum inſtrumentorum,vel alia ſimilia. & iſta requirunt ſummariam cognitio

c Emergentium cauſarum quædam aguntur contra ipſam executionẽ [illegible]

cognitionem quoad breuitatem dilationis: quia ſi requirunt altiorẽ indaginem, non impediretur executio: ſed exceptio reſeruaretur, præſtita cautione de reddendo, quod exigitur. *C. de falſis. l. ij. & C. de precibus imperat. offer. Authentic. quæ ſupplicatio. & extrà de in integrum reſtitution. cap. ſuſcitata.* Sed ſi probationes deberent eſſe in promptu: *vt Cod. ſi ex falſis inſtrumentis l. fina. ibi,* manifeſtæ probationes, &c. idem puto quando opponitur exceptio quòd nõ debet mandari executioni in totum: ſed quatenus quis facere poteſt, vel alia ſimilia: *vt ff. ſoluto matrimonio. l. ſi ex diuerſo. §. ſi cum ſimil.* ¶ Quædam exceptiones opponuntur non contra executionem ſimpliciter: ſed cõtra rẽ, in qua fit executio, & iſtæ ſimpliciter requirũt ſummariam cognitionem quoad breuitatem, & quoad ſemiplenam probationem: *vt l. à diuo Pio. § ſi ſuper rebus ff. de re iudicata.* ratio: quia ibi vertitur modicum præiudicium. quia ſi non mandatur executioni ſuper illa re, mãdabitur ſuper alia. Item de illa quæſtione poterit cognoſci in ordinario iudicio: vt ibi dicitur. Sed quando contenditur, vtrùm ſententia ſit executioni mandanda, vel non, & ſic de viribus ſententiæ, tunc eſt res magni præiudicij.

& de plano [a]

a An, & quomodo valeat ſententia, ſi in ſummaria cauſa iudex dixerit ſe plenè cognouiſſe: & è contrà in plenaria, ſe ſummariè cognouiſſe.

¶ Sed quid ſi in cauſa ſummaria iudex in ſententia dixerit [a] ſe habuiſſe plenam cauſæ cognitionẽ: an per hoc faciet præiudicium in alia cauſa? Reſpond. non: quia debet intelligi ſe habuiſſe plenam, ſecundùm quòd natura cauſæ exigit: *vt l. ſi vnũ: in principio. ff. loca. & de vſur. l. ſi ſtipulatus. & de damno infecto l. damni infecti. § quadam.* & quia cognoſcere ſummariè non eſt ſolum in iudice: ſed etiam in parte, quæ fortè non curat producere probationes, ideo quia ſcit cauſam poſſe reparari in alio iudicio. & hoc maximè verum eſt, ſi pars cõtradicit ſentẽtiæ: *vt in cap. ſæpe in fin. extrà de verborum ſignificatio. in Clemen.* Sed illud c. loquitur in cauſis, quæ pariunt plenum præiudicium, quocũq; modo agatur. Sed ſi in cauſa, in qua requiritur plena probatio, diceret ſe habuiſſe cognitionem ſummariã, puto ſententiam non valere: quia plenaria cauſæ cognitio eſt de ſubſtãtialibus: *vt C. de ſentent. l. ex ſtipulatione. & Cod. commi. epi. l. iudex.* ideo ſi omittitur, vitiatur ſententia: *vt not. C. de ſenten. l. prolatã.* ¶ Item quòd ſuprà dixi de hac dictione, *ſummaria*: idẽ intellige, ſi diceretur quòd cauſa deberet rectè [b] examinari ſimpliciter: de quo verbo fit mentio *in d. c. ſæpe.* quia debet intelligi hoc ſimpliciter ſine plica: id eſt, ſine diſtinctione, & inuolutione: *vt ff. pro ſocio l. coire. & de vulgari, & pupil. ſubſtitut. l. j. & de verborum oblig. l. j. §. ſi quis ſimpliciter.*

b Rectè examinare iuſſus, quemadmodũ examinare debeat, an ſummariè, an plenè.

a ¶ *De plano.* Planum [c] eſt oppoſitum alto. Item altum dicitur ratione loci, vel ſtyli. dicimus enim quem vti alto ſtylo. Idem de plano fieri oppoſitũ eſt ei, quod fit velociter. Quælibet iſtarum ſignificationũ poteſt habere locum hîc: vt ſtatim patebit. ¶ Videamus ergo quę [d] cauſæ debeant agitari de plano, & quid importet. Et dico ſi quidem cauſa eſt vilis, vel de vili materia, vel vilium perſonarum: tunc hîc agitur de plano: *vt Cod. de ſentent. Authenti. niſi breuiores & ff. de officio procon. & leg. l. nec quicquam §. de plano. & de accuſ. l. leuia.* & tunc de plano importat, quòd iudice non ſedente pro tribunali: & ſic non in loco alto. Item quando non ſeruatur ſtylus aliorum iudiciorum. ſed ſine libello, vel aliis ſolennitatibus cognoſcimus veritatem: *vt no. in d. §. de plano. in gloſſ.* & Guil. de Cu. *in l. leuia.* ſecundùm vnã opinionem veram. Si verò eſt cauſa ponderis grauioris, tunc regula eſt quòd cauſa debet agitari plenè, & ſolenniter cognoſci *vt l. iudices. Co. de iudi.* fallit in quibuſdam cauſis, quæ agitantur de plano: *vt ff. de quæſt. l. vnius § final. & extrà de iudic. c. nouit. in fi. & extrà de accu. cap. olim.* & in his non intelligitur excluſus ordo iudiciarius: *vt dicto cap. olim. & ibi not. per Innocent.* & ratio: quia in cauſis magnis procedere ita repentinè ſine ſolennitate, eſt ſtylus altus nimis. Solùm enim reges, & principes hoc faciunt. Sed procedere ordinariè, eſt in his de plano procedere: hoc eſt, non frequenter, nec ſtylo alto. Vides ergo quòd ex diuerſitate cauſæ ſtylus dicitur altus diuerſimodè: & in his ſemper puto, quòd non erit neceſſe iudicem ſedere in alto tribunali: ſed in camera poterit fieri: & hoc ſi de tota cauſa agitãda de plano quæritur. Si verò quæritur de aliquo articulo vnius cauſæ, quæ debet agitari ordinariè, an articulus aliquis poterit agitari de plano? Dic quòd quædam facit quis in iudicio corã iudice, vbi ſufficit præſentia iudicis: vt producere libellum coram iudice. & iſtud ſemper poteſt fieri de plano: hoc eſt, iudice non ſedente pro tribunali, & die feriata ob neceſſitatem hominum: *vt l. miles. § ſexaginta ff. de adulte.* Item in appellatione, quæ ſolùm coram iudice interponitur: *vt Cod. de feriis l. j.* per hoc dico quòd relationes nunciorum, quæ fiunt iudici, poſſunt fieri de plano. & ſi aliquis habet terminum ad producẽdum aliquid coram iudice, idem: quia de plano poterit fieri per dictas leges. ſecus ſi habuit terminum ad probandum: quia per hoc ſolum quòd exhiberet coram iudice, non fieret probatio, niſi parti detur copia, & terminus ad opponendum. & ſic quod productum eſt, approbabitur, vel reprobabitur: hoc eſt, ei imponetur fides, vel non: *vt Cod. de fide inſtru. l. fina.* Quidã ſunt articuli, in quibus opus eſt iudicem aliquid facere: & tunc ſi quidem illud eſt modici præiudicij, ita quòd ſummariam cognitionem requirat

c Planum quid dicatur, & cui opponatur.

d De plano quæ cauſæ agitari debeant.

(ſecundũ quod dicitur, *C. de defen. ciuita. l. iubemus. §. illud.* & dixi *in præcedenti gloſſa.* tũc poterit de plano examinari: hoc eſt, iudice non ſedente pro tribunali, & die feriata ob neceſſitatẽ hominũ: *vt ff. de interro. act. l. voluit.* Si verò illud poteſt eſſe ab aliqua parte magni præiudicij, tunc nõ debet agitari de plano: ſed plenè cauſa cognita, & iudice ſedente pro tribunali: *vt Cod. de dilatio. l. precedente.* & prædicta vera in cauſis, in quibus venit ferenda ſententia definitiua. Sed contingit aliquando quòd coram iudice agitantur quædam cauſæ: & non ſperatur ſententia: ſed aliquod decretum iudicis. & in his dic, quòd quandoque decretum tale interponitur in his, quæ ſunt merè voluntariæ iuriſdictionis, & nulla alia cauſa requiritur, niſi partium volũtas. & iſta de plano interponitur, id eſt, iudice non ſedente pro tribunali: *vt Inſtitut. de liber. §. ſerui. & ff. de manu. vin. l. non eſt omnino.* Quædam ſunt, quæ requirũt cauſæ cognitionem: & tũc ſi quidem eſt cognitio leuis, ſeu ſũmaria: vt in tutore, ſeu curatore, qui datur ſine inquiſitione: & iſta poſſũt ſimiliter agitari de plano: *vt ff. de tut. l. qui habet. §. qualibet loco.* & in bo. poſ. quæ nõ tribuit ius: *vt ff. quis or. in bono poſſeſſ ſer. l. ij. § dies. & de bonorũ poſſ l. ij. §. ſi cauſa cognita.* Quædam ſunt, quæ requirunt veram, & plenã cauſæ cognitionem: vt datio tutorum ex inquiſitione. & bo. poſſ. quæ tribuit ius: & tunc non poteſt fieri de plano: ſed iudice ſedente pro tribunali: *vt ff. de confirm. tut. l. naturalis. §. final. & de bo. poſ. l. ij. §. ſi cauſa cognita. & d. l. ij. §. dies. ff. quis or. in bono poſſeſſ. ſeruetur.* Sed aduerte quia in iſtis caſibus licèt requiratur plena probatio: non tamen eſt cauſa ordinaria, immò non fit in forma iudicij, immò nulla parte citata: *vt no. in dicto §. ſi cauſa cognita, & in d. §. dies.* Et illo reſpectu poteſt dici non plenaria, per ea, quæ dixi in præcedenti gl. & ſic patet quòd illæ leges, quæ dicunt de plano cognoſci, longè differunt ab his, quæ dicunt cauſam ſummariè agitari. vnde ex *dicta l. ij. §. ſi cauſa cognita & d. l. ij. §. dies.* non debuit Dynus ſumere regulas in materia ſummariæ cognitionis: vt dixi in prædicta gloſ.

ſine ſtrepitu [b], & figura [c]

b ¶ *Sine ſtrepitu. ſic extrà de accuſ. c. olim. & de ſtatu mon. c. ea, quæ. & de ele. c. indẽni. §. ſi verò lib. vj. & de hæreticis. c. ſi. in prin. lib. vj. & de iud. c. diſpendioſam. & de verborũ ſignificatione. c. ſæpe, in Cle.* & ſtrepitum [a] quidam dicũt eſſe omnem iudicij ſolennitatem, quæ magis ſpectat ad ordinem, quàm ad inuẽtionem veritatis. Quorũ opinionẽ refert Innocentius *in d. c. olim de accu.* ſed non tenet eam. Benè dic ergo, quòd ſtrepitus idẽ eſt, quod rumor. & deſcendit à ſtrepo ſtrepis, quod idẽ eſt, quod rumorem facere, ſecundùm Hugonẽ. ſicut enim per verbũ de plano, remouetur altitudo loci, & ſtyli (vt dictũ eſt) ita per hoc verbum, ſtrepitus remouetur altitudo votũ, & declamatio. ideo additur quandoque, abſente aduocatorum, & iudiciorum ſtrepitu, & figura: *vt d. c. ſi. in prin. de hær. lib. vi.* & per hoc dico, quòd in cauſis, in quibus debet procedi ſine ſtrepitu, ſi pars diceret iudici, quòd approximaret ſe ei, & quòd volebat ei dicere aliquid in occulto, quòd iudex debet hoc facere: aliàs grauaret eum. prædicta tamen iura non haberent locum in hac cõſtitutione: quia hîc dicitur quòd iudex poteſt, non autem imponitur ei neceſſitas. in aliis autem cauſis iudex nõ cogitur eum audire, niſi palàm ante tribunal: *vt C. de epiſcopis, & clericis. l. iubemus in fin.* Itẽ licèt aliàs detur dilatio [b] parti ad quærendum aduocatos: *vt ff. quib. ex cauſ. ma. l. ab hoſtibus, in fi. & l. aut prætor. in fin. §. fin.* tamẽ iſto caſu non erit danda: quia ab ea eſt remotus ſtrepitus aduocatorum. puto tamen quòd hoc verbum ad maiorem expreſſionem apponatur. nam per hoc, quòd dicit, *de plano*, ſatis poteſt intelligi reſpectu loci, ſtyli, & vocis.

a Sine ſtrepitu, & ſtrepitus, quid.

b Dilatio datur parti ad quærendum aduocatos

c ¶ *Et figura.* Figura [c] cuiuſlibet rei, eſt apparẽs forma ipſius, vel facies, in qua rei ſubſtantia figuratur: *vt ff. de actionibus, & oblig. l. non figura.* & ita dicit Ioa. And. *in c. ſæpe. extrà de verborũ ſignificatione in gloſ. ſuper verbo, non exigatur.* quod eſt verum in figura rei corporalis: *vt C. de edicto diui Hadriani tollẽdo. l. fin. & ff. de verborũ ſignificatione. l. quoties aliquid.* vbi hoc melius probatur, quã alibi. Rei verò incorporalis figura dicitur eius natura. vnde rectè dicimus figurã actionis, ipſius actionis naturã: *vt C. de rei vxo. act. l. j. §. cùm autẽ. ibi, eadem figura, &c.* quædam ſunt facta prout conſiderãtur in fieri, ſeu in actu faciendi. & ipſorũ figura eſt ipſe ordo faciẽdi. Vnde in Grammatica dicimus figuræ ſimplicis: quia ſimpliciter profertur. quia igitur actus proferẽdi eſt ſimplex, ideo dicitur figuræ ſimplicis. Hîc autẽ loquimur de figura [d] iudicij: & iudiciũ licèt habeat multas ſignificationes: hîc tamẽ accipitur pro actu examinationis, & deciſionis cauſæ. Figura ergo iudicij eſt, quòd partes iudicij ſint factæ ſecundùm ordinem debitum, & debitã probationem, ſeu propoſitionem: & ex iſta figura iudiciũ accipit ſuum eſſe, & ſuam ſubſtantiam. quod patet: quia ſi ordo nõ ſeruatur, iudicium eſt nullũ: *vt C. de ſenten. l. prolatam.* vnde per hoc quod dicit *ſine figura*, tollũtur ſubſtantialia iudiciorũ, vt ipſum verbum importat: vt no. Ioa. And. *in dict. c. ſæpe. in gl. ſuper verbo, figura.* Sed contrà oppo. quia ſublatis ſubſtantialibus nullo modo erit iudicium, cùm res nõ eſt perpetua ſine eius ſubſtãtia: *vt l. obligationũ ſubſtantia. ff. de actionib. & obligationibus.* Sed hîc in veritate eſt iudiciũ, licèt extraordinariũ. Solu. tolluntur ſubſtantialia iudicij iure ciuili introducta:

c Figura rei corporalis, & incorporalis, quid.

d Figura iudicij quid

ducta:non autem ea, quæ ſunt naturalia iure naturali,ſeu gentium inducta natura ratione:vt infrà in multis oſtendam.Item aduertendũ eſt quòd Ioan.And. *in dicto c.ſape. in gloſ. ſuper verbo, non exigit.* dicit,quòd iudex nõ adſtringitur hoc caſu ad aliquas formas,regulas, vel figuras iudiciorum, niſi in quantũ in dicto cap.exprimitur : & illa expreſſa magis reſpiciunt figuram facti, negotij,vel cauſæ,quàm iudicij, ſecundùm eum. Tu dic quòd iudex per hæc verba releuatur ab omni forma , & figura iudicij inducta à iure ciuili:& tenetur obſeruare omnem figuram,& formam iudicij inductam de iure gentium, vel naturali ratione:& de his loquitur vt plurimùm illud c.licèt aliqualiter egeat declaratione:vt ĩ.declarabo. Animaduertẽdum eſt quod dicit Ioannes Andr.quòd ſi omnia dicta verba:ſcilicet ſummariè,ſimpliciter,& de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, non proponerentur : non haberet locum, quod dicitur *in dicta Clemen.ſape,vt ibi not.in gloſ.ſuper verbo,in figura.*quod eſt verum,ſi à primis incipias,& iſtud vltimum omittas.Sed ſi proponeretur iſtud vltimũ:ſcilicet ſine figura iudicij:licèt omnia verba præmiſſa eſſent omiſſa:idem importaret, cùm omnia ſubſtantialia eſſent ſublata.Quod igitur de ſignificatione huius verbi dicam: intellige idem ſi omnia coniungerentur. ¶ Quid ergo hæc verba importẽt per omnes ſingulas partes iudicij proſequamur latiùs,quàm *in dict.c.ſape* declaratur.¶ Quæro igitur,vtrùm [a] ſit neceſſe quòd pars citetur [b] ? Reſpond. ſic : vt in hac l.innuitur.

a ¶ Sine figura iudicij quoties proceditur,vtrùm neceſſe ſit partẽ citari.

b Citationis neceſſitas.

2. Item quia hoc eſt de iur.naturali. nam primum hominẽ delinquẽtem citauit Deus, dicens: *Adam,vbi es?*hoc enim probatur de re iudicata.*cap paſtoralis in Clemen.*vbi ſententia domini Imperatoris Henrici qui fecit hanc legem, & poſtea damnauit Robertum regem Ieruſalem, & Siciliæ, caſſa fuit ex eo, quòd citatio facta legitimè non fuit.& probatur *in dict.c.ſape.*¶ Item an eſt neceſſe,quòd perſonæ legitimentur [c] ? Reſpond. ſic,vt in hac conſti.ibi,*vel aliàs legitimè*,&c.aliàs ſequeretur abſurdum, ſcilicet quòd alter non habens mandatum à me, poſſet mihi præiudicare:quod repugnat iuri naturali:*vt C.de inofficio.teſtamento.l.ſi quis in ſuo.& ff. de re indicata.l.factum cuique ſuum.& extrà de regulis iuris. c.non debet aliquis.libro vj.* & hoc c.tãgitur *in dicto c.ſape.* ¶ Item an requiratur petitio [d]?Reſpond.in caſibus huius l.oportet quòd præcedat accuſatio,inquiſitio,vel denũciatio,vt dictum eſt.aliàs vbi cauſa deberet agitari ſine figura iudicij , dicitur *in dicto cap. ſape.* quòd non eſt neceſſe quòd libellus detur in ſcriptis:ſed iuxta petitionis formam pronũciatio ſequi debet pro parte agẽtis,vel rei,ſi quid petere voluerit. & in ipſo litis exordio facienda eſt petitio , ſiue in ſcriptis, ſiue in verbo:in actis tamen inſerenda : vt ibi dicitur:& iuſtum eſt: quia naturale eſt quòd agens petitionem ſuam proponat. nam coram Salomone mulier ita dixit : *Filius meus viuit,filius iſtius mulieris mortuus eſt:vt not.Cod.de ſentent.ex breui.recit.l.ij. & extrà de præſumpt.c.afferte mihi,& habetur in iij.libro Regũ,iij.capite.vbi illa petitio latius ponitur.* Et aduertẽdum,quòd illa petitio continet ſolùm facti narrationem, non concluſionem, ex quo infero,quòd licèt illa petitio non habeat omnia ſolennia, quæ de iure requiruntur:*vt not ff.de eden l.j.in princip.* tamen ſufficit ſi eſt generalis:*vt eſt argum.C.de anna.except.l.fin in prin.* Idem ſi concluſio non eſt legitimè facta : *vt l.j.§ j.ff.ſi men.fal.mo.di.* vel ſi non petierat eum condemnari:ſed petit eum cogi : quod fieri non debet:*vt Cod.de execut.rei iudic.l.j.*tamen in hoc caſu quando ſine figura iudicij proceditur,valebit iudicium. ſi enim procedit vbi ſola facti narratio eſt abſque cõditione vlla:multò magis ſi concluſio nõ erit benefacta : ſi tamen ex narratione poſſit cõprehendi quid actor velit:*argu C.de rei vxo.act. l.j.§.j.* & hoc eſt quòd volunt dicere verba *dicti capit. ſape.*dum dicit, *iuxta petitionis formam*,q.d licèt non pronuncietur in eo,quod eſt petitum, ſufficit ſi pronuncietur iuxta id, quod eſt petitum. aliud eſt enim iuxta petitum, & aliud petitum iudicare. *ff.iud. ſol. l.iam tamen. §.in hac.ver. quid tamen.* ſemper tamen intellige quòd non ſit tanta incertitudo, quòd auferat defenſionem reo : *vt infrà dicam.* ¶ Item an poterit [e] opponi except. rei iu. vel finitæ ad impediendum proceſſum?Reſpond.ſic:quia de iure naturali eſt , ne bis iudicetur in id ipſum. exceptiones verò, quæ magis differunt,& fruſtrantur cauſæ veritatem,quam ipſam reſpiciant , poteſt iudex repellere : *vt d. c ſape.*illa enim de iure naturali non ſunt,imò contrariantur.¶ Item an [f] procedi poſſit tẽpore feriato?in d. c. dicitur quòd ſic,ſi ſunt feriæ indictæ ob neceſſitatem hominum:ſecus ſi ob honorem Dei. ratio quia de natura iudicij ſunt feriæ indictæ in honorem Dei.præcepit enim Deus coli ſabbata, & quaſdam feſtiuitates. ¶ An ſit conteſtanda [g] lis? Reſpond non. nam dicitur ibi, *lite conteſtata non poſtulet ratio* : quia eſt ſolennitas iuris ciuilis.eo tamen caſu,quo merita cauſarum tractari incipiunt, vt quia legitimatis perſonis proponuntur exceptiones,vel fiunt poſitiones,& articuli , habent vim litis conteſtationis ad faciendum procuratorem dominum litis. Item quoad certos effectus conteſtationis litis:*vt C de procur.l.nulla.* ibi *poſt cauſam in iudicio agitatam.*& ibi,*poſt inchoatam cauſam.* non dicit lite conteſtata.ſufficit ergo quòd quocũque modo cauſa incipiat agitari.hoc not *in l nihil. Co.de procur.* ¶ Item an [h] de calumnia ſit iurandum?in d. c. dicitur quòd ſic:ne veritas occultetur in contrariũ facit,quia hæc ſolẽnitas videtur inducta à iure ciuili:*vt de iuramẽto calum.l.ij.*

2.
c Legitimari perſonas.

3.
d Petitionem fieri.

4.
e Exceptio rei iudicatæ,vel finitæ, an poſſit opponi ad impediendũ proceſſum.

5.
f An die feriato poſſit procedi.

6
g An lis ſit cõteſtanda.

7.
h An de calũnia, ſit iurandum.

Sed dic primùm verum, quòd iuramentũ defertur in tota cauſa etiã de iure naturali,& diuino. hoc enim tẽpore Moyſis inductum eſt propter incredulitatẽ, vt aliquis deberet iurare:*vt extrà de iurei.c.& ſ. Chriſtus.& Exeat xxij.c.*ſi igitur iuretur ſuper quolibet articulo,vt ſiebat olim : *vt C de iura.calũ.l.ij.*ſatis putarẽ ſufficere:maximè cùm tale iuramentũ poſſit omitti : *vt d l.ij.§.ſed quia veremur* ¶ Item an debeant dari [a] dilationes?videtur quòd nõ.nam *in d.c ſape.*dicitur amputandam dilationum materiam & litem,quantũ poterit,faciat breuiorem:non tamẽ ſic litem iudex abbreuiet,quin probationes veræ,& defenſiones legitimè admittãtur : & ita dicitur ibi : quod iuris naturalis rationi cõgruit.cùm enim probationes ſunt faciendæ,oportet quòd fiant in termino.& puto quòd valeãt ſi fiant ſine dilatione:*vt l. vnius.in §.cogniturũ ff de quæſtionibus.& ff.de adul l.in crimin.*& ibi dixi non æquũ eſſe dilationem certam dari cauſa breuiãdæ litis, & qđ dicit,quòd nõ ſunt nimis breues, congruit naturali æquitati.Nam aufertur parti actoris ius ſuũ:reo verò aufertur defẽſio:quæ ex æquitate naturali eſt:*vt l.vt vim.ff.de iuſtitia,& iure,*& eſt expreſsũ *in Clem paſtoralis.de re iudicata.* Sed ad quid dabitur iſta dilatio?in dicta decretali dicitur,quòd primò datur terminus ad faciendũ poſitiones,& articulos ſimul.poſtea verò datur terminus ad producẽdum omnia, quæ partes voluerint. Sed certè illud eſt expreſsè ſtatutũ illius decretalis, quæ vult in hoc ſeruari vſum.hoc tamen nõ eſt de iure naturali,nec ciuili, cùm ſufficiat dari in cauſa ad probandum vnam dilationem:*vt ff.de ferijs l.finali.*vnde in hoc foro ciuili nõ eſt ſeruãda iſta decretalis.¶ Itẽ an in dictis cauſis, in quibus proceditur ſine figura iudicij,teſtes [b] debeant iurare?hoc enim nõ reperitur de iure Digeſtorum,niſi *in l.Theopõpus.ff.de dot.præleg* 2.Sed videtur mera cõſtitutio Imperatoris:*vt C.de teſtibus.l.iuriſiurandi.*puto tamen quòd iurare debeant, per ea,quæ dicta ſunt *de iuramẽt. calum.* Sed an præſente parte?puto quòd ſic:aliàs auferretur ei defenſionis copia:quod repugnat æquitati naturali:vt dictũ eſt. Circa verò dicta teſtium puto quòd debeãt eſſe talia,quæ concludant:ſicut in cauſis ordinarijs argumen.eius,quòd dicitur in Daniele de Suſanna,& quod not.*de teſtibus l.teſtium.* 3.Sed an requiratur publicatio teſtium?gloſ.*in l.ſi quãdo.C.de teſtibus.*dicit quòd per Danielem inductum eſt quòd examinatio fiat ſecretè:vt legitur in libro Danielis *decimotertio capite.*hoc eſt igitur de iure naturali, ſeu diuino:& ex hoc ſequitur quòd debeat publicatio fieri,alias aufertur parti ius defenſionis.ſi enim non publicarentur,non poſſent impugnari teſtes,& eorum dicta:ſed auferre defenſionem, repugnat iuri naturali:vt dictũ eſt. 4.Sed an in hac cauſa poſt dicta teſtificata poterũt teſtes produci? Reſp. non , cùm ſit prohibitum propter timorem ſubornationis,& ſi ex quadã naturali æquitate,(quæ eſt ne alter alteri inſidietur:*vt ff.de iuſtitia & iure.l vt vim*) hoc eſt introductum.& poſitum inter alia ciuilia præcepta.¶ Itẽ an in hac cauſa poterit petere quis vt ſibi edantur inſtrumenta [c]?Reſpon.quòd nõ: & hoc eſt prohibitum non ſolùm iure ciuili,ſed etiam naturali æquitate:*vt Cod de edend.l.qui accuſare.*vbi hoc prohibetur expreſsè.¶ Item an requiratur concluſio [d] in cauſa? Reſpon.non. vt *dicto c ſape.*dicitur : hæc eſt enim ſolennitas merè ciuilis.ſtatim enim cùm liquet iudici de cauſa,ſine aliqua alia cõcluſione poteſt ſententiare de iure naturali:vt patet in illa ſententia lata per Salomonẽ *iij Regum capite* j.& eo exemplo puto quòd non ſit neceſſaria datio termini ad allegandum. facit quod dixi *in præcedenti gloſ.* ¶ Item an debeant partes citari ad audiendum ſententiam [e]? *in d. c. ſape.* dicitur,quòd ſic. quod intelligitur *vt infrà dicam in gloſſa ſuper verbo, prædicto crimine.* 2.Item an hoc caſu cùm proceditur ſine figura iudicij, requirantur illæ ſolennitates , quæ à iure poſitæ ſunt circa ſententiam ? Reſpond. non eſt neceſſe quòd feratur iudice ſedente pro tribunali *vt dicto capite dicitur.* hæc enim eſt ſolennitas ciuilis. 3. Sed debet ferri in ſcriptis : *vt ibidem dicitur.* Certè hoc quòd feratur in ſcriptis, eſt ſolennitas ciuilis , quæ eſt de eſſe ſententiæ, quòd ſit deliberata , & non ſubita : *l.ij. Cod. de ſenten.ex breui. recit.* tamen dicta decretalis ſtatuit , quòd feratur in ſcriptis. in foro autem ciuili non arbitror illud neceſſe iſto caſu , vt patet in prædicto exemplo Salomonis , & *in dicto capite in Gloſſa* dicitur , quod de iure antiquo non eſt neceſſe ſententiam proferri in ſcriptis : ſed in ſcriptis redigatur,vt poſſit probari : vt dictum eſt de petitione. nam ſoli aſſertioni iudicis non creditur,niſi ſit Papa, vel Imperator : *vt extrà de probationibus. c quoniam contra falſam. & eod.titulo,capite j. in Clemen.* 4. Sed ſi in ſententiando non ſeruaretur forma : *l.j. Cod.de ſentent. & inter. omnium iu.* valeret, vt ſi procurator eſſet præſens, & condemnaretur dominus:quia hæc ſolennitas eſt iuris ciuilis,non naturalis,ſeu gentium : quod patet:quia licèt alteri abſenti quis non poſſit ſtipulari de iure ciuili:tamẽ alteri oritur obligatio naturalis:*vt ff.de verborũ obligationibus.l ſtipulatio iſta.§.alteri. & ibi not.* 5. Et idem puto,ſi iudex ferret ſententiam in abſentem non citatum,quòd valeret hoc caſu eadẽ ratione.aliàs ſecus:*vt l furioſo.ff.de iudi. & ibi not.& C quomodo,& quando iudex.l ea,quæ in gloſ.*¶ Idẽ puto ſi præcedente cognitione(quæ requiritur ſecũdùm ea,quæ dicta ſunt)iudex nulla alia data ſententia iuberet res capi , vel diſtrahi pro debito, valeret. licèt enim magis illa ſit natura executionis [f],quàm cõdemnationis,

8.
a An dilationes dari debeant.

9.
b An teſtes iurare debeãt,& ſi iurare,an parte præſente iurare debeant,& an teſtium publicatio requiratur. Item, an teſtes poſt reſtationem produci poſſint.

10.
c An inſtrumenta ſibi edi petere quis poſſit.

11.
d An cõcluſio in cauſa requiratur.

12.
e An ſententiæ audiẽdæ cauſa, partes citari : item an ſententiæ ſolennitates ordinariæ requirantur, vt ſententia feratur iudice ſedente pro tribunali in ſcriptis. ſententia diffinitiuã proceſſere præſente,in abſentem non citatum.

13.
f An executio fieri poſſit præcedẽte cognitione ſola, nulla alia data ſententia

tionis, & ſic non valeret aliàs: *vt C.de execu.rei iudic.l.j.* tamen in hoc caſu valeret, exemplo dictæ ſententiæ Salomonis. illa verò fuit natura executionis. hoc etiam patet: quia talia autē ius ciuile manu regia expediebantur: *vt ff. de origine iuris. l. ij. in principio.*

a ¶ *Prout.* Poſuit plures modos procedendi, & plures formas, & in his dedit iudici poteſtatem

iudicij †, prout a illi, qui iuriſ-

† *Vide de hoc Bald. in dicta l. … C. quo… & … verſic. de … pro …*

eligendi aliquam prædictarum, vel ordinariè procedendi ſi ſibi videbitur. ¶ Sed huic obſt. *d.c. ſæpe.* vbi dicitur quòd iudex non poteſt ordinariè procedere niſi de partium conſenſu. Solut. ibi cauſa ſic cognoſcenda committitur, ſcilicet ſine figura iudicij, hìc verò fuit dictum, vt poſſit procedere hoc modo. & ſic non fuit poſitum ſub neceſſitate. *l. non quicquid. ff. de iudic. & C. quomodo, & quando iudex. l. j.* ¶ Sed dices tu, ad quid ergo fuit appoſita hæc clauſula, *prout illi iudici videbitur expedire*, &c. Reſpon. ſecundùm hoc potuit eligere quam viam volebat. Sed vna electa dubium eſt an poſſit ad aliam poſtea redire: ſicut dicimus de eo, qui aſſumptus eſt vt arbiter, & arbitrator: vt not. *in Specul. in titulo de arbitr. §. ſequitur. ver. quid ſi compromiſſum.* & dixi *ff. de fur. l. ſi dominium.* quod dubiū hic tollitur. poteſt enim ex hoc procedere modis prædictis, prout ſibi videbitur, hoc eſt illo tempore, illa qualitate, vel ſpecie procedendi, quæ ſibi videbitur. ¶ Ad cuius intelligentiam ſciēdum eſt de ſignificatione huius verbi, *prout* a. 1. Quandoque enim aliquid adijcitur per hāc dictionem *prout*, quod eſt diuerſum ab eo, quod primò poſitum erat: & tunc ponitur ſimilitudinariè: *vt ff. de ſolutionibus l. prout quiſque.* (ſimilitudo enim eſt circa diuerſa: *vt not ff. depo. l. quod Nerua.*) 2. Quandoque reſpicit idem. & tunc ſi per hanc dictionem adijcitur aliquid præteritum, & de illo conſtat: tunc intelligitur limitatiuè: *vt C. de eden. l. edicta.* ibi, *prout edicti perpetui monet autoritas.* 3. Si verò de illo præterito non conſtat, tunc in dubio intelligitur poni cauſaliter, vt ſic. *Concedo tibi vt poſſis colligere vectigalia tanta quantitatis, prout eſt hactenus conſuetum*: id eſt, quia ſic conſuetum eſt: *vt extrà de verborum ſignificatione. c. abbate ſanctæ.* licèt ibi loquatur de dictione, *ſecundum quod*: vel *iuxta quod.* ſed eadem eſt ratio. ſic loquitur quod not. per Cynum, *C. de contrahen. & committen. ſtipulatio. l. ſecundum reſponſum.* & hoc in legibus, priuilegiis, & contractibus. quia illa fiunt animo aliquid diſponendi. Idem in ſententiis, quæ cauſa cognita proferuntur 3. Secus in confirmatione, quæ fieret ſine cauſæ cognitione: quia tunc intelligitur conditionaliter: *vt extrà de cōfirmatione vtili, vel inutili. c. ij. & quod ibi not. & extrà de elect. c. quoniam abbas.* ¶ Si verò per hanc dictionem *prout*, adijciatur aliquid de futuro: tunc ponitur limitatiuè: *vt dicta l. edicta* prout dicitur: ius dicētis decernit æquitas. nam illa licentia mutandi, & emendandi limitatur ſecundùm modum de præterito: ſcilicet prout edicti monet autoritas, & ſecundùm aliud de futuro: ſcilicet prout ius dicentis decernit æquitas. Iſtud reſpicit omne tempus futurum. & iſta limitatio eſt circa tēpus, & qualitatem: *vt not gloſſ. in d. l. edicta.* & ſic iudex hic omni tempore, quo vult, poteſt procedere cum figura iudicij, & ſine: & ſic poteſt eligere vno tempore vnam viam, & alio aliam. Item ex eo, quod dixi, quòd ſolùm in tempore, & qualitate facit limitationem, & ſic non in ſubſtantia diſpoſitionis: apparet quòd ſi illa qualitas, vel tempus non limitaretur, non vitiaretur diſpoſitio. exemplum non poteſt de hac lege poni: quia iudice procedente, apparet qualiter ſibi videtur procedendum. pone ergo quòd Titius legauit mihi centum prout per eum declarabitur. certè ipſo non declarante valebit, *ff. de hæredibus inſtituendis. l. ij. & l. cùm pater. §. ſi. ff. de leg. ij. & C. de inſtitutionib. & ſubſtitut. l. pen.*

a *Prout dictio, quatuor modis ſumitur, ſimilitudinariè, limitatiuè, cauſaliter, conditionaliter.*

b ¶ *Videbitur.* Hoc verbum, *videbitur* b, denotat arbitrium boni viri, *ff. de verborum obligationibus l. continuus. §. cùm ita. & de fideicōmiſſa liberta. l. fideicommiſſaria libertas.* & ita quia poteſt quilibet dictorum modorum eſſe iuſtus, & approbatus, & poteſt iudex eligere quem modū vult: puto etiam hoc caſu quòd ſi hæc conſtitutio diceret. *prout* c *iudex voluerit*: quòd nec plus, nec minus poſſet. Et pro hac declaratione videamus differentiam inter liberam voluntatem d, & arbitrium boni viri: cùm etiam voluntatem includat. & quidem de voluntatis eſſe eſt, quòd ſit libera, nec poſſit e cogi neceſſitate f præciſa: *vt C. de hæred. inſtituend. l. cùm proponas.* Sed cogitur quadam neceſſitate cōſequentiæ g: vt ſi quis vult effugere tormenta, hoc vult liberè, & poteſt nolle. Sed ſi hoc voluerit, in conſequentiam vult illud, ſine quo tormenta effugere non poteſt: & iſta eſt neceſſitas conſequentiæ: nam dicitur verè, coacta h voluntas, voluntas eſt: *vt ff. quod metus cauſa. l. ſi mulier §. quod ſi metu.* voluntas enim eſt quod liberè vult antecedens, & ex illa deducitur ad volendum conſequens. Item ſciendum eſt ſecundùm Theologos, & Philoſophos, quòd voluntas nūquam i appetit niſi bonum exiſtens, vel apparens: quia licèt quādoque velit aliquid, quod cognoſcit eſſe malū, illud vult ſub ratione alicuius boni delectabilis, ſeu talis apparentis ipſi voluntati. In propoſito voluntas alicuius poteſt conſiderari reſpectu k eius, quod ipſe vult tanquam delectabile ratione regulata, vel non: & illa dicitur volūtas libera. alio l modo prout ipſe vult recta, & regulata ratione: & iſtud dicitur

b *Prout videbitur.*

c *Prout voluerit.*

d *Liberæ voluntatis, & arbitrij boni viri differentia.*

e *Voluntas qua neceſſitate poſſit cogi.*

f *Neceſſitas alia præciſa, alia conſequentiæ.*

g *Neceſſitas conſequentiæ quid.*

h *Voluntas coacta, eſt voluntas.*

i *Voluntas quę appetat.*

k *Voluntas libera, quid.*

l *Arbitriū boni viri quid.*

arbitriū boni viri: quia bonus vir hoc arbitraretur: *vt ff. iud. ſol. l. vir bonus. & ff. pro ſoc. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. cum ſimi.* Et verba, quæ important liberam a voluntatem, aut verbum *volo*: *vt l. cùm quidam. de leg. ij. & dicta l. fideicommiſſaria libertas. de fideicommiſſ. lib.* Item verbum, *libet*, ſeu *libuerit. vt ibidem*: idem enim eſt dicere, quod libuerit: id eſt, quod liberè voluerit. Item vbicunque b verbum *arbi-*

dictioni præeſt, videbitur b ex-

a *Voluntatem liberam quæ verba indicent.*

trium, & ſimilia ponuntur cum hac dictione, *plenum*, ſiue *liberum*: *vt l. fideicommiſſa. §. quanquam. de leg. iij.* Item hoc verbum, *iudicio tuo*, importat liberam voluntatem: *vt ff. de fideicom. lib. l. Thais. §. Lucius ſecundū gloſſam ibi poſitam.* Sed licèt aliàs tráſierit ſecundùm illam gloſſam, videtur mihi tamen quòd directo textu ibi dicat contrariū, ſcilicet quòd importet arbitrium boni viri: quod plus placet. Quid enim eſt dicere, *tuo iudicio*, niſi facta diſputatione intra temetipſum poſtea iudices? quod ad boni viri arbitriū ſine dubio refertur. Conclude igitur, quòd exceptis prædictis, omnia importent c arbitrium boni viri, *vt videbitur, approbauerit, comprobauerit*, & ſimilia: *vt d. l. fideicommiſſa.* vel *placebit*: *vt l. Thais. §. fauorem.* & multa alia, quæ ponūtur, *ff. de lega. j. l. ſi ſic.* quæ hîc non repeto: quia dico eſſe regulam de omnibus, exceptis prædictis: vt dictum eſt. Nec obſt. *ff. de fideiuſſ. l. Græcè. in princ.* vbi æquiparat verbum *volo* d, & verbum *cupio*, & ſimilia: quia, vt dixi, vtrumque continet voluntatem: ſed vnum liberam, & aliud regulatam: vt ex prædictis colligitur: verbi gratia, quandoque committitur facultas contrahendi, quandoque facultas largiendi ex cauſa lucratiua, quādoque facultas iudicandi. Primo caſu quando committitur facultas e contrahendi per verba ſignificantia arbitrium boni viri circa contractum: tunc ſine dubio debet arbitrari ſuo arbitrio regulato ratione, prout bonus vir, & diligēs paterfamilias facturus fuiſſet: *vt l. hæc venditio ff. de contrahend. empt. & ff. pro ſoc. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. & de ope. lib. l. ſi libertus.* Sed ſi hæc facultas concederetur per verba ſignificantia liberam f voluntatem: tunc omnia poteſt, duobus exceptis. Primò, quòd non donet. hoc enim non venit in conceſſione volūtatis liberæ: *vt l. filius. § j ff. de dona.* Secundò, quòd dolus abſit: & omnia alia quæ dolo carent facere poteſt: *vt ff. man. l. creditor §. Lucius.* hoc enim non repugnat regulis iuriſgētium, ſecundùm quas licèt cōtrahentibus ſe decipere: *vt ff. de mino. l. in cauſa. §. idem Pōponius.* vnde vides quod quantumcunque committatur in voluntatē liberā: intelligitur voluntas libera à regulis iuris ciuilis ſed ſemper remanet limitata à regulis iuriſgentium, vt etiā in ſequentibus not. Secundo g caſu principali, videlicet quādo conceditur facultas largiēdi ex cauſa lucratiua, tunc ſi per verba ſignificantia arbitrium boni viri, debet eligere vt bonus vir: *l. cùm quidam ff. de leg. ij. & l. ſi ſic. § reſp. & de leg. iij. l. fideicommiſſ. §. quamquam. & de fideicommiſſ. liber. l. ſi fideicommiſſaria libertas.* Si h verò per verba ſignificantia liberam voluntatem, tunc poteſt facere omnia contra regulas iuris ciuilis, ſeruatis regulis iuriſgētium: *vt ff. de milit. teſta. l. j.* vbi permittitur teſtari miles quomodo vult: & per hoc poteſt relinquere deportato, cuius ſtatus nullus eſt de iure ciuili, non autem damnato in metallum, qui eſt ſeruus pœnæ: vel ſeruo proprio: cùm ſeruitus ſit conſtituta à iuregentium, *vt l. eius. §. ſi deportati. & §. ſeruum pœna. & § ſeruum proprium. ff. de militar. teſta.* & hoc vult dicere *l. cùm quidā. ff. de leg. j.* vbi ei, qui eſt indignus propter offenſam, non donatur: ſed donatum reuocatur: *vt l. ſ. C. de reuocand. dona.* Ideo bonus vir, hoc eſt, iudex, ſecundùm regulas iuris ciuilis nō arbitraretur ei largiendum. Sed ſecundùm naturalem æquitatem declaratam per ius diuinum maioris perfectionis eſt retribuere ei, qui offendit, quàm alteri. nam ille, in cuius libera volūtate committitur, poteſt eligere indignum. Tertio i caſu principali, ſcilicet quando committitur facultas iudicandi, ſiquidem per verba importantia arbitrium boni viri, debet ſequi omnes regulas iuris ciuilis, *vt l. j. ff. de arb.* Si verò per verba ſignificantia liberam k voluntatem, tunc eſt libera regulis ciuilibus: debet tamen ſeruare regulas iuriſgentium, ſeu naturalis æquitatis, quod idē eſt per dicta iura. & eſt caſus *extrà de re iud. c. paſtoralis. in Clemen.* Nam Imperator ſolutus eſt legibus, & ex vigore ſuæ poteſtatis tulit ſententiam: tamen quia in quibuſdam fecit ibi contra naturalem æquitatem, ideo ſentētia caſſatur & ex hoc capite apparet, quod in caſu noſtræ l. vbi proceditur abſque figura iudicij (quia non committitur iudicium per verba ſignificantia arbitrium boni viri) debet ſeruare regulas iuriſgentium, ſeu naturalem æquitatem, cùm verbum ſine figura, importat, quaſi committatur, per verba ſignificantia liberam volūtatem. Et per hoc apparet ſoluta quæſtio, quādo poteſtati datur arbitrium m liberum an poſſit per hoc parti facere iniuſtitiam: certè non: quia hoc eſt contra naturalē æquitatem: ſed poteſt omittere ſollēnitatem iuris ciuilis de hoc per *glo. in d. c. ſæpe in glo. ſuper verbo, defenſione. dixi ff. de donat. l. filiusfamilias.* ¶ Sed quid ſi apponuntur verba ſignificantia vtrumque, vt *prout* n *arbitratus fuerit, & voluerit?* Reſp. vt ſuprà dixi, quòd vnum prædictorum ineſt o alteri: quia non eſt arbitrium p ſine voluntate. & regula q eſt, quando duo ponuntur copulatiuè, quorum vnum de neceſſitate alteri ineſt, vnum reſoluitur in adiectiuum: *vt ff. de pact. l. j. ibi, in idem placitum, &*

b *Adde Bart. in l. … ff. de … l. ſi … legatam, … ff. de leg. … adde Menochium … de arbitr.*

c *Arbitriū boni viri quæ verba indicent.*

d *Volo, & cupio differunt.*

e *Contrahendi facultas per verba arbitriū viri boni ſignificantia, conceſſa quid contineat.*

f *Contrahendi facultas per verba ſignificantia liberam voluntatem conceſſa quid contineat.*

g *Donandi facultas per verba ſignificantia arbitrium viri boni conceſſa, quid contineat.*

h *Donandi facultas per verba liberā voluntatē ſignificantia alicui conceſſa, quid contineat.*

i *Iudicandi facultas per verba arbitrium viri boni ſignificantia alicui conceſſa, quid contineat.*

k *Iudicandi facultas per verba liberam facultatē ſignificantia alicui conceſſa, quid contineat.*

l *Sine figura iudicij iudicandi facultas cōceſſa liberā voluntatem, non arbitrium boni viri ſignificat.*

m *Arbitrium liberum iudicandi alicui cōceſſum, non tribuit facultatem iniuriæ faciendæ.*

n *Hæc verba, prout arbitratus fuerit, & voluerit, ſimul iuncta: quorum prius arbitriū boni viri, alterum liberam voluntatem ſignificat, quid contineant.*

o *Arbitriū ineſt voluntati.*

p *Arbitrium non eſt ſine voluntate.*

q *Nota regulam.*

conſenſus:id eſt,placitus conſenſus, ita in propoſito exponatur: id eſt,voluntate arbitratus ſit,& ſic arbitriũ boni viri importabit.facit *ff pro ſoc.l.nec aduert.*etiam ſi dictũ ſit *liberè*, vt dictum eſt. ¶ Quid ſi dicatur *in ſtatuto*, quòd in tali negotio procedatur de [a] facto?Certè intelligo eodem modo, ſcilicet manu regia:*vt l.y.in princ.ff. de origi iur.* cùm ſit omiſſa omnis ſolennitas ciuilis:non autem quod iura alterius vllo modo tollantur, nec lædantur cõtra naturalem æquitatem. Idem per quæcunque verba concipiantur. non enim quis poteſt eſſe ſolutus magis legibus, quàm Imperator, & tamen ſua libertas ad hoc non extenditur:ergo,&c.¶ Quæro an dictis caſibus iudex poſſit tenere exceptionem præſcriptionis,vel aliam procedentem ex mero rigore iuris ciuilis?Reſp. in his, quæ ipſe iudex habet facere,non tenetur ſequi regulas iuris ciuilis ſed in his,quę iam à iure facta ſunt,ita quod ſi ex hoc ius alteri quæſitum ſit, vel ablatum, iudex non habebit immutare:ſed tenetur illud ſequi: caſus eſt, *ff. depoſi. l bona fides.* aliàs eſſet auferre ius alterius: quod eſt contra naturalem æquitatem.

a De facto procedendi facultas conceſſa quid contineat.

pedire. Ad hoc [a], ſi qua communitas [b], corpus [c], vel collegium, vel alia quæuis perſona, cuiuſcunque ſtatus [d], dignitatis [e], vel conditionis [f] exiſtat, ſuper dicto crimine [g] per nuncium [h], vel per literas [i], ſeu etiam

a ¶ *Ad hoc*.i.iuxta hoc, aliter ſecundùm hoc *vt Co.de iud.auth. ad hoc.* & hic incipit tertia pars,in qua punitur ſtatutum ſpeciale in modo procedendi contra contumaces.

b Communitas quid.

b ¶ *Communitas* nomen[b] generale eſt ad vniuerſitatem ciuitatis,caſtri, vel villæ cuiuſlibet municipij.quod ab ipſa hominum communitate principaliter regitur:ſic *C de epiſ.& cle.auth.nulla cõmunitas.& x.coll de ſta.contra lib.ec edi §.item nulla cõmunitas*

c Corpus quid. d Collegium quid. e Vniuerſitas poteſt delinquere.

c ¶ *Corpus* generale[c] nomen eſt ad omnes ſimul cohabitantes, vel non.& quod ſequitur collegium [d] eſt,quando ſimul cohabitant,& ſimul colligũtur *ff quod cuiuſq.vo vni.l.j.in prin.*& eſt caſus expreſſus hic,quòd vniuerſitas [e] poteſt delinquere,& cõtra eam poteſt procedi,& puniri:licèt quidam contrà:vt plenè dixi *in l.aut facta.§ ſi ff de pœnis.*

d ¶ *Status*.ſiue liber,ſiue ſeruus,ſiue ingenuus,ſiue libertinus: *vt ff.de ſta.ho.l.iy.cum ſeq* Item ſiue ſit integri ſtatus,ſiue deminuti:*vt ff de var.& extraor.cogn.l.cognitio.§.j.* vtiles ergo homines hac lege tenentur licèt aliàs non curetur ſi de Imperatore ſolo verbo maledixerint:*vt C.ſi quis Impe.maledi.l.j.*

f Dignitas nõ excuſat à pœna ſuſtinenda etiã conſtante dignitate aut adminiſtratione.

e ¶ *Dignitatis*. per hoc patet,quòd in hoc crimine ceſſat priuilegium conceſſum eis, qui habent dignitatem [f] cum adminiſtratione:vt ea durante non conueniantur:*vt ff.de iudi l pars literarum,& quod ibi not.*ceſſat etiam priuilegium cõceſſum quibuſdam in dignitate exiſtentibus *vt C vbi ſena. vel clariſſ l.ſin* prout ibi tangitur de modo procedendi, & ſententiandi,priuilegium tamen iudicis remanet,& quia, vt dixi, hîc ſunt legitimandæ perſonæ. BART.

g Conditio, pro ſexu, ætate,iure.

f ¶ *Conditionis*.maſculus[g],vel fœmina minor,vel maior,tamen tali ætate,quòd in eum cadat delictũ ſuum,vel alterius,*vt ff. de exce.l j.in prin.cõiuncto §.parui* Itẽ ſiue ſit laicus,ſiue clericus, ex vi verborum tamen contra clericum non poteſt procedere laicus:niſi ratione feudi:*vt extrà de foro compe.c.verum & C.de epiſ & cler.auth ſtatuimus* & iſte Imperator Henricus quoſdam epiſcopos propter rebellionem ſuis feudis priuari fecit. BART.

h Citationis in crimine læſæ maieſtatis forma, & quid illo caſu citatio continere debeat.

g ¶ *Super dicto crimine*.citata,vel citatum per nũcium:vt eſt infra. Videtur ergo quòd in hoc[h] caſu non ſit neceſſe in citatione exprimi factum limitatum loco, & tempore : ſed ſufficit quòd citetur ſuper crimine læſæ maieſtatis vt hic apertè dicitur. Sed quid vbi alias ſuper dicto crimine debet procedi ordinariè?Reſpondeo:*vt C.de exhib.re.l j.in §.*vbi dicitur , quòd poſtquam citatus venit ad iudicium,debet explorare : i. dicere quare ſuit vocatus:& ſic patet quòd in citatorio hoc nõ fuit expreſſum,& quia in criminalibus debent fieri citationes ſicut in ciuilibus. *ff.de pœ l.abſentem & ibi.no.& ff.de re iudi.l.j.& ibi no.*Sed in ciuilibus debet citari reus,vt veniat, & ſui præſentiam faciat : *vt C.quemo lo,& quando iu.dex l.conſentaneum,& not.in auth.qui ſemel.eo.tit.in gl.ſuper verbo,vocetur.*Contrariũ no.*extrà de dila.c.j.*per Ber. & allegat *v.q.y.c ſi primates.* Sed ibi ſpeciale eſt,cum ad ſynodũ vocatur epiſcopus fauore dignitatis epiſcopalis. Sũt & alia multa,quæ fauore hominum, qui in dignitate ſunt,ſtatuuntur:*vt C.vbi Sena.vel clariſſi.per totũ.* Sed in caſu præſentis conſtitutionis ceſſaret dictus fauor pro eo quod dictum eſt ſuprà , *cuiuſcunque dignitatis* , &c. Sed contrà *in dicto ca.ſape. de verborum ſignificatione.* quia quando fertur ſententia, debet citari ad hoc & ſic videtur quòd in citatione debet inſeri ad quid ſpecialiter citetur , etiam cùm ſine figura iudicij proceditur. Et hîc dicitur , quòd vigore huius citationis generaliter factæ, quòd veniat reſponſurus ſuper crimine tali , poſſit ad ſententiam procedi. Sol. ſi citatus in prima citatione non comparet, procedet,quòd hic dicitur:Sed ſi comparuit,& ſtetit ad proceſſum vſque ad finem:ſi tẽpore ſententiæ non adeſt , debet citari ſpecialiter ad hoc vt ibi ſit. ſi enim primæ citationi veniendo ſatisfecit,ſi poſtea ſe abſentat,citari iterum debet *C.de bonis auctor.iud poſſ.Auth et.qui* Sed tũc vbi [i] debeat citari,vel ad domũ ſuæ habitationis,quæ fortè eſt in prouincia,vel in curia,dicam infrà *in gl ſuper verbo edictum.*¶ Et eſt aduertendum,quòd licèt

i Citatio vbi, aut quo loco fieri debeat in crimine læſæ maieſtatis.

hoc caſu,quando ſine figura iudicij proceditur,terminus [a] peremptorius non ſit neceſſarius:vt dicam *in gloſ ſuper verbo,in termino.*tamen vbi quis citatur [b] illa citatione generali ad hoc, vt eius vigore poſſit procedi ad vlteriora , ſequitur quòd fiat citatio peremptoria,vel tres,quæ habent vim peremptoriæ:*vt d. l. conſentaneum.* & hoc ſiue fiat ante litis conteſtationem , ſiue poſt: *vt ibi not.* Item dicta citatio ſpecialis ad ſententiam audiendam ſimiliter debet eſſe peremptoria:*vt l.ad peremptorium.ff.de iudi.* Aliæ verò citationes , quæ fiunt in medio ad certum actum,vt ad videndum iurare teſtes, & ſimilia,ſemper intelligũtur peremptoriæ:*vt extrà de excep.c.paſtoralis.*& ibi de hoc per Io. And facit *C.qui accu.non poſſ.l ſi ea.*vbi terminus ille intelligitur peremptorius, quod patet : quia vlteriùs non auditur. Dilationes [c] verò,quæ dantur ad probandum,intelligũtur peremptoriæ : cùm non dentur plures, quàm vna,niſi cauſa cognita *vt ff.de fe.l.ſi.*¶ Item ex eo,quod dicitur ſimpliciter ſuper dicto crimine , patet quòd loquitur hæc conſtitutio etiam ex parte accuſatoris [d],ſi citetur quòd veniat ad producendum:vel ſi inquiratur de imponendo pœnam talionis.iſta enim ſunt de tangentibus iſtud crimen:ergo,&c.vt patet in text.

a Peremptoria an ſint edicta in quib. ſine figura iudicij proceditur, ...

b Citationes an ſint peremptoriæ, in quibus ... procedi ... ſine figura iudicij.

c Dilationes an ſint peremptoriæ, ... procedi ... ſine figura iudicij.

d Citatio ... vel accuſator in citatione ... ſe ...

h ¶ *Per nuncium* [e].nuncium [f] conſtituit ipſemet iudex:*vt C. de ſer.l.y.& ibi no.& in Auth.de iud §.neceſſaria.coll* ij.¶ Et puto quòd poſſet conſtitui etiam [g] infamis:licèt ſit officium publicum:nam viliſſimis perſonis cõgruit ſecundùm mores noſtros: ergo ab hac infamia non repellitur:*vt C.de infa.l.j.lib.x. pro hoc l. nec infames C.de decur.lib.x.* ¶ Sed ſecũdùm leges deberent eligi perſonæ diuites,& approbatæ:*vt in Auth.de iudi.§.his autem. coll.ij.*facit quia infamis poteſt eſſe procurator:*Inſti.de excep.§. ſi.*& arbiter:*vt ff.de arbi.l.Pegius.aliàs incipit,parui.& ff de poſt l. j §.ſed eſt æquiſſimum.*Et ſi dicas quomodo credetur ei,cùm infamis non poſſit eſſe teſtis? ſtatim dicam. ¶ Item debet [h] iurare ſe facturum officium legaliter : argu *de fide inſtru.l.comparationes.& C.de ſecũ.nup.l hac edictali § his illud.*& *at.in Auth iuſiurandum,quod præſta.ab his.§.j.coll.y.*Puto etiam ſi non iuret,poſſe eum exercere officiũ.*vt C.de arbi.Auth. decernimus.* eligitur cum periculo iudicis eligentis : *vt d.Auth de iud.§. hoc autem.* ¶ Et ideo videtur quòd ſi non appareat quòd aliquis ſit electus nuncius,quod non eſt curandum, cùm ſtatim eo [i],quòd ſibi ſit commiſſio de citando, in ipſa commiſſione eligitur. Sed ſi ex lege municipali electio nunciorum deberet fieri à conſilio , & non à iudicibus:tunc deberet conſtare de ea , vel ſufficere quòd eſſet in poſſeſſione exercendi illud officium *l. Barbarius. ff. de offic præt.& C.de teſt.l.j.*nec poteſt nuncius aliquem citare:niſi fiat ei commiſſio *C.de exhib.re.l.neminem.*¶ Sed an citatus debeat credere eum eſſe nuncium? Reſpon. vt dicitur *in Authent. de coll §.eis.coll ix.*quòd exactores, qui mittuntur in prouincias, antequam inchoent , debent ſuas literas inſinuare iudici prouinciæ:ex quo colligitur quòd ex eo, quòd in curia ipſius iudicis apparet quòd talis eſt nuncius,quòd poſſunt citari per eum omnes ſubditi ſui in eius territorio , & in eadem prouincia, nec eis aliter fides fieri debet. & ſic credere debet : licèt in multis partibus obſeruetur,quòd tales nuncij habent aliqua ſigna, quibus cognoſcuntur:in quo conſuetudo loci eſt ſeruanda. Sed ſi citaret extra prouinciam, non eſſet credendum ei ſine literis *vt d § eis.*facit *Co de manda princ.l.j* & hoc in iudicibus ordinariis ſed nuncio delegatorum videtur credendum ſine literis:*vt extrà de officio deleg c.prudentiam.*facit quod not *in tit.de citatione §.j per Spec.* ¶ Sed an arbiter [l], vel iudex inferior poterit vti nuncijs ſuperiorũ:Reſpondeo ſic:*vt in Auth. de defen.ciui.§.deinde eos coll.y.*ibi,ex prouincialis officio,&c.¶ Sed an eidem nuncio deferenti debeat iudex credere,cùm [m] ſit vnus?Quidam dicunt quòd non:*vt l.iuſiurandum.C.de teſt.* Contrarium eſt verum,vt hic cùm in ſingulari dicat nuncium.facit *C. de epiſc & cle.l omnes.§ ſi verò apparitor.*& ita viuitur:& creditur eis in his,quę ſibi commiſſa ſunt, & ex eorum officio dependent : vt ſe citaſſe , & ſimilia.facit *C ad legem Corn.de fal l ſi quis decurio.*quia ſimiliter etiam ſeruus de facto proprio interrogatur. *l.interrogari. Co.de quæſtio* multo magis infami. Si verò ei committeretur aliquid, vt referret quòd alios feciſſe vidiſſet tunc in modicis creditur ſibi : in magnis non eatenus , vt iudex poſſit procedere : *vt ff. de re.eo. l. magis puto. §. ne tantùm. & Cod.de accuſa. l. ea quidem.* facit *ff.de cuſto reo. l.diuus.* & quod dixi *in glo. ſuper verbo, nunciationem,&c.*

e Citatio per nuncium ... admoneri ... ri debeat.

f Nunciorum electionis à quo conſiliis ... hoc.

g Nunciatus ... poſſit ...

h ... debeat, ...

k Nuncio citanti an , & quando credere debeat ...tus.

l Nuncio, ſeu apparitore ſuperiorum ... arbiter, vel delegatus iudex vti poſſit.

m Nuncij, ſeu apparitoris vnius relationi an iudex fidem adhibere debeat.

i ¶ *Per literas*. [n] ſigillatas ſigillo [o] proprio,vel publico : *vt l. ſi publicanus.§ j.de publica & Co de epiſco & cleri.l ſi quis per calumniam.& ibi not. & extrà de probatio. ca poſt ceſſionem.* Poteſt etiam ſigillare alieno annulo,dummodo faciat de hoc mentionem:*vt ff de teſta l ad teſtium.§.y.de hoc in Spec.de cita §.iam de citatione.ver.literas.*Igitur puto tutius eſſe,quòd tales literæ publicentur manu notarij: & ita multi obſeruant. Licèt autem fiant literæ : tamen eſt neceſſarius nuncius, qui portet. Sed in hoc differt [p] : quia quando ſolus nuncius mittitur,debet talis eſſe , quòd citatus debeat credere ipſum eſſe nuncium : vt in

n Citatio per literas quemadmodũ fiat.

o Literæ publice ſigillatæ quæ dicantur.

p Citatio per nuncium & per literas differentia.

prae

præcedente gloſſa Hic autem ſatis eſt, vt credat, vel credere debeat literas eſſe alicuius iudicis. ¶ Sed dices, quid ſi negare voluerit literas ſibi fuiſſe portatas? Reſp. iudex ſtabit in hoc relationi [a] ſui nuncii. reus enim ſe citatum cognoſcit à iudice per literas. an autem fuerit nuncius, ipſius iudicis eſt cognitio. nam & portare ipſas literas, eſt ſignũ euidens quòd ſit nuncius: *arg. ff. de leg. j. l. ſeruum ſ. la. ſ. cũ, qui chirographum. & C. de dona. l. j.* ¶ Sed an actor [b] ipſe poterit portare literas citatorias? Videtur expreſſum quòd ſic: *ff. de fur. l. eũ, qui. ſ. ſi ei, ſolu. ver. ſed ſi interfuit. vbi quis pro ſe ipſo portat epiſtolam* Sed ſi pars negaret eas ſibi præſentatas fuiſſe, eſſet graue quòd ipſi actori crederetur, niſi [c] fortè literarum præſentationem probaret per alios & ideo ſi præſentaret coram teſtibus, & notario, qui inde conficeret inſtrumentum, putarem ſufficere

per edictum [a].

¶ *Per edictum* [d] Iſte modus citandi conuenit [e] ordinariis, & delegatis à principe, & non aliis. *vt C. quomodo, & quando iudex. auth. qui ſemel* Item non ſolùm in his caſibus, ſed in aliis omnibus vt ibi patet. Sed de iure canonico non poteſt fieri niſi de ſola commiſſione Papæ, & tunc ſolum contra [f] eos, qui procurant ne ad eos citatio perueniat: vel ad quorum loca non poteſt tutè accedi: *vt extrà de iud. c. ij. in Clemen.* quæ limitatio ſecunda fuit multùm æqua: vt ibi patet. ſic puto iudices in foro noſtro debere practicare. Nam iſti tres modi citandi permittuntur alternatiuè [g]: & ſic iudicis arbitrio. Sed in his debet ſeruare æquitatem: *vt in auth. iusiurandum, quod præſta. ab his. ſ. & per Inno. extrà de conſtitu. ca. j. glo. notabilis, & Archid. de conſti. lib. vi.* Si ergo poteſt per nuncium citare, vel epiſtolam, vel literas non eſt æquum quòd citet per edicta: & ſi faceret, grauaret partem, & ideo per iudicem appellationis poſſet infringi proceſſus. Hoc autem, ſcilicet quem impedire ne ad eum citatio perueniat, vel non poſſe accedi tutè [h] ſæpe accidit: ſcilicet quando citatur aliqua ciuitas, vel dominus, aut multi ciues vnius ciuitatis. Argumen. *extrà de reſcript. c. ſtatutum. ſ. cùm verò eiuſdem lib. vi.* Item ſi locus, in quo perſona eſt citanda, eſt rebellis: non enim tutè mittitur nuncius ad locum inimicorũ: *vt l. ſecundum. ſ. ſi accuſatio ff. de legationibus. & l. de ætate. ad Trebell. & l. iy. ff. ex quib. cau. maio.* Puto tamen rectè fieri antequam [i] hæc citatio fiat, quòd ſuper hoc ad iudicis informationem aliquid cognoſcatur. *vt dicta l. de ætate.* Sed ſi quis terminus [k] in tali edicto ponetur? Reſpon. congruus in poſſit venire in notitiam ciuitatis: vt poſſit poſtea ad locum citationis comparere in [l] ciuilibus: *vt d. c. j. de iud. in Cle.* (ne alias edictum contineat impoſſibile: *vt ff. de eo, quod cert. loc. l. iy. ſ. ſi quis ita.*) in criminalibus verò datur dilatio longior ſecundùm formam *l. iy. C. de exhib. re.* quæ tamen dilatio non videtur neceſſaria in hac lege: cùm abſque figura iudicij procedatur: cùm illa ſit ſolennitas iuris ciuilis: *vt ſuprà not. in gloſſ. ſuper verbo, nouâ.* ¶ Sed qualiter ſciat iudex moderari [m] terminum cùm ignoret, vbi moretur? Reſpon. text. eſt, *C. quomodo, & quando iudex auth. qui ſemel,* vbi dicitur quòd iudex præſens debet examinare, vbi ſit reus. ſed hoc videtur impoſſibile, quòd teſtes examinati coram iudice hoc dicant, ſcilicet aliquem modo eſſe Florentiæ. vnde debet ſic intelligi: vt dicit text. *in Auth. de exhib. re. ſ. ſi verò etiam. coll. v.* vbi dicitur quòd iudex examinet in quantum poſſit, in quam terram abiiſſe dicitur. ex quo ergo quod dicitur abiiſſe, apparet quòd ſufficit ſola [n] fama, vel vulgi opinio, quòd in certum locum dicatur abiiſſe. quod ergo in dicta auth. dicitur, *vbi ſit*: id eſt, vbi eſſe dicitur, & ex eo quod dicitur, *examinet*, poterit intelligi ſummatim ad ſui informationem etiam parte non citata: vt ibi not. hæc eſt practica vera, & pulchra, & eſt notabilis. ¶ Quid ſi hanc examinationem non fecerit? Certè aliquid de ſubſtantialibus videtur omiſſum: vſus tamen, & communis practica hoc non patitur: ſed ſatis eſt aſſignare terminum congruentem per [o] diſtantiam loci: vbi eſt, vel vbi habitare conſueuit P. vbi citare ſufficit: *vt l. j. ff. de lib. agn. & l. iy. ſ. domum l. aliàs prætor. ff. de dam. infe.* ¶ Quid ſi intra terminum comparet aliquis, & dicit citatum abeſſe, petens ſibi terminum prorogari, vt citatum inueniat, & ei denunciet: an ſit audiendus? Reſp. iſte videtur excuſatus veniens ad allegandum cauſas abſentiæ q; ideo audiendus eſt faciendo fidem de abſentia. quo facto ſi petat terminum vt eum inueniat, & ei denunciet, audiendus eſt. *C. de his de crimi. agi. oportet auth. qua in prouincia* ¶ Sed quid [p] ſi talis reuertens dicit ſe illum diligenter inquiſiſſe, & non potuiſſe inuenire vbi eſſet? Reſp. quòd procedet iudex tanquam contra contumacem. nam poſt illam dilationem auditur iſte, ſi veniat, vel mittat legitimè: alias ſecus: *vt dicta auth. ea. qua in prouincia.* hic autem neutrum facit ¶ Sed an prædictis modis poteſt quis citari vbicunque etiam extra [q] territorium ciuitatis? quod videtur. *C. de epiſ. & cle. l. omnes ſ. executoribus. verſ. verùm ſi apparitor. & ff. de offi. præfect. vrb. l. iy.* vbi ſubditũ ſuum quis citat etiam extra territorium exiſtentem. In contrarium eſt caſus *extr. de re iud. c. paſtoralis.* vbi declaratur, quòd Imperator per ſe non poteſt citare eum, qui eſt in terris Eccleſiæ: ſed debet ſuperiori denunciare, vt ei denunciet. Cynus in quadam diſputatione dicit, quòd illud fuit compoſitum per errorem Canoniſtarum. Sed cùm illa decretalis fuerit facta in generali concilio, vbi eſt copia magna intelligentium, non eſt veriſimile quòd in illo capitulo fuerit erratum. vnde temeraria eſt dicta ſolutio. Vnde dicit Paulus de Leaza. *in dicto cap.* quod ille, qui eſt iudex alicuius ratione domicilij, poteſt citare illum extra territorium quacunque citatione. cùm talis abſens alium illo ſuperiorem non habeat, per quem citari poſſit. & ita loquuntur iura prædicta. Si verò loquimur de ſubiecto ratione delicti, vel contractus, & ſic per accidens: tunc talis iudex non citat extra territorium: *vt dicto c. paſtoralis.* & hoc quoad executionem faciendam in rebus, quæ aliàs non ſunt in territorio citãtis: *vt ext. de fo. compe. c. Romana. ſ. contrahentes. lib. vj.* Sed certè primum membrum ratione domicilij placet: ſed ſecundum diſplicet. Primò, per dictum *ſ. contrahentes.* vbi fit citatio extra territorium etiam quoad pronunciationem, de mittendo in bonis, quæ non ſunt in territorio citantis. Secũdò, quia directò, eſt contra caſum huius conſtitutionis. & quòd ſic intellexerit Imperator, patet: quia citationem factam de rege Roberto exiſtente extra territorium, aſſerit legitimè factam. & loquitur hic de citatione facta à quocunque, qui præeſt iuriſdictioni. idem in cauſa capitali. & ſi d. cas. hoc Imperator non potuit, concedo in terris Eccleſiæ. Dic ergo quòd Papa poteſt citare quemlibet vbicunque [a] exiſtentem: quia ipſe eſt vicarius Chriſti cuius eſt terra, & plenitudo eius orbis, &c. *vt extrà de iudi. ca. j. in Cle.* Item per vniuerſum imperium officialis, qui præeſt vni prouinciæ, poteſt citare homines exiſtentes in qualibet prouincia imperij. quia hoc facit autoritas [b] Imperatoris: *vt dicta l. omnes. ſ. executoribus verſ. verùm ſi apparitor. & dicta l. ſecũda de officio præfect. vrb. & hic.* ſed Imperator, vel alius princeps ſecularis non poteſt citare quem in terris Eccleſiæ: quia etiam illas terras ſibi libere reſeruauit: *t dicto c. paſtoralis.* debet ergo ſcribere [c] ſuperiori illius loci: vbi perſona citanda moratur, vt notificet ſibi. *vt ibi, & ff. de requi. re. l. j. ſ. j.* ¶ Sed quid ſi ille iudex reſcribat quòd non [d] vult ei notificare? Videtur quòd non imputetur hoc reo. quia per eum non eſt factum. *vt ff. quod vi, aut clam l. j.* Sed ſecundùm hoc iudex non poteſt expedire proceſſum. ergo dic quòd habebitur tanquam legitimè citatus. licet enim ipſe de ſe non impediuerit citationem fieri, impediuit tamen defenſor eius: ſcilicet ſuus ſuperior. quod ſufficit. *extrà de electi. c. cauſam in Clem. ibi, verùm ſi per appellati, aut ſuorum, &c.* Vel dic, quòd propter eius negligentiam poterit ipſe iudex citare per edicta, vel nuncium. ſicut ſi eſſet in eius territorio: *ar. C. vbi in rem actio l. iy. & de iudi. l. nulli. & quod ibi not.* & hoc plus placet mihi. ¶ Quid ſi in primo [e] termino citatus comparet, & poſtea ſe abſentauit qualiter citabitur? Reſpon. aut prima citatio fuit facta ſimpliciter, quòd compareat ſuper tali negotio reſponſurus: & tunc veniendo ſatisfecit primo termino: & eadem ſolennitate eſt citandus hac ſecunda citatione ſicut in prima: vt dictum eſt *ſuprà in gloſſ. ſuper verbo, ſuper dicto crimine.* Aut prima citatio facta fuit magis extensè, dicendo quòd veniat reſponſurus ſuper tali negotio, & ad procedendum in cauſa prædicta vt iuris fuerit, vſque ad finem: & tunc veniendo non ſatisfecit termino: niſi ſtet vſque ad finem: quia ſufficit citatio per præconem ipſum citando per ciuitatem quòd talis iudex facit citare talem. tunc enim ſi non comparet, procedetur in cauſa: aut enim erat præſens in ciuitate, & non comparet: & talis proclamatio arctat eum *l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pig.* Aut non erat præſens: & ex eo quòd ſe abſentauit à ciuitate, erat contumax ex virtute primæ citationis, & ex hoc quia morari debet in ciuitate: vbi eſt curia licèt in quo loco ſit, incertum ſit. Sic etiam admittitur [f] citatio per præconem, quando eſt incerta perſona, quæ citatur: vt dicam *infra.* nec ob. prædictis, *C. de. bo. aucto. iudi. poſſ. l. ea. & authen. ei, qui.* & in corpore, vnde ſumitur, quia ibi permiſit, & iurauit de iudicio ſiſti, magis reſpectu partis, vt ei committitur obligatio ad intereſſe: *vt ff. ſi quis cau. l. iy. in fine.* quàm reſpectu iudicis, vt dicatur contumax ſi ibi non eſt: ideo debet ſolenniter citari facta inquiſitione vbi eſſe dicitur. Conſulo tamen ad fugiendum prædicta, quòd reo comparente in primo termino in cauſis, in quibus non eſt locus detentioni, vt ei dicatur à iudice vt [g] certum locum in ciuitate eligat. vbi ſit citandus. ſicut enim poteſt eligere domicilium: *vt ff. ad muni. l. domicilium. & l. nihil actum.* Quidam autem præcipiunt tali ſic comparenti, quia eſt ex longinquo, vt ſingulis diebus, & horis, quibus redditur ius, compareat coram eo. ¶ Et quia de citatione, quæ fit per præconem, facta eſt mentio, quæro quando licet per præconem citare? Quidam dicunt, quòd citare licet reum [h], non actorem: *vt C. quomodo, & quando iudi. authen. qui ſemel.* & ita videtur tenere Spec. *in tit. de cita. ſ. ſequitur, circa prin.* Sed certè ratio poſita in auth. *qui ſemel.* ſcilicet quòd vox præconis paucis innoteſcit, eſt communis ad actorem, & reum: vnde dictum Spec. poteſt eſſe verum in eo caſu, quo reus poteſt eſſe in loco, vt dixi. dic ergo, aut eſt citanda perſona certa [i], quia conſtat de eius intereſſe: aut ignoratur quis ſit ille, cuius intereſt. primo caſu ipſa perſona citanda eſt nominatim [k]. *ff. de ventr. inſpi. l. j. ſ. pe.* Sed qualiter? aut eſt certum vbi ſit, nec alibi eſt ex virtute citationis, & non poteſt citari per præconem. id eſt, vocem præconis: *vt dicta authen. qui ſemel.* aut debet eſſe in aliquo loco virtute citationis; ſed ignoratur locus: quia neſcitur in qua parte ſit ciuitatis: & tunc ſufficit citatio

per

a Citandi vel per vniuerſum orbẽ poteſtas cui competat.

b Pareatis literas Galli vocant, quoties iuſſu ſuperioris communis iudex extra territoriũ ſuum citat, aut exequitur.

c Literæ requiſitoriæ dicuntur, quoties permiſſione iudicis vicini, iudex extra territorium ſuum in vicino territorio citat.

d Citare ſubditum ſuum nolentis iudicis, rogatu iudicis vicini, contumacia, vtrum ad ipſum ſuum iudicem referatur, an ad ipſum iudicem & quo remedio vti illo caſu debeat vicinus iudex, cuius rogatio neglecta eſt.

l Citari nominatim perſonæ quæ certæ ſunt (tamen abſentes) per præconem poſſunt.

per præconem: *vt ſ. oſtenſum eſt: vt l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig.* cùm iſta citatio non præiudicet niſi præſentibus: vt ibi patet facit quod not. per Inno. *extrà de maio. & obe. c. ſi* & hoc niſi citanda eſſet aliqua multitudo. *C. de decu l. ij. lib. x. & no. per Inn. in d. c. ſi. ext. de ma. & obe.* Si verò ignoratur [a], quæ ſit perſona, cuius intereſt citari: & tunc ſufficit citari per præconem. *vt l. ſi vacantia. Co. de bo. vacan. lib. x. & d. l. ſi eo tempore.*

publicè [a] propoſitum citata [b], vel citatum [c] neglexerit [d] in termino [e] perſonaliter [f], vel legitimè [g] comparere: contra ipſam, vel ipſum perinde [h], ac ſi præſentialiter omnibus intereſſet, vel lis foret legitimè conteſtata [i];

a ¶ *Publicè.* ſolam propoſitioné requirit. ſed [b] de iure can. debet priùs verbo literas legendo in aliquo publico loco citari: poſtea literæ debent affigi publicè. ſcilicet in foribus maioris Eccleſiæ: *vt cap. j. extrà de iudi. in Clem.* hic enim circa locum loquitur largè, quod ſufficit publicè proponi in loco vbi ius redditur, vel in foro nundinarum, vel alibi, vbi moris eſt publicè fieri præconia: *vt in ſecunda conſtit Cod. circa ſi. ibi, edictu ex more propoſitu.* Quanto [d] tempore edictum ſtet affixum, ibi non exprimitur: vnde erit in arbitrio iudicis: *vt ff. de iur. delib l. prima.* Sufficit autem in actis ſcriptum eſſe, quòd edictum fuit publicè propoſitum in tali loco: nec eſt neceſſe ſcribi, quòd tanto tempore ſteterit: nec etiam præſumitur inde ſublatum, cùm hoc facere ſit delictum [e]: *vt l. ſi quis id, quod ff. de iuriſd. omn. iud.* cautius tamen eſſet, ſi quis de hoc faceret fieri ſcripturã. Præconia etiam debent fieri in locis publicis, & conſuetis: *vt dicta auth. C. circa fin.* & ſufficit quòd præco [f] referat ſe præconizaſſe per ciuitatem locis publicis, & conſuetis, etiam ſi non exprimantur loca. Nam talia loca conſueuerunt eſſe notoria [g], & ſic expreſſio non eſt neceſſaria: *vt ff. de contrahend. emp. l. cum ſeruo. § fin.* & ſic obſeruat conſuetudo, &c.

b ¶ *Citata.* perſona, vel ciuitas.

c ¶ *Citatum.* corpus, vel collegium. ¶ Sed qualiter hoc fiat in citatione, quæ fit per edictum, clarũ eſt, cum [h] ibi ſufficiat propoſitio in loco publico, vt in præcedenti Gloſſ. ¶ Sed cùm fit per [i] nuncium, vel per epiſtolam, quem citabit nuncius eius, vel cui literas præſentabit? Ioan. Andr. *extrà de conceſſ. præbend. ca. ſi capitulum lib. vj.* dicit quòd requirat eum, qui habet conuocare tale collegium, quòd illud congreget more ſolito. Quòd ſi includeret, vel impediret ne fieret propoſitio, vel præſentatio: perinde [k] eſt, ac ſi eſſet facta. quod ſatis placet. Poteſt etiam dici quòd ſicut vnum hominem ſingularem quis poteſt citare, licèt ſolum caput [l] eius reſpiciat, & non aliud corpus. *ff. de in ius vocan. l. ſatu. & arg. in l. cùm in diuerſis. ff. de relig. & ſum. fu.* Sic etiam quis vniuerſitatem poteſt citare citando caput eius: hoc eſt illos, qui præſunt vniuerſitati, ciuitati, communitati, vel collegio: *vt l. municipibus. ff. de condic. & demon.* Poteſt etiam dici quòd ſicut tutor [m] poteſt citari in cauſa pupilli: ita hoc modo rectores in cauſa vniuerſitatis: *arg. ff. de pactis l. item magiſtri. & l. ſeq. & de adminiſt. tut. l. j. §. ſufficit.* Sed tu dices: illud verum eſt quando commiſſio fieret de citando tutorem. Sed ſi fieret de citando pupillũ, an ſufficiat citare tutorem? poſſet dubitari: & ideo conſilium eſt quòd fiat commiſſio [n] de citando tutorem, & pupillum: & de citando rectores, adminiſtratores, & vniuerſitatem: tunc ſine dubio ſufficit citare rectores. Poteſt etiam dici quòd ſufficiat quòd nuncius per [o] terram clamet, quòd ipſe ex parte talis iudicis citat talem vniuerſitatem. cùm enim talis citatio fiat de multitudine, ſufficit fieri per præconem: *vt dictum eſt ſ. in Gloſſ. ſuper verbo, edictum.* Per [p] citationes autem iſtas, quæ fiunt de rectoribus vniuerſitatis, vniuerſitas conſtituitur contumax [q] fictè non autem dicitur verè contumax, quaſi dolosè occultans ſe. *ff. de reg. iur. l. non poteſt dolo carere.*

d ¶ *Neglexerit.* verè [r], fictè, ſeu præſumptiuè. hæc enim conſtitutio non requirit quòd quis ſit verè contumax. quod patet ex modo citandi per edicta. de qua citatione non conſtat quòd ad notitiam citati perueniat: & hoc niſi iudici conſtet hoc ad citatum non perueniſſe. vel ipſum fuiſſe legitimè impeditum quò minùs veniat: & tunc ſi vltrà proceditur, ipſo iure nullum eſſet, quia deeſt ſubſtantiale. nam non verè, nec fictè negligit: quòd requirit hæc lex. *& not. per gloſſ. ff. de re. iu. l. quæſitum. & fuit opi. Pla. in l. contumacia. § finali eo. tit.* ¶ Sed quid ſi in termino citationis compareat aliquis excuſator dicens citatum fore abſentem, & ita quòd non poteſt in eius notitiam peruenire, vel quia eſt legitimè impeditus, & iudex vltra procedit, an valeat. Dic quòd ſi excuſator obtulit ſe probaturum, & iudex contempſit, quòd proceſſus eſt nullus, quaſi per iudicẽ ſteterit quòd minùs fiat. aliàs ſecus. facit *ext. de appellationibus. c. interpoſita.* ſaluũ tamẽ eſt ius parti petendæ reſtitutionis ex cauſa iuſtæ abſentiæ. *C. quomodo, & quãdo iudex l. ab eo. & ff. de in integ. reſt. l. fin. & quod ibi not.* ¶ An autem ſit neceſſe quòd in termino quis cõtra citatum [s] ſe præſentet, vt neglexiſſe dicatur? Reſpond. non, cùm proceditur per inquiſitionem [t] factam ex officio [u], vel per denunciationem. cùm iudex ſedens ſemper ſit præſtò ſed cum per accuſationem proceditur, ſecus videtur: ad ſimilitudinẽ cauſarum ciuilium. *vt Co. de iudi. l. properandum. §. j.* Sed in criminalibus hoc eſt diuerſum quia accuſatore [x] deſiſtente, vel defuncto, poteſt iudex procedere: *vt C. de abol. l. ij. & ff. de publi. iudic. l. penult. in prin.* Nã ſi conſtaret quòd iudex vellet ibi ſupplere defectum partis, ſufficeret. Et ideo quidam in partibus Italiæ faciunt ſibi concedi licentiam ab excuſatore, vt eo abſente poſſint expedire proceſſum: & tũc conſtat quòd partis ſupplet iudex defectum. caſu tamen huius cõſtitutionis, conſtat quòd hoc non requiritur, cum poſſit ſine figura iudicij procedi.

e ¶ *In termino.* ex hoc quòd in ſingulari numero loquitur, patet quòd vnus tantùm terminus fuit aſſignatus. ex quo patet quòd in his, in quibus poteſt procedi ſine figura iudicij, terminus intelligitur peremptorius [a], etiam ſi non exprimatur. facit *extrà de verborum ſignificatione c. ſæpe.* Item ſi iudex ſua voce admoneret eos, vel aliquem ad audiendum ſententiã, intelligitur perẽptoriè *C. quomodo, & quando iud. in l. ij.* aliàs perẽptoriè dici debet: *vt dixi ſ. in glo. ſuper verbo, dicto crimine.* Item admonitiones, & proteſtationes, quæ fiunt extra iudicium, intelliguntur peremptoriæ, cùm ſemel ſufficiat fieri *l. Titia §. Imperator. ff. de leg. j.*

f ¶ *Perſonaliter.* hoc eſt verum in crimine: vbi eſt pœna infligenda in corpus.

g ¶ *Legitimè.* vt per procuratorem, vel ſyndicum: & ſic videtur caſus quòd in cauſis capitalibus [b], in quibus poteſt ferri ſentẽtia in abſentia, admittitur procurator. quod tenet Dy. *in §. ad crimen.* per regulã poſitã *in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procur.* & dicebat quòd vbi per ſtatutũ in cauſis capitalibus poteſt damnari abſens. poteſt interuenire procurator: quod nõ placet. Nam etiam de iure antiquo reperitur in caſibus quòd abſens [c] poteſt de capitali crimine damnari in caſibus ſpecialibus. *C. de pœ. l. ut diu & ff. ad leg. Corn. de ſic. leg. Corne in. verſic. & qui hoc crimen ſecundum vnum intellectum.* Item in cauſa appellationis altero abſente lite non conteſtata poteſt definiri ad definitiuã. *C. de temp. appell. l. fina. § aliud.* & tamen tũc non admittitur procurator: *vt ff. an per alium cauſa appella. l. prima.* Item procurator rei debet ſatiſdare iudicatũ ſolui: niſi à dicta ſatiſdatione à domino fuerit releuatus: *vt Inſtit. de ſatiſdat. § ſi verò dominus.* Sed dic quòd procurator non poteſt ſatiſdare: nec dominus à ſatiſdando releuare eum poteſt. Item quod Dy. dicit de ſtatuto, eſt aduertendum: quoniam ſtatuta [d] Italiæ cõmuniter permittunt damnari abſentem propter contumaciam tantùm. ſed ſi admitteretur procurator, iam non eſſet cõtumax. Non obſtat §. *publicè.* Nam vbicũque poſſet damnari abſens, de iure communi iudex debet ex officio perquirere veritatem pro vtraque parte: *vt C. quomodo, & quando iud. Authent. qui ſemel. & de appell. l. ampliorem. §. j.* & dicam ſtatim *in gl. ſuper verbo, receptionẽ, aliàs examinationem.*) meritò quilibet excuſans innocentiã auditur, non vt procurator: ſed vt quilibet & hoc quod dicit ibi text. *quãuis verba facientem,* &c. ex eo, quod dicit, quamuis apparet quòd non requiritur quòd ſit procurator. & hoc dixi *in §. ad crimen. in l. pen. ff. de publi. iud.* Non obſtat hæc litera: quia expone quod intelligitur eo caſu, quo pœna à relegatione infrà venit imponenda. & intelligitur legitimè, ſcilicet per procuratorẽ eo caſu, quo venit imponẽda pœna à relegatione infrà: quod poteſt eſſe in his, quæ ipſum crimẽ quoquomodo tangunt: *vt ſ. dixi in gl. ſuper verbo, tangunt.* ¶ Item ad ipſum crimẽ poteſt referri, & dic perſonaliter: id eſt, quando aliqua perſona citata eſt legitimè, vel quando procedit contra aliquam communitatem, vel corpus, vel collegium. & ſic not. caſum quod etiam [e] vniuerſitas in capitalibus reſpondet per ſyndicum: *vt C. de re militari. l. tã collatores lib. xij.* & not. per Cy. *& C. qui accu. nõ poſſ. l. ij.* & modò eſt caſus: ſi per vniuerſitatẽ fieret accuſatio, poſſet proſequi per ſyndicũ. cùm hìc loquatur generaliter ex parte rei, & actoris, *vt dixi ſ. in ſi. gloſſ. ſuper verbo, dicto crimine.* licèt Dynus, & Cynus communiter dicunt contrà *in dicta l. ij. & iij. ff. de accu. §. ſi.*

h ¶ *Perinde.* non tamen per omnia: & ſi gratia contrarietatis tollendæ. non enim ſic poteſt fieri executio [f] in abſentem: ſicut in præſentem. de qua executione hìc dicitur, & infrà dicetur. & idem in omnibus, quæ in abſentem non cadunt, ſicut in præſentem. de hoc multùm not. glo. *ff. ad leg. Iul. pecu. l. ſacrileg.* Vbi autem contrarietas non reſultaret, perinde eſſet quoad omnia: ſcilicet quoad tempus, quoad modum, & quoad cæteras qualitates, & idem in cæteris aduerbiis, & nominibus ſignificantibus ſimilitudinem: *vt ff. de ali. & cib. leg. l. à filio. §. teſtator.*

i ¶ *Conteſtata.* Contumacia [g], de qua dixit, ex vna parte æquiparatur perſonali præſentiæ, & litis [h] conteſtationi ex alia parte. nec enim ſufficeret quem eſſe præſentem, niſi lis eſſet conteſtata, quando ordinariè proceditur: nec ſufficeret lis conteſtata, niſi quis eſſet præſens. *l. abſentem. ff. de pæ.* & hoc in capitalibus in aliis ſecus: *vt not. in d. l. abſentem.* & ibi dixi. ¶ Et not. diligenter quòd vbicunque abſens poteſt damnari, peruenitur ad definitiuam ante litis conteſtationem, quia illa contumacia habet vim conteſtationis: *vt C. vbi in rẽ ac. l. ij.* & ſic puto actionem perpetuari etiam pro actore. ſi ipſe eſſet cõtumax, ſeruatis omnibus cõditionibus, quæ ponuntur *in auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex.* cùm talis contumacia habeat vim cõteſt.

lit pro

a Citari non nominati per præconem debent perſonæ incertæ abſentes.
b Citari per edictum publicè propoſitum quid ſit.
c Citatoria edicta quibus locis affigi ſoleant.
d Citatoria edicta an publico in loco adfixa eſſe debeant.
e Citatoria edicta ex publico loco tollere delictum.
f Præconi creditur dicenti aliquid ſe præconizaſſe.
g Notoria inculcari haud per neceſſarium.
h Citari per edictum collegia, & corpora quemadmodũ poſſint.
i Citari per nũcium, vel per epiſtolam collegia, & corpora quemadmodũ poſſint.
k Citatio pro facta quando habeatur.
l Citato capite, citantur membra: ſeu citatio facta capiti, ſeu Rectori vniuerſitatis, & ſimilibus inferioribus facta cenſetur.
m Citandus ſit ne tutor, an pupillus, an vterque in cauſa pupillari.
n Citandi tutores, & pupilli, ſyndici, & ciuium ſimul commiſſio.
o Citatio præconis voce quemadmodũ fiat.
p Citatione rectoris, vniuerſitas cõtumax fictè dicitur.
q Contumacia ficta, & vera quæ.
r Negligentia alia vera, alia ficta ſeu præſumptiua.
ſ Citato ad edictum non comparente, an aduerſarius præſens eſſe debeat: an vero eo abſente iudex iudicare poſſit.
t Inquiſitio fit plerumque ex officio nudo.
u De inquiſitionis, & denunciationis forma, vide Glo. ſupra ead. in verbo inquiſitione, ſeu denunciationem.
x Accuſatore etiam deſiſtente, vel mortuo in criminalibus iudex iudicare poteſt.

a Peremptorius terminus omnis intelligitur in his, in quibus proceditur ſine figura iudicij.
b Per procuratorẽ cauſa capitalis vtrim defendi poſſit.
c Abſens certis caſibus capitis iure damnari poteſt.
d Abſens ex ſtatutis Italiæ damnari poteſt propter contumaciam tantum.
e Vniuerſitas in capitalibus reſpondet, & agit per ſyndicum.
f Executio in abſentem, vt in præſentem an fiat.
g Contumacia habetur pro præſentia: & ſic contumax pro præſenti.
h Contumacia vim habet litis conteſtationis.

ſit.pro vtraque parte. quod patet:quia pro vtraque parte iudex examinat cauſam.

a ¶ *Receptionem* hoc facit pro vtraque parte: nam iudex debet perquirere a veritatem pro vtraque parte:*vt in authen. qui ſemel C. quomodo, & quando iudex.* ibi, *perquiſita veritate, &c.* poteſt etiam abſentem abſoluere b. *C. de iudi. l. properandum. §. ſin autem ex geſtis.* maximè in cauſis capitalibus: vbi etiā ſi poſt ſententiam appareret de innocentia, debet iudex principi ſcribere: *ff. de quaſt. l. j. §. ſi quis vltro.* ¶ Item ex hoc apparet quòd ex ſola c contumacia de iure communi quis non habetur pro confeſſo:*vt dixi in l. lex Cornelia §. fi. ff. ad Silanianum.*

a In quirere veritatem etiam ... abſente parte iudex debet. b Abſens ab ... poteſt.

ad receptionem a teſtiū, & eorum publicationem b, & ſequētia c, quàm ad definitiuā d ſen-

c Contumax nō habetur pro confeſſo. d Publicatio ... in quibus ... fiat.

b ¶ *Publicationem.* ¶ No. d in caſibus, in quibus poteſt procedi ſine figura iudicij, requiri publicationem. Item not. in criminibus publicationē fieri. Item not. procedi ad receptionem, & publicationem teſtium lite non conteſtata, etiam contra eum, qui non eſt vere contumax: quod eſt contra ea, quæ not. Dynus, *ff. de dam. infe. l. xv. §. quoties.* & ſic faciunt pro nobis, & his, quæ ibi diximus.

c ¶ *Sequentia.* vt probationes teſtium, productiones inſtrumentorum, & allegationes: *vt C. de iudi. authen. iubemus.* & ad interrogationes teſtium pro declarandis dictis eorum, ſi quæ eſſent, obſcura concluſionem in criminalibus non puto fiendam: imò quandocunque quis ſe vellet defendere, debet audiri: *vt l. vnius. §. cognituram. ff. de quaſt. & argu. l. j. de quaſt. in fine.* Intelligo tamen actori dandas duas dilationes e, reo tres cum aliqua cauſæ cognitione. *l. fi. de fer.* alias dilationes dabit iudex cū maiori cauſæ cognitione: hanc tamen puto ſufficere, quòd videat iudex dilationem poſtulari pro veritate, non cauſa differendæ litis. & hoc modo debet intelligi *§. cognituram.* ¶ De effectu f autem publicationis dixi plenè in repetitione, quam feci de *auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex.*

e Dilationes quot, & quomodo dandæ ſint.

f Publicationis effectus quis.

d ¶ *Definitiuam.* Vides ergo caſum, in quo abſente g reo poteſt negotium liquidari, & definitiuè pronunciari in criminalibus. ſimile *C. de pœ. l. ne diu. & ff. ad leg. Corn. de ſic. l. lex Cornelia. ver. & hoc crimen.* Secundùm vnam lect. in capitalibus hoc erat de iure antiquo: *vt ff. de pœ. l. abſentem.* In ciuilibus verò quid iuris ſit actore abſente, vel reo dic *vt C. quomodo, & quando iud. auth. qui ſemel. & C. de iudi. l. properandum. §. j. cum ſeq.*

g Abſente reo poteſt quandoque ſententia definitiua pronunciari etiam in criminalibus.

e ¶ *Executionem.* Hic eſt caſus, quo pars non eſt iterum citanda h tempore executionis: quod eſt verum, ſi per ſententiam liquet executionem ſic eſſe faciendam: vt ſi condemnatio facta ſit in rem, vt ipſa res capiatur, & vendatur: vel ſi facta eſt condemnatio in perſonam, vt perſona capiatur, & puniatur. ſolùm hoc eſt neceſſe ſciri quòd ſit illa perſona condemnata: & ideo exigitur ab eo quædam confeſſio ſuper hoc: & proceditur ad executionem. alias ſecus: ſicut erat cùm capiebatur aliquis aduocatus: *vt ff. de cuſto. reo. l. diuus ver. & ſi diuus Pius:* & ibi dixi. Si autem condemnatio eſſet facta in pecunia, & pro ea caperentur & venderentur res, & vna res pro alia: tunc debet pars citari: quia in hoc certa cauſæ cognitio requiritur: *vt l. à diuo Pio. § ſi in venditione ff de re iu.* & ibi dixi.

h Executionis tempore reum ... citandum.

f ¶ *Procedatur.* Innuit quòd iudex habeat neceſſe facere hoc. In contrarium videtur *l. non quicquid. ff. de iudic & C quomodo, & quando iud. l prima.* Solu. inſtantia i cauſæ criminalis eſt biennium: *vt C. vt intra certum tempus crim. quaſtio termi. l. prima.* vnde non cogitur ſententiare niſi prope finem bienn., *vt C. de iudi. l. properandum §. huiuſmodi & nota C quomodo, & quādo iud. l prima.* ¶ Et hic nota, pro aſſeſſoribus, quibus limitatur certum tempus ad finiendum proceſſum: quod non poſſunt antè expedire, niſi prope finem termini & hoc vt nō cogantur antè ſententiare: ea autem lata executionē coguntur facere ſecundùm formam *l ſi quis intra C. de bo dam* & etiam in perſonam, ſi haberi poteſt *l. cum reus. & l ſi vindicari C de pœna.*

i Tempus inſtantiæ criminalis.

g ¶ *Legib.* hæc eſt iv pars, in qua ponitur clauſula derogatoria.

h ¶ *Non obſtantibus.* Clauſula hæc *non obſtantibus,* quid importet, dicendum eſt. Nam quandoque refertur ad k iura municipalia ciuitatis quo caſu aut præcedant iura derogatoria: & eſt neceſſaria l clauſula *non obſtantibus vt C. de preci. imperatori offer. l. quoties. & ibi not. & ſi contra ius, vel vtilitatē publicā. l. fin. & ibi no. & ff de conſti. prin l. j. in fin. & ibi no.* Sed an neceſſe ſit quòd dicatur nominatim m non obſtante tali lege? Glo. in d. ll. dubitat. Sed Glo *in authentic. hoc inter liberos C. de teſta.* videtur tenere quòd ſit neceſſe exprimi. Item no. *ff. de lega. iij. l ſi quis, in principio.* Alij quòd nullo modo requiratur. *vt C de excuſ. tut. l. idem Vlpianus. §. j.* Sed ibi tutela eſt onus temporale: & ideo de facili poteſt remitti: nec habet præcedentem legem derogatoriā: *vt C de pre. impe. offe. l. quoties.* aliàs eſt neceſſe quòd dicatur non obſtante tali lege. Sed puto quòd ſufficiat ſi dicatur, non obſtante aliqua lege derogatoria: vel quæ hoc fieri prohibeat, & ſimilia. Hoc enim eſt expreſſè mentionē facere de certa ſpecie legum: non enim eſt neceſſe quòd nominetur lex. hoc enim eſſet nominatim, & ſingulariter mentionem facere: & hoc non requiritur: *vt dict. l ſi quis. in prin. & ibi declaraui.* & hoc cū Imperator reſcribit ad priuatam vtilitatem alicuius. Sed n ſi ipſe

k Non obſtantibus legibus, & iuribus municipalibus ..., ſeu ...
l Non obſtante clauſula vt ius ... quod municipale tollatur ... quando neceſſaria.
m Non obſtante clauſula nouæ legi adiecta vt in nominatione ... mētio legis abrogandæ fieri debeat.
n Non obſtante clauſula non ... neceſſe adiectis communis ... & generalibus ...

reſcribere ad vtilitatem publicam, videretur contra omnem legem cōtrariam diſpenſare: *vt ff de iudi. l quidam conſulebat. in fin.* ratio: quia tunc nulla præcedit clauſula derogatoria. Nam *l. reſcripta & l. nec damnoſa. C. de prec. impe. offe.* habēt in ſe clauſulam derogatoriam ſolùm ad reſcripta ad vtilitatem partium conceſſa: & ideo ſi Imperator aliquid ſtatuit, ius commune corrigendo, non eſt neceſſaria clauſula illa, non obſtante aliqua lege: quia eo ipſo quòd poſteriores condit contrarias, priores videtur tollere: *vt l. non eſt nouum. & l. ſed & poſteriores. ff. de legi. & extrà de conſti. c. j. li. vj.* hic ergo iſta clauſula non fuit neceſſaria, nec eſt dubium quin poſſit tollere ius commune, etiam ſi præcedit aliqua clauſula derogatoria. *nec ob. C de legi l. humanū & quod ibi no.*

tentiam, & eius executionem e procedatur f legibus g, & conſuetudinibus non obſtantibus h

Quid ergo dices in ſtatuto a, ſi præcedit aliud ſtatutum habens clauſulam derogatoriam: an ſit neceſſe quòd fiat ſpecialis mentio de primo? Puto quòd ſic *ar. d. l ſi quis. in princ.* & dixi *in repe l. omnes populi ff de iuſt & iur.* & pro hoc facit: quia quicquid iuris ſit in priuato, aliqualis ratio eſt in populo. nā ſicut priuatus præmittit illam clauſulam timēs ne inſtigatu, vel deceptione aliquorum ad aliud inducatur: ita populus, vel vniuerſitas videtur timere, cū æquiparetur priuato: quæ ratio ceſſat in principe ius condente. Sed ſi ſtatutum præcedens nō habet clauſulam derogatoriā: eodem modo per ſequens ſtatutum contrarium primo, primum videtur ſublatū eadem ratione. & hæc vera ſi præcedentia iura ſunt omnino contraria. ſi autē per aliquam limitationem, vel diſtinctionem adiuuari poſſunt, non tollentur: *vt d. l. ſed & poſteriores.* nam *auth. offeratur de lit. cōteſt.* quæ dicit ſpecialiter ſatisdandum, reſtringitur ad eum, qui non poſſidet immobilia: *vt l. ſciendum. ff qui ſatisda. cog.* Sed quæro ſi in lege noua eſt dictum, *non b obſtante aliqua lege,* an per hoc tollatur ne per priores limitetur, & diſtinguatur? Reſpond. non: ſed intelligitur *non obſtante lege aliqua*: ſcilicet contraria, quæ non poſſit cum hac ſuſtineri: *vt in authent. de hered. ab inteſtato. circa principiū in gloſſ. ſuper verbo, vacātibus* pro hoc facit *C. communia de ſucceſ. authen. itaque* In eo quòd ibi diſputatur an ſit correcta *l. de emancip* & ex hoc patet, quòd modus procedēdi in hac conſtitutione inductus, non habet locum in caſu *l. C. ſi quis Imper. maledixerit.* nā cùm ibi ſit ſpecialiter prouiſum per hanc legem loquentem generaliter de crimine læſæ maieſtatis, & eam tangentibus, non videtur propter hoc ei derogatum. pro hoc facit *in authent. hac conſtitutio, &c. coll. viij.* Nam per illam intelligitur ſublata *l. fin. C. de ſacroſanct. eccl.* quæ generaliter loquitur. non autem conſtitutio ſpecialis, quæ eſt *in authentic. vt eccleſia Romana coll. ij.* & probatur, *C. de ſacroſanct. eccle. auth. quas actiones.* licet gloſ. in illos variet. Sed ſi in l. noua diceretur non obſtante aliqua lege, quæ generaliter, vel ſpecialiter in contrarium loquatur: tunc d. ll. non diſtinguerent, nec limitarent legem nouam: nec haberet locū *l. ſed & poſteriores. ff. de legibus.* & hæc videntur vera, & vtilia. ¶ Sed cùm in hac conſtitutione ſit data iudici licentia procedendi ſine figura iudicij: quibuſdam autem in his, qui in ſacris ſcriniis militant, eſt conceſſum, vt in modo procedendi prærogatiua gauderent: *vt Cod. de prox. ſacr. ſcrin. l. in ſacris.* an eis in caſibus in hac conſtitutione comprehenſis hæc priuilegia conſeruabuntur? Videtur quòd non, ex eo quòd dixit, *cuiuſcunque ſtatus, vel dignitatis,* &c. Sed hoc non facit: quia hìc de ſtatu, & de dignitate generaliter fit mentio: ibi cuidam dignitati, vel ordini ſpecialiter indulgentur aliqua priuilegia: & ſic illa tanquam ſpecialis magis debet limitare hanc poſteriorē: vt ſuprà dictum eſt. Econtrà videtur: nam illa loquitur in omnibus cauſis criminalibus, & ciuilibus generaliter: hæc ſpecialiter in crimine læſæ maieſtatis, & id tangentibus. & ſic videtur quòd hæc vt ſpecialis limitet, & reſtringat illam: quid dicemus? Dubium eſt in hoc quòd prima magis ſpecialis eſt quoad quid: ſcilicet quoad perſonas: & eſt magis generalis quoad quid, ſcilicet quoad cauſas. hæc econtrà eſt magis generalis quoad perſonas, & magis ſpecialis quoad cauſas. An ſecunda limitetur per primā, an prima per ſecundam? Hæc ambiguitas quodammodo perplexitas eſt, cùm in neutra iſtarum diſpoſitionum poſſit genus à ſpecie ſeparari ex virtute proprietatis ſermonis: & ideo ad mentem l. recurrendū eſt. Dic igitur quòd ius c ſingulare ſemper eſt introductum propter aliquam vtilitatem: *vt ff. de legi. l. ius ſingulare.* cùm ergo tam lex prima, quàm ſecunda ius ſingulare, & ſpeciale contineat, hoc eſt propter aliquam vtilitatem. Debemus ergo illud ſpeciale d conſeruare, in quo euidentior, & maior vtilitas reperitur. Iſta enim eſt benignior interpretatio: *vt ff de legi. l. benignius.* & quia cauſa magis priuilegiata præfertur: *vt no C. de priuil. do l. j. & de priuileg. cre. l. priuilegia.* Vnde in propoſito cùm ſpecialitas huius conſtitutionis ſit propter vtilitatem vrgentiſſimam: *vt ſuprà in princ. huius l.* dico hanc legem reſtringere illam *l. in ſacris.* quæ in priuilegium perſonale, & dignitatis eſt introducta. & etiam in fauorem e minorum videmus quòd lex inducta eſt, vt contra eos nulla currat præſcriptio: *vt l ſi Cod. in quib. cau. in integr reſt. non eſt ne.* & hæc prouiſio eſt generalis quoad cauſas: & ſpecialis quoad perſonas minorum. Eſt & alia

a Non obſtāte clauſula, vt tollat clauſulam derogatoriam alicuius ſtatuti, neceſſe eſt ſpecialem fieri mentionē clauſulæ ſtatuti derogatoriæ.

b Non obſtāte clauſula, nouæ legi adiecta, non impedit, quo minus lex noua ab antiquioribus legibus poſſit limitari, & diſtingui.

c Ius ſingulare cur introductum.

d Ius ſingulare, in quo euidētior, & maior vtilitas reperitur, ſemper præferendum.

e Præſcriptio contra minores currit.

conſtitu

a Inſtantia tẽpus definitũ.

conſtitutio, quæ limitat tempus inſtantiæ [a], & hoc fauore publicæ vtilitatis, ne lites fierent immortales: *vt l. properandam. C. de iudi.* & hæc generalis eſt quoad perſonas omnes litigantium & ſpecialis quoad cauſas: ſcilicet quoad præſcriptionem inſtantiæ, & per hanc l. *properandum.* licèt ſit antiquior in temporibus inſtantiæ de iure antiquo, limitatur illa lex finalis, licèt ſit poſterior: *vt not. in l. Cod. ſi aduer. rem iudi.* Sed ſi lex antiqua haberet cauſam ſpecialiter maiorem, & fauorabiliorem: tũc limitaretur lex noua eadẽ ratione. Si verò non eſſet ratio ſpecialitatis, vt ſit fauorabilior vna, quàm altera, tunc putarem legem nouam præualere. Iſta ſæpe occurrunt in iſta ciuitate.

quibuſcunque. Hanc autem [a] generalem legem noſtram extendi iubemus ad præterita [b], præſentia, & futura quam [c] legem ex nunc [d] abſque alterius temporis expectatione tranſcurſus ſuum integrum vigorem decernimus obtinere.

QVI SINT REBELLES [e].

b Non obſtantibus priuilegiis clauſula quid contineatur.

n ¶ *Rebellando* [i] reſiſtendo, vel non obediendo: licèt ipſi guerram non inferant: vt dictum eſt. ¶ Et aduertendum eſt, quòd in illo qui rebellat contra principem hæc conſtitutio loquitur ſimpliciter, quaſi contra eum non poſſit eſſe aliqua iuſta cauſa rebellandi: quod intellige de ſubditis imperij, non de iis, qui ſunt de terris Eccleſiæ. in eo vero quod loquitur in eo, qui rebellat contra officiales ſuos, loquitur l. [illegible] in his, quæ ad commiſſum eis officium pertinent. & hoc quia ſi vltra facerent poſſet eis legitime reſiſti. *vt C. de iur. fiſc. l. prohibitū lib. x. & de metatis [illegible] lib. xij* & intellige quando rebellat pro his quæ pertinent pro ſtatu imperij [illegible] ſi aliqua ſingularis perſona conueniretur coram principe, vel eius iudice in aliqua cauſa ciuili, vel etiam nali [illegible] vel eſſet contumax, aut alio modo reſiſteret: tunc etiam licet largo modo dicatur rebellis: *vt d. c. ſanè. de offi. dele.* tamē propter hoc non dicitur rebellis imperij nec incidit in hanc conſtitutionem: quia non rebellat contra proſperitatem Imperatoris, vel imperij principaliter, quod in hac cōſtitutione requiritur *vt patet in text.* ſed in damnum aduerſarij, cum quo litigat. quod patet quia contra talem contumacem non proceditur niſi parte petente: *vt ff. de iudi. l. ad peremptorium. C. de iudi. l. properādum. § & ſi quidem C. quemodo, & quādo iudex. [illegible]* ¶ Sed an hæc conſtitutio habet locum contra eum, qui rebellat contra aliquem regem, vel principem: vel contra aliquam propriam ciuitatem? quod videtur, quia hic dicitur, contra officiales noſtros, ſed omnes prædicti poſſunt dici officiales Imperatoris, quia vel ab eo habent iuriſdictionem ex cōſtitutione [a], vel conceſſione, vel longa conſuetudine [b], quæ vim cōſtitutionis habet. *vt ff. de aqua plu. ar. l. i. § [illegible] & ff. de aqua quoti. & æſt. l. hoc iure § ductus aquæ.* Cōtrarium dico nam tunc non fit contra proſperitatem principis, vel imperij principaliter licet ex iſtis defenſionibus, & rebellionibus reſpondeatur: ſicut caſus eſt. *ff. de cap. l. ſi quis ingenuum. § in ciuilibus* Et quod hic dicitur de officialibus Imperatoris, intelligitur de his qui principaliter, ac directè pro eo ſunt legati, & vicarij Imperatoris: *vt C. de eo, qui vicem alterius gerit. l. ij. & ff. de leg. iij. l. i. §. deportatus. & §. ſeq.* Reges verò, & ciuitates eſto quod habeant iuriſdictionem à principe tamen eam exercent principaliter propter ſe, non propter principē. & ſic ceſſat hæc conſtitutio, quæ ſpecialiter loquitur in his, qui machinantur cōtra perſonam principis, vel eius officiales, vel imperij vtilitatem. ſed habet locum ius antiquum *ſc. l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. de.* Quæ generaliter loquitur de his, qui deficiunt a iuriſdictione eorum, ſub quorū imperio ſunt. & dicam in tractatu de bannitis noſtri temporis. ¶ Sed quid ſi aliquis rebellat contra rectores per Romanam Eccleſiā poſitos in partibus Italiæ? puto [c] huic conſtitutioni locum fore cum enim imperium ſit Eccleſiæ: *vt ſuprà dixi in l. proxi. circa pr.* apparet quòd rebellat contra proſperitatem imperij: pro quo facit quod canoniſtæ in talibus imitantur [illegible] *vt extrà de ope no nunc [illegible]* ¶ Quid ſi aliquis homo de terris Eccleſiæ aliquid faciat contra principem de his, quæ ad rebellionem pertinent: an rebellis eſt, & in crimen læſæ maieſtatis incidat? Henricus Imperator huius l. auctor determinauit quòd ſic, condemnando de hoc Robertum regem. *vt extrà de re iudi. c. paſtoralis in cle.* ſed Papa ibi in §. *rurſus* determinauit cōtrarium, dicens eum, qui eſt de terris Eccleſiæ ratione originis, & domicilij, non poſſe dictum crimen committere in Imperatorem, & propter hoc caſſauit Imperatoris ſententiam contra regem Robertum latam. mihi vtraque ſententia videtur eſſe vera. Nam dicta verba, *commiſit crimen læſæ maieſtatis in eum*, poſſunt intelligi ſic: ſ. commiſit in ipſius principis maieſtatem. & tunc eſt vera ſententia Papæ. Nam cùm non ſit ſubditus maieſtati imperiali, non debebat ſibi illas fidelitates, quæ dicuntur *ſuprà l. proxi. circa princ.* nec enim tenetur reuereri: ſed quoad eum liber eſt & non dicitur directò in eius maieſtatem cōmittere vt ibi: *ſicut ff. de cap. l. non dubito* Secūdò poſſunt intelligi dicta verba, quod commiſit crimen læſæ maieſtatis. ſ. Papalis, cui ſubditus eſt: & hoc crimē committit in eum. ſ. principem: vt ſic non directò: ſed per quandam conſequentiam læſerit maieſtatem Papæ & tunc vera eſt ſententia Imperatoris Nam Imperator eſt fidelis, & ſubditus à Papa & ab eo coronatus [illegible] ergo offendendo [illegible] principe, incidit in crimen læſæ maieſtatis principis *vt ff. ad l. iul. maie. [illegible]* Sed quia hoc Imperator in ſua ſententia non expreſſit & ſic non fuit expreſſa maieſtas quæ læſa fuit [illegible] intelligēdum de maieſtate Imperatoris [illegible] caſſa ſententia ſua [illegible] Papa multum ponderat illa verba *læſa maieſtatis in ipſum* quod ſ[illegible] non dicitur lædere ſed alterius maieſtatem nō negat & hoc de crimine læſæ maieſtatis ¶ An autem [illegible] Videtur quod [illegible] non eſt ſubditus [illegible] In contrarium videtur *in d. cle. paſtoralis in prin.* vbi Imperator appellat regē Robertum hoſtem, & rebellē, quia ſubditus eſt ratione comitatus [c] Prouinciæ, [illegible] tenebat ab imperio. & nuper Alonſus rex, dicti regis Roberti ſucceſſor, per ſuos legitimos nūcios domino Imperatori noſtro pro dicto comitatu fidelitatem iurauit in ciuitate [illegible] me præſente. Sed an contra hominem de terris Eccleſiæ ſic delinquentem poſſit Imperator, vel habens autoritatem ab eo, procedere? quod videtur, quia homines Eccleſiæ ſūt imperio [illegible] ergo apud eos poſſunt [illegible] *dubito in p. ff. de cap.* maximè cùm cora[illegible] ratione del[illegible] committendo gentes contra principē ad terras imperij Et ſic Imperator fecit contra dictum regē Robertum Sed Papa determinauit contrarium [illegible] *cle. paſtoralis [illegible] quoque, ibi [illegible]* Sed certe veritas eſt quod [illegible] quod eſt capitale non poſſet de iure cōmuni puniri [illegible] præſens eſſet & [illegible] lud conſideraui illa decret. Nec ob. *ſuprà l. proxi.* quia illa [illegible]

a Iuriſdictio quomodo [illegible]

b C[illegible] longa conſuetudine [illegible] habet.

c [illegible]

c Comitatus [illegible]

facta poſt coronationem Imperatoris prædicti: vnde Eccleſia nõ admittit illam legem in præiudicium ſubditorum ſuorum &ſic videtur iniiſſe fœdus cum eo quòd contra homines Eccleſiæ leges grauiores non imponat. Vnde ratio illius capituli nõ habet locũ in hominibus Imperij vel alterius regni:ſed ſolùm in hominibus Eccleſiæ,quod no. pro ciuitatib. quæ inuicem confœderantur æquali,vel inæquali fœdere:*d.l. non dubito.de captiuis.* nam ſi factum eſt vt inuicem ſe tractent vt ciues in ciuilibus,& criminalibus, intelligitur vt vnus contra alios grauiores leges non faciat:quia tũc errant: quia in ſocietate inſpicitur conditio ſociorum tempore contractæ ſocietatis:*vt Inſti. de ſoc.§.fi. & ff. pro ſoc. l. ſocius ſocii. & fami.erciſ l.hæres.§ non tantum. & ibi not.* ¶ De pœna[a] verò rebellium dic,quòd quædam infligitur ipſo iure.quia perdũt omnia,quæ iuris ciuilis ſunt : *vt d.l. amiſſione. de ca.de.* 2. Alia pœna poteſt infligi à[b] quolibet homine.nam poſſunt impunè occidi *vt ff.ad leg.Cor.de ſic. l iij.§.fi. & de re mili.l proditores.* & poſſunt captiui detineri vt ſerui:*vt ff.de acqui.re.do.l. transfuga.* 3.Tertia pœna imponitur: quia poteſt talem dãnare vt capite puniatur: *vt ff.de pœ.l.ſi quis aliquid §.transfuga.* quod intelligitur vt ibi no circa prin.quia cùm talem pœnam ipſo iure incurrat,peti poſſit pronunciari talem eſſe rebellem. puto quòd ſic: *arg ff.de iud l.qui ſe dicit.*& eſt expreſsũ *in d.c paſtoralis.*vbi Imperator pronunciauit regem Robertum eſſe rebellem: & eodẽ modo qui ſe putaret eſſe de tali crimine infamatũ,poſſet petere ſe pronunciari non eſſe talem:*arg C.de inge ma.l.diffamari.* facit quod dicimus quòd principaliter poteſt peti vt de ætate pronuncietur:*vt ff.de mino.l.de ætate.ſecundùm vnam lecturam.& de ſeruis l.ij & ibi no.*vt ætates probentur.*C.de proba.l. cùm te.*Item hoc poſſet fieri ciuiliter agendo. nam ſicut ciuitas poſſet vindicare ciuem ſuum,eadem ratione ciuis poteſt dicere ſe ciuem ciuitatis illius:& ſic per conſequens non rebellem:*vt ff.ad mu ni.l.de iure & not. de rei vin.l.j.§.per hanc.* ¶ Itẽ quæro quid de dominio[c] bonorũ?Reſp.illud,ſi eſt directum,eſt de iure gen ergo retinet. Sed ſi haberet vtile dominium, illud non retineret ſub iſto nomine:quoniã puto hoc à iure ciuili inductũ:ſed quia hoc idem ſonat,quod effectus dominij:*vt no C.de bo ma. Auth. ideo.*nec putò quòd hic retineat ſicut directũ: quia hic effectus dominij eſt de iure gen. *ar.Inſt.de vſu & ha.§ fin* vbi dicitur vſum,& ſimilia quæ ſunt de effectu dominij,eſſe de iure gen.ſed licet retineantur, nec publica efficiantur tamen occupanti cõceduntur.caſus eſt *in l.transfuga de acqui.re.do.* ¶ Si enim poteſt occidi perſona,& capi,& haberi vt ſeruus, multò magis res ſed puto quòd ſi ſequeretur condẽnatio per iudicem,& ſic condẽnaretur crimine læſæ maieſtatis quia tunc omnia publicarentur hodie per *l pen.& ſi C.ad leg.Iul.maie* Itẽ quid de iuriſdictionibus[d], quas haberet talis rebellis ? Reſp. iuriſdictio[e] eſt iuris ciuilis:quia de iure publico introducta eſt.vt no.*de iuriſ.om iud l.j.*facit *de orig.iur.l.ij.§ pe.* Origo[f] enim fuit de iure gentium, quo etiam fuerunt reges:*vt l ex hoc iure ff.de iuſt & iure.* Sed quia circa iuriſdictionẽ multa ſunt addita, ideo dicitur de iure ciuili:*vt l.ius ciuile.ff de iuſt & iure.* & licet in eum qui eſt rebellis,non cadat iuriſdictio tanquam ius quod ſit à iure ciuili inductum: remanet tamen quædam poteſtas ... de iure gẽtium:& ideo Imperator (vt in illo c.*paſtoralis*) priuauit Regem Robertum iuriſdictione,& dignitatibus, quaſi non eſſet ipſo iure priuatus:vel quia licet eſſet etiam ipſo iure priuatus:tamẽ donec toleratur,valent geſta per eum: *vt l Barbarius ff.de offic. præſi.& C.de ſen l.ſi arbiter.* & ideo Imperator in dicta ſententia expreſsè priuauit:nec dicit,*ipſo iure priuetur*, & tacitè vult hoc fieri expreſsè per id,quod dicitur,*ff ſi pe ap mors interue l.j.* vbi bona fuerunt publicata expreſsè:tamẽ ibi tacitè inerat.Vel dic quòd Imperator econtrà regem ideò expreſsè priuauit:quia illas iuriſdictiones habebat in terris Eccleſiæ & ab Eccleſia nõ erat ipſo iure priuatus, priuauit autem eũ per ſententiam. ſed Eccleſia iſtud non admiſit, vt ſtatim dicam: licèt etiam præcedentia vera ſint. Item quid de obligationibus[g], & promiſſionibus factis his rebellibus?Reſp ſi quidẽ ſunt iuris ciuilis, ipſo iure perdunt:ſi iuris gentiũ,tunc ea nõ perdunt, vt dictũ eſt.ſed in aliquibus promittens ipſo iure nõ tenetur : vt ſi eſſet debitor fidelitatis.nã tunc cùm eſſet rebellis,ei obedire nõ tenetur:nõ tanquã liberatus per rebellionem : ſed tanquam ab ipſo initio in ipſa promiſſione conditionata ſit cõditio, vt non ſit rebellis ſuperiori.*& ita intelligo x.coll hic finitur lex c 1 & quod ibi no* facit *ff de leg j.l.quid ergo.§.ſi hæres & de verb.obl. l qui ſeruũ.* Sed dominus Imperator cõtra dictũ Robertũ regẽ expreſsè priuationis ſententiã promulgauit: *d.c paſtoralis.§ iubendo etiam.* Sed hoc facit vel quia prædicta erant in terris Eccleſiæ, vel ex aliis cauſis præallegatis.Sed cum perdant ea[h],quę ſunt iuris ciuilis, quod de his,quę habent à iure canonico,ſeu à ſummo Põtifice? Reſp.quoddam ius[i] eſt ſuper ius ciuile : quoddam infra ius ciuile:quoddã æquale illi :primo caſu per ſolam rebellionẽ non perditur, vt ius naturale,vel gentiũ,ea enim retinet:*vt d.l.amiſſione ff.de capi.de.*ſed per ſentẽtiã poteſt quis priuari eo, vt patet in dãnato ad mortem,qui ipſa ſententia priuatur ciuitate,& libertate:quæ eſt naturalis facultas:*vt ff de ſta.ho. l.libertas.* & eodẽ modo dico de his,quæ quis habet a ſummo Põtifice.nã ea ſola rebellione nõ perdit:nã eius autoritas ſuper ius ciuile eſt: ſed per ſententiam legitimè latã poſſet quis illo iure priuari etiã à iudice ſæculari. de laicis vero loquor. vnde ſi Imperator protuliſſet ſententiã contra dictum regẽ præſentẽ, valuiſſet:*vt d.c.paſtoralis.*ibi,*quòd ſi punitio,*&c.tamẽ quia in abſentẽ protulit,non valuit:vt dictum eſt De eo verò iure, quod eſt infra ius ciuile:vt ſunt propria ciuitatum,& aliorũ dominorũ ſub Imperio conſtitutorũ,illa ſine dubio perdit,illa enim iura,cùm autoritate principis ſint facta,ipſius iura eſſe videntur: *vt C.de vete.iu.enu.l.j §.omnia.* & eſt expreſſim,*x coll.hic finitur lex Corra.d. c.j.* De eo verò iure, quòd eſt æquale iuri noſtro ciuili, exemplum poni non poteſt de iure : cùm Imperatoris omnia ſint, exceptis his, quæ habet Eccleſia vt dictũ eſt *3.tit.prox.circa prin* Sed præſuppono(prout de facto obſeruatur) quòd aliqui reges, vel populi non recognoſcunt Imperatorẽ in dominũ:tamen dicendum eſt,quod illa iura non perdit rebellis ex ſua rebellione. nam ex hoc perdunt iura ciuilia ſcilicet ciuium Romanorũ : *vt Inſt quib mo ius pa po.ſol.§.cùm autem iura ciuilia extraneorum.* Ex prædictis patet determinatio quæſtionis de exbannitis noſtri temporis. dico enim quod illi[a],qui ex forma ſtatuti poſſunt impunè offendi, dicantur hoſtes rebelles ciuitatis: quod patet quando per legẽ ciuitatis contra eos indictum eſt bellum: *vt d.l.amiſſione. in gl. ſuper verbo,relegatis.* & ideo perdunt iura ciuilia illius ciuitatis: non iura ciui. Rom.quæ ſunt ſupra iura aliarũ ciuitatum quæ ſunt æqualia:ſicut exbanniti, & condẽnati ab Imperatore non perdunt ea, quæ ſunt iuris ciuilis Papalis & ſic eſt caſus *in d.c. paſtoralis* Sed dices tu,illud verũ eſt in terris Eccleſię ſed in terris Imperij videtur ibi caſus in cõtrarium. nam Imperator credidit illũ regẽ poſſe priuari illo iure,quod habebat à ſuperiore: ergo nõ ſentit ab eo qui eſt inferior eo. Sed contradicens nã Imperator cognoſcens,quod eo ipſo,quòd rebellis, & hoſtis ſuus non perdit ea,quæ habet à ſuperiore : & ideò expreſsè ſententiam priuationis protulit:ſic patet quòd eo[b] ipſo, quòd exbãnitus,& hoſtis vnius ciuitatis eſt,non perdit ea,quæ ſunt in ciuitate Romana. caſus eſt,*ff.de capti.& poſtli reuer l. ſi quis ingenuam §.in ciuilibus.*Sed ſi ciuitas vellet , hoc expreſſe faceret per ſuam legem,vt ſuum effectum porrigat ad ea,quæ ſunt extra territorium:dixi plenè in repetitione *l.cunctos populos.C. de ſum Trini & fid.Catho.*& hanc materiã plenè tractaui in quæſtione,quam de hoc diſputaui,quæ incipit,*Lucana ciuitate ſtatute,&c* ¶ C.circa ſecundùm ſcilicet de pœna, quæ poteſt infligi à quolibet homine,quæritur,an eum,qui eſt rebellis[c],occultè liceat occidere? Et dic quòd ſic. Nam ipſo facto pœnã incurrit:*vt hic.*& in iudicio,quo proceditur de homicidio, liquidabitur an fuerit rebellis *arg ff.de ope.no.nun.l.de pupillo.§ ſi quis ipſi nos ver.tertio.* ¶ Itẽ an iſtæ pœnæ cadant in rebellẽ[d] ciuitatem? Reſp. 1. Quædam ſunt ciuitates,quæ per vim occupãtur ab aliquo tyranno hoſte Imperij:& iſtæ propriè nõ dicuntur rebelles:ſed dicuntur ciuitates[e] captiuæ:quæ ſi recuperantur,dicuntur redditæ ad priſtinã libertatem:*vt C de offic. præfe præto.Afr. l.j in prin* 2.Quædam proprio motu ciuium, vel maioris partis rebellant.& iſtæ ſunt propriè rebelles : in quibus quantum[f] ad miſſionem iurium,& iuriſdictionis dicendũ eſt idẽ,quod in priuato.Quantùm ad pœnam inferẽdam per hominẽ priuatũ, dicendum eſt quòd quilibet poteſt in eius ciuitate , & territorio capere,prædari, comburere , & ſimilia facere , quæ conſueuerunt fieri his,contra quos bellum habemus:*vt l.ij in fi ff.de acquir.re.do.*Sed ſi capiatur[g] vna ciuitas, cuius populus ſit rebellis:an populus efficiatur ſeruus : ſicut vnus priuatus captus? Reſp. non.immò libertatem recipiunt.*in Auth.de hære.& Fal. in pr.*& ibi no.*in gl ſuper verbo,antiqua* & ibi per Iaco.de Bel.Itẽ an iuriſdictio erit priuati[h] capientis?Reſp.non:cùm iure antiquo illã antè iã perdidit:& ſic eſt principis: & ſic tunc cùm occupatur,non habet iuriſdi. Item[i] an priuatus, qui capit ciuitatẽ,poterit eã deſtruere,vel homines inde expellere:patebit ſtatim.De pœna verò inferenda per ſententiam iudicis,dico quòd nullus poteſt condẽnare ciuitatem ſubiiciẽdam aratro niſi ſolus princeps.nam licèt domus particulares ſint priuatorum,ipſa ciuitas vniuerſaliter cõſideranda eſt principis ſimiliter & palatia pulchra ciuitatum.*x.coll.quæ ſint regalia.c.j.*nõ poterit ergo deſtrui ciuitas,quæ principis eſt,abſque eius voluntate.Itẽ ſi non licet deſtruere ciuitatem , nec alia ædificia , per quæ vrbs deformatur ruinis.*ff.de lega.j.l.cætera.§.hoc ſenatus.& C.de ædifi. priua l ij* multò minùs nec tota ciuitas. Itẽ ſi non licet contra decuriones ciuitatis ferre ſententiam mortis principe incõſulto:*vt ff.de pœ.l moris.§.iſta ferè.* multò minùs licebit contra ciuitatem,ſicut Troia , & Carthago paſſæ ſunt aratrum excepto eius,qui tenebat Imperium:*vt ff.quib mod vſusfru l. vſusfructus ciuitati.*Dico etiam quod poteſt cogere homines ciuitatis captæ illam dimittere cum omnibus bonis , & ad aliam ſe transferre:quod ſolus princeps poteſt *ar.C.de iure fiſc.l.certa forma. lib.x.*Sed relegare ex cauſa poteſt præſes,vel alius prætor , vel rector:*vt ff.de offic.præf vrb.l.j.§.fi.*

Nulli[a] ergo omnino[b] hominum

a ¶ *Nulli.*Quarta pars,in qua punit impugnantes conſtitutionem,& quòd dicit,*nulli*, intellige priuato, vel in quauis dignitate poſito,etiã ſi vicarius fuerit Imperatoris. niſi hoc habuerit expreſſe in mandatis hoc enim innuit dictio *omnino*[b], quæ ſequitur.q.d.ſine diſtinctione perſonarũ : *vt ff.quod me.cau.l.ſi cũ*

a Rebellium pœnæ variæ.

b De qua vide ...

c Rebellis dominium bonorũ non amittit.

d Rebellis iuriſdictiones ſuas vtrum amittat.

e Idem Bartol. ...

f Regũ & iuriſdictionis origo eſt de iure gentium.

g Rebellis obligationes pro miſſiones,& iura ſua an amittat.

h Rebellis an ea, quæ à iure Canonico, & Põtifice ſunt, amittat.

i Ius aliud ſuprà ius ciuile, aliud infrà, aliud illi æquale.

a Hoſtes rebelles ciuitatum qui dicantur.

b Bannitus & hoſtis vnius ciuitatis,non amittit ea,quæ habet in ciuitate Romana.

c Rebellem vtrũ occultè occidere liceat.

d Rebelles ciuitates quę dicantur.

e Ciuitates captiuæ,quę ſub tyrannis.

f Rebelliũ ciuitatũ pœnæ.

g Rebellis ciuitatis incolæ capti an ſiant ſerui.

h Rebellis ciuitatis captæ iuriſdictio an ſiat priuati eam capientis.

i Rebellis ciuitas à priuato capta, verũ poſſit ab eo deſtrui, denaſtari, aratro ſubiici,eius incolæ in alium locũ deportari,citra conſenſum principis.

a Omnino, a l. de ... Romanorum ... Matth. ...

exceptione.§.quatenus.in gloſ.ſuper verbo.omnino.& de fideiuſ.l. Græcè.§.illud.& ibi per Dy. & de dictione, *penitus* [a], vide quod ponitur *C.de vſur.rei.iud.l.ſi.ij.reſp.*

a Penitus de hac dictione vide Matheſilaum ſingulari 112.

a ¶ *Infringere*.i. retractare directò, vel per malitioſam interpretationem facere: *vt C.de leg.l.ij.*

fungitur nam princeps eſt ordinarius omnium,& legatus [a].ſiue proconſul Dei: *vt ff de offi eius, cui mand.eſt iuriſd.l.j.in ſi.& in Auth.de fide in/tru.§.quia ergo Imperium.* ſecundùm Accur. quia ita eleganter no. *in Auth.de hære.& Fal.in vi.coll.j.* ¶ Sed quare iſte ſtylus nõ ſeruatur in literis Apoſtolicis? Reſp. quia hoc facit ſtylus literarum Papalium, vbi nõ fit alia expreſſio *vt no in c. abbate.in fin de re iudic.li.vj. in Nouell.* Adde quòd conſuetudo [b] formalis debet ſeruari: alias inſtrumentũ non valet: *vt no.in Auth. vt proponatur nomen Imperatoru.§. nos enim coll.v. in gl.pu.ta.&c.* BALD.

a Princeps legatus, & proconſul Dei.

b Conſuetudo formalis in inſtrumentis ſeruanda, alias non.

liceat hanc paginam declarationis,& pronunciationis infringere [a], vel auſu temerario [b] contraire [c]. Si quis autẽ hoc attentare [d] præſumpſerit, indignationem [e] noſtram & pœnam mille librarum [f] noſtræ cameræ ſoluendarum ſe nouerit incurſurum. Data [g] Piſis iiij. Nonas Apri. regni noſtri anno v. M.cccxj.

b ¶ *Temerario*. ex hoc patet, quòd ſi ex facilitate abſque dolo hoc fecerit, non incidit in hanc pœnam: *vt ff. ad Turpill.l j.§.quæri poteſt.*

c ¶ *Contraire*. vel contra diſſimulando, vel audiendo allegationes contra hanc legem: *vt Cod.de leg. l.ij.& de ſacroſ.ſan.Eccle l.j.*

b In attẽtatis nõ requiritur vt res ad effectum perducatur.

d ¶ *Attentare*. & ſic [b] non requiritur quòd ad effectum perduxerit: quod plenè dic: *vt C.de epi & cle.l ſi quis non dicam rapere,&c.*

c Imò aliquẽ & notaui quẽdam effectum *ſup.lib.2.Feudorum tit.28.§ 2 verſ.Item ſi deleor.*

e ¶ *Indignationem*. huius verbi nullum [c] effectũ inuenio, niſi quatenus verbum ſonat: quia Imperator indignatus ex hoc facto non exhibebit ſe gratioſum.

f ¶ *Mille librarum* aliàs punitur alia pœna. *C.de leg l ij in fin & C de ſacroſ.Eccleſ.l placet.*& dic vt ibi per Docto. ¶ Et ſic not. pro ciuitatibus, quæ quandoque faciũt ſtatuta, & pœnam imponunt iudici cõtra iudicanti,& aduerſario,& aduocato contrà allegantι: nã valet talis adiectio pœnæ, ſi ſtatutũ illud ſit validum: vt hic, cum ſimil. ſed ſi eſſet inualidum, non valeret adiectio pœnę ſicut nec principale: *vt C.de legi. l.non dubium.& Cod.de pact.l pacta, quæ contrà* Sed aliquando ciuitates volentes vt ipſa ſtatuta, licèt inualida, obſeruentur, auferũt iuriſdictionem ſuis iudicibus: vt ſi aliquid contra illud ſtatutum diceretur, vel allegaretur ſuper eo, quod contra illud ſtatutum allegaret, iuriſdictionẽ non habeat. Quod an valeat, dic quòd quandoque per illud ſtatutum inualidũ nititur auferre alicui ius agendi: & tunc talis [d] clauſula perquam aufertur iuriſdictio iudici, qui eã habet ab ipſa ciuitate, valet *ff de iudi.l.iudicium ſoluitur.* Tamẽ poterit agi coram ſuperiore, ſicut aliàs cùm proceditur per viam Euangelicę denunciationis: *vt diximus* ʃ*.prox in gl.ſuper verbo,denunciationem* Si verò aufertur ius excipiendi [e], ſeu ſe defendendi, tunc talis clauſula, per quam aufertur iuriſdictio ſuper defenſione, non valet: quia defenſio eſt de iure naturali & ſic nõ poteſt auferri, nec impediri quin iudex audiat: aliàs idem importaret, ſi ſtatueret quòd iudex faciat iuſtitiam propter hoc. *extrà de iud. c.paſtoralis. in cle.*& quod dixi ʃ*.l.prox. in gl.ſuper verbo, figura.* Idem ſi aufertur ius replicandi [f]: quia ſicut exceptio eſt defenſio contra actionem: ita replicatio contra exceptionem: *vt ff.de except.l.ij.* & hoc quando talis eſt exceptio, ſeu defenſio, quæ per ſtatutum non poteſt tolli. aliàs ſicut poſſet ipſa exceptio tolli, ita & iuriſdictio auferri.

d Ius agendi tolli poteſt,& prohiberi.

e Ius excipiẽdi, ſeu defendẽdi prohiberi non poteſt.

f Ius replicãdi prohiberi non poteſt.

g ¶ *Data* iſtud eſt vtile,& neceſſariũ in ll. quæ de nouo emanãt: ſed in codicibus,& legibus antiquis diu obſeruatis, ſeu in volumine legũ redactis, licèt data non reperiatur, nihilominùs ſuũ vigorem obtinent: vt in prima conſtitutione Codicis, ibi. *ſi qua verò,&c.* vnde & cõſtitutio, poſtquã cœpit per ſtudia diuulgari, & frequentari valeret, licèt data nõ reperiretur. & hoc eſt vtile propter quaſdam ciuitates, quæ habent ſua volumina ſtatutorũ nõ publicata manu notariorũ: ſed ſunt diutius obſeruata, & hæc data eſt communis ad hanc cõſtitutionem,& præcedentem.

LIBER DE PACE
CONSTANTIÆ COMPOSITA INTER IMPERATOREM FRIDERICVM, ET FILIVM EIVS HENRICVM, ET

quoſdam nobiles Alemaniæ ex vna parte, & ciuitates Lombardiæ, Marchiæ,& Romandiolæ ex altera cum commento domini Balde de Vbaldis de Perusio, vtriuſque iuris Doctoris illuſtriſſimi.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis [h] Fridericus diuina fauente clementia Romanorum imperator ſemper Auguſtus,& filius eius Henricus ſextus Romanorum rex Auguſtus Imperialis [i] clementiæ immenſa ſerenitas manſueta eam ſemper [k] in ſubditis ſuis diſpenſationem [l] fauoris & gratiæ habere conſueuit, vt quamuis diſtricta ſeueritate exceſſuũ delicta [m] debeat, & poſſit corrigere: magis tamen ſtudeat propria tranquillitate pacis, & piis affectibus [n] miſericordiæ Romanum Imperium regere,& rebellium inſolentiam ad debitam fidem [o], & debitæ de-

i ¶ *Imperialis* Imperator debet eſſe clemẽs [c], & manſuetus: *vt hic,& C.de offi comitis rerũ priua. l.vlti.* Quæ quidem manſuetudo ex humanitate deſcendit,& meritò principi ineſt cum nihil tam peculiare ſit Imperiali maieſtati, quã humanitas: *vt C.de don inter vir & vxo l.ſi.& Co.de teſta.l ſi.* ibi, *ad humanitatem Dei reſpicientes.* ſic & princeps ſeruus inſcribitur, *C.de offi.comit. ſa largi.l exemplar* Item magnanimus & benignus, *l.j. Cod.de theſau lib x.*

c Clementem principem decet.

k ¶ *Eam ſemper.* Imperator pacem & clementiam, & manſuetudinem, & diſpẽſationem, & fauores, [d] & gratias ſolùm ſubditis ſuis, & deuotis pollicetur, nõ his, quos vt hoſtes, & barbaros iure perſequitur: quos potiùs conuenit ſeuerè punire. & per hoc imperator iuſtitiæ terminos non excedit: ſed potiùs iuſtitia mediãte procedit: *vt* ʃ*.hic finitur lex, deinde cõſue.regni incipiunt.c.domino guerram.col x.* Ideóque ſubtili ingenio eſt ab eis, velut à barbaris, pecunia extorquenda, vt egeſtate laborẽt. *ff.depoſiti.l.bona fides.* nihil mirum igitur ſi cõtra rebelles ferocitas exercetur, cùm peccent i eò quòd contra dominum ſuum bella exerceant. *C.de commer.& merca l.ij. C. loca.l.finali.viij diſt.c.quo iure.* præſertim ſi Papa contra hæreticos, qui non poſſunt præſcribere [e] contra confiſcationem bonorum: *vt not.in c.l.de præſcri li.vj.in Nouella.& eſt expreſſum. C.de apoſt.l.apoſtatarum* hoſtes fidei non protegi: ſed examinari oportet: *vt C.de ſum.Tri l.nullos hæreticos.* ſicut etiam deportatos vllo tempore non præſcribit: quia à iure ciuili eſt penitus alienus *ff de leg.iij l.j.§.his, quibus* quia deportatus pro mortuo habetur: *vt ff de contra.tab l.j.& no.in l.j.C.de her.inſti.& ff. de lib.& poſth.l.Gallus §.& quid ſi tantùm.*& fortè ciuiliter poſſidere non poteſt.& ſic in tali exilio incœpta vſucapio interrumperetur.

d Hæc, & cætera ſemper principes qualiacũque, ſunt.

e Qui nõ poſſunt præſcribere contra confiſcationem bonorum.

l ¶ *Diſpenſationem.* Diſpenſatio [f] dicitur ſeueritatis, & exceſſuum mitigatio, vel remiſſio facta. *extrà de iud.c.at ſi clerici.* Iura tamen ciuilia rarò diſpenſationes [g] permittunt: quia nõ debẽt indulgentiæ crimina ſubleuari: *vt C.de cohor.l ſi apparitor.li.xij.* & contra rebelles,& proditores nunquam: ſed debent ipſi in temeritatis ſuæ conatibus opprimi: *vt C.de Senato l.j.& ij.lib xij. & C.de delat.l.ſi.li.x* Item hoc ipſo quòd quis parcit malo, intelligitur nocere bono. *in Auth.de man.prin.§.homicidia.* & eis ſolus princeps ſecuritatem dare poteſt, niſi ex cauſa iure expreſſa *eo.tit.§.ſed neque hoc.& no.ff de pu in l.ſi quis reus.*

f Diſpenſatio quid.

g Diſpenſationes, ſeu indulgentias iura rarò permittunt.

m ¶ *Delicta*.id eſt, delinquentes. ſic *C.de teſt.l.iubemus. in prin.* Occurrit dicere illud vulgare, cùm filius facit offenſam patri,& pater verberibus eum caſtigat. dicit enim pater filio, non verbero te, ſed fatuitatem tuã: *vt C. de emen.propin.l.j.ſecundùm Odo.*& alibi Nõ punio ego te: ſed mores tui accuſant,& puniunt te. *l.palam.de rit nupt.& ff.de proba l.cùm probatio.* ACCVRSIVS.

n ¶ *Piis affectibus.* Imperator pietate mouetur aliquid concedendum: *vt & aliàs, C.de offic.procon.& leg.l.ij.* ibi, *dum dicit cuius allegationes humanæ pium principem commouerunt: vt C.de apoſta l.hi, qui ſanctam*

o ¶ *Debitam fidem.* Omnes [h] tenemur principi: quia vt Deus eſt princeps in cœlis: ſic Imperatorem vicarium ſuum,& dominatorẽ in fide, ac veritate,& iuſtitia cõſtituit in terris: *vt C.de vet. iu.enu.l.ij ſi quid igitur.& in Auth de cõſulibus.in ſi.* Præterea di-

h Principi nos tenemur.

SEQVITVR LIBER DE PACE Conſtantiæ.

h ¶ IN *nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis* Imperator Fridericus pacem [g] ſuam laudabilẽ ſummæ attribuit Trinitati: vt facit alibi Iuſtinianus *C.de offi præf.præto. Afri l.in nomine.& in Auth.de quæſt.in prin.& in Auth.de armis in pr.* ¶ Ex quo ſequitur bonum principium, melius medium, & finis Deo acceptabilis. *in Auth.quomodo oportet epiſc.in prin.* non [h] ergo tãquam ipſe: ſed tanquã Deus videtur facere: *vt ff.de acqui poſſeſ. l.quod meo.*& nõ ſua vice: ſed delegantis, ſcilicet Dei, cuius vice

g Pax cui accepto ſit ferenda.

h Principis autoritas quæ.

uiuis

a Roman. 13.

uina pagina dicit: *Omnis* [a] *anima ſubdita ſit principi*, & ducibus ab eo miſſis: *vt extrà de cen. c. omnis anima.*

a ¶ *Deuotionis.* ſubditi debent eſſe deuoti. *C. de vect. & commiſ. l. elegantem. & T. in quis cau. feu. amit. c. Obertus. § 3 coll. x.*

b ¶ *Vniuerſitas.* de iſta magna vniuerſitate, quæ omnes fideles Imperij in ſe complectitur tam præſentis ætatis, quā ſucceſſiuæ poſteritatis, hinc colligitur, quòd lex ſemper loquitur: *vt C. de hæ. l. Arriani.*

uotionis [a] obſequium reuocare. Ea propter cognoſcat vniuerſitas [b] fidelium Imperij tam præſentis ætatis, quàm ſucceſſiuæ poſteritatis, quòd nos ſoluta benignitatis noſtrę gratia, ad fidē, & deuotionem Lombardorum, qui aliquando nos, & Imperium noſtrum offenderāt, viſcera nobis innatæ pietatis [c] aperientes, eos, & ſocietatem [d], ac fautores eorum in plenitudinē [e] gratiæ noſtræ recipimus, offenſas omnes, & culpas, quibus nos ad indignationem [f] prouocauerant, clementer eis remittentes: eóſque propter fidelia deuotæ ſynceritatis ſeruitia, quæ nos ab eis credimus certiſſimè recepturos [g], in numero dilectorum noſtrorum fidelium computandos cenſemus. Pacem itaque noſtram, quam eis clementer indulſimus conceſſimus, præ-

b Sic Paulus ad Scipionem in ſomnio. Inſtrumentor. & poteſtatem quæ ea ... Lombardi.

c ¶ *Innata pietatis.* pietas [b] decet principē per quā ſolam Dei ſeruatur imitatio: *vt C. de nup. l. Imperialis.*

d ¶ *Eos, & ſocietatem.* i. ligam ſiue confœderationem tā factam, quā fiendam inter eoſdem: *vt T. eo. §. item ſocietas.* In hac autem ſocietate non continetur Ferraria: quia non fuit in concordia cum Lombardis ſecundùm Od.

e ¶ *In plenitudinem.* ille intelligitur receptus ad [c] plenitudinem gratiæ, cui remittuntur culpæ, & recipitur ad fauores.

c Ad plenitudinem gratiæ receptus quis dicatur.

f ¶ *Ad indignationem.* iniuriæ principes, & dominos prouocant ad indignationem. *fa. ff. de mano. teſta. l. centurio.* ¶ Item not. quòd inter offendentem, & offenſum præſumitur animi indignatio. & eſt præſumptio naturæ vulneratæ propter offenſam. *ff de arb. l. licet ff. de admen. lega. l. iij in fi. & C. fami. ercif. l. in ipſum.*

g ¶ *Recepturos.* quando princeps indulget beneficia, ſperat recipere grata ſeruitia, alias non facturus. & ideo non mirum, ſi ingrati perdunt gratias, nā oppoſitum [d] diſſoluit propoſitum.

d Oppoſitum diſſoluit propoſitum.

h ¶ *Sigillo cōmuniri.* dicit Odof. quòd in l. facienda non eſt opus ſigillo [e] principis. Adde, dicunt Doct. quod contractus probatur per ſigilla [f], vbi deficit tabel. *vt no. in c. ij de foro compe. in Nouell. lib. vi. fa. C. qui teſta. fa. poſ. l. hac conſultiſſima. § fi. de teſta. l. ſi vnus.* Sigillum [g] habet vim conſenſus, & confirmationis: *vt no. Co. de reb. alie. non alie. l. ij. per Accur. de fidei. ſ. l. Lucius. de teſt. mil. l. tribunus. § vlti.* Sine literis tamē mutum [h], & incertus teſtis eſt ſigillum: & ideo per ſolam ſigilli præſentationem nō probatur commiſſio, præſertim ſpecialis, *vt no. in c. quamuis. de pact. lib. vi. in Nouel.* quia ſigillum eſt res inanimata & vide quod nota. *de his quæ fiunt à præla. c. quanto. in Nouel.* Sed aliud eſt ſigillum alterius fidei committere, aliud in chartis imponere.

e Sigillū Principis in lege facienda non eſt neceſſariū.

f Sigillo inſtrumentū cōprobatur.

g Sigillū vim conſenſus & confirmationis habet.

h Sigillū mutus & incertus teſtis.

i ¶ NOs *Romanorum Imperator.* Vult iſtam pacem eſſe perpetuam. [i] 1. quamdiu fides ſeruetur: *vt C. lo. l. quaro § inter locatorem. Inſtit. eo § adeò.* 2. Vel per præſentem mundi ætatem, & futuram, & ſine præfinitione temporis, quia Imperator facit hanc pacem nomine ſedis non nomine proprio tantùm. & Imperium [k] non moritur: *vt ff. de leg. ij quod princip. & in Authen. quomodo oportet epiſc. in fi.* & no. per Cyn. *C. qui teſt. fa. poſ. l. ſi quis Imperatorem. & in cap. ſi gratioſè, de reſcri. lib. vi.* & hoc ex parte Imperij 3. Sed ex parte ciuitatis exponitur in perpetuam, id eſt, vſque ad vitam ciuitatis. nam ciuitas [l] mori poteſt, ſi autoritate ſuperioris damnetur [m] ad aratrum: vt no. Inno. *extrà de ſpe. no. nun. ca. cùm ex iniun.* 3. Item ſi pereat alluuione, vel chaſmate: *vt ff. quib. mo. v. ſuſfru. l. ſi ciuitati. & C. de leg. l. cùm res. §. fin.* & quod not. *in c. non poteſt. de praben. lib. vi. in Nouel.* 3. Item ſi fuerit poſita ciuitas in banno [n] æternali Imperatoris, vel in banno domini Papæ ſecundùm Hug. & Odo. nā eam perdat ea, quę ſunt iuris ciuilis, æquiparatur [o] deportato, quinimò ei, qui cōdemnatus eſt ad vltimum ſupplicium, qui efficitur ſeruus pœnæ: & ſententia ſtatim trahit ſecum ad executionem intellectualem: *vt ff. de pœ. l. quis vltimo.* & not. *in l. vltim. Cod. ſi à non compe. iu.* ¶ Sed hîc dubitatur, an damnata [p] ciuitate ad aratrum, intelligantur eius caſtra damnata? & dicendum quòd non, iuxta not. *in c. fœlicis. extra de pœ. in Nouell. & in c. ſi ciuitas. de ſenten. excom. lib. vj.* 4. Item deſtruitur ciuitas, ſi homines inde eo propoſito decedāt, ne eò ampliùs reuertantur: *vt ff. de coll. illi. l. pen. j. reſpon. & argum. ff. de leg. ij. l. pater. §. Tuſculanus.* 5. Item ſi incendio deuſta ſit, vel aliquo caſu in totum corruerit ſine ſpe reparationis: *argum. ff. de op. no. nun. l. j §. ſi quis ædificium. & ff. de itin. ac. priua. l. iij. §. reficere. ff. de verb. obl. l. inter ſtip. § ſacra. ff. de ſol. l. qui res §. aream.* Sed ſi cum ſpe reparationis durat ciuitas habitu: ſed non actu arg. eorum, quę not. *ff. quod cuiuſq. vni. no. l. ſicut. § fi. & ff. de pign. l. Paulus. §. domus. & in cap. pleriſq. extrà de elect. in Cle.* His itaque caſibus [q] priuilegia aut delentur,

i In perpetuū quomodo debeat intelligi.

k Imperiū non moritur.

l Ciuitas quo ſenſu mori dicatur.

m Ciuitas ad aratra damnata.

n Ciuitas banniri poteſt.

o Banniti deportatis comparantur.

p Ciuitate ad aratrum damnata, eius caſtra non continentur.

q Ciuitatis priuilegia ciuitate deleta penitus ſine ſpe reſtitutionis, pereunt. ſi minus, in ſuſpēſo retinentur.

aut in ſuſpenſo retinentur. nā ſi eſt perpetuò deſolata ciuitas, priuilegia eius remouētur: quia ſublata [a] perſona, & re, cui tributum eſt beneficium, deletur priuilegium eius. ar. *l. ſ. ſi quam. in prin. vt le. nom. ca. ff. de cond. & demon. l. interdicit. de iure codic. l. quidā.* At verò ſi ſpes [b] eſt reparationis, beneficium non deletur, etſi de facto nō exercitetur ad actum ſuū. vt no. *ſ. de ver. obl. l. ij & l. inter ſtipulantem § ſacram.* Na ſæpe priuilegium ſuſpēditur [c]: & nō annihilatur: vt no. *in c. de ele. cum. lib. vi in Nou.* Quid ergo ſi huiuſmodi ciuitas [d] ita diruta reædificetur an his priuilegiis, quibus prius potiebatur, modo potietur? argu. quod non, quaſi ſit alia ciuitas, & non ea, quæ prius erat: *ar. ff. de vſufr. l. qui vſū fructū.* & habes ar. *ff. qui mo. v. ſuſf. amit. l. quid tamē § fi.* Sed ego cōtrà puto ſecundùm Odofr. quia alias propter vtilitatē cēſetur idē, quod nō eſt idē *ff de ſeru. ruſt. prædi. l. ſeruitutes. § ſi ſal latū.* & nemo dubitet hanc publicam eſſe vtilitatem, ſi talis ciuitas pacificè his priuilegiis potiatur, cùm pax ſit vtilitas publica: *vt ff. de pact. l. cōuentionum. &*

a Priuilegium rei re extincta amittitur.

b Spe retinendi ius ciuitatis, & priuilegij poteſt.

c Priuilegia ſuſpendi poſſunt.

ſenti pagina iuſſimus ſubſcribi: & autoritatis noſtræ ſigillo communiri [b]: cuius eſt hîc tenor, & ſeries.

NOs Romanorum Imperator [i] Fridericus, & filius noſter Henricus Romanorum Rex concedimus, vobis ciuitatibus, locis, & perſonis ſocietatis regalia & conſuetudines noſtras tam in ciuitate, quàm extra ciuitatem, videlicet Veronæ, & caſtro eius, ſuburbiis etiam, & aliis ciuitatibus, & ſuburbiis, locis, & perſonis ſocietatis in perpetuum, videlicet vt in ipſa ciuitate omnia habeatis, ſicut hactenus habuiſtis, vel habetis. Extrà verò omnes conſuetudines ſine contradictione noſtra exerceatis, quas ab antiquo exercuiſtis, vel exercetis tam in foro vel in nemoribus, & paſcuis, & pontibus, aquis,

d Ciuitas diruta reſtituta, eadem quæ antea, ciuitas eſt, ideóq; iiſdem: quibus antè, priuilegiis fruitur.

hîc eſt quidam fauor: non potiri verò eſt quoddam odium; & fauores ſunt ampliandi, & odia ſunt reſtringēda ar. *T. eo. in prin. ibi, cauſam magis ſtudeat, &c. & ff de li. & poſt. l. cùm quidam.* Et hæc vera ſunt, ſi idem populus, non tamen nunc damnatus à principe, ciuitatem reædificet. Quid autem ſi [e] quondam ciuitas, quæ tempore huius pacis pro ciuitate non habebatur: ſed pro loco, villa, vel caſtro, reædificetur, & ciuitas fiat: an huiuſmodi priuilegiis potietur? Reſp. non tanquam ciuitas: ſed tanquam caſtrum eius ciuitatis ſub qua erat: cum de ea tanquam de ciuitate mentio facta non fuerit, & ideo omiſſa intelligatur: arg. *ſol. ma. l. ſi cùm dotem. & in c. literas. de reſcript. in Cle.* Idem crederem, ſi de [f] nouo in territorio alicuius iſtarum ciuitatum ciuitas aliqua inſtrueretur: quia nouum corpus. & noua vniuerſitas eſt. & eſt ſimilis poſthumo præterito: *vt C. de reu. do. l. ſi vnquam.* & caſui improuiſo: *vt ff. de mil. teſt. l. milites codecillis. §. miles* & rei, quæ nūc primùm apparet in rerū natura: *vt ff. de contrahen. emp. l. Rutilia. & l. in lege. & in cap. vlt. de reſcript. in glo.* Sed videtur contrà. *ff. ſi ſer. vind. l. ſi.* Sed ita fuit facta mētio de futuris pone [g], quædam ciuitas ſubmerſa eſt in mari. Papa hoc ignorans fecit quendā epiſcopum illius ciuitatis. Quæritur, an erit epiſcopus ſaltem ratione diœceſis? & videtur quòd nō arg. *extrà de reſcript. cap. Rodulphus.* & quia illa diœceſis eſt acephala quia caput non habet: *arg. ff. de le. iij. l. j. §. his, quibus.* Itē quia non videtur epiſcopus eſſe poſſe ſine ciuitate vt not. *in decre. xcix. diſt. cap. prouincia* nā etiam ſine præſide proprio poteſt eſſe ciuitas, non tamen ſine epiſcopo: quo caſu epiſcopus erit dominus nō ſolùm ſpiritualis, ſed etiam temporalis: *vt in Authent. vt diſ. iud. §. 1* Cōtrarium credo, quia ſi non valet in totū, debet valere pro ea parte, pro qua valere poteſt: ar. *ff. de ſerui. l. ſi tam anguſti* porro quādoq; pars ponitur pro toto: *vt ff. de le. iij. l. vxori ſua.* Quæro nunquid [h] ciuitas durans in nouis ciuibus nō naturalibus, ſed aduenis, cēſeatur eadē ciuitas Reſp. ſic, nam hoc idem eſt in capitulis ſubrogatis in locum mortuorū. *ff. de leg. j. l. grege. & l. ſi grege.* & patriæ priuilegium videtur ipſis ciuibus eſſe conceſſum: *vt C. de teſt. l. ſi non ſpecial. & de for. com. cap. delecti.* Item quia quod vniuerſale [i] eſt, non poteſt morte perire, ſicut homo in genere [k] non moritur: *vt ff. ad le. Fal. l. in ratione. §. incerta.* Item lex dicit: ciuitas noſtra populoſa eſt, quæ meritò etiam aduenas cōprehendit: *vt in Auth. de quæſtor. poſt prin. collat. ſexta.* nam ciuitas vice perſonæ fungitur. & cùm talis eſt vniuerſitas, quæ vice vnius perſonæ fungatur, omnia tranſeunt cum ipſa *ff. de fideiuſ. l. mortuo.* Quæro quid [l] ſi ex pluribus caſtris vnius ciuitatis, putà Bononiæ, fiat vna congregatio, quæ velit inſurgere nomine ciuitatis? Reſpondeo: hoc non poteſt fieri ſine conſenſu ſuperioris: id eſt, rectoris illius ciuitatis, in cuius territorio ædificatur: *vt ff. de Colle. illic. l.* & argum. *ff. de rerū diui. l. antepenultis. §. penult. ſecundùm Odo. & Cod. de fundis limi. l. quocunque caſtrorum. & in Authent. quibus modis nat. effi. ſui. §. ſi quis igitur ex quolibet.* ibi, *vel abbatis.* præſentes ergo. & præteritas tantùm hic conſuetudines concedit. Quid ergo de futuris? Reſpondeo: illæ non conceduntur per conſtitutionem iſtam. Odofr. argument. *ff. de legibus. l. cùm lex.* & ſic eſt ar. quòd

e Ciuitas primo, deinde caſtrum tēpore priuilegij ciuitatibus cōceſſi poſtremo ciuitas facta priuilegiis ciuitatum non fruitur quia tempore priuilegij ciuitatibus dati, caſtrum fuit.

f Ciuitatibus cōceſſum priuilegium non extenditur ad ciuitates ædificatas de nouo poſt priuilegium cōceſſum. & ſic niſi & futuris quoque ciuitatibus conceſſum.

g Ciuitati ſubmerſæ per ignorantiā attributus epiſcopus, ipſius diœceſeos epiſcopus eſt dicendus.

h Ciuitas, licèt nouis, & aduenitiis ciuibus cōſtet, eadem tamen, quæ antè erat, dicenda.

i Vniuerſale non moritur.

k Homo in genere non moritur.

l Caſtra plura in ciuitatem coaleſcere nō poſſunt, niſi ex conſenſu ſuperioris.

a Noua ſtatuta nõ poſſunt fieri ſine ſciẽtia ſuperioris, fortè vtilia, & præſcripta.
b Conſuetudines antiquæ ſeruandæ.

quòd noua a ſtatuta non poſſint fieri ſine ſcientia principis. argum. à contrario ſenſu iſtius literæ: dic vt in *l. omnes populi. per Doctores.* imò ſi pertinent ad bonum regimen, per ea quæ ſequuntur, ſtandum eſt antiquitati.

a ¶ *Sicut ab antiquo.* ¶ Arg. quòd antiquæ conſuetudines b ſunt ſeruãdç. vnde dicit lex: ne quid cõtra longam conſuetudinem fiat ad ſolicitudinem ſuam reuocabit præſes prouinciæ. *Cod. quæ ſit long. cõſue. l. j.*

& molendinis, ſicut ab antiquo a habere conſueuiſtis, vel habetis in exercitu, in munitionibus ciuitatum b, in iuriſdictione c, tam in cauſis criminalibus d, quàm in cauſis pecu-

ſimile habes *Cod. de offi. rec. prouin. l. nullum. & C. de ſerui. & aqua. l. ſi manifeſtè & ff. de offic. procon. l. ſi in aliquam.* ¶ Et not. hîc expreſſum, quòd in c paſcuis, pontibus, aquis, & molendinis, ac etiam in ipſis commoditatibus aquarum ſtandum eſt antiquitati. Verbum enim habuiſtis d, & *habetis*, ſignat retrò ſubſiſtentiam iure conſuetudinario: & quia erat illud amiſſum per rebellionem, hîc recuperatur per gratiam, & reconciliationem. *Cod. de ſen. paſ. l. ſi.* ſicut ſi poſtliminio e ciuitas reuerſa eſſet. *ff. de inoff. teſt. l. ſi quis filio § ſi.* Et ſcias quòd in f præſcribẽda cõſuetudine non eſt neceſſe allegare titulum: *vt no. in ca. j. de reſcri. l. vj. in Nouel.* & facit ad conſuetudinem obſeruandam, *Cod. de agri. & cen. l. domini prædiorum.* ¶ Item no. quòd interdum ſit aquæ g diſtributio arbitrio boni viri. *ff. de va. & extraordi. cog. l. de vſu.* & not. in Spec. *de cau. poſ.* vbi vide. Imperator vult hîc quòd aqua perpetua, & curſus eius, & commoditas perpetuò nõ tollatur, nec alteretur. facit *Cod. de aqua du. l. ſi diligenter lib. xj.* & loquitur tam de aqua publica, quàm de aqua quæ ſentit commoditatibus priuatorum: vt hîc in verbo, *perſona.* & eſt expreſſum, *Cod. de aquaduct. l. vſui aqua lib. xj. & extrà de offi. de lega. c. dum olim.*

c Antiquitati in quibus ſtetur.
d Habuiſtis verbum, ſignat retrò ſubſiſtentiam.
e Ciuitas poſtliminio redire quemadmodũ dicatur.
f Conſuetudo ſine titulo præſcribi poteſt.
g Aquæ diſtributio facienda arbitrio boni viri.

b ¶ *Munitionibus ciuitatum.* licet h enim Lombardis ciuitatem munire: *vt hîc, & infrà eod. § ciuitates.* Adde quòd non ſolùm Lõbardis ſed etiam aliis. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. ad inſtructionẽ.* Nunquid ergo Eccleſiæ tenentur ad talem munitionem cõferre? dic quòd aut ſit ad ornatum, & non debent conferre: aut ſit ad neceſſitatem & debent conferre: quia, eſt eadem ratio, quæ in via, & pontibus. Nã refectionem itineris, & pontiũ agnoſcit Eccleſia propter commonem reipub. neceſſitatem, in qua etiam Eccleſiæ continentur. Idẽ & in gabella plauſtrorũ, quæ ſoluitur ad portam: quia illud ſoluitur, quia plauſtra deſtruunt ciuitatem, & vias: & oportet quòd quotidie reficiantur viæ ex illa pecunia: & ideo ſicut ad refectionẽ viæ tenentur, ita ad ſolutionem illius gabellæ, ex qua reficitur via. Ad expenſas ergo ſuperuacuas, vel honoris cauſa, ſicut eſſet ſalicare plateam, nõ tenentur Eccleſiæ, ſed ad alias neceſſarias expenſas põtium, viarum, murorũ tenẽtur, ſecundùm Iac. Bu. *in d. l. ad inſtructionem.* Niſi fortè ſint Eccleſiæ mendicantium: quia nulla bona in ciuitate habẽt: ſicut dicimus in ſimili *de cap. dem. l. tutelas § ſi libertate. & ff. de val. ſub. l. lex Cornelia.* Nam pauperes ad huiuſmodi ſumptus burſales conferre non tenentur: vt legitur, & notatur *C. de ann. & tri. l. indictiones. li. x.* Quid de collectis k, quæ pro aliis neceſſitatibus imponuntur? dic quòd ſi poſſeſſio per Eccleſiã acquiſita, erat adſcripta dare pro ſolido, & libra ad collectas: quia quãdoq; patrimonialia munera poſſeſſionibus indicũtur: *vt ff. de mu. & ho. l. reſcripto. § vlti. & l. munerũ. § patrimoniorũ.* & tunc res illa eſt onerata, & cũ illo onere trãſit: quare clericus, ad quẽ peruenit, pro illa ſoluere tenetur *ff. de act. empt. & ven. l. alienatio ff. de acqui. re. do. l. traditum C. ſine cenſu, vel reli. l. omnes.* Nam pro talibus l collectis bona ſunt hypothecata: imò ſunt quodãmodo ſuppoſita ſeruituti cuidam: & ideo ad quemcunque tranſeunt, tranſeunt cum onere ſuo: *vt ff. de act. empt. l. in venditione.* & hoc verum, ſi talis deſcriptio, quç ſit pro ſolido, & libra, ſit perpetua, & certa. Secus ſi propter varietatẽ negotiorum imminentium immutetur: nam incertæ m obligationi hypotheca accedere non poteſt. & ideò non videtur huiuſmodi onus n durare poſtquam peruenit ad perſonam priuilegiatam: *vt in c. vnico. de iure pa. lib. vj.* & ita tenet Archi. *in c. j. de immu. Eccle. li. vj.* Et idem ibi Ioan. And. *in Nou.* Ex his apparet, quòd collecta o eſt munus merè patrimoniale: vt p quãdo eſt perpetua, certa, & ordinaria. quandoque eſt munus mixtũ q: vt quãdo nõ eſt ordinaria: ſed ſecundùm emergẽtes caſus imponitur perſonis pro rebus: quo caſu non tenetur Eccleſia: quia non eſt ſubiecta communitatibus, vel dominis temporalibus. ſicut non tenetur ad ſuperindictum: *vt C. de ſacroſ. Eccle. l. placet.* ad quæ etiam non tenetur clericus ad titulum ſui patrimonij perpetuo ordinatus vt no. *in cap. epiſc. de præben. per Ber.*

h Munire ciuitates ſuas licet. *Idem infrà dicitur § 1. in verbo, ciuitates, & in verb. munire.*
i Ad munitionem ciuitatũ Eccleſiæ conferre debẽt, vt & ad pontium, & viarum munitionem: niſi fortè Eccleſiæ ſint pauperes.
k Collectis an teneantur Eccleſiæ.
l Collectis publicis certis, & ſolennibus bona priuatorum tacitè obnoxia.
m Hypotheca incertç obligationi accedere non poteſt.
n Onus rei an extinguatur, ſi peruenerit res ad perſonã priuilegiatam.
o Collecta quãdoque eſt munus merè patrimoniale: quandoque mixtum.
p Merè patrimonialia munera quæ dicantur.
q Munera mixta dicũtur, quç non ſunt ordinaria.

c ¶ *In iuriſdictione.* tam in criminalibus cauſis, quàm in ciuilibus hîc apertè apparet quòd merum r Imperium, & mixtum dicitur iuriſdictio, cùm dicat in criminalibus, & pecuniariis. ſic *ff. de offic. eius, cui man. eſt iuriſdict. l. j. § primo.* & not. *ff. de iur. om. iu. l. Imperium.*

d ¶ *Criminalibus.* Sed an & ſine hac prouiſione haberent iuriſdictionem in criminalibus, vidi ſæpius quæri Io. & Azo, dicũt, quòd ſic. *ff. de offic. præſi. l. illicitas. § qui vniuerſas.* & arg. *ff. quod quiſq; iuris. l. j. § primo. & ff. qui ex cauſ. ma. l. ſed & ſi per prætorẽ. § primo.* Alij s dicunt ſoli principi merum Imperium competere: nam populus ex lege Hortenſia ei, & in eum omne Imperium. & omnem iuriſdictionem tranſtulit: *vt Inſtitut. de iu. na. § ſed & quod. & ff. de conſti. princi. l. prima in princip.* arg. validum. *ff. de officio præfecti prætorio. l. vnica.* ibi, *regimentis. & arg. C. de vete. iu. enucle. l. j. § ſed hoc ſtudioſum.* Item dicit expreſſè lex iſtius Imperatoris, omnis iuriſdictio, & omnis diſtrictus apud principem eſt: *vt ſuprà quæ ſint regalia. l. omnis iuriſdictio.* Item & ſolus princeps poteſt ſtatuere generalem æquitatem: *vt Cod. de legi. & conſti. princ. l. prima.* & ad hoc videtur facere definitio iuriſdictionis,

r Merũ, & mixtum Imperiũ dicitur iuriſdictio.
ſ Merũ Imperium an ſit penes ſolũ principem.

Eſt a enim iuriſdictio poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuriſdictionis, & æquitatis ſtatuendæ: vt not. do. Azo. *in ſumma, C. de iuriſd. omn. iu. circa princ.* & nemo ſani capitis dubitat merum Imperium iuriſdictionem eſſe: *vt ff. de offic. eius, cui man. eſt iuriſdict. l. prima.* ibi, *& ideo. & l. ij in princip.* ¶ Non obſtant leges in contrarium allegatæ: quia exercentur autoritate principis: *vt Cod. de legi. & conſti. l. fi. & ſuprà quæ ſint regalia l. omnis iuriſdictio.* illud tamen non eſt qui neget, magiſtratus municipales non habere merum Imperium: *vt ff. de iu. om. iu. l. magiſtratibus.* Sed certè ego puto Poteſtates b qui hodie eliguntur, eſſe municipales magiſtratus: *vt C. de ma. mu. l. prima.* vel defenſores ciuitatum: *vt in Authentic. de defen. ci. § nos igitur. collat. iij.* qui non habent merum Imperium: *vt Cod. de defen. ciui. l. defenſores ita. & l. defenſores ciuitatis oblatos. & in Authent. iuſiurandum, quod præſta. ab his, qui admi. ſuſci. § & aquas. collat. ij.* Sic non c habebant ante hanc pacem iuriſdictionẽ in criminalibus: ſed hoc conceditur eis. Præterea & ſi ſine hac cõceſſione haberent, ad quid ergo in modum priuilegij hoc eis concederetur, cùm fruſtra d precibus impetretur, quod iure cõmuni conceditur: *vt Cod. de theſau. l. vna. lib. x.* Odofr. Idem tenet Spe. dicens, quòd poteſtates terrarum non habent merum Imperium: & ideo nedum ad vltimum ſupplicium nequeunt condemnare: ſed etiam e forbannire non valent: nimirum quia nõ reperitur hoc eis eſſe cõceſſum ſpecialiter. huiuſmodi enim iuriſdictiones nominatim lege, vel Senatuſconſulto, vel conſtitutione principum conſtituuntur: *vt ff. de eo, cui man. eſt iuriſ. l. j.* Vnde cum magiſtratibus municipalibus non videatur hoc attributum, tacitè videtur denegatum: *vt Cod. de ſen. & interloc. om. iud. l. nulli.* Præterea merum Imperium competit in prouincia ſoli præſidi prouinciç: *vt ff. de offic. præſi. l. præſes. & l. illicitas. § qui vniuerſas.* Sed poteſt dici ſecundùm Accurſ. quòd hoc iure cauetur: ſed conſuetudine nõ habetur in ciuitatibus f, quæ populariter reguntur. nam poteſtas eligitur ab eis de conſuetudine inueſtituræ, & alium præſidem non habent: vnde merum, & mixtum Imperium, & omnimoda iuriſdictio apud eum eſt: quia loco præſidis habetur reſpectu illius ciuitatis: vt not. *in Authent. de defen. ciui. § nulla. in glo. quæ incipit, ſcilicet maiori. fin. & Cod. de præſcript. longi temporis. l. fi.* Idem in caſtris, ſeu terris, quæ alterius iuriſdictioni non ſubſunt, ſicut in inſulis multa ſunt. facit quod no. *in cap. j. de re iudi. lib. vj. in Nouella C. de teſt. l. fi.* An ergo damnati ad mortem à talibus poteſtatibus terrarũ, efficiantur ſerui pœnæ? Reſp. quòd ſic, ſi ponatur eos habere merũ Imperiũ: adeò vt nec poſſint eis reſeruare teſtamenti factionem etiam cauſa cognita: quia teſtamenti factio publici iuris eſt, & in ſeruum non cadit: *vt C. de teſt. mil. l. & militibus noſtris.* etiam ſi faciant teſtamentum ad pias cauſas. bene tamẽ poteſt ſe obligare inter viuos antequam ſit condemnatus. ad reſtitutionem malè ablatorum: vt no. *in c. quãquam de vſur. li. vj. in Nouell.* Poſt ſententiam verò ſi bona ſint confiſcata, nihil ſtatuere poteſt: arg. *in l. ſi partem. § fi. ff. quemad. ſerui. amit. & ff. de noua. l. quoties. § fi.* hîc enim nulla bona in ciuitate reliquit: *vt ff. de vulg. ſubſti. l. lex Cor. & ff. de his, quæ pro non ſcript. ha. l. ij. qui in metallum.* ¶ Sed hîc dubitatur, an ſi quis pro furto, vel alio priuato delicto condemnatus g ſit ad furcas, nunquid bona ſint tacitè confiſcata? & glo. ſentit quod non *in l. ij. quemad. teſt. ape.* Item & ſi pœna ſit furcarum: tamen crimẽ eſt priuatum: vt no. *ff. de condi. ob cau. l. ſi ſeruus tuus.* de quo crimine an poſſit inquiri, no. *in c. ſcelus. de pœnis in Nouel.* & meliùs, & latiùs *in l. ij. § ſi publico. de adult.* & per me, *Co. de proba. l. iubemus.*

a Iuriſdictio quid.
b Poteſtates qui.
c Iuriſdictio criminalis [illegible] quam eſſe non intelligitur aſ ſolus princeps.
d Iure cõmuni [illegible] pœnitus impetrari.
e Forbannire quid.
f Ciuitates quæ populariter reguntur, merum Imperium habent.
g Damnati ad furcas in [illegible] bona [illegible] ſunt [illegible]
h Statuto [illegible] in [illegible] de pœnis [illegible]
i Sermo [illegible] de primo intelligitur [illegible]

¶ Deinde quæro: pone quod princeps conceſſit ciuitati facere ſtatuta h, virtute cuius conceſſionis ciuitas fecit ſtatuta ſua: quæro, nunquid poterit reuocare? & videtur quòd nõ: quia intelligitur i de primo actu: *vt ff. de verb. ſigni. l. boues. § hoc ſermone.* Contrarium eſt verum: arg. *C. de teſta. l. omnium.* & quod not. *in c. non poteſt. de præb. li. vj. in Nou.* Ex his apparet quòd ſtatuta k potiùs accedunt vltimæ voluntati, quàm contractui. de hoc no. *c. quia cunctis. de conceſſ. præben. in vj.* & not. *ff. de lega. l. ſed & poſteriores.* & not per Pe. & Cyn. *Cod. communia de le. l. fin.* ¶ j. Quæro, verum ſtatutum l iniquum teneat? Reſpondeo ſic, ſi ſit ſolenniter factum donec corrigatur per ſuperiorem: ſecus ſi ſit impoſſibile m: vt no. *in ca. fin. de appella. lib. vj. in Nouell.* ¶ Et in cæteris, quæ ad commoditatem ſpectant ciuitatum, hîc m conceditur ciuitatibus, quod olim erat commiſſum præſidibus: *vt in Authent. de manda. § deinde competens. ibi, & quod omnino. &c.*

k Statuta vltimæ voluntati potius accedũt quàm contractui.
l Statuta [illegible] iniqua [illegible] per tamẽ [illegible] tenẽt [illegible] dũ à ſuperiore corrigãtur.
m Ciuitates hodie ea [illegible] poſſunt quæ olim præſides.
n Malefactores [illegible] Reipub. [illegible]

¶ Et collige quòd malefactores n punire ſpectat ad commoditatem ciuitatum: *vt hîc, & ff. de offic. præſi. l. congruit* & ad ſalutem omnium: *vt C. de feriis. l. prouinciarum.* Expedit enim reipublicæ

publicæ vt maleficia puniantur: *vt ff ad legẽ Aquil. l.ita vulneratus*, ne ad ea committenda temerè quiſquam proſiliat: *vt C. de pœ. l. ſi operis*. ¶ Ex hoc ergo §. *nos Romanorum*. habes quædam vtilia, & neceſſaria ciuitatibus, quæ ſunt conceſſa, indulta, & confirmata per hũc imperatorem Fridericum certis ciuitatibus Lombardiæ. non[a] enim eſt conceſſio generalis, ita quòd ex vi ipſius conceſſionis extendatur ad alias ciuitates: imò eſt localis certarum ciuitatum inferiùs ſpecificatarum, licèt quo[b] ad ipſas ciuitates faciat ius commune: vt patet ſtatim, *in §. volumus*. ſecundùm Odofr. Porrò etiam locales conſuetudines[c] quoad locũ ipſum dicuntur ius commune: *vt in ca. cùm veniſſet. de eo qui mitti. in poſſ. cauſa rei ſeruan*. & eſt ratio, quia iure cõmuni confirmatur: *vt ff de iuſt. & iure l. omnes populi*. Porro conſuetudines confirmatæ[d] ſub certo modo, & forma, nõ valent niſi ſub illo modo, & forma. *Cod. de teſt. l. fin.* quas princeps tacitè cõfirmare videtur eo ipſo, quòd ſunt tolerabiles. *Cod. de re militari. l. tam collatores lib. xij. Cod. de agric. & cenſi. l. domini prædiorum. Co. de fundis limitrophis l. j & l. quicunque. & l. fin C. de iure fiſci. l. ſuper creandis. & Cod. de vendendis rebus ciui. l. j* Contra malæ[e] conſuetudines tanquam abortiua ſtatuta non conualeſcunt tempore: *vt in Authent. vt nulli iud. § nulli verò*. Vnde dicit Imperator. *Conſuetudines tunc tenent, cùm noſtris non repugnant legibus: in Auth. de vſuris mutui. § ſi* & ibi no. Et ideo contra[f] concilia generalia, quæ ſeruanda ſunt vt Euãgelia, non tenet conſuetudo: vel contraria conſtitutio: vt nota. *in c. cùm laicis de rebus Eccleſ. non alie. in Nouell. & cap nulli eod. tit. in Nouell.* Vnde non valet ſtatutum, vel conſuetudo de præſtandis vſuris: quia eſt contra concilium: vt nota. *Cod de vſur. Auth. ad hæc.*

a Specialis cõceſſio non extenditur ad alia loca.
b Specialia priuilegia, & conſuetudines ... tatum, quod ad ipſas ciuitates, quibus inſeruiũt, tenent, ius commune faciunt.
c Conſuetudines in ſuo quęque loco ius commune faciunt.
d Conſuetudinis confirmatio, quomodo, & qua forma, & a quib. fiat.
e Conſuetudines malæ non præſcribuntur.
f Conſuetudinum iniquarũ exempla
g Sententia cõtra cõſuetudinem valet ſed tamẽ ab ea poteſt appellari.
h Factum non conſtat ſine probatione.
i Ius cõſtat ſine probatione
k Factum non definitur, niſi examinatum.
l Conſuetudo eadem, vel diuerſa eſſe poteſt in vrbe, & extra vrbem.
m Cõſuetudine priuilegiũ aliquis poteſt.
n Conſuetudo priuilegiata rebellione amittitur.
o Principis volũtas pro lege.
p Principis cõtractus vim ſtatuti habet.
q Regalia iura quę ciuitatibus conceſſa.
r Regaliorum controuerſia inter principẽ concedentem, & ciuitatẽ quibus conceſſa ſunt, arbitrio viri boni definiendæ.
ſ Iuranti ſufficit verũ dicere ſecundum cõſcientiam, hoc eſt, ex cõſcientia ſtatare.
t Qui inter principem, & ſubditos ex hac lege iudicare debeant.

¶ Sed nunquid valet ſententia[g] lata contra conſuetudinem? videtur quòd ſic, quaſi contra factum lata. nam conſuetudines facti ſunt, tamen poteſt appellari. Iſte videtur caſus not. *in d. c. cùm veniſſet*. Nam cùm de[h] ea non conſtet ſine probationibus: meritò dicitur in facto conſiſtere. Articuli[i] verò iuris dicuntur illi, ſuper quibus ſine probationibus facti ſtatim poteſt pronunciari: vt no. *c. ad decimas, de reſt. ſpo. in Nouella*. Sed ſuper[k] facto non poteſt pronunciari, niſi examinetur factum: *vt C de veteranis l. prouidendum. & C. de hære. inſt. l. cùm proponas.*

a ¶ *Intus, & extrà.* ¶ Not. tam eandem[l], quàm aliam eſſe poſſe conſuetudinem intra ciuitatem, & extra: id eſt, in vrbe, & in comitatu: *vt hic, & C. de teſta. l. fin.* ibi, *in priuilegio*: id eſt, in conſuetudine priuilegiata. Conſuetudo[m] priuilegiat aliquem: ſicut principis priuilegium. Nam conſuetudo vice principis fungitur. *de verb. ſign. c. ſuper quibuſdam. §. præterea.* Et collige hinc, quòd ſicut per rebellionem[n] contra principem perduntur priuilegia: ita conſuetudines priuilegiatæ: quod tene menti.

b ¶ *Volumus vt regalia.* Iſtud verbum, *volumus*[o], oſtendit hanc l. eſſe: (quidquid principi placet, legis habet vigorem: *vt C de conſt. princ. l. j in prin. & Inſtit. de iure natu. § ſed & quod principi & ff. de orig. iur. l. ij § nouiſſima.* & ſic contractus[p] principis tranſit ad ſtatutum legis *vt ff. de publica. l. Cæſar.*) Item probatur ex eo, quod Imperator vult eam per vniuerſos populos diuulgari: *vt j. eod. circa prin.* ibi, *ea propter*, &c. quod quidem indicat vt ſit lex: *vt C. de legi. & conſtit. princ. l. leges ſacratiſſimæ.*

¶ Quæ nobis conceſſa non ſunt: quia non[q] omnia regalia fuerunt conceſſa: ſed demum ea, quæ longa conſuetudine erant poſſeſſa: & illa non in proprietate, ſed in fidelitate. Not. ergo quòd ſi[r] eſt quæſtio quæ ſint conceſſa, & quæ remaneant conceſſori: debent eligi boni viri bonæ opinionis, ad hoc idonei, non ſuſpecti: qui iurent quòd bona fide, & ſine fraude perquirent, & conſignabunt cuique, quod ſe contingit. qui tex. eſt valde not. De iuramento facit, quod not. *Co. de ſecundis nupt. l. hac edictali § hoc illud.*

¶ Et ad ſaluandum ipſos iurantes de periurio, ſcias quòd in omni iuramento[ſ] ſufficit verum dicere ſecundum conſcientiã: vt no. *in c. præſentium. de teſti. in Nouella* ¶ Not quòd[t] ſuper cõtrouerſia inter principẽ, & ſubditos eligũtur arbitri, & hoc per

niariis intus, & extra[a], & in cæteris quæ ad commoditatem ſpectant ciuitatum. Volumus vt regalia[b], quæ vobis non conceſſimus, in hunc modum cognoſcantur per epiſcopum loci: & homines tam de epiſcopatu, quàm de ciuitate eligantur viri bonæ opinionis, & qui ad hoc idonei eſſe credantur[c]: tales, qui nec contra ciuitatem[d], nec noſtram maieſtatem priuato, vel ſpeciali odio teneantur: qui iurent quòd bona fide, & ſine fraude perquirent, & inquiſita conſignabunt ea, quæ ſpecialiter ad noſtrã[e] excellentiam ſpectant. Si autem huic inquiſitioni ſuperſedẽdum eſſe putauerint: cenſum duorum millium marcharum argenti per ſingulos annos petimus. Attamen competenti moderatione moderabimur etiam quantitatem iſtam, ſi enormis viſa fuerit. Si quis autem ſuper his, quæ vobis conceſſimus, vel permiſimus, ſiue in ciuitate, vel extra ciuitatem, querimoniam apud maieſtatem ipſam depoſuerit: eius querimoniam non admittemus[f], & ſilentium ei imponemus. Hoc, quod nos[g], vel noſter anteceſſor rex[h], vel Imperator epiſcopis, Eccleſiis[i], vel ciuitatibus, vel aliis quibuſcũque perſonis, clericis, vel laicis ante tempus guerræ dedit, vel quolibet conceſſionis titulo conceſſit, firmum, & ratum habemus: ſaluis ſuperioribus cõceſſionibus, vt pro ea ſolita nobis ſeruitia exhibeantur: ſed cenſus non præſtetur. Commoditates, quas pro bono pacis[k] ciuitatibus conceſſimus in ciuitatibus, vel extra: illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus cenſus debeat præſtari.

iſtam pacem. aliàs poteſt[a] princeps vbique citare ſubditum, & ipſe cognoſcere *vt l proxima ff de his, quæ in teſtamẽ. delentur. & C. ne quis in ſua. l. j* per Cy. *ff. de iure iu. l. l. & hæc Tiberius* per Cy.

c ¶ *Idonei credantur.* quo caſu etiam ſi malè ſe gerunt verũ tamen nõ[b] eſt quòd imputetur eis, qui elegerunt. *vt ff commoda. l. arg. um. & ff. de rei vendit. l. ſi à bona fide.* Odof. ¶ Ex hoc ſume arg. quòd iudex[c] non facit litem ſuam ex eo, quòd arbiter à ſe electi malè pronũciauerint: quia quod bona[d] fide fit, bene fieri cenſetur: arg. *ff de cõ di. & demon. l. quamuis.* & quod not *ff. de iurein. l. cum qui. § an popularibus.* Arg. contrà. *ff. manda. l. idemque § ſi procurator.* Sed ibi mandatori non imminebat explicatio negotij: hic ſolã electio perſonarum: quia nihil faciebãt nomine eligentis, ſed nomine dominorum. & ſic non obſt.

d ¶ *Contra ciuitatem.* ¶ Not. argu. quòd bonus[e] ciuis eſt, qui patriæ iura tuetur: & ille eſt ad regimen eligendus, non autem qui eſt contra patriam. Odof.

e ¶ *Ad noſtram* ſiue ratione Imperij, ſiue ratione patrimonij: cùm omnia principis eſſe intelligantur, ſiue fiſcalia, ſiue patrimonialia ſint: *vt Cod. de quadri. præſcri. l. bene à Zenone.* Odof. quod dic vt in princ. Digeſtorum. *omnem.*

f ¶ *Non admittemus.* ¶ Not. quòd non debet quis audiri contra illud, quod facit princeps ex certa[f] ſcientia: imò debet repelli, & imponi ei perpetuum ſilentium. Nam dicit lex quis tantæ ſuperbiæ faſtidio tumidus eſt, vt regalem ſenſum negat: *vt Cod. de legi. & conſt. l fin & l. ij Cod de cri. ſacri.* ¶ Et not. hìc de ſilentio imponendo etiam lite non conteſtata, ſcilicet non audito petitore *ff. de alea. l. j. § quod autem.* Si ſtatutum dicit, *talis[g] non audiatur*, an valeat ſententia pro eo lata? dicit Iac. de Are. quòd non. quod verum eſt. ſi eſt talis quòd habeatur pro mortuo, vt bannitus: vel iudex dolo procedit: *vt d. l j § quod autem, de alea.* quia ille, qui[h] procedit in contẽptum legum, videtur procedere errore iuris expreſſo. & vide *l j C. de hæred. inſti.* per Cy. Sed qualiter[i] poteſt imponi ſilentium ei, qui non auditur? Reſp. quòd non auditur pro ſe: ſed contra ſe *ff de poſt. l quos prohibet. ff de proc. l. filius §. veterani.* & vide quòd no. *de offic. deleg. ca. cum ſuper abbat. in Nou.*

g ¶ *Hoc quod nos.* hìc dicit, quòd conceſſa priuilegia Eccleſiis, epiſcopis, ciuitatibus, vel aliis quibuſcũque perſonis, clericis, vel laicis per anteceſſores ſuos, vel ſe, vel Henricum filiũ ſuum, & Regem Romanorum, firma, & rata permaneant. Accvrs.

h ¶ *Rex.* ſcilicet Henricus filius iſtius Friderici, ſecũdum Odo. ¶ Hic ergo eſt expreſſum quòd Rex Romanorum etiam ante[k] coronationem poteſt concedere priuilegia Iſte enim Henricus non erat coronatus Imperator: quia pater viuebat pro hoc not. *C. de quadri. præſcr. l. bene à Zenone.* & ibi per Cy. dicit Hoſt. quòd vidit in Alemania per principes iudicari, & teneri, quòd Rex Romanorum poſt electionem concordem habeat omnem poteſtatem, quam Imperator: nec vnctio aliquid addat: licèt Hoſt ſit in contraria opinione: vt not. *extrà de ver ſig. ca. ſuper quibuſdam. in Nouell.* Sed quicquid dicat Hoſt. prima opinio ſeruatur, & eſt ipſa veritas. Opinio autem Hoſti. poſſet habere locum, quando eſſet electus in diſcordia.

i ¶ *Eccleſiis, vel epiſcopis.* ex iſta alternatiua videtur probari, quòd id, quod conceditur epiſcopis, ſit eorum proprium: quod etiam innuit verbum, *dedit*[l], quod eſt j. per quod patet dominium eſſe tranſlatum in epiſcopum, cùm dare ſit accipientis facere: *vt inſti. de act. §. ſic itaque.* dummodo eis contemplatione Eccleſiæ non detur: nam tunc Eccleſiæ videtur eſſe conceſſum: *vt ff. de dote præle. l cùm quis. ver. nam & ſi quis.* Additio. De hoc habes tex notabilem *in c ſi de ca. Corrad cel x.* vbi omnino vide & adde quod no. inno. *extr de teſtã. ca. cum in officiis.* & hoc ſi talis eſt epiſcopus, qui poſſit habere proprium: alias de neceſſitate acquiritur epiſcopatui. *xij q. j. c ſtatutum.*

k ¶ *Pro bono pacis* ¶ No. id, quod factum[m] eſt pro bono pacis, ratum debet haberi *vt ff. man. l. creditor. §. j.* Ita tamẽ quòd nõ ſit contrarium iuri diuino, vel impoſſibile de iure: vt *extr de prob. c. niſi eſſent* & ibi dicit tex. quòd laudo arbitratorũ propter bonũ pacis tenetur æquitas naturalis. ¶ Etiã no. quòd in[n] arbitris, & in arbi

a Princeps ſi ... aduerſus ſubditũ, vbi ... ipſe ſibi iudex eſſe poſſit
b Eligenti nõ ſemper mala electio imputatur.
c Iudex litem ſuam nõ facit, ſi arbiter, quẽ elegit, malè pronunciauerit.
d Bona fide quod fit, bene fieri cenſetur.
e Ciuis bonus quis.
f Certa ſciẽtia princeps quod facit, à nullo retractari debet.
g Silentio alicui impoſito, ſecundum eũ ſententia ferri non poteſt
h Iudicans in contemptũ legum iuris errore exprimere videtur.
i Silentium ei, qui non auditur, quemadmodum poſſit imponi.
k Imperatoris ſeu Regis Romanorũ ante coronationem iura quæ. *aude ſimilem Gl. ſup. in extrauag. quomodo in crimine læſæ maieſtat. in verbo,* Reges.
l Dare, eſt accipientis facere.
m Rati habendum, quoad pacis bonum factum eſt.
n Conſuetudo etiam in arbitris, & arbitramentis ſeruanda.

in arbitramentis bona conſuetudo eſt ſeruanda, *extrà de cauſa poſſ. c. cùm veniſſet.*

a ¶ *Priuilegia omnia.* ¶ No. ex iſto text. quòd ſi bona rebellium tempore rebellionis a aliis ſunt conceſſa perſonis, facta pace ſunt reddenda primis dominis. tex. eſt hic valde notabilis: ita b quòd ipſa pax non habet vim ſimplicis indulgentiæ, ſed reſtitutionis in integrũ. quod tene menti.

a Rebellium bona confiſcata, aut alicui donata à principe, facta pace prioribus dominis reſtituenda.

b Pax ipſa non habet vim ſimplicis indulgẽtiæ, ſed reſtitutionis in integrum.

b ¶ *Iniuriam.* ¶ Sed quomodo c poteſt princeps concedere aliquid in iniuriam alterius: *vt Cod. de preci. impera. offe. l. ij. & l. reſcripta. & l. nec damnoſa. ff. de iuſtit. & iur. l. iuſtitia in prin. & §. iuris præcepta. & C. ſi cõtra ius, vel vti publ. l. fin. & Co. de operib. publicis. l. præſcriptiones?* Sol. hæc cauſa guerræ fuerunt conceſſa, & contra rebelles imperij: nec eſt hoc nouum, ſecundùm Odof. ¶ Ex quo not. quòd rebelles ſunt extra legis protectionem. vide *C. de naturalib. lib. l. j per Cy.*

c An, & quando princeps d poſſit aliquid concedere in alterius iniuriam.

d Rebelles sũt extra legis protectionem.

Priuilegia omnia a, & data, & conceſſiones, quæ in priuilegium, vel damnum ciuitatum, vel locorum, vel perſonarũ ſocietatis occaſione guerræ in alicuius iniuriam b prædictorum à nobis, vel nunciis noſtris indulta ſunt, caſſentur c, & in irritum deduçantur d. In ciuitate e illa, in qua epiſcopus per priuilegium Imperatoris, vel regis comitatum habet, ſi conſules f per ipſum epiſcopum conſulatum recipere ſolent, ab ipſo recipiant, ſicut conſueuerunt recipere: alioquin vnaquæque ciuitas à nobis conſulatum recipiat. Conſequenter verò in ſingulis ciuitatib. cõſules cõſtituentur à nũcio noſtro, qui ſit in ciuitate, vel epiſcopatu: & inueſtituram recipient: & hoc vſque ad quinquennium. finito g quinquennio vnaquæque ciuitas à nobis recipiat, & intra quinquennium à nuncio noſtro, ſicut dictum eſt, niſi in Lombardia fuerimus: tũc enim à nobis h recipiet. Eadem obſeruentur i in ſucceſſore noſtro. Et omnes inueſtituræ gratis fiant. Cùm autẽ nos Imperator diuina vocatione k deceſſerimus, vel regnum filio noſtro conceſſerimus l, ſimili modo à filio noſtro, vel eius ſucceſſore

c ¶ *Caſſentur.* ¶ Nota quòd ſublata e guerra tollitur omnis eius effectus ſecutus propter guerram: ſic *j. eo. § finem quoque.* Odof.

e Bello ſublato, tollitur omnis eius effectus.

d ¶ *Et in irritum deducantur.* quòd dicit, *caſſentur* f, intelligas ipſo iure. quod autem ſequitur, *in irritum,* intelligas ipſo facto. Odof. ¶ Et ſic not. quòd verbum, *caſſentur*, iunctum cũ verbo, *irritentur*, ſignat ipſo iure: non enim requiritur hic alia ſententia, licèt text. vtatur verbo g futuri temporis, quod eſt notabile.

f Ceſſare, & in irritum deducere differunt.

g v. Romanũ in hunc locum ſingulare à Mathefilaum ſingul. 112 115. Cremẽſem ſingulari 7. vbi notant, verbũ futuri temporis effectũ nõ ſortiri ipſo iure, ſed tum demũ, cùm ſententia dicta eſt, niſi aliud ex ipſa legis oratione colligatur.

e ¶ *In ciuitate.* hic dicitur, quòd ſi epiſcopus per priuilegium Imperatoris, vel regis, eſt comes alicuius ciuitatis, quòd conſules h, ſiue decuriones debent inueſtiri de ipſo conſulatu per ipſum epiſcopum: ſicut fuit hactenus obſeruatum. aliàs in qualibet ciuitate conſulatus recipitur autoritate imperatoris, & inueſtitur conſul per nuncium ipſius imperatoris. ¶ Item dicit, quòd de quinquennio in quinquennium quælibet ciuitas mittat ad Imperatorem pro inueſtitura iuriſdictionum renouanda i, ac priuilegij eligendi ſibi conſules: qui iurabunt ipſi imperiali nuncio, & per ipſum ingredientur officium. & idem dicit in ſucceſſoribus ſuis obſeruandum. ¶ No. quòd multi ſunt epiſcopi k, qui habent ciuitatem, & iuriſdictionem temporalem ab Imperatore, vel rege. Quæro igitur, verùm iſti epiſcopi teneãtur coram Imperatore, vel rege comparere non ſolùm quoad cõſilium: ſed etiam quoad auxilium, ſi ſint conuocati? Reſp. ſic: non tamen poſſunt perſonaliter diſtringi. *vt not. in c. j. de cle coniuga. in Nouell.* Bal.

h Conſules, & decuriones à quibus inueſtiendi.

i Reuocari priuilegia ciuitatum, quãdo, & à quibus oporteat.

f ¶ *Conſules.* de iuramento conſulum dicitur *extrà de iureiur. c. venientes. & no. in ſpe. de iureiu.* vbi etiam not de multiplicibus iuramentis.

g ¶ *Finito.* Hoc hodie non ſeruatur, imò totum contrarium fit. ¶ Sed non eſt vis: cùm ex l priori inueſtitura perpetuò inueſtiti intelligantur, & non ad tempus: *vt j. eo. ti. §. nos Romanorũ in prin. in verbo, in perpetuũ.* Odof. Mittit. ſ. nunciũ hic dicitur ſimplex nuncius, quem vulgò Itali appellant ſyndicum m, & habẽt concipere verba hoc modo: Ie eo, domine Friderice Romanorũ Imperator, à vobis inueſtiturã fieri cõmuni Bononien. & mihi recipiẽti nomine, & vice communis Bononien. *l. teſtanto. ff. de cõdit. per l. qui autem. §. fi. & l. licet.* & per hũc ſyndicum acquiritur ius inueſtituræ cõmuni Bononien. *vt ff. de conſt. pe l. eum, qui §. ſi actore municipum.* Vniuerſis enim redditur, quod pro voto omnium primatibus indulgetur: *vt C. de aduo. diuer. iudi. l. reſtitutẽda.* Odo. Dicitur autem ſyndicus ſecũdùm gl. quaſi ſingulorũ cauſas vno complexiuo nomine dicens. Vel ſecundùm Nicolaum Furioſum, qui fuit diſcipulus Ioãnis, dicitur ſyndicus, quaſi plurium ſimul cauſam dicẽs. & ſi plures sũt creati ſyndici ab vniuerſitate, gerũt publicam perſonam, & videtur quòd habeãt mandatum in ſolidum: *ar. ff. de admin. tu. l. decreto.* etiã in iis, quæ requirunt ſpeciale mandatum *vt ff. de iureiur. l. iuſiurandum & ad pecunias. § defenſor.* & per Iaco. de Are. *C. etiam per procuratorem cauſam in integrum reſtitutionis agi poſ. l. j.* Sed tutius eſt dicere, quod in requirentibus ſpeciale mãdatum debeat ſyndicus ſpeciale mãdatum habere, vel generale cum libera: *vt not. in ca. præſentium de teſt. l. vj. in Nouell.* ¶ Illud eſt not. dignum, quòd n qui mittit nunciũ, vult o obligari per ſeipſum, non per alium: & ideò poteſt p reuocare mandatum clam. ſed ille, qui procuratorem mittit, vult obligari per alium, & non per ſeipſum: *vt legitur, & no. C. ſi quis alteri, vel ſibi. l. multum* itaque transfert conſenſum ſuum in procuratorem: nec q valet reuocatio, niſi in notitiam deducatur: *vt not. in §. vlt. de procura. lib. vj in Nouell.*

k Epiſcopi iuriſdictionem temporalem habentes ab Imperatore, vel à Rege vocati, nõ modo conſilium, ſed & auxiliũ, ſaltẽ per ſubſtitutos, mittere debent.

l Inueſtituræ ſemel factæ vis, atque effectus is eſt, vt ſemel inueſtitus perpetuò, nõ ad tempus inueſtitus intelligat.

m Syndici qui, eorũ munus, & officium.

n Nuncij, & Procuratoris differentia.

o Obligamur aliter per nũciũ, aliter per procuratorẽ.

p Nuncij mãdatum, clã poteſt reuocari.

q Procuratoris mandatũ, clam non reuocatur.

h ¶ *A nobis.* & non à nũcio: & hoc ſi principi placuerit: *vt j. eo. §. & ſi qua.* Odofre.

i ¶ *Eadem obſeruentur.* hoc vult dicere litera iſta, quòd idẽ ſeruetur in perſonam ſucceſſoris noſtri, quod in noſtrã perſonam ordinamus: ſic *Cod. de quadr. præſcrip. l. bene à Zenone. ibi, ſiue ab aliis, qui poſtea, &c.* & hæc forma datur ſubditis erga ſucceſſorem, ſalua a ſemper autoritate ſucceſſoris, cui non poteſt anteceſſor imponere legem: *vt C. de legi. l. digna vox.*

a Anteceſſor ſucceſſori legẽ imponere non poteſt.

k ¶ *Diuina vocatione* Deus enim in hora mortis nos vocat de tẽporali ſæculo ad perpetuum. Odof. nã etiam ſi quis non ſua morte moriatur: ſed gladio, dicitur mors Dei iudicio prouenire: *vt not. Inſtit. de ca. di. poſt princip.* & in Euangelio, *Sciens quæ ventura erant ſuper eũ.*

l ¶ *Conceſſerimus.* Hic primò attẽde, vtrũ imperium iure hæreditario transferatur, vel nõ. Secundò, quis eligat principem, & quis poſſit eligi princeps, & ex quibus debeat eligi. ¶ Circa primum pro & contrà allegabimus: deinde quod tutius viſum fuerit nobis, eligemus. Videtur quidem primò imperiũ b ſucceſſione deferri. hoc autem litera iſta manifeſtè innuit. Nam iſte Fridericus, qui nũc viuit, Henrici filius fuit, de quo Henrico hic loquitur: qui quidem Imperator fuit: *arg. de hoc, C de ſun. patri l bi, quibus. & Inſt. de dona. §. ſed primus quidem. & in Aut. vt defun. ſeu funera § ſi verò etiã morientẽ.* & eſt arg. ad hoc, quod hic dicitur *in decretis, lxiij. diſt c. in ſynodo congregata & xxiij. diſt. c. in nomine Domini.* vbi dicitur, quòd princeps potuit ſibi eligere ſucceſſorem: vt & hic videtur. Contra autem videtur quòd c ex electione, non ex ſucceſſione imperium deferatur, his rationibus 1. Primò, quia imperium habere, in fortuna eſt: *vt Cod. de vet. iur. enu. l. ij §. ſed quia diuina & in Auth. de conſu. in fin.* Vnde dicitur: *Si fortuna volet, fies de rethore conſul. Si volet hæc eadem, fies de conſule rhetor.* & à Deo hominibus datur: *vt C. de officio præfect. Præto. Afr. l. in nomine Domini. in principio. & in Auth. quomodo oportet epiſcopos in prin. C. de quadri. præſcript. l fin. in fi. & in Auth. vt in medio li. non ſiant § fi. C. de offi. ma. mi. l. vlt. in princ. & in Aut. de ſi. inſtr. §. ij. C. de vet. iure enu. l. j. in princ. & in Auth. de conſul. in fi. & in Lombardia de prohibitis nupt. l. quoniam nobis. in prin. & j. de priui. eccleſ. l. fi. in princ.* & quia epiſcopus eligitur: *vt in Auth de ſan. epiſc. §. j. ij. & iij. Cod. de epiſc. & cler. l. ſi quenquam.* & omnis dignitas, & omne officium: *vt ff. de decr. ab or. fa. l. j.* Item & aduocatio ſucceſſione non defertur. ſed electione: *vt in Lombard. de aduo. & vicedominis l. ſingulis.* Et remotis omnib iuris ambagibus, ego puto imperium electione deferri, & non ſucceſſione. *extrà de ele. c. venerabilem. § inſuper ſi prædictus rex. extrà de pact. c. accipimus.* Non ob. quod hic dicitur, nam ſi quis rectè inſpiciat, nuſquam hic dicitur ſucceſſione deferri: ſed dicit poſſe concedi: & ſic concordat in decret. *xxiij. diſtinct. c. in nomine Domini. & lxiij diſt. c. in ſynodo congregata.* Sed illi, qui ita eligunt, autoritatem eligendi ab Apoſtolica ſede acceperunt. examinatio tamen, promotio, vnctio, conſecratio, coronatio, manus impoſitio, ad dominum Papam ſpectant: *vt dicto ca. extrà de ele c. venerabilem. § j. & ij.* Vnde dominus Papa ex cauſa poterit principem deponere: *vt in decr xv q. vj. c. alius item Romanus Pontifex, &c. & in Auth. de defun. ciui. §. non habente & in Auth. de col. §. & hoc cuſtodiri & argu ff. de re. in. l. eius eſt nolle & ar. C de offic. præfe. præt. l ſi quis, & in Authen. de man prin. § feſtinabit. & in Lombar. de offic. vica. l fin.* cùm Imperator iuret ei fidelitatem: *vt in decr. lxiij diſt. cap. tibi domino.* & quòd non tranſmittat ad poſteros, habes validum arg. *Cod. de aduo. diuer iud. l petitionem.*

b Imperium ſucceſſione deferri.

c Imperium electione, non ſucceſſione deferri.

¶ Quis d autem eliget principem, poſſet quæri. Ad hoc dic, eliget Senatus, *C. de offic. præf. l. ij.* & ex Senatoribus, cùm in numero eorum connumeretur: *vt C. de dig. l. ius Senatorum. li. xij.* cùm Senatores ſint pars corporis principis: *vt Cod. ad leg. Iul. maie. l. quiſquis.* quare & legem facere poſſunt: vt & princeps: *vt ff. de le. l. non ambigitur.* & quia præſes creatur ab ordine, & in eorũ ordine remanet: *vt ff. quando ap. ſit l j. § ſolent* Vel dic, quòd à principib. populi ſuffragio: *vt Inſt de iure na. § ſed & quod princip. & arg. de offi. quæſto l ij in princ.* Vel ab eis ſine populi ſuffragio, autoritate tamen Apoſtolica electione eis conceſſa: *vt ſ. notatũ eſt.* 1. Vel dic quòd eligitur ab eis qui ſoliti ſunt eligere. Sunt enim certi nobiles, qui autoritatem, & priuilegiũ ab Apoſtolica ſede habẽt principẽ eligendi, & illi eligent: & nullus alius debet electioni intereſſe: *vt in Lombard. de pontificibus. l. iij.* ¶ Poſſet autẽ dici quòd quilibet e poſſet in principem eligi, in quem eligentes conſenſerunt. ſed tamen priùs videndum eſt verùm electus imperio

d Imperator à quibus eligatur.

e Imperator qui, ex quibus eligendus.

perio ſit dignus, *vt C. de quadr. præſcript. l. bene à Zenone.* ibi, *ſiue ab aliis, &c.* Qui enim indignus eſt inferiori ordine, indignior eſt ſuperiori: *vt ff. de Senatoribus l. qui indignus.* Vnde de dignioribus eſt eligendus. nec dedignentur alij milites, comites, & barones, qui non ſedent in tam alto cubiculo: quoniam

inueſtituram recipietis a.

IN cauſis b appellationum ſi quantitas vigintiquinque librarum imperialium ſummam exceſſerit, appellatio ad nos fiat: ſaluo iure, & moribus Brixienſis Eccleſiæ in appellationibus: ita tamen, vt non cogantur in Alemaniam ire: ſed nos habebimus proprium nuncium in ciuitatibus, vel epiſcopatu, qui de ipſa appellatione cognoſcat, & iuret quòd bona fide, & ſine fraude cauſas examinabit, & definiet ſecundùm leges, & mores

potentioribus pares eſſe non poſſunt: *vt ff. de alie. iu. mu. cauſa fa. l. ij. circa princ.* Vnum tamen non omitto, quòd imperium a ſemper eſt, licèt deſiit eſſe eius gubernator: *vt in Auth. quomodo oportet epiſcopos, &c. §. quia igitur Cod. de offic. eius, qui vicem alter ge. l. ij.* Odof. Dicit Iac. de domino Ardizo Veronen. in ſumma ſub rubricella *de ſuc. imperij.* quòd olim b principes poterant ſibi eligere ſucceſſores: *vt in decretis, lxiij. diſt. c. in ſynodo congregata. & xxiij. di. §. c. in nomine Domini, in medio.* Sed hodie quidam principes eligunt Imperatorem, qui poteſtatem eligendi ab Apoſtolica ſede acceperunt: ſed examinatio, promotio, vnctio, coronatio, & manus impoſitio, ad dominum Papam ſpectat: *vt extrà, de elec. c. venerabil. §. j & ij* vnde dominus Papa ex cauſa ipſum poterit deponere, *vt in Aut. de defen. ciui. § non habente. & de forma fide. c. alius & ff. de reg. iur. l. eius eſt nolle. ar. Cod. de offi. præfect. prato l. ſi quis. in Auth. de col. § ſed hoc cuſtodire & in Auth. de man prin. §. feſtinabit. & in Lombard. de offi. iud. l. fin.* Quòd ſucceſſione deferatur, eſt ar. *Cod. de ſuis parti. l. hi, quibus & Inſti. de dona § ſed primus quidem & in Authen. vt defuncti, ſeu funer. §. ſi verò etiam.* Nam & Imperator Carolus fuit pater Pipini: Imperator Pipinus fuit pater alterius Caroli Imperatoris, & iſte Carolus fuit pater Ludouici Imperatoris, & Ludouicus fuit pater Lotharij Imperatoris: *vt in Lombard. de fur. l. eius ſlibet de epiſco. & cler. vbi pro tempore, & de capetulis per l. tenendis l. j.* Nam & Imperator Fridericus videtur innuere in pace Conſtantiæ *in §. in ciuitate illa in fin.* quòd poteſt concedere regnum eius filio Henrico, & quod eius filius ei in regno ſuccedat: ſicut de facto fuit, & iſte nunc Fridericus Rogerius Imperator fuit filius Henrici. Sed tu dicas: quòd hoc contingit potiùs electione principum, quàm ſucceſſione. Iſta ſunt formaliter verba Iaco. de domino Ardizo. & hoc vltimum verbum ſuum eſt ipſa veritas, & ita ſeruatur de facto de rege Wenzeſlao filio Caroli Imperatoris. Nomina electorum. Et nunquid principes ſeculares, ad quos pertinet electio, poſſet Papa priuare poteſtate eligendi, & an propter eorum negligentiam Papa ſolus poſſet eligere Imperatorem? Dic vt not. *de re iudic. c. apoſtolicæ l. vj.* & quod no. *ff. de leg. l. non ambigitur* per gloſſ. & Cyn.

a Imperiũ imperatore mortuo non moritur.

b Imperiũ certis tẽporibus ſucceſſione delatum.

a ¶ *Inueſtituram recipietis* certum eſt quòd regnũ c Siciliæ eſt Eccleſiæ Romanæ Pone ergo quòd regno vacante Papa contulit plures comitatus regni pluribus comitibus in feudũ deinde creauit ibi regem quæritur, an illi comites teneantur regi facere fidelitatem tanquam ipſius vaſalli? & dicit Odofr. quòd eſt hic caſus quòd ſic. Verba Odofr. hæc ſunt Hic habes expreſsè quòd in d generali feudi alienatione, quam facit princeps, continentur vaſalli. quod eſt contra id quod legitur, *ſi de feud. vaſ. fuerit interpellatus cap. in generali* Sol. verum eſt niſi dicatur expreſſim & hic ſatis expreſsè dicitur. 2. Vel ſolue quòd non habet ſucceſſor ius iſtorum vaſall. ex conceſſione ſita: ſed ideo, quia princeps: & facit, *ff. quibus mod. p. gn. vel hypo. ſolu. l. ſicut §. illud* & ius iſtorum vaſallorum acquiſitum eſt imperio. & ea, quæ fiſcalia e ſunt, principis eſſe intelliguntur: *vt Cod. de quadr. praeſ. l. bene à Zenone.* & ſic non obſt. dictum *cap. in gener.* Odofr. Ex hoc infero quòd cùm dicti comitatus ſint de territorio regni, quòd videntur iuraſſe fidelitatem Papæ, tanquam regi: & ideo regno f tranſlato, regem ſequuntur, ſicut membra ſequuntur caput ſuum, à quo diſcedere nefas eſt. Item intentio g particularium ſumitur pro vniuerſo.

c Regnum Siciliæ eſt Eccleſiæ Romanæ.

d Generali feudi alienatione an contineantur vaſalli: ita vt feudo alienato, aut tranſlato in alium, vaſalli ſequantur.

e Fiſcalia principis eſſe intelliguntur.

f Regno tranſlato, vaſalli regis prioris ſucceſſorem ſequuntur.

g Intẽtio particularium ſumitur pro vniuerſo.

b IN *cauſis.* Not. hic quòd appellans h Italicus non tenetur ire in Alemaniam, ſecundùm iſtam pacem: ſed Imperator debet habere iudicem appellationum in Lombardia, à xxv. lib. imperial. ſuprà: qui cognoſcat, & definiat & iſte iudex debet præſtare iuramẽtum, quòd bona fide cauſas examinabit, & definiet ſecundũ mores, & leges illius ciuitatis intra duos menſes à cõteſt. litis, vel à tempore appellationis receptæ. niſi iuſto impedimento, vel cõſenſu vtriuſque partis remanſerit. Hæc ſunt verba literæ multùm notabilia. ¶ Et primò not quòd vbi maior i eſt quantitas, imperialis debet ſtatuere autoritas: *vt C. de epi. pub. l. ſi quando.* & dicitur hic maior quantitas à xxv. lib. imperia. ſup. ſed de iure cõmuni aliter taxatur: *vt C. de app. l. in offerẽdis. & l. præcipimus.* ¶ Secundò not de iuramento k, quod debet præſtare iudex appellationis. ¶ Tertiò nota, quòd iudex debet iurare quòd feret ſententiam ſecundùm ll. & conſuetudines illius ciuitatis & aliàs dicit l. iudex ſententiã proferat legibus, & moribus conſonãtem. *in Auth. vt cùm de app. cog. § prima. C. de aſſeſ. prin. l. ſi iu. C. quæ ſit longa conſue. l. prima C. de ſen. & interlo. om. iu. l. nemo.* Porro ſi l eſt queſtio de proceſſu, ſeruabitur cõſuetudo primi fori. ſi de re, vel cauſa, ſeruabitur per iudicem appellationis illud

h Appellationes Italiæ apud quos iudices finiantur.

i Quantitas maior.

k Iurare quid debeat iudices appellationũ.

l Appellationũ Italicarũ cauſa qua lege, aut conſuetudine facienda.

ius, quod primus iudex debebat ſeruare: quia id, quod debebat ſecũdùm iuſtitiã cauſæ. & fori facere primus iudex, debet facere iudex appel. quia ei ſuccedit vt confirmator, vel reformator. & ideo quia nõ eſt iniquum: ſed æquum iudici à quo, non grauat partem, & ſic à non grauamine iniuſtè appellaretur, *vt in d. Auth. vt cùm de ap. co. in prin.* ſaluo quòd ex nouis actis nouam poteſt ferre ſentẽtiam, & etiã veterem cuſtodire. *ff. quod cum eo l. Titianus.* ¶ Quartò no. quòd hic ſtatuitur tempus a duorum menſium ad cauſam appellationis decidendam: ſed de iure cõmuni ſtatuitur annus: *vt C. de temp. app. Auth. ei, qui.* Si quæro, nunquid elapſis duobus menſib. appellatio b ſit deſerta? Et videtur quòd non: quia meta duorum menſium videtur præfixa cognitori, non perſecutori: quia verba diriguntur iudici, & non appellatori. iuxta nota *C. de iudic. l. properandum. in princ.* In contrarium dico: quia iſti duo menſes ſuccedunt loco anni. Nam quia conſtitutio duorum menſium facit mentionem, tacitè videtur prohibere ne vltra tempus fiat: *ar. ff. de leg. ij. l. ſtatuliberum. §. Stichum* Item tacitè hoc colligitur ex litera. vbi conſidera quòd aut tempus apponitur iudici cum pœna, & tũc debemus eſſe contenti pœna. aut ſine pœna, & tunc vt aliquid operetur temporis appoſitio, videtur appoſitum ipſi liti, & cauſæ. Præterea quid diceret litera. *niſi iuſto impedimento, vel conſenſu* &c. ſi duraret ipſa appellatio, & eius vigor etiam poſt duos menſes. Item ex eo quod dicitur de prorogatione temporis per conſenſum partium, apparet manifeſtè quòd ſine c prorogatione deſerta eſt appellatio. & hoc tenet Odof. Sed quæro, quare litera dicit à conteſtatione litis, vel tempore appellationis receptæ? Reſp. vult dicere, quòd ſi appellatus, vel appellans nolit d litem conteſtari, iudex poteſt habere litem pro conteſtata: *vt C. de tempo. appel. l. fi. §. illud.* & ex tunc current tempora duorũ menſium. De e iure autem communi quando incipiunt currere tempora appellationis proſequendæ, dic *vt in Auth. de iudicib. § appellationes.* ¶ Quintò no. quòd f tempora aſſignata per ſtatutum poſſint prorogari per litigantes: & hoc quando tempus eſt breue: quia præſumitur appoſitum fauore litigantium, & etiam fauore ſententiæ. Et ideo poſt terminum legis, vel prorogatum, ſententia eſt rata, & appellatio eſt deſerta: quod eſt not & idem in tempore ſtatuto ſuper reductione arbitramenti. Nam intelligitur ſtatutum fauore arbitramentalis ſententiæ latæ. ſed in *l. properãdum.* non eſt ita: quia ibi nulla præcedit ſententia, cuius fauore videatur ſtatutum. Idem quod in ſententia, ſeruabo in inſtrumentis guarentigiæ, habentibus vim ſententiæ per ſtatuta Tuſciæ Bal. ¶ In text. ibi, vel à tempore, hic alternatiuè loquitur. nam in cauſa appell. iudex poteſt ferre ſententiam, & ante litem conteſtatam. ſi vult. *vt C. de tempo. appell. l. fin. §. illud.* ¶ Et not. quòd quicquid g iudicis poteſtati permittitur, id iuris neceſſitati h ſubiicitur: *vt ff. de iu. l. l. non quidquid.* Ibi, *impedimento,* & hoc probatum i fuerit: *vt C. de temp. app. l. fi. §. illud.* ¶ Quid ergo ſi nõ iudicet intra k tempus ſtatutum, an poterit iudicare? Reſp. non: & ſi iudex tulit poſtea ſententiam, ſententia non valet, & ex ea ſolutum repetitur. nam expirat l iudicij inſtantia: *vt C. de iu. dic. l. properandũ §. huius. & § ſi* vbi de hoc plenè. Aduerte tamẽ, tota die clamant quidam, perierunt acta, & expirauit iudicij inſtãtia: *vt C. de iudi. l. properandũ.* Sed certè qui ita diffusè allegat, idiota eſt nam non omnia acta pereunt Dic ergo lapſu m tẽporis acta perire, in quibus non n imminet magnum periculum; ſicut eſt de libelli oblatione. fortè enim, vel ſine fortè meliùs formabitur nunc quàm primò fuerit formatus, vel ſaltem ita bene. Item denuo lis debebit conteſtari. & in hoc etiam non vertitur magnum periculum. Item perit ſacramentum calumniæ, vnde iterum iurabitur de calumnia. Acta o autem, in quibus vertitur magnum periculum, vt ſunt confeſſiones, & teſtium atteſtationes, non pereunt. nõ enim pereunt confeſſiones: quia poteſt eſſe quòd confeſſus eſt litigator in prima inſtantia iudicij aliqua, quæ ſunt contra eum. & nunc pœnitet, modò in alio iudicio non confiteretur, quòd ea confeſſio agnita ſibi præiudicium teneret. Item atteſtationes non pereunt: quia poteſt eſſe quòd teſtis non ita recordatur modò, ſicut & tunc, cùm memoria hominum labilis ſit: *vt ff. de proba. l. ſi arbiter. & ff. de Carb. l. i j. § dua.* Vnde quia in his magnũ eſt periculum, ideo dicẽdum eſt quòd non pereunt. nam probationibus p pinguius eſt ſubueniẽdum: vnde facultas probationum non eſt anguſtanda: *vt C. de her. & Manic. l. quoniam in fi.* cùm occaſione defectus probationum ius reddi nõ valeat: *vt ff. de teſt. tute. l. duo ſunt Titij.* & quia acta vnius cauſæ in alia valẽt *vt C. de arbi. l. p. in fin. & C. de re. iud. l. fin. & de libe. cauſa l. inbẽtur. & de teſt. l. fin.* Odof. De citatione q an pereat? & videtur quòd non: quia traxit executionem præſcriptionem r interrumpentem: *vt Co. de præſcrip. xxx. ann. l. ſicut. & l. fi.* & malam fidem in poſſeſſore inducẽdo: *vt ff. de petitio hære. lit. l. item veniunt §. petitam* cùm enim mala s fides ſit facti, non poteſt pro t infecto haberi: *vt ff. de ca.*

a Appellationes Italicæ intra duos menſes terminandæ.

b Appellatio deſerta quãdo dicatur.

c Appellationis tẽpus prorogari poteſt.

d Lis cõteſtata haberi poteſt, etiamſi neuter litigatorũ nolit litem conteſtari.

e Appellationis proſequẽdæ tẽpus quãdo currere incipiat de iure communi.

f Tempora ſtatuto definita poſſũt mutuo litigantium conſenſu prorogari.

g Iudicis poteſtati permiſſũ, haud illi neceſſarium

h Legendum, *non ſubiicitur.*

i Impedimentum non præſumitur niſi probetur

k Inſtãtia perempta quando dicatur, & quæ ea perempta pereant.

l Inſtantia iudicij expirat, ſi intra tempus ſtatutum non iudicetur.

m Inſtãtia perempta, acta pereũt, in quibus non imminet magnũ periculum, vt eſt libellus: perit etiam litis cõteſtatio, ſacramentum calumniæ: at non ea acta, in quibus vertitur magnum periculum, & quæ illa.

n Acta, in quibus nõ verſatur magnũ periculum, quæ.

o Acta, in quibus verſatur magnum periculum, confeſſiones, teſtimonia publicata.

p Probationes non anguſtandæ.

q Inſtãtia perempta, an citatio pereat.

r Citatione præſcriptio interrumpitur.

ſ Mala fides in facto verſatur.

t Facta pro infectis haberi non poſſunt.

l in bello. §. *facta.* In cõtrarium eſt gl. ordinaria. *C. de fruct. & lit. expen. l. litigator.* Diſtingue ergo, aut citãtio induxit ſuum effectũ reſpectu actionis, præſcriptionem interrumpẽdo. & talis effectus durat aut reſpectu officij mercenarij iudicis: & tũc in alia inſtantia non durat quoad acceſſiones, quæ officio mercenario veniũt in iudicio. & ita loquitur gloſſ. *in dicta l. litigator.* 2. Vel dic: vt ibi dixi. Quid autem de vitio [a] litigioſi, an duret? dic vt not. *in l. j. C. de præſcri. long. temp. & l. cum lite mortua. ff. iudic. ſol.* Quod autem dictum eſt de atteſtationibus, intellige [b] publicatis: ſecus ſi [c] non eſſent publicatæ: quia non habent publicã autoritatem, antequam publicentur: *vt no. ff. quæ in fraud. credit. l. ij. §. geſta.* Sed hoc videtur contra rationem ſuprà aſſignatam per dominum Odof. nam ex quo teſtes ſolenniter depoſuerunt in iudicio: illud, quod eſt omiſſum [d] de publicatione in primo iudicio, æquũ eſt ſuppleri in ſecũdo iudicio, ſicut teſtes, qui non eſſent publicati in cauſa prima [e], poſsẽt publicari in cauſa appellationis. ad hoc facit *extrà vt lite nõ conte. ca. quoniam frequenter.* Sed qui tenent primam opinionem, hac vtuntur ratione, quia publicatio [f], teſtium fit officio iudicis mercenario, quod [g] perit perempta inſtantia quoad ea, quæ non ſunt executa, ſed exequenda: *vt dicta l. cùm lite mortua.* & ideo publicatio impoſſibilis videtur.

ipſius ciuitatis [a] intra duos menſes à conteſtatione litis, vel à tempore appellationis receptæ, niſi iuſto impedimento, vel conſenſu [b] vtriuſque partis remanſerit. Conſules [c], qui in ciuitatibus conſtituentur, tales ſint, qui fidelitatem fecerint nobis, vel faciant antequam conſulatum recipiant.

Vaſſalli tanquam vaſalli, & cæteri omnes tanquam ſubditi iurare debent fidelitatem principi, niſi ſint tales perſonæ, quibus iuramentum remittatur BART.

1. ¶ Vaſalli noſtri [d] à nobis inueſtituram recipiant, & fidelitatem faciañt ſicut vaſalli, cæteri omnes ſicut [e] ciues à ſedecim annis vſque ad ſeptuaginta, niſi tales perſonæ ſint, quibus debeant, & poſſint ſine fraude ſacramenta remitti. Vaſalli, qui tẽpore [f] guerræ, vel treugæ nõ poſtulauerint inueſtituram, vel debita ſeruitia nobis non exhi-

a ¶ *Secundum mores, & leges illius ciuitatis.* ¶ No. ex eo, quòd dicit *mores*, quòd licitum [h] eſt cuilibet ciuitati habere conſuetudines proprias. Ex eo quòd dicit *leges*, nota quòd licitum eſt ciuitati habere propria ſtatuta confirmata [i] per præſidem prouinciæ. Sed ſi ciuitas ſit ſibi ipſi præſes, ſufficit quòd poteſtas ciuitatis cum decurionibus faciat ſtatuta, vel ciues eius accedente autoritate ſuperioris. Nam cùm facere [k] ſtatuta ſit iuriſdictionis, & illa quantùm ad actum exercitij [l] ſit in magiſtratibus. *vt ff. de orig. iuris l. ij. §. poſt originem* meritò requiritur magiſtratus: niſi alia eſſet conſuetudo loci, quæ poteſt dare iuriſdictionẽ ipſis decurionibus ſine magiſtratu: *vt Cod. de diuer. offic. l. vires. lib. xij.* Vel ſi ciuitas illa pro tempore illo careret magiſtratu: *vt ff. de tut. & cur. da. ab his l. vbi abſunt.* Ita intelligitur quod not. *in l. j. §. ſi quis apud eum. ff. quod quiſque iur.* & ibi omnino vide per Iac. But. Bar. & Me. Aduerte tamen quòd ſi [m] ſtatuta tangerent iuriſdictionem principis, vt in cauſis appellationum, talia ſtatuta non valerẽt *vt hic, & extrà, de iureiuran. c. venientes.* ¶ Et eſt not. quòd in [n] cauſa appellationis ideo non habet locum prorogatio iuriſdictionis, quia cauſæ [o] appellationum ſunt mixti mixti imperij, & pertinent ad authoritatem ſuperioris: vnde & vtraque parte conſentiente non poſſunt ventiliari apud iudices incompetentes: *vt Cod. de iudic. Authent. ad hæc.* ¶ Sed nunquid tabellio [p] de conſenſu partium ſine præſentia iudicis poſſit recipere teſtium iuramenta, & dicta, nulla ſibi facta per iudicem commiſſione? Reſpond. non: quia non reperitur quòd tabelliones poſſint recipere talia iuramenta: *vt not. Cod. de teſtam. l. hac conſultiſſima. §. pe.* quod tene menti.

b ¶ *Conſenſu.* Not. conſenſu [q] partium prorogari tempora appellationis. ad quod fa. *Cod. de temp. ap. l. vlt.* Odof. etiam ſi cauſa appellationis vendicetur per priuilegium, vel ſpeciale ſtatutum principis: vt hic, quod eſt notabile. Bald.

c ¶ *Conſules.* Conſules [r] non poſſunt ingredi conſulatum, niſi iurauerint, vel iurent fidelitatem, antequam conſulatum recipiant. h. d. *adde de condit. & demon. l. Publius.*

d ¶ *Vaſalli noſtri.* Recipient ergo hi inueſtituram tanquam vaſalli, & iurabunt tanquam [s] vaſalli: & tale quidem erit eorum iuramentum, vt cauetur *ſuprà, de forma fidelitatis. cap. primo. & de noua forma fide. cap primo.* Cæteri autem iurabunt tanquam ciues: vt habes *in d. cap. j. de for fid. & infrà eod. c. in nomine* cui quidem ſacramento adiicere debent quod dicitur *infrà. eod. §. omnes.* ¶ Sed an qui iurant tanquam vaſalli, iurare debent tanquam ciues: videtur quòd non: quia hic dicit concluſiuè, cæteri tanquam ciues iurent per quod videtur innui quòd [t] ſolùm, qui nõ ſunt vaſalli principis, iurent tãquam ciues. Sed hoc non innuitur, imò diuerſum ſ. quòd qui vaſalli non ſunt, iurent tanquam ciues, & non tanquam vaſalli. Vnde poteſt dici quòd vaſalli teneantur iurare & [u] vt vaſalli, & vt ciues, cùm ſeparata ſint facta: *vt ff. de calũ. l. ſi. & C. de do. inter vir. & vxo. l. ſi maritus.* Si tamen vno [x] ſacramẽto quis iurabit & vt vaſallus, & vt ciuis, *arg. ff. de autor. tu. l. accipientis* Odof. ¶ No. quòd qui iurat [y] ſimpliciter, videtur iurare in omnẽ cauſam. ex qua iurare tenetur, *ff. de fideiuſſ. l. ſi quis pro eo. §. ſi nũmos.* ¶ Sed hic quæro, an de periurio [z] poſſit cognoſcere iudex laicus? & dico quòd ſic: vt no. *in c. licet. de iurei. in Nou. li. v.* nam iſtud eſt crimen cõmune vtriuſque fori: *vt in Authen. de man. prin. §. ſi verò canonicum.* ¶ Quæro, quid ſi iſti conſules intrauerunt conſulatum prætermiſſo iuramento? Reſp. quia malo ordine intrauerunt, ſunt extra mittẽdi, & etiam puniendi: *vt in l. j. §. neceſſariò. ff. ſi mulier ven. no. ſuprà, de mili. vaſal. qui contumax eſt. ca. j. §. ſi verò.* vbi dicitur, quòd malo ordine factum debet reformari. certè nec in canonica poſſeſſione conſulatus poſſunt eſſe. nam in poſſeſſione canonica concurrere debet iuris adminiculum: vt no. *in c. ad decimas. de reſt. ſpo. li. vj. in Nouel.* & plenè no. per Accurſ. *in l. j. in prin. ff. de acqui. poſſeſ.* in dubio tamen, ex quo ſunt publicè in poſſeſſione conſulatus, præſumam canonicum ingreſſum, & omnia ſolenniter acta. *ff. de offic. prætor. l. Barbarius.*

a Inſtantia perempta, an vitium litigioſi duret, necne.
b Inſtãtia perempta, teſtimonia publicata non pereunt.
c Teſtimonia non publicata non habẽt authoritatẽ, antequam publicentur.
d Teſtimoniorũ publicatio omiſſa in primo iudicio an ſuppleri, id eſt fieri poſſit in ſecundo.
e Cauſa prima appellationis.
f Teſtium publicatio fit officio iudicis mercenario.
g Inſtãtia perempta perit officium iudicis mercenarium.
h Cõſuetudines, & ſtatuta propria cuique ciuitati habere licet.
i Statuta facere quibus liceat.
k Statuta facere iuriſdictionis eſt.
l Iuriſdictionis exercitiũ in magiſtratibus conſiſtit.
m Statuta iuriſdictionem principis minuentia non valent.
n Iuriſdictionis prorogatio non habet locum in cauſa appellationis: & cur.
o Appellationũ cauſæ ſunt mixti imperij.
p Tabelliones ſine mandato, aut præſentia iudicis, iuramẽta, & teſtimonia excipere non poſſunt.
q Appellationis tẽpus conſenſu partium poteſt prorogari.
r Conſules nõ aliàs, quam iurati, conſulatũ ingrediuntur.
ſ Iurant alij tãquam vaſalli, alij tanquã ciues.
t Qui iurent tãquam ciues.
u Vaſalli iurãt vt vaſalli, & vt ciues.
x Iuramento vno res diuerſæ iurari poſſunt.
y Iurans ſimpliciter, iurat in omnẽ cauſam.
z Periurij iudices etiam laici eſſe poſſunt.

e ¶ *Sicut.* iſta [a] dictio quandoque eſt aduerbium ſimilitudinis, quandoque eſt aduerbium qualitatis, vt quando ponitur pro tanquam: *vt hic. & ff. de acq. l. ſi pater §. qui à domino & Cod. de hæred. inſtituen. l. 1.* No. ergo de tanquam. ¶ Sed nunquid rogatus tanquam tabellio, videtur etiam rogatus tanquam teſtis? Videtur quòd ſic. *ff. de teſtam. l. Domitius.* Nam nomen teſtis [b] eſt generale: & dic quòd reſpectu ſuæ ſcripturæ eſt tanquam tabellio. Sed ſi ſcriptura non eſt ſolemnis poterit recipi ad probationem negotij pro teſte, non ad ſuppletionem ſui inſtrumenti, ſed ad viuam vocem, tanquam teſtis vnius vicem gerens: *vt Co. qui teſtam. fa. poſſ. l. hac conſultiſſima §. fin.* per Accurſ. Cyn. Iacob. But. & alios ibi, *videas.* ¶ In text. *ibi*, ſeptuaginta [c], hi, qui ſũt hanc ætatem ſunt, merentur excuſationem à tutelis: *vt Cod. qui æta. l. vnica.* vel à præſtatione munerum perſonalium: *vt Cod. qui æta. l. fin. lib. x.* ¶ Quibus autem perſonis debeat remitti [d] iuſiurandum, quæritur: & videtur quòd ſolis ſeruis, cùm illi ſoli excipi videantur: *vt infrà, eod. ca. in nomine. circa fin.* 2. Sed certè & furioſi [e] excipiuntur, cùm pupillis ſimiles habeantur: *vt ff. de acqui. hæred. l. pupillus.* & eſt ad hoc quod aliàs dicitur, furioſus loco quieſcentis, & dormientis habetur: *vt ff. de iure cod. l. ij. §. furioſus. & Cod. ad Treb. l. fin. & ff. de iureiur. l. vbi non. §. furioſus.* 3. Sed nunquid fœminæ iurabunt? Reſp. non *vt j. eo. c. in nomine. circa fin.* 4. Item nunquid vnus tantùm pro domo? Reſpond. imò omnes, qui intra hanc ætatem ſunt: *vt infrà, eo. cap. in nomine circa fin.* 5. Itẽ excipiuntur clerici: *vt C. de epi. & cler. l. cum clericus. & in Lombard. de aduo. & vicedo. l. quicunque & l. quoniam.* Sed tu dic, quòd imò iurabunt clerici: *vt extrà de iureiurand. c. fin.* 6. Monachi autem, & talium ordines non iurant, cùm hoc ad eos non ſpectet: *vt Cod. de epiſc. & cle. l. decernimus. arg. l. omnes & l. generaliter.* Item quia pro mortuis reputantur: *vt Cod. eod. l. final. & in Authent. de nupt. §. diſtrahuntur. & in Authen. de mona. §. illud* Odof. ¶ Extrà quæro, nunquid ille [f], qui [g] eſt in articulo mortis, poſſit tanquam teſtis examinari. Et videtur quòd non: quia mens mortis cogitatione turbata non ita bene notari poteſt: *vt Cod. qui teſtament. facere poſſ. l. hac conſultiſſima §. at cũ humana.* & in teſte eſt opus ſcientia, & memoria: *vt ff. de fur. l. quidam tabularum* Contrarium dico. Nam cùm poſſit facere teſtamentum: *vt ff. de legat. iij. l. Pamphilo §. præpoſitum.* ergo & eſſe teſtis: nam non minus eſt teſtari, quàm teſtificari. *vt ff. de teſtam. l. cùm lex* & etiam nos videmus quòd ſi lingua ſit ingroſſata propter infirmitatẽ, non tamen omnino præpedita, poteſt quis facere teſtamentum: *vt Cod. de teſtamen. l. quoniam indignum.* in verbo, *ſenectus.* & not. eo titulo, *& l. iubemus,* & puto quòd interrogatoria debent breuiari, vt non interrogetur niſi de ſubſtantialibus, & de his, quibus lex iubet expreſſè teſtem interrogari, putà an ſit odioſus. nam odioſo [h] non creditur, quantumcunque in infirmitate acceperit corpus Chriſti. arg. *ff. ad Silan. l. ſi quis in graui,* dictum etiam ipſius poterit reprobari de falſo: quia non omnis, qui moritur, eſt Ioannes Euangeliſta: *vt Cod. de teſtament. l. verba teſtamenti.* De eo qui moriens [i] confeſſus fuit ſe mutuum, vel dotem receptiſſe, vtrùm hæres eius poterit opponere exceptionem non nu. pec. dicit gloſſa quòd non: quia nequaquam moriens expectabat futuram numerationem. Iſta eſt gloſſa ſingularis *in l. ij. Cod. de fal. cau. adiec. legato.*

f ¶ *Vaſalli, qui tempore.* Hic dicitur quòd vaſalli, qui tempore [k], guerræ non poſtulant inueſtituram à domino, & non exhibent ſeruitia, eò quòd ciuitas eorum eſt in guerra cum illo domino: quòd non propterea perdunt feudum. quod eſt no. dignum.

¶ Et not. quòd treuga [l] magis accedit guerræ, quàm paci: & quòd de guerra, & treuga idem eſt iudicium.

¶ Item not. quòd tempore [m] treugæ non eſt tutus acceſſus: fac. *c. paſtoralis. de re iud. in Cle. & infrà, eod. § ſententia quoque.*

a ¶ Non

a Sicut, dictio.
b Teſtis appellatione tabellio etiam continetur.
c Septuagenarij à quibus excuſentur.
d Iuſiurandum perſonis quibus remittatur, & qui à iurando excuſentur, vel non excuſentur.
e Furioſi pupillis, & dormientibus ſimiles.
f Moriturus mox verũ teſtimonium dicere, & teſtamentum facere poſſit: verũ eius confeſſio tanti ſit momenti, vt ab eius hærede non poſſit opponi exceptio de pecunia, vel dote non numerata.
g Tãquam teſtis, verũ examinari poſſit, qui in articulo mortis cõſtitutus eſt.
h Odioſo non creditur, tametſi morti proximus reperiatur.
i Morituri cõfeſſio an præiudicet hæredi.
k Bellum iuſtum excuſationem præbet petitæ inueſtituræ.
l Induciæ magis bello accedunt quã paci.
m Induciarum tempus ſecurum, inſtituendi itineris tẽpus nõ præbent

a ¶ *Non amittant.* Dicit Cato, *Pugna* [a] *pro patria*: ſic *Co de abolitionibus. l. fallaciter.* & *ff. de iuſti. & iur. l. veluti.* Iuſta [b] enim ſunt bella, quæ ſiunt pro patria defendenda: *vt in decretis. xxiij. q. vij. c. ſi nulla.* Odof. ¶ Sed an guerra [c] cõnumeretur inter caſus fortuitos? Reſpond. ſic, niſi tempore contractus potuerit prouideri: quia tunc culpæ connumeratur: *vt ff locati. l. ex conducto. §. ſi vis tempeſtatis.* per Cyn. qui allegat, *eo. titu. l. habitatores. §. vlti. & ff. de damno infecto. l. qui bona. §. de illo quod tenementi.* verba Cy. hæc ſũt *in d. §. ſi vis tempeſtatis. in eo verbo, incurſus hoſtium.* ¶ Hic quæritur de quæſtione facti, quidã conduxerant à communi Piſtor. certas poſ-

buerint: hac occaſione feudum non amittant [a]. Libellariæ [b], & precariæ in ſuo ſtatu permaneant ſecundùm conſuetudinem vniuſcuiuſque ciuitatis, non obſtante lege noſtra, quæ dicat, Imperatoris Friderici damna [c] omnia, & ablata, etiam iniurias, quas nos per nos, & per noſtros ab vniuerſitate [d] ſo-

ſeſſiones per certum tempus: putà quinque annorum, exactor pro communi petit penſionem, conductores dicunt ſe non debere teneri: quia non potuerunt colligere, vel colligi facere prædictas penſiones, propter incurſus hoſtium, qui morãtur in caſtro ſancti Lucæ, quæritur quid iuris ſit? Ego [d] diſtinguo, aut ſuperuenit guerra, & incurſus prædictorum hoſtium poſt contractum locationis & tunc remittitur penſio, vt hic dicitur, aut antè erat guerra: & tunc imputandum eſt iis, qui ſciuerunt cõditionem, & ſtatum rei, & non præuiderunt: vnde non excuſantur à penſione *arg. ff. de dam infe. l. qui bona. §. de illo.* & eius, quod not. *d. l. habitatores §. vlt.* Cyn. Sed quid? ecce materia erat præparata ad guerram. tamen nondum erat mota guerra inter duos principes fecerunt inter ſe treugam, ſeu ſufferẽtiam duorum annorum. Quæro vtrùm elapſo tempore ſit neceſſaria diffidatio [e] ad hoc vt ille, qui aggreditur territorium alterius, non dicatur eſſe latrunculator? & videtur quòd non ſit neceſſaria diffidatio: *arg. ff. de lega. ij. l. ſtatuliberum § Stichum.* Sed contrarium eſt verum: quia vbi non præcedit diſpoſitio: ibi lapſus temporis per ſe non habet diſpoſitionem inducere. Item verba [f] quæ ſunt ordinata ad negandum, vel priuandum, non diſponunt: *vt ff de manum. teſt. l. Titia. §. ſi. & ff. de her. inſti. l. ex facto etiam agitatum.* Sed ſi guerra præceſſiſſet ex priuato tempore ſufferentiæ, ipſo facto remanerent in guerra, nec eſſet noua diffidatione opus: *vt ff. de pact. l. ſi vnus. §. ſi cum reo.* & vide quod not. *in c. pro humani. de hom. li. vj. in Nou. &c.*

b ¶ *Libellariæ.* Dicit quòd libellariæ [g], & precariæ de feudis factæ per vaſallos, in ſuo ſtatu permaneant: id eſt, in eodem habitu: *vt ff de condict. ob cauſam. l. quod Seruius.* ſecundùm conſuetudinem vniuſcuiuſque ciuitatis: ſcil. de ſocietate Lombardiæ, non obſtante lege, quæ diceret contrarium: & eſt Imperatoris Friderici. ¶ Extra not. quòd libellariæ [h] Eccleſiarũ, & emphyteuſes poſſunt per emphyteutã donari, & legari ſaluo iure Eccleſiæ: *vt not. extr. de loca. c. potuit in Nouell.* Sed Bart. cõſuluit cõtrarium *per l. vniuerſa. C. neui dominica, vel templorum.* Sed ibi loquitur quando reſpectu proprietatis, & non vtilis dominij contractus in fraudem celebratur. & ſic non ob. & fa. *C. de hæredibus inſtituendis. l. hæreditas. in verbo, annona ciuiles.* ibi, *non obſtante qua eſt de prohib. ſen. alien. per Fri.* & ſic collige arg. [i] quòd Imperator dum concedit aliquod reſcriptum, quòd ſit contra legem aliquam, debet ſpecificare legem, dicens, *non* [k] *obſtãte tali lege.* & tunc valet: *vt hic*: aliàs nõ videtur valere: *vt arg. ff. de leg. ij. l. ſi quis. in princ. & ff. de adopt. l. nam ita.* Quid ergo ſi dicat generaliter non obſtante lege aliqua, vel reſcripto ſuper hoc indulto? an teneat hoc, quod quidam dicunt. Alij dicunt, refert vtrùm Imperator reſcribat [l] contra legem, an contra reſcriptum. Si contra reſcriptum, tunc generaliter ſufficit dicere: non [m] obſtante aliquo reſcripto. & ita tenetur, Ratio eſt illa: quia faciliùs tolluntur iura poſitiua, ſiue priuilegia, quam iura communia: *vt in auth. de non alie. aut permut. §. illud.* Sed quid ſi ita dicat Imperator, concedo tibi priuilegium hoc, non [n] obſtante lege aliqua, & non obſtantibus illis ll. quæ dicunt generaliter dictum non valere, niſi in caſibus ſpecialiter nominatis, & hoc dico *per l. ſed & ſi quis. § quæſitum ff. ſi quis cau. & C. ad l. Velleia. l. iubemus?* Reſpon. credo quòd teneat: arg. *ff. de lega. ij. l. ſi quis in princ. & in Auth. de teſta. auth. hoc inter liberos. & C. de iure codi. l. diuus. §. licet.* Odof. Illud eſt conſideratione dignum, quòd licèt princeps reſcribat [o] contra proprium ſtatutum, & ſic ex certa ſcientia: tamen cùm approbat factum damnatum requiritur clauſula, *non obſtante.* Idem ſi factum non eſt damnatum: ſed eſt ei data forma, vt requiritur hæc clauſula. *Cod. de teſta. Authent. hoc inter liberos.* & ibi not. *& eod. tit. l. ſi non ſpeciali.* ¶ De clauſula ſuppletiua de [p] plenitudine poteſtatis: ſcias quòd populus Romanus antequam transferret imperium ad Cæſarem, hæc clauſula nunquam fuit vſus: nec in iure ciuili inuenitur hæc forma: niſi dicatur, & bene, quod includitur ſub illis verbis, *quicquid principi placet, legis habet vigorem, ff de conſtitut. princip. l. j. & Cod. de legib. l. vltima.* & adde quod Speculator dicit, quòd contractus [q] feudalis, emphyteoticarius, ſiue libellariæ cõditionis, eiuſdem naturæ ſunt: & ipſe notat in Spec.

a Pugnandum pro patria.
b Bellum iuſtũ, quod pro ſalute patriæ ſuſcipitur.
c Bellum inter caſus fortuitos numeratur.
d Penſio remittenda ſit necne conductori ob belli tempus.
e Induciis finitis vtrũ neceſſe ſit bellũ de nouo indici, an ipſo iure habeatur pro indicto.
f Negatio nihil diſponit.
g Libellariæ, & precariæ de feudis factæ.
h Libellariæ, & emphyteuſes Eccleſiarũ vtrum poſſint donari, & legari ſaluo iure Eccleſiæ.
i Reſcripta cõtra legem, ſpecialem legis (cui derogatur) mentionẽ facere debent.
k De clauſula, *Non obſtãte tali lege.* vide ſuprà Gl. *in Autent. quomodo in leſ. maieſtatis, &c. in verb. non obſtantibus*
l Reſcripti cõtrà legẽ, & reſcriptum differentia.
m Nõ obſtante aliquo reſcripto clauſula.
n Nõ obſtante lege aliqua, & non obſtãtibus illis legibus quæ dicuntur clauſulæ.
o Reſcripta principis contra proprium ſtatutum.
p De plenitudine poteſtatis clauſula.
q Feudũ emphyteutis, & libellariæ an ſint eiuſdem naturæ.

de feud. § quoniam. verſ. quadrageſimo. circa fin. & ſic in ſolo nomine eſt diſcrimen: vt & aliàs dicit, *Cod. de agri. & cenſi. l. definimus.* Sed Spec. non dicit verum, niſi fortè loquamur in feudo quarumdam Eccleſiarum Lombardiæ, pro quo non præſtatur ſeruitium: ſed cenſus pecuniarius ad inſtar ficti, putà certa quantitas pecuniæ, vel frumenti, vel aliud ſimile, vt vna ſpalla porci, vel vnum par caponum quolibet anno: quia Eccleſia Lombardiæ non curat de ſeruitiis armorum: ſed de redditibus burſarũ, & ideo in talibus feudis puto quòd ſuccederet mutus, & ſurdus etiam à natiuitate, & quilibet hæres: *vt Cod. in aut. l. vnam veritatis.* niſi tenor inueſtituræ repugnaret, conſuetudine etiam Eccleſiæ ſemper ſalua. Bal.

cietatis, vel ab aliquo de ſocietate, vel coadiutoribus ſocietatis ſuſtinuimus, per nos cum noſtra parte remittimus gratis, & plenitudinem noſtræ gratiæ eis damus. Moram ſuperfluam [e] in ciuitate vel epiſcopatu pro dãno ciuitatis non faciemus. Ciuitates [f] murare [g], vel extrà munitiones facere eis licet.

c ¶ *Damna.* hic Imperator remittit omnia damna data in rebus, omnia ablata facta de rebus, & omnes iniurias factas in perſonis àb vniuerſitate ſocietatis, vel ab aliquo de ſocietate, vel à coadiutoribus. ¶ Et ſic not. quòd Imperatori [a] fit iniuria non ſolùm per ſe, ſed per ſuos: facit, *ff de relig. l. eſſa. in fi.* & quod not. Bart *ff. de capt. l. hoſtes & Innoc. extrà de appella. cap. dilectis.* ¶ Item quòd Imperator remittit omnia illa, licèt non appareat de alio mandato. Et adde quod habes *extrà de iniur. & damn. da. in cap. in noſtra.* Item not. quòd ligæ [b], & confœderationes faciunt vniuerſitatem.

d ¶ *Ab vniuerſitate.* hic habes, quòd vniuerſitas [c] damnum dare dicitur, & ſic per conſequens dolum committere: *vt ff. de dolo. l. ſed & ex dolo § primo.* licèt illa videatur dicere contrarium. Metum dicitur inferre: *vt ff. quod met. cau. l. metum § animaduertendum* quod enim maior pars facit, tota vniuerſitas feciſſe videtur: *vt ff. de re iudi. l. aliud. §. refertur. & ff. ad municip. l. quòd maior.* Item & ſi poteſtas, conſiliarij [d], & anciani hoc faciant, tota vniuerſitas feciſſe videtur. *argum. ff. de vi, & vi arm. l. j. de vi à me.* Et ideo nos videmus quòd vniuerſitas [e] accuſatur, & reſpondet per ſyndicum habentem ſpeciale mandatum à ciuibus: *vt Cod. de re milita. l. tam collatores. libro vndecimo.* nec requiritur quòd illæ ſingulares perſonæ, quæ deliquerunt, nominentur in ſyndicatu: quia non conſtituitur ſyndicus [f] nomine ipſorum: ſed nomine totius vniuerſitatis: *vt l. tantùm. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diuiſ.* ¶ Et not. quòd faciliùs [g] fit inquiſitio contra vniuerſitatem, quam contra ſingulos: quia delictum [h] magnæ vniuerſitatis non poteſt eſſe niſi notorium, & famoſum. Vnde quamuis fama, quæ ſemper apud acta eſt præſens, & clamoſa vox populi, magis clamet in rebus notoriis, eſt verum quòd in notorio [i] actus tranſeuntis requiruntur poſtea probationes plenæ: *vt Cod. de offic. rector. prouin. l. iuſtiſſimos.* & ordo iudiciarius: *argument. extrà de iudi. cap. exhibita* ſaluo eo, quod not. *Inſtitut. de publ. iudi. in princ.* & not *in c. a fina de foro compet. in Nouell. lib. vj.* Si autem iudex vult inquirere contra ſingulares perſonas, oportet quòd fama [k] ſpecialiter ſit contra eos & non [l] admittuntur per procuratorem, ſi cauſa exigit detentionem, ſeu carcerem perſonæ: *vt in cap. eos, qui de ſent. excommu. lib. vj.* Et aliquando iſta detentio eſt arbitraria, aliquando [m] neceſſaria, ſi qualitas pœnæ ſit perſonalis Sed nunquid fideiuſſores [n] poſſunt ſe obligare ad pœnam corporalem? Et quid de obſidibus [o]? dic vt not. *xxiij. quæſt v. cap. cùm homo.* & dic quòd non de iure: ſed de conſuetudine in quibuſdam locis ſeruatur contrarium: quæ conſuetudo habet poteſtatem in ſanguine hominis. *ff de extraord. cri. l. ſaecularij. §. ſunt quædam.*

e ¶ *Moram ſuperfluam.* hîc dicitur quòd Imperator in ciuitate, vel epiſcopatu non debet facere ſuperfluam moram in damnum ciuitatis, vel epiſcopatus, ſeu territorij, per quæ tranſit. Et eſt ratio quia ferè impoſſibile eſt quin exercitus eius damna non inferat: *vt ff. locat. l. ex conducto. §. ſed ſi labes. verſ. idemque.*

e ¶ *Superfluum* argu *Co de meta. l. deuotum & in Auth. de quæſtore § ſi verò forſan.* ¶ Sed quando dicatur mora [p] ſuperflua? Reſp. iudicio Eccleſiæ, populi, vel ſi ibi moretur vltra ſex menſes, *arg. C. de cenſi. l. fin.* Odof. vel arbitrio boni viri. *vt ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cùm ita & ff. ad Tertull. q. §. ſi mater & l. j. ff. de ſuperficiebus.* Bal.

f ¶ *Ciuitates.* hîc dicitur quòd licitum eſt vniuerſitati ſocietatis, ſeu ipſis ſocietatibus ciuitates murare [q] & extra ciuitatem munitiones, & fortalitia facere.

g ¶ *Murare.* hîc eſt triplex litera: aliàs, *murare*, vel *munire*, vel *mutare*: & quælibet bona eſt. & eſt ſimile, *ff. de oper. public. l. de operibus. Cod. de ædi. priua. l. per prouincias ff. de re diui. l. ſacra. § penult. Authen. quomodo oport. epiſco. § ſi quis apparuerit. in fin.* aliàs autem niſi initium habent a principe, hoc facere non poſſunt: *argu. C. de oper. publ. l. ſi quando. & l. nemo iudicum.* & fa. ad id, quod not. *ſuprà eod. § nos Romanorum Imperator. &c. in fine illius gloſ. j.*

a Iniuria fit imperatori mediatè, & immediatè.
b Cõfœderatio facit vniuerſitatem.
c Vniuerſitas damnum dare, dolum cõmittere, metum inferre poteſt.
d Vniuerſitas aliquid feciſſe dicitur, quod ab eius poteſtate, conſiliariis, & ſenioribus fit.
e Vniuerſitas agit, & excipit per ſyndicum habentẽ ſpeciale mandatum.
f Syndicus nomine totius vniuerſitatis experitur, nõ ſingulorum.
g Inquiſitio faciliùs fit aduerſus vniuerſitatem, quàm ſingulos.
h Vniuerſitatũ delicta notoria, & famoſa.
i In notorio actus tranſeuntis quæ requirantur.
k Inquiſitio contra ſingulares perſonas fit præcedente fama.
l Procurator non admittitur pro detinendo, vel cõiiciẽdo in carcerem.
m Detentio aliquando arbitraria: aliquando neceſſaria.
n Fideiuſſor pœnæ corporalis an alius pro alio eſſe poſſit.
o Obſes pro alio id eſt, priuato an quis eſſe, aut dari poſſit.
p Mora ſuperflua exercitus in aliquo loco vt dicatur.
q Idem ſuprà in principio dicitur in verbo *muniunt.*

ſine præfinitione temporis,&c. Odofr. *C. de ſacroſ. Eccle. l. ad inſtructionem.* Bald.

a ¶ *Item ſocietatem.* Dicit quòd ciuitates, quæ veniunt in iſta pace, poſſunt fœdus, & ſocietatem, quam inter ſe habent, manutenere, & etiam reuocare toties, quoties eis placuerit, & eis videbitur expedire. Cōuenticula hic conceduntur: de iure autem communi prohibētur: *vt ſuprà de pace tenen. §. conuenticula. Cod. de epiſcop. & cle. & l. conuenticula. C. de his, qui ad Eccle. confu. l. denunciamus. de pa. & ſacri. l. j. & in authent. de interdi. col. hære. circa prin. Cod. de ſum. Trini. & fide Catho. l. y. & de hære. l. cunctis.* & hæc ſocietas à [a] principe approbata eſt hic, ideóque licitum eſt eis ſocietatem, ſeu conuenticulum tenere, & quoties voluerint, renouare: *vt hic, & argu. Co. de Iudæis l. y.* ¶ Sed nūquid aliam ſocietatem poterūt contrahere cum aliis ciuitatibus, cum quibus nullam ſocietatem habebant? Reſpon. nō, cùm dicat iſte text. *quam nunc* [b] *habent,* &c. & facit j. *eod. §. pacta inter ciuitates.* Odof. ¶ Quæro: facta eſt liga [c] inter duas

Item ſocietatem [a], quam nunc habent, tenere, & quoties voluerint renouare eis liceat. Pactiones [b] timore noſtro, vel per impreſſionem nunciorum factæ caſſentur [c], & pro infectis [d] habeantur, nec pro eis aliquid exigatur. Pacta [e] Placentinorum, ſcilicet pactum pontis Padi, & fictum eiuſdem pontis, & regalium, & datium, & pactum, quod epiſcopus Hugo fecit de caſtro Arquato, & ſi aliqua facta ſunt ſimilia ab ipſo epiſcopo, vel à communi [f] vel ab aliis de ſocietate nobiſcum, vel noſtro nuncio, ipſo ponte remanente cum omnibus ſuis vtilitatibus Placentinis, ita tamen [g] quòd teneantur perſoluere fictum [h] abbatiſſæ ſanctæ Iuliæ de Brixia, & ſi quæ ſunt ſimiles.

Dicit quòd ſententia per Imperatorem lata contra rebelles occaſione rebellionis, & partialitatis, reſcinduntur facta pace: ſecus ſi non occaſione rebellionis, ſi aliàs ſunt iuſtè lata: puta ex cauſa mutui, vel depoſiti.

2. ¶ Sententiæ quoque [i], quæ de iure & ſecundùm leges & conſuetudines [k] contra aliquem vel aliquos de ſocietate latæ ſunt, teneant, ſicut de iure contra eos tenerent, ſi gratiam noſtram non habuiſſent. Quæ verò contra aliquem vel aliquos de ſocietate latæ ſunt occaſione guerræ ſeu diſcordiæ, in irritum [l] deducantur. Poſſeſſiones [m] omnes, quas quiſque de ſocietate tempore guerræ tenebat iuſtè, ſi per vim ablatæ ſint ab eis qui de ſocietate non ſint, cum

ciuitates per quinquennium duratura: verùm ſi poſt quinquennium præſtant ſibi mutuos fauores, intelligatur liga tacitè [d] renouata? Videtur quòd ſic: ſicut dicimus in cōtractibus rerum: *vt ff. loca. l. item quæritur. §. qui impleto.* Contrarium dico, niſi renouetur expreſsè: *vt hic, & eſt arg. C. loca. l. ſi cùm Hermes.* præſertim ſi fuit contracta priùs per ſtipulationem: quia ſtipulationes verba deſiderant. Similiter in contractibus, in quibus requiritur ſcriptura, non fit tacita renouatio: *vt in dict. §. qui impleto.* ¶ Itē no. quòd iſte textus loquitur de renouatione volūtaria: ſed aliquando fit renouatio neceſſaria [e]: vt in cōtractibus emphyteuticis, & feudalibus: vt no. Cynus, *& C. de ſacroſ. eccl. l. auth. & qua.*

b ¶ *Pactiones.* hic dicitur quòd pacta [f] inita tēpore Imperatoris, vel per impreſſionem nunciorum ſuorum, ſunt irrita, & caſſanda. Ergo Imperator [g] nō poteſt inferre metū, ſicut nec quælibet priuata perſona. ¶ Item nota quòd illud, quod fit per metum principum non valet. ¶ Dicit Spec. quòd induci non debet nouitas [h] in homagiis, vel in actis fidelitatis: vt in Spec. *de feu. §. quoniā. verſ. ego talis iuro.* ¶ Dicit Ioa. Aug. quòd [i] indebita ſeruitia præſumitur a dominis per metum extorta: *vt in c. j. de præſcrip. lib. vj. in Nou.* Et contra [k] poteſtates præſumitur. *C. de ſeſta. l. nolumus. C. de fundis limi. l. j. lib. xj. & C. de omni agro deſerto. l. qui per potentiam.* præſertim erga ruſticos, *C. ne ruſti. ad vllam offi. deuo. l. y.* non tamen quòd niſi voluntas condeſcendat compulſioni, non poteſt cogi. *C. de hæred. inſtit. l. iy.*

c ¶ *Caſſentur.* Sed an ipſo iure, vel demum oppoſita exceptione? Reſp. ipſo iure: *vt ff. quod met. cauſa l. ſi mulier §. ſi dos.* Tu dic vt not. *ſ. de pa. tura. fir. § item ſacramenta.*

d ¶ *Pro infectis.* factæ enim fuerunt contra legem: & quæ cōtra leges fiunt, pro infectis habētur: *vt C. de leg. l. non dubiū. & C. de ſacroſ. Eccl. l. iubemus. § ſanè.* Odof. ¶ Sed an contractus [l] principis habeat vim legis: *vt ff. de pub. l. Cæſar?* Reſp. ſic, quando caret vitio. Sed hic non caret vitio: quia eſt contra ius naturale, vel ſaltem contra bonos mores. Et not. hunc §. valere ad cōtractus, qui tota die fiunt cum dominis terrarum. ¶ Sed nunquid debet proponi actio [m] quod metus cauſa ad reſcindendum? Reſpond. non: quia non eſt coram quo agatur. Itē quia metus principis eſt quodammodo vis præciſa, quæ omnino tollit conſenſum. & adde quòd not. Inno. *extrà de renunc. ca. ſuper hoc.* & ibi ponitur quis habebit probare in huiuſmodi iudiciis. licèt enim dixerim quòd non eſt, coram quo agatur de facto: tamen de iure, ſi Imperator facit iniuſtitiam, poteſt adiri Papa per ſupplicationem, vel denunciationem: *vt extrà de proba. c. j.*

e ¶ *Pacta.* Dicit hic quod ex ſpeciali [n] clauſula præmiſſa ſubiicitur generalis: ſic *ff. ad legem Aquiliam. l. ſi ſeruus ſeruum §. inquit lex. ſic contrà, C. de ſacroſ. Eccle. l. generali. & l. ſancimus. & dicta l. ſi ſeruus ſeruum. §. rupiſſe.* Odof. *& ff. de poſtulan. l. j. §. hoc edicto.*

f ¶ *Communi.* i. tota vniuerſitate: quia tota [o] vniuerſitas cōmune appellatur. quod autem dicit ab aliis: ſcilicet ſingularibus perſonis pro priuato facto ſuo. Odof.

g ¶ *Ita tamen.* iſta dictio habet determinare præcedētia? Odof. *ff. ad Trebell. l. Lucius. §. quæ habebat.*

h ¶ *Perſoluere fictum.* Differentia eſt inter fictum [a] & ſeruitium, ſicut inter pecuniam [b], & cenſum, & operam: & aliquando fictus [c] appellatur cenſus. *C. de donat. l. cenſualis. de acquiren. re. do. l. qua quiſque. Co. ſine cenſu, vel reliquis. l. omnes.* ¶ Et an quicunque non [d] ſoluens cenſum tempore à iure ſtatuto, perdat rei dominium? Dicendum eſt quòd ſic, ſi ille, cui debet cenſus ſolui, habet directū dominium rei: *vt Cod. de ſacroſanct. Eccle. Authent. quas rem huiuſmodi.* ſecus ſi præſtatur in ſignum alterius ſubiectionis de re propria: vt not. Inno. *de re. iu. domi. c. conſtitutus.* & facit optimè, *Co. de fundis patri. l. fundi.* poſſeſſionem tamen nullus perdit, donec eiiciatur foras: vt not. *ff. pro ſocio. l. cum duobus. § idem reſpondit.* Et qui non renouat ab Eccleſia, videtur iuri ſuo renūciaſſe: vt no. *in c. j. de preca. in Nouel. & infrà eo. ca. ego iuro.* ſcilicet quando venit ex neceſſaria conſequentia præcedentis contractus.

i ¶ *Sententia quoque.* Iſte §. eſt valde not. ad exititios [e] terrarum: vt ſciamus qui proceſſus facti contra eos reſcindantur, eis ad ciuitatem reuerſis, & qui non. Adde quod not. *in capit. primo. de cleri. non reſi. lib. vj. in Nouell. & in cap. ſtatutum. de reſcript. eod. lib.* tangitur de iſtis exititiis, & ſiquidem licet non per ſe: tamen per procuratorem potuerunt comparere: citatio arctat eos. Secus ſi nec per ſe, nec per procuratorem: quia nullus audebat tanquam procurator comparere: *vt ff. ad Trebell. l. de ætate. & in cap. paſtoralis. de re iudic. in Clemen. & in ca. bona. de elect.* & ſi erant banniti [f] omnibus bonis eis ademptis, iudicia non tenent: *vt l. ſi conſtante §. fin. ff. ſol. mat.* quia nudi exulauerunt: *vt ff. de capit. demin. l. tutelas. §. ſi libertate.* & compromiſſa ſoluuntur, *ff. de nou. l. quoties §. fin.* quia habentur pro mortuis, *de hæred. inſtit. l. prima.* & facit quod not. *in l. ad cognitionem. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. ea. in gloſſ. quæ dicit, nota hic pro bannito.* Quid de ſententiis latis ex compromiſſo facto inter [g] exititios, & intrinſecos? Reſp. tales ſententiæ valent pro rebus compromiſſis: ſed extra compromiſſum non valent, etiam ſi poſt compromiſſum nominatim homologetur laudum. Nam expreſsè dicit decretalis, quòd non [h] poteſt homologari laudum, ſuper quo nō procedit compromiſſum: *extrà de confirm. vti. vel inuti. ca. examinata.* ad quod facit, *ff. de peculio. l. y. § ſi ſeruus.* & quod ibi not. per Guil. de Cu. & eſt ratio: quia eſt ordo ſubſtantialis peruerſus. nam vbi [i] non procedit notio, ibi ſententia non procedit, nec valet autoritate partium ordine prætermiſſo: *vt C. de ſenten. & interlocut. omn. iudi. l. prolatam.*

k ¶ *Secundùm leges, & conſuetudines.* ¶ Not. argu. quòd ſi cauſa eſt commiſſa ſecundùm leges, & conſuetudines terrarum terminanda, quod potiùs debet terminari ſecundùm bonas [k] conſuetudines, quàm ſecundùm leges. Et dictio, &, ſignificat bonitatem arbitrij. & non merum ius commune: *vt extrà de eo, qui mitti in poſſeſ. cauſa rei ſer. ca. cùm veniſſet. & vide. y. Cod. de teſt. milit. l. capitatorem.* Cyn.

l ¶ *In irritum.* ſic *ſuprà eo. § priuilegia.* cauſa [l] enim harum ſententiarum, ſeu diſcordia ſublata: ceſſare debet earum effectus, ſic *C. de epiſc. & cleri. l. generaliter. ff. de excu. tut. l. cùm ex oratione. ff. pro ſocio. l. actione. §. item ſi alicuius.* debent enim omnia pacis tempore in priſtinum ſtatum reſtitui: arg. eius, quod de redhibitione dicitur *ff. de ædil. edic. l. redhibere. & l. facta. & de alien. iu. mu. cau. fac. l. quia.* Odofr.

m ¶ *Poſſeſſiones.* Poſſeſſiones amiſſæ tempore guerræ, quæ ante tempus guerræ poſſidebantur, debeant reſtitui poſſeſſoribus: & ſi eas recuperaſſent, debent eis defendi, niſi eſſent poſſeſſiones, quæ pertinerent ad imperium: de quibus debet ſtari dicto arbitrorum electorum. ¶ Et not. quòd non dicit hic de eligendis arbitratoribus: quia nemo tranſigere [m], vel amicabiliter componere compellitur: quandoque tamen in arbitratorem poteſt compromitti, & non in arbitrum. vt ſuper decimis, & aliis ſpiritualibus: vt not. *in ca. ſi pater. de rerum permut. in Nouel.* ¶ No. quòd tempore guerræ licitum eſt recuperare per vim ablata. Not. de conſeruatorio poſſeſſionis: facit *Cod. de Carbo. edict. l. j.* ¶ Not. quòd arbitri eligantur in cauſa Imperatoris, qui habent cogno

a Conuēticula, & ſocietates non aliàs valent, quàm ſi à principe confirmētur.

b Tēporis vnius permiſſio, alterius excluſionem continet.

c Confœderatio tēpore finita, an tacitè reuocari poſſit.

d Tacitè renouationes, & reconductiones in quibus fieri intelligantur.

e Renouatio neceſſaria fit in contractibus emphyteuticis, & feudalibus.

f Pacta metu Imperatoris, eiuſve nūciorum inita, irrita habentur.

g Metum ſubditis ſuis inferre Imperatori non licet.

h Nouitas in homagiis, & fidelitatibus non inducenda.

i Indebita ſeruitia præſtita à ſubditis præſumuntur metu extorta.

k Domini ſubditis, maximè ruſticis metū inferre facilè præſumuntur.

l Principis cōtractus vim legis habent.

m Actio quod metus cauſa vtrum poſſit proponi aduerſus Imperatorem, vel principem.

n Ex ſpeciali clauſula præmiſſa ſubiicitur generalis.

o Commune, pro vniuerſitate.

a Ficti, & ſeruitij differentia.

b Pecuniæ, cenſus, & operarum differentia.

c Fictus, pro cenſu.

d Cenſus non ſoluens in tempore ſtatuto, an rei dominium, vel poſſeſſionem amittat.

e Exititij [illegible]

f Exititiorum [illegible]

g Inter exititios, & intrinſecos ſententia lata ex compromiſſo, an valeat.

h Laudum, ſuper quo non procedit compromiſſum, homologari non poteſt.

i Sententia, vbi non procedit notio, non procedit.

k Conſuetudo verbo in dubio bona intelligitur.

l Cauſa ceſſante, effectus deſinit.

m Tranſigere nemo inuitus cogitur.

a Aſſignere. adiudicate.

cognoſcere de regalibus. ¶ Not. de verbo, aſſignentur [a], quod ſignificat: id eſt, declarentur pertinere, & de facto ponatur in ſeſſione, ſi non eſt.

b Fructuum, & damnorum differentia.

a ¶ *Cum fructibus, & ſine damno.* ¶ Not. quòd fructus [b], & damna ponuntur, vt diuerſa. & ſic non dicitur damnum dare, qui tanquam poſſeſſor percipit fructus: quod tenementi.

fructibus, & ſine damno [a] reſtituantur [b]: vel ſi eas recuperauerit [c], quietè poſſideat: niſi per electos arbitros ad cognitionem [d] regalium nobis aſſignentur. Opizoni marchioni omnem offenſam, quam nobis vel alicui partis noſtræ fecerit, poſtquam in ſocietate fuerit, vel per ſe, vel per aliquam perſonam cum ſocietate, vel defendendo aliquem de ſocietate, imperiali clementia per nos & noſtram partem remittimus, & in plenitudinem noſtræ gratiæ eum recipimus: nec per nos, nec per interpoſitam perſonam pro præteritis offenſis ſibi vel parti ipſius aliquam inferemus iniuriam, læſionem, vel coërcitionem [e]. Ampliùs eam iuriſdictionem, quam Mediolanenſes exercere conſueuerunt [f] in comitatibus Seprij & Martexanæ & Burgariæ, & in aliis comitatibus, exceptis locis quæ Pergamenſes nomine noſtro tenent inter Alduam & Oleum, excepto Romano veteri & Bariano, & eam quam modò exercent, liberè & quietè habeant & poſſideant [g] ſine contradictione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum [h]: ſaluis pactis & datis, & conceſſionibus in ſuo robore durantibus, quæ Mediolanenſes per commune fecerunt ciuitatibus Pergamo, Nouariæ, & Laudo: nec per hanc conceſſionem lædendis: nec vllum præiudicium fiat iuri aut conſuetudini alicuius ciuitatis & ſocietatis præter dictas conceſſiones. Pacta inter ciuitates & ſocietates quondam facta nihilominùs firma & illibata permaneant: nec aliquid intelligatur acquiſitum Mediolanenſibus in epiſcopatu Laudenſi præter dictas conceſſiones: ſaluo [i] iure aquæ Lambri Mediolanenſibus [k], ſi quod habent, vel in pedagio. Omnes [l] de ſocietate qui fidelitatem nobis iurabunt, in ſacramen-

b ¶ *Reſtituantur.* hoc niſi ablator iure ſe poſſet tueri in cauſa proprietatis: tunc enim reſtitutio impeditur: *vt infrà eo. §. ſi qui.* ¶ Et caue: quia hîc dicit de ablatoribus, ſeu ſuaſoribus, qui nõ ſunt de ſocietate. Sed ego idem puto & de his qui ſunt de ſocietate: cùm *in d. §. ſi qui.* generaliter loquatur, & non ſpecificet an de ſocietate ſit, vel non. ſic ergo generaliter, & indiſtinctè debent intelligi: *vt ff. de publi. l. de pretio.* & intelligendum eſt, Imperatorem in hoc caſu idem ſtatuiſſe in ſuis, quod in aliis: & idem in [c] aliis quod in ſuis, cauſa æqualitatis hinc inde ſeruandæ: vt argu *ff. de arbit. l. ſi cùm dies. §. fin. C. de fru. & liti expen. l. fin. C. de proxi. ſacr. ſcrin. l. in ſacris lib. xij. & ff. man. l. iij. in fi. & Co. communi diui. l. pen. § fina. & arg. ff. famil. ercis. l. in hoc iudicio.* Odofr. ¶ Et not. quòd in iſtis reſtitutionibus, quæ fiunt vigore capitulorum pacis, obſtat exceptio [d], *dolo facit*, quod eſt not dignum. ¶ Sed quid ſi quis neſciat dicere confines ſuarum poſſeſſionum? Reſp. ſibi imputet: quia nemo ſibi incertus eſſe debet quantum poſſideat: *vt ff. de verb. ſigni. l. ſubſignatum § fi.* Accvrs.

c In aliis idē, quod in ſuis ſtatuere æquitatis eſt.

d Exceptio, *Dolo facit*, quibus obſtet, aut enunciatur.

c ¶ *Recuperauerit.* quoquo modo. Odofr. ¶ Et ſic no. quòd [e] tẽpore guerræ licitum eſt recuperare qualitercunque. ¶ Et quid ſi vnus recuperat alij ablata? dic *vt ff. de cap. l. ſi quis in bello.* Si quis perdidit bona culpa ſua damnabili, vt ſi miles perdidit arma, non recuperat. Sed ſi latrocinio, vel virtuosè pugnãdo, tunc recuperat à quolibet recuperante, ſecundum conſuetudinem armorũ: *eo. tit. l. j. per Dy.* Sed qualiter probabitur [g] poſſeſſio? Reſp. probata detentione corporali. nam qui detinet [h], præſumitur poſſidere: vt not. *in c. cùm olim de priuil.* per Innoc. *vij q. j. c. pontifices* per Archidiac. *& in c. ij. vt lit. pen. in Nouel.* niſi conſtet alium poſſidere: *vt ff. de fundo dotali. l. ſi fundum.* Vnde non fruſtra hoc in modum priuilegij huic conceditur. Sed attẽde, quòd ſi rectè inſpicias, nõ dicitur remittere niſi offenſas, quas fecit, poſtquã fuit in ſocietate. Et ſic puto quòd ſi feudum haberet à principe, & antequam eſſet in ſocietate, culpam aliquam commiſiſſet, propter quam amittitur feudum, quòd bene auferret feudũ, & culpâ illa non videatur remiſſa per hanc pacem: licèt videatur contra id, quod dicam infrà prox. ibi *pro præteritis*, &c. quaſi videatur remiſſæ omnes culpæ, & offenſæ factæ ſiue antequam eſſet in ſocietate, ſiue poſt eſſent commiſſæ. Sed certè non eſt verum: nam non ſic intelligitur in præteritis nam idem vult dicere, ac ſi dixiſſet, *prædictis*, Hoc etiam indicat, quod ibi ſtatim ſequitur, *vel parti eius*, &c. Odof. Nec eſt nouum, maleficium per perſeuerantiam delicti tempore guerræ remiſſum facinus videri, nam inſpicitur tempus [k], quo delictum naſcitur. *ff. de iureiu. l. qui iurare. §. ſi pater. & l. eum, qui. §. in popularibus. de ſur. l. inficiãdo. § infans C. de teſta. l. cùm antiquitas in prin. & arg. in c. j. §. de feu. guar.* Quæro, quid ſi teſtis dixit, quod fuit ante [l] guerram, verùm probet quod fuit ante originem guerræ? & videtur quòd nõ: quia æquiuocus eſt ſermo iſte, cùm poſſit intelligi ante guerrã, & finitam *l. ij. ſi cert. pet.* per Bart. Truſſa eſt: omnis intellectus eſt extraneus, qui non ſonat in auribus vulgi: *vt extrà de ſpon. c. ex literis.* & ideo intelligitur ante originem guerræ.

e Poſſeſſio tẽpore belli amiſſa, quouis modo, eodem tempore recuperari poteſt.

f Bello amiſſa, ab aliquo recepta, an, & quãdo domini reſtituenda.

g Poſſeſſio detentione corporali probatur.

h Qui detinet, poſſidere præſumitur.

i Tẽpus delicti admiſſi inſpicitur.

k Ante bellũ fuiſſe id dicitur, quod fuit ante belli originem, nõ ante bellum finitum.

d ¶ *Ad cognitionẽ.* ¶ No. quòd arbitri [l] electi ad cognitionẽ [m], videntur electi ad decidendum, & aſſignandum: *vt hîc. & ff. de procu. l. qui procuratorem dat.* Secùs [n] in electis ad cognoſcendum, & referendum: quia non poſſunt cauſam decidere: *vt C. de offic. præfect. Auguſt. l. ordinatorum.*

l Arbitri electi ad cognoſcendum, decidere, & aſſignare poſſunt.

m Cognitionis attributa quis ſit effectus.

n Electus ad cognoſcẽdum differt ab eo, qui electus eſt ad cognoſcendum, & referendum: hic decidere non poteſt.

e ¶ *Coercitionem* vel coactionem, vel correctionem. Odof. iſta tria ſunt quaſi ſynonyma.

f ¶ *Conſueuerunt.* ſume illud, quod eſt longè infrà, *& eam, quam modò exercent.*

g ¶ *Poſſideant.* ¶ No. iuriſdictionẽ poſſideri: id [a] eſt, quaſi [b] poſſideri: *vt infrà, eo. §. omnes.* & non vitiat verbum impropriè poſitum: *vt ff. de iureiu. l. ſed & ſi poſſeſſori §. ſed ſi verum.* Quod debet intelligi ſecundùm ſanum intellectum. & probatur poſſeſſio [c] iuriſdictionis per exercitia, quibus quis eſt vſus liberè, & quietè. text. eſt hîc notabilis.

a Iuriſdictio quaſi poſſidetur.

b Quaſi poſſeſſio.

c Poſſeſſio iuriſdictionis quẽadmodum probetur.

h ¶ *Succeſſorum noſtrorum.* Dicunt quidam, hîc videtur Imperator iniungere [d] ſucceſſori ſuo, vt hoc idem faciat: quod quidem eſſe non poteſt: *vt ff. ad Trebell. l. ille, à quo. §. tempeſtiuum. & ff. de manu. l. apud eum.* Sed certè non eſt verum: ſed ita debetis intelligere literam iſtam, quòd habeãt ſine contradictione ſucceſſorum noſtrorum. Si enim ſucceſſores noſtri contradicant, non habebunt. Vel dic ſimpliciter vt iacet: *argum. Co. de ſent. & interloc. omn. iud. l. poſt ſententiam. & ſen. reſcin. non poſſe. l. j.* Prima placet, cum [e] Imperator prædeceſſoris ſui factũ abrogare poſſit: *vt Cod. de veter. iur. enucl. l. ij. circa princip.* Odofr. & per hoc determinatur quæſtio, quã format Cy. *Co. de legib. l. digna vox.* & ſic nec [f] per contractum, nec alio modo princeps poteſt regalia concedere in præiudicium ſucceſſorum: quia ſicut non poteſt iura eorum ſubuertere, ita nec minuere: *vt ff. qui & à quibus ſi opto.* non enim debet vni in alterius damnum ſuccurrere: *vt ff. de minoribus. l. in cauſa. & primò in princip. eod. tit. l. auxilium. in principio.* Odofr. nec eſt boni principis vnum altare cooperire, & aliud diſcooperire: *vt Cod. qui potior. in pignor. habeant. l. Aſiduis. §. exceptis.* nec priuilegia vni conceſſa, alteri dare: *vt Cod. de ſilentiariis. l. decurionibus. libro duodecimo.* Et ſi princeps conceſſit alicui beneficium [g] prior tempore, potior eſt in iure: *argumen. ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. & ſuprà qui ſucceſſ. tene. ca. j. collat. x.* Et hæc faciunt ad conceſſiones, quas faciunt principes de aquis publicis [h], quòd ſemper videantur reſeruata iura, & commoditates eius, cui prima conceſſio facta eſt.

d Anteceſſor ſucceſſori an imperare poſſit.

e Prædeceſſores ſui factum Imperator abrogare poteſt.

f Succeſſoris iura princeps anteceſſor neque cõtractu, neq; alio modo donare, aut minuere poteſt.

g Prior tẽpore in beneficio, potior eſt iure

h Aquæ publicæ conceſſio intelligitur fieri ſine incommodo eorum, quibus prioribus aqua conceſſa eſt

i ¶ *Saluo. ff. famil. erciſcun. l. litem Labeo. §. j.*

k ¶ *Aqua Lambri Mediolanenſibus.* pone: Inter duo caſtra erat quæſtio de ductu aquæ publicæ, & fuit inter ſe lata ſentẽtia: demum Imperator conceſſit mihi vnum de illis caſtris: nunquid teneor ſeruare illam ſententiam? Et videtur quod ſic: quia caſtrum tranſit in me cum ſuis [i] vitiis, ſuáque cauſa, præſertim cùm ſit vniuerſitas quædam, *ff. de act. empt. l. in venditione, ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædio. l. Lucius.* à contrario ſenſu. *ff. de cond. & demonſ. l. ſi quis legata. §. fin. de contrah. emp. l. ſi aquæductus.* Et quia Imperator non videtur velle præiudicare tranſactionibus, & ſententiis: ſed tacitè reſeruare: *arg. huius literæ.* In contrarium videtur: quia ſicut princeps poſſet: *vt ſ. in c. j. quæ ſint regalia.* ita & ego, qui vice principis fungor. Item pacta priuatorum non præiudicant fiſco, nec tenetur fiſcus de illis pactis facere mentionem. *ff. de pact. l. ius publicum. & l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. & l. inter. C. ſine cenſu, vel reliq. l. omnes.* dum tamen boni viri fungar officio, ſicut ipſe princeps indulſiſſet ſi certioratus fuiſſet. *ff. de pact. l. tale pactum §. fi.* quod maximè eſt ſi alium non lædo, *vt l. ij. §. item Varus. de aqua plu. arcen. ff. de ſolu. l. j. & extrà de re iudic. c. ſuborta in fi.* Non obſtat iſta litera: quia hoc ius aquæ competit ex conſuetudine [k], quæ fortior eſt, quam pactum priuatorum. &c. Bal.

i Res cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis tranſit.

k Cõſuetudo eſt potentior pacto priuatorum.

l ¶ *Omnes.* hîc dicitur quòd illi de ſocietate debent iurare Imperatorem ad manutenendum iura ſua, & etiam conſeruandum: ſcilicet pro poſſe, & præſertim ciuitates finitimæ: & quæ ſint magis propriè iura, vt ſunt incorporales res, quæ [l] non dicuntur poſſideri: ſed quaſi poſſideri: *vt ff. de acquiren. rerum dominio. l. ſeruus. §. incorporales ff. de ſerui. vrba. prædi. l. ſi ædes. in fi. ff. de act. empt. l. dicto. § ſi iter.* & hoc eſt, quod iurant ciues vt ciues. Odofr.

l Incorporalia non poſſidentur: ſed quaſi.

a ¶ *Finitimæ*,

a ¶ *Finitima.* i. confines, ſeu propinquæ illis locis, in quibus ſunt poſſeſſiones, quæ cœptæ ſunt turbari.
b ¶ *Teneantur.* ſubaudi, ſi poſt opus erit, quod dic: *vt C de ſacroſanct Ecc. l nemninem.*
c ¶ *Teneantur.* ſubaudi, ſi opus fuerit. Odof. Not. bo. gloſ. Bal.

to fidelitatis adiicient, quòd poſſeſſiones & iura, quæ nos habemus in Lombardia, & poſſidemus extra ſocietatem, iurabunt bona fide nos manutenere, ſi opus fuerit, & cùm ſuper hoc per nos, vel per certum nuncium noſtrum fuerint requiſiti: & ſi amiſerimus, recuperare: ita videlicet, quòd finitimæ [a] ciuitates obnoxiæ ſint principaliter ad hoc faciendum: &, ſi opus fuerit, aliæ teneantur [b] ad competens auxilium præſtandum. Ciuitates quæ ſunt extra Lombardiam in ſuo confinio, ſimiliter teneantur [c] facere. Si qua verò [d] ciuitatum ea, quæ in conuentione pacis ex parte noſtra ſtatuta ſunt, non obſeruauerit: cæteræ ciuitates eam ad id obſeruandum bona fide compellant [e]: pace nihilominùs in ſuo robore permanente. Nobis autem intrantibus [f] Lombardiam, ſodrium conſuetum & regale, quæ ſolent & debent, præſtabunt: & vias & pontes [g]

d ¶ *Si qua verò.* Hic dicitur, quòd ſi aliqua ciuitas de dicta ſocietate Lombardiæ non ſeruat ſtatuta pacis: cæteræ ciuitates de ſocietate cõpellent illam ad obſeruandam bona fide. ¶ In text. ibi, *bona fide*: not. quod bona fides debet ſeruari: cui interdum non congruit de [a] iuris apicibus diſputare: *vt ff. manda. l. ſi fideiuſſor. §. quadam.* ¶ Eſt argum. quòd omnes contractus [b], qui fiunt cum principe, habeant naturam bonæ fidei contractuum.

a Bona fides de apicib. iuris interdum non diſputat.

b Principis omnes contractus, ſeu initi cum principe, naturam habent bonæ fidei contractuũ, licèt inter alios ſint ſtricti iuris.

e ¶ *Compellãt* Sed quomodo? faciendo [c] guerram, vel obſidendo ciuitatem, vel dando repræſalias? Reſpon. fortè ſic. Sed contrà per hunc textum: nam hic dicit, *bona fide compellant.* hac bona fide non videtur compellere aliquo prędictorum modorum: nam bona fides eſt contraria dolo, & fraudi: *vt ff. pro ſocio. l. ij in fi.* & in prædictis plerumque hæc verſantur: & quia diſcordiæ ſunt ſedandæ, & remouendæ: *vt ff de legat. ij. l. cùm pater. §. dulciſſimis.* & quia omne beneficiũ decet eſſe perpetuum: *vt C. de excu. mu. l. antepen.* & quia per pacem diſcordiæ ſopiuntur: *vt C de caduc. tollen. §. ita in principio.* etiam ex pace videtur naſci diſcordia: quod eſſe non debet: *vt C. vnde vi. l. meminerint.* Sed fortè his non obſtantibus poſſunt prædictis modis compellere: nec [d] enim videntur dolo facere, cùm alterius fraudem excludant: *vt ff. de leg. ij. l. cùm pater §. Titio.* & quia pax fingitur ei non conceſſa, quia aduersùs pacis ſtatuta venire non timuit: *arg. ff. de mino. l. auxilium in prin.* Vel fortè poſſet dici, quòd accipiantur hoc caſu obſides. *vt arg ff. de iur. fiſc l. diuus. ff. ex quib. cau. mai l. necnon. §. j. & ff. de teſta l. obſides.* Odof. Dic quòd procedent illis viis, & modis, quibus videbitur expedire: *arg extrà vt lite non conteſta. c. quoniam frequenter. § fina.* adhiberi enim debent illa remedia, quæ magis timeantur: adhibito tamen diſcretionis moderamine.

c Compellendi voce ius belli faciendi, obſidẽdi, repræſalias dãdi continetur.

d Dolum non facit, qui dolũ excludit.

f ¶ *Nobis intrantibus.* Hic dicitur, quòd quando Imperator intrat Lombardiam, debetur ei ſodrium regale, & conſuetum, & viæ, & pontes aptari, & aptatæ ſufficienter in eundo, & redeundo: & quòd debet habere mercatum ſufficiens pro ſe, & ſuis. Et hic determinatur quæſtio de [e] guardana forma per gloſſ. *C. de ſacroſ. Eccle. l. neminem.* nam guardana Imperatoris non debet auferre res aliorum. ſed debet emere, niſi fortè deficeret ſibi pecunia: *vt l. ij ff. ad leg. Rhodiam de iac.* vel niſi ruſtici adeò forent tenaces, quòd nollent eis vendere victualia: vt not.

e Gualdana, vel Guardana, *vide quæ ſcripſi ad Gl. l. neminẽ. 33. Co. de ſacroſ. Eccleſ.*

g ¶ *Vias, & pontes.* & ab horum refectionis onere nemo excuſatur: quod dic, *vt C. de ſacroſ. Eccl. l. ad inſtructionem.*

h ¶ *Sufficiens.* non dicit ſufficientiſſimum. ſic ergo ſufficit aliquid ſufficienter præſtari, licèt non ſufficientiſſimè præſtetur: *ſic ff. de ædil edict. l. ſi quid venditor. & l. ſi venditum. §. illud.* Odof.

¶ *Reſtituantur.*] hoc niſi in cauſa principali iure ſe tueri poſſit poſſeſſor. nam tunc impeditur reſtitutio, vt ſequitur: quod quidem eſt contra alia iura: nam & ſi quod ius haberet, per ingreſſum [f] violentum amiſiſſet: attamen reſtituere tenetur ei, cui per vim abſtuliſſet, vel occupaſſet. *vt C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. & in Lombard. de inuaſionibus. l. fin.* Et quòd inuaſionis [g] reſtitutio non ſit impedienda probatur in Lombar. *de officio iu di. l. legato.* Solut. hoc eſt contra communia iura: & ſpeciale eſt cùm in modum priuilegij conceditur: hoc tamen hodie non ſeruatur. Vel dic, aut inuaſor inuadit ſua auctoritate, aut cum iudicis auctoritate. Primo caſu locum vindicant ſibi contraria iura. Secundo caſu ſerua quòd hic dicitur. & hoc fortè caſu loqui poteſt hæc lex, ſiue præcedens. Odofr. Adde quòd ſpoliatus ſi contra ius petit ſe reſtitui, ita quòd exceptio obſtet ipſi poſſeſſorio, non eſt fienda reſtitutio: *vt hic, & in capite, conſtitutus. de filiis presbyt.* per Innoc. nam qui expreſſè iniuſtum petit, ineptè agit, vt not *in cap. primo de off. vica.* per Innoc. Si verò non apparet de iniuſtitia petitoris: ſi quidem excipiens eſt per iudicẽ, & partem admiſſus ad excipiendum, videtur per conſequens admiſſus ad probandum: vt not. Innoc. *in cap. cum veniſſet. de teſtib.* Si autem non eſt admiſſus: tũc refertur, aut allegatur ſpoliatio, aut dolus ſine ſpoliatione. Primo caſu non admittitur exceptio, *dolo facit.* Secundò ſic: *vt C. vnde vi. in l. cùm quærebatur.* & ita intelligitur quod not. *ff. de iudi. l. ſi de vi. & C. de agri. & cenſi l. ſi coloni lib. xj. & extrà de reſti. ſpo. c. j.*

f Inuaſoris pœna.

g Res per vim occupatæ in ſemper reſtituendæ.

h Spoliatus reſtitutionẽ poſtulãs, quemadmodum audiatur.

bona fide & ſine fraude & ſufficienter reficient: in eundo & redeundo mercatum ſufficiens [h] nobis & noſtris euntibus & redeuntibus bona fide, & ſine fraude præſtabunt: in omni decimo anno [i] fidelitates renouabunt [k] in iis qui eas nobis non fecerunt, cùm nos petierimus vel per nos, vel per noſtrum nuncium. Si qui ex parte noſtra [l] de ſuis iuſtis [m] poſſeſſionibus expulſi ſunt, reſtituantur ſine fructibus & damno: niſi in cauſa principali ſuæ proprietatis iure poſſit ſe tueri poſſeſſor: ſaluis prioribus conceſſionibus: & omnes offenſæ eis remittantur: eodem iure ſeruando iis qui ſunt ex parte noſtra circa reſtitutionem: niſi ciuitas adſtringatur iuramento [n], vt non reſtituat: quo caſu arbitrium boni viri volumus pro reſtitutione ſuccedere [o], & ſi qua controuerſia [p] fuerit orta de feudo inter nos & alium qui ſit de ſocietate, per pares illius ciuita-

i ¶ *In omni decimo anno* in omni decimo anno fidelitates ſunt renouandæ.

K ¶ *Renouabunt.* hoc fit propter [a] iuuenes, qui propter ætatem nõ debebant iurare, & modò peruenerunt aliqui ex eis ad ætatem, qua iurare tenentur: & propter ſones etiam, qui iurauerunt pro tempore, & modo ratione ætatis iurare non debent: ſic. *ſ. de pac. iur. fir. circa princ.* Sed hodie hoc non ſeruatur Odof. ¶ Not. ergo quòd propter mutationem ætatum ſit renouatio fidelitatis: quia ætas [b] naturaliter variatur: *vt not. C. de in integrum reſtitut. immo. l. ſi minorem te. & extrà de probatio. ca. in præſentia,* vnde ex præterita [c] minori ætate non præſumitur in præſenti: quia non eſt quid ſtabile: *vt ff. ad leg. Falc. l. hæreditatum.* niſi tempus præſens eſt coniunctum præterito. *arg. huius literæ.*

a Renouatio iuramẽti quibus de cauſis fiat.

b Ætas naturaliter variatur.

c Ex præterita minori ætate, præſens ætas minor eſſe nõ præſumitur.

l ¶ *Si qui ex parte noſtra.* not. quòd expulſi ſunt reſtituendi ad ſuas iuſtas poſſeſſiones.

m ¶ *De ſuis iuſtis.* ſecus ergo ſi iniuſtis. Odofr. hic cadit gloſſ. ſignata *ſuprà in §. ſufficiens.* quæ debet ſcribi ſuper verbo, *reſtituantur.*

n ¶ *Iuramento.* ¶ No. quòd per iuramẽtum procedetur diſpenſatiuè. ¶ Sed an hoc [d] iuramentũ teneat? puto quòd non, cùm ſit cõtra diuinam, & humanam legem. Vnde diuina pagina [e] dicit, *Non concupiſces rem proximi tui.* ad quod eſt, *ff. de iuſt. & iur. l. iuſtitia.* & iuramentũ contra legem factum, nullius eſt momenti: *vt ff. de pac. l. iuriſgentium §. & generaliter. C de legi. & conſtit. l. non dubium. in ſi C. de nupt. Auth. quod eu. arg. extrà de iureiur. c. intelleximus. ff. de leg. j. l. ſi quis inquilinos. § ſi.* Odof.

d Iuramẽtũ de re aliena nõ reſtituenda non valet.

e Deut. 5.

o ¶ *Succedere.* vt ſoluatur rei æſtimatio. Odof. quod eſt contra ius commune, quòd inuaſor nolente domino liberetur ei æſtimationem ſoluendo: *vt ff. de rei vind. l. nec quaſi.* ¶ Et not. pulchra verba, arbitrium boni viri pro reſtitutione ſuccedere: ſc. vt ſatisfeciſſe [f] videatur ille, qui ſoluit æſtimationẽ arbitrio boni viri taxatam. ¶ Et nota quòd in tota iſta pace nõ reſtituuntur fructus [g]: quod intellige, niſi eſſent extantes in fundo: quia tũc non reſtituuntur tanquam acceſſiones: ſed tãquam ipſum corpus fundi: *vt l fin. § penult. ff. quæ in frau. credi.* Dicit Accur. quòd nunquã quis lucratur fructus, niſi rem habere videatur. *ff. de reg iur. l qui actionem.* Itẽ ait quòd intra tempus reſtituendi: ſc quando quis petit quod non eſt, nec fuit ſuum, *ff. de leg. j. l. ſi quis bonorum. ff. ſolut. mat l ſi mora.* debito lucratur fructus: niſi tempus ſit appoſitum cauſa cuſtodiæ. *ff. de reg. iur. l. cùm tempus.* ¶ Dicit Accur. quòd ſpeciale eſt in Imperatore quòd poſſit [h] auferre rem alterius, *ff. de reg. iur. l. id, quod noſtrum.* ¶ Niſi ciuitas adſtringatur iuramento. Not quòd ciuitas [i] poteſt obligari per iuſiurandum, & ſub iureiurando paciſci, licèt non habeat animum: vnde hoc iuramentum referendum eſt ad animam ciuium, per ea, quæ not. Innoc. *extrà de ſen. excom. cap. grauem.*

f Satisfeciſſe intelligitur, qui rei æſtimationẽ ſoluit arbitrio boni viri declaratam.

g Fructus qui, & à quo, reſtituendi.

h Princeps rem alterius auferre an poſſit.

i Iuramento ciuitas obligari poteſt.

p ¶ *Si qua controuerſia.* Dicitur hic, quòd cõtrouerſia feudi inter Imperatorẽ, & alios de ſocietate debet dirimi per pares illius ciuitatis, vel per epiſcopũ illius ciuitatis, in qua diſcordia vertitur, & ſecũdùm conſuetudinẽ illius terræ. ¶ Et ſic not. quòd in feudis attẽditur cõſuetudo [k] loci: vbi res eſt. ¶ Not. quòd ſi Imperator conceſſit [l] mihi Tuſco feudũ cuiuſdam caſtri Alemaniæ, videtur mihi conceſſum ſecundùm conſuetudinẽ Alemaniæ: & ſi Alemanico concedit in Tuſcia, videtur conceſſum ſecundùm

k Conſuetudo loci, vbi res eſt in feudis attendenda.

l Conceſſio feudi intelligitur ſecundùm conſuetudinem loci, in quo ſita eſt.

conſue

conſuetudinẽ Tuſciæ:vt hîc dicitur.& eſt ratio:quia conſuetudo [a] præſtationis, & rei præſtandæ intelligitur ſecundùm locum illũ,vbi debet fieri traditio,& ſolutio corporalis: *vt l ſemper in ſtipulationibus de regulis iuris.* quod eſt not. & facit quod no *extrà de teſta.ca. Raynutius ſuper gl. fortè, in Nouell.*

a Conſuetudo præſtationis, ſeu rei præſtãdę intelligitur ſecundùm locum in quo traditio,& ſolutio corporalis fieri debet.

b Conſuetudines regionum inſpiciendæ.

a ¶ *Conſuetudinem.* inſpicitur enim regionis [b] conſuetudo: *vt ff. de fun. inſtru. l. cùm de lanionis. §. aſinam.* & eſt ſic *ſuprà eodem §. in cauſis.* vincit enim de iure Romano, etiã in eo loco, in quo eſt: *vt ff. de legi. l. de quibus.* licèt contrarium ſit de iure Lombar. *vt in Lombar. qualiter in ind. l. placuit.* Odor. ¶ Et not. hîc [c] cuius loci pares debeãt cognoſcere de feudo: quia pares illius epiſcopatus, vel terræ, vbi lis agitatur. debet autem agitari in terra, vel loco vbi feudum exiſtit: quia reale iudicium eſt, vel quia iſte locus eſt commodior, & meliùs ſcitur vbi veritas: *argumen. ff. de flum. l. j. §. j. & Cod. de appell. l. cùm poſt. & in ca. j. de reſcr. in 6 le.* ¶ Et ſi quæras,quę intelligatur cauſa [d] feudalis? Reſpon. ſi criminaliter agitur, vel vltra leges feudorum, nõ eſt cauſa feudalis: ſed ſi de inueſtitura facta, vel fienda, vel de poſſeſſione ablata, vel turbata per dominum vaſallo, per vaſallum vaſallo *de milit. vaſal. qui contu. eſt: cap j.* & vbicunque ſit cõmemoratio feudi ad intentionẽ fundandã,coadiuuandam, vel repellendã.Secus ſi non agatur, vel excipiatur ex hoc capite: *vt extrà de foro compe. ca. verũ.* per Innoc.&dixi *in ca j. §. præterea. de probi. feu. alie. per Frede.*& hęc vera in petitorio,& poſſeſſorio. Et vnũ ſciàs, quòd ille,qui nõ vult inueſtire vaſallum de recto feudo,de alio feudo cognoſcere non poteſt: quia iniuſtus [e] in vno, præſumitur iniuſtus, & ſuſpectus in alio: *de controu. inter vaſal. & epi. c. j.* text. eſt notabilis.

c Vbi,& apud quos de feudo cognoſcatur.

d Cauſa feudalis quæ intelligatur.

e Semel Iniuſtus, in alio iniuſtus pręſumitur, & ideo ſuſpectus.

ris, vel epiſcopatus in quo deſcendit, agetur: & ſecundùm conſuetudinem [a] illius ciuitatis in eodem epiſcopatu terminetur, niſi nos in Lombardia fuerimus. tunc enim in audientia noſtra, ſi nobis placuerit, agitabitur. Item volentibus [b] venire contra pacta non per violentiam facta, & iuramento firmata inter ciuitates & ciuitates, ſocietates & ſocietates, vel ciuitatum & alias perſonas, nos audientiam denegabimus. Item nos reſtituimus ſtratam [c] Veronenſibus: & nominatim recipimus Ozolinum in plenitudinem gratię noſtræ, & omnem offenſam ei remittimus.

HAnc igitur ſecundùm formam præſcriptam, & vt per mediatores pacis: videlicet Gulielmum epiſcopum Diſcẽſem, Henricum Marchionem Sarnenſem, fratrem Fridericum de Sylua Benedicta,& Rodulphum camerarium noſtrum, vnà cum his bona fide intelleximus & ſecundùm tenorem, quo eamdem pacem, & concordiam iurari fecimus, & ſecundùm quòd Lombardi eam bona fide intellexerunt, in perpetuum ratam haberi,& conſeruari ſtatuimus: & vt firma permaneat, & inconcuſſa præſentem paginam noſtri impreſſione ſigilli fecimus communiri [d].

NOmina verò ciuitatum, quibus ſic gratiam noſtram reddidimus, & præſcriptam fecimus conceſſionem, ſeu. promiſſionem, hæc ſunt: Vercellæ, Nouaria, Mediolanum, Laude, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Vincentia, Padua, Teruiſium, Bononia, Fauentia, Mutina, Rhegium, Parma, Placentia. Iſtis autem ciuitatibus, & locis pacem ſeruari volumus, & gratiam noſtram reddimus. Præſcriptam autem [e] conceſſionem, ſeu promiſſionem his non facimus: videlicet Imolæ, Caſtro ſancti Caſſiani, Bobio, Pleti de Guarbadoña, Ferotræ, Belutiæ, Tenetæ. Ferrariæ autem gratiam noſtram reddimus, & præſcriptam conceſſionem facimus, ſeu promiſſionem, ſi intra duos menſes poſt reditum Lombardorum à curia noſtra de pace præſcripta fuerint. Hanc itaque pacem [f], & Concordiam, ſicut præſcriptum eſt, tam nos, quàm filius noſter Henricus Romanorum rex, per camerarium noſtrum Rodulphum iurari fecimus in animam noſtram [g]. Hi autem [h] ſunt principes, & nobiles curiæ, qui præſcriptam pacem, & concordiam per ſe firmam tenere iurauerunt Hermannus Monaſter. epiſcopus, Henricus Cirnenſis electus, Citalinus Curienſis, Abbas Gotifredus imperialis aulæ cancellarius, Otto dux Bauariæ, Fridericus dux Sunorniæ, filius noſter Bertoldus dux Zaermoes, Bertoldus marchio Hiſtriæ, Hermannus marchio Veronenſis, Comes Henricus dux Spletenenſis, Comes Theopobus de Lexchomiende, Comes Ludouicus frater cancellarij de Olfeſtre, Rodulphus Camerarius, Guarnerius de Lombardia,Cano de Minabere, Corradus Pincerna.

HI ſunt nuncij, qui ex parte Longobardorum pacem præſcriptam, & concordiam receperunt, & in præſentia noſtra iuramento confirmauerunt. De Mediolano,Guido de Landriano, Pinamonte de Vicomercato, Adobatus Bùltraſſus, Gulielmus Burrus, Guercius de Buxolla, Aldericus de Bonate, Rogerius Marcellinus, Loterius Medicus. De Brixia, Obrandus de Martinengo, Gozed de Turbiado, Deſiderius Iudex, Rodulphus de Concipio, Boccatius de Manerbio, Albericus de Caprino. De Placentia, Girardus de Artizone, Iacobus Strictus, Hermannus de Carnocampo iudex. De Pergamo, Albertus. De Mapello, Attoficianus, Ioannes de Piterigo, Lanfrancus de Monacha,

b ¶ *Item volentibus.* Hic dicit quòd volẽs venire contra pacta, non auditur: ergo ſi audientia denegatur, exceptio [f] pacti impedit litis conteſtationem, quod verum eſt, ſi pactum eſt iuramẽto firmatum: *vt hîc.* ſecus ſi non ſit iuramento firmatum ſed ſit factum lite pendente: argumen. *ff. de pactis. l. tale pactum. §. qui prouocauit. & Cod. de pactis. l. poſtquam liti. & Cod. de fide inſtru. l. iij.* Nam cũ ſit renunciatum [g] liti,non poteſt denuo reſuſcitari: vt no. *in c. j. de litis conteſta. lib. vj. in Nouell.* ¶ Deinde not. hîc, quòd ille, qui per metum vult. nihil vult, quod dic vt not. *ff. de reg. iur. l. velle non creditur.*

f Exceptio pacti an, & quãdo impediat litis conteſtationem.

g Renunciatio litis denuo ſuſcitari non poteſt.

c ¶ *Stratam.* ¶ Not. de verbo. *ſtratam.* Ozolinus nobilis quidam de Roma fuit,ex quo geniti fuerunt duo peſſimi tyranni, alter quorum eodem nomine potitus eſt: alter verò Albericus fuit nominatus. Odofrr.

d HAnc igitur.] *Communiri.* ſic *ſuprà eo. §. pacem itaque.* & dic *vt ibi.* Odofrr.

e NOmina verò.] *Præſcriptam autem.* vt hic patet, *& ſuprà eo. in princ. §. nos Romanorum Imperator, &c. & ſuprà proximè. § nomina verò,* &c. certis tantùm ciuitatibus hæc priuilegia conceduntur. ¶ Quid ergo ſi aliquis in aliqua harũ ciuitatum habitet, & negetur eſſe de natione eius ciuitatis, vel alterius, quæ in hac pace comprehẽſæ ſunt? Reſpon. probare debet ſe habuiſſe originem in aliqua harum ciuitatum. *vt ff. de prob. l. j.* Secundùm vnam lectu. quam ibi dixi. Odofred. & ſecundùm hoc, nomen, & beneficium [a] ciuitatis forenſibus; & extraneis non prodeſt *Cod. de teſt. l. ſi non ſpeciali.* quod tene menti, niſi eſſent recepti in numero ciuium: *vt ff. de iure fiſci. l. ſed ſi accepto* Nam alteri paciſci nemo poteſt, cùm ab eo mandatum non habeat,iuxta illud: *Nihil ad nos de iis,qui foris ſunt.*

a Ciuitatis beneficium non prodeſt forenſibus,& extraneis, niſi vel expreſsè, vel tacitè recepti ſint in numerum ciuium.

1 Cor. 5. d.

f ¶ *Pacem.* concordat, *ff. de pactis. l. j. in principio. & Inſtitut. de iniur. §. fina.*

g ¶ *In animam noſtram.* ¶ Not. qualiter [b] quis iurat pro alio in animam domini. *lxiij. diſtinct. cap. tibi domino.* Odofred. pone, cõſtitui procuratorem, ad iurandum de calumnia in animam meam: aduerſarius dicit quòd ego compaream: quia meliùs noui factum. Reſpond. in iuramento calumniæ non debet hoc ventilari: vt no. *in cap. vltim. de iura. calumn. lib. vj. in Nouell.* ¶ Nunquid [c] ille, qui habet poteſtatem faciendi quicquid viderit expedire, dicitur habere arbitriũ voluntatis? Videtur quòd ſic, *ff. man. l. creditor, §. Lucius.* & not. *in ca. vj. de iura. calum. lib. vj. in Nouell.*

b Iurari in animam alterius poteſt.

c Arbitriũ voluntatis habere is dicitur, qui poteſtatẽ habet faciendi quicquid viderit expedire.

Menochius 1. *de arbitr. ind. 8.* hac formula arbitrium regulatũ,& viri boni conferri ſcribit.

h ¶ *Hi autem.* ¶ Primò nominat principes, duces, comites, & barones, qui ex vna parte principis vna cum iuramento pacem iurauerunt. ¶ Secundò nominat nuncios Lombardo. & aliarum ciuitatum ſocietatis eorum, qui ex aduerſa parte iuramento ſuo pacem roborauerunt. ¶ Tertiò nominat ciuitates, quæ ex parte principis vnà cum principe cum Lombardis pacem habuerunt. ¶ Quartò nominat nuncios Lombardorum, quibus inueſtituram conſulatus dedit. ¶ Quintò impreſſione ſigilli ſui pacem

Albertus Attonis, Albertus Albertonis. De Verona, Corus iudex, Vbertinus de Carcere, Valerianus de Caſtello, Martius de Caſtello, Theobaldinus de Nicando, Theobaldinus de Naſcenguerra. De Vincentia, Pileus iudex, Vbertinus de Fonte Viuo, Cardenarius Marchus de Pauliana. De Padua, Ianſuxellinus iudex, Bageleſcus de Fonte Glina. De Teruiſio, Florius iudex Cumbertinus. De Mantua, Alexandrinus Iacobus. De Amica, Angelus iudex, Henricus de Angelo. De Fauentia, Bernardus iudex, Hugolinus de Azo. De Benonia, Antonius poteſtas, Rolandus Guarini, Matthæus Rodulphi. De Mutina Arlotus iudex, Reinerius de Buccacabata. De Rhegio, Albertus cambiator, Rolandus de Charitate. De Parma, Iacobus Petri Braui, Millobatus iudex, Vetulus iudex, Corradus Banzoni. De Laude, Vincentius de Siſiraga, Anſelmus de ſumma Ripa. De Nouaria, Opizo de Briona, Tedixius Cabalacius, Girardus de Bomprando de Vercellis, Meardus, & Vercellinus.

HÆ autem ſunt ciuitates, & loca, quæ pacem præſcriptam ſub iuramento Lombardorum nobiſcum receperunt, & eamdem per ſe iurauerunt: Papia, Cremona, Comiterdona, Aſta, Cæſarea, Ianua, Alba, & aliæ ciuitates, & loca, & perſonæ, quæ ſunt, & quæ fuerunt in pace noſtra.

HÆc autem ſunt nomina nunciorum, qui inueſtituram conſulatus à nobis nomine ciuitatum receperunt. De Mediolano, Adobatus. De Placentia, Gaardus Arrizonus. De Laude, Vincentius Corno. De Vincentia, Pileus. De Padua, Ianſus. De Teruiſio, Florius. De Mantua, Alexandrinus. De Fauentia, Bernardus. De Bononia, Antonius. De Mutina, Arlotus. De Rhegio, Rolandus. De Parma, Iacobus Petri Braui. De Nouaria, Opizo. De Vercellis, Meardus. De Pergamo, Atoficiarius.

SIgnum domini Friderici Romanorum inclytiſſimi Imperatoris: Ego Gotifredus Imperialis aulæ cancellarius vice Chriſtiani Maguntinæ ſedis archiepiſcopi, & Germaniæ archicancellarij recognoui.

ACta ſunt hęc anno Incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo tertio: indictione prima: regnante domino Friderico Romano Imperatore glorioſiſſimo, anno regni eius octuageſimo ſecundo, imperij verò triceſimonono. Da. apud Conſtantiam in ſolenni curia ſeptimo Kal. Iulij.

IN Chriſti nomine iuro ego, quòd amodò ero fidelis domino Imperatori Friderico, & eius filio regni Henrico. non ero in conſilio, vel facto quòd ipſi perdant vitam, vel membrum [a], aut mentem, ſeu coronam [b] imperij, vel regni, vel caput. & ſi ſciuero aliquem feciſſe, vel facere volentem, per me, vel alium domino Imperatori, vel regi, vel nuncio eius ſine fraude manifeſtabo eis, & adiuuabo honorem coronæ tenere: & ſi perdiderit, recuperare bona fide in exercitu, & comitatu adiuuabo. Inſuper pacem domini Imperatoris Friderici, & filij eius regis Henrici, & ſuæ partis factam cum ſocietate Lombardiæ, & eius ſocietatis, ſicut ſcriptum eſt inde, ſine fraude intra quindecim dies poſt iurata bono intellectu, & ſigillo Imperatoris ſigillata obſeruabo bona fide[c], & ſine fraude, & hoc iurare faciam omnes maſculos [d] mecum habitantes à decimo ſexto anno ſuprà vſque ad ſeptuageſimum, intra quindecim dies poſtquam iuratum

pacem princeps corroborat. ¶ Sextò apponitur tempus & anni Domini, & indictio, & anni imperij, & loci, vt appareat vbi, & quando data fuit hæc l & hæc vſque ad l. illam, *In Chriſti*. ODOF. & facit *Co. de teſta. l. omnium.* ibi dum dicitur, *inter tot nobiles, probatáſque perſonas.*

a Tempus inſtrumenti in eius fine, an vero initio ponatur, nihil intereſt.

ACta. Hic habes argum.[a] quod anni Domini dies menſis, & conſul, & alia, quæ inſtrumentis apponũtur, debeant poni in fine inſtrumentorum, alias habes cõtrarium: *vt ſuprà de iur. emphyteut. in prin.* quod credo verius: *vt in authen. vt prapo. nomẽ Impera. in prin. & § j. & ij & in Lombar. de epiſcopu. l. j.* Sed nunquid inſtrumentum vitiatur, ſi in fine hæc apponátur? Dico quòd no. nam in inſtrumentis non apponuntur hæc, niſi vt conſtet de tempore contractus: ſed ſiue in principio, ſiue in fine ponantur, nihilominus cùm conſtet de tempore, ex quo appoſita ſũt, de iuris ordine non curatur, *ff. de ſol. l. nec enim.* ODOFRED. ¶ Sed nunquid [b] vitiatur inſtrumẽtum, ſi nomen Imperatoris præpoſitum non fuit, vel non interceſſit tabellionis ſcriptio, vel contrahentis, vel aliquid defuit ex iis, quæ debent interuenire? Reſpon. vtique: argum. *in Authent. vt prapo. nomen. Impera.* argu. *Cod. de fide inſtrum. l. contractus. Cod. de conue. fiſc. debit. l. fiſco. ff. de teſta. l. ad teſtium. §. ſi quis. ff. de tranſact. l. cùm hi. §. ſi prætor ff de col. bo. l. j* argum optimum, *ff. de in integrum reſtit. l. diuus. Cod. qui teſta. fa poſſ. l. furioſum in fin.* Si enim quæ [c] ad rei ſubſtantiam, modum, ordinẽ, vel ſolennitatem pertinent omittantur: quicquid geſtum fuerit, vitiatur: arg *C. de contrah. empt. l. empti & l. pretium. ff. de contrah. empt. l nec emptio & l. res. & ff. de act. & oblig l. in omnibus. ff. loc. l. qui ad certũ. & l. ſi tibi decem. & ff. de verb. obli. l. j. in princ. ff. ſi cer. pet. l. rogaſti. C. de non num pec. l. cùm vltra. C. de iur. emphy l. ij. C de fabric. l. ſi quis. Inſt. de inut. ſtip. §. ſi quis alium. & §. ſi quis alij. Cod. de ſen. & inter. omn. iu. l. prolatam. & C. de exec. rei iu. l. j. C. de ap. l. nominationes.* Et quia quoties[d] plura interuenire debent, vnum interueniſſe non ſufficit: *vt ff de diuer. l ſi cum ſi.* Vnde eſt arg. contrà, quòd valeat inſtrumentum ita confectum, *ff. de manu vin l antepenultima ff. de ap l. ſcio.* Sed primũ verius. ODOFR. ¶ Sed quid ſi apponuntur ſolennitates: tamen erratur in vna: vtrùm tabellio poteſt propria autoritate emendare exemplum, ſi errauit in die, vel in appoſitione loci? Reſpondeo, ſi eſt quæſtio ſuper [e] die, vel loco, non poteſt emendare: nam raſura caderet in loco [f] ſuſpecto. Si autem alibi: vbi [g] non pendet quæſtio: tunc emendare poteſt, & tradere verbũ erroneum, & ponere verbum verum. & not. *Cod. de teſta l. ſi vnus.* Si autem non errauit in ſolennitate inſtrumenti: ſed in qualitate facti: tunc poſtquam [a] inſtrumentum eſt redactum in mundum, & publicatum, nihil ſua autoritate emendare poteſt: ſed debet facere errore comperto de mandato iudicis, ſecundùm Cy. quia ita not. *ff. de ſtatu. hominũ. l. Imperator.* 2. Vel dic, ſi eſt talis error, qui noceat, non poteſt emendare ſine iuſſu iudicis: ſecus ſi nõ officit parti: quia partis non intereſt, cùm & ſine tali emendatione valeat inſtrumentum: *vt C. de teſta. l. ambiguitates. & l. prapoſteri. & l. errore. & ff de reg. iur l ſi librarius.* Illud conſtat, quòd aliæ ſunt ſolennitates [b] inſtrumenti, aliæ negotij: vt notat. *ff. de eden. l. j. §. editiones, in fine glo.*

b Inſtrumentum quã præpoſteratione, aut quibus omiſſis vitiatur.

c Omiſſa quæ vitient.

d Vnum interueniſſe nõ ſufficit, vbi plurium interuẽtus requiritur.

e Tabellio diẽ, & locum exẽpli propria autoritate emẽdare non poteſt.

f Diei, vel loci diſpunctio in exemplo ſuſpecta.

g Tabellio quę verba inſtrumenti emendare poſſit.

a Tabellio an & quando inſtrumentum in mundum relatum emendare poſſit.

b Solennitates aliæ inſtrumen, aliæ negotij.

a ¶ IN *Chriſti nomine.*] *Membrum.* ad hoc eſt *ſuprà de forma fide. c. j.* ODOFR.

b ¶ *Coronam* Poteſt ergo princeps deponi[c]: vt hic: quod dic vt ſuprà not. *in §. cùm autem de forma fide. cap. alius.* ODOFR. Sed ſi Papa deponit Imperatorẽ dolo, vel ambitione ſine legitima, & ardua cauſa, depoſitio ipſo iure eſt nulla. nam ad eſſe exercitij huius iuriſdictionis ſupremæ circa ſtatum tẽporalium Papa debet procedere tanquã Deus, qui eſt veritas: vnde requiritur cauſa: ergo nõ ſubſiſtente cauſa [d] ceſſat iuriſdictio. tenet cõſequẽtia per doctrinam Innocentij, qui dicit, quòd quando cauſa [e] requiritur tanquã fundamentum iuriſdictionis, oportet cauſam eſſe veram, & diſcuſſam: aliàs iudicium eſt ipſo iure nullum: *vt ipſe not. extrà de foro competenti. in Nouell. c. cùm ſit. & de reſcript. cap. ſuper literis.* per Innocent. *de offic. delegati. c. cùm ſuper abbatia.* per Innoc. Eſt & alia ratio: quia Eccleſia debet vaſallo vicem: & de ſuo imperio non poteſt eũ lædere: imò Papa ſe facit alienũ à poteſtate, ſi talẽ iuſtitiam non reddit Imperatori, qui iurauit fidelitatem: *vt in ca. j. de forma fide. coll. x.* & Imperator poteſt ſe defendere cum exercitu ſuo. *de milite vaſallo, qui contumax eſt. c. j. §. vlteriùs.* Vnde cùm [f] Papa Ioãnes viceſimus ſecundus minaretur regi Roberto de faciendo mirabilia, rex Robertus reſpondit: *Vos facietis, & nos faciemus, & me iuuabo:* hoc eſt quod iurantes in ſacramento fidelitatis debent adijcere: *vt ſuprà in pace. §. omnes.* ODOFRED.

c ¶ *Bona fide.* hoc ſufficiebat [g] dixiſſe, licèt nõ dixiſſet, *ſine fraude:* bona enim fides contraria eſt dolo & fraudi: *vt ff. pro ſocio. l. iij. in ſi.* ODOFR. *ff. de pactis. l. iuriſgentium. § ſed ſi fraudandi* ¶ Ibi, *bono intellectu.* Nota *quòd* contractus [h] debet intelligi ad bonum, & ſanum intellectum: quod tene menti.

d ¶ *Maſculos.* excludit ergo ſexum fœmineum. certis tamen ciuitatibus hoc remittitur, quòd ſuæ ciuitatis homines iurare non faciant: *vt infrà eod. in § hæc ſunt nomina.*

c Princeps an, & à quibus poſſit deponi, & an a Papa.

d Cauſa non ſubſiſtente ceſſat iuriſdictio.

e Cauſam veram & diſcuſſam eſſe, quando requiratur.

f Papa aliquẽ deponẽte, quid depoſito remedij adhiben dum competat.

g Bona fides fraudem excludit.

h Contractus ſanè intelligi & interpretari oportet.

habuero: exceptis ſeruis. & qui per me iurare noluerint, intra tertiam diem Imperatori, vel regi, vel ſuis nuntiis manifeſtabo per breue. Milleſimo centeſimo octogeſimotertio, indictione j. Ego iuro [a] omnibus ciuitatibus ſocietatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniæ, & locis, & domino Opizoni Marchioni Malaſpinæ, & omnibus perſonis prædictæ ſocietatis conceſſiones, & permiſſiones, atque pacta, ſicut in ſcripto [b] pacis inter nuntios domini Imperatoris, & rectores, & nuntios ciuitatum ſocietatis Lombardię facto continetur, firmas tenere: nec ero in conſilio, vel facto vbi aliquid prædictorum minuatur alicui de ſocietate & ſi qua perſona, aut ciuitas, vel loco, aut perſonæ prædictæ ſocietatis, aut iam dicto marchioni auferre, vel diminuere voluerit, eos, vel eas manutenere, & defendere bona fide ſine fraude contra omnes adiuuabo: & omnia præcepta [c], quæ rectores concorditer omnes, vel maior pars [d] mihi fecerint, ſine fraude obſeruabo: & omnia ſupradicta attendam à Kalendis Maij vſque ad triginta annos [e] & in capite vniuſcuiuſque quinquennij, ſcilicet ſi per maiorem partem rectorum requiſitus fuero, renouabo: & hoc totum ſine fraude iurare omnes homines meæ ciuitatis à decimooctauo anno vſque ad ſeptuageſimum, faciam. & hæc omnia faciam iurare conſules, vel poteſtates meæ ciuitatis, & credentias [g] vſque ad illum terminum, qui mihi conſtitutus fuerit per rectores Lombardiæ, & Marchiæ, & Romaniæ, in hoc eloquio.

Die Lunæ vndecimo Kalendas Ianuarij [g] in Placentia in Eccleſia ſanctæ Brigidæ, in præſentia Mirabelli, Gulielmi, Garonij notarij, ibique in eorum præſentia [h] rectores Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniæ, fecerunt prædictum ſacramentum: nomina quorum ſunt hæc: De Brixia Aldericus de Salla. De Verona Vozo iudex. De Bononia Prendeparte poteſtas. De Padua Bazotus. De Nouaria Rogerius Marcellinus poteſtas. De Teruiſio Oldericus de Montello. De Mantua Gulielmus de Azo. De Placentia Bonizo iudex. De Pergamo Albertus de Oſſa poteſtas. De Plebe de Granatina Petrus Collus iudex. De Fauẽtia Gulielmus Butinus poteſtas. De Mediolano Petrus Vicecomes.

a Iurare Imperator ipſe vel per alios quẽadmodum ſoleat.

a ¶ *Ego iuro.* Hic Imperator [a] idem iurat. & ipſe in animam ſuã hic iurare facit: *vt hic. & ſuprà in pace. §. hic itaque.* ſimile ſuprà *de forma fide. c. tibi domino 2.* Vel dic, non iurat idẽ. ſed alius in animã eius: *vt dicto §. & hanc itaque. & hoc innuit l. prox. ibi, inter nuncios. 5.* Vel dic quòd hoc eſt ſacramentum, quod fit per rectores ciuitatum, qui fuerunt in parte principis: *argum. ſuprà eod. §. hæ autem* ſunt ciuitates, & loca ſuperiùs notata. eſt iuramentum, quod fit per ciues ciuitatum ſocietatis Lombardiæ: ſequentia verò ſunt ſacramenta rectorum ciuitatis Lombardiæ, ſeu ſocietatis eorum.

b ¶ *Scripto.* Secundùm hoc habes etiam hic argumentum quòd hæc eſt lex ſcripta: quòd dic vt ſuprà diximus. Odofred.

c ¶ *Præcepta.* Sed quomodo poſſunt præcepta iniungere principi, cum maior ſit, & minor in maiorem non habeat imperium? Reſpon. vt not *ff. de iuriſd. om. iudic. l. eſt receptum.* & ſic [b] Imperator poteſt per actum obligatorium conferre iuriſdictionem contra ſeipſum pro bono pacis. Vel dic veriùs vt modò dixi. Odofr.

b Imperator iuriſdictionẽ cõtra ſeipſum an, & quomodo conferre poſſit.

d ¶ *Maior pars.* quod enim maior [c] pars facit, tota vniuerſitas feciſſe videtur: *vt ff. ad municip. l. quod maior.* Odof. ¶ Nota ergo quòd illud, quòd facit maior pars collegiatorum, ſeu confœderatorum minori parte contradicente, tamen quoad omnes debet haberi: quia omnes [d] collegiati rediguntur ad inſtar vnius corporis. quod eſt notandum, ex his ſcilicet quæ pertinent ad totum corpus ligæ. & illæ, qui eſt notabilior [e], & potentior in liga, ille intelligitur ſuperior ad conuocandum alios argu *ff. de fide inſtru. l. fi. & in ca. 1. de maior. & obe* per Innoc.

c Maior pars quod facit, vniuerſitas feciſſe intelligitur.

d Omnes collegiati vnum corpus efficiũt.

e Cõfœderatos cõuocandi cui ius maximè competat.

e ¶ *Triginta annos.* Quid ergo erit finitis triginta annis? Reſp. de neceſſitate ex integro eſt iurandum: licèt hoc hodie non ſeruetur: non autem dicas tempore hoc elapſo pacem ampliùs non durare, cùm perpetuò, non ad tempus hæc pax concedatur: *vt ſuprà ead. l. §. hanc ergo pacem. vſque ad final. & §. nos Romanorum Imperator.* Odofr. Imò ex hoc colligitur apertè, pacem hanc temporalem fuiſſe: nam perpetuum [f] eſt, quod triginta annis durat: *vt Inſti. de perpe. & temp. actio.* Odofr. imò prima verior: *vt ſuprà eod. § in omni decimo anno.* Nam hæc dictio, *in omni*, perpetuitatem temporis demonſtrat. Vel dic, quòd tempus adiicitur hic iuramento Imperatoris, non conceſſionibus, & aliis capitulis pacis: & hoc teneas. tempus [g] enim adiectum alicui determinabili, determinat ſolum illud, & non aliud, ad cuius determinationem non eſt appoſitum: *vt ff. de contrah. empt. l. qui fundum, Cod. quando dies leg. ced. l. ex his verbis*

f Perpetuũ dicitur, quod triginta annis durat.

g Tempus adiectum, cui adiectum eſt, explicat.

f ¶ *Credentias.* ¶ Nota hic ſi tenes, quòd hic ſit iuramentum Imperatoris: quòd Imperator iurat credentias Lombardorum, & ſocietates eorũ: & quòd eas non pandet ad eorum detrimentum. Idem puto in Lombardis. & eorum fautoribus, quòd hoc idẽ principi iurent, cùm magna ſecreta [h] ab vniuerſis imperio, debeãtur: *vt C. de ope. publ. l. quicunque locus.* & ſecreta regis abſcondere bonum eſt: *vt in Lombar. de his, qui ſecreta regis fraudulenter inquirunt. in fin.* Secreta enim domini ſubditis meritò cõmittuntur: vt arg. *C. de prox. ſacr. ſcrin. l. proximos.* & quòd iurẽt, habes arg. extrà *de iureiurãdo c. ego N. epiſcopus. & ſuprà de noua forma fidel. circa finem.* ¶ Sed quæ dicuntur ſecreta [i], ſiue credẽtiæ? Reſpond. ea, quæ vulgus ignorat: vt argum. *ff. de his, qui deiece. vel effu. l. prima. §. ſumma cum vtilitate.* & amodò ſi [k] contrà faciant, videntur venire contra pacem, & iuramentum ſuum: & ita pace carere debent: vt & aliàs de vaſallo dicitur, qui amittit feudum, ſi credentiam domini manifeſtauerit: *vt ſupr. s.* hic poteſt eſſe titulus, *quibus modis feud. amit. c. 1.* & ſi vltra implorat legis auxilium, qui in eam committit: *vt ff de minoribus l. auxilium.* Odofr. Ex prædictis apparet, quòd ſi anciani alicuius ciuitatis iurauerunt tenere aliquam credentiam, & aliquis eorum reuelat eam in damnũ communitatis, quod debet ab officio remoueri. ¶ Et nota hic quòd quandocunque imponitur hæc pœna remotionis [a], durante officio poteſt cognoſci de crimine. Nam ſi expectaremus finem officij, fruſtra fieret amotio, *vt Cod. ad legem Iuliam repet. l. iubemus.*

h Secreta imperij euulgare ...

i Secreta, ſeu credentiæ quid.

k Secreta imperij, domini, vel ciuitatis reuelantium pœna.

a Remotionis ab officio pœna efficit, vt durãte officio remouẽdi, poſſit de eius crimine cognoſci.

g ¶ *Die Lunæ xj. Kalendas Ianuarij.* ¶ Not. quòd olim notarij ita ſcribebant ratione maioris certitudinis: quia ſi non adiicitur intrante, vel exeunte, eſt dubium: quia quod [b] pluribus modis exponi poteſt, eſt æquiuocum: *vt not. ff. de verborũ obligationib. l. quoties in ſtipulatione ambigua.* Quid ergo ſi inſtrumentum dicit actum vndecima die Ianuarij, & [c] non dicit intrante, vel exeunte menſe? Reſpon. ſi quidem apponit proprium nomẽ diei: putà actum die Lunæ vndecima Ianuarij: ſatis apparet ex ipſa ſcriptura: *vt hic.* Si autem non apponit nomen proprium, poteſt dubitari. Pone enim quòd teſtes dicũt: vndecima die intrante menſe Ianuarij partes fuerunt alibi, ex aduerſo reſpõdetur quòd iſta probatio non concludit de neceſſitate. Quæritur ergo vtrùm dicti teſtes reprobent inſtrumentum? Et videtur quòd non: ſicut debemus [d] ſaluare teſtes, ne in falſum incidant: ita & inſtrumentum, & teſtes. *vt extrà de teſti. c. cùm ita ſit 7.* Item dicta teſtium debent interpretari in meliorem partem: vt not. Innoc. *in c. dudum, 7. extrà de elect.* Item cùm teſtes ſunt inducti ad probandum, & non probant: de neceſſitate debent interpretari contra producentem: *vt extrà de proba. cap. in præſentia. & c. cùm cauſam. de reſcript. & in c. vlt. de conditione appoſita* per her. niſi in cauſa fauorabili: *vt ff. de manu. l. antepenul. & in cap. ex literis. de probationib. & de reg. iur. l. in ambiguis. cum ſimilibus.* In contrarium videtur: quia iſtud inſtrumentum ſecundùm communem vſum tabellionum probat de vndecima die intrante menſe. Cùm ergo probatio reprobetur, ergo reprobatum eſt inſtrumentum. Non enim iſta præſumptio, ſed communis intellectus vulgi. & ideo non obſtat quod not. *ff de pact. l. iuriſgentium. §. quod ferè.* & quod notat Innoc. *in c. innotuit, de eo, qui fur. ordi. recep.* non [e] enim dicitur incertum, quod certam interpretationem ſemper habuit: arg. *ff. de fundo inſtructo. l. cùm de lanionis. §. aſinam.* ¶ Et eſt notandum, quòd ad hoc, vt iſta æquiuocatio ceſſet, in literis Apoſtolicis, apponuntur Nonæ, Idus & Kalendæ, vbi talis æquiuocatio incidere non poteſt: *vt infrà eo. §. fi.*

b Æquiuocũ quid

c Die, vel tẽpore adiecto, finis, an principium eius in dubio intelligatur.

d Interpretatio pro teſte, inſtrumento, & teſtimoniis ſumenda.

e Incertũ non dicitur, cuius ſemper certa fuit interpretatio

h ¶ *In eorum præſentia.* Hic habes argumentũ expreſſum, quòd teſtes debent ſcribi, & imponi prima [f] parte inſtrumẽti: & hoc hodie ſeruant tabelliones noſtri tẽporis. 1. Alij, quòd in fine, vt videãtur interfuiſſe contractui toti. Odof. 3. Tu dic quòd ſi debent ſe ſubſcribere, debent eorũ nomina, & ſubſcriptiones poni in fine: *vt Cod. qui teſta. fac. poſſ. l. hac conſultiſſima §. penult.* ibi dum dicit, *& in fine*, &c. Et hoc patet ex ipſo vocabulo: quia dicit *ſubſcriptio*, non *præſcriptio*. Sic & tabellio debet ſe ſubſcribere in fine, licèt ſignum ſuum poſſit apponere tam in principio, quam in fine. Illud certum eſt, quòd inſtrumẽta debent habere ſuas proprietates. Et per hoc dicunt quidam, quòd [g] imbreuiatura non probat: quia non eſt ibi ſubſcriptio, & ſignum: vt not. Iaco. de Aret.

f Subſcriptio teſtium & tabellionis, an fieri debeat in principio, vel ſine ...

g Imbreuiatura cur non probet.

de Arc *C. de fide inſtru. l. contractus.* per Bart. *ff. de teſta. l. ad teſtiũ. § ſi quis.* & dic vt *ext de fi. inſtrum. c. cum per tabellionẽ & in Authen. vt præponatur nomen Imperatoru. § j. & C. de tabul. l generali lib. x.* Et ſi inueniatur imbreuiatura, an præſumatur imbreuiatura teſtibus lecta: not. *ff. de lega in l. ſideicommiſſa. § j.* & facit, *ff. de milit. teſta. l. Lucius.* Il-

Hæc ſunt nomina eorum [a], qui iurauerunt, vt ſuperiùs legitur, vt dicti rectores iurauerunt: eo excepto, quòd non fuerunt diſtricti facere iurare homines ſuæ ciuitatis. De Brixia, Deſiderius iudex, Martinus de Potenalupis, Pax Confalonerius. De Padua, Guaniphus Achilaone. De Verona, cancellarius Creſcenonum, & Viuianus aduocatorũ. De Teruiſio, Trau ſiuſ de Gualperto. De Pergamo, Lanfrancus. De Mõnancha, Oprandus iudex, Ioannes de Petengo. De Nouaria, Fridericus de Bonon. Michaël Capra. De Mutina, Rolandus de Baiuonte. De Garino, Bunalèllus de Garbonenſibus. De plebe de Granatoria, Gregorius conſul ita iurauit, ſuus rector. De Fauentia, Anteus iudex: anno à natiuitate Domini Mclxxx, indictione prima: & poſtea ſequenti die Martis, xij. Kalendas Ianuarij Armanus de Parma rector idem ſacramentum fecit, vt pridem rectores fecerunt: & Albertus de Theobaldo ſimiliter.

Finit liber de pace Conſtantia.

a Scriptura alia aliã iuuat.

lud est certũ, quòd vna [a] ſcriptura iuuat, & interpretatur aliam: *vt ff. de eden. l. ſi quis ex argentariis. § ſi initium tabularum. & de peti. hæred. l. vtrùm.*

a *Hæc ſunt nomina eorũ.* Dicit quòd non ſunt diſtricti facere iurare homines. Iſte tex. facit ad quæſtionẽ, vtrùm comes, qui habet caſtrum quoddam in feudum, alij teneatur facere ſuos [b] homines iurare. Nam aliquando feudum ſic datur, vt iurent ipſi, & faciant iurare ſuos nobiles, & vaſallos: aliquando de ſuis nobilibus nõ ſit mentio & hîc argu. quòd non teneantur ad hoc, niſi expreſsè caueatur in pactis: quia homo vaſalli [c] mei non eſt propterea homo meus, niſi alias habeam iuriſdictionem generalem: & hoc not in Spe. *de feudo. § quoniam ver. decimoquarto quæritur. & ver. ſeq.* Idem ſacramentum facit, vt prædicti rectores fecerunt. Per iſtum text. probatur apertè quòd ſi tabellio ſcripſit primò dicta vnius teſtis, & poſtea dixit, idem per omnia dixit vt alius teſtis: ſiue ſub eadem die, ſiue ſub alia, nõ eſt vis, quod talis ſcriptura probat teſtes in vnam conſonantiam concordaſſe: licèt aliqui dicant, quòd iſta ſcriptura non valeat propter incertitudinem. Alij dicunt quòd non valet: quia proferunt vnum, & eundem præmeditatum ſermonem. Sed nec prima ratio valet: quia totum videtur repetitum. nec ſecunda: quia quod [d] dicitur de eodem meditato ſermone, habet locum quando teſtes ſunt ſuſpecti, ſecus ſi ſunt bonæ famæ. Vnde ſequitur, quòd per dictos teſtes ſit probatio: *vt not. extrà de verb ſig. c. nihil obſtat. in Nouell.* ¶ In huius fœderis fine, ſeu circa fœderis obſeruationẽ notandum eſt: quia, vt dixi, iſta eſt lex: vt dixi *ſupr in § volumus.* & lex [e] eſt commune præceptum, &c. *vt ff. de legi l. j. & in legibus duabus Gracis eo. tit. & Inſtit de iure nat. § lex.* Vel lex eſt ſermo determinatus ſecundùm communem concordiam ciuitatis, admonens quomodo oportet agere ſingula, ſecundùm Ariſtotelem. Vel lex eſt principalis placitũ: *ff. de conſti. prin. l prima.* & leges ſacratiſſimæ hominum vitas conſtringunt, & ab omnibus ſciri debent: *vt C. de legi. & conſt l. leges.* vnde quilibet leges obſeruare tenetur, ſiue volens, ſiue inuitus: *vt in Lombard. de epiſc. & cleri. l. volumus vt omnibus.* Hanc igitur pacem [f] ſcire debetis, & eam inter alia ciuilia tanquam precioſum, & nobile ius veſtro ſtudio exornare. Pax enim multa bona inducit: diſcordias enim remouet, & tranquillam quietem inducit, ſtatum perſonarum, ac ciuitatum augmentat, honeſtatem affert, diuitias præparat, Dei, ac regum gratiam tribuit, ſuperbiam vniuſcuiuſque excludit, auaritiam cuiuſque repellit, honorem honoratis adiungit, nondum honoratis præparat, ad Deo ſeruiendum animum cuiuſque incitat, fructum affectat expoſtulatum, vel affectum facit acquirere, ſeu naſciſci. argu. *Co. de cadu. tol. in prin. C. de offi præfe præto. Afri. l. nemine. in princ. y collat. & ſuprà in prin. & C. de vete. iur. enu. l. y. § quantamcunque & § omnia igitur, & in Lombar. de ſeditio, contra iu. ciui in l. j. ſin. extrà de treug. & pa. ca. j. in Lombard. vt epiſcopi ſint vniti l placuit. ff. de offic. præfe. vrb. l. prima § quies ff. de adimen. leg. l. quod ſi iterũ. Inſt. in prox in princip. Inſtit. de excu. tu. § inimicitiæ.* Eſt enim pacis cõfirmatio ipſa vera iuſtitia: *vt in Lomb. de fur. l. vindicta.* Oppo. ¶ Quæſtio [a], vtrùm de iſta pace facta Conſtantiæ debeat gaudium, vel feſtiuitas celebrari? & videtur quòd non quia iſta pax fuit adulterina ex parte Friderici, & dato quòd Fridericus eſſet Imperator, fuit nulla ex parte populorum, qui ſubtraxerant ſibi obedientiam. Venio ad primum. Nam iſta pax [b] fuit in feruore diſcordiæ, quæ erat inter eũ, & Eccleſiam: *vt ſuprà, § nos Roma. verſi. ſententia quoque. in verbo, occaſione guerræ, vel diſcordia Eccleſia.* Tunc arguo ſic, Imperator [c] erat anathematizatus (eſt enim anathema [d] excommunicatio ſolennis, nec poteſt eſſe occulta) & ideo iſte Fridericus, tanquam notoriè excommunicatus, non potuit ſe gerere pro Imperatore: quia omnis autoritas publica eſt anathematizatis interdicta: vt no. Inno. *de dolo & cõtu. c. veritat.* & pleniſſimè no. *in c. pia. de excep. in Nou. li. vj.* Sol. quia iſte Imperator fuit depoſitus, & vt ita dixerim, decoronatus: ergo leges eius exoleuerũt: i. eſſe deſierunt: *vt ff de orig iur. l. y. § exactu deinde regibus.* Sed certè fortiſſima ratione iſte Fridericus leges condere non poterat, nec publica iura imperij adminiſtrare: quia erat ſchiſmaticus, & reus læſæ maieſtatis Eccleſiæ, & hoſtis dominæ ſuæ: vnde ipſo facto erat ſuſpenſus ab adminiſtratione: *vt Cod. de hær. Auth. Gazaros ad hæc. C ad leg Iul. maie. l. quiſquis.* & arg. *ff. qui, & à qui l quaſitum. & de accuſ. l. ex iudiciorum. de acq hær. l. Pannonius § rei. Inſt. de hær. quæ ab inteſt. & per contrarium & in c. domino guerram. ſ. hic finitur lex, deinde conſuetudines regni incipiunt. de elec. c. venerabilis. § fi.* Ex his ergo videtur concludẽdum, quòd neque capitula iſtius pacis, neque leges iſtius Friderici poſſunt in iudiciis allegari, etſi quondam fuerit Imperator: arg. *C. de ſacro Eccl. l. decernimus.* Io. Andr. tangit hîc dubium *extr. de ſen c. ex parte.* & dicit, quòd quidam hoc aſſerunt, cùm iſte Imperator fuerit damnatus in Concilio Lugdunenſi. Sed ipſe Ioan. Andr. tranſit [e] ſicco pede, & ſub ſilentio, nolẽs os ponere in cœlum tamen poteſt dici illud verbum *Illa loquebatur, nauem ſoluebat Vlyſſes.* Nam quicquid cantet Eccleſia, etiam volunt benè diſponi: nec bonum eſt ſtare ſemper in guerra, & maledictione: & ideo quod populi acceptarunt: quia veriſimile eſt quòd nondum erat depoſitus, ratum, & gratum fuit hactenus habitum, & ſeruatum, quod in pace continetur. Item non reperitur quòd Henricus ſextus rex Romanorum, à quo fundamentum etiam ſumpſit iſta pax, fuerit depoſitus: ergo valet. *ff. quòd fal. tut. auct. l. j. § idem Pomponius.* Secunda ratio, propter quam non videtur valere pax, erat: quia non valet tranſactio [f] inter dominum, & ſeruum: *vt C de tranſact. l. interpoſitas.* Sed ibi loquitur de ſeruando. nam illa ſeruitus ſuccedit loco mortis antiquæ & in eo talis ſeruus pro mortuo habetur: *vt ff. de cond & demon. l. interdicit.* Sed [g] nos loquimur in ſeruo ab obediendo, qui non habetur pro mortuo, cùm ſit ingenuus: vt no. *Inſt de tu. perſo* per Accur. Ex quibus concluditur quòd iſta pax debuit eſſe læta, & feſtiua: *vt l. j. C. publi. lætitia, vel conſulum lib. xij.* ¶ Deus igitur pacem nobis tribuat lætam, & durabile nomen: & ſi non perfecti operis, ſaltem bonæ voluntatis. Dicit enim Vegetius *ij. de militari diſciplina.* Vnius ætatis ſunt, quæ fortiter fiunt: quæ verò pro vtilitate reipublicæ ſcribuntur, æterna ſunt. O quam magna, & indelebilis fama cui militat honor! Amen.

b Vtrùm ciues omnes alicuius ciuitatis ad iurandum cogi poſſint.

c Vaſallus vaſalli mei meus eſt vaſallus, ſi generalem habet iuriſdictionem.

d Idem & vnus ſermo nõ obeſt teſtimonio teſtium bonæ famæ.

e Lex quid.

f Pacis commendatio.

a Pax, de ea hac confirmatione appellata, & feſtiua eſſe de...

b Pax, de ... hic ... do facta

c Fridericus, ... constitutiones, quas, & alias leges condere potuit.

d Anathema, quid.

e Hæc pax conſtitutione Friderici ... in ... legis pa...

f. Tranſactio inter ſeruũ & dominum non valet.

g Seruorum ... ſeruitute ... ſeruitu: ... liberi ... ſeruil.

F I N I S.

REMISSIONES PETRI BROSSEI, IN QVIBVS VELVTI DIGITO DEMONSTRATVR VNDE, ET QVIBVS EX AVCTORIBVS CVM VETERIBVS, TVM NEOTERICIS ſingularum penè legum ſingulares intellectus, emendationes, & interpretationes peti poſſint.

CODICIS LIBER DECIMVS.

AD hunc librum, & ſequentes duos ſcripſere *Plateanus Penna, Iacobus Puleus, Pyrrhus, Anglebennens, Alciatus, & Cuiacius*: pluréſque alij, de quibus paſſim his libris dicetur.

Titulus 1. De iure fiſci.

Addebant veteres, *& populi*: vt Paul. *lib. 5 ſent. h. t.* qua de re etiam teſtatur Lampridius in Alexandro.

In hunc autem Tit. ſcripſit *Ægidius Boſſ. in tit. de fiſco, & eius priuilegio. fol.* 377. & Cuiacius

Fiſcum malè definit hîc Accurſ. dicitur enim à fiſco, hoc eſt ſacco: vt teſtatur Iſidor *lib.* 20. præterea fiſcus eſt cophinus, ſiue ſporta: eiúſque appellatione non ſacrum tantùm ærarium, id eſt, ſacræ largitiones, ſiue theſauri continentur: de quibus propriè fiſcus dicitur, *l. 3. Cod. de quad praſ.* ſed & priuatum *l. 9. h. t. infrà.* verùm fiſcum hîc potiùs interpretor ipſum principem, qua parte de eius bonis agitur, puta de ſacro ærario, ſacris largitionibus, theſauris.

Notandum autem hîc eſt, quòd *iuris fiſci* vocabulo etiam priuilegium fiſci comprehenditur, vt notatur *in l. Ælianus. ff. de manumiſſ. & in l. 2. C de priuil. fiſci.* qui Titulus an, & quid à noſtro diſter, optimè declarat Cuiacius.

Fiſcus quid ſit, Lucas à Penna *numero* 7. vnde dicatur. An & quomodo differat à Republica optimè Bartolus hîc.

l. Si priuſquàm. 1.

Huius legis inſcriptio ſic ex manuſcriptis libris reponenda eſt: Impp Seuerus, & Antoninus AA. Attico, & Seuero. Quod ad materiam huius legis attinet, vide Rip. *ad l ſi debitor, num. 7 ff de pignor.* Hanno de Cano *ad l. poſt contractum ff. de don. num. 44. 45. & 47* Camil. Viſit *ad l. j ff ſolut. matr. num.* 41. Vide Corſetum *ſingulari, actio hypothecaria* præter quos etiam adde Ægid. Boſſ. *in tit. de fiſco, & eius priuil fol.* 377.

Fiſcus an habeat tacitam hypothecam ſine traditione: An ille, qui ex adminiſtratione retinet pecuniam, dicatur obligari ex delicto: An filius arrogatus habeat querelam inofficioſæ donationis: An legitimatus habeat quaſi Caluiſianam: An filius teneatur ſtare colono. vide Bald. hîc plubus hæc explicantem.

l. Inſtar rei. 2.

Coraſius *lib 2. miſcel. cap.* 21. Hac autem lege dicitur tabularios computare non poſſe, cùm vera computent, etiamſi illorum computatio non ſit firma.

Tabularij autem eorum, quæ publico inferuntur & debentur, rationes conficiunt. *l. j. & l. ff 2. de exact. tribut. l. j. infrà, de conſ.*

Cõputatio quid ſit optimè hîc Accur declarat. An hæc lex habeat locum in cõputatione iudicum, in officialibus aliarum Eccleſiarum. An ſententia lata per delegatum poſſit per ſuperiorem approbari, vide Bart. hîc

Tabularis.

Tabularij qui, & quod ſit eorum officium optimè Accur. perperàm autẽ dicit, Tabularios non poſſe computare, cùm reuera computent, tametſi eorum computatio non ſit firma, niſi comprobata ſit ſententia Rationalis.

Inſtar vnde dictum ſententia quid, & an ratihabitione confirmetur ſententia excommunicationis Lucas à Penna hîc.

l. Si minori. 3.

Quando fiſcus vendit rem debitoris, quæ requirantur, vide Bart. hîc.

Fiſcus, & Eccleſia an æquiparentur, Bald. hîc.

Pretio.

Pretium propriè venditionem reſpicit, Lucas à Penna hîc.

Fraude.

Fraudis acceptio quotuplex ſit, Lucas à Pẽna hîc.

l. Certa. 4.

Forcatul *necyomant. dialog* 18.

Quid ſit *metrocomiæ*, ignorat prorſus Accurſius. Sunt enim coloni, qui ex vna ciuitate in aliam migrant iuſſu principis. Perperàm autem hîc legitur, *metrocomiæ*: verum *metrœcæ* legendum eſſe docet hîc Alciatus.

Suidas autem *metrœcos* dici eos tradit, qui extra patriam habitant, quem conſule: horum etiam meminit Menander, & Ariſtophanes: hac de re, vide Budæum in annot. *in Pand. pag.* 243.

l. Prohibitum. 5.

Concordat cum hoc textu, *cap. ex literis. cum Gl. ſuper verbo, irrita. extrà, de offic. delegato.*

Cæſarianis.

Qui illi ſint, ſatis conſtat: ſunt nempe officiales procuratoris, qui & Catholicani dicuntur *l. pen. §. vlt. C. de bon. praſcript.* nam & ipſe procurator Catholicus ſæpiſſimè à Græcis nominatur. de his etiam Cæſarianis meminit *l 7. h. t. in fine.*

l. Iuſtas etiam 6.

Hæc lex ad eas actiones, quæ mouentur poſt tempus legitimum, pertinet: non ad eas quæ mouentur antè.

l. Defenſionis. 7.

Quòd defenſio voluntaria tolli poſſit per ſtatutum, declarat Innocent. *in cap cùm inter. extrà de except.* ſecùs autem in defenſione neceſſaria. Qui autem conditionales ſerui vocentur hîc, declarat hîc D Godof.

An facultates poſſint aliter probari, quàm per teſtes, notat hîc Bald.

l. Qui in contractibus. 8.

Interuerſores qui dicãtur, neglectis iis, quæ ab Accurſio dicuntur hîc dic eſſe adminiſtratores, qui dolo malo dilapidant rẽ, pecuniamve fiſcalẽ.

Hæc autem lex deſumpta eſt ex Cod. Theodoſiano *lib.* 10. *tit.* 1. *leg.* 10.

An puniatur doctor ex certa ſcientia falſum conſulens, vide Bald. hîc.

l. Super creandis. 9.

Hæc lex repetitur in Codice Theodoſiano *hoc eod. tit. l.* 17. Pabulum quid ſit, videbimus infr. de annonis: malè autem ait Accurſius hîc optionem eſſe genus exactorum publicorũ, cùm potiùs ſit erogatio militaris annonæ: qua de re vide hîc Alciatum, & Cuiacium *lib. j. obſeruationum. cap.* 33.

Irenarcha.

An, & quomodo creẽtur irenarchæ, vide *l. j. C. de irenarchis. & l diuus. ff. de cuſto. reo.* vbi qui dicãtur irenarchæ, definitur An cõſuetudo in electionibus generaliter ſit ſeruanda, vide Barto. *nu. j.* & an inducta patiente principe videantur inducta ex certa ſcientia, vide Bald. hîc *num. j. & ij.*

l. Eorum. 10.

Hoc vult hæc lex, quod bona delinquentis mortui non pertinent ad fiſcum, niſi viuens fuerit condemnatus, vt ait Gloſſa.

An reus, antequàm condemnetur poſſit bona ſua liberè adminiſtrare, vide Bart. *in l. poſt contractum. ff de donation.*

l. Omnis. 11.

Hæc eſt verſio Græcæ conſtitutionis, ex collectione Antonij Auguſtini, quæ deſideratur in quibuſdam exemplaribus.

Ex hac lege conſtat quare *in l. properandũ. C. de iudiciis.* exceptæ fuerint cauſæ fiſcales: cuius ratio hæc eſt: quoniam ſcilicet cauſæ illæ intra ſex menſes finiendæ ſunt, vt tradit hæc conſtitutio: excipitur tamen niſi vel rei neceſſitas, vel perſonarum aut inſtrumentorum cauſa longiorẽ moram exegerit: at cauſæ, quæ pertinent ad publica munera, de quibus illa lege tractatur, intra tres menſes finiendæ ſunt.

Titulus 2.

De conueni. fiſ. debitor.

Tractatur hoc titulo de conueniendis fiſci debitoribus, quoniam ſpecialia, & communia quędam priuilegia habent.

Debitor quis dicatur. An debitor, & creditor ſint correlatiue: an quis, & quo caſu dicatur creditor, tradit hîc Lucas à Penna vide comment. Cuiac. in totum hunc tit. *tom.* 3.

l. Non iniuſta. 1.

Quæ ſit differentia inter fiſcum, & priuatũ in cõueniendo debitore debitoris, præter hîc dicta ab Accurſio, adde gl *in l. j. C. quando fiſc. vel priua.*

Fideiuſſor obligatus pro adminiſtratione publici negotij, non conuenitur niſi priùs principali requiſito, vt hîc tradit gloſſ. adde Bart. hîc.

An indemnitatem quis pro ſeipſo promittere poſſit, vide Luc à Penn. pluribus hæc explicãtem.

An, & quo iure fiſcus agat contra debitorem debitoris, vide hîc Bald.

l. Fiſco quidem. 2.

Hæc lex vult, vt debitor non antè liberetur, quam apochę exactoris tabularius ſubnotauerit: exactores etenim dabant apocham: Tabularij ſubnotabant, & ſubſcribebant.

Inſtrumẽtum à tabellione ſubſcriptum an dicatur completum: an, & in qua parte teſtamenti teſtes ſint nominandi, an, & quomodo inſtrumenta facienda ſint, vide hîc Luc. à Penn. Exactor quis dicatur tradit hîc Lucas à Penna *num.* 6.

l. Quoniam. 3.

Si diuiſa ſit adminiſtratio à iudice, vel ab eius officialibus, quis primò conueniendus ſit, declarat hîc D. Godof.

An priùs deueniatur ad collegã, quàm ad nominatorem, vide hîc Gloſ. in litera y & Bartol. & Bald. Collega an, & qua actione conueniatur. An plures adminiſtratores poſſint conueniri eodem libello, vide Bald. hîc *num. 7. & 8.*

l. Hi, qui fiſco. 4.

Fruſtratio hîc ſumitur pro tergiuerſatione, ſeu moroſa dilatione, fruſtrari etenim idem eſt, quod decipere & eludere. Creditorem adimplere multis in locis rectè dicitur pro creditori ſoluere, & ſatisfacere, *& in l. cùm poſt. §. vlt. ff. de adminiſtrat. l. vlt. ſuprà, de teſtam. manu.*

An terminus in allegationibus iuris poſſit per iudicem præfigi. An iudex in allegationibus facti ſupplere poſſit, vide hîc *Luc. à Penn. num. 3. 4. 5. 6.*

l. Inter chartulas. 5.

Confiſcati. in Cod. Theodo. erat *deportati*: ſed

Tribonianus elegit nomen generalius.

Breuis. Galli dicunt, *vn briuet, ou dicton.* vtuntur hac voce frequenter libri βασιλικῶν: dum rationes voluminum, vel corpora rationũ ſignificant: quæ quidem ſola fidem non faciunt, vt teſtatur *in l. inſtrumẽta de probat.* huius etiam vocis meminit Zonaras in Carthaginenſi conſilio, [illegible]. Hoc vult hæc lex, quòd ſcilicet ſcriptura propria non facit fidem. qua de re vide Bald. *in l. bonæ fidei. C. de reb. cre.* Bar. *in l. nuda. ff. de donat. & in l. contractus. ſuprà, de fide inſtrum.* An valeat ſcriptura, quæ non habet diem & conſulem. An tabellio ſuum inſtrumentum poſſit conficere, tractat hic Bald.

Titulus 3.
De fide, & iure haſtæ fiſc.

Perperàm antea legebatur, *de fide inſtrumentorũ.* cùm in C. Theod legatur, *de fide, & iure haſta, &c.* perperàm etiam antea legebatur *addictionibus* verùm rectiùs *adiectionibus.* Sunt autem adiectiones licitationes, qua de re tractat Bart. *ad tit. de commiſſoria.* vide etiam hic Cuiac. de haſta vide Feſtum, vnde haſtarium locus, in quo venduntur bona proſcriptorum. Haſtę autem ſignum eſt pretij, vt teſtatur Tertullianus in Apologetico. vnde Haſta fiſcalis dicitur *in l. 8. lib 8. Cod. tit. 26.* De hac haſta meminit Cicero *lib. 12. epiſt. ad Attic. epiſt 3.*

l. Quod in libellum. 1.

Antea hæc conſtitutio erat Alexandri: verùm *Anthonini* ex manuſcriptis reſtituimus.

Malę fidei poſſeſſor tenetur per ſe de percipiendis fructibus neceſſariis: vtiles verò per deductionem retinet: *vt in l domum. ſuprà, de rei vindic* non officit tamen. *l. ſi fundum eodem illo tit.* quæ dicit, malæ fidei poſſeſſorem de perceptis fructibus teneri: ea enim non eſt mens, nec ſententia legis.

Quis ſit, qui habeat ius vẽdendi res fiſcales vel debitores fiſci. An procurator fiſci debeat vẽdere rem præsẽte prætore, an verò poſſit habere fidem de pretio. An & quomodo dicatur quis habere fidem de pretio. An, & quot requirantur ad hoc, vt valeat venditio rei fiſcalis vel debitoris fiſci, vide Bart. hic

l. Duplex ratio. 2.

Iohan Robert *lib. 1. recep. iur. ciuil lect. c. 32.* Quid ſit inutilitas, adde *l. vlt. in § ff. de ſeruit. & aqua l. 1. §. hac autem. ff. depoſit.*

Hac lege continetur caſus, in quo res vendita retrahitur: quando ſcilicet in venditione debita ſolennitas non eſt ſeruata.

In vtilitatémq; Hic obiter obſeruabis legẽdum eſſe vna dictione, *Inutilitatémque* motus authoritate Cuiacij, qui in *l. 1. §. hac autem ff depoſiti* hãc vocem ſic reponendam eſſe exiſtimat: quæ lectio vera, & genuina eſt *in l. vlt. Cod. de ſeruit. & aqua.* Venditio, quæ caret vna ſolennitate, vel pluribus, an valeat, vide Bald. hic *num. 1.* & Bart *num. 1.*

l. Etſi. 3.

Continetur hic ſpeciale fiſci priuilegium, vt ſcilicet emptio fiſco facta. & alia, quæ requiruntur ad acquiſitionem dominij, poſſint probari ſine ſcriptura: quaſi diceret nõ poteſt metuere ſibi inferri controuerſiam is, qui rem à fiſco pro eo, quod inſtrumentum emptionis non apparet, ſi tamen de ipſa emptione, traditione, & ipſa pretij ſolutione docere poſſit.

An fiſcus vendens fidem de pretio habere poſſit. Bart. hic.

l. Si tempora. 4.

Quæritur hic an admittatur quilibet veniens intra tempus in ſubhaſtatione ſtatutum, etiam ſi res alteri iam fuerit vendita, quibuſve caſibus hoc locum habeat, vide Gloſſam hic.

Fiſcalibus auctionibus, vel. Hæc duo verba abſunt à veteribus exemplaribus.

An, & quæ ſit ſubhaſtationis, & pacti in diem addictionis differentia. An, & cui cedant fructus rei ſubhaſtatæ medio tempore percepti, vide hic Gloſſam.

An ſubhaſtatio in alienatione rerum pupilli ſit neceſſaria, néc ne Lucas a Penna hic *num. 10.*

De materia ſubhaſtationis, vide gloſſam *in l. creditor. Cod de diſtract. pignor.* Bald & Angel *in l ſi. Cod. de iure dot.* an, & quę ſubhaſtationis forma ſit, vide Bald. *in l. licitatio in princip. ff. de public.*

l. Quæcumque. 5.

Ex hac lege conſtat, quæ ſit vis, & fides haſtæ fiſcalis, de qua in Rubrica diximus. ſi enim ritè, & congruè facta ſit, conuelli minimè poteſt nec reſcripto principis, nec beneficio ætatis, nec vlla denique alia ratione: niſi tamen minor fuerit indefenſus *l. vlt. Cod ſi prop publ. pen.* minor etenim reſtituitur, ſi fiſcus vendidit rem minoris vt ſuam vel vt minoris obligatam ſibi ſine eius tutore, vel curatore: quòd ſi eã eius tutore, vel curatore autore vendidit, tunc minor non reſtituitur: & hoc pacto conciliantur variæ leges, quæ inter ſe diſcrepant: *vt l. vlt. C. ſi aduer fiſ. l. vlt. C. ſi propt public. penſit. l. 1. de fund. patrimo. l. imperatoris. ff. de pub.*

l. Si qui. 6.

Proſcriptio eſt exilij procul damnatio, quaſi porrò ſcriptio. inde proſcriptus, quaſi palam ſcriptus, Iſidor. *lib. 5. c. 27.* fit de futura auctione propoſitis libellis in celeberrimis vrbis locis in hæc verba, Ille debitor noſter in ea cauſa eſt, vt bona eius diuidi debeant, nos creditores patrimonium eius diſtrahimus cuicumque emere volet. Theoph. in tit. *de ſucceſſ ſub.* Godofr. *in l. iubemus. C. de def. ciui.* vt teſtatur Cicero pro Quintio. *l. vlt. ff. de delato. l. penult ſuprà, de defens. ciuit.* Quinque autem exiguntur in auctione fiſcali. proſcriptio nẽpe, auctoritas procuratoris, haſta, præco, quæſtor, addictio, quæ fiat iuſto precio.

Proſcriptio quid: & quando primùm cœperit, Lucas a Penna hic planè. *7. epiſt. 21.*

Obiter hic notandum eſt, quòd hæc lex non procederet in priuato emente à priuato. ſecundùm gloſſam hic cui adde Bart. *in l. licitatio. §. fiſcus. ff. de pub.* & Bald. hic.

l. Si alicuius. 7.

Hæc itidem eſt conſtitutio Græca ex collectione Antonij Auguſtini, quæ abeſt in pleriſque exemplaribus.

Titulus 4.
De venditione rerum fiſcal.

An venditor abſque peccato laudare poſſit rem, quam vendit. & quæ priuata dicantur, tradit hic Lucas a Penna.

l. Forma. 1.

Fiſcus ratione partis poteſt vendere totũ. Cagnol. *ad proœm. ff. numero 3.* Aretin. *conſilio 38. quia multa. col. 2.* Cotta *in memorab. in voce, lecta ad fi.* Bald. *lib. 3. conſ. 150.* Forma autẽ hic accipitur pro regula: vt optimè notat hic D. God. Fiſcus poteſt ſolidum vendere inuito ſocio: ſed pars pretij ſocio reſeruanda eſt *l. 2. C. de com. rer. alie.*

Titulus 5.
Ne fiſcus rem, quam vendidit, euincat.

Tractatur hic de euictione, quæ ſanè præſtari non debet à fiſco. De euictione autem ſuo loco dicemos. vide Cuiac. in hunc tit. *tom. 3.*

l. Grauiſſimum. 1.

Stationes ſunt manſiones, in quibus officia fiſcalia conſiſtũt: de quo vide Cuiacium hic, *l. 1. ſuprà, de compenſationibus. l. 25. ſuprà, de ſolutionibus.* Iuuenalis *Satyr. 2.* Aulus Gell. *lib. 13.* plura vide apud Cuiacium *lib. 2. obſ. cap. vlt.*

l. Retractare. 2.

In ſumma hæc lex vult, quòd fiſcus retractare non poteſt ea, quæ ſemel vendidit: ratio eſt: quoniam hoc nec honeſtum, nec æquum eſt: ſed quoniam totius huius legis vis conſiſtit in verbo, *retractandi*: quid ſit retractare, vide Lucam à Pen. hic *num 1.*

Conſtitutio autẽ hæc locum non habet quando bonorum actores venierint: *vt in l. bonorũ ff. de iur. fiſ.* ratio eſt: quoniam cùm hi nouerint omnia, quæ ad bonorũ rationem ſpectant, euertitur planè, & perturbatur ratio omnis eorum diſtractione. quapropter rectè *in l. vlt. ff. de off. praſ.* dictum eſt actoris amiſſionem ad totius domus euerſionem pertinere: adiunge *l. interdum ff. de public.*

Titulus 6.
De his, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt.

Quoniam conſtat quòd quæ publica ſunt publicis, non priuatis vtilitatibus deſeruire debent: *vt in l. 2. hoc titulo.* Sed quia nonnulli adminiſtrationem rerum publicarum interuertunt, & pecuniam reipublicæ fœnerantur, ideò de hoc tracta: Lucas a Penna. vide Cuiac. commentaria in omnes leges huius tit. tom. 3.

l. Si quis ab. 1.

Arcarij, qui ſint, vide *tit. de ſuſceptorib.*

Hoc vult hęc lex, quòd qui pecuniã mutuã ab officialibus fiſci accepit, teneatur in quadruplũ.

An in quadruplo inſit ſimplum, præter hic dicta ab Accurſio, vide Bart. hic, & Bald. *ibidem n. 1.*

l. Sciant omnes. 2.

Continetur hic pœna eorum, qui aurũ fiſcale ſine principis licẽtia aut mutuò ſumpſerunt, aut dederunt: hæc autem lex deſumpta eſt ex Cod Theodoſ. *lib. 10. tit. 24. l. 2.* Occultè, & clàm fieri, an, & quid dicatur, præter hic dicta ab Accurſio, adde Gl. *in l. non intelligitur. §. tacita ff de iur fiſc. & in extrauagant. qui ſint rebelles. in verbo occultè.* vide etiam Corſetum *ſingul. occultè.* adde Tiraquell. *de pœnis, cap. 11. numero 14.* tractat etiam hic Lucas a Penna *numero 6. & 12.* Bart. *hic numero 1.* An, & quãdo quid dicatur clam, vel occultè factum, vide per Bart. *in l. fin. de præd. curial.* & quod magis puniatur, vide Bart. *in l. 2. § generaliter ff de vi bon. rapt. verſ. fin. & in l. ſi olei. ff. locati.*

Titulus 7.
Pœnis fiſcalibus creditores præferri, &c.

Qui creditores præferri dicantur, [illegible] hic Lucas à Penna. quid autem ſibi velit hæc vox, præferri, vide eundem. vide Cuiac. comment. [illegible]

l. Rem ſuam. 1.

Huius legis talis effingi poteſt ſpecies. Debebat mihi quis 10. ex cauſa mutui, qui ſe [illegible] alicui contractui in fraudẽ fiſci, & ſic tenebatur in quadruplum, vt vidimus *in l. qui [illegible] ſuprà de iur. fiſci.* nunc verò bona eius non ſufficiunt fiſco, nec etiam mihi, quæritur hic quis ſit præferendus. Verùm optimè hic reſpõdet Imperator, quòd in quadruplo, quod debetur fiſco, triplum eſt pœna, ſimplum eſt rei perſecutio: ſic ergo fit, vt in perſecutione fiſcus pręferatur mihi: ſed in pœna præferat ego fiſco. *l. in ſumma. l. quod placuit. l. Statius. §. vlt. ff de iure fiſci.*

An certanti de damno vitando magis faueatur, quàm certanti de lucro captando: An, & quãdo, & quatenus habeat tacitã hypothecam in bonis delinquentis: adde Gloſſam *in l. reſcriptum. in verbo, hypothecas. ff. de pactis.*

Fiſcus, vide Lucam a Penna hic, & Bart. *num. 1.*

Titulus 8.
De fiſcalibus vſuris.

Tractat hæc rubrica de vſuris, non quidem de omnibus: ſed de fiſcalibus tantùm. Verùm quod ad tractatum vſurarum attinet. vide Ioan. Andr. *in regula, peccatum. extrà de regulis iuris in ſexto*

Obiter autem hic notandũ eſt, vſuram non cõpendium: ſed impendium dici: vt optimè notat D. Gothof *in l. Titiũ. 47. §. Lucius. ff. de adminiſt. tutor.* vide Cuiac. *lib. 10. obſer. cap. 36.* qua de re etiam Varro *lib. 5. de lingua Latin. pag. 30.* An & quid ſit vſura, tradit hic Lucas à Penna *numero 2.* quando, & quatenus debeatur, vide Weſembe. *Tit. ff. de vſur.* vbi plura de hac materia dicemus. vide comment. Cuiac. *tom. 3.*

Scripſit etiam tractatum de vſuris Harmenop. *lib. 3. tit. 7. de vſuris.*

l. Eius ſummæ. 1.

Hæc lex in ſumma vult quòd vſuræ pœnarum non debeantur: ratio autem hæc eſt, cum vſuræ ipſę, veluti pœnæ quædã ſint, iniquum ſanè videretur pœnam pœnæ adiicere. hic etiã vſura vſuræ non eſt: hoc eſt vſuræ vſurarum non debentur: vt notat Cuiac. *lib. 3. obſ. c. 39. l. placuit. 29. ff. de vſuris l. vlt. C. eod ſic l. ſi non fortẽ. §. 1. ff. 1. de condic. indeb.* hic etenim infamia notatur: *vt l. improbum. ff. eum ex quibus caſib. infami.* ibi enim improbum fœnus appellatur, vſuras vſurarum exigere: hac autem de re vide Spec. *de fenꝰ §. 2. verſ. 1 & quarta ſpecies* vbi hæc quæſtioſiſſimè explicatur.

Conn[illegible]

Coniunge autem cum hac l. legem vltimam. *ff. de magiſtrat. conuen.*

l. Si ſub pignore. 2.

l. Fiſcum. 3.

Fiſcus non vtitur iure ſpeciali in exigendis vſuris, ſed ſtatutum vſurarum modum ſeruat: vt optimè notat hic Gloſſ.

Titulus 9.

De ſententiis aduerſus fiſcum latis retractandis.

Vide comment. Cuiac. tom. 3.

l. Cauſas. 1.

Res iudicatæ non facilè retractantur, nec vlla ſatis eſt probabilis retractationis ſpecies: in re tamen fiſcali ex cauſa retractatur intra triennium, & poſt triennium, ſi præuaricatio, aut manifeſta fraus arguatur. *l. 1. ff. de iure fiſci.* vel inuēta ſint inſtrumenta noua *l. Impp. ff. de re iud.*

Titulus 10.

De bonis vacantibus.

Vide hic Cuiac. comment. tom. 3.

l. Scire. 1.

Quæ perſonæ fiſcum excludant, declarat hic Gl.

l. Si quando. 2.

Hæc lex pertinet ad incorporationem rerum: hoc eſt ad ſecundam partem huius Tituli.

l. Si quando. 3.

l. Vacantia. 4.

Ius ſanguinis eſt ius cognationis, non agnationis. *l. qui in adoptionem. ff. de adoptio l. iura. ff. de reg. iur.*

l. Si vacantia. 5.

Titulus 11.

De delatoribus.

Delator quis dicatur, optimè Cuiac. hic.

l. Si & qui. 1.

Loquitur hæc lex de capacitate, & incapacitate hæredis: qua de re vide *l. non intelligitur. §. quando. ff. de iure fiſci.*

l. Monente. 2.

l. Nulla. 3.

l. Ex varia. 4.

l. Omnes iudices. 5.

Delatoribus lingua euellebatur: *vt l. 1. C. Theo. l. pen. & vl. d. tit.* Hoc etiam in Codice inuenitur ſtatutum in odium delatorum, vt ſi idem delator etiam in bonis cauſis tertiò fuerit inuētus, ... puniatur *l. 12. 13. 28. Cod. Theod. eo tit.*

l. Seruum Domini. 6.

l. Neque. 7.

Hæc lex eſt ex collectione Ant. Auguſt.

l. Ne liceat. 8.

Hæc lex deeſt in quibuſdam exemplaribus.

Titulus 12.

De petition. bonorum ſublatis.

Prohibet hoc Titulo Imperator, ne quis bona ad fiſcum pertinentia petat ſibi concedi. vide Cuiac. comment. *tom. 3.*

l. Quiſquis. 1.

l. Omnem. 2.

Titulus 13.

De his, qui ſe deferunt.

Si quis incapax vltrò ſe deferat fiſco, partem ... iquam retinet, quæ præmij loco ei relinquitur. ... de tom. 3. comment. Cuiacij.

l. Is, cuius. 1.

Titulus 14.

Si liberalitatis imperialis, &c.

In Cod. Theod. aliter hic titulus cōceptus eſt, declarat hic Cuiac. vide Cuia. in hūc tit. *tom. 3.*

l. Iubemus. 1.

Inter ſocios liberalitatis imperialis, etiā inter ... ios, eſt locus iuri adcreſcendi etiam poſt domi- ... Cod. lib. poſt.

nium vtriuſque quæſitum De hoc textus quando procedat, & in quo principe, & quādo ſine hęrede dicatur quis decedere Iaſ. & Scrib *ad l. ſi mihi & Titio. ff. de ver. obli.* Soc. Iun *poſt Curt.* Crot. Alex. & Bald. *conſ. 73 pulchra col. 2. & ſeq. lib. 1. & conſ. 91. num. 1. volum. 4* Bart. & alij *ad l. ſi duo patroni ff. de iureiur.* Adde quod Iaſon *ad d. l. ſi mihi & Titio n. 6.* in fine ait, communem eſſe, quod iſte textus locū habeat in feudis, vel emphyteuſi cōceſſa a principe non recognoſcente ſuperiorem: & idem Iaſ. *ad l. re coniunctis. num. 179.* Soc. Iun. *d. conſ. 79. lib. 1.* vbi de communi, cui ſubſcribit Manſua, & Arrigutius: vt videre eſt inter conſ. Mantuæ 157. Contra tamen iſtam cōmunem quod non habeat locum iſte textus in feudo conceſſo à principe ſupremo. eſt conſ. Coro. 196. *col. 2. num. 6. lib. 2.*

Titulus 15.

De Theſauris.

Theſaurus eſt, teſte Caſſiodoro, depoſitiua pecunia, quæ lōga vetuſtate competentes dominos amiſit vide Cuiac. comment. *tom. 3.*

l. Nemo. 1.

Forcat. *necyoman. dialog. 54.*

Titulus 16.

De annonis.

Annona, in quo conſiſtat, optimè declarat hic D. Godo. & Cuiac. in ſuis cōm. ad hunc tit. *tom. 3.*

l. Vacantes. 1.

Hæc eſt conſtitutio Græca ex collectione D. Antonin. Auguſtini.

l. Æs quidem. 2.

l. Indictiones. 3.

Indictionis nomine continetur tam annonaria, quam tributaria functio.

l. Omnes. 4.

l. Omnes omnino. 5.

l. Pro locis. 6.

l. In fraudem. 7.

l. Nemo. 8.

Agitur hic de manſionibus: qua de re optimè Cuiac. hic.

l. Mediterraneæ. 9.

l. Obſiſtere. 10.

l. Iudices. 11.

l. Id ab vnaquaque. 12.

l. Si prouincia. 13.

Titulus 17.

De indictionibus.

Fallitur hic Accurſius, cùm ait indictionē idē eſſe, ac ſuperindictū: cùm tota natura diſſideant. ſuperindictum enim eſt augmentum indictionis. vide Cuiac. tom. 3. comment.

l. Omnes. 1.

l. Particulari. 2.

Titulus 18.

De ſuperindicto.

Superindictum eſt indictionis augmentum. vide Cuiac comment. *tom. 3.*

l. Nihil. 1.

Titulus 19.

De exactoribus tributorum.

l. Ducenarij. 1.

Ducenarij, & centenarij, qui ſint, declarat hic Accurſius: de quo vide Dionem *lib. 53.* eorūmque priuilegia declarat hic Cuiac.

l. Nemo. 2.

Antonius Roſcius *lib. 3. memoral. caſ. 12.* Plūbatarū antè verbera quid ſint, vide hic apud Cuiac.

l. Quoties. 3.

l. Actores. 4.

l. Apparitores. 5.

l. In fiſcalibus. 6.

De arca quæſtoria vide hic Cuiacium.

l. Miſſi. 7.

Optionatores, qui dicantur, optimè declarat hic D. Godof. poſt Accurſium.

l. Si diuina. 8.

Metrocomia hic malè accipitur ab Accurſio: ſi quidem metrocomia eſt inter viros: ſicut metropolis inter vrbes.

l. Ne exactorum. 9.

Hæc conſtitutio deeſt in quibuſdam exemplaribus: & huic derogat Nou. 128.

Titulus 20.

De ſuperexactionibus.

Prohibet ſuperexactionem: hoc eſt ne exactores plus debito exigant. vide Cuiac. in hunc titu. *tom. 3.*

l. Quidquid. 1.

Titulus 21.

De capiendis, & diſtrahendis pignoribus.

Vide Cuiac. *tom. 3.*

l. Res eorum. 1.

l. Satis ſit. 2.

Titulus 22.

De Apochis.

Conſule in hunc tit. Cuiac. comment. *tom. 3*

l. Ad inferiorum. 1.

l. Semel. 2.

l. Quicumque. 3.

Qui oſtendit ſe tribus proximis annis ſoluiſſe, retrò ſoluiſſe præſumitur niſi contrarium probetur: vide Luc. de Pen hic, Iaſon. *ad l. 1. num. 30. ff. de offi eius. & ad l. 2. Cod. de iur. emphyt.* Greg *in tract. de penſio. q. 18.* Alex. *conſ. 105. lib. 3.* Crem. *not. 79. viſus tibi in addit.* vide pulchrè, & latè pro declaratione, & limitatione ad hunc textum Gramma. *conſ. 315* Rot. *deciſ. 304. in nouis.*

l. Securitatibus. 4.

Hanc legem optimè emendat Cuiacius hic.

Titulus 23.

De Canon. largit.

Quid ſit Canon, optimè declarat hic D. Godo vide etiam Cuiac. comment. tit. tom. 3.

l. Omnem. 1.

l. Neque ſacratum. 2.

l. Præcepit. 3.

§. Illud etiam. 1.

l. Præcipimus. 4.

Titulus 24.

Ne operæ.

Vide tom. 3. Cuiac. hic.

l. Operarum. 1.

Titulus 25.

De immunitate nemini, &c.

In hunc titulum ſcripſit Fornerius *lib. 1. ſelect. cap. 10.* & Cuiacius.

l. His noſtræ. 1.

l. Per Bythiniam. 2.

Titulus 26.

De conditis in publicis horreis.

In hunc tit. vide comment. Cuiac. *tom. 3.*

l. Omnia. 1.

Forcat. *in pen. iur. cap. 9.* Menoch. *lib. 1. de arbit. iud. q. 8 num. 29.*

l. Cùm ad quamlibet. 2.

l. Nulli poſthac. 3.

Titulus 27.

Vt nemini liceat in emptionem ſpecierum ſe excuſare, & de numero Sitocomiæ.

Species dicuntur, quæ ad annonam pertinent: vt vinum,

vt vinum, oleum, frumentum: coguntur autem prouinciales vẽdere fiſco ſpecies annonarias publico vſui reſeruandas: atque huius coemptionis munus vocatur Sitonia ἀπὸ τῦ σίτου. In hunc Titulum vide Cuiac. *lib. 1. obſe. cap. 35.*

l. Quoties. 1.

Deſiderari hic conſtitutiones duas, declarat Cuiacius.

Titulus. 28.

De collatione donatorum, ſeu adæratorum.

Adærare multis in locis extat, & nullibi rectè intellectũ. Accurſius etenim hoc in Titulo ait adærationẽ eſſe æris præſtationem. ego autem adærare idem eſſe cenſeo, quod ęre æſtimare: vt optimè etiam not. hic D. Godof. quod ab ære deductum eſt, quodque ſine aſpiratione legi debet, licèt in quibuſdam exemplaribus aſpiratum legatur vide Cuiac. comment. in hunc tit. *tom. 3.*

l. Diſpoſitionem. 1.

Titulus 29.

De collatione æris.

Quæ prouinciæ æs fiſco inferunt, hæ poſſunt pro ære aurum præſtare, ſecundùm taxationem hoc titulo factam, vt pro 20. libris æris, vnus auri ſolidus pendatur. vide Cuiac, comment. *tom. 3.*

l. Æris pretia. 1.

Titulus 30.

De diſcuſſoribus.

Qui dicantur diſcuſſores, vide hîc Cuiac. comment. tom 3.

l. Quoties. 1.

Æſtimator malè æſtimans punitur ipſe.

l. Ne caſu. 2.

Hoc dicit breuiter nihil nocere ſecuritatum amiſſionem: ſeruari enim illationum fidem poſſe ex rationibus, & regeſtis publicis, vide Cuiac. *lib. 4. obſ. cap. 27.*

l. Per ſingulas, 3.

Titulus 31.

De decurionibus, & filiis eorum.

Vide ſummam Aſonis in hoc Titulo, & Cuiac. comment. tom. 3. in ſingulas huius tit. leges.

l. Si cùm te. 1.

l. Obſeruare. 2.

l. Cùm decurionatus. 3.

l. Cùm adoptiuum. 4.

Torqueri an quis poſſit pro leui delicto, declarat hîc Bald.

l. Filios. 5.

l. Expertes. 6.

l. Licet. 7.

l. Infamia. 8.

l. In albo. 9.

l. Si vltra. 10.

l. Vxorem. 11.

l. Nec infames. 12.

l. A muneribus. 13.

l. Nemo iudex. 14.

l. Vniuerſos. 15.

Vide Cuiacium hîc. Ferand. *lib. 2. explic. cap. 15.* Forcat. *necyom dial. 98.*

l. Si quis decurio. 16.

l. Qui derelicta. 17.

l. Si ad magiſtratum. 18.

l. Vacuatis. 19.

l. Circenſium. 20.

l. Curiales. 21.

l. Eos indulſerunt. 22.

l. Prouidenda. 23.

l. Si quis. 24.

Ferand. Paes. *in tract. de excuſſ parent. ob num lib*

l. Curiales. 25.

In hanc legem vide Alciat *lib. 3. diſpunct. cap. 11.*

l. Quidam ignauiæ. 26.

Pro intellectu huius legis vide Forcat *in cupid. iuriſp. cap. 5.* Oroſium *lib. 7. cap. 13.* Pertinet autem hæc lex ad monachos Ægypti, quibus Valens pertinaciter infenſus fuit, vt ex ipſo Cod. Theodoſiano conſtat.

Monazonton.

Quid ſibi velit hæc vox optimè declarat hîc D God. verùm in quibuſdam libris legitur, *Monazontem.* in aliis, *Monazonium*, de quibus vide hîc Budæum.

l. Priuilegio. 27.

Cuiacius *ad c. 14. lib. 3. recept. Iulij Pauli ſententiarum* hanc legem explicat.

l. Nullus qualibet. 28.

In Cod. Theod. eſt lex 67. ex qua aliquid hîc detractum eſt.

l. Nati ex. 29.

Hîc caſum vnum habemus, vbi nati ex iuſtis nuptiis, matris, non patris originem ſequuntur qui tamen abrogatus videtur *Nou. 38.*

l. Procuratoris. 30.

Procuratores Reipublicæ, curatores etiã dicebantur: atqui hi erant iudices, & cenſores rerum ad ciuitatem pertinentium. *l. 3. C. de mod. mulct.*

l. Ex omnibus. 31.

De domo ſua extrahi quis poteſt, vt acceptet officium: aliàs occultator punitur.

l. Fabricenſes. 32.

Qui dicantur Fabricenſes, non intellexit ſanè hîc Accurſius. Fabricenſes etenim ſunt, qui arma fabricant in publicis officinis: quomodo autem, & quando a militia ſoluantur, vide Cuiac. *in l. 6. infrà, de fabric.* vbi plura dicemus.

l. Omnes iudices. 33.

Congruit cum hoc texto *cap fin ex. de cõſuet. & cap. cum in eccleſia ex. de ſimonia & cap. cum haberet ex de eo qui dux. in matrim. quam poll per adult.* An conſiliarij torqueri poſſint vide hîc Bald.

l. Si quis procurationem. 34.

Dicitur hîc procuratoris officiũ ita viliſſimum eſſe, vt nec iudices, nec aduocati procuratores eſſe poſſint.

l. In filiis decurionum. 35.

l. Exemplo. 36.

Contra hunc textum facit *cap ex parte tua. ex. de offi. deleg.*

l. Quotieſcunque. 37.

l. Ne quis officialium. 38.

Notat hîc præſides ſubiici præfecto prætorio: *vt in l. quilibet. 1.*

l. Curiales. 39.

l. Quilibet. 40.

Principales ſunt decurionum primi: pro curiarum amplitudine interdum plures, interdum pauciores putà decem, vel viginti viri.

l. Decurio. 41.

Nota hîc conceſſa alicui immunitate ab oneribus perſonalibus, non videri eum liberatum ab aliis oneribus, quæ breuiter expedire poteſt, vide Ro, *ſing. 17.*

l. Militaribus. 42.

Dux ille an comes ſit. in pleriſque eſt libris: & ita legendum eſſe exiſtimat Cuiacius.

l. Omnes qui. 43.

Quod de officiorum priuilegiis ait, congruit cum *l. 17. 18. 32. 35. & 39.* quod de reſcriptis cùm *l. 19. 36. & 37.*

l. Nullus. 44.

Hac de re dixi in *l. 29. infrà, hoc titulo.*

l. Ad ſubeunda. 45.

l. Nominationum. 46.

Ad huius loci intellectum vide Lapum *alleg. 55. facit hic cap. quod ſicut. ex. de elect.* vbi per Innocent. *& cap eccleſia veſtra. cum gloſ. 1. ex eodem tit.*

l. Curiales. 47.

Curiales ſunt ſub iuriſdictione pręſidis, etiam ſi honorati ſint titulo comitis conſiſtoriani, vel ordinis primi, vel ſecundi.

l. In ſucceſſione. 48.

Huius legis ſenſus hic eſt, non tantùm natos ſed & poſthumos curialẽ fortunã patris ſequi: qua de re Cuiacius hîc.

l. Omnes, qui. 49.

l. Omnes omnino. 50.

l. Quamuis prouiſum. 51.

l. Quis tam. 52.

Nemo cogitur ciuilia iterare, vel continuare: æquum enim non eſt aliis idoneis exiſtentibus, qui nondum munus vllum curiæ attigerunt, eos qui attigerint, iterum pręgrauari. aliud igitur dicendum eſſe apparet, ſi ciuium ſit inopia *l. 3. quis quem ciuit. mun. ind.*

l. Duumuirum. 53.

An duumuiri imperium, an verò iuriſdictionem habeant, declarat Cuiac. *lib. 1. ſentent Paul.*

l. Generali lege. 54.

l. Si quis decurio. 55.

Conferenda eſt hæc lex cum *l. 183. Cod. Theodoſ.* quoniam hîc multa omiſſa ſunt.

l. Alexandrinis. 56.

Hæc lex cũ tribus ſequentibus, iunctiſque *l. infrà, de Alex. princip.* pertinent ad Curiam Alexandrinam inſtitutam à Seuero Imperatore: & ſumptæ ſunt omnes ex vna, eadémque Nouella Theodoſij: vide plura apud Cuiacium hîc, & Cubertum Regium *2. enantioph. cap. 20.*

l. Quinque ſummates. 57.

Summates vocat principales, ſic primates etiam legitur in Codice Theodoſiano.

l. Eum, qui triginta. 58.

l. Si quos ſpontaneos. 59.

De his vide Strabon. *lib. 13. Geog.* qui ante dicantur hypomnematographi ignorauit Accurſius: ideò vide ad eius intellectum, quæ notat Alciatus hîc.

l. Nullus, qui. 60.

l. Neque Dorotheum. 61.

A generali conſtitutione vt liberi ante illuſtratum patrem ſuſcepti in curia retineantur, hæc lex excipit familiam Dorothei viri illuſtris, & filij eius Irenæi viri ſpectabilis.

l. Si ille. 62.

Nihil eſt in hac lege niſi confirmatio *l. 13.* hoc tantum addito, vt a filio huiuſmodi conuentio incipiat, non à cæteris liberis.

l. Doctitij. 63.

Vt illuſtris non eſt filius natus, ante illuſtrem dignitatem patris: ita filius regis non videtur dicendus is, qui natus eſt ante quàm pater regno potiretur, quo iudicio contendit contra Demaratum fratrem maiorem Xerxes olim & vicit: ſecus tamen eſt in ſenatorum, & decurionum filiis *l. 1. de dignit.* & in filiis patronorum *fisci l. vlt.*

l. Neminem. 64.

Quo caſu quis per ſubſtitutum ſeruire poteſt id facere periculo fortunarum ſuarum debet. *l. decreto. ff. de adminiſt. tutor.*

l. Diuæ memoriæ. 65.

l. Curialibus. 66.

Huius conſtitutionis ad Demoſthenem meminit idem Iuſtinianus *Nou 30.*

Titulus 32.

Si ſeruus, aut libertus ad decurionatum aſpirauerit.

Libertus, qui non habet ius aureorum annulorum, nec eſt reſtitutus natalibus, decurio factus cum pœna remouetur à curia. vide Cuiac. comment. in hunc tit. *tom. 3.*

l. Si libertus. 1.

Notandum hîc eſt meliori olim conditione fuiſſe natalibus reſtitutos, quam annulo donatos. hi enim honore augebantur, nec conditionem mutabant, & tantùm munia, dum viuebant ingenuitatis habebant. *l. falſa. ff. de condit. & demonſt.*

l. Poſt

l.Præſes.2.

Si ſeruus ignarus ſuæ conditionis aſpirauerit ad honorem curiæ, illæſus domino redditur, neque ambitari de hoc poteſt in ignaro pariter huius ſui domino.

Titulus 33.

De prædiis decurionum ſine decreto non alienandis.

Huius decreti formula extat apud Caſſiodorum *libro ſeptimo variar. pagina* 178. vide Cuiac. comment. in hunc tit tom.3.

l.Si quis.1.

Non valet venditio prædiorum curialium, niſi ſit cauſa probata apud acta præſidis *l. 25. de off. eius, qui vicem.*

l.Nec venditio.2.

l.Curiales.3.

Decuriones vendere non poſſunt ſine decreto: hos contractus non prohibentur celebrare: vide Iaſo. *ad l.fi.* vbi Iaſon. *numero* 576. *de iure emphyt.* Dec. *ad l.2. ſi cert.pet. in 1.lect. in princip.col.4. numero* 15. *& in 2.lect num.* 15 Fab.de Mont. *in tract. de empt. & vend.* Forcat.necyom. *dial.* 19.

Titulus 34.

Quando, & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum, & de modo diſtributionis eorum.

Conſule Cuiacii comment.in hunc tit. *tom.* 3.

l.Si decurionum.1.

l.Meminimus.2.

l.Si quis curialibus.3.

Titulus 35.

De imponenda lucratiua deſcriptione.

Lucratiuorum legendum, *vel lucratiuæ*. exiſtimat Contius. Huius tit. leges explicat Cuiac.tom 3.

l.Deſcriptionis.1.

Lucratiui Tituli ſunt hæreditas, legatum, fideicommiſſum, donatio cauſa mortis, donatio inter viuos: dos verò, donatio propter nuptias, emptio, permutatio non ſunt tituli lucratiui. Cuiac. *lib.* 15. *obſ.cap* 56.

Titulus 36.

De præbendo ſalario.

Salarium conſtitui non poteſt ordinis decreto ſine iuſſu principis. vide explicationem huius tit. apud Cuiac. *tom.*3.

l.Nulli.1.

Menoch. *de arbit.iud.lib* 1.q.46.

Titulus 37.

Si curialis relicta ciuitate rus maluerit habitare.

Curiales omnes reuocantur ad ciuitatem, & ad curiam: & locus, in quo ruri habitant, publicatur. Scripſit Cuiac. in hunc titu. quem vide ſuorum comment. *tom.*3.

l.Curiales 1.

Curialibus interdicitur, ne ruri habitent ſicut in titulo infrà de decurionibus ne captent ſolitudines, & loca ſecreta.

Titulus 38.

De municipibus, & originariis.

Quot, & quæ faciant municipes, declarat hîc Cuiacius in ſuis comment.

l.Cùm te Biblum.1.

Biblus (teſte Alciato in hunc locum) vrbs eſt in Phœnicia non longè à Libano, vicina Beryto.

l.Si vt proponis,2.

Non ſolum manumiſſi ſequebantur conditionem manumittentis: ſed etiam ipſorum filij. *l.ſi. & l.aſſumptio.§ vlt.ff eod.*

l.Filios apud.3.

Filij ſequuntur originem patris: non autem matris.

Cod lib.poſt.

l.Origine.4.

Ius originis: qua naturale eſt, nec tranſlatione dominij mutatur, nec adoptione: deinde is, qui adoptatur, duarum ciuitatum eſt municeps in patria ſua iure naturali, in patria adoptatoris iure ciuili: naturalis patria non amittitur: ciuilis amittitur ſoluta adoptione.

l.Si quis cum.5.

Titulus 39.

De incolis, & vbi quis domicilium habere videtur, & de iis, qui ſtudiorum cauſa in alia ciuitate degunt.

Incola eſt, qui in aliquo loco habitat, inde dictus quòd valde colat prouinciam, in quam ſe cõtulit, vtpotè cùm propter eam aliam relinquit, de quæ mutatione vide Gloſſ. *in l.ciues h. t.* vbi ponitur differentia inter municipem, incolam, & ciuem, vide Cuiac.comment.tom.3.

l.Non tibi.1.

Incolatui renunciari poteſt: origini autem non item.

l.Nec ipſi.2.

l.Eſt verum.3.

Qui in territorio, & finibus alicuius ciuitatis ſedes poſuit, licèt in ciuitate non moretur, incola eſt eius ciuitatis *l pupillus §.incola.ff de verb. ſig.*

l.Cùm neque. 4.

Incolam non facit ſola domus, vel agri cauſa ſine laris collocatione *l 53.Cod.Theod.de decur.*

l.Si in patria.5.

l.Priuilegio.6.

l.Ciues quidem.7.

Incolæ à municipibus, ſiue ciuibus quomodo differant, vide hic Cuiac.

l.Senatores.8.

l.Mulieres.9.

Titulus 40.

De honoribus, & muneribus non continuandis inter patrem, & filium, & de interuallis.

Explicatur à Cuiacio tom.3. comment.

l.Sicut.1.

l.Ab honoribus.2.

l.Interualla.3.

Ne interim interpellemini. eruditiſſimus Cuiacius perſpicuè legendum eſſe ait; *ne iterum interpellemini*: idque & libri veteres confirmant, *& l. 52.de decur.*

Titulus 41.

De muneribus patrimoniorum.

Vide Cuiac. tom.3. comment Munus quid ſit, declarat hîc Cuiacius: quótve modis accipiatur, vide Brant

l.Ciuilia.1.

l.Munera.2.

l.Qui immunitatem.3.

Immunitate legibus conceſſa, corporalia munera remittuntur, non pecuniaria: neque tamen corporalia omnia: etenim tutelæ remiſſæ nõ cenſentur, quòd eas neceſſe ſit nominatim remitti *l. non tantum § ecs & §.ſeq.ff.de excuſ mun.* vide Briſſon. *ſelect.antiq.lib.3. cap.*11.

l.Non videtur. 4.

l.Neque tempore.5.

Neque annus ſeptuageſimus, neque numerus quinque liberorum excuſat à muneribus patrimonialibus. Vide Ferdinandum Paes *in tract.de excuſ. parentum ob num.lib.*

l.Profeſſio.6.

Philoſophia non excuſat à muneribus, *l. in honoribus.§.vlt.ff.de vac mun.*

l.Etiam minores.7.

Minor ætas non excuſat à minoribus patrimonialibus: plena autem immunitas eſt, omnium munerum immunitas, tam perſonalium, quàm patrimonialium.

l.Nec protoſtaſiæ.8.

Pyrrhus legit, *proſtaſia.* verùm proſtaſia principalitatem ſignificat: vide hîc Alciatum.

l.Patrimoniorum.9.

Sexus non excuſat à patrimonialibus: at verò à perſonalibus: qua de re alio loco dicetur infrà.

l.Quantum ad 10.

Extraordinariæ indictiones, quæ dicantur, declarat hic Cuiacius.

Titulus 42.

Quemadmodum ciuilia munera indicuntur.

Ciuilia munera dicuntur omnia, in quibus inſpicitur perſona eius, qui imponit munus, vel iudicis, qui officium illud habet: *vt l.ſuper creandis ſuprà de iure fiſci.* vide Cuiac. comment. in hunc tit.tom.3.

l.Cùm te curatorem.1.

l.Maioribus.2.

Quidam codices habent, *Maioribus oneribus.* quod doctiſſimo Cuiacio diſplicet, quẽ conſule.

l.Cùm te omnibus. 3.

Eadem eſt ſententia *l. 51.ſuprà de decurio.*

Titulus 43.

De his, qui ſponte publica munera ſubeunt.

An munus ſpõte ſuſcipiens cogatur illud ſubire, licèt aliàs vacationem habeat a muneribus publicis, ánque cõperens ſibi priuilegium amittat: vide hîc ſummam Azonis.

l.Veterani.1.

l.Qui publici.2.

Qui decurionatum agnouit, immunitatem amittit. *l.penult.§.vlt.ff.de iure immu.* qui partẽ decurionatus, veluti honorem aliquem municipalem, non item. *l.1.hoc tit.*

l.Qui conditioni.3.

Diſcuſſor pecuniæ publicæ, operúmque publicorum appellatur pater ciuitatis, vt hic, alibi pater patriæ, *l 1. ſuprà de rat.op.pub.*

l.Eos, qui. 4.

Titulus 44.

De iis, qui à principe vacationem acceperunt.

Conſule comment Cuiac hic.

l.Nullus vnica.1.

Curiali vacatio ad tempus rectè cõceditur ex veris, & approbatis cauſis: putà ob morbum, vel egeſtatem, reſcripto principis: non in perpetuum. *l.14.& 29.ſuprà de decur.*

Titulus 45.

De vacatione publici muneris.

Vacatio publici muneris cõceſſa ad quid proſit, declarat hic Azo. Cuiac.comment.tom.3.

l.Muneris. vnica.

Titulus 46.

De decretis decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda.

Decreto decurionum quibus concedi poſſit immunitas à publicis muneribus, vide Azonem hic, & comment.Cuiac.tom.3.

l.Exceptis.1.

Decreta à decurionibus quarum rerum fiant, an autem requiratur decretum in citatione conſulis: vide Gloſſ *in l.actor 9.in verbo, omnimodo.ff. rem rat.hab.* Guid.Papæ *ſing.*422.

l.Ordinis.2.

Huius legis ſentẽtia hæc eſt, Curiales, qui honorarias dignitates ex protectoribus, vel ex præpoſitis adepti ſunt; vacationem habere perſonalium munerum: quod tamen Arcadius, & Honorius non admiſerunt *in l. 155. Cod. Theod. h. t.*

RR 3 Titu

Titulus 47.

De excuſationibus munerum.

Enumerantur hîc caſus, quibus excuſatur quis à muneribus. vide Cuiac. tom. 3. comment.

l. Etiam hi. 1.

Procuratores patrimonij Cæſaris, muneribus quæ dignitatibus eorum congruũt, fungi debent non autem ſordidis.

l. Inductis. 2.

l. Tutelæ. 3.

Tres tutelæ excuſant à quarta tutela: non tamen ab alio munere ciuili excuſant.

l. Hydraulæ. 4.

Hydraula quid ſit, vide hîc Cuiacium. adde etiam Forcatulum *in pen. tit. cap.* 14.

l. Procuratores. 5.

Qui reipublicæ cauſa abſunt, vacationem habent. *l. 1. de profeſ. & med.* non autem eorum procuratores.

l. Venatoribus. 6.

Quomodo ſit concilianda hæc lex cum lege vltima *ff. de iure immun.* vide hîc Cuiacium.

l. Negotiatores. 7.

Hæc lex optimè explicatur ab Alciato hîc.

l. Placet. 8.

l. Illud conuenit. 9.

l. Priuatæ. 10.

l. Eos, qui. 11.

l. Maximarum. 12.

Multa in hanc legem Alciatus, & Pyrrhus in prin. cap. 10. huius tituli.

l. Sordidorum. 13.

l. Eam legem. 14.

l. Euidenter. 15.

l. Ab illuſtribus. 16.

Titulus 48.

De quibus muneribus, vel præſtationibus liceat ſe excuſare.

Munerum excuſatio in quibus licita ſit, declarat hic Azo: & Cuiac. in comment. in hunc tit. *tom.* 3.

l. Comparationi. 1.

Comparatio eſt, quæ coemptio dicitur.

l. Cùm ad fœliciſſimam. 2.

Domus Auguſti, aut Auguſtæ non excuſatur à coemptione ex Nouella Tiberij de diuinis domibus.

l. Hac prouidentiſſima. 3.

Titulus 49.

Qui ætate, vel profeſſione ſe excuſant.

Explicatur à Cuiac. tom. 3. comment.

l. Cùm vos. 1.

l. Cùm filios. 2.

Filios patria poteſtate liberatos ponit ex facto, non quòd idem non ſit, ſi in poteſtate fuerint.

l. Manifeſti. 3.

Titulus 50.

Qui morbo ſe excuſant.

Morbi occaſione, an, & quibus quis excuſetur. Morbus qualis eſſe debeat, vt excuſationem præſtet à muneribus: An munera iam ſuſcepta declinari poſſint ob morbum poſtea ſuperuenientem. & an, & quando cæcus, & ſurdus excuſentur à muneribus, vide hîc Azonem, & Cuiac. comment.

l. Si ea cæcitate. 1.

Cæcitas morbus eſt, quæ excuſat à muneribus perſonalibus.

l. Cùm auriculari. 2.

Sic legendum eſſe cenſeo: non autem *Articulari*, vt quidam exiſtimant.

l. Podagræ. 3.

Podagra non excuſat à corporalibus muneribus, niſi talis ſit, vt propter eam, ne ſuis quidem negotiis ſupereſſe poſſit.

l. Caſus corporis. 4.

Morbus patris, ſiue potius debilitas, filio nõ dat perſonalium munerum excuſationem.

Titulus 51.

De iis, qui numero liberorum, vel paupertate excuſationem meruerunt.

Vide Ferdinand. Paes *in tract. de excuſ. parent.* & Cuiac. comment. in hunc tit. *tom.* 3.

l. Numerus. 1.

Ab Honoribus Cuiac. *legendum conuincit ex l. 2. §. numerus ff. de vac. mun. Ab Oneribus de leg.* & ſanè ab oneribus numerus quinque liberorum excuſat, interdum tres liberi: *vt l. 1.* niſi fortè onera honoribus adhæreant: quo caſu nec quinque liberi excuſant: ſed numerus 16. pleniſſimam excuſationem tribuit. *l. 24. ſuprà, de decur.*

l. Filium. 2.

Vide Platonem *lib. 5. de legib.*

l. Nepotes. 3.

l. Cùm facultates. 4.

l. De perſonalibus. 5.

Mulieres perſonalia quidem munera ſubire coguntur *l. 1. infrà de mul.* ſed excuſantur numero quinque liberorum,

l. Eos, qui. 6.

Titulus 52.

De profeſſoribus, & medicis.

Profeſſores dicuntur doctores, qui ſcientiam profitentur, vide hic Cuiac. comment. *tom.* 3.

l. Cùm te medicum. 1.

Huius legis meminit Spartianus in Adriano.

l. Grammaticos. 2.

l. Poëtæ. 3.

Poëtæ, aut Geometra nulla immunitatis prærogatiua iuuantur: *vt in l. oratione.* ℐ. nec etiam qui primas literas docent. *l. 2. §. fin ff. de vacat. mun.*

l. Oratione. 4.

l. Nec intra. 5.

Duo exiguntur vt medicis competat immunitas: vt ſint intra numerum, quem definit epiſtola Diui Pij, vtque in vrbibus Roma, & Conſtantinopoli medicinam profiteantur.

l. Medicos. 6.

Qui dicãtur Archiatri, pluribus declarat hîc Cuiacius. adde Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. caſ.* 379 *num.* 59.

l. Magiſtros. 7.

l. Reddatur. 8.

Philoſophi vacationem non habent: nec Phauorinus ea de re auſus eſt agere apud Adrianum vt Dio ſcribit.

l. Archiatri. 9.

l. Si quis in archiatri. 10.

De hac lege Symmachus in epiſtolis.

l. Grammaticos. 11.

Titulus 53.

De Athletis.

Athletæ, qui dicantur explicat hîc Gloſſa rubricaria.

l. Athletis. vnica.

Hæc lex optimè explicatur ab Alciato hic. verùm adde Cuiacium ſtrictim, Fretandum *lib. 2. explic. cap.* 16. & Ræuard *ad leges duodecim pag.* 47.

Titulus 54.

De his, qui non impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt.

Vide Cuiac. comment. in hunc tit. tom. 3.

l. Ignominiæ. 1.

l. Cùm ab 2.

l. Veteranis. 3.

De iuſto tempore militiæ, vide Tacitum *lib.* 1.

Titulus 55.

Quibus muneribus excuſentur hi, qui poſt impletam militiam, vel aduocationem per prouincias ſuis commodis vacantes commorantur, & de priuilegiis eorum.

Vide Cuiac. comment. in hunc *tit. tom.* 3.

l. Qui militiam. 1.

l. Non alios. 2.

Titulus 56.

De libertinis.

l. Conditio. vnica.

Libertini non excuſantur à ciuilibus. vide Cuiac. hîc.

Titulus 57.

De infamibus.

Infames ad honores non admittuntur, nec ab oneribus excuſantur. latè in ſuis comment. Cuiac.

l. Infames. vnica.

De infamibus eſt titulus Digeſt. *de his, qui notantur infamia.* vbi dixi.

Titulus 58.

De reis poſtulatis.

Pendente proceſſu criminali ad honores quis promoueri poteſt: *vt l. reum delatum. ff. de mune. & honor.* vide Cuiac. comment hic.

l. Reos criminis. vnica.

Rei delati nouos honores appetere prohibentur: *vt d. l. reum.* priſtinos tamen retinere poſſunt. Catilina, auctore Saluſtio, repetũdarum reus prohibitus eſt conſuetum honorem petere,

Titulus 59.

De his, qui in exilium dati, vel ab ordine moti.

An, & quotuplex ſit exilium, declarat hîc Gloſſa rubrica. & Cuiac. in ſuis comment. in hunc tit. *tom.* 3.

l. Quibus. 1.

l. Ad tempus. 2.

Titulus 60.

De filiisfamilias, & quemadmodum pro his pater teneatur.

Pater an, quando, & quatenùs teneatur pro filio nominato ad munus aliquod publicũ, & quando cenſeatur conſentire nominationi filij ad munus publicum, vide Summam Azonis hîc: & Cuiac. comment. tom. 3.

l. Patrem. 1.

Pater conſentiens filio emancipato, vt in decurionem eligatur, non tenetur, niſi pro eo expreſſim fideiuſſerit, vel niſi emancipauerit eum in fraudem.

l. Cùm appellaſſe. 2.

l. Si is, qui. 3.

l. Sine periculo tuo. 4.

Titulus 61.

De periculo ſucceſſorum parentis.

l. Si de proprio vnica.

Vide Cuiacium *hic, & Obſer. lib. 1. cap.* 13.

Titulus 62.

De mulieribus, in quo loco munera ſexui congruentia, & honores agnoſcant.

Videndus hic Cuiacius.

l. Eam, quæ. vnica.

Titulus 63.

De legationibus.

Legatio, perſonale munus eſt: *vt l. 1. §. 1. ff. de mun.*

in.& honor.l.fin.§.legati.eod.& Cuiac.hic.

l. Pater. 1.

Legationis munere, quod perſonale eſt: quia .ticum, & legatiuum de publico datur, tres libe :xcuſant. vide Cuiacium *ad l.1. ſuprà, de iis, qui m.lib* & Marcũ Vertraium *de iure liberor.c.*20.

l.Cùm vos. 2.

l.Tranſmarina.3.

l.Vniuerſi. 4.

l.Si quod. 5.

l.Quotiens.6.

Titulus 64.

De excuſationibus artificum.

Vide Cuiac.comment.in hunc tit.tom 3.
Legendæ ſunt Epiſcopo antiquæ ordinationes canones Eccleſiaſticæ: denique quid in electio-e Epiſcopi neceſſarium ſit, declaratur hoc loco.

§. Et hanc non. 9.

Hic § pertinet *ad cap. 6. de Simonia.*

§. Si quis autem. 10.

Concordat ferè *can. illud. diſt. 23.* & conſi. Chal-don 4.

Et illud. cap. 2.

Hoc ad ſimilitudinem quodammodo ciuilis ma-iſtratus eſt introductum, cui nec vnam quidem iem licebat abnoctare. *l. illud ff. de offic. praeſ.*

Non autem. cap. 3.

Ad intellectum huius loci vide Nou. 123. *cap. 9.* quæ ibi diximus: notantur etiam hic Epiſcopo-m gradus, quos vide.

Hæc autem. cap. 4.

Hæc eſt ſecunda pars huius Authen. in qua agi-r de clericis: qualiter, & qui ſc. ſint eligendi.

Neque autem. cap. 5.

Coniunge cum hoc cap. Nou. 123. *cap. 12.*

Quanta igitur. cap. 6.

De diaconiſſis loquitur Cuia. in Nouel. 3. *pag.* 46.

Semel autem cap. 7.

Agitur hic de clericis in aliam vitæ formam tranſeuntibus.

Authentica

Sed neque cap. 8.

Quæſtio hic eſt de expenſis Eccleſiarum, & de multitudine clericorum non facienda.

§. Quæ igitur. 1.

Collatio 2.

Titulus 1.

De non alienandis, aut permutandis rebus Eccleſiaſticis immobilibus, aut in ſpecialem hypothecam dandis creditoribus, ſed ſufficere generales hypothecas.

Titulus 1.

Vide Iul. Patricium *conſt.* 7. De forma obſeruanda in alienãdis reb. Eccleſiaſticis vide Procem. *conſt. Gloſſ 5. num. 5.* vide Cuiac. hunc tit. explicantem. tom. 3. comment.

Vnam intentionem.

De alienatione bonorum Eccleſiæ, *vide l. iubemus C. de ſacr. Eccle.* An reditus anni computentur inter immobilia, vide hic Bart.

An inuita Eccleſia quis petere poſſit rem malè alienatam, vide hic Bart.

§ Lex itaque. 1.

De iure coloniarũ, vide *l. 14. §. 5. C de ſac. ſanct. Eccl.* & quæ ibi notauit Gothof. Alciat *l. praeterm.*

Nos igitur. cap. 1.

Facit ad hunc §. Gloſſ *in cap auditis ſuper verbo, minoris poſt princip. ex de reſtit. in integ. L. vlt. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.*

An, & quando bona mobilia Eccleſiæ alienari poſſint, vide hic Bart.

Vt autem. cap. 2.

An exceptio confirmet regulam in non exceptis: vide Felyn. *in cap. quoniam frequenter Cod. vt lite non conteſt* an exceptio firmare, aut ampliare regulam poſſit, Bartol. hic notat.

§. Si nimis. 1.

Hinc ſumpta eſt Authen. *ſed & permutare. Cod. de ſacroſ Eccleſ.*

An priuatus immenſam donationem Eccleſia ſine inſinuatione facere poſſit, vide hic Bart Clar. *4. ſentent. § donatio. quaeſt* 7. Tiraq. *tracta. de priuil. pia cauſa. priuil.* 124.

Emphyteuſim. cap. 3.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica non tranſit ad extraneos. Bald Paul. de Caſtro, & Alex. ad *l etiam ſolut. matrim.* vide Dec. ad cap. *in praeſentia.* & in *conſi* 7. Gozad. *conſ.* 59. Afflict. *dec.* 100. Par. *conſ.* 84. *&* 85. *lib.* 4 Forcatul. *in necyom. iur. dial.* 19. *num.* 6. Gozad. *conſ.* 71. *n.* 3 Rip. *in tract. de peſte ſub tit de praeſerua. remed. contra peſtem. n.* 255. & *ad l. 1. ff. de prim. cred.*

§. Quia verò. 1.

Rei Eccleſiaſticæ, quæ conceditur in emphyteuſim, quæ, & qualis debeat eſſe penſio, vide hic Bart. verùm pro faciliori huius loci ſenſu, vide Authent. *perpetua. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

§. Scire autem. 2.

An propter canonem non ſolutum emphyteuta cadat ab emphyteuſi ipſo iure, vel per ſententiã: ãn ve ipſe moram purgare poſſit, vide Bart. hic.

§. Neque illud. 3.

An emphyteuticarius paciſci cum Epiſcopo poſſit, vide quę notat hic Doct. Gothofr.

Si quis autem. cap. 4.

Res Eccleſiæ quot, & quibus caſibus alienari permittantur, vide hic Bart.

Quia verò. cap. 5.

§. Si quis autem. 1.

Continetur hic pœna priuati ex cauſa permutationis rem Eccleſiaſticam accipientis.

§. Si autem permutatio. 2.

Si autem creditor. cap. 6.

An, & quomodo Eccleſia locupletari poſſit cum aliena iactura, vide hic Bart.

§. Si enim omninò. 1.

An veſtes Eccleſiæ ſpecialiter, aut generaliter pignori dari, aut obligari poſſint, pluribus diſputat hic D. Gothof.

Si verò. & cap. 7.

Quibus pœnis ſubiiciantur hi, qui perpetuam emphyteuſim contraxerint, vide per hunc text.

§. Hæc igitur. 1.

Iiſdem pœnis. cap. 8.

Collige ex hoc §. vaſa ſacra non eſſe alienanda, & qui alienat, incidit in pœnam: de qua ſuperiori cap. dixi.

Quia verò. cap. 9.

§. Oportet. 1.

Nota ex hoc loco publica priuatis eſſe anteponenda.

Si tamen. cap. 10.

Et ſacrilegij.

Sacrilegij tenetur, qui reſcriptum in perniciem Eccleſiæ impetrat.

Quia verò. cap. 11.

Monaſteria, vel loca venerabilia, in quibus ſacra miniſteria ſolitum eſt adhiberi, vendi, permutari, donari, vel aliter alienari non poſſunt: quod ſi contra factum fuerit, pro infecto haberi debet.

Sicut autem. cap. 12.

§. Hæc omnino.

Titulus 2.

Vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant.

Quid ſit ſuffragium, vide hic D. Gothof. eſt Tit. Cod. de ſuffragio. vide Cuiacij comment. hic.

Nouella. 8.

Omnes nobis.

Imperator noctes inſomnes degere debet, vt ſubditi ſub omni quiete conſiſtant.

§. Cogitatio. 1.

Puris vti manibus.

Nota hic manus puras eſſe oportere iudicibus.

Hæc omnia. cap. 1.

De magiſtratib. ſine ſuffragij donatione creandis, vide Platon. *lib. 12. de legibus.*

Adde Bald ad ca. *ſtatutum, el. j de haeredibus in 6.* Paul. Caſtr. *conſ.* 86. & ad textum & Gloſſ. in verbo, *reuerent.* quod conſilium ab vxore ſumendum ſit Chaſſaneus in *Catalog. glor. numer.* 2. *parte 12. conſid.*

Illud tamen. cap. 2.

Quot olim fuerint vicarij in oriente Africæ diœceſes, vide hic textum, & Gothof.

Hoc autem. cap. 3.

Loquitur hic de Vicario Ponticæ ſublato: qua de re Bald. hic.

Nulli quoque. cap. 4.

Nulli iudicum vicarios mittere licet: quo loco notabis derogari Titulo de officio eius, qui vicem alicuius iudicis obtinet.

Hoc autem. cap. 5.

De comite Orientis, & conſulari, ſiue præſide Syriæ, vide *l. 1. Cod. de offic. com. Orient.* Sed de minuto iure comitis orientis, vide Cuiacium cap. 8. *obſeru. cap.* 21.

Volumus. cap. 6.

An præſes iuriſdictionem habeat in militibus. An milites dicantur priuatæ perſonæ, nécne, vide hic Bart.

Sic igitur. cap. 7.

Quod iuramentum ſit à præſidibus præſtãdum, declaratur hic: & an aliter quàm per Deum iurari poſſit, gloſſ. hic. Quod etiam ſit magiſtratus officium, vide Cicer. *epiſt.* 1. & Caſſiodor. *lib.* 11. *var. cap.* 8. Corn. Tacit. *lib.* 4.

Eos autem. cap. 8.

Quod, & quale ſit iudicis munus, conſtat ex hoc loco: eſt enim præſidere inſtar patris erga filios: qua de re eſt lex 4. *Cod. de defenſ. ciuit.*

§. Si quis autem. 1.

Iudex adminiſtrando iudicium furari repertus, aut aurum pro adminiſtratione dans, tribus hic inſertis pœnis punitur: vide *l. 31. C. de Epiſ.*

Neceſſitatem. cap. 9.

Hinc ſumpta eſt *Authentic. Si verò. C. vt omnes iudices.*

An acta per teſtes probari poſſint, vide cap. *quoniam contra falſam. extrà, de probat. & l. præter. §. Marcellus ff. de iudiciis.*

Illud videlicet. cap. 10.

Facere quis debet id, quod euitare non poteſt.

§. Non ſinimus. 1.

Nota hic iudices prouincialibus parentum loco eſſe debere.

§. Oportet. 2.

Iudices ſi puras manus habuerint, fulgent gloria: è contra ſi furta commiſerint, puniuntur.

Itaque Deo. cap. 11.

Imperator hoc loco hanc conſtitutionem Deo conſecrat.

Quod autem. cap. 12.

An, & quam iuriſdictionem habeant iudices aduerſus priuilegiatos, & de quibus priuilegiatis hoc intelligatur declarat hîc Bart.

§. Quia enim. 1.

Nota hic iudicem à quocumque auxilium petere poſſe: quod Gallico ſermone exprimimus, *main forte.*

Interdicimus. cap. 13.

Iuſiurandum. cap. 14.

Traditæ nobis. cap. 15.

De defenſoribus ciuitatum.

Si verò cap. 1.

Loquitur hîc §. de defenſoribus ciuitatum. qua de re non eſt huius loci dicere.

Quantam.

Circa hanc conſtitutionem vide textum, & glo. in cap. *ſicut Epiſcopum. 1. quæſtio 2.* patet autem hîc quanta fuerit Iuſtiniani Imperatoris potentia, qui tot, támque nobiles prouincias ſub Imperio ſuo gubernauerit.

§. Spectabili. 1.

§. A Proconſule. 2.

De proconſulibus Aſiæ, vide hiſtoriam fori Romani.

§. A ſpectabili. 3.

§. A ſpectabili. 4.

§. A Vicario. 5.

Longus murus. erat longus murus diuidens Perſas ab Imperio Romano.

§. A iudice Palæſtinæ.

De Palæſtina meminit Cuiac. *in Nouell.* 10.

Authent. coll. 6.
Titulus 6.
Vt non luxurientur homines.

Explicatur à Cuiacio tom. 3. commentario, iuris ciuilis.

Nouella 77.

Igitur. cap. 1.

Pro peccato contra naturam, imponitur pœna mortis. Adde Alciat. *lib. 10. pareg. cap. 11.* Boërius *deciſ.* 306. Dec. *ad l. ſi qua mulier. C. de ſecund. nupt.* In materia Sodomit. vide annotat. Anton. Caij ad Areti. *ad d. §. item lex Iulia.* Aliud eſt iure canonico, *cap. clerici. extrà de exceſſ. præ.*

Adde magis illum peccare, qui contra naturam peccat quam illum, qui rem habet cum propria matre. *can. adulterij. 32. quæſt. 7.*

Quid in muliere, quæ cum adultera ſtuprum committit: dic eadem pœna puniri.

Authentica colla. 9.
Titulus 2.
Vt ſponſalitia largiras.

Cuiacium conſule in comment. ad hunc titulum, tom. 3.

Nouella 119.

Rurſus. cap. 7.

Mala fides actoris in præſcriptione longi temporis nocet ſingulari ſucceſſori, ſi dominus rei ſit, ignorans quod limita per Aretin. *Inſtit. de* [illegible] *ad §. ſed iſte col. 7. in fine.* vbi Iaſ. *num. 78. & ſequen.* & Modern Hiſpan. *num. 19. & ſequen.* latius Socinus *in reg. 31.* vbi limit. Afflict. *deciſ. 32. n. 7.* Alexan. poſt Bartol. *ad l. Pomponius. §. 1. num. 8. cum ſequen. ff. de acquir. poſſeſſ.* In materia Alex. *in l. cum qui* [illegible] *bus. num. 5.* vbi *Iaſon, & omnes. ff. de acquir. poſſ.* [illegible] Bald. *in tract. præſ. in 2. parte 3. partis prin. q. 12.* [illegible] 7. Oldra. *conſ.* 19. Aret. *ad §. furtiuæ. Inſtit. de* [illegible] nouiſſimè Arius Pinellus *in repetitione Authent. niſi C. de bon. mater. fol.* 196.

Authentica colla. 9.
Titulus 6.
De ſanctiſſim. Epiſcopis.

Hunc tit. interpretatur Cuiac. tom. 3. comment. iuris ciuilis.

Nouella 123.

De intellectu huius textus, præcipuè ad fin. *ver. hoc autem.* dic latè, & not. vt per Dec. *conſ.* [illegible] *viſis. nu.* 6 Math. *not.* 52. Rom. *ſing.* 439. Doctores *in præſentia, extrà, de prob.* vbi Pariſ. [illegible] Boër. *deciſ. 3. n. 3. &* 14. Matt. *ſing.* 215. Cott. [illegible] Camp. *in tract. de dote. 1. parte q.* 30. Pariſ. *conſ.* [illegible] 85. *lib. 2.* Dec. *conſ.* 416. *per totum & n.* [illegible]

An diſpoſitio huius §. locum habeat in clerico ſæculari, tenet Gloſſ. & Abb. *ad c. in præſentia. extrà, de probat. n.* 43. Sed contrarium videtur eſſe [illegible] rius: vt per Dec. *ad d. c. n. in præſentia.* [illegible] & notanter Ruin *conſ.* 153. *per totum* [illegible] ſiue quæris, quid in clerico in [illegible] bus conſtituto.

Finis Remiſſ. in Authent.

REMISSIONES IN CONSVETVDINES FEVDORVM.

In has feudorum conſuetudines ſcripſerunt Petrus de Ceruo poſt Gloſſam: Nicolaus de Neapoli: Iacobus de Beluiſo: And. de Iſernia: Baldus: Martinus Laudenſis: Iac. Aluarot. Matth. de Afflict. Pet. Rauennas: Eguinarius Baro: Franc. Hotom. Iac. Cuiac. Summa Odof. Iacob Ardiſon. Pet. de Bellapertica: Vldar. Zaſ.

PRo hac materia ſciendum quòd cauſæ feudales multæ obſeruantur, & determinantur ſecundùm cõſuetudines iſtas Feudorum: multæ ſecundùm ius Longobardorum, & multæ etiam ſecundùm ius Francorum, vt refert Iul Ferret. *in addit. ad Bart. in libello Contrarietatum Iur ciu & Long. in proœmio. in fin* addit: quòd quando de Iure Longobard. non inuenitur aliquid cautũ, tunc obſeruatur Ius Roma. *in d. Libell. in rubr. quando. & qua pars purg ſe deb. n 6.* & addit etiam d. Iul. Ferret. *in lib. contrar. iur. ciuil. & Longob.* poſt Bart. *in proœmio: vbi tractat de vi, & poteſtate Iur. Longob.* vide Cuiacij comment. in has Feudorum conſuetudines, tom. 3.

Titulus I.
De his, qui Feudum dare poſſunt, & qui non: & qualiter acquiratur, & retineatur.

Dic quòd omnis non recognoſcens ſuperiorem, & qui gerit ſe pro principe, poteſt dare in feudum, Pariſ. *conſ. 1 num. 67 lib. 1.* In §. 1. *in verſ. quod hodie.* add. quod nec ex diſpoſitione patris poſſet fieri, quòd vnus ex filiis, putà primogenitus tantùm, vel in maiori parte Feudũ acquireret. Pariſ. *conſ. 10. col. 1. lib. 1.* Fallit textus iſte in Feudo Marchionatus, Comitatus: *vt de prohib feud. alien. per Fed. in §. præterea.* Ducatus. Limita vt ibi add. *in §. fin. autem, num.* Hoc non ſeruatur in Regno Neapolitano, vt teſtatur Afflict *deciſ. 293* Et hoc intellige in feudo nouo, vt per eum ibi. Vide pro declaratione quæ latè tradit So. Iun. *conſ. 103. lib. 2.* Et quòd in feudo antiquo frater ſuccedat fratri iure accreſcendi, ſecùs in nouo: & eſt communis opinio, vt per Pariſ. *conſ. 6. col. 1 lib. 1.* Et de his vide quæ add. ad Bart *in l. ſi mihi, & Titio. col. fin. ff. de verbo. oblig.* vide hìc Cuiac. comment.

Limita hũc textum, vt non habeat locum, quãdo feudum datur à principe, vel alio non recognoſcente ſuperiorem: quia tunc habebit locum ius accreſcendi, vt eſt communis opinio: vt per Alex. *d. l. ſi mihi, & Titio.* Et per Franc. Cur *in tract. de Feud. chart. 197. in parua 2. parte. verſ tertia principalis. num 70. & 71.* licèt ipſe poſteà contrarium teneat *in chart. 200. verſ quid tenendum.* Adde quod cum opinione Alex. tenuit Soc. Iunior *conſ. 35. nu. 21 lib. 1.* Hæc limitatio dupliciter ſublimitatur, vt per ipſum Curt. *in chart. 201. verſ. 1. principaliter.* Adde quòd in inueſtitura poſſunt eſſe talia verba, quòd etiam in Feudo nouo tranſuerſales poſſunt ſuccedere, vt pulchrè per Pariſ. *conſ. 6. col 2 lib. 1.* Si dictum fuit, quòd vult tale feudum eſſe indiuiduum: nam ex hoc apparet, quòd dominus voluit alterum alicui ſuccedere. Pariſ. *d. conſ. 6. col. 2.* tamẽ ibi dicit, quòd tũc ſuperſtes ſoluet æſtimationem partis feudi quæ erat præmortui, ipſi domino. Itẽ alius eſt caſus ſimilis quando dominus conceſſit pluribus fratribus Feudum inſolidum, putà dicendo: Quibuſcunque. Nam ſunt verba diſtributiua in ſolidum, & tunc habet locum ius accreſcendi. Pariſ. *d. conſ. 6. co. 3.* Idem Curt. *in tract. de feud. char. 204.* Limita vbi dicit, quòd ſi concedens vtitur his verbis, Concedo vobis Petro, & Ioanni, & cuilibet veſtrûm, &c. videtur conceſſiſſe in ſolidum. Ideò habet locum ius accreſcendi.

Sublimita tamen hoc vt ibi per eum in præallegato loco. Item quando dictum eſt. Concedo vobis, & cuilibet, vel vnicuique: nam hoc caſu etiam frater fratri ſuccederet, vt teſtatur Pariſ. *d. conſ. 6 num. 18. & ſeq. lib 1.* Sed contrarium videtur tenere Curt. *in tract de feud chart. 204.* Item quando vnus recipit pro ſe, & pro alio abſente, non habet locum ius accreſcendi, vt not. Pariſ. *in dicto conſ. 6. num. 21 lib. 2.*

In gloſ frater circa medium in verſ. fœmina enim non, &c. Adde quartum caſum, ſcilicet, quando pro feudo nullum præſtatur ſeruitium. Item quintum, quando princeps non expreſsè dedit in feudum, ſed dixit, Donamus caſtrum: quia tunc cenſetur mera donatio, non abſciſio feudi: & ideò fœmina ſuccedit: vt latè per Dec. *conſ 32. per totum. in glo. legib. & circa medium verſ. præterea iure Lombard. filia.* Bald. *in c. Titia. §. Lucius. ff. de leg. 2. & l. pro hærede. § fin. ff. de acquir. hæred.* dicit hanc gloſſam eſſe falſam, quia loquitur ſecundùm conſuetudinem Lombard. ſecùs in aliis locis: & ita refert eleganter Aug. *in addit. ad Ang. Are. in tracta. de malef. glo. in verbo, comparere.*

In glo. *à ſucceſſione feudi,* &c Ex hac gl. Iul. Ferret. *in addit ad Bart. in libello contrar. iur. ciuil. & Longob. in rubr. in qua ſi poteſt iunct. coniunct.* Nota. quod de iure Romano in curia, & in inimicitia contr. remitti à fœm. ſecundùm Bald. hic: ſecùs de iure Longob. nam non poteſt remittere feudum, id eſt, inimicitiam.

Quia de feudis.
Capitanei dicuntur.

A Latinis dici principes, aut proceres tradit Hotom. ſunt tamen qui patricios rectè appellari exiſtiment.

§. Et quia. 1.
§. Cùm verò. 2.

In § *hoc autem notãdum eſt.* & verſ. *licèt moderno tempore.* vide Socin. Iun. *conſ. 16. num. 71. & ſeq.* Sed declara vt ibi per eum *num. 9.* Limita hũc textum non procedere in feudis illuſtribus Comitum, Baronum, Regni: quia in eo ſuccedunt agnati etiam diſtantes per centum gradus. Dec. *conſ. 85. num. 3.* Soc Iun. *conſ. 76. n. 10 lib. 1.* Dec. *in l. certum C. vnde legitimi. n. 92.* Limita, & declara quando immediatè feudum tranſit de acquirente feudum in collaterales: nam non excedit ſeptimum gradum, ſecùs cùm tranſiuit ad deſcendentes: nam tunc agnati ſuccedunt in infinitum: ita Dec. *d. l certum nu. 9.* & pro hac materia vide omnino Pariſ. *conſ. 3 num. 44. lib. 1. & conſ. 5. n. 30. lib. 1.* vbi dicit quòd in feudis, in quibus ſuccedi tur ex prouidentia paterna, non ſuccedi tur in infinitum, etiamſi ſint feuda Eccleſiaſtica. Item etiam ſuccedunt tranſuerſales.

Fœmina repellitur a ſucceſſione feudi: *c. 1. §. ad filias. de ſucceſſ. feud. in c vnic.* An mutus. *n. 1. d al. en. feud. pater.* Adde etiam ſi expreſsè dictum fuerit pro ſe, & deſcendentibus maſculis, & fœminis: maſculi tamen præferuntur. Dec. *vbi infrà,* quæ procedunt quando conceſſio eſt facta in feudum, ſecùs ſi per viam donationis: quia tunc fœmina admittitur Dec. *ad reg fœmina. nu 4. de reg. iur.* vbi notat quòd in pluribus caſibus fœmina in feudo admittitur. Et ſtante iuramento fidelitatis fœmina ſemper excluditur, niſi de illa ſpecialiter exprimatur. Alex. vbi per Dec. d. loco, & latè. Spec. *in tit d. proc. 6. 1.*

Ad glo. *in ver leg b. in f.* vbi quòd filia non recipit compo patris ſui occiſi, quia faidam leuare non poteſt, *glo. ad capitula. 1.* An mutus Bald. Ange. Imol. Paul. & alij *ad l. 4. § Cato. de verb. oblig* Corſe. *in tract. de priuil. pac. q. 104.* declarat Ang. *conſ. 69. viſo.* Dec. *ad d reg. fœmina n 53. ff. de reg iur.* Ferret. *in tract. de feriis, & induciis n. 171.*

Quid iuris ſit de bonis, ſi ſtatutum vult quòd tertia pars bonorum occidentis applicetur hæredibus occiſi: dic vt per Boër *deciſ. 121* Rom *ſingul. 436. ſtatutum.* Alc *ad d. §. Cato. col ſi.* Doct. *ad ca in præſentia. extrà de probat.*

§. Hoc quoque. 4.
§. Notandum eſt. 5.

Titulus 2.
De feudo Guardiæ.

De feudo Guardiæ, & Gaſtaldiæ, vide Iaſ. *in prælud. Feud.* vide etiam quæ notat hìc D. Gothofr. & Cuiac. comment. tom. 3.

Item illud quod.
§. Si verò. 1.

Titulus 3.
Qui ſucceſſores feudum dare teneantur.

Vide Cuiac. hìc.

Si verò Archiepiſcopus.

Quæ perſonæ in feudum dare poſſunt, enumerantur hoc loco.

In Verſ. Succeſſores eorum.

Limita hunc textum quando prælatus conceſſit feudum propter benemerita feudatarij, quia tunc tenetur ſucceſſor confirmare. Socin. Iunior *conſ. 91. num. 19.*

Titulus 4.
Si de inueſtitura feudi fuerit controuerſia.

Explicatur à Cuiacio 3. tom. comment.

Si autem controuerſia.

Qui rectè inueſtitus eſt, in poſſeſſionem mitti debet, deficientibus etiam probationibus. Quot autem teſtes requiruntur ad probandam inueſtituram, vide pleniorem glo. *in l. 2. tit. 2. in prin. ff. eo.*

§. Si verò Feudum. 1.
§. Cùm autem quis. 2.
Ei defenſio.

Defenſionis appellatione in feudis iuramentum intelligitur, vt optimè notat. hic *D. Gothof.*

§. Item ſi vaſallus. 3.

An aliud ſit feudum, aliud guardia, vide docto. hìc ſcribentes.

§. Similiter ſi aliquis. 4.

Nota in hoc §. differentiam feudi, & pignoris.

§. Si quis de manſo. 5.

Manſum eodem modo dici, quo manſionem exiſtimo: & ita rectè diffinitur à Baldo prædium, in quo manent homines.

§. Rurſus ſi aliquis. 6. & vlt.

Pro intellectu huius loci vide Laudenſem, Beluiſanum, & Rauennatem hìc, quæ autem ſit huius loci ſpecies, vide Iul. Pac hìc.

Titulus 5.
Quibus modis feudum amittatur.

Cuiac. 3. tom comment. iuris ciuilis.

Quia ſuprà.

Vide in hac materia multa, quæ poſui infrà in Rubrica: *Quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi.* & limita hunc textum duobus modis: primò quia antequam vaſallus priuetur feudo, trina monitio procedere debet. ſecundò intellige hunc textum procedere in feudo, quod habet propriam naturam feudi: aliàs ſecùs, nam ſi ego emi à te feudum, tunc illud feudum cenſetur eiuſdem naturæ, ſicut alia omnia bona mea allodialia: & vendo ſicut alia bona: nam non poſſunt auferri mihi, licèt eis malè vtar: ita nec tale feudum amittitur his modis, quibus alia feuda.

Adde quòd propter ingratitudinẽ commiſſam feudum amittitur, ſi ſeruiat hoſtibus domini. Pariſ. *conſ. 1 nu. 15 lib. 1.* Item ſi inſultent ſtatum, vel territorium domini: vt per Pariſ. *d. conſ. 1.* Item ſi induxit hoſtes in caſtro domini, & eorũ vexillum erexit: idem Pariſ *d. conſ. 1 num. 15.* Item ſi vaſallus monitus vt præſtet fidelitatem domino, id recuſauit facere: vt in tit. *quæ fuit prima cauſa benef. amit.*

§.*eſt & alia* & tradit Pariſ.*d.conſ.1.nu.15.* Item per rebellionem:vt ibi, *qu.11.* adde etiam valde notabile dictum in materia per Pariſ. *d.conſ 1.num 15.* cum ſeq. ſcilicèt antequàm citatio requiratur in declaratoria, vel ſententia priuationis vaſalli:ad de quòd vbi notorium eſt vaſallum eſſe rebellem, poteſt ſine alia declaratione armis expelli.

An,& quis dicatur eſſe ad mortem vulneratus, Bald. hîc.

§ Prætereà ſi ille.

An qui conſentit alienationi rei ſuæ,perdat eã; An, & quando vaſalius feudum alienare poſſit, declarat hic Bald.

Titulus 6.
Epiſcopum,Abbatem, vel Abbatiſſam, aut dominum plebis feudum dare non poſſe.

Vide Cuiac. comment.hic.tom.3.

Item ſi epiſcopus.

§.Quinetiam.1.

De intellectu huius §.vide Dec.*in l fœmina.ff.de reg iur. num. 54.lib. 19. & conſ.159.* vbi ſecundùm hunc text. conſuluit quòd vocatis in inueſtitura maſculis, & fœminis: tamen priùs admittantur maſculi. Item nota quòd ſi inueſtitura diceret quòd ſuccedant filij vtriuſque ſexus,eo caſu pariter admittitur tam maſculus, quàm fœmina,& ita limitat hunc text.Bald. *in l quoties C.de ſuis & legi.* Dec.latè *conſ 208. col 2.* item quid ſi dictum ſit, ſuccedat ſimul maſculus, & fœmina: vel maſculi cum fœminis, & ſimilibus verbis, vide latè per Bald. *in d.l.quoties C de ſuis & legit.*

Item pro intellectu huius §.vide latè Soci. Iun. *conſ.76.n.112.lib.1.& 104.vel 164.n.12.lib.2.* adde etiam quod per hunc text. conſuluit Soci.Iun *con.110.col.2 l 3.* & quòd ſi facta ſit inueſtitura,vt ſuccedant maſculi,& fœminæ.ita tamen quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſed deficientibus maſculis fœminæ ſuccedant, ſi extitit maſculus,qui ſemel filiam excluſit, perpetuo cenſeri eſſe excluſam, nec admittitur etiam poſteà, ſi deficerent maſculi: quam deciſionem nota: quia videtur contra verba illa, deficientibus,licèt ipſe exponat ibi *deficientibus* ſc.à principio, quãdo ſuccedit primo inueſtito,non autem poſteà: intellige etiam hunc text. procedere in feudo proprio,& recto:ſecùs in improprio, & conditionato.Pariſ. *con. 4 nu 37.lib.1.* quæ magna eſt limitatio. Hoc caſu licèt in inueſtitura dictum ſit, maſculis, & fœminis: tamen dominus derogare poteſt priuilegio maſculorum,& inueſtire fœminam Pariſ. *d.conſ.4. num.40 cum multis ſequentibus.* & quod hoc caſu, quando in inueſtitura ſunt vocati maſculi, & fœminæ, intelligantur ſucceſſiue vt ſcilicèt, primò maſculi, deinde eis deficientibus fœminæ ſuccedant, tradit latiſſimè in terminis Pariſ. *conſ 9.col. lib.1.fin.*

In feudo fœmina poſita in copula cum maſculo, non ſuccedit ſimul cum eo ſed ita demum ſi maſculus nõ eſt De h.text.latè Dec.*ad reg.fœmina. num.55.ff.de re iu.* Cald.*conſ 3 de feud* & latè tribus modis declarat Soc.Iun.*con.76.vol.1.* Tres no.reſp. poſt conſ.Fulg.*conſ.13.lib.1.n.45.& ſeq & 56.* adde Alex.*conſ 9 ponderatis his.lib 5. & conſ.29. quoniam abũdè. n.5.l 1.* Dec.*de coſ 139.circa fi.& cõſ.193 col 5*

§.Mutus.2.

Quis ſit mutus,& an ſuccedat in feudum, vide hîc Bald.

Titulus 7.
De natura feudi.

In principio de hac materia: an princeps poſſit alicui auferre feudum ſine cauſa, vide Abbatem, & alios *in c.quæ in Eccleſiam. extrà de conſt.* communis autem opinio eſt eum non poſſe auferre, vt refert Grau. *de antiq.tem. n. 8 verſ. ſed tamen iure eſt.* tradit Soc.Iun. *conſ.76.n.15.lib.1.*

An Imperator obligetur præciſè ex ſuo contractu, vide Bald. hîc.

Titulus 8.
De ſucceſſione feudi.

In principio. In verſ. *ſuccedunt tantùm*,&c. Sed qualiter procedat,vide Dec.*in conſ. 389.* & per hũc text Pariſ.*conſ.10 col.1 lib.1.* quòd pater nõ poteſt primogenito tantùm relinquere feudum. In verſ. *nulla ordinatione.* Adde quòd princeps non poteſt confirmare inueſtituram vaſalli factam cõtra formam inueſtituræ, & in præiudicium agnatorum: vt per Alex.*conſ.130. in fi.* Nota tamen quòd ſi vaſallus inſtituerit aliquem, qui de iure ſuccedebat valebit eius teſtamentum, & dabitur poſſeſſio hæreditatis *l fi.C de edic.D.Had.tollen.* Afflict.*decis 119.* & quòd teſtator non potuit diſponere de feudo, latè tradit Soc.Iun. *conſ.72 col.2.lib 1.* vbi allegat tres rationes huius regulæ,& eam ampliat, vt etiã procedat quoad pias cauſas, quod etiam ſequitur Pariſ.*conſ 7 n 13.lib.1* & Soc.Iun.*conſ 72. col 3.* Hãc regulam declarantem vide omninò, & ibi latè tradit, An, & quando fideicommiſſum poteſt fieri de feudo,& quando poſſit prælegari vni ex filiis, no tamen quod dicit ibi *n.41.* quòd non valet diſpoſitio facta inter eos, ad quos de iure veniebat feudum quia nihil operatur. quod eſt contra id,quod proximè dictum eſt per Affli.& not.quod licèt alias teſtator legando rem alienam, videatur velle præſtari æſtimationem rei: non tamen ita eſt in feudo:quia nec de eo valet vt debeatur ęſtimatio, vt per Soc.Iun *conſ.72 n 60.lib.1.* vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem,licèt Bald.hîc in prin. teneat contrarium, & idem Soc. Iun. *conſ.74.vel 34.num.12.& 30 cum ſeq.* vbi ponit quando dicitur hæreditarium, vt de eo poſſit diſponere. vide Soc.Iun *conſ.160. n.39.*

Amplia hunc text. 1. vt non valeat diſpoſitio teſtatoris de feudo, etiam ſi vellet relinquere vni ex nominatis inueſtituram, putà vni ex filiis. Soc. Iun. *conſ.160.n.41.cum ſeq*

Amplia ſecundò procedere etiam in feudo nouo, quod pater ex ſua prouiſione acquiſiuit: nam ſecundùm communem non poteſt illud vni ex filiis relinquere.Soc.Iun *d.conſ 160.n.44.* ſed quid ſi dominus dedit poteſtatem vaſallo de eo diſponendi inter filios, prout meliùs arbitrabitur, an tunc intelligatur data poteſtas de eo ad ſui libitum, ita vt totum poſſit relinquere alteri ex filiis, vide Soc. latè interpretantem tale priuilegium *in d.conſ 160.n.45.& 46.* & quòd vaſallus non poſſit teſtari de feudo, nec illud relinquere vni ex agnatis,vel remotioribus,tradit Pariſ.*conſ.2 col.1.lib.1* vbi multos ad hoc allegat.

Ampliatur etiam vt quis non poſſit per viam Legati diſponere de feudo, imò de eius æſtimatione non debet, Pariſ.*conſ.7 col.2. & ſeq.lib.1.* & quòd non valet ordinario patris relinquentis vni magis,quàm alteri ex filiis, vide latè Pariſ. *in conſ. 1.vel 10.col.1. lib.1.* vbi per Soc dicit, quòd pater non poteſt relinquere filio primogenito feudum in præiudicium aliorum.

Limita hunc text.in feudo Franco: de quo vaſallus poteſt diſponere Soc.Iun. *conſ 115.n.32.l.2.*

Limita ſecundò in feudo conceſſo vni Francorum.Soc.Iun.*conſ.160.n.39.*

Limita tertiò in feudis magnis, putà Marchionatus, vel Ducatus, in quibus ex cõſuetudine primogenitus tãtùm admittitur Soc.*d conſ.160 n.37.*

Limita quartò, quantum ad exhæredationem: quia poteſt vni ex filiis prælegare. Pariſ. *conſ 4.nu. 19.lib.1.& conſ.1.num 8.lib.eod.* & quod in feudo hæreditario in præiudicium agnatorum cum conſenſu domini hoc obtineat. Imò fortius dicit eſſe permiſſum etiam ſine licentia ſuperioris: vt tenet Dec. *conſ.194.per eum ibi allegato.*

Limita quintò vbi expreſſè dominus conceſſit, ne poſſit teſtari.Dec. *d conſ.194.col fin.* & Pariſ. *d. conſ 2. n.33.* vbi dicit quòd princeps poteſt concedere hanc licentiam citatis agnatis, & *n 48. in fin.* vbi dicit, quòd agnatus remotior hæres præfertur agnato proximiori in feudo hæreditario.

Limita ſextò quoad fructus ex feudo perceptos: quia ſunt proprij ipſius:item quoad melioramenta ex eo facta, ideò de his poteſt teſtari. Pariſ. *d. conſ.4.n 4.lib.1.*

Limita ſeptimò in feudo nouo, de quo poteſt vaſallus diſponere & relinquere per fideicommiſſ. & prohibitionem alienandi.Pariſ. *d.conſ.2. num.14*

Limita octauò vbi diſpoſitio facta per ipſum vaſallum tendit ad ſeruationem feudi.Pariſ.*d conſ. 2,num.10.* quæ omnia contenta vide *conſ.3.lib.1.*

Limita nonò vbi relictum eſt feudum ei, qui erat ſucceſſurus in ipſo feudo.Pariſ *d conſ 3 num 3. lib.1.* vbi per Soc. dicit quòd cùm nepos ſuccedat cum patruo de iure, ideò potuit inſtituere nepotem vna cum patruo.

In §.*hoc quoque in fi in verſ. alij autẽ dicunt vſque ad ſeptimum.* ad quem gradum admittantur collaterales,vide quæ ſcripſi ſuprà, ſuper tit. *de his, qui feud.dare poſ.§.hoc autem.ibi,ſed hodie moderno tempore.* In §.*fin.in verſ.in alia verò.* vide Dec.*conſ 390.* ſed hoc limita in feudo conceſſo à principe, quia in eo ſuccedit frater fratri. Alex. latè *in l. ſi mihi, & Titio.n 7 ff.de verb.oblig.* Soc.Iun *conſ.73. n.21 lib.1. & ibi n. 20. & ſeq* rationem ponit deciſ huius tex.

Limita ſecundò, hunc textum non procedere, quando princeps conceſſit feudum,quia aliqui pugnauerunt in bello pro eo proprijs armis, & expenſis.Soc.Iun. *d.conſ.37 in fin.* not. quod in caſibus, in quibus ſuccedunt fratres, [illegible] ſuccedunt nepotes cum patruis:vt ibi per eum.

Titulus 9.
Qui ſucceſſores teneantur.

Aliter hunc Tit.inſcribit Cuiac.*Qualiter filius hæres inueſtitoru teneatur.* quẽ vide tom.3. comm.

Si quis inueſtitus.

Quare inueſtitura verbalis, & non realis tranſeat ad hæredem, vide hic Bald.

Titulus 10.
De contentione inter dominum, & fidelem de inueſtitura feudi.

Cuiac. hîc.

Si contentio.

Titulus 11.
De pignori dato feudo quid iuris ſit.

Cuiacius non facit nouum titulum: vt nec Aluarotus,nec Audr.de Iſernia.

Similiter.

Titulus 12.
De contentione inter me, & dominum de portione feudi fratris mei defuncti.

Videndus comment. Cuiac. tom.3.

Si contentio.

Titulus 13.
De alienatione feudi.

Cuiac. hîc.

Si clientulus.

Dec.*conſ.13 col 2.& 395.vel 445.col.4.* Idem extendit ad quamlibet materiam, in qua præfertur maſculus fœminæ.Soc.Iun. *conſ.1. n.119. conſ.77. nu.4.lib.1.*& quod verbum, *hæredibus*,in feudo intelligatur tantùm de maſculis,tradit Soc.Iun. *conſ. 111. vel 112 num 8. lib.2.*

Titulus 14.
De feudo marchiæ,vel ducatus, vel comitatus.

Concedo tibi tale caſtrum ad vſum regni tunc erit feudum. Dec.*conſ.384.col.3.*

De marchia.

§.Si capitanei.1.

§. Si duo fratres.2.

Titulus 15.
An maritus ſuccedat vxori in beneficio.

Glo.1.*in ver quamuis in aliis bonis*,&c ponit.Bar. *in lib.contra.iur.ciuil.* & Long. *de hæreditatibus, & ſucceſſionib.* vide per te in verſ. *nullo modo ſuccedat*, & de iure Longobar. Iul.Ferret. *in add.ad* Bart. *in lib.contr.iur.ciuil.*& Long. *de ſucceſ.num.2.*

Si Fœmina.

Titulus 16.
De feudis datis minimis Valuaſoribus quid iuris ſit.

Si minus.

Titulus 17.
Quibus modis feudum amittatur.

Si capitanei.

Titulus 13.
Apud quem, vel quos controuerſia feudi finiatur.

Si contra

Si contentio.

§. Si aliquis. 1.

Titulus 19.
Conſtitutiones Feudales D. Lothar. Imp. &c.

In gloſſ. *ſi quis miles. in verſ. idem in filiorum ſucceſſione*, quòd pater ſuccedat in rebus feudalibus, ſicut in aliis de iure ciuili, ponit eſſe ius, & eſt communis opinio per Scrib. hic, ſi feudum eſt antiquum: ſecùs ſi nouum. Iul. Ferret *in add. ad* Bart. *in label. contra. iur. ciuil. & Long. de ſucceſſ. nu. 4.* vbi etiam dicit, quòd ſi pater acquiſierit feudum nouum, quod illud cum regio conſenſu abſque filij ſcientia & conſenſu poterit alienare, ſecùs ſi erit Feudum antiquum, vt ibi per eum in fin. Vide 3. tom comment. Cuiac. in hunc tit.

Titulus 20.
De beneficio fratris, &c.

Titulus 21.
De feudo ſine culpa non amittendo.

In verb. *ſancimus. in prin.* Amplia hunc text. etiã ſi dominus eſſet ſupremus princeps, vt Papa, vel Imperator: quia etiam ipſi non poſſunt ſine culpa priuare vaſallum Feudo, vt teſtatur Socin. Iun. *in conſ. 115. lib. 2. num.* 10. Vide Cuiac. hîc.

Titulus 22.
Quo tempore mil. inueſt. pet. debet.

In princ. intellige hoc, ſi fuerit declaratum priuatum: ſecùs ſi non fuerit ſequuta ſentẽtia declaratoria, & vaſallus ſoluerit cenſum: quia videtur remittere caducitatem. Dec. *conſ* 141. *col. fin.* Adde tamen iſta pœna propter pœnam inueſtituræ non petitæ intra annum ſolet remitti de facili. Afflict. *deciſ. 161. nu.* 89. Cætera in hac materia vide quæ ſcripſi in ſi. ad tit. *quæ fuit prima cauſa benef. amit.* Sed pone quod poſt annum, & medium, ſecundùm vſum conſuetudinarium, vaſallus incœperit, nunquid talem quaſi ingratitudinem videtur remittere: & certè videtur quòd ſic *per l. poſt diem. ff. de leg. commiſſ. vt per glo. hic*, & mentem, in fin & hanc opinionem tenet Soc. Iun. *conſ.* 115. *n.* 12. *lib.* 2.

In verſ. *niſi iuſta cauſa.* quæ ſit iuſta cauſa vide latè per Afflict. *deciſ.* 42. per Soc. Iun *conſ.* 115. *num.* 14. *cum ſeq. lib.* 2.

In § *ſi quis ſecurit, &c.* Vide in terminis Dec. *conſ.* 14 vel 140. *vel* 144. *nu.* 2. vbi dicit non valere inueſtituram factam tertio, qui dixerat vaſallum conſentire, qui non conſenſerat, & cùm eſſet mortuus, de eius conſenſu non apparebat. & latè, quod inueſtitura facta intelligatur ſine præiudicio veri vaſalli & eius, qui habet ius in feudo, tradit Socin. Iun. *conſ.* 110. *col. fi. Lib.* 2. Dec. *conſ* 468. *nu.* 26. Item dominus non poteſt mutare inueſtituram in præiudicium agnatorum: quia præualebit prima, per quam eſt eis ius acquiſitum. Dec. *d. conſ.* 468. *n.* 25. *in fin.* Item de feudo, quod domino non eſt apertum, non poteſt dominus in præiudicium eius, ad quem ſpectat, de eo facere alteri inueſtituram. Soc. *d. conſ.* 150. *ante fin lib.* 2. Sed quid ſi præſente vaſallo, & patiente alium inueſtierit, an præſumatur conſentire vaſallus, vide Soc. Iun. *d. conſ.* Vide etiam Cuiac. comment. ad hunc tit. tom 3.

Titulus 23.
De contentione inter dominum, & vaſallum, de inueſtitura feudi

Titulus 24.
Quemadmodum feudum ad filiam pertineat.

Explicatur à Cuiac. 3. tom comm. iuris ciuilis.

Si quis ſine filio. Nota hîc duos caſus, in quibus fœmina ſuccedit in feudo, quos refert Bald. *ſuprà, de his qui feu. dare poſſunt in §. & quia vidimus, &c. nu.* 9. & tertium caſum, ſc. quando filia fuit nominata in inueſtitura, videlicet, quando per feudum nullum præſtatur ſeruitium. Dec. *conſ.* 32. *col fi.* adde ſuprà ſimilem quando princeps non dixit: Concedimus in feudum tale caſtrum, ſed dixit, Donamus: tunc enim eſt mera donatio, in quo ſuccedit fœmina. Dec. *conſ.* 32. Sed quid ſi dominus dixerit vt fœmina non poſſit ſuccedere. Vide Iaſ. latè *in præludiis feud. nu.* 12 & 13. *cum ſequen.* Et de ſupradictis vide Dec. *conſ.* 185. vbi etiam an ſuccedat fœmina in bonis allodialibus, quæ contineant iuriſdictionem. Sed inter alia nota, quòd ſi quis præſcripſit caſtrum, cuius initij non extat memoria, & tamen nunquam in eo ſucceſſerãt fœminæ, licèt dicatur, Liberi, tamen non ſuccedunt fœminæ, quia in plus non videtur præſcriptum, quod fuerit obſeruatum: ſed cùm tantùm maſculi ſucceſſerunt: ergo illi tantum ſunt admittendi, quod valde not. & de hac materia vide Dec. *in l. fœmina. nu.* 54. *verſ.* 59 *ff. de reg. iur.* Et quod fœmina ſuccedat in feudo, in quo nullum præſtatur ſeruitiũ. Item in feudo Regio. Item in feudo empto pecunia, vide Dec. *conſ.* 199. *col.* 1. vbi de materia. Item quòd ſi feudum ſimplex fuerit conceſſum alicui, & ſuis deſcẽdentibus maſculis, & fœminis ſi fuerint maſculi, fœminæ excludentur, vt ſuprà, *Epiſc. vel Abb. in §. fin.* quod ibi limit. Bald. niſi fuerit feudum conditionatum, id eſt, datum pro aliquo ſeruitio præſtando: quia tunc ſimul ſuccedunt, tam maſculi, quàm fœminæ, de quo vide Dec. *conſ* 139. Item quid ſi ſtatutum ſit in loco, quod tam maſculi, quàm fœminæ ſuccedant, an intelligatur etiam in Feudis. Item nota quòd vbi præſtatur Iuramentum realitatis, nunquam ſuccedit fœmina: quia per illud eſt obligatus ad ſeruitium, quod non poteſt præſtare fœmina, & alia vide ibi in materia quando fœmina ſuccedat, vel non. Item in materia vide Alex. *conſ.* 9. *lib.* 5. & de ſupradictis vide latiſ. Dec. *conſ.* 193. & inter alia ibi col. pen. addit quòd ſi fuerit conceſſum ſibi, & vni dederit, an intelligatur etiam de fœminis, & quando ſuccedat fœmina in feudo vide latiſ *in materia.* Dec. *conſ.* 208. & latè Bald. in *l quoties. C. de ſuu. & legit.* Item quod fœminæ ſuccedant in bonis allodialibus etiam ſi continent iuriſdictionem. Item in caſtro donato, & alia de materia, vide omninò Dec. *conſ.* 169. *col.* 1. & 2. vbi refert multos caſus, in quibus fœmina ſuccedit in feudo, & latiùs in *conſil.* 399. *n.* 6. & 7. & 14. & ibi etiam vide *nu.* 10. & 11. Item de materia quando dicitur à domino feudi, vt filia ſuccedat, vide Dec. *conſ.* 403. vbi plenè, An princeps poſſit habilitare fœminas ad feudi ſucceſſionem in præiudicium agnatorum. Item quibus caſibus filia ſuccedat in feudis, & an conſuetudine admittatur, vide Dec. *conſ.* 414 *col.* 5 & not. quòd ſi princeps concedit caſtrum, & dicat: Damus tibi pleno iure: quod tunc eſt dominus, quia tunc tranſtulit dominium directum, nec vllam mentionem de feudo facit, & ideò fœmina ſuccedit, & multa alia in materia vide per Dec *cõſ* 467. Et nota quòd ſi fuerit dictum de hæredibus Feudalibus, intelligitur tantum de maſculis. Dec. *conſ.* 516. *col.* 3. & adde quòd ſi feudũ eſſet fœmininum, tamen ſi ſemel ſucceſſerint maſculi, fœminæ excluduntur, vt per Alex. *conſ.* 57. & *not.* quòd vt in feudo empto ſuccedant fœminæ, oportet quod ſit emptum iuſto pretio. Alex. *conſ.* 110 *in fin.* & idem Soc. Iun. *conſ.* 65. *nu.* 16. *lib.* 1. & quòd fœminæ non ſuccedant neque in feudo fœmineo, neque maſculino, & quæ ſit ratio vide declarãtem hoc Soc. Iun. *d. conſ.* 65 *col* 1. & 2. & quòd fœmina non admittatur ad dignitatem, in qua eſt adminiſtratio cum mero, & mixto imperio ſine priuilegio principis, tradit Soc. Iun. *d. conſ.* 65. *n* 24. 25. & *ſeq* & no. quòd poteſt induci conſuetudo in familia, vt fœminæ non ſuccedant in caſtris, etſi non ſint feudalia. Dec. *conſ.* 85. *col.* 5. Soc Iun *conſ* 65. *num.* 31. & *ſeq. lib.* 1. & quod quando conceſſio eſt facta per verbum *donamus*: ſuccedat filia & aliæ filiæ, tradit latiſ. Soc. Iun *conſ* 76. *nu* 44 *cum mult ſeq. & num.* 48. *lib.* 1. Adde & quòd filiæ propter merita patris, princeps poteſt concedere feudum in præiudicium agnatorum, ſi fuerint negligentes in petendo. Soc. Iun. *d conſ* 76. *num.* 132. *lib.* 1. & not. quod tradit ibi Soc. *col pen.* Similiter quòd fœmina per maritum ſeruiet, & quamuis dicitur in text. quòd filia non habeat beneficium patris, intellige non procedere in feudo Regio, in quo fœmina poteſt ſuccedere, vt per Soc. Iun. *conſ.* 79. *vel* 27. *n.* 22. *lib.* 1. & quamuis dicitur in text. Si autem dominus ei dare voluerit intellige hunc text. in feudo nouo: ſecus eſt enim in antiquo, quia in eo non poteſt dominus præiudicare agnatis, & dare filiæ. Ita declarat Decius *conſ.* 498. *col pen* Adde Soc Iun. *conſ* 101 *lib.* 1. vbi latiſ. probat, quando conceſſio caſtri fuerit libera, non feudalis, ideò in ea ſucceſſerant fœminæ prout in allodialibus. Item adde quòd ſi cõceſſum fuerit feudum pro ſe, & hæredibus, intelligitur tantùm de maſculis. Soc. Iun. *conſ.* 109. *col.* 1. Item feudo empto ſuccedit fœmina, nam tunc fœmina non ſuccedit. Soc. Iun. *conſ.* 109. *nu.* 8. *lib.* 1. Item quid ſit feudum eſt datum fœminæ, an tunc ſuccedunt fœminæ, non ſtantibus maſculis. Soci. Iun. *d. conſ* 109 *num.* 71. Sed quid ſi in inueſtitura dictum ſit, quòd deficientibus maſculis fœminæ ſuccedant, an ſi maſculus ſucceſſerit, & ſic excluſerit fœminas, an poſteà maſculis deficientibus, fœminæ admittantur, an perpetuò ſint excluſæ, vide Soc. Iun. *conſ.* 110. *in* 1. *dubio. lib.* 2. Adde quod princeps poteſt concedere licentiam vaſallo diſponendi in fœminis, etiam agnatis non citatis, & etiamſi eſſet facta inueſtitura pro maſculis. Pariſ. *conſ* 2. *n* 34. *lib* 1. Adde Pariſ. *conſ.* 4 *col* 1. *lib.* 1. vbi dicit quòd quando dictum eſt, *Donamus*, importat dominium, & non feudum, & tunc ſuccedunt fœminæ. Pariſ. ibi *col.* 1. vbi latè. Idem eſt in feudo conditionato, in quo ſuccedit fœmina, de quo latè per Pariſ. *d. conſ.* 4. *num.* 16. Et quando ſunt vocati maſculi, & fœminæ in inueſtitura, an admittantur ſucceſſiuè, vide Pariſ. *conſ* 9. *col. fin.* & *J. ſcripſit ſuper tit. qui ſibi, vel hæred.* vbi adde, vbi ſeruitia ſunt talia, quod fœmina poteſt ea præſtare, tunc fœmina ſuccedit, Pariſ. *d. conſ.* 4. *num.* 18. Idem vbi nullum extabat præſtandum ſeruitium: nam & ibi ſuccedit fœmina. Adde etiam quòd licèt aliàs vbi venit iuramentum præſtandum fidelitatis, non ſuccedit fœmina: tamen vbi expreſsè aliqua ſeruitia, quæ fœmina poterat præſtare, iuramentum fidelitatis non trahitur vltra ea, ideò poterit ſuccedere: quod not pro limitatione huius dicti. Idem vide quod notanter reſpondet ad illud de Iuramento: quia dicit illud non operari quòd fœminæ non ſuccedãt, quia conſuetudo eſt, quòd etiam fœminæ ſuccedant: tamen præſtetur iuramentum, quod eſt valdè notandum. Sed quid ſi in loco habilitata erat fœmina ad ſuccedendum in feudis, & maſculus erat effectus monachus, qui præferatur, an ſoror monachi, an ipſum monaſterium, vide Affli. *deciſ* 320. Item adde quòd etiamſi præſtãda eſſent etiam ſeruitia, quæ fœmina præſtare non poſſet: tamen erit capax feudi ex perſona mariti, qui poterit præſtare ſeruitia pro ea. Pariſ. *d conſ.* 4. *num.* 26 *lib.* 1.

Limita etiam hunc text. non procedere in feudo empto pecunia: nam in eo tunc ſuccedunt. Pariſ. *d. conſ.* 4. *lib.* 1 *num.* 39.

Limita etiam quando princeps vellet derogare priuilegio maſculorũ, & inueſtire fœminam, quia hoc poſſet maximè propter benemerita defuncti: vt per Pariſ. *d conſ* 4. *nu.* 40. *cum ſeq.* vbi etiam aliqua in materia. Nota etiam vnum omninò, quòd vt agnati maſculi excludant fœminas, oportet, eos eſſe de deſcendentibus ipſius inueſtiti: non tranſuerſales, putà deſcendentes ex fratre inueſtiti, quia tales non ſunt comprehenſi in inueſtitura. ita Pariſ. *d. conſ.* 4. *n.* 44. & eſt text. infrà, *de ſucceſſ. Fran.* quod tamen limita, & vide quæ ſcripſi in d. tit.

Titulus 26.
Si de inueſtitura inter dominum, & vaſallum lis oriatur.

In §. vlt. *verſ ſi autem aliquis, circa. fin.* Quomodo procedat iſte text vide Dec. *conſ.* 144. *col.* 5.

Titulus 27.
De feudo dato in vicem legis commiſſoriæ reprobando.

In §. fi. in *verſ. Mediolanenſes & Cremonenſes*, &c. Opinionem Mediolanenſium ſequitur Rot. Neapolita. D. Afflict *deciſ.* 291. & ibi dicit in fin. quòd feudum conceſſum princeps non poteſt reuocare ſine cauſa.

Finis 1. Libri Feudorum.

REMISSIONES IN SECVNDVM LIBRVM FEVDORVM.

Titulus 1.
De feudi cognitione.

POST medium, *in verſ. abſque calumnia vti* & ſic vbi quid non eſt deciſum per conſuetudinem, recurritur ad ius commune. Socin. Iun. *conſ.* 23 *col.* 1 *lib.* 1. Vide Cuiac. commentarios in omnes ſequentes titulos, tom. 3.

Obertus de Orto.

§. Sciendum eſt. 1.

Titulus 2.
Quid ſit inueſtitura.

Quid ſit inueſtitura, vide Synopſim totius iuris feudalis Henrici à Roſenthal. vnde dicta ſit, notat hic Iul. Pac.

Inueſtitura quidem.

Duplicem eſſe inueſtituram declaratur hoc loco: propriam nempe, & abuſiuam: & quid ſit propria, quidque abuſiua, declara vt hic.

§. Si verò vaſallus. 1.

Inueſtitura quemadmodum probetur vaſallo poſſidente, vide Gloſſ. & quod ibi notaui *in lib.* 1. *tit.* 4. *in verbo, in poſſeſſione.* 4. *eod.*

§. Præterea ſi aliquis. 2.

Sub tali conditione.

Hinc conditionale Feudum dicitur.

Titulus 3.
Per quos fiat inueſtitura, & per quos recipiatur.

Eſt Cuiac. tit. 4. cuius comment hic vide.

Inueſtitura.

§. Sed etiam rei. 1.

Guid. Papæ *deciſ.* 162. *col.* 1. Afflict. 99. Guid. Papæ *deciſ.* 198.

Titulus 4.
Quid præcedere debeat, an inueſtitura, vel fidelitas.

Vtrùm autem.

Nota hic inueſtituram præcedere fidelitatem: quid autem ſit fidelitas diſce ex hoc loco.

Titulus 5.
Qualiter iurare debeat vaſallus domino fidelitatem.

In principio vide latè Alcia. declarantem *conſil.* 11. & quid differat iuramentum fidelitatis à iuramento aſſecurationis, vide Gram. *deci.* 105 *n.* 25 *ſeu* 26. Item de hac forma fidelitatis iuraméti, & eius requiſitis vide latiſ. declarat. Afflict. *dec.* 30 *in primo dubio.* nota vnum in hac materia, quòd ſi non valuiſſet infeudatio alicuius caſtri in aliquem, nec valebit iuramétum fidelitatis ſuper eo præſtitum. Socin. Iun. *conſ.* 78. *col. fin. lib.* 1. Item dicit, non valere iuramentum metu extortum. not. duos caſus, quibus quis non tenetur præſtare fidelitatis iuramentum. Primus quando pro feudo præſtatur annua penſio, vel cenſus: quia tunc dicitur impropriè feudum: ita Pariſ. *conſ* 4 *lib.* 1. *num.* 15. Secundus caſus eſt, in feudo conditionato, in quo non tenetur vaſallus præſtare iuramentum fidelitatis. Pariſ. *d. conſ.* 4. *num.* 16. *lib.* 1. vbi etiam declarat quid ſit feudum conditionatum. An dominus teneatur iurare vaſallo fidelitatem. vide Afflict. *deciſ* 265. 1. fall. quòd inuicem dominus teneatur ſeruare fidelitatem, & promiſſa vaſallo tradit Soc. Iun. *conſ.* 144 *lib.* 1. *in verſic. ſed quia iſta.* De iuramento vide Guid. Pap. *deciſ.* 307. Vide Cuiac. tom. 3. comment. iuris ciuilis.

Titulus 6.
De forma fidelitatis.

In epiſtola.

Intellige hunc textũ procedere quando vaſallus ſimpliciter iurat: ſecùs ſi in inueſtitura exprimantur certa ſeruitia, quia tunc iuramentum tantum extenditur ad illa ſeruitia permiſſa, non vltra: ita declarat Pariſ. *conſil.* 4. *nu.* 21 *lib.* 1. imò addit quòd iuramentum ſimpliciter præſtitum non extenditur ad omnia hic expreſſa, ſed ad illa tantùm, quæ dominus ſolet exigere. vide Cuiac. hic.

Titulus 7.
De noua forma fidelitatis.

Eſt & alia.

In hunc titulum vide Socin. *conſ.* 75. *col. fi. lib.* 2. & Cuiac. comment. tom. 3.

Titulus 8.
De inueſtitura de re aliena facta.

Cuiac. hic videndus.

§. Econtrariò. 1.

§. Quamuis. 2.

Quantum ad ius Longobar. vide quomodo declar. Ferret. *addit ad Bart. de donat. propt. nupt.*

Titulus 9.
Qualiter olim poterat feudum alienari.

In verſ. *quòd & ipſum ſincerè.* vide Guido Papæ *deciſ.* 161 & Cuiac. 3. tom. comment. Ad §. *donare autem*, &c. poſſet tamen de conſuetudine alienari, vt per Dec. *conſ.* 186. *col.* 2.

Titulus 10.
Quis dicatur Dux, Marchio, Comes, Capitaneus, vel valuaſor.

De nominibus vaſallorum Cuiac. hic.

Titulus 11.
De ſucceſſione fratrum, vel gradibus ſuccedentium feudo.

In verſ. *eius feudi ſucceſſio circa fin poſt med.* Nota quòd feudum non tranſit ad tranſuerſales primi inueſtiti: ſed tantùm ad deſcendentes: fallit, ſi verba inueſtituræ ſint ita concepta, vt ſi etiam de tranſuerſalibus non intelligerentur, eſſent ſuperflua. vide Soc. Iun. *conſ.* 105. *lib.* 2. vbi dicit, quòd ſi conceſſum fuit feudum pro ſuis, & domo ſua, intelligitur etiam de tranſuerſalibus inueſtituris; quia aliàs tantùm intelligeretur de deſcendentibus per illud verbum, *ſuis*, quod nota, & ſecundùm hunc text tradit Pariſ. *conſil.* 4. *num.* 44. *lib.* 1. quod in feudo non ſuccedit filius fratris. quia non eſt de deſcendentibus inueſtiti. vide Socin. Iun. *conſil.* 33. *num.* 22. *lib.* 1. & eſt communis opinio, ac per Franc. Curt. *in tract. de feud.* 198. & 199 *in princ.* licèt ipſe ibi contrarium teneat, & de hoc quando in feudo nouo habeat locum ius accreſcendi, & alia de materia huius text. vide ſuprà quæ notaui in *tit. de his, qui feud. dare poſſunt in §. cũ verò. & §.* quod dicit Curt. *in tracta. de feud. chart.* 199 *& ſeq* vbi multis modis limitat hanc regulam, quòd in feudo nouo non ſuccedat frater fratri. Vide Cuiacij commentaria in hunc tit. tom. 3.

Titulus 12.
De fratribus de nouo beneficio inueſtitis.

Vide interpretationem Cuiacij in hunc titulum, tom. 3.

In *princ. vel in verſ. fructus tamen, &c.* An verò hoc procedat de iure communi, an de iure ſpeciali feud. vide latiſ. declarãtem Petr. de Vbald. *in tract. de duobus fratribus. in* 6. *parte, in quæſtio.* 23. *chart.* 78. *in princ.* ibi nec obſtat. § *ſi duo fratres.*

In verſ. *ne fortè.* Adde quòd idem eſt in Emphyteoſi ab vno acquiſita: quia alter non poteſt communicare, licèt ſit empta ex pecunia communi eorum. Dec. *conſil.* 431. *vel* 435.

Titulus 13.
De inueſtitura quam Titius accepit à Sempronio.

Cuiac. hic.

Titius.

Titulus 14.
De vaſallo decrepitæ ætatis, qui feudum refutauit, vt filij inueſtirentur.

Vide Cuiac. comment. tom. 3.

Quidam.

Titulus 15.
De inueſtitura in maritum facta.

Vide Cuiac. hic.

Vaſallus.

Titulus 16.
De controuerſia feudi apud pares terminanda.

Si inter.

Titulus 17.
De eo, qui ſibi, vel hæredibus ſuis maſculis, & fœminis inueſtituram accepit.

In hunc tit. ſcripſit comment. Cuiac. quos vide tom. 3.

Qui ſibi, vel hæredibus ſuis, &c. Sed quid ſi ſemel ſucceſſerit maſculus, an perpetuò excludatur fœmina: an verò donec extent maſculi, & ſic temporaliter: quod videtur præſupponere hic text. *in verſ non enim poteſt locus fœminæ*, &c. ſed contrarium in terminis conſuluit Socin Iun. *conſ.* 7 *lib.* 7. & ibi reſpondet ad hunc text. & quòd verba illa *deficientibus maſculis*, intelligantur, id eſt, deficientibus primi inueſtiti tempore: non autem ſi poſt quandoque defecerit. In ſimilibus terminis conſuluit in ſubſtitutione hoc modo facta. Socin. Iunior. *conſil.* 180. *lib.* 2 *per totum.* vbi dicit idem ſi dictum ſit *maſculis non ſuperſtitibus*, vel *non ſuperexiſtentibus*, non autem poſt: ſemel admiſſus maſculus, ſemper intelligitur excluſa fœmina, vide *conſil* 180.

Titulus 18.
De duobus fratribus à Capitaneo inueſtitis.

Hîc conſulendi comment. Cuiac. tom. 3.

Circa

Circa fin. in verſ. *propter tenetur*. not. quòd tenor inueſtituræ eſt inſpiciendus. Dec. *conſ.* 390. *&* 395. adeò quòd antè omnia eſt inſpiciendus, & inſinuandus, etiamſi eſſet contra naturam feudi Dec. *conſ.* 614 *col.* 2 *&* Afflict. *deciſ.* 161. *vel* 761. *col. pen.* *&* 293. Tiraquel. latè *in l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. in verbo, libertis, num* 8. & in emphyteoſi quòd inſpiciatur inueſtitura, vide Socin. Iunior. *conſil.* 91. *vel* 41. *col.* 1. *l.* 1. Et quòd tenor inueſtituræ derogat omni iuri, & conſuetudini feudorum Socin. Iun. *conſil.* 76. *lib.* 1. *numer.* 18. *& conſilio* 77. *num.* 13. Idem Socin. Iun. *conſil.* 101. *num.* 21. *lib.* 2. quòd tenor inueſtituræ eſt vna maxima in feudis. idem *conſ.* 103. *num.* 8. *lib.* 2. *&* Pariſ. *conſ.* 1. *in prin. lib.* 1. quod ad cognoſcendum an feudum ſit antiquum, vel quid ſimile, eſt inſpiciendus tenor inueſtituræ, & idem ad cognoſcendum an ſit feudum hæreditarium Pariſ. *conſ.* 2. *num.* 25 *lib.* 1. *& d. conſ.* 4. *lib.* 1. *col.* 1. vbi dicit quòd inueſtitura derogat omni naturæ feudorum *conſ.* 5. *lib.* 1. *& conſ.* 6. *eod. lib.* quòd etiam verba extranea inueſtituræ ſunt attendenda.

Titulus 20.
De controuerſia inter Epiſcopum, & vaſallum.

Titulus 21.
De vaſallo milite, qui arma bellica depoſuit.

Miles qui, &c. Limita tripliciter, vt per Dec. *in cap. præſentia. nu.* 74. *extrà de probat.* & de materia vide Alex. *conſ.* 80. vbi ponit, quòd in militia Hieroſolymitana, &c. vide hic Cuiac.

Titulus 22.
De milite vaſallo, qui contumax eſt.

In verſ. *ſpatio tertiò*, &c. quod præcedere debeat tertia monitio antequàm vaſallus priuetur, tradit in terminis Crauett. *conſ.* 6. *nu.* 18. *&* 106. in qualibet priuatione iuris tradit idem Crauett. *conſ.* 103. *col.* 1. ſed vide omninò Gram. *deciſio* 11. *nu.* 10 Sed quòd iſta ſit ſpecialis, tradit Felin. *in cap. ex literis num.* 8 *fall.* 3. *de conſt.* vbi latè tradit, quando requiratur trina monitio. vide hic Cuiac. commentar. tom. 3.

Titulus 23.
In quibus cauſis feudum amittatur.

Titulus 24.
Quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi.

Quæ fuit prima, &c. Adde in materia quòd in quibus cauſis feudo quis priuatur, ſi dominus ſuus tacuerit, neque priuauerit feudo vaſallum, non poteſt poſteà priuare ex ea cauſa eius ſucceſſorem, de quo vide Alexan. *in l. rei iudicatæ. col.* 1 *ſi lu. matrim.* aliquid per Crauet. *conſ.* 59 *in fin.* Sed vide Pariſ. *conſ.* 1. *lib.* 4. *num.* 52. Adde etiam quòd multæ aliæ ſint cauſæ, quibus vaſallus priuatur feudo, vt per Afflict. *deciſ.* 265. *maximè col. fin.* Cætera vide quæ ſcripſi ſuprà ad tit. *Quibus modis feudum amittatur*. Vide Cuiac. comment. in hunc titul. tom. 3.

In verſ. *quod ſi vaſallus*, &c. Nota tamen, quòd cùm hoc dictum ſit odioſum, deberet admitti etiam poſt annum, & diem de benignitate. Crauet. *conſ.* 29. *in fin.* maximè ſi interuenerit iuſta ignorantia, deberet in integrum reſtitui. Crauet. *deciſio.* 42. *col. fin.* tamen dicit quòd iſta pœna de benignitate debet remitti. *deciſio.* 265. *num.* 89. Item quòd hoc caſu vaſallus non petita inueſtitura intra annum, & diem non cadit ipſo iure: ſed requiritur ſententia, ideò poterit non lata ſententia purgari mora. Guid. Papæ *deciſ.* 164. *quod nota. &* 166 *&* Dec. *conſ.* 144. *column. fin.* Socin. Iun. *conſ.* 115. *num.* 22. *lib.* 2. Item quòd ille annus incipit currere vaſallo à die quo cepit poſſeſſionem feudi Guido Papæ *deciſio.* 155. *vel* 165. Dec. *conſ.* 68. *vel* 58. *col. penul. &* 144. *num.* 6. Adde etiam an quando petitur inueſtitura, ſit ſimul promittenda fidelitas: vide Guido. Papæ *deciſio* 167. vide etiam quæ add. ſuprà. l. in materia c. 1. *quo temp. mil. reſc.* &c. Nota etiam quòd ſi dominus non conceſſit inueſtituram, priuabitur feudi proprietate, niſi ſit Eccleſia. Guido Papæ *deciſio.* 68. Item adde ſi vaſallus fuerit impeditus petere inueſtituram à domino propter impedimentum Felin. *in ca. ex transmiſſa. col.* 4. *verſi. non omnino. extrà, de præſcrip.* Adde quod ignorans excuſatur hoc caſu. Socin. Iun. *conſ.* 72. *nu.* 5. *lib.* 1. Nota etiam an requiratur ſententia vt vaſallus priuetur, quòd non petit inueſtituram, an ipſo iure ſit priuatus: Item an ſola ſententia ſufficiat facto oſtendere, quòd dominus vult vaſallum eſſe priuatum, putà alij concedendo: vide Socin. Iun. *conſ.* 76. *num.* 77. *lib.* 1. adde quòd hic textus non procedit in vaſallo, qui non poſſidebat. Bald. *in l. ſolennitas C. de rei vindic.* Socin. Iunior *d. conſil.* 76. *num.* 78. quod ibi intelligitur, niſi fuiſſet negligens in petendo poſſeſſionem à tertio: adde tamen ſi dominus poſt annum multo tempore faceret inueſtituram, videretur remiſiſſe caducitatem: & eſt communis opinio, vt per Socin. Iunior. *conſ.* 115. *num.* 12. *lib.* 2. Fallit iſte textus, Si vaſallus habuerit iuſtam cauſam ignorandi eſſe feudum, & quæ ſint iuſtæ cauſæ, latiſſimè tradit Soci. Iunior *conſ.* 115 *nu.* 18. Idem ſi dominus non gerebat ſe pro domino: ſed alius, vt per eum ibi & de his vide etiam Dec. *conſ.* 141. *vel* 144. *num.* 6. Item limita quando alicui pars feudi obuenit iure accreſcendi: nam tunc noua inueſtitura opus non eſt. Item ſi illud non petit, non eſt priuandus. Dec. *conſ.* 144. *num.* 6. *verſi. præterea.* Fallit ſi ſemel fuit iuratum prælato, & ſic dignitati tantùm, vel etiam ſucceſſoribus, quia tunc non tenetur iurare aliis ſucceſſoribus, & ſic nec petere inueſtituram. *cap. veritatis. extrà, de iureiuran.* Bald. hic, & Socinus Iunior *conſ.* 115. *num.* 20 *lib.* 2. Fallit ſi ante litem cõteſtatam ſuper caducitate, moram vaſallus purgauerit petendo inueſtituram Socin. Iunior *conſ.* 115 *num.* 21. Fallit in minore. & vniuerſitate, qui in integrum reſtitui poſſunt, ſi eorum adminiſtrator non petiit. Socinus Iunior *d. conſ.* 115. *num* 13. Fallit, ſi fuit præſcriptum contra hanc caducitatem. Socinus ibi, *num.* 27. Adde tamen quòd dominus non poteſt priuare vaſallum eo non citato Felin. *ca. cùm olim. extrà, de re iud. col.* 8. *verſi. per illum textum, & dicit pat.* Adde quòd non eſt priuatus ipſo iure, ſed eſt priuatus per ſententiam, & per hoc dicit vnum notabile Fel. quòd licèt Papa reſcribat talem priuatum eſſe: quia non petit inueſtituram: non tamen erit priuatus, niſi priùs feratur ſententia quia reſcriptum Papæ debet intelligi ſecundùm terminos iuris communis, quod valde not. vt per eum. *c. cauſam, quæ. num.* 6. *verſic. & dicit Card. extrà, de reſcript.* & pro d. claratione vide etiam conſilia Dec. *conſ.* 144. vbi limitat hunc textum tribus modis.

In verſ. *prædictis cauſis*, &c. Adde etiam aliam cauſam: ſcilicet, quando vaſallus negans feudum ſuccumbere conuincitur: nam tunc admittitur, vt *infrà, ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum, & agnatum. §. vaſallus.* & per Crauet. *deciſio* 77 *in fin.* adde aliam, ſi fuerit aduocatus contra dominum. Crauet. *deciſio.* 80. quòd ſi vaſallus admittat crimen falſi, an poſſit priuari feudo, vide Afflict. *deciſio.* 404. *col. fin. in verſi illud enim certum loquitur, ſecundùm Pomp.* Caſſad *in titul. de iureiur* & in iure conſuetudinario ſingulat. contra regulas iuris cõmunis. *in § fin. in verſ. Vt ſiquidem vaſallus.* Vide Dec. *conſ.* 445. *col. antepen. & fin.* Alexand. *conſ.* 30. *lib.* 1. Sed quid ſi admittat, quia alienauit irrequiſito domino, an reuertatur ad ipſum, an ad agnatos, vide Grani. *deciſio.* 77. Sed quid ſi deliquerit vaſallus, ex quo veniat feudum confiſcandum, an reuertatur ad fiſcum, an ad Baronem, à quo habuit vaſallus: vide Afflict. *deciſio.* 172 *in ſecundo dub.* Item quid ſi frater deliquit, ita quòd priuatus eſt feudo, an vadat ad patrem, an ad fiſcum: vide Afflict. *deciſio* 380. & Pariſ. *conſi.* 1. *nu.* 17. *lib.* 1. vbi dicit, quòd ſi vaſallus deliquerit in perſonam domini, putà per rebellionem, & ſimil. tunc feudum acquiritur domino: non agnatis.

Titulus 25.
Si de feudo vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit.

Vide Cuiacij explicationem in hunc titulum, tom. 3.

Titulus 26.
Si de feudo defuncti contentio ſit inter dominum, & agnatos vaſalli.

Vide Cuiac. comment. in hunc tit. tom. 3.

In §. 1. *in ſi in verſ. reſpondit filiam*, &c. & hoc in terminis tradit Dec. *conſ.* 414. *n.* 11. *&* 467 *col.* 1. Sed hoc procedit vbi a principio petitur poſſeſſio: vel vbi de petitorio cognitum eſt: quia tunc cauſa proprietatis abſorbet cauſam poſſeſſionis. Dec. *conſ.* 17. *col. pen.* Idem ſi ſoror ſit inſtituta à fratre: nam debet conſeruari in poſſeſſione, & idem erit in hærede ipſius filiæ, vt tradit Dec. *conſ.* 188 *col.* 2. nota tamen textum hunc procedere tantùm in poſſeſſorio, non in petitorio, nec in executione ſententiæ filia poſſet per hunc text. impedire, vt declarat Soci. Iun. *conſ.* 68. *col. pen. vel col.* 1. & quod dicit hic text. de filia, idem dicas in alia fœmina proximiori ipſi defuncto: quia eſt mittenda in poſſeſſionem feudi, vt de nepote filiæ patris tradit Socin. Iun. *conſ.* 75. *num* 28. *lib.* 1. *cum ſeq.*

§. Moribus.

Ad hunc §. vide omnino Soc. Iun. *conſ.* 76. 129.

§. Vaſallus.

Hunc § intellige vt per Grammat. *deciſione* 77. *col. fin.*

§. *Si quis per triginta*, &c. de præſcriptione feudorum, & de tota materia hac, vide Franciſ. Balb. *de præſcrip. num.* 4. *par.* 4 *in prin. in* 12. *quæſt. cum ſeq.* Item vt procedat hæc præſcriptio, quot requirantur, vide Dec. *conſ.* 144. *col.* 3. nota tamen, quòd ſi quis teneret per 30. annos, licèt, vt hic, præſcribat contra dominum, non tamen præſcriberet contrà alium agnatum, qui eſſet proximior, qui tamen nondum natus erat, quia contra eum non valentem agere, non poteſt currere præſcriptio. Dec. *conſ.* 468. *in fi.* & de iſta præſcriptione feudi tam contra dominum, quàm contra priuatum, vide Afflict. *deciſ.* 214. & iſta præſcriptio feudi procedit etiam vt Eccleſia poſſit 50. annis præſtando ſeruitium præſcribere in feudum Afflict. *deciſio.* 324. *col.* 1. Sed Guido Pap. *deciſio* 161. dicit quòd contra Eccleſiam non præſcribatur feudo per 40. annos contra quoſcumque latè tradit Socin. Iun. *conſ.* 76. *num.* 61. *lib.* 1. *& nu.* 63. vbi dicit hoc procedere, etiamſi inueſtitura fuerit facta à non domino: nã illa præſtat iuſtum titulum præſcribendi. Adde quod etiam contra Eccleſiam præſcribitur feudum per 40. annos: vt tradit Socin. Iun. *conſ.* 125. *nu.* 15 *lib.* 2. Et de hac præſcriptione feudi, vide latè Pariſ. *conſ.* 2. *lib.* 2 *num.* 123.

In eodem § ſi quis. in verſ. qui clericus, &c. Limita tripliciter, vt per Dec. *in cap. in præſentia. num.* 74. *de probat.* Sed an pro vita vaſalli ſaltem pertineat ad monaſterium. Afflict. *deciſ.* 265. *nu.* 15. *fall.* vide quæ feuda vadunt ad monaſterium. Afflict. *deciſio.* 310 *verſ. naturales filij.* Fallit vbi inueſtitus ſcribit inueſtitum filios habere, quia inueſtitura facta de filiis cenſentur habilitati ſpurij. Felin. *cap. cùm talis num.* 2. *in fin. extrà, de except.*

In gloſ. legitimi. in verſ. niſi ſiant ita, &c. ſequitur Alexan. *conſ.* 1. *lib.* 1. *num.* 16. Sed hanc gloſ. reprobat Carol. Molinæus ibi. Sed Pariſ. *conſ.* 1. *num* 49. dicit quòd omnes ſcribentes ſequuntur hanc glo. Adde quòd imò in feudo hæreditario pater poteſt legitimare filium ſpurium in præiudicium agnatorum ipſis non citatis Pariſ. *conſ.* 1. *li.* 2. *n.* 41.

In § ſi quis deceſſerit, &c. *circa finem in verſ. Sempronius proximior.* Nota hic, quòd facta alienatione in remotiorem gradum, poteſt proximior recuperare rem. Sed an ſemper procedat in omni prohibitione, vide Tiraquell. *in tracta. de vtroque retra.* § 2. *vel* 11. *glo.* 6 *num.* 3. *&* 14. *cum ſeq.* Sed quid ſi fuerit facta alienatio vni ex proximioribus

ribus, an poſſint alij pro rata eorum petere. vide *num.20.*

In eodem § in verſi.vel per annum. vide Franciſc. Balb.*de præſcript.in quæſt.1.4 part.prin. in 30.quæſt. 1.nu. 11.* Item per hunc textum tradit Dec.*conſi. 389.col pen.*vbi dicit, quod ſi primogenitus ſit inueſtitus ſolus, cùm tamen pars feudi ſpectaret etiam ad ſecundum, tamen ſi ſecundus ſteterit per annum quòd nihil dixit,excluditur, quòd not. vide Gram.*deciſio.103.nu.88.*

Item nota hunc textum non procedere in feudo hæreditario. Dec.*conſi. 390. col fin.* Item nota quòd hoc tempus non currit agnatis, qui tũc non erant adhuc nati: quia ſi poſtea naſcuntur, poterunt reuocare.Dec.*conſi. 395. in fin.* Item ſi currat vni agnato, non tamen per hoc præiudicat alteri ſequenti. Dec.*conſi.441.vel 445.col pen* Item intellige iſta,niſi eſſet conſuetudo, quod feuda poſſint alienari:quia tunc idem eſſet, ſicut de cæteris bonis allodialibus.Dec.*conſi.586.*Item qualiter procedat iſte textus vide Gram.*deciſio.103.nu.206.*& Socin Iun.*conſi.75 col.fin lib.1.*

In §.*ſi vaſallus.* &c. De hac materia quando vaſallus deliquerit,an, & quando feudum pertineat ad agnatos, an ad dominum: vide omninò Dec. *conſi.252.col.pen.*

In fin.huius §.in verſi.in generali. Nota per hunc textum quod in generali ſermone nunquam intelligitur de feudo: & multa ad hoc tradit. Dec. *conſi.389.col.2.* ſed quando hoc procedit.vide ibi *col.fin.*Item per hunc textum dicit Crauett *deciſio. 501.co.5.*quòd in generali renunciatione filiorum bonorum patris non veniũt feuda, & tradit etiam Socin Iun.*conſi.74 col in fin lib.1.& co.2.num.6.*dicit,quòd etiam ſi vna pars teſtamenti loquatur de feudis:tamen ſi in alia non ſit expreſſum, non venient feuda.Sed tamen pro declaratione ſecùs dicit, quòd feuda non veniunt in generali ſermone, vel diſpoſitione,vide omnino.Dec. *conſ.76. per totum maximè co.2 ibi quartò,*&c. vbi notanter declaratur, an veniat ſub nomine generali beneficij Item in feudo hæreditario, quod venit in fideicommiſſo vniuerſali, licèt de eo non ſit facta mentio.Pariſ *conſ.3.nu.16.& 34.lib.1.* Adde quòd in generali ſermone appellatione hæreditatis non venit feudum. Pariſ.*conſi.7.colum.1.* Idem generalis quietatio non ſe extendit ad feuda. Pariſ. *d. conſi.7.col.1.*

In § *ſi vaſallus. il 2.* Sed quid ſi dominus agat, an ſententia lata cõtra vaſallum noceat domino: vide Afflict. *deciſio.396.col.nu.2.*Et quòd hic dicũt, quòd ſententia lata contra vaſallum noceat domino: an idem ſit in tranſactione, & compromiſſo, vide Alexan.in *l.qui ſæpe.nu.131.ff. de re iud.* ſed an noceat agnatis,ad quos erat peruenturum feudum, Alexan.*d. l.qui ſæpe nu.111.* quod ſit contra Dec.*conſi.145 num.30.31.*& an compromiſſum in arbitrium: vel arbitratorem valeat, quod habet vim tranſactionis, vide per Socin.Iun.*conſi.77.nu. 77.cum ſeq.lib. 1.* vbi latiſſimè de intellectu huius text. ſcilicet an ſententia lata contra vaſallum noceat domino: item an noceat proximo agnato, vide Pariſ.*conſi.5 nu 38.cum ſeq lib.1.*

Titulus 27.
De pace tenenda,& eius violatoribus.

Vide Cuiac. hic.

In verſi.ſi quis hominem in verbo.niſi per duellum, &c. Hæc lex noſtris moribus penitus eſt abrogata,vt per Alciatum, *de duel. chart.13. in fin.* & eſt contra ius Canonicum.

In verſ.*niſi quod in duello,* &c. hæc lex eſt abrogata,vt per Alciat. *de duello. chart.vel cap.3.in fin.*

In § *ſi quis ruſticus in verſi.nemo tetia ſua,* Guido Papæ *deciſio.108.*

Titulus 28.
Hic dicitur lex,d.inde conſuetudines incipiunt.

Interpretatur Cuiac.hunc tit.tom 3.comment.

§.ad hoc quantocunque in verſ.ſi vaſallus.&c.An dominus teneatur ſoluere melioramenta facta per vaſallum,vide Guido.Papæ *deciſio.169.*& quòd melioramenta ſint vaſalli, & ipſe ideò poſſit diſponere, vt ſuus hæres,tradit Pariſ. *conſi.2.nu.51 lib.1.& conſ.4.n.4.lib.1.*

In §.*his conſequenter.* de intellectu,vide Iaſon.in *l.diuortio.in prin.num.6.ff.ſolut.matr.*

Titulus 29.
De filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto.

* In hunc & ſequen. titulos vide tom. 3. commentar.Cuiacij.

Titulus 30.
De feudo fœminæ.

In verbo. *Deficientibus filiis maſculis,*&c.Ita conſoluit Socin. *conſ 109. num.7.lib.2.*

In verſ.*quod eſt fœmineum,*vide Socin.Iun.*conſ 5 num.2.col.1.* lib.1.

Titulus 31.
Si vaſallus feudo priuetur cui deferatur.

Titulus 32.
Qui teſtes ſunt neceſſarij ad nouam inueſtituram probandam.

Titulus 33.
De conſuetudine recti feudi.

Titulus 34.
De lege Conradi.

In §.*ex eadem lege.& in verſ.dominus ſine,*&c.vide de hoc in terminis Alexand.*l.2.vel 11. in fin pr. ff.ſoluto matr.* Alexand.*conſ.96.* Felin.*ca.auditu.extrà,de præſcript.*

In §.*ſimiliter.in verbo,in feudum,*&c. quomodo, & in quibus hoc procedat, quòd vaſallus poſſit alium infeudare,vide Dec.poſt Abba. in ca. *quæ in Eccleſiarum.col.pen.extrà,de conſtit.*

In §. *Profecto ille.* vide omninò Socin.Iun.*conſil. 101.num.30.verſ.non obſtat.lib.2.*

Titulus 35.
De clerico,qui inueſtituram facit.

Titulus 36.
An mutus, vel alias imperfectus. feudum retineat.

Titulus 37.
An ille, qui interfecit fratrem domini ſui, feudum amittat.

In §.*cùm autem,*&c.quando propter delicta vaſalli feudum pertineat ad agnatos, aut ad dominum,vide latè Dec. *conſ.252.col.pen. &* Afflict.*dec. 385.* vbi loquitur, an priuato fratre propter delictum vadat ad alium fratrem feudum, an ad fiſcum.

Titulus 38.
De vaſallo, qui contra conſtitutionem Lotharij Regis beneficium alienauit.

In hunc tit.vide Cuiac. tom.3.comment.

In verſ. *ſi partem,* &c. Sed quid ſi expreſſum eſt. vt non poſſit alienare, an etiam tunc ſeruanda ſit hæc diſtinctio: vide DD. hic. & illa expreſſio quid operetur, vide Dec.in *conſ.667.col. 2.*

In verſ.*etſi voluerit vnius.*&c. Adde quòd etiam feudum Eccleſiaſticum conceſſum à Epiſcopo, poteſt renunciari in manibus ipſius Epiſcopi. Za. [illegible] *conſ 90. vel 5 num.13. lib. 1.* Limita [illegible] vel [illegible] ara vt licèt ipſe renuncians omittat [illegible] futu[illegible] non poteſt præiudicare agnatis [illegible] poſt ipſum. Pariſ.*conſ.5. num. 14.* Li[illegible] hoc [illegible], quia tunc vaſ[illegible] po[illegible] [illegible] num refutare [illegible] ſum [illegible] *l.in quartam num.79.* [illegible]

Titulus 39.
De alienatione paterni feudi.

[illegible] Sed quanto tempore præ[illegible] quod habẽt ibi [illegible] [illegible] *de præſcript.in 4. par. prin. in 7 q.12.q 1.* Limita hunc textum procedere in paterno, ſecùs in nouo.Limita ſecundò procedere in inferiore domino: ſecùs in principe. Decius *conſ. 190.col.fin.* Limita tertiò non procedere in feudo hæreditario, vt ibi per eum, & quod dictum eſt non procedere in principe. Decius 208. *vel* 301. ca.3.& latè de materia. Dec.*conſ 441.col 3.* Item adde per hunc textum quòd vaſallus non poteſt agnato renunciare, vel donare feudum in præiudicium proximorum. Dec.*num.21.* nec etiam de conſenſu domini,*num.23.* Item adde quòd quemadmodum vaſallus non poteſt alienare in præiudicium alterius agnati: ita etiam non poteſt rem in iudicium deducere, per quod poſſet illud auferri,& ideò ſententia contra illum lata non præiudicabit aliis agnatis. Dec. *ibi latè num.14. cum ſeq.* Adde ſimiliter quòd agnatus non poteſt præſcribere feudum in præiudicium alterius: quemadmodum non poteſt alienare: vide ibi *num.56. verſ.videtur obſtare.*Item ſi vaſallus tenuerit vltra annum,quo caſu præiudicat ſequenti agnato,quia poſſit petere intra annum.Dec.*d conſ.445.* Adde ſimiliter quòd vaſallus non poteſt mutare formam ſolitã inueſtituræ in præiudicium aliorum agnatorum, & facere quod ipſi non ſuccedant, ſi per primam inueſtituram ſuccedebant. *conſ.468. col. 4.*Item vaſallus non poteſt cognoſcere in aliquem modum à domino in præiudicium agnatorum, vt per Dec *d.conſ.466.num.26.*Nota tamen quòd licèt vaſallus non poſſit alienare in præiudicium aliorum agnatorum,tamen ſi alienauerit, vt proximior agnatus ei ſit hæres,non poterit contrauenire alienationi. Alexan *conſ.18 col.2.lib.1.*Crauet. *conſ.35.num.8.* vide Comment.Cuiac.tom 3.

Item hunc textum limita in ſuperiore, qui haberet poteſtatem plenam, non poſſet contrauenire inueſtituræ,& præiudicare deſcendentibus, vel agnatis,vt ex multis probat Crauet.*conſ.135 in ſecundo dubio.* Item quòd vaſallus non poteſt etiam tranſigere nec deducere rem in iudicium in præiudicium agnatorum: ſed bene tamen ſecundum Crauet.*conſ. 97.col.2.* Item non poteſt permittere præſcribi,& ſic præſcriptio quæ currit cõtra eum, non nocet agnatis. Alexan *conſ.84.col.fin.* ſed vide Socin.Iun.*conſ.76.nu 23.& 101.lib. 1.*Adde quòd nec in fructibus ſpectantibus ad agnatos poſt eius mortem poteſt præiudicare eis. Alexan. *conſ.160. in fin.* An autem alienatio feudi facta per patrem aſſentiente domino noceat domino, vide Afflict. *deciſ.112.*& an renunciatio patris noceat filio.vide Bald. *in l. qui ſi patris.nu.11. C. vnde liberi.* Adde tamen an ſententia,compromiſſum, & tranſactio facta per vaſallum noceat agnatis: Alex. *in l. ſæpè nu 110.ff de re iud.*ſed Dec.*conſ.445.num.3.cum ſequen.* videtur reprobare hoc, quod verius. vide tamen Afflict. *deciſ.196.* & de compromiſſo, vide Socin.Iunior.*conſ.77.nu.77.lib.1.* vbi plenè declarat.

Limita tamen hunc textum,vbi eſſet conſuetudo, quòd vaſallus poſſet alienare cum conſenſu domini in præiudicium aliorum agnatorum, tradit Socin.Iunior. *conſ.72.num. 44 lib.1.* quia tunc poſſet non obſtante aliqua diſpoſitione, & fideicommiſſo, vt ibi. Et quod dicitur, quòd agnatus non poteſt pati præſcribi in præiudicium aliorum, vide Socin. Iun. *conſ.76.& 77.lib.1.& num. 84.& 101.*vbi dicit hoc non procedere in præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extaret. Adde quod dicit Soc.Iun.*conſ.76.n.113 lib.1.*

Lim-

Limita quòd ſi fœmina fuerit relicta ex defuncto poterit princeps, ſi ea petierit inueſtituram, & alij agnati fuerint negligentes, ei in præiudicium eorum concedere feudum poteſt, vide ibi *numero* 18 aliàs Imperator non poteſt concedere feudum fœminæ in præiudicium agnatorũ. Sed quia iſte textus non procedit in feudis nouis, vide quãdo dicitur in propoſito nouum, & antiquum per Affl. *deciſ.* 148.

Titulus 40.
De Capitulis Contradi.

In §. *præterea.* an iſte §. excludat omnem præſcriptionem, vide Fran. Balb. *de præſcript.* 4. *parte principa. in* 12. *q. &* *in* 4. *q.* & certè videtur quòd iſte tex. excludat etiam præſcriptionem 30. annorum contra gloſſ. hic: nam cùm ſpeciale ſit in feudo, vt nulla præſcriptio currat, niſi 30. annorum ſecundùm Panorm. *in c. ad audientiam col. fi. ext. de præſcript.* certè licèt text. ſic dicat, nulla obſtante præſcriptione, quæ aliàs erat illicita, quæ erat 30. annorum, aliàs ſuperflua eſſent illa verba, quòd alia præſcriptio, quam triginta annorum in feudis non procedat: vid. omnino Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *gl.* 2. *nu.* 12. vbi etiam dicit, an dictio *ſemper.* & ſimil excludant præſcriptionem 30. annorũ vide Cuiac. explicationem in hunc tit. tom. 3.

In §. *fin. Item ſi clericus.* &c. qua ratione procedat iſte text. & an procedat etiamſi epiſcopus cum conſenſu capituli commiſerit feloniam, vid. *Rep. in c. ſæpè. nu.* 95. *ext. de reſtit. ſpol.*

Titulus 41.
De controuerſia inter maſculum, & fœminam de beneficio.

Titulus 42.
De controuerſia inter dominum, & emptorem feudi.

In § *Obertus dicit.* vide omnia per Guido Pap. *in termi. in deciſ.* 305.

In *verſ. eo quòd ignorans,* &c. Sed an ignorantia præſumatur hoc caſu, an probetur per iuramentum vaſalli, & ſimilia. Dec. *conſ.* 667.

Titulus 43.
De controuerſia inter vaſallum, & alium de beneficio.

In verſ. *ipſe enim ſolus,* &c. nota ſententiam latam contra vaſallum præiudicare domino. de quo vide latè ſuprà ad § *ſi vaſallus,* &c. *in titul. ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum, & agnatum,* &c.

Titulus 44.
Quid iuris ſit ſi poſt alienationem feudi vaſallus id recuperauerit.

Titulus 45.
An agnatus, vel filius defuncti poſſit retinere feudum repudiata hæreditate.

Si contigerit, &c. quando poſſit repudiari feudum, & retineri, declara vt per Dec. *conſ.* 395. *col. pen. nu.* 7. & *conſ.* 445. *n.* 5. vbi dicit hunc text. non procedere in feudo non hæreditario. Item nec in nepote, vbi Alex *conſ.* 19. *col.* 1. *nu* 3. vbi videtur cõtra. Adde quòd licèt faciat inuentarium: tamen tenetur creditoribus paternis quoad fructus feudi ſatisfacere. Alexand. *conſ* 59. Sed quod hîc dicitur de filio, non procedere in nepote, ſecundùm Alexan. *conſ* 84. *col. fi.* & quando procedat iſte textus vide omnino Socin. Iun. *conſ.* 77. *nu.* 137. *lib* 1. vbi dicit non habere locum in feudo antiquo. & *num* 141. vbi & alio modo declarat. Item ſecundùm Pariſ. *conſ* 2. *num.* 3. *lib.* 1. quando feudum eſt hæreditarium, non poteſt agnatus velle feudum & repudiare hæreditatem. Et ſic limita hunc textum. Vide etiam Cuiac. tom. 3. commentar. iuris ciuilis ad hunc tit.

In verſ. *nec de debito hæreditario.* vide omninò Crauet. *conſ.* 197. *col.* 1. vbi declarat quando procedat iſte textus.

In verſ. *ſed aut verumque,* &c. etiamſi fecerit inuentarium Iul Ferret, *in addit ad Bart. in Libello contrar. iuris ciuil. & Long. in rubr. de prohib. alienatio.* Idem in Emphyteuſi hæreditaria, tradit Soci. Iun. *conſ.* 68. *in fin. lib.* 1. ſed declara hunc textum procedere, vt per Alexan. *conſ.* 16. *nu.* 3 *lib.* 5. Idem declara procedere niſi filius ſit excluſus ab hæreditate patris per eius renunciationem, vel quis ſit à patre priuatus: nam tunc licèt non ſit hæres, poterit habere feudum. Ita Socin. Iun. *conſ.* 114. *num.* 11. *lib.* 2.

In verſ. *quo facto,* &c. vide Socin. Iun. *conſ.* 77. *num.* 141. *lib.* 1.

Titulus 46.
An apud iudicem, vel curiam domini quæſtio feudi debeat terminari.

Titulus 47.
Qualiter dominus proprietate feudi priuetur.

Vide Cuiac. hic.

In verſ. *ita dominus.* ſed an eo caſu vadat ad vaſallum, vel ad quem, vide Afflict. *deciſ.* 265. *nu.* 31. *in* 8. *fall.*

In fin in verſ. *ſed prior ſententia.* limita vt Afflic. *deciſ.* 265. *num.* 3. *fall* 4. & 8.

Titulus 48.
De feudo non habente propriam feudi naturam.

Circa hanc materiam, quæ ſint feuda non habentia propriam naturam feudi, & quid requiratur, vt dicantur habere propriam naturam feudi, & ideò tunc poterit fœmina ſuccedere, vt per Pariſ. *ibi, col.* 2. & ibi loquitur de caſu valde certi. Adde quòd feudum emptum eſt impropriè feudum: & ideò in eo ſuccedunt fœminæ; Pariſ. *d. conſ.* 4. *num.* 34. *lib.* 1. Cuiac. in ſuis comment. in hunc tit. tom. 3.

In verſ. *licèt propriam feudi,* &c. Nota ex hoc textu quòd quoties in feudo apponitur aliquid, quod ſit contra naturam feudi, in cæteris omnibus debet ſeruari natura feudi, vt in notabili caſu declarat Dec. *conſ* 199. *num.* 5. & 6.

In verſ *& cui, in fin.* per iſta verba, an videatur conceſſum quòd feudum tranſeat in fœminas, vide Dec. *conſ.* 19. *col. pen.* & Pariſ. *conſ.* 3 *nu.* 19. *lib.* 1. & Dec. *conſ* 390. *num.* 8. nota tamen quòd licèt talem poteſtatem dominus dederit vaſallo, intelligitur cum cõſenſu domini, vt intelligitur ex Decio *conſ.* 64. *col.* 1. Item quòd per illa verba habeat poteſtatem alienandi tradit Crauet. *conſ.* 14. *col* 2. & 92. *vel* 102 *col.* 2. *nu.* 6. vbi idem dicit, Tibi concedo, & eis, qui habebunt cauſam à te: nam eo caſu poterit alienare. Item quid ſi dixerit, quòd poſſit de eo diſponere ad voluntatem ſuam, vide Alexan. *conſ* 113. & multas formas inueſtiturarum, per quas videatur immutata natura feudi, vt poſſit vaſallus cui velit relinquere, & alienare feudum, tradit notanter Crauet. *deciſ.* 103. *num.* 129. *cum ſeq* & vide quòd feudum, quod non habet naturam feudi, & habet vim, vel cauſam allodialium, & ideò ſuccedit fœmina. Socin. Iun. *conſ.* 76. *num.* 49. *lib.* 1. & quando conceſſum eſt feudum pro hæredibus, quibus nunquam dicitur contra naturam feudi, ideò poteſt alienari ſine conſenſu domini. *conſ* 3. *lib.* 1.

Titulus 49.
De eo, qui fidem fecit agnato de feudo paterno.

Titulus 50.
De natura ſucceſſionis feudi.

In verſ. *verbi gratia.* vide Alexan. *conſ.* 10. & Cuiac. comment. hic.

In fin. in verſ. *omnes alia linea,* &c. intellige tamen ordine ſucceſſiuo, vt proximiores admittantur: & quòd dicit æqualiter, intellige, id eſt, in capita, non in ſtirpes. Ita declarat Tiraq *in tract. de retract.* §. 2 *glo.* 6. *num.* 2.

Titulus 51.
De capitaneo, qui curiam vendidit.

In verſ. *reſpondetur,* ſed iſtud in quibus terminis procedat, vide omnino Dec. *conſ* 6. *col.* 1. vbi id declarat non procedere, quãdo dominus vendit ſub vniuerſitate: quia tunc tranſeũt feuda, quod nota in §. *fin. in verſ. ad certum ſeruitium.* Adde quòd tunc dicitur feudum conditionatum, quando vaſallus eſt obligatus ad certũ quid: putà ad certum 10 librarum, nec tunc tenetur ad fidelitatem curandam. Pariſ. *conſ.* 4. *num.* 16. *lib.* 1. Adde quòd licèt in inueſtitura dicatur: Concedimus in feudum rectum, tamen ſi apponantur conditiones, & certa ſeruitia, cenſetur potius conditionatum, licèt appellauerit rectum. Pariſ. *conſ.* 161. conſule Cuiac. 3. tom. comment. iuris ciuilis.

Titulus 52.
De prohibita feudi alienatione per Lotharium.

Titulus 53.
De pace tenenda inter ſubditos.

In glo. magna, in verſ. *vnde ex hac lege poteſt* &c. Rom. *in ſing.* 122. dicit dictam glo. ſingu. ad hoc, quòd ſi per regem fiat præceptum, quod de qualibet familia vadat vnus ad prælium de ætate 25. annorum, cenſetur idoneus ad pugnam. Vide Cuiacium hic.

Titulus 54.
De allodiis.

Guid. Papæ *in ſuis ſing. num.* 380. *& quæſtionibus curia Parlamenti, quæſt.* 551. *& quæſt.* 560. tractat materiam huius legis.

Titulus 55.
De prohibita feudi alienatione.

Tom. 3. comment. Cuiac. extat huius tit. explicatio.

In verſ. *vel quocumque modo,* &c. ſed quid ſi pignorauit hæredem ſine conſenſu domini an poterit ſibi ius hypothecæ remittere ſine cõſenſu domini, vide Afflict. *deciſ.* 252. Nota etiam quòd licèt expreſsè non poſſit feudum obligari, tamen poteſt quis ſe, & hæredem ſuum obligare ad aliquid, ex quo poſtea fieri potuit executio in fructibus feud. Ita Afflict. *deciſ.* 40. *in fin.* Sed pone, maritus pro dote obligauit feuda, ſaluo conſenſu regis antequàm Rex aſſentiatur, hæres mariti reuocat obligationes generaliter factas ſuper feuda ex conſtitutione regni, an poſſit, vel intelligatur reuocaſſe obligationem pro dote factam, ſi poſteà rex aſſentiatur, vide Afflict *deciſ.* 1. 1. *in* 1. *dubio.*

Sed an alienatio neceſſaria ſit prohibita, putà per ſententiam, vide omninò Dec. *conſ.* 445. *cum ſeq.* vbi dicit quòd vaſallus ſicut non poteſt alienare: ita non poteſt res in iudicium deducere, nec ſententia contra eum lata præiudicat aliis, item nec patitur præſcribi. *ibid. num.* 47.

Item ſi vaſallus alienauerit partem, an amittat totum, vel partem illam ſolam, vide omninò Decium *conſ* 667. *col* 2. Item quid ſi vaſallus ignorãs rem feudalem alienet. & an præſumatur alienaſſe ignoranter, & an probetur per iuramentum: vide *ibi.* adde quòd feudum non poteſt dari pro dote, nec obligari in ſpecie, neque in genere, ſecùs in

fructibus: vt per Alexan. *conſ.* 59. adde quod ſi fuit facta alienatio ſine aſſenſu; & poſteà dominus præſtat aſſenſum de non alienando, nihil operatur. Afflict. *deciſ.* 355. Adde quod ſi vaſallus in teſtamento prohibuit alienationem feudi, nihil operatur. Socin. Iun. *conſ.* 72. *lib.* 1. *num.* 43. quia hoc eſt diſpoſitum per ius.

Amplia hunc textum ibi. dicit *ſine permiſſione.* &c. vt etiam procedat. ſi à principio dominus dederit poteſtatem vaſallo alienandi, non intelligitur cum conſenſu domini Dec. *conſ.* 614. *colum.* 1. *contra* Dec. *in cap. qua in Eccleſiarũ extrà, de conſtit. col. fin.* Sed an talis conſenſus probari poſſit per teſtes, & alia in hac materia vide per Afflict. *deciſ.* 243. Item an aſſenſus requiratur in alienatione, an in ratificatione alienationis, vide Afflict. *deciſ.* 285. *num.* 14. ſed quid ſi dominus conſenſit: ſed defunctus fecerat fideicommiſſum in feudo, an valeat talis alienatio contra fideicommiſſum, vide latè per Socin. Iun. *conſ.* 71. *lib.* 1. & nota quòd ibi dicit *num.* 44.

In verſ. *nullius temporis.* vide Afflict. *deciſ.* 854. *nu.* 4. *in glo. ex empto. actio.* ad iſtam gloſſ. vide omninò Afflict. *deciſ.* 278.

In verſ. *& ad dominum liberè reuertatur*, &c. An feudum alienatum irrequiſito domino ad ipſum reuertatur vel ad agnatos, vide Crauet. *deciſ.* 77.

In §. *præterea il* j. *ſi quis infeudatus.* & idem ſi eſſet filius defuncti, Dec. *conſ.* 144. col. 3.

Limita niſi iuſtam haberet cauſam non petendi inueſtituram, nam excuſatur. Dec. *ibi.*

Limita ſecundò niſi portio feudi accreſceret alteri: quia tunc non eſt opus petere nouam inueſtituram. Item licet amittat feudum: hoc tamen intelligitur, ſi dominus vult, & oportet quòd hîc ſententia feratur declaratoria. Dec. *ibi col. fin.* vide quæ ſcripſi ſuprà ad tit. *quæ fuit prima cauſa. in principio.*

In §. *præterea. col.* 2. *Sed ſpectat ad primogenitum.* Crauet. *conſ.* 135. *nu.* 7. Sed an de alijs inferioribus poſſit princeps, ſeu ſuperior ſtatuere, quòd ſuccedat tantùm primogenitus: vide ibi per eum, & circa hanc materiam quando diuidatur, vel non & quid de commoditate ipſorum fructuum. latiſſimè hanc materiam explicat Alexand. *conſ.* 133. quem omnino vide, & per Dec. *conſ.* 389. vbi latè de materia. & Pariſ. *conſ.* 10. *col.* 2. *lib.* 1. plenè declarat, &c.

Limita hunc textum, vbi expreſsè Ducatus, vel Comitatus fuerit conceſſus, vt Comitatus: ſecùs ſi ſimpliciter.

Limita ſecundò, quando in contrarium eſſet conſuetudo in loco, quòd talia feuda diuiderentur, vt latè per Pariſ. *conſ.* 10. *col.* 2. *lib.* 1. Fallit etiam quando diuiſio fieret ex conſenſu domini, quia valeret: Pariſ. *ibi. num.* 17. *& ſeq.* vbi tribus alijs modis limitat hunc textum, *in verſ. ſi conſortes.* Docto. hîc eliciunt quòd in feudo diuiſibili non ſufficit vnum prouocare ad diuiſionem, ſiue ſit maior: ſed omnes ſimul concordare debent, ſecundùm Iul. Ferret. *in addit. ad Bart in Libello contrar. iuris ciuil. & Long.* vbi dicit diuerſum obſeruari de iure Longob. quod etiam minor prouocare poſſit. Adde & ſecundùm ipſum, quòd ſi priuilegio conceſſionis ipſius feudi ſit appoſita clauſula, quòd ſit diuiſibile, & quòd vnus poſſit prouocare alios: dicto pacto poterit vnus etiam alijs inuitis feudum alienare, licèt ex conſuetudine formam accipiat, vt ibi per eum, ſicuti & cæteri contractus §. *fin.* ſed an poſſit fieri compromiſſum in arbitrium, vel arbitratorem ſine conſenſu domini ſuper feudo: an verò ſemper debeat cognoſcere dominus, vel pares, latiſſimè declarat Socin. Iun. *conſ.* 77. *lib.* 1. vbi vide.

Titulus 56.
Quæ ſint regalia.

Circa fin. in verb. *argentariæ*, &c. Sed an hoc intelligatur de argentarijs inuentis in loco regis tantùm, an etiam in loco priuati. Eadem quæſtio etiam procedit in venis aluminis, vel aliorum metallorum, & ſic illud capitulum venit ad correctionem iuris communis: *vt l.* 3. §. *fin. ff. de rebus eorum, &c.* vbi dicitur, quòd priuati poſſunt habere argentarias. Vide latè per Afflict. *deciſ.* 321. Hic tit. optimè explicatur à Cuiacio tom. 3. comment. iuris ciuilis.

In verb. *piſcationum.* ſed quomodo piſcationes dicantur de regalibus, ſi de iure gentium vnuſquiſque piſcari poſſit: *vt l.* 1. *ff. de acqui. rerum dom.* vide Dec. *conſ.* 297. *col. pen.* an ius venandi ſit de regalibus. Item an poſſit præſcribi, cùm ſit de regalibus, vide Socin. Iun. *conſ.* 170. & de Salinis. Ac. de Dec. *conſ.* 193. *col.* 1. de confiſcatione bonorum, de regalibus: vide Crauet. *conſ.* 128. *col.* 2. vbi etiam an feudatarius poſſit vti tali iure in ſuo feudo, ſed quando iſtæ piſcationes, & gabellæ, & ſimilia dicantur propriè regalia, notanter declarat Crauet. *deciſ.* 105. *num.* 23.

Titulus 57.

Quot teſtes ſunt neceſſarij ad proban. feudi ingratitudinem.

In fin. in verſ. *niſi quinque*, &c. Et hoc ſeruatur. vide Guido Pap. *deciſ.* 180. & Cuiac tom 3. comment. iuris ciuilis, in hunc tit.

FINIS.

CERTISSIMA DEMONSTRATIO PRIMÆ HOMINVM ætatis, & temporis, quod fluxit à mundi initio vſque ad totius orbis terræ diluuium, ex quinto cap. Geneſeos, iuxta editionem lxx. & Hebraicam.

PRIMA ÆTAS.

	ANNI MVNDI. Secũdum 70. interpret.	Secũdum Hebraicã edit.	
ADAM protoplaſtus & primogenitus omnium hominum, cunctarum artium & literarum [illegible] ſcriptorum primus, & ſummus inuentor, omnium animalium, arborum, herbarum, & naturarum cuiuſque primus index, & nomenclator, & optimus nominum impoſitor, à cuius perfectione naturali, & temperamento, & intellectu, & cæteris animi dotibus multum aberrauit omnis poſteritas, primum temporis calculum, & numerum ex annorum vitæ ſuæ computatione, velut quidam Monarcha, & conſul edidit, nempe totis 230. annis, ſecundum 70. vel 130. ſecundum Heb quibus nondum ſucceſſorem ediderat. nam his annis completis edidit Seth ſucceſſorem, & filium, qui ſimul ac natus eſt, [illegible] quaſi faſtis mox adſcriptus ex perſona ſua temporis numerum continuare.	230	130	
Seth igitur ab anno mundi 230. vel 130 quo in lucem editus eſt, vſque ad annum 205. vel 105. quo [illegible], & ſucceſſorem Enos ſibi genuit, & eoſdem faſtos occupauit, id eſt, vſque ad annum mundi.	[illegible]	235	
Enos ſimiliter à die ſuæ natiuitatis vſque ad annũ 190 vel 90. ſuæ ætatis faſtos occupauit i vſque ad annũ mundi	[illegible]	[illegible]	
Cainam etiam à prima ſua natiuitate vſque ad annum ſuæ ætatis 170. vel 70 quo filium Malaleel ſucceſſorem reliquit, faſtos impleuit, id eſt, vſque ad annum mundi	[illegible]	[illegible]	
Malaleel vſque ad annum ætatis ſuæ 165. vel 65. quo Iared filium ſucceſſorem dedit, faſtos, & tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi	960	460	
Iared vſque ad annum ſuæ ætatis 162. ſecundum vtramque editionem hic conſentientem, quo anno filium Enoch ſucceſſorem edidit, eadem tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi	1122	622	
Enoch à ſua natiuitate vſque ad annum ætatis ſuæ [illegible] vel [illegible] quo Mathuſalam [illegible] ſucceſſorem [illegible] eadem tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi	1287	687	
Matuſala à ſua natiuitate vſque ad annum ſuæ ætatis 167 ſecundum 70. interpr. (qui auctore Auguſt. *lib. 15. de ciuit. Dei cap. 10. & 11.* minus 20. annis habent, quàm Hebræi) vel ſecundum Hebr anno ætatis ſuæ 187. quo Lamech filium, & ſucceſſorem reliquit, eadem tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi	1414	874	*Secundum editionem lxx.*
* Sed omnes hodiè Græcæ editiones ſeptuaginta interpretum ab illo numero aberrant, quam iis adſcribit Auguſtinus, & Aldina editio habet 187 quomodo Hebraica, nec negat Auguſtinus ſic debere emendari editionem ſeptuaginta. Hieronymus verò diſertè aſtruit mendoſam eſſe hoc loco eorum editionem, & pro 167 reponendum 187 vt et in Samaritanis, & Hebræis libris, ſicque legit Nicephorus in Chronicis nuper typis excuſis: & ſic quoque Ioſephus legit, cùm in aliis ſequatur editionem ſeptuaginta interpretum, non Hebraicam, & ſic videtur emendandum, vt tollatur illa obiectio, qua videretur alioqui Matuſala vixiſſe poſt diluuium xiiij. annos.			** Aldinam, & quam ſic emendari debere, Auguſt. & Hieron. annis* 1474
Lamech à ſua natiuitate vſque ad annum ſuæ ætatis 188. ſecundum ſeptuaginta interpret. vel 182 ſecundum Hebraicam editionem, quo filium Noë ſucceſſorem reliquit, eadem tempora ſignauit. Sed eius, quam diximus, abſurditatis tollendæ cauſa putant Auguſtinus, & Hieronymus editionem ſeptuaginta interpretum emendandam Hebraicam, vt pro 188 legatur apud eos 182. vt & in Hebr.	642	1056	1655
Noë à ſua natiuitate vſque ad annum ætatis ſuæ 500 ſecundum vtramque editionem, quo genuit Iaphet, & Cham, & Sem, eadem tempora ſignauit; id eſt, ab annis mundi ſuprà ſcriptis, vſque ad annos mundi adſcriptos. Sed veriſimile eſt Iaphet maiorem natu filiorum Noë illo anno ætatis Noë 500. natum fuiſſe: Cham verò anno ſequente.	2142	1556	2126
Idem Noe à natiuitate primi filiorum (putà Iaphet) vſque ad natiuitatem vltimi filiorum: id eſt, Sem, per biennium eadem tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi Id ex eo probatur, quod Sem biennio demũ poſt diluuiũ dicitur eſſe 100. anno. ergo natus eſt 98. an ante diluuium	2144	1558	2158
Idem Noe à natiuitate filij ſui Sem per alios 98 annos; id eſt, vſque ad diluuium cum filiis ſuis eadem tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Diluuium, ſeu diluuio (vt ait Cenſorinus.) *Finis primæ hominum ætatis.*

SECVNDA ÆTAS.

Certiſſima demonſtratio ſecundæ hominum ætatis, & temporis, quod fluxit à diluuio vſque ad natiuitatem Abrahæ, *ex cap. vndecimo Geneſeos, & tertio cap. Lucæ Euangeliſtæ*

NOE, Sem, Cham, Iaphet iidem, qui fuerant primæ ætatis terminatores, iidem ſecundæ principes, & inchoatores fuerunt. Nam à diluuio biennium ad hæc tempora ſignauerunt, quo biennio poſt diluuium Sem genuit Arphaxat ſucceſſorem, id eſt, vſque ad annum mundi	2244	[illegible]	
Arphaxat à natiuitate ſua vſque ad annum ætatis ſuæ 135. vel ſecundum Heb. 35. eadem tempora ſignauit vſque ad annum mundi 2379. quo genuit Cainam ſecundum 70. & Lucam Euangeliſtam, vel quo genuit Sala, ſecundum Hebraicam editionem	[illegible]	[illegible]	
Cainam à natiuitate ſua vſque ad annum ætatis ſuæ 130 ſecundum ſeptuaginta. (nam in Hebraica editione omittitur) quo anno genuit filium ſucceſſorem Sala, eadem tempora ſignauit.	2509	*	*ſecundũ editionẽ Origen. qui ubi lo confod. [illegible] an ex 70 interpr.*
Sala à natiuitate ſua vſque ad annum ætatis ſuæ 130. ſecundum ſeptuaginta interpret. vel 30 ſecundum Hebr. quo genuit Heber † filium, & ſucceſſorem, eadem tempora ſignauit, id eſt, vſque ad ann. mundi 2639.	2639	2729	2509
Heber à natiuitate ſua vſque ad annum ætatis ſuæ 134. ſecundum ſeptuaginta, vel 34. ſecundum Hebr. quo genuit filium, & ſucceſſorem ſuum Phaleg, eadem tempora ſignauit, id eſt, vſque ad annum mundi.	[illegible]	2757	2643
Suidas, &c. dicunt turrim Babylonicam ædificatam eſſe 121 anno poſt diluuium, qui eſt annus ætatis Heber 110. & ſic Iſidorus ait ſub hoc Heber ædificari cœptam turrim; ſed ex ſacris literis certo definiri non poteſt, quo anno cœperit ædificari.			
[illegible] à natiuitate ſua vſque ad annum ætatis ſuæ 130 vel ſecundum Hebr. 30. quo anno genuit Ragau filium [illegible] ſucceſſorem, [illegible] tempora [illegible] id eſt, vſque ad annum orbis.	2903	2787	2773
Refert ſcriptura huius Phaleg tempore diuiſam fuiſſe terram, nec annum addit. certum eſt hanc diuiſionem mox			

† à quo Hebræos dictos putat Iſidor. &c.

Codex.

